MONASTICARVM DISQVISITIONVM PARS ALTERA

COMPLECTENS LIBROS SEPTEM POSTERIORES,

QVIBVS

S.P. BENEDICTI REGVLA,

ET RELIGIOSORVM RITVVM ANTIQVITATES VARIE' DILVCIDANTVR.

AVCTORE

Domno BENEDICTO HAEFTENO, Monaſterij Affligenienſis Ordinis S. BENEDICTI Præpoſito.



ANTVERPIÆ,
Apud PETRVM BELLERVM
Anno M. DC. XLIV.

Digitized by Google

MONASTICARVM DISQVISITIONVM LIBER SEXTVS:

ASCETERIVM,

SIVE

DE VIRTVTIBVS MONASTICIS.

Monachus in Monaſterio viuat ſub vnius diſciplinâ Patris, conſortióque multorum, vt ab alio diſcat HVMILITATEM, ab alio PATIENTIAM: vnus eum SILENTIVM alter doceat MANSVETVDINEM, non faciat quod vult. *S. Columban. Regula cap.* 10.

ARGVMENTVM.

EXTERNVM hominem, ſiue corpus ſuis iam induimus veſtimentis; indignum fuerit nudam relinquere animam, nobiliorem vtique hominis partem, ne illa nos fortaſſis Bernardi perſtringat ſententia. *Maxima*, inquit, *cura eſt, vt corpus regulariter induatur: & contra Regulam ſuis veſtibus anima nuda deſeritur. Cum tanto ſtudio tunica & cuculla corpori procurentur, quatenus cui deerunt, Monachus non putetur: cur ſimiliter ſpiritui pietas, & humilitas, quæ profectò ſpiritualia indumenta ſunt, non prouidentur?* Interni hominis veſtes ne longiùs quæreremus, pietatem nominauit & humilitatem; non ſolas tamen, qui generaliùs alibi dixit: *Veſtes noſtræ, virtutes ſunt. Bona veſtis Charitas, bona veſtis Obedientia eſt. Beatus qui cuſtodit veſtimenta hæc, vt non ambulet nudus.* Præclarè omninò, & ſpiritu apoſtolico. Nouimus enim quis ſcri-

Bernard. Apolog. ad Guil Abb.

Nefas animæ veſtes negligere.

Quæ ſunt virtutes.

Idem ſerm. 2. de Quadrag.

Apoc. 16.

Coloſſ. 3. pſerit: *Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera, miſericordiæ, Benignitatem, Humilitatem, Modeſtiam, Patientiam.*

Hoc libro exponenda. Selectas igitur à S. BENEDICTO virtutes, animæ ſiue indumenta, ſiue ornamenta SEXTO hoc exponemus LIBRO: quem ASCETERIVM, ſiue EXERCITATORIVM inſcribere placuit. Non enim nudam virtutum notitiam, non variam commendationem, ſed praxim earumdem ſpectat Legiſlator noſter & EXERCITIVM.

Quo ordine à S. Benedicto digeſta. Glorioſus Confeſſor Domini, qui vitam Angelicam gerens in terris, ſpeculum bonorum operum factus eſt mundo; primò in

Cap. 4. genere proponit *Inſtrumenta bonorum operum*: Sed quo fine? *Vt à nobis die noctuq́ inceſſabiliter adimpleantur*, & EXERCEANTVR:

Cap. 5. Ad Obedientiam deinde deſcendit; ſed illam quæ *moram pati neſciat in* FACIENDO: quæ *iubentis vocem* FACTIS *ſequatur.* Adiungit Taciturnitatem, cui omni tempore ſtudere voluit Monachos, vſ-

Cap. 6. que adeò quidem, vt etiam *de bonis & ſanctis ad ædificationem eloquiis, perfectis diſcipulis, propter taciturnitatis grauitatem, rara loquendi concedatur licentia.*

Scalam denique erigit Humilitatis, in quâ XII. gradus non tam

Cap. 7. enumerandos, quàm *aſcendendos inſeruit.* Aſcetas igitur athletaſ-

Vult eos deduci in exercitium. que ſuos ſuperiori libro armatos ornatoſque in ASCETERIVM nunc S. Pater introducens, ſingulis Paulinum illud epiphomena inclamare videtur:

1. Tim. 4. ## Exerce teipſum ad pietatem.

Sine quo parum proſunt. Quid enim ſine exercitio virtus? *Omnes artes*, inquit Vegetius, *omniaq́ opera quotidiano vſu &* EXERCITATIONE *proficiunt.* Huic

Veget lib. 2. de re milit. conſonat Iſidorus Peluſiota: *Virtus potiſſimùm quotidianâ* EXERCITATIONE *colenda eſt. Niſi enim excolatur, folia abiicit, & fructum*

Iſid. lib. 2. epiſt. 300. *amittit.* Hanc ergo virtutum palæſtram in VII. Tractatus diuidemus, quorum *Primus* eſt de Inſtrumentis bonorum operum. *Secundus*, de Obedientiâ. *Tertius*, de Silentio. *Quartus*, de ſcalâ Humilitatis. *Quintus*, de quatuor primis gradibus Humilitatis. *Sextus*, de mediis gradibus. *Septimus*, de vltimis. Explicat autem hic Liber Regulæ capita IV. V. VI. VII. XLII. LXVIII. & LXXI.

TRA-

TRACTATVS I.

DE INSTRVMENTIS BONORVM OPERVM.

B*ENIGNISSIMVS rerum omnium creator primum parentem noſtrum* poſuit in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. *Monaſticum ſtatum paradiſum voluptatis internæ, mellifluus olim Doctor nuncupauit. In quo, vt ait*, non terrenarum commendatur arborum copia, ſed virtutum vtique ſpiritualium iucunda decoraque plantatio. Hortus concluſus, vbi fons ſignatus in quatuor capita deriuatur, & ex vnâ ſapientiæ venâ virtus quadripartita procedit. Splendidiſſima quoque inibi lilia vernant, & cùm flores apparent, etiam vox turturis auditur. Ibi media eſt arbor vitæ, malus illa de Cantico, cunctis pretioſior lignis ſiluarum, cuius & vmbra ſponſam refrigerat, & fructus dulcis gutturi eius. Ibi continentiæ nitor, & ſinceræ veritatis intuitus oculos cordis irradiat, auditui quoque dat gaudium, & lætitiam dulciſſima vox conſolatoris interni. Ibi auidiſſimè prælibantur incomparabiles deliciæ charitatis, & ſuccisis ſpinis ac vepribus, quibus anteà pungebatur, vnctione miſericordiæ perfuſus animus in conſcientiâ bonâ feliciter requieſcit. Quæ quidem non inter vitæ præmia, ſed inter temporalis militiæ ſtipendia deputantur, nec ad futuram pertinent, ſed ad eam magis quæ nunc eſt Eccleſiæ promiſſionem. *In hunc porrò paradiſum quemcumque Dei miſerantis gratia collocauit, non otioſum vult eſſe, ſed ſtrenuum operarium, ſectatorem bonorum operum. At verò operario huic, quibus maximè opus eſt, niſi inſtrumentis? Et hinc eſt quod S.* BENEDICTVS, *tamquam ſapiens architectus, exſtruxerit nobis* Officinam artis ſpiritualis, *quam* Inſtrumentis bonorum operum *ad omnem copiam inſtruxit. De quibus primo hoc tractatu tria hæc tantummodò diſquirimus.* Primò, *Cur de bonorum operum Inſtrumentis tractet S.* BENEDICTVS? Secundò, *Vnde ea deſumpta, & cur ſic dicta?* Tertiò, *Vt Inſtrumentorum horum notitia & vſus per S.* BENEDICTVM *propagata?*

Gen. 2. Monaſtica vita paradiſo comparatur. Bern. ſerm. ad cleric. cap. 12. Eius fons, Flores, arbor, Fructus, & deliciæ internæ. Eius colono danda inſtrumenta, ne ſteriat.

DISQVISITIO I.

Cur de bonorum operum Inſtrumentis tractet S. BENEDICTVS?

1\. *Doctorus artem ſpiritualem, inſtrumenta congruè conſignat.*

PRIMAM principemque cauſſam ex ipſomet deſumo legiſlatore. Nam cùm ei conſtitutum eſſet ſuâ Regulâ *Artem* edocere *Spiritualem*, quam Monachi in Scholâ Dominici ſeruitij addiſcerent, & in *Officinâ* monaſterij exercerent; nihil prius habuit, quàm vt variam *Inſtrumentorum* huius artis ſupellectilem in ipſo aditu ſuis conſignaret diſcipulis atque operariis. Sed ipſum audiamus: *Ecce hæc ſunt* INSTRVMENTA ARTIS SPIRITVA-

Cap. 4.

A

LIS: *quæ cum fuerint à nobis die noctuq; inceſſabiliter adimpleta, & in die iudicij reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit: quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum.* OFFICINA *verò, vbi hæc omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt Monaſterij, & ſtabilitas in congregatione.* Artem ergo docet ſpiritualem, non ſolo corpore, ſed ſpiritu magis exercendam, qui ſi abſit, tollitur cuiuſcumque operis medulla, anima & vita: bona enim

VIRTVTES. Reg Mag. cap. 3. & 4.

opera interiore ſpiritu viuificanda ſunt. Hanc autē Regula Magiſtri nunc *ſanctam*, nunc *diuinam* appellat. Hæc eſt ars non de pane, ſed de cælo lucrando. *Ars*, vt ait S. Thomas, *nihil aliud eſt, quàm ratio recta aliquorum operum faciendorum, in eo conſiſtens, quod ipſum o[...], quod fit; in ſe bonum ſit.* Siue vt alij, Ars eſt virtus intellectualis, & habitus operatiuus faciens facultatem boni operis. Et hinc conſequens eſt, quamcumque artem proportionatis ſibi indigere inſtrumentis, atque artem ſpiritualem ſpiritualibus, quibus efficiantur bona opera. *Sicut enim*, ait Smaragdus, *inſtrumenta ſunt fabrorum, ſcriptorum, vel aliorum artificum, quibus eorum opus perficitur: ita & ſunt Inſtrumenta virtutum, quibus ſpiritualis vita componitur.* Hæc igitur Religioſo omni tempore ad manum, & expedita eſſe debent. Vnde Iſaias Abbas: *Si quis Inſtrumentum poſſidet, & illud quo tempore neceſſarium eſt non inuenerit, fruſtra poſſidet. Talis eſt, qui ſe timere Deum aſſerit, & cùm tempus adeſt vt timorem Dei oſtendat, quo vel ab iracundiâ, arrogantiâ, vel impudicitiâ, vel aliquo alio vitio cohibeatur, Dei timorem non reperit, huius omnia ſtudia ſunt inania.* Sic ille. Hac igitur potiſſimùm conſideratione, S. BENEDICTVS de bonorum operum Inſtrumentis ſibi putauit tractandum.

S. Thom. 1. 2. q. 57 a. 1. *Quid ſit ars.* — *Neceſſaria eis inſtrumenta.* Smarag. in cap. 4. Reg. S. Bened. — *Religioſo ſemper ad manum habenda.* Iſai. orat. 8.

II. *Imitatus eſt S. P. N. Chriſtum,* Matth. 19.

Secunda cauſſa eſſe poterat, imitatio Chriſti Saluatoris noſtri, qui à quodam interrogatus, *Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?* Reſpondit: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Quibus enumeratis, cùm ille reſpondiſſet: *Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute meâ, quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus: Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.* Non ſecus ſanctiſſimus Doctor noſter, volens diſcipulos ſuos ad culmen perfectionis, vitamque perducere æternam, priùs illis mandata proponit quàm conſilia, vt Chriſtianæ doctrinæ poſito fundamento Euangelicæ perfectionis turtim ſenſim ſuperædificet: atque ita totam ſuam Regulam oſtendat ad perfectionem dirigi Chriſtianam. Diuinæ igitur Scripturæ varia præcepta & conſilia præmittit, vt ingerat deinde monaſtica.

Mandata proponens ante conſilia.

III. *Exhibet hic minorem Regulam.*

Tertia cauſſa videri queat, quod minorem quandam Regulam, totique Chriſtianiſmo communem voluerit exhibere, quæ iſagoge quædam, & manductio eſſet ad maiorem toto libro deſcriptam. Nam, vt Columbanus Vrancx in MS. obſeruauit commentario, tôt hîc enumerantur bonorum operum inſtrumenta, quot in ipſo Regulæ textu reperiuntur capita, ſeptuaginta ſcilicet tria: quamquam Turrecremata dicat, tantùm 72. Inſtrumenta à S. BENEDICTO poſita, quod pleræque editiones ſequuntur. In aliquibus inſtrumentum 59. *Deſideria carnis non perficere: voluntatem propriam odire*, in duo diuiſum eſt, ad hunc fortaſſe numerum explendum. In Concordiâ autem Regularum Benedicti Anianæ, aliâ viâ hic numerus ſuppletur: nam 65. inſtrumentum, *zelum, & inuidiam non habere*, bipartitum ibi eſt, & ita legitur: *zelum non habere. Inuidiam non exercere.* Cui lectioni ſuffragatur 1. Epiſtola S. Clementis, de quâ poſteà, & Regula Magiſtri. Antonius quoque Perez 73. exponit Inſtrumenta. Quamquam tanti non videatur hæc Inſtrumentorum cùm totâ Regulâ commenſuratio, nec ſciri poſſit, an ea à ſancto Patre intenta. Cui tamen, ſi huc non reſpexerit, ex ſuo fonte facilè fuiſſet plura haurire, & transſcribere.

Nam tot ſunt inſtrumenta, quot Regulæ capita. — Turrecr. in 16. in reg. S. Bened. — *Dubium, an hoc intenderit.*

Addamus denique ſolo hoc capite obſtrui os loquentium iniqua, quorumdam ſcilicet hæreticorum, & miſomonachorũ, qui non verentur dicere, Monachos relictis Scripturis, humanis adhærere conſtitutiunculis & Regulis, quas pluris faciant, quàm Dei verbum. Quaſi monaſticæ Regulæ, aut Dei verbo non innicerentur, aut illi eſſent contrariæ. In hoc ſanè capite, vt iam de aliis nihil dicam, quot ſententiæ, tot ſacrarum litterarum teſtimonia: vt videri queat S. BENEDICTVS diſcipulum ſuum priùs Chriſtianum voluiſſe facere, quàm Monachum.

Hæretici & miſomonachi hinc refutati.

DISQVISITIO II.

Bonorum operum Inſtrumenta vnde deſumpta? Cur ſic dicta?

NE fortuitò, aut prorſus pro ſuo libitu hanc Inſtrumentorum congeriem S. BENEDICTVS conſarcinaſſe videatur, fundum inquirimus, in quo ea primùm creuerint, & in monaſticam coloniam ſunt tranſlata, & inde deinceps propagata. Deſcripta autem ſunt ex Epiſtolâ 1. Clementis Romani ad Iacobum Fratrem Domini, in quâ ſub finem ita ait: *Quotidiana illius* (S. Petri) *prædicatio inter cetera diuina mandata hæc erat, quam in eius exemplum etiam tibi frater chariſſime ſignificare curaui. Bonorum, inquit, operum inter cetera ſemina ac negotia ſunt, quantum vnuſquiſque ſapit & poteſt, totius intimi cordis, vt prælibatum eſt, viſceribus Deum diligere, & proximum velut ſeipſum.* Tum ſequuntur reliqua, licet non eodem, quo S. BENEDICTVS expreſſit ordine, nec eiſdem ſemper verbis: quinimò & pluribus aliis, quæ ille prætermiſit, additis.

S. Benedictus deſcripſit hæc Inſtrumenta ex 1. Epiſtolâ Clem. Romani.

Verum-

Dubium de eius fide. Bellarm. de Script. ecc. in Clem.

Verumenimuerò, Epiſtola hæc, vt aliæ, non caret ſuo ſcrupulo, vt ait Bellarminus. Nam conſtat S. Iacobum, ad quem ſcribuntur duæ Epiſtolæ, obiiſſe multò ante S. Petrum, & tamen in iis ſignificatur Iacobo mors S. Petri. Sed fortè epiſtolæ ſcriptæ ſunt ad Simeonem, fratrem Iacobi, non ad ipſum Iacobum. Sed vteumque hoc ſit, primam hanc epiſtolam omninò Clementi tribuendam cenſet Lambertus Gruterus Venradius, quod ab ipſo Clementis ſæculo pro eius fuerit agnita: ſitque valdè erudita, in quâ pulchrè eccleſiaſtica ἱεραρχία deſcribatur, ideoque toties à ſanctis vſurpetur. Anacletus, Clementis ſucceſſor & collega, nominatim agnoſcit, multis inde ſumptis ſententiis. Alexander I. locum ex hac mutuauit. Damaſus eamdem agnoſcit. Rufinus tamquam Clementis ſuâ interpretatione dignatus eſt, citatque *præfat. ante libros recognitionum.* Leo IX. locum ex eâdem citat. His accedat Vaſenſe Cc̃ilium, quod eandem can. 6. genuinam agnoſcit. Cùm igitur tam celebris S. BENEDICTI, & quod antecedit, æuo eſſet hæc epiſtola, optimum factum putauit Legiſlator, ſi floſculos ex illâ complures colligeret, & Monachis aptatos, ſuo infereret viridario. Legiſſe enim hanc epiſtolam, & ex eo prætereà colligitur, quòd in Prologo Regulæ duas treſve ex eâ prò ducat periodos.

Soluitur, & oſtenditur eſſe genuinum Clementis fœtum. Grut. præfat ad oper. Clement.

Vaſenſe Conc anno Chriſti 441.

Cur bona opera dicantur inſtrumenta.

Sed enim, cur bona opera capite hoc recenſita vocantur *ſemina*, ſeu *inſtrumento bonorum operum*? Nihil enim ſimul eſt cauſſa & effectus; ſemen & fructus; inſtrumentum & opus. Triplex hîc occurrit ſolutio. *Primo*, virtutes ac bona opera dici inſtrumenta, quod ſe mutuo indigeant, vna alterâ ceu Inſtrumento vtatur: vna alteri ſit inſtar ſeminis, è quo producatur. Docet ſiquidem Angelicus Doctor, cardinales virtutes dici, quia ſunt fundamenta aliarum virtutum. Et quodam modo ſunt quatuor conditiones cuiuſlibet virtutis: ſcilicet diſcretio, rectitudo, firmitas, & modus. Et Auguſtinus, *Nihil omnino eſſe virtutem* affirmans, *niſi ſummum amorem Dei*, quadripartitam virtutem dici ait *ex ipſius amoris vario quodam affectu*, vnde etiam eas ſic definire non dubitat: *Vt temperantia ſit amor, integrum ſe præbens ei quod amatur: fortitudo amor, facilè tolerans omnia propter quod amatur: iuſtitia amor ſoli amato ſeruiens, & propter eo rectè dominans: prudentia amor, ex quibus adiuuatur ab eis à quibus impeditur ſagaciter ſeligens. Definire etiam ſic licet, vt temperantiam dicamus eſſe amorem Deo ſeſe integrum incorruptumque ſeruantem: fortitudinem amorem, omnia propter Deum facilè perferentem: iuſtitiam amorem Deo tantum ſeruientem, & ob hoc benè imperantem ceteris quæ homini ſubiecta ſunt: prudentiam amorem benè diſcernentem eo quibus adiuuetur in Deum, ab iis quibus impediri poteſt.* Ita magnus ille Doctor; iuxta quem omnia inſtrumenta ſubſeruirent primo, quod eſt de dilectione Dei: atque ita à maiori parte tituli inſcriptio deſumpta eſſet.

I. *Quia ſe mutuo indigeant.*

S. Thom. 1. 2. q. 61. art. 4.

Auguſt. de morib. eccleſ. cap. 15.

Declaratur in charitate reſpectu virt. Cardinalium.

VIRTVTES.

II. *Quia conducunt ad perfectionem.*

Secunda ſolutio eſſe poſſit, ipſa bona opera vocari inſtrumenta bonorum operum conſtructione tranſitiua pro intranſitiua, quaſi dictum eſſet inſtrumenta, quæ ſunt bona opera. At verò bona opera cuiuſnam rei ſunt inſtrumenta? Reſpondetur ædificandæ turris perfectionis Euangelicæ, vel vt Turrecremata ait, Inſtrumenta acquirendæ perfectionis, & media diſponentia ad conſecutionem finis vltimi. Etſi autem ipſum perfectionis faſtigium, charitas ſcilicet, primo inſtrumento proponatur, reliqua tamen eidem potiſſimùm ſubſeruiunt. Vnde Abbas Moyſes apud Caſſianum dixit: *Ieiunia, vigiliæ, meditatio Scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis* INSTRVMENTA *ſunt, quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa peruenitur ad finem.*

Charitati, cui alia ſubſeruiunt.

Caſſian. coll. 1. c. 7.

Vel quia ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis.

Aut alio etiam modo dicere licebit, bona opera eſſe INSTRVMENTA ARTIS SPIRITVALIS: ſic enim caput concludens Legifer noſter ait: *Ecce, hæc ſunt* INSTRVMENTA ARTIS SPIRITVALIS, titulum capitis velut ſupplens aut exponens, quaſi legendum foret: *De Inſtrumentis* (.bonis operibus) *artis ſpiritualis*. Vnde Regula Magiſtri non vocat inſtrumenta bonorum operum, ſed ita præſcribit: *Quæ eſt ars ſancta, quam docere debet Abbas diſcipulos in Monaſterio?* Et ſub finem: *Ecce, hæc eſt ars ſancta, quam ferramentis debemus ſpiritualibus operari.* Et mox cap. 4. epigraphen ita exprimit: *Quæ ſunt ferramenta ſpiritualia, cum quibus operari poſſumus artem diuinam?* Et cap. 6. *Quæ eſt officina diuinæ artis, vel operatio ſpiritualium ferramentorum?* Diuina autem hæc, ſiue ſpiritualis ars conſiſtit in diuinorum obſeruatione mandatorum, quæ longâ ſerie hoc capite commemorantur.

Reg. Mag. cap. 3. *Vnde a Magiſtro vocantur ars ſancta.*

III. *Quia ſunt canones benè viuendi, vt S. Scriptura*

Tertio reſponſio eſt, ſingulas ſententias hoc capite annumeratas, *inſtrumentorum* nomine cenſeri, quia nimirum ſint canones & regulæ bona opera præſcribentes, eademque dirigentes. Sic enim & S. Scriptura Tertulliano, Hieronymo, Rufino, Caſſiano, *Inſtrumentum* dicitur, triplici ſanè ratione, quæ his noſtris inſtrumentis ex Scripturarum fonte deſumptis, vel maximè conueniat.

Tertull. l. 5. cont. Marc. cap. 1. Hieron. in Iſaiam & Ezech. c. 16. Ruf. l. 2. inuect. Caſſ. col. 14. c. 10.

Prima, quod *Inſtrumentum* dicatur ab inſtruendo, & ſignificet id quod nos mētem-

Quâ triplici ratione dicitur inſtrumentum.

VIRTVTES.

que aliqua re inſtruit, quod & ſacras litteras, & ſingulas ex eis depromptas ſententias facere manifeſtum eſt.

Inſtrumentum pro ſcripto authentico.

Secunda Inſtrumentum apud Latinos dicitur ſcriptura, quæ in pactis, conuentiſque, ac rebus iis omnibus, quas valdè certas, ratas, firmaſque eſſe oportet, inſtruit ac docet authenticè. Sicque apud Iuriſconſultos creberrima *Inſtrumentorum* vox, & in Pandectis eſt titulus *de fide inſtrumentorum*. Sed digeſta à S. BENEDICTO hoc capite axiomata, non ab ipſo tantùm, cuius in totâ Eccleſiâ non minima auctoritas, non à ſolâ Clementis Epiſtolâ, ſed ex diuinis litteris maximum atque præſtantiſſimum authenticæ certitudinis gradum obtinent.

Item pro organo.

Tertia, Inſtrumentum id eſt, quo principalis cauſſa efficiens ad quidpiam efficiendum vtitur, quod à Græcis ferè ὄργανον appellatur. Iam verò Deus Opt. Max. hiſce ſententiis S. BENEDICTI Regulâ, ceu quadam epiſtola incluſis, ad animos noſtros religione imbuendos, ſaluberrimis vitæ agendæ præceptis inſtruendos, æternaque tandem felicitate beandos vtitur. Quæ ſanè & eo fine à nobis acceptandæ, & identidem ſunt relegendæ. Nec hanc Inſtrumentorum acceptionem à Legiſlatoris noſtri mente alienam, ex vltimo Regulæ colligas capite, vbi ait: *Collationes Patrum, & inſtituta, & vita eorum; ſed & Regula S. Patris noſtri Baſilij, quid aliud ſunt, niſi benè viuentium & obedientium Monachorum exempla, & INSTRVMENTA virtutum?* Nimirum libri hi regulam & amuſſim præſcribunt exercendæ cuiuſuis virtutis; dum eam vel in viris ſanctis delineant, vel eiuſdem documenta tradunt. Similiter & virtutum ſemina, ſingulæ ſententiæ dici poſſunt, quia per lectionem, vel auditum in agro cordis ſatæ, & imbre diuinæ gratiæ irrigatæ, fructum boni operis, opuſque virtutis producunt. Et hac conſideratione crediderim à Clemente appellata *bonorum operum ſemina*.

Deus his inſtrumentis vtitur ad noſtram ſalutem.

Scripta SS. Patrum virtutum inſtrumenta.

Quid bonorum operum negotia, apud Clementem.

Iam verò, vt & alia eorumdem explicemus nomina, ab eodem Clemente dicuntur *bonorum operum negotia*, quod circa hæc talentis nobis à cæleſti patrefamilias traditis nos oporteat negotiari; omneque nobis negare otium; vnde S. BENEDICTVS, vult ea *à nobis die noctuq. inceſſabiliter adimpleri, & in die iudicij reconſignari*, id eſt, reddi, & patriſamilias, à quo talenta ad negotiandum accepta, velut numerato iterum conſignari: prout ex parabolâ euangelicâ colligitur, vbi negotiatores reddunt duplicata talenta. Sed Patriarcha noſter, dum inſtrumenta ait in die iudicij reconſignari, alludit ad monaſticum operandi modum:

Cap. 4. Alludit ad ea S. Benedictus.

Matth. 25.

A cuſtos enim inſtrumentorum ea fratribus conſignat, quę veſperi eidem recōſignant, aut ille recolligit. Eodem modo ſeptimanarius coquinæ *vaſa miniſterij ſui munda & ſana Cellerario reconſignat*, vt habet Regula, quæ ſcilicet eidem intranti Cellerarius tradiderat. Igitur quemadmodum poſt totius diei laborem veſperi reddenda inſtrumenta, & poſt totius hebdomadæ ſeruitium, conſignata priùs vtenſilia ſunt reddenda: ita quoque in die iudicij, quando non licebit ampliùs operari, reddenda erunt bonorum operum inſtrumenta, &
B promiſſa exſpectanda merces.

Cap. 31. Sumtà cõparatione materiali. Cap. 35.

Regula Magiſtri vocat *ferramenta artis ſpiritualis*, ſiue vt S. BENEDICTVM citato loco imitaretur, ſiue vt Caſſianum, qui tam coll. 1. c. 7. quàm 21. c. 15. eadem voce vtitur. Sunt autem *ferramenta* propriè inſtrumenta ferrea. Gloſſæ veteres: *Ferramenta*, ἐργαλεῖα σιδηρᾶ, *Inſtrumenta ferrea.*

Quid ferramenta.

Turrecremata ait hæc inſtrumenta nominari poſſe *ornamenta virtutum, documenta ſchola diuini ſeruitij, fundamenta ſpiritualis ædificij.*

Turrecr. tract. 16. in reg.

C

DISQVISITIO III.

Vt Inſtrumentorum bonorum operum notitia & vſus per S. BENEDICTVM propagata?

POSTQVAM S. P. BENEDICTI Regula aliis relictis in Occidente paſſim recepta fuit; celebrior inde, & in plures deriuata, horum doctrina *Inſtrumentorum*. Quod quidē cùm ad eiuſdem Patris commendationem, tum ad condignam horum Inſtrumentorum ęſtimationem faciat, hoc
D loco videbatur non prætereundum. Nam quod Monachos, Sanctimonialeſque ſpectat, reperimus & Regularum conditores iis hęc *Inſtrumenta* de verbo ad verbum ex Regulâ S. BENEDICTI expreſſa, præſcripſiſſe. Donatus Veſontinus Epiſcopus in ſuâ ad virgines Regulâ textum S. BENEDICTI verbotenus repræſentat. Idemque legitur in Regulâ Magiſtri, verbis tamen ſubinde mutatis, quibuſdam Inſtrumentis additis, vel omiſſis, more ipſi conſueto. Sed & Solitariorum Regula ordine hæc Inſtrumenta, ſicut & plura ex S. BENEDI-
E CTI Regulâ exhibet.

Regularum conditores Inſtrumenta hæc à S. Benedicto mutuati.

Reg. Donat. cap. 3.

Reg. Mag. c. 3. & ſeq.

Reg. Solit. cap. 25.

Iam verò vt ad alios veniamus, Theodulphus ex Abbate Floriacenſi Epiſcopus Aurelianenſis, hæc ipſa Inſtrumenta Clero ſuæ Diœceſis, & per eum toti populo, tanquā aptam benè viuendi methodū, proponenda putauit. Nam in Epiſtolâ, quam ex Vaticanâ Bibliothecâ eruit Cardinalis Baronius, & IX. Annalium tomo intexuit, totum

Theodulfus Aurelian. Clero ſuo propoſuit.

totum hoc caput num. 21. inſeruit: hác tamen præmiſsâ prẹfatiunculâ: *Cùm omnium ſanctarum Scripturarum pagina Inſtrumentis bonorum operum referta ſint, & per ſanctarum Scripturarum campos poſſint inueniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur: libuit nobis huic noſtro Capitulari inſerere ſententiam cuiuſdam Patris de Inſtrumentis bonorum operum, in quò magnâ breuitate quid agi, quidve vitari debeat, continetur.*

Aliená à præfatione.

Eadem præfatio eſt in Regula Solitariorum: totum verò caput cum præfatione habetur ad calcem VI. Synodi Conſtantinopolitanæ, cùm inſcriptione, *De inſtructione bonorum operum.* Sed falsò illi tribuuntur, deſcripſerat tamen Surius ex Vetuſto codice Monaſterij S. Bauonis vrbis Gandenſis, in quo, libro 2. num. 135. dicitur totum caput hoc deſcriptum ex Concilio Wormatienſi. Nec illud cenſuerim ſilentio prætereundum, totum hoc Theodulphi Capitulare Latinè, & Saxonicè verſum ex libro MS. Collegij Corporis Chriſti Cantabrigiæ haberi tomo 1. Conciliorum Angliæ ab Henrico Spelmano edito, cùm hoc lemmate: *Capitula incerti auctoris, loci, & temporis ad Eccleſiæ regimen congeſta.* In hoc autem Capitulari nomine *Cuiuſdam Patris*, intelligi S. BENEDICTVM, non autem Clementem Romanum, ex eo colligas, quod vocet *Inſtrumenta* bonorum operum, & inſtrumenta *artis ſpiritualis*, phraſi Benedictina, ordo deinde totus S. BENEDICTI, prætermiſſis illis, quæ idem apud Clementem reliquit. Adhæc epilogus: *Ecce, hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis*, &c. Sanctum BENEDICTVM non Clementem habet auctorem. Ex Saxonicâ autem iſtâ verſione non Clero tantùm, ſed fideli etiam populo hanc bonorum operum inſtructionem propoſitam, facile eſt colligere. Sed vt ad Eccleſiaſticos redeamus, plura ex his Inſtrumentis velut in faſciculum collecta proponuntur in Epilogo Regulæ Canonicorum, in Concilio Aquiſgranenſi ſub Ludouico Pio. Sed & in Regulâ Sanctimonialium canonicè viuentium, nõ ſolùm vt paſſim inter eas nota ſupponuntur hẹc inſtrumẽta; ſed expreſsè etiam præſcribitur: *Si aliqua in congregatione Sanctimonialium in diſcẽdis* BONORVM OPERVM INSTRVMENTIS *iuxta vires operã non dederit, primò admoneatur, & ſi non paruerit, publicè obiurgatione corripiatur*, &c. Vnde mirũ nemini, vt credo, videbitur, quòd in Ordine Romano, in benedictione Abbatiſſæ, Monaſticam Regulam profitentis, ex Canone Theodori Anglorum Epiſcopi, Deus rogetur, vt nonnulla ibi commemorata bonorum operum *Inſtrumenta* illi largiatur.

Quomodo inſerta VI. Synodo Cõſtantinopol.

Exſtant Latinè & Saxonicè in Concil. Angliæ.

Sumpta indubiè à S. Benedicto.

Pleráque Canonicis propoſita.

Ann. Chriſti 816.

Cap. 18. *Monialibus etiam ad ediſcendum.*

Tot igitur Scriptorum teſtimonijs hæc Inſtrumentorum ſacra congeries confirmatur; & inde eſt, quòd ab eorumdem obſeruatione commendatũ legamus S. Rembertum, Bremenſem Archiepiſcopum, de quo auctor vitæ ſcribit, *quòd ex occaſione curæ paſtoralis, nullam monaſticæ perfectionis iacturam fecerit: imò verò ex illis ipſis qui in Monaſterijs degunt, nullus bonorum operum* INSTRVMENTA, *quæ illorum Regula commemorat, æquè ac ipſe excoluerit.*

VIRTVTES. *S. Rembertus ob ea laudatur.*

Apud Sur. Febr. 4.

Ex his porrò omnibus diſcent noſtri, quo loco hæc Inſtrumenta habenda, & quanti æſtimanda ſint. Pleraque enim ex ijs diuina ſunt præcepta, & ſalutaria conſilia, ſacris litteris expreſſa, & Legiſlatoris noſtri auctoritate repetita, & identidem inculcata. Hinc in Conſtitutionibus Camaldulenſium Cœnobitarum, quas Pius V. approbauit, hæc capiti huic adijcitur declaratio. *Quoniam quartum capitulum Regulæ Patribus non tantùm conſideratione dignũ videtur, quin etiam admirabile, ac propè diuinum, cùm ijs de rebus tractet, quæ virtute, ac breui admodum verborum periodo, vniuerſam complecti doctrinam Chriſtianam, & ſub quadam quaſi Epilogo ſummam totius legis Euangelicæ continere videantur: idcirco in Chriſti viſceribus, & cùm omni charitatis affectu, hortantur Prælatos omnes, vt illud ſemper præ oculis habere ſtudeant, & in omni eorum opere illud ſibi ad imitandum proponant. Siquidem vnuſquiſque tantò erit perfectior, ac regularis obſeruantiæ magis amator, quantò diligentiùs ea quæ in ipſo capitulo narrantur, implere conabitur.* Hinc etiam Conſtitutiones miſſionis Anglicanæ decreuerunt, *vt hoc caput ab omnibus memoriter addiſcatur.* Decet enim vt artis ſpiritualis diſcipulus præſcripta à Magiſtro ſuo inſtrumenta nouerit, ijſdemque vtatur. Neque enim nuda ſufficit notitia, aut quòd ea Regulæ textu incluſa poſſideamus, ſed vſus requiritur & praxis. Rectè enim dixit Caſſianus: *Ob hoc quis ferramento cuiuſlibet artis inſtituere ſibimet ac præparare feſtinat, non vt ea poſſideat otioſe, nec vt emolumenti illius fructum qui ſperatur ex ipſis, in nuda Inſtrumentorum poſſeſſione conſtituat; ſed vt eorum miniſterio peritiam finemque illius diſciplinæ, cuius hæc adiumenta ſunt, efficaciter apprehendat.* Grauiter proinde S. Odo Cluniacẽſis Abbas neglectores horum Inſtrumentorum his verbis perſtringit. *Nam vt ita comparatum ſit, omnes qui ad vſum huius vitæ quaſlibet artes exercent, ſic eas vtique gerunt, ſicut à magiſtris didicerũt, & illis vtenſilibus vtũtur, quæ illi actui, cui intenti ſunt, conueniunt, vt nautæ, ſutores, vel fabri. At nos ſoli Monachi* INSTRVMENTA BONORVM OPERVM, *quæ S.* BENEDICTVS *ad percipiendam cæleſtem vitam conſtruxit, abijcimus, ſolique*

Sunt magni æſtimanda.

Camaldul. Conſt. ad cap. 4. *Continent ſummam doctrinæ Chriſtianæ.*

Memoriæ mandanda.

Et maximè practicanda.

Caſſia. collat. 1. cap. 7.

Notatì Monachi, qui ea negligũt.

S. Odo lib. 3. collat. cap. 18.

VIRTVTES. *noſtræ profeſsionis deſertores, lineas, quas Deus per magiſtros nobis oſtendit, nunc ad dextram, nunc ad ſiniſtram tranſgredimur, nec bonorum operum* INSTRVMENTIS, *ſicut à magiſtris tradita ſunt, vti dignamur.*

Auctor, neutrum agat, non explicabit. Commentarium forſitan ſuper his *Inſtrumentis* nonnemo requirat. Sed illo quid opus, cùm qui nos in hoc ſtadio ſtudioq́ue præceſſerunt, id præſtiterint cumulatiſſimè? Adeant proindè Smaragdum Abbatem, Cardinalē Turrecrematam, Ioannem Tritthemium, Antonium Perez, alioſque; Et cùm ad marginem cuique inſtrumento adſcripta ſit Scripturæ citatio, vnde illud deſumptum; ampliſſimæ explanationis vicem tot ſacrarum litterarum interpretes, quos paſſim exſtare videmus, abundè ſupplebunt.

TRACTATVS II.

DE OBEDIENTIA.

Bethania, domus Obedientiæ. Bernard ad milit. temp. cap. 13.

A*B officinâ artis ſpiritualis in* BETHANIAM, *id eſt*, DOMVM OBEDIENTIÆ, *mi Lector tranſeamus. Caſtellum eſt Mariæ & Marthæ, in quo Lazarus eſt reſuſcitatus.* Hic, *vt Bernardus ait*, vtriuſque vitæ figura, & Dei erga peccatores mira clementia; nec non & virtus OBEDIENTIÆ vnà cum fructibus pœnitentiæ commendatur. *In hâc domo Religioſis intimatur*: quod quidem nec ſtudium bonæ actionis, nec otium ſanctæ contemplationis, nec lacryma pœnitentis extra BETHANIAM accepta eſſe poterunt illi, qui tantam habuit OBEDIENTIAM, vt vitam, quam ipſam perdere maluerit, factus obediēs Patri vſque ad mortem. *In hâc domo vir obediens victoriarum ſuarum erigit trophæa, canit triumphos. In hâc voluntatis propriæ iam pridem emortuæ & ſepultæ, celebrantur exequiæ. In hâc filij* Obedientiæ *proprij iudicij reſignationem aſsiduò docentur exercere, & Omnipotenti Deo in holocauſtum offerre. Domus hæc vndecim conſtat cubiculis, in quibus totidem Diſquiſitiones expendentur.* Prima *quærit*, *An, & quomodo Obedientia primus Humilitatis gradus?* Secunda, *Quinam Obedientiæ gradus?* Tertia, *Quæ ſcalæ baſis?* Quarta, *Quæ huius Scalæ latera?* Quinta, *Quibus, & in quibus obediendum?* Sexta, *Quomodo in impoſsibilibus?* Septima, *Vt omnia agenda cum Obedientiâ?* Octaua, *Quàm velox eſſe debeat?* Nona, *Vt in ea abneganda voluntas propria?* Decima, *Quæ reliquæ conditiones Obedientiæ?* Vndecima, *Sitne peccatum obedire cum murmure?*

DISQVISITIO I.

An, & quomodo Obedientia primus Humilitatis gradus?

Obedientiæ laus. EA virtutis *Obedientiæ* eſt dignitas & amplitudo, vt ſi pro merito eius tradenda eſſet doctrina, non vno alteróve tractatu, ſed integro opus eſſet libro. Nos tamen hîc S.P. BENEDICTI veſtigijs inſiſtentes, quæ ab eo potiſſimùm ſcripta, pro modulo noſtro conabimur elucidare. Principio autem diſquirendum, quod ait:

Quomodo ſit primus humilitatis gradus. Reg. cap. 4. Cap. 7. *Primus humilitatis gradus eſt, Obedientia ſine morâ.* Quæ breuis ſententia triplicem nobis objicit quæſtionem.

Triplex difficultas. *Prima*, quorſum agat de gradu humilitatis, cùm tituli inſcriptio ſit *de Obedientiâ*.

Secunda, cur dicit primum gradum, cùm alij nulli ſubſequantur?

Tertia, Quomodo primus gradus humilitatis ſit Obedientia ſine morâ, cùm 7. capite primum gradū ponat timorem Dei? Difficultates has facilè, vt apparet, euadūt, qui textum corrigunt, & cap. 5. reſcribūt: *Primus Obedientiæ gradus eſt.* Quâ lectione admiſsâ, ceſſat prima, & tertia quæſtio: & ad ſecundam reſpondent, vel *primum* hîc non ſignificare ordinem ſubſequentium, ſed excellentiam; vel reliquos Obedientiæ gra- *Quam vt quidam ſoluant, textum corrigunt.*

tiæ gradus ſubſequentibus toto capite S. BENEDICTI verbis ſatis explicari. Inclinat in hanc ſententiam Columbanus Vrancx Blandinienſis Abbas, ſic enim ait: Vt capituli huius littera & declaratio inſcriptioni vel argumento ſuo debitè reſpondeat, & vt materiæ & gradus Obedientiæ & humilitatis, qui diuerſi ſunt, & diuerſa capitula hîc habēt, non confundantur propter morem S. BENEDICTI, pro primo humilitatis gradu legendum videtur; *Primus Obedientiæ gradus eſt, Obedientia ſine morâ.* Sic ille. Cui quidem fauet Regulæ noſtræ editio Florentina cum Declarationibus & Conſtitutionibus Camaldulenſium 1572. & altera Duacēſis apud Laurentium Kellam, quæ legunt: *Primus Obedientiæ gradus eſt, Obedientia ſine morâ.* Quod in Gallicâ ſuâ traductione ſequitur Eximius Doctor, Franciſcus Syluius, qui in præfatione ad lectorem, ait Latinam editionem, quæ legit, *Primus humilitatis gradus eſt*, non eſſe ſinceram; quod 7. capite alius enumeretur primus gradus humilitatis.

Colum. in MS. Comment ſet. 9.

Et fauent quadam Regula editiones.

Verùm, conſtans eſt aliorum tam MSS. quàm editorum codicum lectio, *Primus humilitatis gradus eſt*: & ita ante octingētos annos legit S. BENEDICTVS, Anianæ Abbas, in Concordia Regularum, eodem ſæculo Smaragdus in Commentario, & quæ vtrumque præcedit, Regula Magiſtri, caput 7. quod etiam inſcripſit: *De Obedientiâ diſcipuli, qualis debeat eſſe*, S. BENEDICTI verbis ita exordittur: *Primus humilitatis gradus eſt, Obedientia ſine morâ.* Idemque 10. deinde capite, eodem quo S. BENEDICTVS modo Scalam exhibet humilitatis. His porrò antiquior etiam eſt Regula Donati Veſontini Archiepiſcopi ad Virgines (vixit enim auctor ille anno Chriſti 650.) is autem cap. 37. Regulæ ſuæ, cui lemma eſt, *Quot ſunt gradus humilitatis*, ſic exorditur: *Primus humilitatis gradus eſt, Obedientia ſine morâ.* Et conſequenter ponit textum cap. 5. & 7. Regulæ S. BENEDICTI, ſed ex hoc prætermittit omnia vſque ad ſecundum humilitatis gradum.

Sed fruſtra ſunt.

Reclamante toto antiquitate.

Etiam mille annorum.

Stabilitâ ergo his teſtibus, non tantùm lectionis antiquitate, ſed & veritate; remanent ſoluendæ tres illæ quæſtiones.

AD PRIMAM proinde dico, ideò in tractatione Obedientiæ mentionem fieri humilitatis, quod virtutes hæ inter ſe ſint connexæ. Obedientia enim eſt filia humilitatis. Humilitas primogenitam parit Obedientiam, dum per ipſam cōmendatur & probatur. Ex Apoſtolo id diſcere licet, qui de archetypo omnis humilitatis, Chriſto Ieſu, ait: *Humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſque ad mortem, mortem autē crucis.* In quem locum S. Thomas: *Modus humiliationis, & ſignum humilitatis eſt Obediētia: quia proprium ſuperborum eſt, ſequi propriam voluntatem. Vnde volens oſtendere perfectionem humilitatis Chriſti, dicit quod factus eſt obediens.* Eodem modo ſuperbia generat inobedientiā, quod patuit tam in primo parente, quam in angelis, qui è cœlo ceciderunt. Et Bernardus: *Ne fortitudo in ſuperbiam tranſeat, condienda eſt ſale humilitatis, quia nihil prodeſt fortiter obedire, ſi contigerit infeliciter ſuperbire.* Sed nemini, cui pro merito S. BENEDICTI admittenda videbitur auctoritas, dubium erit, quin Obedientia ad humilitatem pertineat. Ille enim & tertium humilitatis gradum facit *Obedientiam*, & illam Domini vocem: *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me*, modò pro Obedientiâ, modò pro humilitate adducit. Nihil igitur mirum, ſi Obedientia humilitatis aſſeratur gradus.

Reſpondetur ad primam difficultatem.

Humilitatis & Obedientiæ nexus.

Philip. 2.

S. Thom. lect. 2.

VIRTVTES.

Bern ſerm. de virtut. Obed.

Ex mente S. Benedicti.

Sed iam quod SECVNDA petebat quæſtio, cur primus dicitur quem alij non ſequuntur? Reſpondebatur, *primum* hîc non ordinem ſignificare, ſed excellentiam. Vt apud Maronem:

——— Primos *iuuenū tot miſerit Orco.*

Sic vbi idem ait:

——— *Quantos* primus *patiare labores.*

Primus idem valet quod præcipuus. Hinc Turrecremata: *Primum* hoc loco poſitum, non ordinem dicit; vt *primus* dicatur, quia ſecundus ſequitur: ſed potiùs magnitudinem aut excellentiam dicit, veluti eſt illud: *Primum quærite regnum Dei.* Vt ſit ſenſus, Obedientia eſt præcipuum, quo humilitatis virtus cuſtoditur, ſtruitur, & roboratur.

Reſpondetur ad ſecundam.

Virg. Æneid. 9.

Id. 12.

Primus pro excellente.

Turrecr. tract. 55. in reg.

Luc. 12.

Ad TERTIAM quæſtionem, cur Obedientia dicatur primus humilitatis gradus, cùm cap. 7. poſitus ſit *timor Domini*, non vna reſponſio eſt. Smaragdus: *Timor*, ait, *primus eſt in corde*, Obedientia *in actione. Sicut enim ille eſt primus in ordine, ita & in cogitatione, voluntate, deſiderio, & conuerſione. Iſte tamen qui hîc ponitur primus, illic inuenitur in ordine eſſe ſecundus. Sic enim dicit in iſto: Hi tales relinquentes ſtatim, quæ ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes, illam Domini imitantur ſententiam, quâ dicit:* Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. *In illo verò dicitur: Secundus humilitatis gradus eſt, ſi propriam quis non amans voluntatē, deſideria ſua non delectetur implere, ſed vocem illam Domini factis imitetur, dicentis:* Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. *Ecce, quomodo probatur, quia ipſe, qui hîc ponitur primus, illic poſitus inuenitur eſſe ſecundus. Ergò ille eſt primus in ordine & cogitatione, iſte primus in operis actione. Ille primus initio conuerſionis, iſte primus initio actionis. Ille primus in animâ ſpiritualiter*

Ad Tertiā reſpondet Smaragdus.

In cap. 5. reg. S Bened.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

VIRTVTES.

Item Petrus Boerius. In cap. 5. Reg. S. Bened.

tualiter, iſte primus in Obedientiâ corporaliter. Boërium audiamus: *Primus hîc excellentiam denotat, in cap. 7. ordinem numeralem. Vel dic, quod ibi agitur de humilitate cordis & intrinſecâ, in quâ ponit primum fundamentũ & intrinſecum, ſcilicet Dei timorem. Hîc verò agitur de humilitate operis & extrinſeca, cuius dicitur eſſe primum fundamẽtum Obedientia. Nec enim, vt dicit Auguſtinus, Obedientia niſi humilium eſſe poteſt.* Sic ille. Aliter Ioannes Craesbeeck, Obedientiam dicit primum humilitatis gradum S. BENEDICTO dici, non ordine nec abſolutè, ſed primum inter illos, quos Religioſus in Monaſterio exiſtens exercere & aſcẽdere incipit. Vt minimum duos primos gradus intelligatur iam aſcẽdiſſe antequam ad congregationem veniret, & ſe ſuperiori ſubmitteret. Quod ex S. Bernardi verbis colligi videtur. *Notandum,* inquit, *quòd duo ſuperbiæ gradus, qui & humilitatis aſcendendo primi inueniuntur, ſicut extra congregationem aſcendendi ſunt, ita in congregatione deſcendi non poſſunt. Quod autem ante aſcendi debeant, ex hoc apertè datur*

Alia recentis interpretis reſponſio.

Bern. tract. de grad. humil. & ſuperb. grad. 10. *Duo primi gradus humilitatis in ſeculo ſcandendi.*

A *intelligi, quod de tertio gradu in Regulâ legitur:* Tertius, *inquit,* gradus eſt, vt quis pro amore Dei omni Obedientiâ ſe ſubdat maiori. *Si ergo in tertio gradu ſubiectio collocatur, quæ proculdubio fit quando nouitius primò conuentui ſociatur; conſequens eſt, quod duo iam tranſcenſi intelligantur.* Sic Bernardus.

DISQVISITIO II.

Quinam Obedientiæ gradus?

B CVM Patriarcha noſter 7. capite Scalam humilitatis duodecim diſtinctã gradibus erexerit, & quinto hoc capite de Obedientia, primi gradus mentionem fecerit, implicitè velut ſuggerit, etiam Obedientiæ ſuam eſſe ſcalam, cuius aſcenſiones in corde ſuo diſponere debeat Monachus, qui vero regi militaturus, *Obedientiæ fortiſſima atque præclara arma aſſumit.* Inde eſt quod nonnulli varios ordinauerint *Obedientiæ gradus.* Nam S. Bernardus hos 7. poſuit

Prolog. reg.

Gradus Obedientiæ à S. Bernardo ſtructi.

Bern. ſerm. de virtut. Obed.

OBEDIRE	Libenter. Simpliciter. Hilariter. Velociter. Viriliter. Humiliter. Indeſiuenter.	Quos exponunt	S. Bonauentura, *Diet. Salut. tit. 3. cap. 2.* S. Antoninus, 4. *part. tit. 5. c. 11.* Cardinalis Turrecremata, *tract. 55. in reg. S. Bened.* Buſæus, *in Verid. V. Obed. c. 5.*

Cap. 1.

Sanctus verò Bonauentura *opuſc. de grad. virt.* Scalam Obedientiæ 15. graduum fabricat, & per quinque terniones ita exhibet, vt gradibus cõparationis, quos Grammatici vocant, reſpondeant, primuſque ei ſit altus; ſecũdus, altior; tertius, altiſſimus: & breuiter ac clarè ſic poſſunt enumerari.

Alij Gradus S. Bonauentura.

1\. *Primò*, quoad perſonam imperantis, 1. Obedire Deo. 2. homini propter Deum. 3. indiſcreto & dyſcolo.

2\. *Secundò*, quoad materiam, obedire 1. in re ſuaui. 2. in graui. 3. in grauiſſimâ.

3\. *Tertiò*, quoad finem ſeu motiuum obe- C diendi, obedire 1. propter timorem. 2. propter ſpem mercedis. 3. propter amorem Dei.

Quartò, quoad imperandi formam, obedire 1. verbo. 2. nutui. 3. voluntati Superioris, intellige nec verbo, nec nutu indicatæ, quàm ex eius diſpoſitione alióve modo conijcis. 4.

Quintò, quoad executionem, obedire 1. cum aliquâ dilatione. 2. ſtatim, ſed cum murmure. 3. ſtatim, ſponte & cum magno deſiderio. Alibi verò nouem hos recenſet gradus: *Vt acceptabilis Deo ſit Religioſi* 5.

Einſdem Doctoris nouem Obedientiæ gradus. Bonau. to. 7. coll. 3.

OBEDIENTIA, DEBET ESSE	1. Prompta, 2. Deuota, 3. Voluntaria, 4. Simplex, 5. Perſeuerans, 6. Ordinata, 7. Iucunda, 8. Strenua, 9. Vniuerſalis,	SINE	Dilatione. Dedignatione. Contradictione. Diſcuſſione. Ceſſatione. Deuiatione. Turbatione. Puſillanimitate. Exceptione.

Humbert. Epiſt. de 3. Vot. cap. 5.

Pauli Iuſtiniani liber de 12. Obed. gradibus.

Eoſdem hos gradus enumerat Humbertus. Paulus verò Iuſtinianus, ex Patricio Veneto Monachus Camaldulenſis, librum ſcripſit de 12. *Obediendiæ gradibus*, quos ex S. BENEDICTI verbis exſculpit, leguntur; in Regulâ Eremitarum Camaldulenſium D Italicè editâ. Hunc, vt arbitror, in Belgio nonnullis immutatis ſecutus eſt Columbanus Vranex, in MS. ſuo Commentario: qui 12. Obedientiæ (ſicut S. BENEDICTVS humilitatis) gradus conſtituit, hoc ferè ordine.

Forte expreſſit hos Columbanus Vranex.

Primus

Primus gradus eſt, Obedientia ſine morâ.

Secundus, exoccupatis manibus id quod agebatur deponere, & in ipſo punƈto, quo aliud iubetur, relinquere.

Tertius, inchoatum opus relinquere imperfeƈtum.

Quartus, voluntatem operis perficiendi in punƈto quo vocaris deſerere.

Quintus, proprium iudicium atque arbitrium abnegare, Superiorìſque conformare.

Sextus, obedire ſine trepidatione & metu, iudicando vtile & reƈtum quod iniungitur.

Septimus, ex iudicio quo iudicas opus conuenientius quia Superior iuſſit, ipſum aggredi.

Octauus, eâdem conſideratione opus continuare & perficere.

Nonus, obedire ſine contradiƈtione, quetimoniâ, & murmure.

Decimus, cùm bono animo, non linguam tantùm, ſed & cor à murmure cohibere.

Vndecimus, cùm hilaritate obedire.

Duodecimus, obedire ex charitate, ſeu amore Dei.

Eorum latera & baſis.

HI Scalæ huius gradus, cuius latera ponit Humilitatem, & Patientiam; fundamẽtum, exemplum Ieſu Chriſti. Verùm in his gradibus animaduertere erit; tres primos ſpeƈtare ad Obedientiam ſine morâ, aƈtu externo; quartum ad eumdem aƈtu interno. Quatuor ſubſequentes, conformationem iudicij noſtri cum Superioris inculcant. Nonus externum prohibet murmur, decimus internum. Proindè non ſatis euidens inter eos diſcrimen cõſtituitur, cùm aƈtus internus & externus ad eundem gradum videantur reſcrendi.

Gradus hi non videntur ſatis diſtincti.

Scala 12. graduum ab Auƈtore erecta.

Verũenimuerò quidni & nobis liceat ex ijs, quæ S. BENEDICTVS tã hoc, quàm alijs capitibus de Obedientiâ ſparſim ſcripſit, non paulò, niſi nos fallat opinio, accuratiorem Scalam conſtruere, in quâ & duodenatius graduum numerus, maiorque inter eos ſeruetur diſtinƈtio? Ecciſtam, mi Leƈtor, in quâ & quibus perſonis, & quibus in rebus, & quibus modis obediendum ſit, ipſis S. BENEDICTI verbis gradatim oſtendimus. Quibus autem obediendum?

I. *Obedire Abbati.* Cap. 4. inſtrum. 61. Cap. 7. grad. 3.

PRIMVS Obedientiæ gradus eſt, *Præceptis Abbatis in omnibus obedire; etiamſi ipſe (quod abſit) aliter agat.* Vel vt alibi S. P. loquitur, pro Dei amore *omni Obedientiâ ſe ſubdere Maiori.* Nec refert, hunc & alium quemdam infra etiam inter humilitatis gradus connumerari, tanta enim eſt virtutum harum, vt diximus, connexio, vt comnnes inter ſe habeant gradus.

II. *Confratribus.*

SECVNDVS Obedientiæ gradus eſt, *vt* A *non ſolùm Abbati, ſed etiam ſibi inuicem obediant Fratres.* Aut vt alibi dicit: *Obedientiam ſibi certatim impendant.* At quibus in rebus obediendum?

VIRTVTES. Cap. 71. Cap. 72.

TERTIVS gradus eſt, obedire in omnibus, vſque adeò, vt *ſi cui fratri aliqua fortè grauia, aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat iubentis imperium cum omni manſuetudine, & obedientiâ.*

III. *In omnibus.* Cap. 69.

QVARTVS eſt, *cum voluntate Abbatis omnia facere.* Et in ſupererogationis operibus alijſque, *hoc ipſum quod vnuſquiſque offert,* B *Abbati ſuggerere, vt cum eius fiat oratione & voluntate. Quia quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit, præſumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi.* Vnde alibi vindiƈtę regulari vult ſubiacere eum, *qui præſumpſerit quidpiam, quamuis paruum, ſine Abbatis iuſſione facere.* Quibus verò modis Obediẽtia impendenda, reliqui deinceps oſtendunt gradus. Vnde,

IV. *Nihil facere ſine obedientiâ.* Cap. 49. Cap. 67.

QVINTVS eſt, *Obedire ſine morâ.* Hunc autem pluribus explicat. *Mox*, inquit, *vt aliquid imperatum fuerit, ac ſi diuinitus imperetur, moram pati neſciunt in faciendo.* Quid C præterea? *Hi tales relinquentes ſtatim quæ ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebant imperfeƈtum relinquentes, vicino Obedientiæ pede iubentis vocem factis ſequuntur: & veluti vno momento prædiƈta magiſtri iuſſio, & perfeƈta diſcipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambæ res communiter citiùs explicantur.*

V. *Obedire ſine morâ.* Cap. 5.

SEXTVS conſiſtit in abnegando voluntatem propriam. Vnde dixit, *voluntatem propriam deſerentes.* Et inter inſtrumenta D bonorum poſuit: *Voluntatem propriam odire.* Et alibi: *Vt quis propriam non amans voluntatem, deſideria ſua non deleƈtetur implere.*

VI. *Abnegare propriam voluntatem.* Cap. 4. Cap. 7.

SEPTIMVS eſt, abnegare proprium iudicium, de quo ait: *Non ſuo arbitrio viuentes, vel deſiderijs ſuis & voluptatibus obedientes, ſed ambulantes alieno* IVDICIO *& imperio, in cœnobijs degentes, Abbatem ſibi præeſſe deſiderant.* Hanc abnegationem alibi explicans, monet, vt cui impoſſibilia iniunguntur, *impoſſibilitatis ſuæ cauſſas ei, qui ſibi præeſt, patienter & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo, aut reſiſtendo, vel contradicendo.* Quid igitur E faciet? abnegans propriũ iudicium, SCIAT ITA SIBI EXPEDIRE. Et vt S. P. alibi, non *quod ſibi vtile* IVDICAT *ſequatur, ſed quod magis alij.* Atque hæc eſt illa priſcis recentioribuſq; toties commendata OBEDIENTIA COECA.

VII. *Proprium iudicium.* Cap. 5. Cap 68. Cap. 72.

OCTAVVS eſt, obedire humiliter, quem inſinuauit Sanƈtus BENEDICTVS, cùm dixit: *Primus humilitatis gradus eſt, Obedientia ſine morâ.* Et 7. cap. quoſdam qui ad Obedientiam pertinent, humilitatis ſcalæ inſeruit; vt ſciremus humilem debere eſſe

VIII. *Obedire humiliter.* Cap. 5.

Digitized by Google

VIRTVTES. eſſe Obedientiam, & obedientem humili- A tatem.

IX. *Patienter.* Cap 7. NONVS, obedire patienter, id eſt, vt Legiſlator ait, *ſi in ipſa Obedientiâ duris & contrarijs rebus, tacitâ conſcientiâ* PATIENTIAM *amplectatur.*

X. *Non trepidè.* DECIMVS, *non trepidè* obedire, id eſt, firmiter, non hæſitando & diſceptando, aut dubitando.

XI. *Non tepidè.* VNDECIMVS, *non tepidè* obedire, ſed feruenter, ſolicitè, & diligenter: & hoc eſt ex charitate obedire; charitas enim excitat feruorem & ſolicitudinem. Vnde S. Pater B ait: *Omnes iuniores, prioribus ſuis omni charitate & ſolicitudine obediant.* Cap. 71.

XII. *Obedire hilariter.* Cap. 5. DVODECIMVS gradus eſt, obedire hilariter, ſiue vt Regula ait, *cùm bono animo, quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo ſi obedit diſcipulus, & non ſolùm ore, verùm etiam in corde ſi murmurauerit, etſi impleat iuſſionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis.*

Charitas Chriſti, & eius imitatio ſunt latera ſcalæ huius. Ibid. Et hi quidem Obedientiæ 12. gradus. Latera verò huius ſcalæ duo ſunt, charitas Chriſti, & imitatio ſiue exemplum Chri- C ſti. De priore ait S. BENEDICTVS: *Obedientia ſine morâ* (idem iudicium eſto de alijs gradibus) *conuenit his, qui nihil ſibi Chriſto* CARIVS *aliquid exiſtimant.* Alterum latus, ex obedientis Chriſti exemplo conſtructum, S. Pater velut implicitè adiungit, cùm ſemel iterumque monet illam dominivocem factis imitari; Ioan. 6. *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me.* Cap. 7. Et, cùm Monachum iubet omni Obedientia ſubdi maiori, expreſſiùs ait: Philip. 2. *Imitans Dominum, de quo dicit Apoſtolus: Factus obediens vſque ad mortem.*

Baſis, viua fides. Cap. 5. Baſis verò, ſeu fundamentum, cui hæc ſcala firmiter innititur, eſt viua fides, quâ certò creditur, quod *Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur.*

DISQVISITIO III.

De baſi SCALÆ, *ſiue quam firmiter tenendum nos Deo in Superioribus obedire?*

ACCEPTIS à S. P. BENEDICTO lignis, Obedientiæ Scalam conſtruximus. Hanc nunc aliorum teſtimonijs nonnihil fulciemus, & quà licet, illuſtrabimus. A baſi autem & fundamento, cui tota machina innititur, ſumemus exordium. Sapientiſſimus noſter Architectus, cùm plures enumeraſſet conditiones, quæ obedientiam Deo redderent acceptabilem, & hominibus dulcem; *In Superioribus obediendus Deo.* Cap. 5. hanc veluti generalem totius diſcurſus cauſſam reddidit: *Quia Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhi-* A *betur.* Et quod veri obedientes *moram pati neſciant in faciendo,* eò refert, quod iuſſionē excipiant, *ac ſi diuinitus imperetur.* At verò, quomodo veritatem hanc probat? verbo Veritatis dicentis: *Qui vos audit, me audit:* Luc. 10. *& qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me.* Quibus in verbis ipſa radix, ex quà omne ius imperandi deriuatur, manifeſtè aperitur. *A quo manat omne ius imperandi.* Primò enim à diuinitate (quæ omnem poteſtatem in creaturas habet à ſeipsâ ratione cauſſæ) deſcendit in Chriſti humanitatem; B idque pleniſſimè & illimitatè, iuxta illud: *In Chriſtū,* *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terrâ.* Matth. 28. Ab humanitate Chriſti proximè deriuatur ad Summum Pontificem, ſicut ab Ordinario in Vicarium. Ab hoc in alios Superiores, quocumque cenſeantur nomine: *Et ab ipſo in alios Superiores.* nam & ipſi Dei & Chriſti vices gerunt. Hinc S. BENEDICTVS: *Abbas, qui vices Chriſti agere creditur, Dominus & Abbas vocetur: non ſuâ aſſumptione, ſed honore & amore Chriſti.* Cap. 63. Præiuit Magnus Baſilius: *Nihil eſt aliud Antiſtes, quàm is qui perſonam Chriſti ſuſti-* *Qui eius vices gerunt.* C *net, & ſequeſter eſt inter Deum, & homines, eorum qui in ipſius officio ſunt, ſalutem ſacrificans Deo.* Baſil. conſt. Monaſt. c. 23. Hinc Bernardus: *Prælatos ſibi Deus æquare quodammodo in vtraque parte dignatus, ſibimet imputat illorum & reuerentiam & contemptum, ſpecialiter conteſtans eis:* Bern lib. de præcept. & diſp. c. 12. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Luc. 10. *An non denique hoc ipſum & Regula noſtra perhibet, vbi ait: Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur? Quamobrē quidquid vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo: haud ſecus omninò accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus.* *Quibus obediendum vt Deo.* D *Quid enim intereſt, vtrum per ſe, an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue Angelos, hominibus innoteſcat ſuum placitū Deus?* Idemq; paulò ante dixerat: *Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obſequendum eſt curâ, pari reuerentia deferendum; vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.* Hactenus Bernardus.

A qua omnis poteſtas. Rom. 13. Eandem veritatem ex Paulo licebit diſcere, cuius hæc verba: *Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque* E *que qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Quod quidem tantò antea Moyſes intellexit, cùm dicebat: Exod. 16. *Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.* Alibi idem Paulus, cùm ad obtemperandum Præpoſitis ſubditos adhortatur, ait: Coloſſ. 3. *Quodcumque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes, quod à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Chriſto ſeruite.* Impigrè hoc fecerunt laudati à Caſſiano Ægyptij Monachi, quos ſcribit, *Laudati hinc Monachi.* *ſic vniuerſa complere, quæcumque à Superiore fuerint præcepta, tanquā ſi à Deo cælitus ſint edita.* Caſſ. lib. 4. cap. 10.

Monet

Cæſar hom. 8. ad Monach.

Monet proinde Cæſarius Arelatẽſis: *Quidquid tibi à ſenioribus fuerit imperatum, accipe tamquam de cælo, ſicut de ore Dei prolatum.*

Oſtenditur quomodo omnes gradus huic baſi ſuperſtruantur. Primò. Secundò. Cap. 3.

Solido igitur hoc præſuppoſito fundamento, facillimum erit oſteudere quomodò omnes gtadus ſuperſtruantur. Primò enim, cur non obediam Superioribus, ſi per illos Deus mihi loquatur? 2. Cur non æqualibus, aut inferioribus, cùm *ſæpè iuniori Dominus reuelet quod melius eſt?* Et per Saram ſubinde Abraham; per Ietro Moyſen; per Samuelem Heli; per aſinam erudiat Balaam? Apoſtolicum hîc attenden- B dum Monitum: *Subiecti inuicem in timore Chriſti.* 3. Cur non obediam in omnibus, ſi iubeat Deus? quem enim illi ponam limitem? Cur non in grauibus & impoſſibilibus, ſi qui inſtat præcepto, præeat auxilio; & omnia poſſim in eo qui me confortat, & omnia poſſibilia ſint credenti? 4. Cut non omnia agam cum Obedientiâ, cùm melius ſit agere, & agi voluntate Dei, per Superiorem indicata, quàm propriâ: & repreſenſos legamus, *qui os Domini non interrogauerunt?* 5. Cur nou obediam ſine morâ, C cùm Dei ptæceptis nihil præponendum, nihil æquandum? Et Abraham mox vt Dei vocem audiuit, *de nocte conſurgens*, ſtrauerit aſinum ſuum, vt grauiſſimum adimpleret ptæceptum? 6. Quidni meam abnegem voluntatem, vt ſequar Dei, quem quotidie ſic deprecor: *Fiat voluntas tua?* 7. Cur non renunciem *proprio iudicio*, & captiuem omnem intellectũ in obſequium ſanctæ Obedientiæ, cùm verè neſciat homo, quid ſibi expediat? 8. Cur Deo in Superioribus non obediam humilitet? *Nonne Deo ſubiecta erit* D *anima mea?* 9. Cur in ipsâ Obedientiâ uon amplectar *patientiam?* Si Deus mandet, qui quæcumque vult facit in cœlo & in terrâ, cur nou dicam ei: *Tu es patiẽtia mea Domine, propter te mortificamur totâ die?* 10. Cur aggredi trepidem quod Deus præcipit? cur hæſitem diffidentiâ, & non potiùs confidã in adiutorio altiſſimi? 11. Cur exſequar *tepidè*, quæ per Superiorem Deus imperat, cùm *tepidos* euomat ex ote ſuo, & magnâ ſibi velit deuotione ſetuiri? 12. Cur non bono Deo, bono animo & *hilariter* ob- E temperem, cùm hilarem datorem diligat? Quis ego ſum qui reſpondeam Deo? Dominus eſt, quod bonum in oculis eius, fiat. Et quæ maiot conſolatio, quàm tali obſequi Domino?

Ioſue 9. Quintò. Geneſ. 22. Sextò. Matth. 6. Septimò. Octauò. Pſalm. 61. Nonò. Pſalm. 70. Pſalm. 43. Decimò. Vndecimò. Apoc. 3. Duodecimò. 2. Cor. 9.

Horum graduum ad fundamentum ſuum reſpectus. Cap. 4.

Viden' Religioſe Lector, gradus omnes firmiter inniti baſi, & fundamento ſuo: & vt in circulo lineæ omnes à circumferentia tendunt in centrum; ita duodecim hos gradus, & ſi qui ſtatuantur alij, reſpicere hoc punctum, *Obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur.* Ex eo omnes A ptoducuntur, in eo omnes ſolidantur. *Aſſueſcat* igitur Monachus, vt cùm S. Dorotheo concludam, *ſeipſum poſt Deum Patri dederit, atque ab eo nullâ in re poſtmodum diſſentire, ſed omnia ipſius arbitrio faciat, eâ fide ac certitudine, ac ſi Deo in cunctis, non homini pareret.*

VIRTVTES. Doroth. ſerm. 1.

DISQVISITIO IV.

Quomodo Obedientiæ gradus ſcalæ innectantur lateribus?

B

GRADVS, niſi vtrimque lateribus ſuis firmiter inhærçant, nec iuter ſe aptè coniungẽtur, nec commodum præbebunt aſcenſum. Quare quod in baſi vtcumque iam factum, oſtendendum quomodo duodecim Obedientiæ gradus lateribus innectantur, & ex ijs veluti procedant. Latera autem diximus Charitatem eſſe, & exemplum Chriſti. De illâ S. BENEDICTVS ait: Obedientiã *conuenire his, qui nihil ſibi Chriſto* CHARIVS *aliquid exiſtimant.* Monetque C alicubi: *vt ex charitate obediant.* Nimirùm Charitas, vt docet Angelicus Doctor, aliarum virtutum forma eſt & mater, quòd earum actus in vltimum dirigat finem. Hinc Regula noſtra docens *in ipsâ Obedientiâ duris & contrarijs rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniurijs tacitâ conſcientiâ patientiam* amplecti, hoc ipſum referri vult ad Deum & Chriſtum, cui dicant: *In his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos:* patientis Obedientiæ finem demonſtrans charitatem. Apoſtolorum verò princeps, peeu- D liari phraſi vocat *Obediẽtiam charitatis. Animas*, inquit, *veſtras caſtificantes in Obedientiâ Charitatis.* Quænam autem hæc *Obedientia Charitatis?* triplicem explicationem adfert Cornelius. Prima eſt ex texru Gtæco, qui legit ἀληθείας, id eſt, *veritatis*, vt ſit Obedientia, quâ credimus & obedimus Euangelio, tanquam legi veritatis & charitatis. Secunda eſt Obedientia, quâ fidelis iu omnibus ſubdit ſe legi & dictamini charitatis, vt quidquid agit, ex dicto & ductu agat charitatis. Tettia, Obedientia cha- E ritatis eſt, *Obedientia filialis* procedens ex amore, non ſeruilis, ex timote. Bernardum hîc audiamus: *Subiectus*, inquit, *Obedientiam quæ voti finibus cohibetur, nouerit imperfectã. Nam perfecta Obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, neque contenta anguſtijs profeſſionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur, ſpontanea, vigore liberalis alacriſque animi modum non conſiderans, in infinitam libertatem extẽditur. Hæc eſt illa de quâ ſignanter Apoſtolus Petrus; Caſtificantes, inquit, corda veſtra in Obedientiâ Charitatis. Pulchrè ipſam per hoc*

Quomodo charitas ſit latus Scalæ huius. Cap. 5. S. Thom. 22. q. 23. art. 8. Cap. 7. Rom. 8. 1. Pet. 1. *Quid apud S. Petrum Obedientia charitatis.* 1. 2. 3. *Filialis Obedientia quæ.* Bern. de præcept. & diſp. cap. 9. 1. Pett. 1. *Procedit ex amore.*

VIRTVTES. *ſequeſtrans ab illâ inerti & ſeruili Obedientiâ*
quodammodo, nec charitati promptâ, ſed abnoxiâ
neceßitati. De eâdem ſic alibi idem diſſerit:
Idem Epiſt. ad Fratr. de monte Dei. *Bona cuſtos voluntatis eſt Obedientia, ſiue imperij illa ſit, ſiue conſilij, ſiue ſubiectionis, ſiue ſolius Charitatis. Puriùs etiam ac dulciùs ſecundùm Apoſtolum Petrum ad pares, ſeu etiam ad*
Eſt perfectior Obedientiâ neceſſitatis. *minores ſuos, filij Obedientiæ caſtificant corda ſua in Obedientiâ charitatis, quàm ad maiores ſubigant per Obedientiam neceßitatis. In illâ enim ſolâ vel præcipit, vel conſulit, & obedit Charitas. Hic autem pœnam timet, vel minatur imperioſa neceßitas. Et in illâ obedienti ſæpè debetur maior gloria. In iſtâ verò, inobedienti maior ſemper intentatur pœna.* Idem rurſus promptam S. Andreę commendans
Idem ſer. 2. de S. Andr. Charitas ſola commendat Obedientiam. Obedientiam, air: *Agnoſcite Fratres, quoniam propter vos ſcripta ſunt hæc; vt diſcentes veræ Obedientiæ formam, caſtigetis corda veſtræ in Obedientiâ charitatis. Hæc nimirùm eſt, quæ ſola commendat Obedientiæ nummum: Hoc illius argentum eſt, probatum atque purgatum. Sola eſt Charitas quæ Obedientiam gratam facit & acceptabilem Deo.* Hactenus Bernardus. Qui illud *caſtificantes animas veſtras*, ex- C
Quæ purificanda eſt. ponit per *caſtigantes*. Caſtigandus enim & purificandus eſt amor noſter & affectiones ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, ita vt amor noſter, & ex eo procedens Obedientia, aliud non quærat, aliud non deſideret, quàm ſolum Deum: quem non caſtè amamus, ſi aliquid quærimus, quod non propter ipſum quærimus. Patet hinc quàm ſpecialiter charitas ad perfectam Obedientiam concurrat.

Quomodo charitas Obedientiæ gradus producat. Videamus nunc quemadmodum Obedientiæ gradus duodecim ex eâ produ- D
cantur. De primo teſtimonium habemus ipſius S. BENEDICTI, qui expreſsè dicit, vt
I. quis *pro Dei amore, omni Obedientiâ ſe ſubdat*
Cap. 7. *maiori.*
II. 2. Æqualibus deindè Obedientiam impendi amor ſuadet, vt teſtis Apoſto-
Galat. 5. lus: *Per Charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.*
III. 3. Amantis eſt, amato obtemperare & obſe-
Amor fortis. qui in omnibus, etiam arduis & quodammodo impoſſibilibus. Amanti enim nihil
Cant. 8. difficile. *Fortis eſt vt mors dilectio.* Benè
Chryſol. ſerm. 147. Chryſologus: *Amor non accipit de* IMPOSSIBILITATE *ſolatium, non recipit de* DIFFI- E
CVLCATE *remedium.*

Petrarch. in carm. de Magd.
Namque famem, frigus, durum quoque ſaxa
cubile,
Dulcia fecit amor.

IV. 4. Nihil agere ſine Obedientiâ, quid aliud, quàm Dei beneplacitum in Superioris iudicio cognitum in omnibus adimplere? Quod proprium charitatis. Nam vt illa amato ſtudet placere, ſic & beneplacitum
V. eius in omnibus adimplere. 5. Quid Obedientiam facit velocem, niſi amor, qui alas
Rom. 5. ei addit? *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus*
A *noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Sed, vt Ambroſius ait, *neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia.* Ambroſ. 2. in Luc.
Et difficiles ſunt in amore moræ. VI.
6. Quia Charitas non quęrit quæ ſua ſunt, hinc in obediendo ſuam libeuter abnegat voluntatem, cui non alia quàm dilecti. *Eadem velle, & eadem nolle, firmus amor eſt*, inquit Hieronymus. Hieron. Epiſt. 8. ad Demet.
Talis enim dicit:

Nunc neque velle meum, neque nolle, at amantis vtrumque.
Me mihi qui rapuit, car mihi cùm rapuit.

B VII. 7. Non vtitur proprio iudicio ex charitate
obediens, quia *charitas omnia credit.* 1. Cor. 13.
Et vt Chryſologus ſcripſit, *Amor ignorat* IVDICIVM, *ratione caret, mundum neſcit.* Chryſol. vbi ſuprà.
Omne enim iudiciū ſubiecit amato.
VIII. 8. Vt abſque humilitate non eſt Obedientia, ita illam imperat charitas, quę dilecto ſe totam ſubijcit. *Charitas*, inquit Proſper, *& humilitas in nulla ab inuicem diuiduntur, & ambarum tam indiſcreta connexio eſt, vt qui in vnâ earum conſtruitur, ſimul vtrâque potiatur.* Proſp. lib. 3. de vit. contempl.
IX. 9. Patientem Obedientiam efficit charitas, quia vt
C Apoſtolus dixit, *Charitas patiens eſt, omnia* 1. Cor. 13.
ſuffert, omnia ſuſtinet.
X. 10. Non trepidè obtēperat, quiſquis amat. Timor enim non eſt in charitare. Et: *Charitas foras mittit timorē.* Gallinam mihi vide, ignauam quidē auem, ſed ſine pullis; quos ſi dederis, quid animoſius? ſuus in eos amor, eoſque ſeruandi deſiderium animos ei addit, inhorreſcit plumis, alas ſurrigit, vociſeratur, in hominem inuolat, aut in moloſſum.
XI. 11. Nec tepidè obedit, quiſquis ex charitate obedit. Amor enim ignis eſt. *Lampades eius, lampades ignis* Cant. 8.
D *atque flammarum.* Amoris effectus feruor, qui diligentem, ſolicitum, & promptiſſimum efficit.
XII. 12. Nec deerit obedienti hilaritas, cui nihil æquè volupe eſt, quàm amato & amori ſuo obſeqni. Neſcit obloqui, neſcit detrectare imperium, quiſquis imperantem dilexerit. At hic vel Deus eſt, vel Dei vices agens, cui amorem ſummo iure debemus.

Et hactenus quidem de priori ſcalæ huius latere: nunc alterum videamus, quod Chriſti exemplum eſſe diximus. Aptè om-
E ninò: nam S. BENEDICTVS Obedientiam ex charitate commendans, hanc refert ad Chriſtum, dicens *Obedientiam conuenire his, qui nihil ſibi Chriſto aliquid charius exiſtimant.* De altero Scalæ latere, exemplo nempe Christi. Cap. 5.
Et alibi monet: *Nihil amori Chriſti præponere.* Cap. 4.
Si Obedientia præcipuè impendēda Abbati, illum vices Chriſti agere in Monaſterio docet, cui obtemperandū ſit *honore & amore Chriſti.* Cap. 63.
Si voluntas propria, propriumq; abnegandum iudiciū in obſequiū Obedientię, hoc ipſum ad imitationē Chriſti docet referendū. *Abnegare*, inquit, *ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtū.* In aſcenſu
igitur

Hebr. 12. igitur huius ſcalæ, aſpiciamus *in auctorem*
Hebr. 5. *fidei, & conſummatorem Ieſum*, qui *factus eſt*
omnibus obtemperantibus ſibi, cauſſa ſalutis æter-
Qui abſolutiſſimum Obedientiæ exemplar. *næ.* Qui in monte Caluariæ vniuerſo orbi
ſplendidiſſimum Obediētię exemplar exhibuit, eligēs potiùs vitam amittere, quàm Obedientiam. Quamuis autem nemini dubiū ſit, quin in hoc illuſtriſſimo typo duodecim illi gradus, & multò plures, quàm noſtra tenuitas aſſequi poſſit, inueniantur perfectiones: iuuerit tamen per hanc Obediētiæ viam gradiētes impreſſa Saluatoris ſui in ſingulis gradibus intueri veſtigia, eademque ſubſequi, quamuis non paſſibus æquis. Nam S. BENEDICTVS hanc ipſam Chriſti Obedientiam non ſemel proponit imitandam.
1. *Obediuit maiori.* Primus gradus eſt, *omni Obediētiâ ſe ſubdere maiori:* quod erga Patrem cæleſtem, de quo Chriſtus: *Pater maior me eſt*, Ioan. 14. ipſum obſeruaſſe, notiſſimum eſt.
2. *Minoribus.* 2. Minoribus etiam obediuit tam Mariæ & Ioſeph, de quo ſcribitur: *Et erat ſubditus illis*, Luc. 2. quàm impijs iudicibus & tortoribus.
3. *In difficillimis.* 3. paruit in re difficillimâ & pænè impoſſibili, *factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis;* Philip. 2. vitæ ſimul & honoris prodigus. Obedientia proinde Deum pati, vitam fecit mori, & honore ſpoliauit eum, qui erat ſplendor paternæ gloriæ, gloriâ & honore coronatus.
4. *Exactiſſimè.* 4. Nemo tam exactè ad omne opus ſuperioris Obedientiam quæſiuit, quàm Chriſtus Patris, qui ait: *Ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Ioan. 8. Et: *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.* Ioan. 14.
5. *Sine morâ.* 5. Obediuit ſine morâ, quia in primo puncto incarnationis ſuæ habuit Chriſtus actum intellectus, quo Dei voluntatem cognouit, ſimulque voluntatis, Obedientiæ & oblationis, quo ſe, vitam & mortem ſuam Deo in pretium pro noſtrâ ſalute obtulit, eaque voluntate ſanctificati ſumus.
Ab initio Incarnationis. Quæ veritas elicitur ex illis Apoſtoli verbis: *Ingrediens mundum dicit; Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio.* Hebr. 10. Incœpit proinde Obedientia Chriſti cum ipſo principio vitæ eius, & iam tum *exultauit vt gigas* Pſal. 18. ad currendam duram illam & difficilem noſtræ redemptionis viam.
6. *Propriam abnegauit voluntatem.* 6. Propriam abnegauit voluntatem, qui dixit: *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me.* Ioan. 6. Itemque: *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Luc. 22.
7. *Iudicium quoque.* 7. Proprium abnegauit iudicium, qui decreto de ſuâ incarnatione in Concilio SS. Trinitatis facto per omnia acquieuit, illique ſe in ſingulis exactiſſimè confirmauit. Quod colligitur ex Prophetâ in perſonâ Chriſti dicente: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij.* Iſai. 50. Cuius ſenſus eſt: Cùm Deus initio conceptionis meæ mihi aures aperuit, hoc eſt, reuelauit ſuam voluntatem & mandatum de œconomiâ incarnationis, mihique oſtenderet quæ vellet me agere & pati; ego non contradixi. VIRTVTES.

Docet autem S. Thomas, quòd Chriſtus *ſecundùm voluntatem, quæ eſt per modum rationis, ſemper idem voluerit quod Deus.* S. Thom. 3 part. q. 18. art. 5. Atque etiā, vt hîc explicat Suarez, propter eandem rationē, ob quam volebat Deus; cuius voluntati non ſolùm in volito formali, ſed & materiali voluntas eius conformis erat. *Chriſtus ſemper idē voluit quod Deus.*

Pulchrè proindè Bernardus: *Quàm beatus,* inquit, *qui ait: Dominus Deus aperuit mihi aurem, & ego non contradico, retrorſum non abij! Vbi & voluntariæ habes Obedientiæ formam, & longanimitatis exemplum. Qui enim non cōtradicit, ſpontaneus eſt: & qui retrò non abijt, perſeuerat. Vtrumque neceſſarium: quoniam hilarem datorem diligit Deus; & qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Bern. ſerm. 28. in Cant.
8. *Obediuit humiliter.* 8. Quàm humiliter obedierit Chriſtus, Apoſtolus teſtatur: *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Philip. 2. In quo ſimul habemus
9. *Patienter.* 9. Quàm patienter obedierit. Quis enim grauia vnquam pro Obedientiâ paſſus eſt? Quis maiori animi tranquillitate, voluntate, & patientiâ? *Et quidem cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, Obedientiam.* Hebr. 5. Id eſt, Obedientiam nouo & exactiore modò expertus eſt in paſſione, quàm in totâ reliquâ vitâ ſuâ, quid ſcilicet ſit obedire, quàm difficile & arduum ſit in omnibus ſe ſubmittere.
10. *Intrepidè.* 10. Quàm verò intrepidè Obedientiam patris exſecutus eſt? *Oblatus eſt quia ipſe voluit.* Iſai. 53. Et ipſe ſponte hoſtibus ſuis, à quibus ſe ſciebat capiendum, obuiam iuit, interrogans quem quærerent. Atque ita tradidit dilectam animam ſuam in manus inimicorum. Et ipſe dixit: *Nemo tollit animam meam, ſed ego pono eam.* Ioan. 10.
11. *Feruentiſſimè.* 11. Ab Obedientiâ ipſius abſuit tepor, adfuit dilectionis feruor, quem ita expreſſit: *Baptiſmo habeo baptizari: & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* Luc. 12. Atque iterum: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Luc. 22.
12. *Hilariter.* 12. Hilaritatem probant iſta: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Ioan. 4. 14. Tam delectabile mihi eſt, obedire patri, & opus redemptionis perficere, quàm famelico ſolet eſſe cibus. Et quia hilaritati opponit S. BENEDICTVS obedire cum murmure, aut reſponſo nolentis, longiſſimè ab eo fuit Saluator, de quo dixerat Propheta: *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Iſai. 53.

Imitanda talis Obedientia. Atque hæc obedientis Chriſti veſtigia, vtinam ſicut chartæ huic, ita cordibus noſtris altiſſimè impreſſa, vt per eius exempla ad æternam beatitudinem gradiamur!

Digitized by Google

VIRTVTES.
Ephræm de virt. cap. de obed.

Nam vt S. Ephræm ait: *Beatus, qui verâ & minimè ſimulatâ prædìtus eſt obedientiâ: quoniã hic imitator eſt optimi noſtri præceptoris, qui obediens fuit vſque ad mortem. Verè igitur, qui Obedientiæ fruitur poſſeſſione, beatus eſt: quia cùm Domini imitator, etiam coheres illius efficitur.*

DISQVISITIO IV.

Quibus, & in quibus obediendum?

VT Scalam noſtram aſcendere satagentibus lucis quidpiam offeramus, ordine ſingulos gradus recenſebimus.

I. Obediendum Superiori legitimo.

I. Incipiamus à PRIMO: cui obediendum? Abbati, aut Superiori, quocumque nomine cenſeantur. *Obedientia* enim dicitur quaſi *obaudientia*, quod vox & præceptum Superioris audiatur & admittatur. Sicut enim *obiectum quod* huius virtutis, eſt omne opus præceptum, ad hoc namque volendum & faciendum hæc virtus per ſe & directè inclinat: ita *obiectum cui*, eſt Superior, cui dicimur obedire. Vnde qui non habet vllum Superiorem cui poſſit obedire, is non habet Obedientiam. Quamobrem hæc virtus non conuenit Christo ſecundùm naturam diuinam, eò quòd Superiorem non habeat: quamuis ſecundùm naturam aſſumptam, quæ Superiorem habet, ei perfectiſſimè, vt proximè vidimus, competat.

Vide Leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. c. 46. dub 4.
Qualiſcũque ille ſit.

Obediendum proindè legitimo Superiori, qualiſcumq; ille ſit, ſiue doctus, ſiue indoctus, ſiue valdè exercitatus, ſiue parum; ſiue probus, ſiue improbus. Quod Apoſtolorũ princeps indicauit, dicens:

1. Petr. 2.

Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Nam & in his reſidet ius & poteſtas imperandi, à quâ malis moribus non excidunt: nec minùs quàm boni, Dei vices gerunt. Quare & S. BENEDICTVS inter cetera monet.

Cap 4. inſtr. 60.
Matth. 23.

Præceptis Abbatis in omnibus obedire: etiamſi ipſe aliter (quod abſit) agat: memores illius Dominici cieptis; Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

II. Obediat alter alteri.
Cap. 71.

II. SECVNDÒ, vt Regula noſtra ait: *Obedientiæ bonum non ſolùm Abbati exhibendum eſt ab omnibus: ſed etiam* SIBI INVICEM *ita obediant Fratres, ſcientes ſe per hanc Obedientiæ viam ituros ad Deum.*

Ex charitate.

Et hæc eſt Obedientia charitatis & conſilij, Magno Baſilio etiam cognita, & ab eodem inculcata.

Baſil. Reg. breu 113.

Ad interrogationem enim, *Numquid cuiuis, & quiduis imperanti obediendum ſit?* Reſpondet: *Omninò diuerſitas eorum qui imperant, eorum quibus imperatur, Obedientiæ officere nihil debet.*

Ibid. reg. 114.

Et rurſus rogans, *Quomodo alij alijs obedientiam inter nos præſtabimus?* Reſpondet: *Tamquam ſerui aduerſum dominos: conuenienter illi præcepto Domini: Qui vult in vobis eſſe magnus, ſit omnium vltimus, & ſeruus omnium.* Luc. 22. *Quibus verbis adiungit, quod nos efficaciùs etiam poſſit permouere: Sicut filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret.* Matth. 10. *Et conſentaneum in modum etiam dicto illi Apoſtoli: Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Galat. 5. Hactenus Baſilius.

Vitr. Patr. lib. 1. in Poſthum.
Bern ſerm. 11. in Cant.

Poſthumius quoque ſuis dicebat diſcipulis: *Nihil vobis proderit, filioli, ſi diligitis inuicem, & non vultis inuicem obedire.* Et Bernardus: *Parum eſt ſubiectum eſſe Deo, niſi ſis & omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Abbati, tamquam præcellenti, ſiue Prioribus, tamquam ab eo conſtitutis. Ego plus dico, ſubdere paribus: ſubdere & minoribus.*

Etiam paribus & minoribus.
Matth. 3.

Sic enim decet nos, *inquit*, omnem implere iuſtitiam. *Vade & tu ad minorem, ſi vis eſſe in iuſtitiâ perfectus, defer inferiori, iuniori te inclinato.*

Vt fecit S. Franciſcus.
Tom. 3. op. S. Franc. collat. 4.

In hoc gradu ſtabat S. Franciſcus cùm diceret: *Inter alia, quæ dignanter diuina pietas mihi conceſſit, hanc gratiam contulit, quod ita diligenter nouitio vnius horæ obedirem, ſi mihi Guardianus daretur, ſicut antiquiſſimo & diſcretiſſimo Fratri.*

Triplex intellectus verborum S. Benedicti.

Non eſt autem exiſtimandum hos Patres, & S. BENEDICTVM hoc loco omnibus tribuere auctoritatem quibuſuis imperandi, aut maioribus imponere neceſſitatem obediendi iunioribus: ſed vult, vt Fratres obediant *ſibi inuicem*, id eſt, alter alteri, eo modo, quo exponitur illud Apoſtoli: *Subiecti inuicem in timore Chriſti.* Epheſ. 5. Non enim vult, vt quiſque viciſſim alteri ſubiectus ſit. Sic enim parentes filijs, reges populo viciſſim ſubiecti eſſe deberent: ſed *inuicem*, id eſt, vt Syrus vertit, *alius alteri*; alius, puta inferior, ſubiectus ſit alteri, ſcilicet ſuperiori.

Primò. Præſcribit obediendi ordinem.

Nam vt Hieronymus docet, Apoſtolus ponit hîc generale principium politiæ Chriſtianæ, puta Obedientiam, ſcilicet vt ſubiecti ſint, & obediant ſinguli ſuis ſuperioribus; illudque in ſequentibus per ſpecies & partes explicat; cùm iubet mulieres viris, filios parentibus, ſeruos dominis ſubiectos eſſe. Simili modo S. BENEDICTVS ordinem obediẽdi hîc præſcribit, vt primò Abbati, deinde Præpoſitis ab eo conſtitutis, ac demum *prioribus ſuis*, id eſt, *iuniores omni charitate & ſolicitudine obediant*. Seniorum autem illa iuſſa vocat *priuata imperia*.

Qui in tribus conſiſtit.
Cap 72.
Cap. 63.

Cùm autem in tribus conſiſtat Obedientia, in exlubendâ reuerentiâ, in ſuſcipiendo mandato, in ſubeundo iudicio; hæc ipſa præſcribit S. BENEDICTVS; vt ſibi inuicẽ, & maximè iuniores ſenioribus præſtent: monet enim; *vt honore ſe inuicem præueniant. Iuniores priores ſuos honorent*, obuiam facti, benedictionem petant, aſſurgãt, nec niſi iuſſi aſſideant. De priuatis ſeniorum imperijs iam dictum; iudicium & correptio-

Digitized by Google

Cap. 71.

correptionem his verbis ſubijcit: *Si quis autem Frater pro quauis minimâ cauſâ ab Abbate, vel à quocumque priore ſuo corripitur quolibet moda; vel ſi leniter ſenſerit animum prioris cuiuſcumque contra ſe iratum, vel commotum, quamuis modicè; mox ſine morâ tamdiu proſtratus in terrâ ante pedes eius iaceat ſatisfaciens, vſque dum benedictione ſanetur illa commotio.*

Secundò, Vt iudicium ſuum quiſq; alterius ſubdat.

Secundò, quod S. BENEDICTVS ait, *Sibi inuicem obediant Frotres*, ita accipi poſſet, quaſi præſcriberet, vt iudicium ſuum quiſque alterius ſubdat, nec ſuum præfractè tueatur, ant pro eo contendat. Nam cùm dixiſſet, *Omnes iuniares prioribus ſuis omni charitate & ſalicitudine obediant*; ſtatim ſubdit: *Quod ſi quis contentioſus reperitur; corripiatur.* Sic & Philippenſes Apoſtolus monens, *Idem*, inquit, *ſapiatis, eamdem charitatem habentes, vnanimes idipſum ſentientes. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes.* Hæc enim contentionum fuga, & quod ex humilitate quiſque alium ſibi præponat, & ſuperiorem arbitretur, maximè conducit ad animorum vnionem, atque ita ad Obedientiam qnoque pertinet.

Philip. 2.

Tertiò, Vt ſibi inuicem ſeruiãt.

Tertiò, inuicem ſibi obediunt Fratres, quando ſibi inuicem ſeruiunt, ſiue in officio coqninæ, ſiue iu faciendo panem, ſiue laborando in agro, vel horto. Sic ſeniores infirmi iunioribus obedinnt infirmarijs; & ad Cantoris inſinuationem intonant antiphonam; ex ſacriſtæ deſignatione ſeruant horas celebrandi; legunt & ſeruiunt ad menſam, aliaque ſubeunt miniſteria. In his enim ſicut ſibi inuicem ſuccedunt, ſic & quodammodo obediunt. Adde, charitatis eſſe, & non exigui meriti etiam iuniorum voluntati acqnieſcere, illis officioſè ſubuenire, illorum labores ſubleuare, & ſolatium impendere.

III. *Obediẽdum Abbati in omnibus.* Cap. 4. inſtr. 40.

Sed iam videamus in quibns obediendum, quod quidem ita S. BENEDICTVS expreſſit: *Præceptis Abbatis in* OMNIBVS *obedire.* Quoniam autem τὸ *in omnibus* ſuam habet latitudinem, hanc Baſilius ſuggerit diſtinctionem: *Si quid*, inqnit, *nobis imperatum ſit, quod idem ſit cum mandato Domini, adiunetve, illud tamquam voluntas Dei, ſtudioſiùs, diligentiuſque à nobis ſuſcipi debet, idque ſeruari conuenit, quod dictum eſt,* Supportantes inuicem in charitate Chriſti. *Quoties verò aliquid, quod mandato Domini aut repugnet, aut aliquo ex parte vitiet, contaminetve, facere ab aliquo iuſſi fuerimus, tunc commodè illud vſurpabimus: Oportet obedire Deo magis, quàm hominibus.* Ita Baſilius: Bernardus verò expendens profeſſionis noſtræ formulam, in quâ promitti-

Baſil. reg. breu. 114.

Epheſ. 4. *Quæ non repugnant legi diuinæ.*

Act. 5.

A tur *Obedientia ſecundùm Regulam* S. BENEDICTI, monet eum qui præeſt, *non frena ſua laxare voluntati ſuper ſubditos, ſed præfixam ex Regulâ ſibi ſcire menſuram, & ſic demum ſua imperia moderari circa id ſolùm quod rectum eſſe conſtiterit: nec quodlibet rectum, ſed hoc tantùm quod prædictus Pater inſtituit, aut certè quod ſit ſecundùm quod inſtituit.* Et mox: *Proindè ſi profeſſo ſecundùm illam Regulam Abbas meus mihi aliud fortè imponere tentauerit, quod non ſit ſecundùm Regulam, aut etiam quod non ſit ſecundùm iſta inſtituta: verbi cauſâ, Baſilij, Auguſtini, Pachomij: quanam mihi, quæſo, in hâc re neceſſitas imminet obſequendi? Solùm quippe id à me poſſe exigi arbitror, quod promiſi.* Deinde Obedientiæ limites ponit *citro & vltra, & contrà*, & his ſuis terminis virtutem eamdem ait circumcludi. *Quamobrem quiſque profeſſus in quouis genere ſalutiferæ vitæ, nec vltro Obedientiæ legem cogendus, nec citra eſt inhibendus quàm ſua ipſius videtur complecti profeſſio. Quantò minus contrà? Ergo prælati iuſſio vel prohibitio non prætereat terminos profeſſionis. Nec vltra extendi poteſt, nec contrahi citro. Nil me prælatus prohibeat horum quæ promiſi, nec plus exigat quàm promiſi. Voto meo nec augeat ſine meâ voluntate, nec minuat ſine certâ neceſſitate.* Hæc melliflui Bernardi doctrina, ex qnâ colligitur, ſubditum non teneri obedire, ſi quid mandetur vel contra, vel ſupra Regulam, vel prohibeatur facere quod eſt ſecundùm Regulam. Quando autem aliquid quod non eſt in Regulâ præcipitnr, ſed in ordine ad aliud, quod tamen eſt in Regulâ, tenebitur obedire. De quibus alij fuſiùs, & præſertim D. Caramuel, cui adde Aſcanium Tamburinium. Sed hinc exſurgit.

VIRTVTES. Bernard. de præcept. & diſp. c. 7. *Prælati nihil imperare ſupra Regulam debent.*

Limites Obedientiæ. Cap. 8.

Quos prætenire nõ licet.

Nec ſubditi tenentur obedire.

Caram. in Reg. S. Bened. diſp. 50. & ſeq. Tambur. tom. 3. de iure Abb. diſp. 4. q. 3.

DISQVISITIO IV.

Quomodo S. BENEDICTVS *Obedientiam extendat vſque ad impoſſibilia?*

QVID enim non poterit præcipi, ſi etiam impoſſibilia liceat mandare? aut qui erunt Obedientiæ limites, ſi etiam *impoſſibilia* non excludantur. Nam Regulæ textus ſic habet: *Si cui Fratri aliqua fortè grauia aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem iubẽtis imperium, cùm omni manſuetudine & Obedientiâ.* Reſpondet verò Bernardus, *Obedientiam, quæ vtri finibus cohibetur,* eſſe imperfectam. *Nam perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur: neque contẽta anguſtijs profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur, ſpontanea, vigore liberalis alacriſque* animi

Reg. cap. 69.

Perfecta Obedientia nullos limites habet. Bernard. de præcept. & diſp. c. 9.

VIRTVTES.

Hanc, teſte Bernardo, docuit S. Benedictus.

animi modum non conſiderans, in infinitam libertatem extenditur. De hâc ait S. BENEDICTVM agere in citatis antea verbis, & in tertio humilitatis gradu, vbi præſcribitur: *Vt omni Obedientiâ Monachus ſe ſubdat maiori. Dicens, quippe, omni, non vult nos in obediendo menſura eſſe contentos profeſſionis, non attendere promiſſi debitum, non de pacto ſumere modum, ſed tranſire alacriter etiam votum, & obedire in omnibus. Eſt ſanè quidam obedientiæ limes ſecundùm tempus ipſa temporis extremitas, vt is ſit terminus obedientiæ, qui & vitæ. Hunc nobis maximè vnigeniti Dei commendat exemplum, qui factus eſt Patri obediens vſque ad mortem.* Hactenus Bernardus Patris ſui Regulam mentemq́ue exponens. Perfectionis enim ſemitam edocturus S. BENEDICTVS, perfectam quoque, & in Chriſto ſummo exemplari vel maximè cõmendatam docere debuit Obediẽtiam. Quâ in re nec primus fuit, nec ſolus: nã & quos ſequeretur, habuit, & qui eum deinceps ſequerẽtur.

Et alij Monachorum magiſtri ante eum.

Baſil. regul. fuſ. 28.

Baſilius enim Monachum monet, vt *ſi ipſi impoſitũ ſit*, quod *vires ipſius videatur ſuperare, de iudicij periculo prorſus illum eſſe ſolicitum ſinat, qui ea imperet, quibus vires ſuæ pares eſſe non poſſint: ipſe autem parendo, obediendoque, alacritatem pro virili declaret ſtudij ſui vſque ad mortem.* Baſilio amicus Ephrem, eamdem Obedientiæ doctrinam commendauit. *Chariſſime,* inquit, *ſi ſub Obedientiâ Patris alicuius ſederis; caue tibi ipſi terminum imponas, dicens:* IMPOSSIBILE *eſt hoc, vel illud agere. Quare diuinæ teipſum gubernationi relinquas oportet. Sin autem acciderit imperari quid nobis vltra vires; non iracundè Præfecti reſiſtamus imperatis: ſed deprecatione atque obteſtatione, ſubmiſſâ voce, præfecto, quod ſupra vires ſit, denunciemus.*

Ephræm doctr. var. cap. 25.

Qui in impoſſibilibus obediendum ſuadent.

Caſſianus de Ægyptijs ſcribit: *Nonnũquam* IMPOSSIBILIA *ſibi imperata, ea fide ac deuotione ſuſcipere, vt totâ virtute, ac ſine vllâ cordis hæſitatione perficere ea, aut conſummare nitantur: & ne impoſſibilitatem quidem præcepti pro ſenioris ſui reuerentiâ metiantur.* Sulpicius itidem de Monachis: *Præcipua ibi virtus, & prima eſt Obedientia: neque aliter adueniens ad Monaſterium Abbatis ſuſcipitur, quam qui tẽtatus prius fuerit, & probatus, nullum vmquam recuſaturus, quamlibet arduum, ac difficile indignumque toleratu Abbatis imperium.* Quæ prodigioſis exemplis, cùm ibi, tùm in vitis Patrum comprobantur: & nos vnum alterumve aliâ occaſione * citauimus.

Caſſia. lib. 4. cap. 10.

Sulp. Dial. 1. de vit. S. Martino.

Vit. PP. lib. 3. libell. 14.

* Lib. 4. tr. 3. diſq. 6.

Alij S. Benedictum in hâc re ſecuti.

Reg. Fruct. cap 8.

Iam verò S. BENEDICTI veſtigijs & alij inhæſerunt. Regula enim Fructuoſi ſic habet: *Obedientia præceptum eſt Regulæ, vt in* IMPOSSIBILIBVS *quoq́ue rebus opere atque affectu oſtentetur, & teneatur vſque ad mortem.* vbi S. BENEDICTI Regulam allegare videtur, cùm in nullâ aliâ id ita expreſsè legatur. Et magnus Minorum Pater, Franciſcus Obedientiam ſuis commendans, ait: *Nihil etiam* IMPOSSIBILITATIS *cauſemini, ſiue iudicetis eſſe in præcepto; quia & ſi ſupra vires ego vobis mandarem, ſancta Obedientia viribus non carebit.*

Franc. tom. 3. collat. 4.

His præmiſſis, ipſa S. BENEDICTI verba nonnihil expendamus. *Si cui Fratri,* inquit, *aliqua fortè grauia, aut impoſſibilia iniunguntur.* Quænam verò ſunt hæc? Bernardum Caſſinenſem audiamus: *Illa,* inquit, *quæ ſunt dura & in tantùm difficilia, quod vix, & cùm grandi labore perfici poſſunt, hic* GRAVIA *appellantur. Ea verò quæ omninò ſunt contra vires,* IMPOSSIBILIA *indicantur.* S. verò Ambroſius quatuor ponit *impoſſibilitatum differentias.* Primò, *eſt aliquid naturâ impoſſibile.* Verbi gratia: *Vt auis ſapientiæ diſciplinam aliquam aſſequatur aut artem.* Sic ambulare ſuper aquas, quod ex iuſſione Saluatoris fecit S. Petrus, & S. BENEDICTO obediens S. Maurus. Secundò, *Eſt aliquid quod eſt poſſibile per naturam, impoſſibile per infirmitatem.* Sic, *impoſſibile eſt debili facere opera robuſti.* Et ad præceptum principis Apoſtolorum claudus mendicans ambulauit. Iubente quoque S. Columbano, ægroti Luxouienſes Monachi fidei & Obedientiæ merito ſurgentes & ad aream venientes, virga meſſem cædere aggreſſi ſunt, & de ſubita mirati ſunt ſoſpitate. Tertiò, *eſt impoſſibile per imperitiam aut impotentiam,* vt indoctus litteras doceat, vt domi clauſus peregrinetur. Sic S. Baſilij precibus Græcè locutus eſt B. Ephræm. Et ad S. Tereſiæ iuſſionem imperita antea epiſtolas conſcripſit Venerabilis Anna de S. Bartholomæo. Quartò, eſt impoſſibile *per definitionem immutabilis propoſiti, & conſtantis perſeuerantiam voluntatis, atque amicitiæ fidem.* Vt ſi contra Dei legem, Regulam, Votum, Iuramentum, & firmum propoſitum quis agere iubeatur: quomodo Deus iuſſit Abrahæ immolare filium ſuum: & quidam Monachorum Pater parenti mandauit paruulum vt filium in ardentem conijceret clibanum.

Reg. c. 68.

Quænam grauia & impoſſibilia.

Apud Boët. in cap. 68.

Conſtituuntur 4. impoſſibilium differentiæ.

Ambroſ. lib. 4. de fide cap. 3.

Prima.

Secunda.

Ionas in vit. Col.

Tertia.

Vit. Pat. in Baſilio.

Quarta.

His alijſq́ue modis cùm Monachorum probatam legamus Obedientiam, præſcribit S. BENEDICTVS, vti ſe ſubditus in his talibuſq́ue ſuperiorum mandatis debeat gerere. *Suſcipiat,* inquit, *iubentis imperium cum omni manſuetudine & Obedientiâ,* id eſt, cùm animi trãquillitate, & promptâ exſecutione. Quomodo autem, cùm nemo ad impoſſibile obligetur? & quod omnis *lex pro non lege habeatur, niſi ſit poſſibilis & honeſta?* Quid, quod leænam capere, puerum in fornacem, aut flumen proijcere, ſuper aquas ingredi, repugnent quinto Decalogi præcepto? manifeſto enim vita

Quomodo in his obediendum.

Obiectio.

Reg. Iur. in 6. 4. c. erit lex.

periculo

Soluitur.

periculo exponitur. Quòd ſi miraculi ſpe fiant præſumptio erit, ſiue Dei teotatio.

Prelati nolunt vt faciat impoſſibilia, ſed conatus.

Suar. to. 4. de relig. tr. 9. lib 4. c. 15. n. 11.

Reſpondetur, quando Prælati iniungunt impoſſibilia, duo poſſe attendi: operis effectum, & promptè obediendi affectum. Hunc exhiberi volunt, non illum. Vnde Suarez: quod S. Benedictvs ait, obediendum eſſe etiam in re impoſſibili, intelligeodum eſt quantum ad aggrediendam & inchoandam actionem, in quo fuerit ipſa poſſibilis, neque anteà deſiſtendum, quam reipſa probetur, non eſſe poſſibile vltra progredi, ſine graui nocnmento, aut ſine temeritate. Maximè autẽ hoc locũ habet, quando ipſa actio, quæ præcipitur, poſſibilis eſt, & non mala; finis autem, vel vtilitas eius, eſt impoſſibilis: tunc enim ſine cnlpâ, imò cum magnâ perfectione obediri poteſt, quia tunc illa actio non eſt otioſa, quia deſeruit ad exercitinm bumilitatis, & obedientiæ, etiamſi ad proprium finem velnti materialem, vt ſic dicam, intilis ſit; & huiuſmodi eſſe poſſet irrigatio ligni aridi, etiam ſine miraculi interuentu. Hæc ille. Ex quibus conſtat, in tali caſu ſubditum non obligari ad impoſſibile, quia conatus, qui tantum exigitur, poſſibilis eſt: & lex talis boneſta eſt, quia intendit obedientis meritum, & ceterorum exemplum. Et medium non eſt illicitnm, nimirum conatus ille, quem diximus.

Et tibi hoc facile & vtile eſt.

In iis quæ Deo, naturæ, &c. repugnant, periculum faciunt Obedientia cæca.

In rebus autem, quæ iuri oatnræ, Dei præceptis, ant Regulæ repugnant, dicendum eos noo ipſam rem, ſed experimentnm qnoddam promptæ, ſimplicis, ac cæcæ Obedientiæ velle exhiberi; ita vt ipſi, quod illicitum eſt, ſtudioſè auertant, aut ex dinioâ inſpiratione ſciant impediendum. Ita cùm Abbati Mutio præcepiſſet ſenior, vt paruulum filium in profluentem iactaret, de induſtriâ fratres deſtinauerat, qui ſolicitè ripam fluminis obſiderent, proiectumque pnerum raperent, *conſummationemq́; præcepti obſequio patris ac deuotione completam ab effectu operis reuocarent*, vt ait Caſſianns; qui ſubditorum in bis Obedientiam ad fidei feruorem refert: & quòd *pro reuerentiâ ſenioris, & obſequij ſimplicitate ſincerâ, crederent cum totâ fide nihil poſſe incaſſum ac ſine ratione præcipere.* Sanè de induſtriâ olim Snperiores quædam contra Regulam Monachis præcepiſſe, ex vitis Patrum colligimus. Narrat enim Abbas Paſtor, ſextâ quadam feriâ mandatum ſibi ab Abbate Ioſeph, vt ficus manè colligeret, & mandncaret: quas tamen oon comederit propter ieiunium: rogaſſe autem Abbatem, cnr id præcepiſſet? qui reſpondit: *Patres ſeniores non loquuntur ab initio fratribus recta, ſed magis diſtorta; & ſi viderint, quia ea quæ torta ſunt faciunt, iam eis non loquun-* A *tur niſi quæ expediunt, agnoſcentes quoniam in omnibus obedientes ſunt.*

Caſſian. lib. 4. c. 27.

Ibid. c. 26.

Et veteres de induſtriâ contra Regulam præcipiebant.

Vit. Patr. lib. 5. libell. 10. n. 30.

VIRTVTES.

Obedientiæ cæca exempla miranda potius quàm imitanda.

Suarez vbi ſuprà.

Sed inuſitata hæc Obedientiæ exempla dicit Suarez nobis proponi, non vt imitanda quoad particulares circumſtantias, ſed ſolùm quoad perfectionem, & ſimplicitatem, iuxta communes, & ordinarias leges Obedientiæ. Conſtat enim aliquando Spiritum ſanctum mouere homines iuſtos, vt ſuprà communem, & ordinarium curſum virtutum, mirabiliùs operentur. Qui modus operandi in exemplum etiam nobis B proponitnr, oon vt eumdem imitemur, ſed vt illius admiratione moti, ſaltem perfectiooem virtutis aſſequi contendamus. Sic Samſon v.g. aut Apollonia proponitur, vt exemplum fortitudinis, qui ex peculiari inſtinctu Spiritus ſancti, ſibi mortem intulerunt, non vt hoc totum imitemur, ſed vt bis exemplis mortem contemnere diſcamus. Alioqui, abſolutè loqueodo, contra Dei legem, aut ius naturæ nec aliquid præcipere, nec tali præcepto licet obedire. Hæc enim conari exſequi, inquit Sanchez, tam longè eſt à perfectâ Obedientiâ, C vt potiùs teneantur ſubditi totis viribns reſiſtere, non ſecus quàm ſi foroicari iuberentur, & ideò putat ea quæ ex biſtoriis allata ſunt, ſpeciali Spiritus ſancti ductu præcepta, & exſecutioni mandata.

Quid, contendum de iiſdem.

Sanch. op. moral. l. 6. c. 2. n. 4.

Quid ſubdito faciendum ſi nequeat implere.

Cap 68.

Quomodo autem ſe ſubditus gerere debeat, cùm grauia, ant impoſſibilia demandantur, ex Regulâ audiamus: *Quòd ſi omninò virium ſuarum menſuram viderit pondus excedere: impoſſibilitatis ſuæ cauſſas ei, qui ſibi præeſt, patienter & opportunè ſuggerat, non* D *ſuperbiendo, aut reſiſtendo, vel contradicendo.* Vbi ad verbum *impoſſibilitatis* notat Boërius ex Bernardo Caſſinenſi, non in grauioribus, ſeu difficilibus excuſationem ſnggerendam, ſed tantùm in impoſſibilibus. Verùm qnia *impoſſibile & difficile* propemodum non diſtant, Vlpian. *ff. famil. arciſcun.* oon difficulter admiſerim, etiam in grauibus & difficilioribus licitã quoque excuſationem. Qualem verò? quæ quinque à S. Benedicto præſcriptas habeat circumſtantias. 1. vt *patienter*. 2. *opportunè*. E 3. non *ſuperbiendo*. 4. non *reſiſtendo*. 5. non *contradicendo*, ſuggerat potiùs, quàm multa exaggeratione oſtendat. Vnde Baſilius ex verſione Ruffini: *Si ratio eſt aliqua, quâ ſibi rectè excuſare videatur opus illud, quod excuſat, exponat hanc ipſam cauſſam huic, qui præeſt; & relinquat eius iudicio, vt ipſe probet, an excuſatione dignum eſt, quod eligit.* Quę ſumpta ſunt ex Regulis breuioribus.

Licitâ ſe excuſabit, ſeruatis debitis circumſtantiis.

Reg. Baſil. cap 48.

Interr. 119.

Quid ſi perſtet Superior?

Denique ſubiungit S. Benedictvs: *Quòd ſi poſt ſuggeſtionem ſuam in ſuâ ſententiâ Prioris imperium perdurauerit, ſciat iunior ita ſibi expedire.* Ecce abrenunciationem pro-

VIRTVTES. *Submittat ſe inferior.*

prij iudicij, & plenam reſignationem in arbitrium Superioris. Nemo prudens tentat aliquid impoſſibile, quod tamen cùm S. Pater iubeat, propriam ſine dubio excludit prudentiam. *Quia*, vt Angelicus Doctor ait, *an aliquid ſit poſſibile, ſubditus non debet ſuo iudicio diſcernere, ſed in vnoquoque iudicio ſuperioris ſtare.* Pergit S. Pater: *Et ex charitate confidens de adiutorio Dei, obediat.* Diuino enim adiutorio per Obedientiam nonnumquam fit poſſibile, quod erat impoſſibile per naturam: faciet namque gratia, quod abhorret natura; adimplebit charitas, quod abhorret infirmitas. Nihil pręcipit in Pręlato Deus, quod proficuum non ſit, & quod facilè non reddat. Benè Proſper: *Iubendo facilè facit quidquid iubere voluerit, de quo metuendum non eſt, ne non profutura præcipiat.*

S. Thom. 1.2. q. 13. art. 5.

Et ex charitate obediat.

Proſp. lib. ſenten cap. 286.

DISQVISITIO VII.

Vt omnia agenda cum Obedientiâ?

PRVDENS negotiator nullam non lucri captat occaſionem. Perfectionis cupidus nihil ſine Obedientiâ agere deſiderat, vt quoad fieri poteſt, ſingula eius opera totidem ſint Obedientię ſacrificia: optimè ſciens quod S. BENEDICTVS ait, *per hanc Obedientiæ viam ſe iturum ad Deum*, tantoque ei magis appropinquare, quantò Chriſti Obedientiam vicinius fuerit imitatus.

Perfectionis amans lucrum quærit.

Cap. 71.

QVARTVS hinc nobis Obedientiæ gradus, ex duobus Regulæ noſtræ textibus conſtructus fuit. Priori enim loco de ſupererogationis operibus quadrageſimali tempore ſuſcipiendis agens, ait: *Hoc ipſum quod vnuſquiſque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cùm eius fiat oratione & voluntate: quia quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit præſumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda ſunt.* Quæ generalis concluſio non modò ad hęc opera, & hoc tempus, ſed ad omnia alia extendenda eſt. Hinc S. Thomas docet, *nullum votum Religioſi eſſe firmum, niſi ſit de conſenſu Prælati; quia nullum tempus eſt exceptum, in quo Prælatus non poſſit eum circa aliquid occupare.* Quamuis autem ad ſuauem gubernationem ſpectet, non ita ad ſingula momenta ſubditum occupare, nihil vt ſuperſit temporis, quo aliquid facere poſſit ex deuotione, v. g. legere hoc, aut illud; huic, aut illi materiæ ſtudere: malunt tamen perfectionis amantes etiam in his à Superioris dependere voluntate, & ab eâ potius moueri, quàm à ſuâ. Nimirùm vt cæleſtes orbes raptu primi mobilis velociùs cientur, quàm motu proprio: ita maiores in virtute faciet progreſſus, qui ſui

Supererogationis opera faciẽda cũ Obedientiâ. Cap. 49.

S. Thom. 2.2. q. 88. art. 8. *Semper inferiorem occupare Superior poteſt.*

Superioris mouetur arbitrio, quàm is qui proprio.

Hinc Climacus *erroris labyrinthum* vocat ἰδιορυθμίαν, ſiue ſui ipſius moderationem, quam S. Dorotheus perſtringit, ſermone 5. cui titulum fecit: *Ne quiſpiam propriâ ſe inſtituat, & informet ſapientiâ, & prudentiâ.* Illud Prouerbiorum in illis vſurpans: *Ij, quibus nulla eſt gubernatio, decidunt, vt folia.* Quòd etiam eſt apud Caſſianum col. 2. c. 4. iuxta LXX. quo loco vulgatus: *Vbi non eſt gubernator, populus corruet.* Qui autem ſeipſum gubernat, ſtulto gubernatori ſe cõmittit, & præcipitij periculum incurrit. Nam vt Caſſianus ait: *Nullo alio vitio tam præcipitem diabolus Monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quàm cùm neglectis conſiliis ſeniorum, ſuo iudicio perſuaſerit, definitioniq́; confidere. Neque enim*, vt præclare Baſilius, *ipſa etiam, quæ ſuo genere bona ſunt, ex proprio arbitrio geri conuenit.* Quas autem ob cauſſas, & quo ritu ad ſupererogationis opera petenda licentia, ſuo aliàs dicetur loco.

Errant, qui ſeipſos regere volunt. Climac. grad. 4.

Prou. 11.

Caſſian. collat. 2. cap. 11. *Dæmon facilè iu̧ imponit.*

Baſil. reg. breu. 6.

Alter S. BENEDICTI textus huic gradui proprius, eſt cap. 67. quo vindictæ regulari ſubiicit eum, qui præſumpſerit *quocumque ire, vel quidpiam quamuis paruum ſine Abbatis iuſſione facere.* Vbi τὸ *ſine iuſſione*, intelligendum ſine licentiâ. Clariùs hoc exprimitur in libello, ſeu *Memoriali* S. BENEDICTO adſcripto: *Non vadant infrà monaſterium paſſim vbicumque voluerint, niſi Obedientia vniuſcuiuſque exigat, vel licentiam impetrauerint. Nullum opus, etiamſi bonum videatur, ſine iuſſione agere præſumant.* Diſcurſum ergo per monaſterium abſque licẽtiâ hic textus prohibet, de quo alibi. præterea ne quiſquam aliquid agat propriâ auctoritate; quòd etiã Magnus Baſilius perſtringit. *Cùm*, inquit, *dicat Dominus: Non veni vt à me faciam quidquam, ſed ille qui me miſit, ipſe facit: quantò magis vnuſquiſque noſtrûm non ſibi permittere debet aliquid? Qui enim ſuâ auctoritate aliquid agit, manifeſtiſſima ſuperbiæ morbo detinetur: & ſubiectus eſt illi ſententiæ, quæ dicit: Quoniam in hominibus ſuperbientibus abominatio eſt apud Deum. Sed in omnibus ſuâ ſponte vel auctoritate aliquid agere, culpabile eſt.* Idemque iudicio furis, aut cum fure currentis obnoxium facit artificem ſuſcipientem ab aliquo opus abs conſcientiâ & iuſſione eius, qui pręeſt, & operum ſolicitudinem gerit. Hinc S. Cæſarij Arelatenſis ſanctio: *Nemo ſibi aliquid operis vel artificij pro ſuo libitu eligat faciendum: ſed in arbitrio ſenioris erit, quod vtile proſpexerit, imperandum.* S. Odo, Cluniacenſis poſteà Abbas, rogatus ab Epiſcopo, vt librum conſcriberet, obiicit Regulæ prohibitionem, *ne quid Monachus abſque Prioris permiſſu faciat.* Epiſcopus proinde ab Ab-

Diſcurſus per monaſterium vetitus à S. Benedicto.

Et quodcumque opus ſine iuſſione. Reg. Baſil. ex verſ. Rufin. c. 146.

Id. Reg. breu. 142.

Reg. Cæſar. cap. 6.

Solicitè obſeruatum à S. Odone. Ioan. in vitâ lib. 1. cap. 19.

ab Abbate hanc licentiam petiit. Quare quod in Regulâ dicitur, *vel quidpiam quamuis paruum*, intelligit Menardus de iis, quæ extraordinariè fiunt, quamuis S. P. generaliter loquatur.

Iuniores Monachi quàm reſtrictè olim. Concord. Reg. cap. 72. §. 19.

Et olim Iuniores Monachi, vt Benedictus Anianæ Abbas ſub Caſſiani nomine refert, *nec cellâ exire, nec communi ac naturali neceſſitati ſatisfacere: nec illa etiam quæ vtilia ſunt, id eſt, aut cellam mundare, aut aquam deferre, aut ſi quid aliud opportunum erat, ſine conſcientiâ & ordinatione ſui Senioris* facere audebant. Conformiter Regula Orientalis: *Sine Seniorum verbo & auctoritate nullus frater quidquam agat.* Quod cùm Regulâ noſtrâ planè coincidit. Cuius mentem quoque exponens Bernardus, cùm dixiſſet nos fratribus quibuſcum viuimus, conſilij & auxilij eſſe debitores, quaſi obiiciens ait: *Quod et auxilium impendere eſt, cùm nec minimum aliquid agere liceat abſque Obedientiâ?*

Ad mentem S. Benedicti.

Bern. ſerm. 3. de aduentu.

DISQVISITIO VIII.

Quàm VELOX *debeat eſſe Obedientia?*

S. Benedictus accuratè Obedienti velocitatem deſcribit.

NESCIO an vllum in totâ noſtrâ Regulâ punctum ſit, quòd accuratiùs a S. BENEDICTO ſit pertractatum, quam OBEDIENDI VELOCITAS, vt proinde quæ de eâ ſcripſit, ſingillatim nobis ſint expendenda. Quaſi enim haud ſatis inculcari poſſet hæc velocitas, pluribus verbis ſententiiſque variatis in capite non admodũ prolixo eam cõmendat. Vocat enim Obedientiam ſine morâ, quâ MOX *vt aliquid imperatum fuerit*, MORAM *pati neſciunt in faciendo.* Si quæras, quo modo? *Relinquentes* STATIM *ſua*, MOX EXOCCVPATIS *manibus, & quod agebant* IMPERFECTVM *relinquentes*, VICINO *Obedientiæ pede, iubentis vocem factis ſequuntur.* Nè autem quod ſequitur, præcedenti poſterius vel breui morula putaretur, addit: *Et veluti vno* MOMENTO *prædicto magiſtri iuſſio, & perfecta diſcipuli opera, in* VELOCITATE *timoris Dei ambæ res communiter* CITIVS *explicantur.* id eſt, expediuntur. Vult ergo executionem cum ipſo præcepto tempore concurrere, ſimulque fieri. *Audi*, inquit Bernardus, *quid Dominus de ſimplici populo proteſtatur:* In auditu, *inquit*, auris obediuit mihi, *vt videlicet oſtenderet vno eodemq́; momento proceſſiſſe & imperantis imperium, & obſequium obſequentis.* Pergit idem: *Fidelis obediens neſcit moras, fugit craſtinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totum ſe colligit, vt imperantis colligat voluntatem. Vide Dominum feſtinanter præcipientem, & hominem feſtinanter obedientem.* Zachæe, *inquit*, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tuâ oportet me manere. Et feſtinanter deſcendit, & excepit eum gaudens. *Audiſti Obedientiam, audi & Obedientiæ remunerationem.* Quia ſalus domui huic facta eſt. Hactenus Bernardus.

Vult eo ipſo momento opus impleri quo iubetur.

Bern. ſerm. de Obed. Pſal. 17.

Quod eſt perfectè obedientis.

Qualis Zachæus. Luc. 19.

Liceat autem ex Euangelio addere: *Eò quòd & ipſe ſit filius Abrahæ.* Meritò ſiquidem Abrahæ filius nuncupatur, qui acceleratam magni Patriarchæ Obedientiam æmulatus eſt. Accepto mandato circumciſionis Abraham, STATIM *in ipſâ die, ſicut præceperat ei Deus*, illud perfecit. Iuſſus immolare filium vnigenitum, quem diligebat Iſaac, *de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum, & abiit ad locũ quem præceperat ei Deus.* Parem in Obediendo celeritatem exhibuit ſanctiſſimæ Genitricis Dei ſponſus, B. Ioſeph, qui per angelum iuſſus fugere in Ægyptum, *conſurgens*, vt ait Euangeliſta, *accepit puerum & matrem eius nocte, & receſſit in Ægyptum.* quod eâdem nocte, quâ monitus fuerat, factum Cardinalis Caietanus probabiliter opinatur. Quorſum enim ſurrexiſſet è lecto, niſi vt protinus proficiſceretur?

Abraham Patriarcha.

Geneſ. 17.

Geneſ. 22.

S. Ioſeph, B. V. Sponſus.

Matth. 2.

Quare S. Columbanus feſtinam hanc Obedientiam Regulâ ſuâ præſcribens, ita explicat: *Ad primum verbum ſenioris, omnes ad Obediendum audientes ſurgere oportet. Si quis igitur verbum audiens, non ſtatim ſurrexerit; inobediens iudicandus eſt.* Regula cuiuſdam Patris: *Si quis ad vocem compulſoris, ſiue inuitantis ad aliud quodcumque, non ſtatim ſurrexerit, hic inobediens reus eſt. Quoniam oportet vnumquemque ad propriam vocem inuitantis adſurgere, velut carbo ignis deſcendiſſet ſuper eum.* Eandem ſuis commendauit S. Franciſcus: *Fratres chariſſimi*, inquit, *verbum primo præceptum implete, nec exſpectetis iterari, quod dicitur vobis.* Et S. Bonauentura: *Obediens non eſt, ſed negligens, qui ſecundùm exſpectat mandatum. Vt Obedientia Religioſi Deo ſit acceptabilis, debet eſſe prompta ſine dilatione.*

Velox Obedientiam & alij Monachis præſcribunt. Reg. Columb. c. 1.

Tom 3. op. S. Franc. coll 4.

Bonau. col. 7. co. 7. 1. p.

Velox autem hæc Benedictina *Obedientia*, duobus, vt ita dicam, procurrit pedibus, aut geminis potiùs euolat alis. Prior eſt, vt Obediens relinquat ſua; altera, vt iam affecta deſerat imperfecta. De quibus S. Legiſlator: *Ergo hi tales relinquentes ſtatim quæ ſua ſunt, mox exoccupatis manibus, & quod agebant* IMPERFECTVM *relinquentes, vicino* OBEDIENTIÆ *pede iubentis vocem factis ſequuntur.* Deſerenda autem ſunt propria, & exoccupandæ manus, ſiue vt alibi ait: *Relictis omnibus qualibet fuerint in manibus, ſumma cum feſtinatione currendum.* Ne quis forſitan putaret ſat citò ſe ad Obedientiæ opus occurrere, ſi priori opere abſoluto,

Duplex Benedictina Obedientiæ ala.

Cap. 5.

Cap. 43.

1\. *Relinquenda ſtatim omnia.*

Digitized by Google

VIRTVTES.

ſoluto, hoc aggrediatur. Apoſtolico huc ducimur exemplo, nam Petrus & Andreas à vili piſcatu ad meliorem vocati à Chriſto, CONTINVO *relictis retibus ſecuti ſunt eum.* Et filij Zebedæi vocante eodem Domino, STATIM *relictis retibus & Patre, ſecuti ſunt eum.* De quibus ad rem noſtram S. Bernardus: *At illi continuò nihil indicantes, aut hæſitantes: non ſoliciti vnde viuerent, non conſiderantes quonam modo rudes homines, & ſine litteris, prædicatores fieri poſſent: nihil denique interrogantes, ſine omni morâ, relictis retibus & naui, ſecuti ſunt eum.* Piè proinde B. Ægidium, S. Franciſci ſocium dicere ſolitum ferunt: *Pluris ego facio, propter Deum obtemperare Superiori ſuo, qui homo eſt, quàm ipſi Deo iubenti parere. Meo ſiquidem iudicio etiamſi quis pertigiſſet, vt cùm Angelis colloqui ei liceret, ſi tamen à ſuo Superiore accerſiretur, deberet po?thabito Angeli colloquio, obtemperare homini cui propter Deum ſe morigerum fore promiſiſſet.* Quid, quod & Angelorum Dominum, ſuumque Saluatorem, Obedientiæ amore Monialis quædam legatur deſeruiſſe? Quod à Ludouico Bloſio ita accipe: Virgo quædam in Monaſterio degens, & diuino amore flagrans, cùm aliquando immenſo dilectiſſimi Sponſi ſui Ieſu Chriſti deſiderio teneretur, ſic illum ex toto corde ſuo allocuta eſt: *O vnice fili Dei, amabilis Redemptor animæ meæ, vtinam vel ad momentum te in hac vitâ cernere poſſem!* Ad quæ verba mox adſtitit illi ipſe Dominus noſter IESVS Chriſtus in formâ cuiuſdã pueruli. Contigit verò vt vna ex ſororibus Congregationis, ianuam cellæ illius deuotæ virginis pulſaret, eamque cum feſtinatione ad commune aliquod opus ex obedientiâ faciẽdum accerſiret. Audiens virgo ſancta iuſſionem obedientiæ, puerulo Ieſu ait: *En dulciſſime Domine mi Ieſu Chriſte, pro explendâ obedientiâ abeo; tu interim me hîc exſpecta obſecro, ſi ?bi placet, donec ad te redire liceat.* His dictis, è cellâ exiit: & quod facere iuſſa erat, animo voluntario hilarique vultu peregit. Deinde magnâ cum celeritate ad cellam reuerſa eſt: quam cùm aperiret, mira quædam & radiantiſſima lux oculis eius ſe ingeſſit, adeò vt vix eam ſuſtinere poſſet. Vidit igitur amantiſſimũ Dominum ſuum, in perfectâ ætate, tamquam elegantiſſimum iuuenem viginti & quatuor annorum adſtantem. Vnde ipſa maximo gaudio repleta, ita eum affatur: *O dilecte mi* IESV, *quomodo tam grandis tantillo tempore factus es, qui tam puſillus apparebas, cùm à te recederem? Dic obſecro, dic vnica ſpes mea, quî id factum ſit.* Cui pius ac dulcis IESVS reſpondit: *O filia chariſſima, profunda velocis atque impigræ obedientiæ tuæ humilitas, me tam breui tempore tam grandem effecit. Semper ergo mei amore libenter obedi, ſi mihi continuè ſine medio optas vniri.* Poſt quæ verba Dominus diſparuit.

Vt fecerunt Apoſtoli à Chriſto. vocati.
Matth. 4.
Ibid. 4.
Bern. ſer. 2. de S. Andr.
Angeli relinquendi, dum vocamur.
Gonon. lib. 7. vit. Patr. occid. c. 3.
Imò ipſe Chriſtus.
Bloſ. Apol. pro Thaul. cap. 6.
Qui declarat gratum fuiſſe Monialis ipſum relinquëtis Obedientiam.

A B C D E

II. Sed aliquantò etiam amplius eſt, relinquere ſua IMPERFECTA: quod S. BENEDICTVS expreſſit, vt qui inchoatum opus per *ſtrenuitatem* ſe putat è Superioris mente poſſe abſoluere, cunctationem hanc nouerit velocis Obedientiæ perfectioni aduerſari. Vnde Gloſſa ordinaria: *Perfecta Obedientia eſt, ſua* IMPERFECTA *relinquere.* Quo in genere, celebratũ eſt multis exemplũ Marci, qui ab Siluano Abbate vocatus, ſtatim ad vocẽ eius exiuit foras, o litterâ quã inchoauerat, relicta imperfecta. *Audita,* inquit, Pelagius, *voce ſenis, non fixit, nec gyrauit calamum vltrà, vt impleret & concluderet litteram, quam in manu habebat.* Ex quo exemplo S. Ignatius Societati IESV hanc præſcripſit Regulam: *Signo campanæ conſtitutis horis audito, omnes ſtatim vel imperfectâ litterâ, ad id, ad quod vocantur, ſe conferant.* Quod etiam Clericis S. Pauli placuit, qui ita ſtatuunt: *Statim atque vocantur, ſeu campanulâ, ſeu alio ſigno, nullâ interpoſitâ morâ properent, memores illius perfectè obediẽtis, qui adeò promptus erat, vt, cùm vocaretur, litteram inchoatam non perficeret, ſed depoſito calamo ad parendum feſtinaret.* Laudatur & ab Obedientiâ Abbas Athre, qui cùm piſcem exenteraret, ab Abbate Hor vocatus, *ſtatim dimiſit cultellum in medio piſce inciſo, & non perincidit eum, & cucurrit ad eum: & miratus ſum tantam Obedientiam eius, quia non dixit: Exſpecta donec incidam piſcem.*

Perfectius eſt imperfecta relinquere.
Gloſſ. in c. 4. Matth.
Marci obedientia laudatur.
Vit. Patr. lib. 5. libell. 14. n. 5.
Reg. 14. comm. Societ.
Et imitanda proponitur.
Ord. Cler. S. Paul. reg. conuerſ. c. 5.
Vit. Patr. libell. 15. num. 43.

Poſt ſcriptam verò S. BENEDICTI Regulam pia hæc in obediendo feſtinatio in pluribus enituit. Cùm enim in Luxouienſi cœnobio miniſter refectorij vellet promere cereuiſiam; *Subitò,* inquit Ionas, *quidam è fratribus Columbani Abbatis iuſſu eum euocauit. Tum ille Obedientiæ flammâ feruens, oblitus epiſtomium obſtruere, pernici curſu ad beatum virum properauit, vertibulum manu tenens. Poſtquam autem vir Dei ſua ei mandata deprompſit, ille recordatus negligentiæ, ocyus redit in cellarium, ſuſpicans nihil in vaſe ceruiſiæ remanſiſſe. Cernit autẽ vltra typrũ vſque adeò exceſſiſſe ceruiſiam, vt duplo altior typrus videretur, nec minimam tamen gattam decidiſſe in terram: ita vt tanta emineret ſuprà vrnam ceruiſiæ, quanta erat intra illius coronã ſiue ambitum. En quantum imperantis meritum, quanta Obedientia obtemperantis.* Affine eſt, quod in eodem Luxouienſi contigit monaſterio ſub Euſtachio Abbate. Bercharius, qui poſteà Abbas fuit, promptuarium ingreſſus, ante vas ſteterat, & epiſtomium manu tenens, cerealem amphoræ potum infundebat. Mirum dictu: *ad vnius iuſſionis nutum relictis, quæ habebat in manibus, cucurrit*

Exempla Benedictinorum velociter obedientium.
Ionas in vit. S. Columb. c. 16.
Miraculũ approbata.
Aliud.
Vincent. Spec. hiſt. l. 24. c. 114.

conci-

Digitized by Google

concitus, ardore Obedientiæ, amphoræ cuſtodiendæ oblitus. Illoq; ante Abbatem ſtante, interim potus in vaſculum ſuppoſitum defluere nõ ceſſans, poſtquam ad ſuperficiem vaſis peruenit, in modum columnæ ſupernè conſtipatum, in gyrum coronari cœpit. Vltrò cerneres illud liquamẽ, quod vix clauſum valet contineri, vt quondam Dei populo tranſeunte abſque lintribus Iordanis fluenta, in ſublime tolli: vt liquidò pateſceret, quanta eſſet virtus obedientiæ, cuius fructus nullo modo poſſit in terrâ deperire. At ille, quod acciderat, non ſuo, ſed Abbatis, merito deputauit.

A

Vide meritum obedientiæ.

B

Promptè occurrendum quoties ſignum datur.

Quæ quidem ſtimulo eſſe queant noſtris ad exactam hanc Obedientiam à Regulâ tantoperè commendatam ſtrenuè æmulandam. Cùm autem hæc promptitudo maximè locum habeat, quando ſigno campanæ ad actus communes diuini officij, ad menſam, ad laborem, ad lectionem, ſpiritualem conferentiam, meditationem, & corporalem diſciplinam conuocamur, legi poſſunt, quæ ſequenti dicemus Libro de diligentiâ occurrẽdi ad Horas Canonicas.

C

Incitamenta ad hanc velocitatem.

Ad hanc autem Obedientiam vniuersè expeditos nos faciet, ſi conſiderauerimus melius eſſe facere quod agendum præcipitur, quàm quod in manibus habetur, & Obedientiæ intuitu prætermittitur. Si enim Dei vocem in Superioris, aut ſigno communi agnoſcas, quis dubitet melius tum eſſe omiſſo quod agebas, huic obedire? Illo enim inſtanti ita actus ille imponitur, vt alium Superior à te non requirat, quantumuis ille ex obiecto eſſet melior. Poſſunt ſiquidem ac debent meliora ex obiecto intermitti pro minus bonis, Superiore imperante: nobilitatur enim hîc actus ab Obedientiâ, *quæ melior eſt quàm victimæ.* Vnde pulchrè Gregorius noſter: *Sciendum,* inquit, *eſt, quod numquam per Obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per Obedientiam bonum quod agitur intermitti.* Quod perſuaſum ſibi habuit Lacon ille miles, de quo Plutarchus: *In prælio,* inquit, *gladium hoſti iam incuſſurus, cùm audiret receptui cani, ictum non intulit; & interrogatus cur hoſti peperciſſet, quem necare potuiſſet, reſpondit: Quia melius eſt Imperatori parere, quàm hoſtem interficere.* Eadem hæc mens erat priſcis illis Ægypti Monachis, de quibus Caſſianus: *Obedientiæ virtutem non ſolùm operi manuum, ſeu lectioni, vel ſilentio, & quieti cellæ, verùm etiam cunctis virtutibus ita præferunt, vt huic iudicent omnia poſtponenda, & vniuerſa diſpendia ſubire contenti ſint, dummodo hoc bonum in nullo violaſſe videantur.* Plura ad hanc velocitatem calcaria ſubdit Nigronus.

D

1\. Reg. 15.

Greg. l. 35. moral. c. 10.

Bonum quandoque omittendum per Obedientiam.

Plutarc. in Lacon. Apophth.

E

Caſſian. lib. 4. cap. 12.

Nigr. ad reg. 15. comm. Societ.

VIRTVTES.

DISQVISITIO IX.

Vt in Obedientiâ propria voluntas, & iudicium abneganda?

BOno animo, & ex toto corde Obedientia exhibenda eſt. *Cordis* autem nomine, nunc intellectus, nunc voluntas, nunc ipſa anima deſignatur, vt * aliàs docuimus. Proinde vt nobiliſſimę animæ potentiæ Deo ſubiiciantur, & ipſe iure ſuo meritiſſimo ſuper illas regnet & triumphet, voluntas & intellectus illi in Superiore mandante prorſus ſubiicienda ſunt. Hoc intendens B. P. N. BENEDICTVS, non ſatis habuit dixiſſe de Obedientibus: *Hi tales relinquentes ſtatim quæ ſua ſunt,* ſed immediate ſubiunxit; *& voluntatem propriam deſerentes:* & paulò pòſt vtramque animæ facultatem coniungens, ait: *Non ſuo arbitrio viuentes, vel deſideriis ſuis & voluptatibus obedientes; ſed ambulantes alieno* IVDICIO *& imperio,* &c. Obediendi ergo celeritatem recto ordine ſubſequitur propriæ voluntatis & iudicij abnegatio. Poſſet enim quiſpiam velociter obedire, opus inchoatum deſerere, illudque iam affectum non abſoluere, cordis tamen affectu, voluntate, & deſiderio illi adhærere; adeoque ægro & reluctante animo externum opus, quod ita iuſſum ſit, & quodammodò cogatur, adimplere. At S. BENEDICTVS vlteriùs ſuum vrget diſcipulum, vultque inſuper voluntatem adiungi operi, proprium ſubiugari arbitrium, abnegari iudicium, vt vtrumque conformetur, idemque ſit cum Superioris. Spectat autem ad perfectionem Obedientiæ, non tantùm actum facere qui iubetur, ſed quia iubetur: & vt ſatisfacias voluntati Superioris, aut Dei, per eum iubentis. Tunc enim Obedientia eſt vniuerſalior ex vi ſui motiui, meliuſque diſponit hominem ad obediendum in omnibus. Et hanc perfectionem docuit Chriſtus, cùm Patrem orans, dixit: *Non mea voluntas ſed tua fiat.* Vnde B. Ignatius Loyola, *Imperfectam* dixit *eſſe Obedientiam, nec virtutis nomine dignam, niſi ad eum gradum aſcendat, qui voluntatem Superioris ſuam efficit, & cum eâ ita concordat, vt non ſolùm in effectu executio appareat, verùm etiam in affectu conſenſio, ſicq; idem velit vterq;, idem nolit.* Promouet autem hanc perfectionem, ſi quis rei præceptæ benè ſit affectus. Nam, vt dixit Leo Papa: *Non ibi durâ neceſſitate ſeruitur, vbi diligitur quod iubetur.* Circa hanc autem ad iniuncta propenſionem notanda S. Gregorij doctrina dicentis: *Quia nonnumquam nobis huius mundi proſpera, nonnumquam verò iubentur aduerſa: ſciendum ſummopere*

* Schol. Concord. l. 1. lect. 5.

Obediendũ cum ſubiectione voluntatis & iudicij.

Cap. 5.

Magna in hoc perfectio.

Quomodo voluntas Superiori ſubdenda.

Luc. 22.

Ignat. epiſt. de obed. num. 5.

Multum iuuatur propenſione in rem imperatam.

Leo ſer. 4. de ieiun.

Greg. li. 35. moral. c. 10.

VIRTVTES.

pere eſt, quòd Obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt, aliquando autem ſi de ſuo aliquid non habeat, minima: nam cùm huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is, qui ad præcipiendo hæc obedit, Obedientiæ ſibi virtutem euocat, ſi ad hæc etiam proprio deſiderio anhelat. Rurſum cùm mūdi deſpectus præcipitur, cùm probra adipiſci, & contumeliæ iubentur, niſi ex ſe ipſo animus hæc appetat, Obedientiæ ſibi meritum minuit. Rationem reddit S. Thomas, quia voluntas in proſperis non videtur principaliter tendere ad implendum præceptum, ſed ad aſſequendum proprium volitum. In aduerſis autem vel difficilibus eſt maior, quia voluntas propria in nihil aliud tendit quàm in præceptum. Sed, vt benè idem ſubiungit, hoc intelligendum eſt ſecundùm id quod exteriùs apparet: ſecundùm tamen Dei iudicium, qui corda rimatur, poteſt contingere quod etiam in proſperis Obedientia aliquid de ſuo habens non propter hoc ſit minus laudabilis, ſi ſcilicet proprio voluntas Obedientis, non minùs deuotè tendat ad impletionem præcepti.

Aſſignatur ratio. S.Tho 2.2. q.104. ar.2. ad 3.

Iam quod alteram partem, Obedientiam ſcilicet intellectus, ſpectat, maioris illa & difficultatis & perfectionis eſt. Agnoſcit autem Suarez eam à S. BENEDICTO, verbis quę initio Diſquiſitionis attulimus, præſcriptam. Qui enim *alieno iudicio & imperio* in cœnobio degit, ſine dubio abnegare debet ſuum. Veram hanc Obedientiam, quam à S. BENEDICTO didicerat Magnus Gregorius, ita deſcripſit: *Vera Obedientia nec Præpoſitorum intētionem diſcutit, nec præcepta diſcernit; quia qui omne vitæ ſuæ* IVDICIVM *Maiori ſubdidit, hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur operatur:* NESCIT ENIM IVDICARE, QVISQVIS PERFECTE DIDICERIT OBEDIRE: *quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat.* Eamdem intellectus ſubiectionē Climacus ſignificauit, cùm Obedientiam ita deſcripſit: OBEDIENTIA *eſt inexaminatus, atque indiſcuſſus motus, ſpontanea mors, vita curioſitate carens, tuta nauigatio, ſecurum periculum, confectum dormiendo iter. Obedientia eſt ſepulchrum voluntatis, nihil diſcernit, nihil reſiſtit.*

Obedientia intellectus perfectior. Suar. to.4. de relig. li. 4. c.15. n.6. — Greg. li.14. in 1.Reg. cap.40. *Deſcribitur.* — Climac. grad.4.

Hæc eſt illa à Patribus, aliiſque ſcriptoribus tot encomiis celebrata OBEDIENTIA CÆCA, quam vt explicemus, notandum cæcitatem conſiſtere in priuatione viſus, & per metaphoram etiā ad ſpiritualia transferri. In Obedientiā autē non ſignificat omnis cognitionis & iudicij priuationē (non enim bruti inſtar aut ſtolidi, rationalis obtemperat homo) ſed excludit prudentiam carnis, humanas rationes, & diſcurſus, quibus ſubditus examinare velit, cur Prælatus hoc præcipiat, aut cur ſibi potiùs quàm alteri. Omnis virtus moralis prudentiā dirigitur, ſed hoc Obedientię proprium, quod iudicium, quo illa dirigitur, magis fundetur in extrinſeco principio & iudicio Superioris, quàm in proprio, quatenus ſcilicet illud vitioſum & imperfectum eſt. Etenim vt cæcus ab alio ducitur, & quaſi alienis oculis videt; non ſecus ſubditus, nō ſuo ſed Superioris duci debet arbitrio.

Hæc eſt Obedientia cæca. — *Quo ſenſu ita vocetur.*

Sed enim quænam illa ſunt, ad quæ verus Obediens debeat oculos claudere? Hęc tria potiſſimum. 1. vt non attendat, Quis præcipiat, 2. Quid. 3. Quare.

Claudendi oculi in tribus.

PRIMÒ, non attendenda perſonæ præcipientis qualitas, ſiue enim nobilis ſit Superior, ſiue ignobilis; ſiue doctus, ſiue indoctus; ſiue expertus regiminis, ſiue inexpertus; ſiue aſper, ſiue benignus; ſiue quibuſcumque moribus ſit imbutus; Dei vices hoc ipſo gerit, quo legitimus eſt Superior: Cuius auctoritati potiùs obediendū, quàm bonis quibus præditus eſt animi dotibus & talentis. Præclarè proinde Climacus: *Dominus ait, illuminat* CÆCOS OBEDIENTIVM OCVLOS *ad contuendas Magiſtri virtutes, idemq; eos excæcat, ne defectus videant.* Narrat Bloſius huc ſpectans inſigne exemplum. Quædam eximiæ ſanctitatis virgo videns in ſpiritu animam cuiuſdam Monachi pœnis purgatorij grauiter torqueri, qui tamen ſatis probè vixiſſe putabatur, interrogauit Deum, quam ob cauſſam illa anima non eſſet in cælo. Cui Dominus in hunc modum reſpondit: *Iſte Monachus voluntati Abbatis & Præpoſiti ſui in omnibus bonis humiliter conſentire, atque obtemperare noluit: diſplicuit enim ei quidquid Abbas faceret, exiſtimans ſe ſapientiorem illo eſſe, & melius quælibet poſſe agere.*

I. *Non attendant imperantis qualitatem.* — Climac. grad. 4. — Bloſ. ſpec. ſpirit. cap. 1. lit. C.

SECVNDÒ, quoad materiam quæ præcipitur, non attendendum, an grata tibi ſit, an ingrata, an honorifica, an ingloria, an magna, an parua, an facilis, an difficilis; ſed ſimpliciter & clauſis oculis quidquid iniunctum fuerit, cum Dei adiutorio aggredere. Pynufius Abbas Nouitium monebat: *Stultum te ſecundùm Apoſtoli ſententiam facias in hoc mundo, vt ſis ſapiens, nihil ſcilicet diſcernens, nihil diiudicans ex iis, quæ tibi fuerint imperata, ſed cùm omni ſimplicitate, ac fide Obedientiam ſemper exhibeas; illud tantummodo ſanctum, illud vtile, illud ſapiens eſſe iudicans, quidquid lex Dei, vel Senioris examen indixerit.* Hieronymus Ruſtico ſcribit: *Præpoſitum Monaſterij timeas vt Dominum, diligas vt parentem, credas ſalutare quidquid ille præceperit, nec de maiorum ſententiâ iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt.* Bernardum hîc audi. *Perfecta,* inquit, *Obedientia maximè in incipiente indiſcreta: hoc eſt, non diſcernere, quid, vel quale præcipiatur, ſed ad hoc tantū niti, vt*

II. *Non diiudicent præcepti materiam.* — Caſſian. lib. 4. cap.41. — Hieron. Epiſt.4. — *Sed ſalutare credant quidquid Prælatus iuſſerit.* — Bern. epiſt. ad Fratr. de monte Dei.

fideli-

Digitized by Google

fideliter, & humiliter fiat, quod à Maiore præcipitur. Et alibi: *Si diſcutimus, ſi diiudicamus, & in hac quidem præcepta non obedimus.*

Id. ſerm. 2. de S. Andr.

III. *Non inquirant, cur hoc vel illud præcipiatur.* Id. de præc. & diſp. c. 13.

TERTIÒ, claudendi quoque oculi ne videant, aut videre concupiſcant rationem quare aliquid præcipiatur, vel quid Superiorem ad hoc mouerit, quáve intentione mandatum imponat. *Imperfecti cordis*, inquit Bernardus, *& infirmæ prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ iniunguntur, exigere de quibuſque rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto cuius cauſſa latuerit, nec vnquam libenter obedire, niſi cùm audire contigerit quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire monſtrauerit vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata ſatis, imò nimis moleſta eſt huiuſmodi Obedientia.* Humbertus Generalis Ord. Prædicatorum: *Tam ſimplex etiam ſit Obedientia veſtra Fratres, & iniuncta ſine diſcuſſione facientes, iudicetis de veſtro, nec in minimo vos habere: nam quiſquis intentionem præcipientis iudicat, bellum intrinſecùs parat, per hoc enim, quod cauſſas mandatorum, quas ignorat, diſcutit, in labyrinthum erroneũ ſeſe ponit.* Hauſiſſe potuit hunc periculi metum ex Caſſiani admonitione dicentis: *Numquam rationem veritatis intrabit, quiſquis à diſcuſſione cœperit erudiri, quia videns eum inimicus ſuo potiùs quàm Patrum iudicio confidentem, facilè in id vſque propellit, vt etiam illa quæ maximè vtilia atque ſaluberrima ſunt, ſuperflua ei videantur & noxia.* Meminerint proinde Monachi veteris ſerpentis vocem illam eſſe: CVR *præcepit vobis Deus?* Neque enim erat ipſorum inquirere, cur præcepiſſet, & ex mente Bernardi reſpondendum fuerat: *Sic eſt voluntas creatoris: quare ſic, ipſe nouit, nobis ſufficit obedire, quia vita noſtra in voluntate eius.* Audiendus hic Climacus: *Cùm tibi cogitatio ſuggeſſerit, vt Prælatum aut diiudices aut damnes, ab eâ non ſecus quàm à fornicatione deſili. Neque prorſus huic ſerpenti requiem præſtes, non locum, non ingreſſum, non initium; loquere ad huiuſmodi draconem, atque eum his verbis inceſſe: O maligniſſime ſeductor, non ego ducem meum iudicandum ſuſcepi, ſed ille me: non ego illius, ſed ille mei iudex eſt.* Plura antè Obedientiæ huius cœcæ adferri ſolent exempla, in quibus illuſtriſſimum eſt, quod ad S. P. BENEDICTI iuſſionem exhibuit S. Maurus ambulans ſupra aquas, * alibi à nobis expenſum.

Humb. Epiſt. de 3. votis cap. 9.

Periculoſa hæc diſcuſſio. Caſſia. collat. 18. c. 3.

Cur, vox ſatana. Geneſ. 3.

Bern. ſer. 1. de S. Andr.

Clim. grad. 4. *Quomodo reſiſtendum tentatori.*

* Commẽt. ad vit. S. Bened. c. 7.

DISQVISITIO X.

Quæ reliquæ Obedientiæ conditiones?

VIII. *Obedientiæ gradus explicatur.*

POTIORIBVS Obedientiæ conditionibus, quas graduum nomine deſignauimus, explicatis; ſupereſt vt reliquas breuiter recenſeamus. OCTAVVM gradum poſuimus *Obedire* HVMILITER, quem ex S. BENEDICTI verbis, Obedientiam primum humilitatis gradum dicentis, & quoſdam eius actus humilitatis gradibus inſerentis exſculpſimus. Et ſane cùm obediens Superioris ſe ſubdat imperio, ſuamque ad hoc, vt oſtendimus, abnegare debeat voluntatem, & iudicium; meritò requiritur in eo humilitas. Superbus enim & rebellis alteri renuit ſubiici. Nec aliunde clariùs hæc erui poſſet conditio, quàm exemplo Chriſti Saluatoris noſtri, qui, vt Apoſtolus ait, HVMILIAVIT *ſemetipſum factus* OBE-DIENS *vſque ad mortem.* Ita vt ipſius Obedientia, quam Patri in incarnationis decreto ſuſcipiendo exhibuit, condita fuerit ſummâ humilitate, vt illa oſtendit Eccleſiæ oratio: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi, ad imitandum* HVMILITATIS *exemplum, Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti,* &c. Vt rectè omninò dixerit Climacus, Obedientiam eſſe *humilitatis excitationem.*

VIRTVTES.

Humilis Obedientia Chriſti. Phil. 2.

Domin. in Palmis.

Clim grad. 4.

IX. *Gradus exponendus.*

NONVS gradus eſt, obedire PATIENTER, ſiue propter aduerſa, dura & contraria ab Obediẽtiâ non abduci. Vnde Bernardus: *Si tribulatio intonat, ſi perſecutio reſultat, ſi peccatores tibi laqueũ ponũt, ſi maligni tuũ iter impediunt, tu Obediẽtiæ viam non deſeras, ſed dic: Paratus ſum, & nõ turbatus, vt cuſtodiã mandata tua.* Sed hìc quartus humilitatis gradus, ſuo inferiùs loco ponendus & exponẽdus.

Bern. ſerm. de Obed.

Pſal. 118.

X. *Gradus.*

DECIMVS Obediẽtiæ gradus eſt, obedire nõ TREPIDE, id eſt, firmiter, non hęſitãdo & diſceptãdo, aut dubitãdo. Vnde Ambroſius: *Trepidare, infirmitatis eſt, timoris atque formidinis.* Et Smaragdus: *Trepidare dicitur timere vel dubitare. Ille enim Obedientiã facere trepidat, qui in Domini adiutorio firmiter non ſperat.* Quare S. BENEDICTVS, cùm in impoſſibilibus iubẽtis imperium ſuſcipi monet, *confidẽs*, ait, *de adiutorio Dei, obediat.* Trepidè obedit, qui de diuino adiutorio non ſatis cõfidit, nec cõſiderat, quod ſi ſe ſufficienter humiliaret, & Dei opẽ imploraret, vires conſequeretur ab eo, qui humilibus dat gratiam, & inuocantes ſe exaudit. *Qui enim ſperant in Domino, mutabũt fortitudinẽ, aſſument pennas ſicut aquilæ, currẽt & non laborabunt, ambulabunt & non deficiẽt.* Trepidè S. Petrus à Domino iuſſus ad ſe venire ſuper mare, cœpit obedire. *Videns verò ventum validum, timuit;* & cœpit mergi ob defectũ confidentiæ, & conſtantis Obediẽtiæ. Vnde Dominus: *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* Vt in fide, ſic & in Obedientiâ fortes oportet eſſe, & abſque vllâ hæſitatione. *Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur.*

Ambroſ. in Pſalm. 118. octon. 21.

Smarag. ad cap. 5.

Cap. 68. *Quis trepidè obediat.*

Iſai. 40.

Matth. 14.

Iacob. 1. 6.

Religioſum * ſuprà depinximus Militẽ, cuius officium pugnare, cuius ſcopus & finis,

* Lib. 2. Cathec. part. diſq. 3.

Religioſi ſunt milites.

Cccc

VIRTVTES.

pere eſt, quòd Obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt, aliquando autem ſi de ſuo aliquid non habeat, minima: nam cùm huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit, Obedientia ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc etiam proprio deſiderio anhelat. Rurſum cùm mũdi deſpectus præcipitur, cùm probra adipiſci, & contumelia iubentur, niſi ex ſe ipſo animus hæc appetat, Obedientia ſibi meritum minuit. Rationem reddit S. Thomas, quia voluntas in proſperis non videtur principaliter tendere ad *implendum præceptum, ſed ad aſſequendum proprium volitum. In aduerſis autem vel difficilibus eſt maior, quia voluntas propria in nihil aliud tendit quàm in præceptum.* Sed, vt benè idem ſubiungit, *hoc intelligendum eſt ſecundùm id quod exteriùs apparet: ſecundùm tamen Dei iudicium, qui corda rimatur, poteſt contingere quod etiam in proſperis Obedientia aliquid de ſuo habens non propter hoc ſit minus laudabilis, ſi ſcilicet propria voluntas Obedientis, non minùs deuotè tendat ad impletionem præcepti.*

Aſſignatur ratio. S. Tho 2. 2. q. 104. ar. 2. ad 3.

Iam quod alteram partem, Obedientiam ſcilicet intellectus, ſpectat, maioris illa & difficultatis & perfectionis eſt. Agnoſcit autem Suarez eam à S. BENEDICTO, verbis quę initio Diſquiſitionis attulimus, præſcriptam. Qui enim *alieno iudicio & imperio* in cœnobio degit, ſine dubio abnegare debet ſuum. Veram hanc Obedientiam, quam à S. BENEDICTO didicerat Magnus Gregorius, ita deſcripſit: *Vera Obedientia nec Præpoſitorum intẽtionem diſcutit, nec præcepta diſcernit; quia qui omne vitæ ſuæ* IVDICIVM *Maiori ſubdidit, hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur operatur:* NESCIT ENIM IVDICARE, QVISQVIS PERFECTE DIDICERIT OBEDIRE: *quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat.* Eamdem intellectus ſubiectionẽ Climacus ſignificauit, cùm Obedientiam ita deſcripſit: OBEDIENTIA *eſt inexaminatus, atque indiſcuſſus motus, ſpontanea mors, vita curioſitate carens, tuta nauigatio, ſecurum periculum, confectum dormiendo iter. Obedientia eſt ſepulchrum voluntatis, nihil diſcernit, nihil reſiſtit.*

Obedientia intellectus perfectior. Suar. to. 4. de relig. li. 4. c. 15. n. 6.

Greg. li. 14. in 1. Reg. cap. 40. *Deſcribitur.*

Climac. grad. 4.

Hæc eſt illa à Patribus, aliiſque ſcriptoribus tot encomiis celebrata OBEDIENTIA CÆCA, quam vt explicemus, notandum cæcitatem conſiſtere in priuatione viſus, & per metaphoram etiã ad ſpiritualia transferri. In Obediẽtiâ autẽ non ſignificat omnis cognitionis & iudicij priuationẽ (non enim bruti inſtar aut ſtolidi, rationalis obtemperat homo) ſed excludit prudentiam carnis, humanas rationes, & diſcurſus, quibus ſubditus examinare velit, cur Prælatus hoc pręcipiat, aut cur ſibi potiùs quàm alteri. Omnis virtus moralis prudentiâ dirigitur, ſed hoc Obedientię proprium, quod iudicium, quo illa dirigitur, magis fundetur in extrinſeco principio & iudicio Superioris, quàm in proprio, quatenus ſcilicet illud vitioſum & imperfectum eſt. Etenim vt cæcus ab alio ducitur, & quaſi alienis oculis videt; non ſecus ſubditus, nõ ſuo ſed Superioris duci debet arbitrio.

Hæc eſt Obedientia cæca.

Quo ſenſu ita vocetur.

Sed enim quænam illa ſunt, ad quæ verus Obediens debeat oculos claudere? Hęc tria potiſſimum. 1. vt non attendat, Quis præcipiat, 2. Quid. 3. Quare.

Claudendi oculi in tribus.

PRIMÒ, non attendenda perſonæ præcipientis qualitas, ſiue enim nobilis ſit Superior, ſiue ignobilis; ſiue doctus, ſiue indoctus; ſiue expertus regiminis, ſiue inexpertus; ſiue aſper, ſiue benignus; ſiue quibuſcumque moribus ſit imbutus; Dei vices hoc ipſo gerit, quo legitimus eſt Superior: Cuius auctoritati potiùs obediendũ, quàm bonis quibus præditus eſt animi dotibus & talentis. Præclarè proinde Climacus: *Dominus* ait, *illuminat* CÆCOS OBEDIENTIVM OCVLOS *ad contuendas Magiſtri virtutes, idemq́; eos excæcat, ne defectus videant.* Narrat Bloſius huc ſpectans inſigne exemplum. Quædam eximiæ ſanctitatis virgo videns in ſpiritu animam cuiuſdam Monachi pœnis purgatorij grauiter torqueri, qui tamen ſatis probè vixiſſe putabatur, interrogauit Deum, quam ob cauſſam illa anima non eſſet in cælo. Cui Dominus in hunc modum reſpondit: *Iſte Monachus voluntati Abbatis & Præpoſiti ſui in omnibus bonis humiliter conſentire, atque obtemperare noluit: diſplicuit enim ei quidquid Abbas faceret, exiſtimans ſe ſapientiorem illo eſſe, & melius qualibet poſſe agere.*

I. *Non attendant imperantis qualitatem.*

Climac. grad. 4.

Bloſ ſpec. ſpirit. cap. 2. lit. C.

SECVNDÒ, quoad materiam quæ præcipitur, non attendendum, an grata tibi ſit, an ingrata, an honorifica, an ingloria, an magna, an parua, an facilis, an difficilis; ſed ſimpliciter & clauſis oculis quidquid iniunctum fuerit, cum Dei adiutorio aggredere. Pynufius Abbas Nouitium monebat: *Stultum te ſecundùm Apoſtoli ſententiam facias in hoc mundo, vt ſis ſapiens, nihil ſcilicet diſcernens, nihil diiudicans ex iis, quæ tibi fuerint imperata, ſed cùm omni ſimplicitate, ac fide Obedientiam ſemper exhibeas; illud tantummodo ſanctum, illud vtile, illud ſapiens eſſe iudicans, quidquid lex Dei, vel Senioris examen indixerit.* Hieronymus Ruſtico ſcribit: *Præpoſitum Monaſterij timeas vt Dominum, diligas vt parentem, credas ſalutare quidquid ille præceperit, nec de maiorum ſententiâ iudicet, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt.* Bernardum hîc audi. *Perfecta,* inquit, *Obedientia maximè in incipiente indiſcreta: hoc eſt, non diſcernere, quod, vel quale præcipiatur, ſed ad hoc tantũ niti, vt fid:li-*

II. *Non diiudicent præcepti materiam.*

Caſſian lib. 4. cap. 41.

Hieron. Epiſt. 4. *Sed ſalutare credant quidquid Prælatus iuſſerit.*

Bern. epiſt. ad Fratr. de monte Dei.

Digitized by Google

fideliter, & humiliter fiat, quod à Maiore præcipitur. Et alibi: *Si diſcutimus, ſi diiudicamus, & in hoc quidem præcepto non obedimus.*

Id. ſerm. 1. de S. Andr.

III. Non inquirunt, cur hoc vel illud præcipiatur. Id. de præc. & diſp. c. 13.

TERTIÒ, claudendi quoque oculi ne videant, aut videre concupiſcant rationem quare aliquid præcipiatur, vel quid Superiorem ad hoc mouerit, quáve intentione mandatum imponat. *Imperfecti cordis*, inquit Bernardus, *& infirmæ prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ iniunguntur, exigere de quibuſque rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto cuius cauſſa latuerit, nec vnquam libenter obedire, niſi cùm audire contigerit quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire monſtrauerit vel operta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata ſatis, imò nimis moleſta eſt huiuſmodi Obedientia.* Humbertus Generalis Ord. Prædicatorum: *Tam ſimplex etiam ſit Obedientia veſtra Fratres, & iniuncta ſine diſcuſſione facientes, iudicetis de veſtro, nec in minimo vos habere: nam quiſquis intentionem præcipientis iudicat, bellum intrinſecùs parat, per hoc enim, quod cauſſas mandatorum, quas ignorat, diſcutit, in labyrinthum erroneū ſeſe ponit.* Hauſiſſe potuit hunc periculi metum ex Caſſiani admonitione dicentis: *Numquam rationem veritatis intrabit, quiſquis à diſcuſſione cœperit erudiri, quia videns eum inimicus ſuo potiùs quàm Patrum iudicio confidentem, facilè in id vſque propellit, vt etiam illa quæ maximè vtilia atque ſaluberrima ſunt, ſuperflua ei videantur & noxia.* Meminerint proinde Monachi veteris ſerpentis vocem illam eſſe: CVR *præcepit vobis Deus?* Neque enim erat ipſorum inquirere, cur præcepiſſet, & ex mente Bernardi reſpondendum fuerat: *Sic eſt voluntas creatoris: quare ſic, ipſe nouit, nobis ſufficit obedire, quia vita noſtra in voluntate eius.* Audiendus hîc Climacus: *Cùm tibi cogitatio ſuggeſſerit, vt Prælatum aut diiudices aut damnes, ab eâ non ſecus quàm à fornicatione deſili. Neque prorſus huic ſerpenti requiem præſtes, non locum, non ingreſſum, non initium; loquere ad huiuſmodi draconem, atque eum his verbis inceſſe: O maligniſſime ſeductor, non ego ducem meum iudicandum ſuſcepi, ſed ille me: non ego illius, ſed ille mei iudex eſt.* Plura antè Obedientiæ huius cœcæ adferri ſolent exempla, in quibus illuſtriſſimum eſt, quod ad S. P. BENEDICTI iuſſionem exhibuit S. Maurus ambulans ſupra aquas, * alibi à nobis expenſum.

Humb. Epiſt. de 3. votis cap. 9. — Periculoſa hæc diſcuſſio. — Caſſia. collat. 18. c. 3. — Cur, vox ſatana. Geneſ. 3. — Bern. ſer. 1. de S. Andr. — Clim. grad. 4. Quomodo rejiciendum tentatori. — * Commēt. ad vit. S. Bened. c. 7.

DISQVISITIO X.

Quæ reliquæ Obedientiæ conditiones?

VIII. Obedientiæ gradus explicatur.

POTIORIBVS Obedientiæ conditionibus, quas graduum nomine deſignauimus, explicatis; supereſt vt reliquas breuiter recenſeamus. OCTAVVM gradum poſuimus *Obedire* HVMILITER, quem ex S. BENEDICTI verbis, Obedientiam primum humilitatis gradum dicentis, & quoſdam eius actus humilitatis gradibus inſerentis exſculpſimus. Et ſane cùm obediens Superioris ſe ſubdat imperio, ſuamque ad hoc, vt oſtendimus, abnegare debeat voluntatem, & iudicium; meritò requiritur in eo humilitas. Superbus enim & rebellis alteri renuit ſubiici. Nec aliunde clariùs hæc erui poſſet conditio, quàm exemplo Chriſti Saluatoris noſtri, qui, vt Apoſtolus ait, HVMILIAVIT *ſemetipſum factus* OBEDIENS *vſque ad mortem.* Ita vt ipſius Obedientia, quam Patri in incarnationis decreto ſuſcipiendo exhibuit, condita fuerit ſummâ humilitate, vt illa oſtendit Eccleſiæ oratio: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi, ad imitandum* HVMILITATIS *exemplum, Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti,* &c. Vt rectè omninò dixerit Climacus, Obedientiam eſſe *humilitatis excitationem.*

VIRTVTES. — Humilis Obedientia Chriſti. Phil. 2. — Domin. in Palmis. — Clim grad. 4.

IX. Gradus exponendus. NONVS gradus eſt, obedire PATIENTER, ſiue propter aduerſa, dura & contraria ab Obediētiâ non abduci. Vnde Bernardus: *Si tribulatio intonat, ſi perſecutio reſultat, ſi peccatores tibi laqueū ponūt, ſi maligni tuū iter impediunt, tu Obediētiæ viam non deſeras, ſed dic: Paratus ſum, & nō turbatus, vt cuſtodiā mandata tua.* Sed hîc quartus humilitatis gradus, ſuo inferiùs loco ponendus & exponēdus.

Bern. ſerm. de Obed. — Pſal 118.

X. Gradus. DECIMVS Obediētiæ gradus eſt, obedire nō TREPIDE, id eſt, firmiter, non hæſitādo & diſceptādo, aut dubitādo. Vnde Ambroſius: *Trepidare, infirmitatis eſt, timoris atque formidinis.* Et Smaragdus: *Trepidare dicitur timere vel dubitare. Ille enim Obedientiā facere trepidat, qui in Domini adiutorio firmiter non ſperat.* Quare S. BENEDICTVS, cùm in impoſſibilibus iubētis imperium ſuſcipi monet, *confidēs*, ait, *de adiutorio Dei, obediat.* Trepidè obedit, qui de diuino adiutorio non ſatis cōfidit, nec cōſiderat, quod ſi ſe ſufficienter humiliaret, & Dei opē imploraret, vires conſequeretur ab eo, qui humilibus dat gratiam, & inuocantes ſe exaudit. *Qui enim ſperant in Domino, mutabūt fortitudinē, aſſument pennas ſicut aquilæ, currēt & non laborabunt, ambulabunt & non deficiēt.* Trepidè S. Petrus à Domino iuſſus ad ſe venire ſuper mare, cœpit obedire. *Videns verò ventum validum, timuit;* & cœpit mergi ob defectū confidentiæ, & conſtantis Obediētiæ. Vnde Dominus: *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* Vt in fide, ſic & in Obedientiâ fortes oportet eſſe, & abſque vllâ hæſitatione. *Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur.*

Ambroſ. in Pſalm. 118. octon. 21. — Smarag. ad cap. 5. — Cap. 68. Qui trepidè obediat. — Iſai. 40. — Matth. 14. — Iacob. 1. 6.

Religioſum * ſuprà depinximus Militē, cuius officium pugnare, cuius ſcopus & finis,

* Lib. 2. Catechet. part. diſq. 3. — Religioſi ſunt milites.

VIRTVTES. Prou.21.

finis, victoriâ potiri. Hinc ſacer textus ait: *Vir obediens loquetur victorias*: nam qui *voluntatem ſuam aliis perfectè ſubiiciunt, ipſi lapſis per inobedientiam Angelis dominantur*, inquit Gregorins.

Greg lib.4. in 1. Reg. cap.5. *Impugnare ſeipſos & vincere debent.*

Repugnare, imò & impugnare debet obediens propriam inclinationem, propriam volnntatem & voluptatem, propriũ iudicium & arbitrium; verbo vno, vincere debet ſeipſum. Hinc rurſus Gregorins: *Vir*, ait, *obediens loquetur victorias: quia dum aliena voci humiliter ſubdimur, naſmetipſos in corde ſuperamus.*

Greg. 35. moral.c.10.

In continuo hoc bello, quod nullas admittit inducias, quanta opus eſt generoſitate & audaciâ? quàm longè abeſſe debet omnis formido & trepidatio? In ſpirituali hac militiâ & illud locum habet: *Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido? vadat, & reuertatur in domum ſuam.* Sanè ſi vſquam, & hîc,

Deut.20.

Audaces Deus ipſe iuuat, timidoſq́; repellit.

X I. *gradus teporem excludit.*

VNDECIMVS Obedientiæ gradus eſt, Obedire non TEPIDE, id eſt, non ſegniter, non oſcitanter, non lentè & ſomnolentè; ſed cnm alacritate animi, cum feruore ſpiritus, & pio deuotionis affectu. Tepori autem opponitur feruor & deuotio. Eſt autem *deuotio*, vt ait S. Thomas, *voluntas quadam* PROMPTE *tradendi ſe ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum.* Hinc S. Bonauentura requirit, *vt Obedientia ſit prompta, ſine dilatione; deuota, ſine dedignatione; ſtrenua, ſine puſillanimitate.*

Quid deuotio? S. Thom. 2.2. q.82. art 1. Bonau 10. 7. coll.3.

Deuotionis hic affectus Obedientiam maximè exornat, & Deum ad adiuuandum obedientem excitat. Vnde Cæſarius Arelatenſis: *Vbi viderit Deus deuotionem animi ardentiorem, inſinuabit affectum: & quantum nos addiderimus ad ſtudium, tantum ille apponet ad adiutorium; quantum nos appoſuerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gloriam.*

Decorat Obedientiam. Cæſar. homil. 3. ad Monach.

Magna proinde in actibus Obedientiæ requiritur diligentia, & accurata ſolicitudo, vt exactè ſecundùm debitas circumſtantias, modnm, ordinem, & finem fiant. Rectè Dyoniſius Carthuſianus: *Deus maieſtatis immenſæ, in ſuo obſequio deſpicit indeuotum, euomit tepidum, negligentem & impium deteſtatur.* Nam vt Scriptura ait: *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter*, vt ſecundùm editionem LXX. legunt Patres Græci, & mnlti Latinorum. *Negligentia* autem, teſte S. Thomâ, *importat defectum debitæ ſolicitudinis.*

Carthuſ. lib. de reform. can. *Tepidi euomuntur.* Ierem.48.

S Tho.2.2. q 54.art.1.

Religioſi igitur, quorũ tota vita eſt Obedientia, iuxta Apoſtoli monitum, ſint in eâ *ſolicitudine non pigri; ſpiritu feruentes; Domino ſeruientes.* Elias Cretenſis, Nazianzeni Scholiaſtes, exponens quâ ratione vetus lex ægras pecudes à ſacrificio repellat, ait per *ægrum ſignificari eos, qui non fortiter ac robuſtè, ſed negligenter & languidè Deo ſeruiunt.* Ingratum proinde Deo Obedientiæ ſacrificium, quod cum tepore offertur.

Rom.12.

Ægræ pecudes arcentur à ſacris. Elias Cret. in orat. 1. Naz.n.106.

DVODECIMVS Obedientiæ gradus eſt, obedire HILARITER, quem ipſe Legiſlator ſic exponit; *Et cum bono animo à diſcipulis præberi oportet; quia* HILAREM *datorem diligit Deus.* Explicat Bernardus: *Non ex triſtitiâ*, inquit Apoſtolus, *aut neceſſitate. Serenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multum colorant Obedientiam obſequentis. Vnde & gentilis ille poëta ait ſic:*

XII. *gradus obedire hilariter.* Cap. 5. 2. Cor.9.

Bern. ſerm. de Obed. *In quo ſita hæc hilaritas.*

——— *Super omnia vultus*
Acceſſere boni.

Quis enim locus Obedientia, vbi triſtitia cernitur ægritudo? Oſtendunt plerumque voluntatem animi ſigna exteriora, & difficile eſt, vt vultum non mutent, qui mutant voluntatem.

Baſilius Apoſtolorum Obedientiam commendans, qui à Chriſto mittebantur ſicut oues in medio luporum, in tribulationes & mortem ipſam, *Submiſſâ*, inquit, *mentis ceruice, Obedientiæ iugum ſubierunt, alacrique animo in pericula, in fora, in contumelias, in lapidationes, in ignominias, in cruces, in varias neces proceſſère: tantaque hac alacritate ſuſtinebant, vt magnificè lætitiâ efferrentur, quòd digni habiti ſunt, qui pro Chriſti nomine illa paterentur. Hanc Obedientiam is qui ſecundùm Deũ verè eſt Monachus, Antiſtiti ſuo præſtet, oportet. Siquidem diſcipulos Chriſtus in hoc elegit qui hoc vitæ inſtitutum æmularentur, vt per eos formam relinqueret eamdem ſecuturæ poſteritati.*

Baſil. conſt. monaſt. cap.23. *Apoſtoli in eâ eximij.*

Nec in ſola Obedientiâ commendatur hilaritas, ſed alibi quoque perutilis; adeoque ipſa eſt quaſi flos ornans, & quaſi mel dulcorans, ac perficiens omnes alias virtutes: Vnde Proſper: *Cùm bonum facis, hilariter fac. Si enim triſtis facis, magis de te fit, quàm facis.*

Commendatur in aliis rebus.

Proſp. ſent. 222.

Huic gradui opponit S. BENEDICTVS, cum malo animo obedire, aut cum murmure, ex quo hîc ſubnaſcitur

DISQVISITIO XI.

Sitne peccatum obedire cum murmure?

AGnouit S. BENEDICTVS cum manibus non ſemper concordare cor, illaſque ſubinde opus exſequi, hoc interius repugnante; adeoque, vt loquitur, *cum murmure, vel reſponſione nolentis effici.* Quid autem ſentit de tali Obedientiâ? *Cum malo animo ſi obedit diſcipulus, & non ſolùm ore, verùm etiam in corde ſi murmurauerit, etſi impleat iuſſionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis: Et pro tali facto nullam conſequitur gratiam, imò pœnam murmurantium incurrit, ſi non cum ſatisfactione emendauerit.*

Obediens cum murmure non conſequitur gratiam. Cap. 5.

Circa hæc autem dubitare quiſpiam poſſet, quomodo nullam conſequatur gratiam, quomodo pœnam incurrat, qui adimplet

Dubium, qui fieri id poſſit.

Suar. to. 4. de relig. tr. 9. lib. 4. c. 14 nu. 6.

implet mandatum, qui Obedientiæ non violat votum? Docet ſiquidem Suarez, legem humanam impleri per actum ex ſe bonum, non benè factum. Idemque dicendum de voto Obedientiæ, quantum ſpectat ad rigorē præcepti, & vt contra illud non peccetur. Sufficit enim voluntas implendi, ex quocumque tandem motiuo, etiam peccaminoſo; quia res promiſſa ſoluitur, & id ſatis eſt ad votum.

Soluitur.

Reſpondetur, S. Patrem non negare adimpleri mandatum (quinimò hoc ſupponere, cùm dicat, *& ſi impleat iuſſionem*) ſolui B votum; ſed tātùm non eſſe acceptum Deo, & pro tali facto nullam conſequi gratiam. Quod verum eſt, quia actus adiuncto murmure vitiatur, nec benè fit, cùm bonum ſit ex integrâ cauſsâ; malum ex ſingulis defectibus. Pœnam inſuper murmurantium incurrit, cùm apud Deum, *qui cor reſpicit murmurantis*, tum apud Superiorem, ſi ore murmurauerit, aut reſponſionem nolentis ediderit. Vnde & alij Patres eodem ferè modo loquuntur. Baſilius factâ interrogatione, *Si iniunctum fuerit aliquid fratri, &* C *contradixerit: poſteà autem ſuâ ſponte fecerit, quid eſt?* Reſpondet: *In eo quod contradixit, quaſi non obtemperans iudicandus eſt.* Et mox: *Si compunctus eſt recordatione mandati, priùs ſatisfaciat, & ita ſi permittitur, impleat quod iuſſum eſt.* Rurſus interrogans: *Si verò obediat quis & murmuret?* Reſpondet: *Apoſtolo dicente:* Omnia facite ſine mutmurationibus. *Alienus ſit à Fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abiiciatur.* Imitatus eſt S. Columbanus, dicens: *Si quis contradixerit, crimen incurrit, ideò non ſolùm inobedientiæ reus eſt, ſed etiam contradictionis aditum aliis* D *aperiens multorum deſtructor æſtimandus eſt. Si quis verò murmurauerit, & ipſe tamquam ex voto obediens, inobediens putandus eſt, idcirco opus eius abiiciatur.* Accedit S. Ephræm: *Si coactus*, inquit, *egeris, inobedientiæ notam atque indicium non effugies.* In eumdem ſenſum S. Chryſoſtomus: *Melius fuerit nihil operari, quàm cum murmuratione. ſæpe malumus miniſterio priuari, quàm murmurantem ſuſtinere. grauis enim, grauis, inquam, eſt murmurator, & vicinus blaſphemiæ.* Præclarè omninò Bernardus: *Sed iam*, inquit, *tibi in ipsâ* E *obedientiæ viâ aliqua fortaſſis dura, & aſpera, occurrere poſſunt: vt accipias interdum præcepta nonnulla, quæ licet ſalubria ſint: minùs tamen ſuauia videantur: hæc ſi moleſtè cœperis ſuſtinere: ſi diiudicare Prælatum: ſi* MVRMVRA-

Oſtenditur ex SS. Patribus diſplicere Deo Obedientiā cum murmure.

Reg. Baſil. ex verſ. Ruf. cap. 42.

Et pœnam incurrere.

Columb. reg. cap. 1.

Ephr. doct. var. c. 25.

Chryſoſt. hom. 8. in epiſt. ad Philip.

Bern. ſerm. 3. in Circumciſ.

RE IN CORDE: *etiamſi exteriùs impleas quod iubetur: non eſt hæc virtus patientiæ, ſed velamentum malitiæ:* Idemque alibi ait, teneri nos ex ipsâ profeſſione, Obedientiæ debitores. *Sapiens*, inquit, *nummularius eſt, imò ipſa ſapientia, cui neceſſe habemus reddere hunc Obedientiæ nummum; nec ſuſcipiet eum, niſi & integer inueniatur, & ſine aliquâ falſitate. Nam ſi diſcutimus, ſi diiudicamus; & in hoc quidem præcepto obedimus, ſed non in illo: fractus eſt nummus, non ſuſcipiet eum Chriſtus, à quo nimirum tenemur nummi integri debitores. Omnes ei Obedientiam ſimpliciter, & ſine vllâ exceptione promiſimus. Quòd ſi quis obediat quidem, ſed ſimulatoriè, & ad oculum,* MVRMVRET *autem in abſcondito, falſus eſt nummus eius, plumbum habet, non argentum, & iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi.*

VIRTVTES.

Profeſſio nos obligat ad obediendum ſine murmure.

Serm. 2. de S. Andr.

Proinde ad explicandam S. P. BENEDICTI in his verbis mentem, non arbitror recurrendum, vt quidam, ad intentionem, quâ opus iniunctum fit, ſcilicet non virtutis amore, ſed formidine pœnæ, aliàs non facturus, niſi damnationis pœna impenderet. Nec eo etiam Legiſlatorem noſtrum reſpexiſſe crediderim, an opus ipſum ſecundùm ſe diſpliceat, aut votum, ita vt nollet ſe vouiſſe, aut nolit facere ex affectu voti. Satis enim clarè exponit, propter oris aut cordis murmurationem, *opus acceptum non fore Deo, qui cor reſpicit murmurantis*, quem ait & pœnam murmurantium incurrere. Nimirum grande ſatis malum eſt murmuratio, vt operi adiuncta meritum eius tollat. Vnde in ſacris litteris prohibita, & acriter punita legitur. *Cuſtodite vos*, inquit Sapiens, *à murmuratione, quæ nihil prodeſt.* Et Paulus ad Corinthios: *Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Vide quæ de hoc vitio breuiter ſuprà congeſſimus in Catechiſmo. Auguſtini ſententiâ Tractatum hunc obſignemus: MVRMVRATORES *omnes magnificè deſcripti ſunt quodam loco Scripturarum.* Præcordia fatui ſicut rota carri. *Quid eſt, præcordia fatui ſicut rota carri? Fœnum portat, & murmurat. Non enim poteſt rota carri quieſcere à murmure. Sic ſunt multi fratres, non habitant in vnum niſi corpore.* Vtinam murmuratoribus hæc aut medicinam adferant, aut imponant ſilentium, quod cum S. BENEDICTO deinceps nobis explicandum.

Explicatio genuina verborum S. Benedicti.

Murmuratio malum magnum.

Sap. 1.

1. Cor. 10.

Catech. p. 1. diſq. 7.

Auguſt. in Pſal. 132.

Murmuratores deſcripti.

Eccli. 33.

VIRTVTES.

TRACTATVS III.

DE SILENTIO.

Deut. 27. *Pythagoras diſcipulis Silentium indicit.* Laërt.lib.8 Theod lib. 1. affect. Græc. Cap.6. *Accuratius id erga ſuos præſtitit S. Benedictus.* Cap 42. Agell.lib.1. cap.9. Cap. 6.

E *Bethania ad Pythagoricum migremus gymnaſium, ab Obedientiæ, inquam, ad* SILENTII *proximam domum. Quid enim tam proprium obedienti quàm ſilere? Sic enim ipſe Dominus dicit:* Audi Iſraël, & tace. *Samius ille Philoſophus, teſte Laërtio, auditoribus quinquennij Silentium in diſcendo audiendóque indixit. Legem autem hanc idcirco diſcipulis ſuis ſanxit, vt Silentium agerent, & Magiſtri tantùm ſermonibus aures præberent, vt auctor eſt Theodoretus. Sanctiſſimus noſter Gymnaſiarcha Pythagoram non æquaſſe modò, ſed & ſuperaſſe videri queat. Qui cùm dixiſſet;* Loqui & docere, Magiſtrum condecet; tacere & audire, diſcipulo conuenit; *hanc inter ceteras tulit legem:* OMNI TEMPORE SILENTIO DEBENT STVDERE MONACHI: *vt ſatis illi non fuerit quinquennalis taciturnitas. Pythagorici illi, verba Agellij dabo,* vbi res didicerant rerum omnium difficillimas, TACERE AVDIREQVE, atque eſſe cœperant *SILENTIO* eruditi, cui nomen erat ἐχεμυθία, id eſt TACITVRNITAS; tum verba facere & quærere, quæque audiſſent, ſcribere, & quæ ipſi opinarentur, expromere poteſtas erat. *At verò noſter, quod circa prouectiores ſcholæ ſuæ ſanxit diſcipulos?* De bonis, *inquit*, & ſanctis ad ædificationem eloquiis, perfectis diſcipulis propter TACITVRNITATIS grauitatem, rara loquendi concedatur licentia.

Quid veteres per S T. deſignarint. Varro lib. 2 & 4 de ling.lat.

Marcus Varro ſimulacrum Harpocratis iuxta Serapim atque Iſidem digito ori admoto & his litteris S T. Silentij notis, poſitum tradit; hinc vetus Poeta apud eumdem:

——— Sanctu Serapis,
Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ST.

Iam quidem quoque mos obtinuit, S. BENEDICTVM *tamquam* Taciturnitatis *Magiſtrum ita in imagine exprimere, vt ad os compreſſo digito ſalutari, Silentium commoneat, de quo Ouidianum illud non malè vſurpes:*

Ouid.lib.9. Metam.

Quique premit vocem, digitoque SILENTIA ſuadet.

Ex cuius mente liceat etiam nobis huic domui illos inſcribere characteres,

S. T.

De quibus nonnemo:

Quid ſibi Romanum vult S, T? SILETO, TACETO.
S, monet vt SILEAS; T, iubet vt TACEAS.

Pier.Hieroglyph. lib 36.c.14.

Apud Romanos enim Silentij nota fuit S. prima eius nominis littera, quæ tricliniis, & dictarum foribus ſuperponi conſueuerat, vt inde Silentium *conuiuis indiceretur, quod Pierius tradidit.*

Te igitur Religioſe Lector, tacente, de SILENTIO *toto hoc Tractatu non tacebimus, Diſquirentes* Primò, *Vt S* BENEDICTVS *Dauidem ſilentij magiſtrum proponat?* Secundò, *Vt probet fugiendum multiloquium?* Tertiò, *Quanta debeat eſſe linguæ cuſtodia.* Quartò, *Quænam iuxta S* BENEDICTVM *perpetuò reticenda?* Quintò, *Quæ Silentij dignitas & vtilitas?* Sextò, *Quibus ſtimulis ad id excitandi Religioſi?* Septimò, *Quibus locis ſeruandum?* Octauò, *Cur à Completorio indictum Silentium?* Nonò, *Quouſque ſe extendat?* Decimò, *Quanti apud Benedictinos fiat?* Vndecimò, *Vtrum ſignis loqui conueniat?* Duodecimò, *Quot modis Silentium videtur?* Decimotertiò, *Quæ violati Silentij pœna?*

DISQVI-

DISQVISITIO I.

Vt S. BENEDICTVS *Dauidem Silentij Magiſtrum nobis proponat?*

Silentij vtilitas.

Iac. 1.

QVANTVM ad perfectionem Chriſtianam, verumque Dei cultum conferat moderans linguam Silentium, Iacobus Apoſtolus optimè docuit: *Si quis putat ſe religioſũ eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.* Volens autem S.P.BENEDICTVS Monachos ſuos ad culmẽ perfectionis promouere Chriſtianæ, inter alias ſcholæ ſuæ virtutes TACITVRNITATEM quoque repoſuit: medio autem inter Obedientiam & Humilitatem loco: quia vtriuſque virtutis Silentiũ particeps eſt. Obediens enim refrænat linguam, ne murmur reſonet, ne querimonia, ne reſponſum nolentis audiatur, ſed corde tacito, iubentis vocem facto ſequatur. Humilitatis nonus gradus S.BENEDICTO eſt: *Si linguam ad loquendum prohibeat Monachus; & TACITVRNITATEM habens, vſque ad interrogationem non loquatur.*

Commendatur à S. Benedicto.

Cap. 7.

Triplici ex capite.

Triplici autem argumento Silentij bonum Magiſter ſanctus ſuis commendat diſcipulis. Primò, ab exemplo regij vatis. Secundo, à multiloquij damnis. Tertiò, à decoro, ſiue vt loquitur, *grauitate Taciturnitatis*, quâ vniuerſa Silentij commoda videtur complexus.

I. Exemplo Dauidis. Pſal. 38.

De PRIMO autẽ ſic exorditur: *Faciamus quod ait Propheta: Dixi, cuſtodiam vias meas; vt non delinquam in linguâ meâ.* Quorſum autem ait, *Faciamus quod ait Propheta?* Fortaſſis quod legiſſet Pambonem Monachũ plures annos impendiſſe, vt hoc quod Propheta hîc ait, opere adimpleret. De quo poſt Socratem ita ſcribit Caſſiodorus: *Pambus Abbas, cùm ſine litteris eſſet, acceſſit ad quemdam, vt doceretur pſalmum. Et cùm audiſſet primum verſum pſalmi trigeſimi octaui:* Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in linguâ mea. *Secundùm verſum non paſſus eſt audire, dicens: Si potuero opere hoc implere, hic verſus tantummodo mihi ſufficiet. Multo deinde tempore pòſt reuerſus, cùm interrogaretur, cur tamdiu ad magiſtrum redire diſtuliſſet, nondum ſe illud, quod didicerat, perfeciſſe dixit.*

Socrat. lib. 4. cap. 18. Hiſt. tripat. lib. 8. cap. 1. Pambo diu diſcit ſilentium.

Antiquiores illud à Dauide diſcere monent. Ambroſ. lib. 1. de offic. cap. 3.

Prou. 4.

Ab hoc autem Dauidis exemplo ante S. BENEDICTVM argumẽtum quoque duxerunt Origenes & Ambroſius. Quorum hîc citans hunc Pſalmi verſiculum, ait: *Rectè Dauid non ſilentium ſibi indixit perpetuum, ſed cuſtodiam. Cuſtodiamus ergo cor noſtrum, cuſtodiamus os noſtrum. Vtrumq; enim ſcriptum eſt; hîc, vt os cuſtodiamus; alibi: Omni cuſtodiâ ſerua cor tuum. Si cuſtodiebat Dauid, tu nõ cuſtodies?* Et rurſus: *Si hoc cauet Propheta, tu non caues? Si hoc metuit in quo Dei gratia loquebatur; tu non metuis, qui erroris verba non refugis?* Ille verò: *Videamus*, inquit, *quid vox proferat iuſti, & videntes tamquam in ſpeculo noſmetipſos intueamur ſi poſſimus tales eſſe, aut ſi multum nobis deeſt, aut certè iam proximi ſumus. Licet nondum plenè aſſecuti ſumus.* Sed & alij, quos S.BENEDICTVM legiſſe certè conſtat, hoc Pſalmi verſiculo vſi ſunt, Baſilius ſcilicet reg. breu. 208. & ex verſione Rufini cap. 71. & Antonius aduerſus dæmones, teſte Athanaſio, cap. 16. Similiter Paula Romana, vt refert Hieronymus, *ſi quando procacior fuiſſet inimicus, & vſque ad verborũ iurgia proſiliiſſet, illud Pſalterij decantabat: Cùm conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui & ſilui à bonis.* Ex eodẽ hoc loco Pynuſius Abbas, apud Caſſianum, Nouitium inſtituit. Et Abbas Ioſeph in iniuriis irrogatis eundem verſiculum monet vſurpandum. Vt minimè iam mirum ſit S. BENEDICTVM ex eodem hortari, vt id faciamus, quod ſe feciſſe Pſalmographus aſſerit. Quid autem fecit? quid dixit? quid in corde ſuo ſtatuit?

Id. in pſal. 38.

Origen. homil. 1. in pſal. 38.

Plures hunc verſiculum allegant.

Hieron. in Paula, c. 17.

Caſſ. lib. 4. c. 32.

Id. coll. 16. c. 16

Quatuor nos facere ſuadet.

Primò, *Cuſtodiam vias meas.* Quas omnes vitæ inſtituendæ rationes, cogitationes, verba & opera, intentiones & deſideria. Per hæc enim homo in actum progreditur, per hæc mouetur & ambulat. Sic in Deuteronomio dicitur: *Cuſtodite vias veſtras, & ſtudia veſtra.* Hieronymus per *vias* intelligit *quinque ſenſus.* Hos cuſtodiam, *vt non delinquam in linguâ meâ.* Facilis enim eſt linguæ lapſus, iis præſertim, qui ſibi non inuigilant, nec ſuos arctè cuſtodiunt ſenſus. Præclarè Baſilius: *Vt virgo ad feneſtras oſtiaque frequens, rarò caſta permanſit, ſic Religioſus, qui ſenſus aſpectus, & aurium non cuſtodit, ſed effutit in buccam quidquid venit; haud dubiè bonus eſſe, aut manere non poteſt.* Quid inde Propheta?

Primò cuſtodire ſenſus.

Deuter. 2.

Ob facilem linguæ lapſum.

Baſil lib. de Virginit. cap. 2.

Secundò; *Poſui*, inquit, *ori meo cuſtodiam.* Hieronymus: *Cuſtodiam os meum ſilentio.* Alij, *clauſura*: Symmachus, *capiſtro.* Monet quoque Siracides: *Ori tuo facito oſtia & ſeras. Et verbis tuis facitò ſtateram, & frenos ori tuo rectos.* Michæas *clauſtra oris* cuſtodiri iubet. Adeò ſcilicet effrenis eſt lingua, vt præter murum veluti duplicem dentium, & labiorum; vt loquitur Chryſoſtomus, maiorẽ adhuc cuſtodiam requirat. Abbas Agathon, vt eſt in vitis Patrum, *per triennium lapidem in ore ſuo miſit, donec Taciturnitatem*

Secundò, cuſtodiam ori apponere.

Eccli. 28.

Mich. 7.

Chryſoſt. homil 4. ex var.

Vit. Patr. lib. 5 libell. 4. n. 7.

VIRTVTES.

Silentij violatores varie puniuntur.

tatem diſceret. Hinc ſatis accõmodè in monaſteriis Silentij violatores nonnumquam capiſtro, freno, bacillo, aut lapillo in os ingeſto plectuntur. Quæ pœna, Religioſorũ *Linguarium* dici fortè queat. Nam *Linguarium* apud Senecam mulcta eſſe videtur, quam pro linguæ ſoluerent errore. Sic

Senec. li. 4. de benef. c. 36.

Quid Linguarium.

enim ait: *Damno caſtigabo promittendi temeritatem. Ecce, vt daleat tibi, vt poſteà conſideratiùs loquaris, quod dicitur* LINGVARIVM *dabo.* Pincianus interpretatur tenue illud lignum, quo blaſphemorum linguæ coërceri ſolent. Et Kilianus vertit **tongh-ſchroefken / tongh-upsken** / inſtrumentum quo

Kil. in Etymol.

lingua alicui occluditur. Turnebus putat

Turneb. adu. lib. 2. c. 19.

eſſe linguarum thecam & repoſitorium, in quo ſe dicit Seneca linguam conditurum, ne temerè promittat. M. Antonius

Muret. var. Lect. lib. 12. c. 5. Lipſ. ad cit. Senec. loc.

Muretus, & cum eo Lipſius, ait *Linguarium* eſſe id, quod pro linguâ, quæ temerè locuta eſt, penditur: ea forma, quâ dicimus *Vaſarium, hordeorium, calcearium, cerarium;* quod pro vaſis, hordeo, calceis, cera datur. Et hæc ex occaſione, quod Silentio, clauſura, vel capiſtro, ori Dauid cuſtodiam adhibuiſſe dixerit.

Cuſtodiam oris non limitauit S. Benedictus.

Quòd autem in Pſalmo ſequitur: *Cùm conſiſteret peccator aduerſum me*, videtur id conſultò à Legiſlatore noſtro prætermiſſum. Quamuis enim, vt eximius Doctor

Ianſſ. in Pſal. 38.

D. Iacobus Ianſſonius, meus olim Magiſter, annotauit, in hoc caſu ſingulare linguæ ſit periculum, ne verbo aſpero, maledico, aut aliàs importuno, aliquove murmure aut querimoniâ offendat; vel ſe importunè defendat, quia frequenter dum os defendere volumus, acerbamus magis, in-

Ambroſ. 3. de inter. c. 8.

quit Ambroſius. Tacuit tamen hanc clauſulam S. BENEDICTVS, vt generaliter, & non tantùm in hoc caſu diſcerent Monachi cuſtodiam ori ſuo ponere. Sed Dauidem velut illuſtriſſimum Silentij magiſtrum, & à Regulâ nobis propoſitum exemplar porrò intueamur.

Tertiò, obmuteſcere, quid ſit.

Præfat. in Octon. 10. in Pſal. 118.

Tertiò, ait: *Obmutui, & humiliatus ſum.* Obmutui, Mediolanenſi Antiſtiti ſignificat *quamdam ſuprà modum patientiæ taciturnitatem, vt tamquam ſepeliat os proprium ne loquatur, & velut quodam aggere virtutum obſtruat, ne vocem doloris emittat tantum pondus aſſerens patientiæ quam ſpes foueat, vt vocem ipſam velut buſto quodam ac tumulo ſepeliat ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare poſſet iniuria.* Sic ille. Alibi quoque Si-

Pſal. 37.

lentiarius hic Propheta ait: *Ego autem tamquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuũ. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutionem.*

Boni muti laudati.

Vbi rurſus Ambroſius: *Bonus mutus, qui loqui malè neſcit, cuius ex ore crimen exire non nouit: hic eſt mutus verè beatus, qui cum tacet, intra ſe loquitur; & linguam habet à Domino eruditam, vt ſciat, quando oporteat dicere ſermonem.* Addit alio loco: *Hoc faciendum tibi*

In Pſal. 43.

eſt, non quo reſpondere nequeas, ſed quo reſpondere non debeas: omni enim rei tempus eſt, tempus tacendi eſt & tempus loquendi. His ipſis Pſalmorum verſiculis Pynufius Abbas do-

Caſſ. lib. 4. cap. 41.

cebat Monachum debere eſſe ſpiritualiter *ſurdum & mutum.* Et tales reuera ſe multi

Quales multi propter Chriſtum facti.

propter Chriſtum exhibuerunt. Felix in hoc genere Machetes, qui, Caſſiano teſte, ad detractionis verbum, otioſumve, in

Machetes. Id. lib. 5. c. 29.

ſomnum protinus concidebat: numquam ſomni torpore laxabatur, ſi ſpiritualis collatio agitaretur. Felix & Dauid Monachus,

Dauid Monachus. Prat. ſpirit. cap. 143.

cui Angelus dixit: *Cùm implebis pſalmodiæ canonem, loqueris, præter canonem verò penitus tacebis.* Grauiore ſtudio mutos ſe reddidere complures alij Monachi. Nam Paulus Sim-

Paulus ſimplex. Vit. Pat. lib. 1.

plex ob linguæ lapſum, quia quæſierat: Num Chriſtus ante Prophetas vixiſſet? triennij ſilentium ori ſuo indixit. Theonas

Theonas.

Abbas domunculæ incluſus tempore triginta annorum ſiluit: Ioannes Silentiarius

Lauſ. 30.

totos quadraginta ſeptem annos non eſt locutus. Virgo quędam 25. annis ſilentium

Ibid. c. 85.

exercuit. Sulpitius, teſte Gennadio, *à Pe-*

Sulpitius. Gennad. de Script. eccl.

lagianis deceptus, agnoſcens loquacitatis culpã, Silentium vſque ad mortem tenuit; vt peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. Et à Silentij cultu S. Thomas Aquinas à condiſcipulis audiuit *bos mutus.* Sed quid vltra de ſuâ Taciturnitate commemorat Dauid?

Quartò, Silere à bonis.

Orig. hom. 1. in pſal. 38.

Quartò, *Silui,* inquit, *à bonis.* Quod exponit Origenes: *Non dixit, & ſilui tantummodo, ſed à bonis ſilui: in qua oſtendit, quod cùm ſint in me bona, & edoctus atque inſtitutus ſim bonis dogmatibus atque diſciplinis, & poſſim etiam ceteras docere, quæ bona ſunt: tamen in eo tempore, quo peccator aſſiſtit aduerſum me, conuitiiſq; laceſſit ac iurgiis, ego etiã bona verba mea cohibeo ac reprimo.* S. Au-

Auguſt. in eumd. pſal.

guſtinus: *Dum nimis timeo, ne loquar aliqua mala, tacui à nobis.* Sed enim, quid ex toto

Duo hinc infert S. Benedictus. Cap. 6.

Prophetæ loco infert S. BENEDICTVS? duo hæc prius ſic effert: *Hic oſtendit Propheta; ſi à bonis eloquiis interdum propter Taciturnitatem debet taceri: quantò magis à malis verbis propter pœnam peccati debet ceſſari?* Cuius ratio iam in Dauidis Silentio inſinuata, con-

Rufin. in pſal. 38.

firmaturque expoſitione Rufini: *Siluit,* inquit, *à bonis, vt non delinqueret in malis.* Verè

Clem. lib. 2. Pædag. c. 1.

enim Clemens Alexandrinus: *Citò adducuntur vt ea faciant, quæ non licet; qui faciunt omnia, quæ licet.* A bonis igitur ſilendum propter periculum peccati, eiuſque pœnam. Poſterius, quod infert S. BENEDICTVS, eſt:

Cap. 6.

Ergo de bonis & ſanctis ad ædificationem eloquiis, perfectis diſcipulis propter Taciturnitatis grauitatẽ, rara loquẽdi concedatur licentia. Ipſa enim

Digitized by Google

enim morum grauitas,& virtutis honeſtas A vrgere Religioſos debent, vt etiam de rebus bonis non ſemper, nec vbique, nec nimis effuſè loquuntur. Vtrumque hoc Silentij motiuum magis expendetur in ſequentibus.

DISQVISITIO II.

Vt fugiendum multiloquium S. BENEDICTVS *probet?*

II. *Silendum propter multiloquij damna.*

QVI regij Vatis exemplo linguæ cuſtodiam ſilentiumque nobis perſua- B dere conatus eſt S.BENEDICTVS,nunc filij eius regum ſapientiſſimi, gnomis docet à contrario ingentia linguæ pericula præcauere. *In multiloquio,* inquit, *nõ effugies peccatum.* Itemque: *Mors & vita in manibus linguæ.* Ex quibus ſentẽtijs ad noſtri Legiſlatoris mentem multiloquij damna colligemus. Priorem autem ex verſione LXX. citauit: vulgata enim habet: *In multiloquio nõ deerit peccatum.* Vbi primò videndum quid *multiloquiũ.* Creſconius Grammaticus hoc Scripturæ teſtimonio eloquentiam impugnabat, & orationis elegantiam: ſic enim C locum efferebat: *Ex multo eloquentia non effugies peccatum.* Auguſtinus verò pro eloquentia ſic pugnat: *Dictum,* inquit, *non eſt ex multo eloquentio, ſed ex multiloquio. Multiloquium autem eſt ſuperfluo locutio, vitium ſcilicet loquendi amore contractum. Plerumq; autem loqui amant, etiam qui neſciunt quid loquantur, vel quo modo loquantur.* Hæc Auguſtinus, quibus *multiloquij* finitionẽ ſtrictim tetigit: quam alibi luculentiùs expreſſit. *Abſit, vt multiloquium deputem, quando neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum ac verborum multitudine ac prolixitate dicantur. Sed iſtam ſententiam Scripturæ ſanctæ propterea timeo, quia de tam multis diſputationibus meis, ſine dubio multo corrigi poſſunt, quæ ſi non falſa, at certè videantur, ſiue etiam conuincantur non neceſſaria. Quem verò Chriſtus fidelium ſuorum nõ terruit, vbi ait: Omne verbum otioſum quodcumque dixerit homo, reddet pro eo rationem in die iudicij.* Iuxta hanc Auguſtini explanationem Salomonis ſententiam paucis verſibus complexus videtur, non ignobilis inter Græcos Comicos Philemon Syracuſanus, qui ſic habent.

Prou. 10.
Prou. 18.
Quid ſit multiloquium.
Auguſt. lib. 3. cont. Creſcon. cap. 3.
Id. lib. 1. retract. in prol.
Matth. 12.

Eum, qui nihil opportunè dicit,
Longum exiſtima, licet duas tantùm ſyllabas
pronunciaris.
At benè dicentem ne longum exiſtimes,
Et ſi multo dixerit, & longo tempore.

Exceſſus in loquendo.

Multiloquium igitur eſt vitium, quo nimis geſtit homo loqui, ideoque plura quam oportet proloquitur, ac verborum eſt prodigus: ita loculculei quidam, quibus mira eſt linguæ prurigo, paſſim quæcumque in buccam veniunt, temerè effutiunt, atque ipsâ verborum multitudine metas excedunt. Non ignoro Clementem Alexandrinum, S.Bernardum, alioſque per *multiloquium* accipere verba inepta, otioſa, nugatoria; ſed magis ad mentem S.BENEDICTI eſt, per *multiloquium* intelligere exceſſum in loquendo, & nimiam damnari garrulitatem. Primò, quia ideò vult *de bonis & ſanctis eloquijs perfectis diſcipulis* raram loquẽdi concedi licentiam; quia ſcriptum eſt: *In multiloquio non effugies peccatum.* Ex quibus verbis alibi docet, Monacho *taciturnitatem habendam, vt vſque ad interrogationem non loquatur.* Secundò, quia de verbis otioſis & riſum mouẽtibus, expreſsè poſtea ſubiungit, eaque æternâ damnat clauſurâ. Tertiò, quia Auctor libri de conflictu virtutum & vitiorũ (ſiue ille fuerit Iſidorus Hiſpalẽſis, ſiue Fulgentius Aſtigitanus Epiſcopus, qui vixit anno 600.) Et S.BENEDICTI Regulam commendat, ita eius mentem velut explicat: *Dum multo bona proferri videntur, ſæpè contingit, vt quæ à bonis locutio inchoat, ad aliquod prauum deriuetur. Hoc ipſum ſancta Scripturo ait: In multiloquio non deerit peccatum.* Sed quid inde? Attexit: *Tenendus ergo modus in loquẽdo, & ab ipſis nonnunquam vtilibus verbis parcendum, ſicut Pſalmiſta legitur feciſſe: dicit enim: Humiliatus ſum, & ſilui à bonis, &c.*

VIRTVTES.
Clem. l. 2. pædag. c. 6.
Bern. ſerm. de trip. cuſt.
Hunc intelligit per multiloquium S. Benedictus.
Probatur tripliciter.
Cap. 7. grad. 9.
Auctor. de confl. c. 22.

Sed iam videamus, quâ ratione in multiloquio non deſit peccatum. *Primò,* quia procliuis eſt linguæ lapſus, & multiloqui facilè veris admiſcent falſa, vtilibus noxia, neceſſarijs vana & otioſa. Vt meritò Iacobus Apoſtolus dixerit: *Si quis in verbo non* D *offendit: hic perfectus eſt vir.* Hanc expoſitionem ſuggerit Ambroſius, dicens: *Claudamus oſtium, ne culpa intret, ne lapſus aliquis ſermonis exeat: intrat culpa, ſi lapſus exierit. Audi quomodo intret culpo.* Ex multiloquio, *inquit,* non effugies peccatum. *Exiuit multiloquium, peccatum introuit; quia in multiloquio nequaquam, qui exit ſermo trutinatur, imprudenter labitur; licet ipſum vltro menſuram loqui, grande peccatum non ſit.* Idem alibi: *Alligo ſermonem tuum, ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccato ſibi colligat; Sit reſtrictior, & ripis ſuis coerceatur. Cito lutum colligit amnis exundans.* E

Quomodo in multiloquio ſit peccatum.
Iacob. 3.
Ambr. lib. 1. de Cain & Abel c. 9.
Propter verborum luxuriem.
Id. lib. 1. de offic. c. 3.

Secundò, in multiloquio non deerit peccatum, quia ex conſuetudine multa inconſideratè loquendi in grauia quandoque incidet peccata: nimirùm detractiones, calumnias, contumelias, murmura, ſuſurrationes. Multiloquium enim vires animæ diſſipat, exhauſtis autem viribus, facilè tentationi ſuccumbit. Vires & nerui, quibus peccato anima reſiſtit, ſunt bonæ cogitationes, & auxilia à Deo immiſſa: per

Conſuetudo multa inconſideratè dicendi obnoxia linguæ vitijs.

VIRTVTES,
Doroth. ſerm.
Multiloquium vires animæ diſſipat.
Greg. Paſt. part. 3. cap. 15.

multiloquium autem piæ & ſanctæ cogitationes effluunt. Hinc S. Dorotheus: *A multiloquio abſtine: hoc enim extinguit cordi aduenientes cogitationes, rationales, & cæleſtes.* Quod pluribus & preclarè exponit S. Gregorius: *Admonendi*, inquit, *ſunt multiloquio vacantes, vt vigilanter aſpiciant, à quanto rectitudinis ſtatu depereant, dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mens aquæ more circumcluſa, ad ſuperiora colligitur: quia illud repetit, vnde deſcendit, & relaxata deperit: quia ſe per infima inutiliter ſparſit. Quot enim ſuperuacuis verbis à ſilentij ſui cenſurâ diſſipatur, quaſi tot riuis extra ſe ducitur: vnde & redire interius ad ſui cognitionem non ſufficit: quia per multiloquium ſparſa, à ſecreto ſe intimæ conuerſationis excludit.* Sic ille. S. Antiochus addit multiloquium ſpiritui acediæ tradi:

Antioch. hom. 102.
Acediam gignit, & alia vitia.

Immoderata & effrenis verborum prolatio, quâ periclitatur mentis tranquillitas, non ſolùm circa operationem ſpiritualem lenteſcere facit eum, ac deſidere; ſed & moleſtiſſimo dæmoni acediæ mancipat illum ac dedit. Abeunte autem feruore, refrigeſcente charitate, inualeſcente acediæ ſpiritu, quis poterit diu ſtare, & labili linguâ non cadere? Hinc Henricus Harpius:

Harp l. 1. in cant. p. 2. c. 35.

Multiloquium eſt argumentum inſipientiæ, miniſter mendacij, manuductor ſcurrilitatis & leuitatis, potator detractionis, exſtinctor compunctionis, conditor acediæ, diſſipator deuotionis, obſcuratio orationis, frigefactio caloris & feruoris, exſtinctor pacis, & euerſor totius rectitudinis.

Peccatum illi ſemper imminet.
Salaz. in Prou. 10. v. 19.

Expendit autem Salazar, quam ſequitur S. BENEDICTVS, alijque Patres lectionem LXX. *In multiloquio non effugies peccatum*, peccatum inquam, quod hoſtis inſtar te aſſiduò inſequitur & aſſequitur. Ratio eſt in promptu. Quia Silentium eſt animi tutum aſylum. Dicit enim Ambroſius:

Ambr. lib. 1. de offic. c. 2.

Quid opus eſt, vt properes periculum ſuſcipere condemnationis loquendo, cùm tacendo poſſis eſſe tutior? Complures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quemquam tacendo. Itaque

Silentium aſylum tutiſſimum.

Silentium aſylum eſt, quo cum animus ſe recipit, in tuto eſt: qui verò hoc tutiſſimum aſylum non petit, ſed per inania, & inutilia verba ſpargitur, & vagatur, hic peccatum effugere non poteſt: illum enim extra refugium poſitum ſæpius inuadit, ac tenet. Adde Senecam, qui ſatis acutè obſeruauit (etſi in re aliâ) eorum, qui fugiunt, proprium eſſe tacere, atque opprimere os.

Fugientes tacent.

Qui fugit, inquit, *ſilentia noctis captat, ſilens pergit, & non ſolùm opprimit verba, ſed etiam habitum, putans omne illud ab alijs audiri poſſe, quod ipſe audit. Pedes ſuſpenſo greſſu mouet, neu perſtrepant plantæ.* Apte igitur Salomon: *Ex multiloquio non effugies peccatum*, velociſſimè inſequens, & facillimè comprehendens. Memorabile eſt, quod de Anachoretâ quodam refert *liber Senten. ſiue Apophtheg. Part.*

Viſio mirabilis de colloquijs pijs & vanis.
Cap. 45.

Vidit hic, cùm Fratres de S. Script. rebuſque pijs loquerentur, Angelos ſe eis miſcentes, hilari vultu exſultantes. Cùm verò ad vana colloquia deflecterent, vidit Angelos recedentes cum indignatione, dæmones verò ſpecie porcorum inter colloquentes ſe volutantes. Quare circumiens monaſteria monebat, dicens: *Cohibete, Fratres, à multiloquio, & ab otioſis verbis linguam, quia malus interitus animæ generatur, & non intelligimus, quoniam per hæc & Domino Deo, & ſanctis Angelis odibiles ſumus. Dicit enim Scriptura diuina,* Quia in multiloquio non effugies peccatum: *Hæc enim infirmam & vacuam efficiunt mentem atque animam noſtram.*

Lingua mortem vel vitam tribuit.
Prou. 18.

Altera ex eodem Salomone ſententia, quâ loquendi parcitatem Regula noſtra ſuadet, hæc eſt: *Mors & vita in manibus linguæ.* Quamuis autem vel ad auditores, vel ad eos de quibus fit ſermo, hanc mortem vitamque quidam ſpectare dicant; aptiùs tamen communiuſque ad loquentem refertur. Vt ſenſus ſit, vtrumque in manibus, ſiue in poteſtate linguæ ſitum eſt, aut viuere, aut mori.

Maximè reſpectu loquentis.
Matth. 12.
Iac. 3.

Nam prout quiſque vel malè vel benè loquitur, ita ſibi vel mortem, vel vitam procreat; iuxta illud Saluatoris: *Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Et Iacobi Apoſtoli de linguâ dictum eſt: *In ipſâ benedicimus Deum; & in ipſa maledicimus homines. Ex ipſo ore procedit maledictio, & benedictio. Non oportet, Fratres mei, hæc ita fieri*, quia ore ad benedicendum tantùm (ad hoc enim à Deo datum eſt) non ad maledicendum vti conuenit. Quia ſequitur: *Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?* Tam abſurdum igitur eſt, Religioſis, qui os ſuum diuinis conſecrarunt laudibus, & dulce ſonantibus occupantur pſalmis, illud ipſum malè ſonantibus conuitijs, alijſque vitijs amarum reddere.

Bern. ſerm. de trip. cuſtod.
Lingua neceſſaria eſt cuſtodia.

Propterea lingua, vt cùm Bernardo loquar, *maiorem diligentiam & diligentiorem cuſtodiam conueniat exhiberi, quod ſit iuxta Scripturam*, mors, & vita in manibus linguæ. *Alioquin ſi ſola eſſet vita, nec circumciſio quidem eſt; ſi ſola mors, etiam abſciſio deberetur; nunc verò ponenda nobis ori noſtro cuſtodia, & oſtium circumſtantiæ labijs; vt nec vitalem ædificationem clauſula damnet æterna, nec lethalis pernicies liberum ſortiatur egreſſum.*

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO III.

Quanta debeat eſſe linguæ cuſtodia?

MVLTILOQVII damna, & quæ proximè expēdimus pericula, quid aliud cordato homini, quàm arctam linguæ ſuadeant cuſtodiam? De quâ ob materiæ vtilitatem viſum nonnulla adtexere. Nam, vt Sapiens ait: *Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam.* Neque verò à S. BENEDICTI mēte & verbis recedet hæc tractatio: cùm inter bonorum operum Inſtrumēta recenſuerit: *Os ſuum à malo vel prauo eloquio cuſtodire.* Verumenimuerò hoc quàm vtile, tam difficile. *Omnis enim natura,* inquit S. Iacobus, *beſtiarum & volucrum, & ſerpentium, & ceterorum domantur, & domita ſunt à naturâ humanâ: linguam autem nullus hominum domare poteſt.* Et hinc ſcilicet eſt quod tam ſeriò, tamque anxiè Siracides in hoc votum erumpat; *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me?* Regius ſanè Vates, cui incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauerat Deus, exploratum habens, quod filius eius poſteà dixit, *Domini* eſſe *gubernare linguam;* non ad alium quàm ad ipſum confugit, dicens: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis.*

Prouerb.13.
Cap. 4.
Vtile & difficile linguam refrenare.
Iac. 3.
Eccli. 22.
Prou. 16.
Pſalm. 140.

Homo domus comparatur.

Verùm quia cum diuinæ gratiæ auxilio & nos cooperari, linguamque cuſtodire oportet, non abs re fuerit hîc expendere hominem ipſum comparari domui. Nam anima corpus inhabitat. De quo illud Apoſtoli accipere licet: *Si terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur.* Et illud Iob: *Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum.* Quia nimirùm de limo terræ corpus, animæ noſtræ habitaculum formatum eſt. In hâc domo, vt partes eius ſtrictim aſſignem, fundamentum ſunt pedes, columnæ crura; trabes & contignatio, oſſa minora & maiora; muri, caro & cutis; thalamus, cor; quod Deus intimo noſtro iutimior per fidem & charitatem inhabitat, atque ideò omni cuſtodiâ cuſtodiendum. Domus verò huius feneſtras quas dixerim, niſi organa ſenſuum, oculos, aures, nares? porta vel oſtium, os eſt, eiuſque ſera, lingua. Iam vt de incolis aliquid dicamus, paterfamilias, mens eſt; vxor, caro; proles, cogitationes & deſideria; famuli, ſenſus exteriores; de quibus Bernardus: *Sic prudens & Deo deditus animus habere ſe debet in cellâ ſuâ, in conſcientiâ ſuâ, ſicut prudens paterfamilias in domo ſuâ. Non habeat* (*ſicut Salomon ait*) *mulierem litigioſam, carnem ſuam,*

2. Cor. 5.
Iob 4.
Singillatim partes expenduntur.
Bern. epiſt. ad Frat. de mont. Dei.
Debet imperare ijs paterfamilias, ſiue mens.

A *ſed ad ſobrietatem morigeratam, & aſſuefactam ad obedientiam, & ad laborem paratam: vbique inſtitutam, & eſurire & ſaturari, & abundare & penuriam pati. Habeat ſenſus exteriores non duces, ſed ſeruientes, interiores ſobrios & efficaces. Habeat omnem omninò domum vel familiam cogitationum ſuarum ſic ordinatam & diſciplinatam: vt dicat huic: vade, & vadat; & alio, veni & veniat: & ſeruo corpori, fac hoc: & abſque contradictione faciat.* Ad totius porrò huius familiæ regimen non parum adiumenti præſtat, bene ſeruare oſtium, illudque temporibus ſuis opportunè claudere, & recludere, quia *tempus loquendi, & tempus tacendi.* Si *enim,* vt ait Chryſoſtomus, *oporteret ora perpetuò patere; non facta eſſent portæ. Si autem perpetuò clauſa eſſe, non eſſet opus cuſtodia. Quod enim clauſum eſt; cur quis cuſtodierit? ſed propterea ſunt portæ & cuſtodia, vt faciamus ſingula tempore conuenienti.* Hinc Iſidorus Peluſiota admonens Caſſianum Monachum, qui ad monaſticum ſtudium conuolarat, atque interim procacem ac petulantem linguam habebat; ait hoc nihil aliud eſſe, *quàm murum firmum atque hoſtibus inacceſſum extruere, ipſiſque portam ad ingreſſum relinquere. Quod ſi & murum ab omni periculo liberum ſeruare cupis, atque hoſtibus te firmum ac robuſtum oſtendere, linguam quàm maximè poteris, in poteſtate tene: à quâ celeres & ingentes ruinæ contingunt.* Hinc Salomon: *Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Vbi Gloſſa: *Si enim murum Silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis.* Quemadmodum autem Latini *effrenem* dicūt linguam, ita eleganter Græci garrulum exprimentes, ἀθυρόστομον, os ſine oſtio, & ἀθυρόγλωσσον, cuius lingua nulla ianua coërcetur, vel nullis foribus cohibetur. Quâ voce vtitur Euripides:

VIRTVTES.
Oſtium, ſiue os diligenter obſeruandum.
Eccle. 3.
Chryſoſt. in pſal. 140.
Peluſ. lib. 1. epiſt. 309.
Ne hoſtes irrumpant.
Prou. 25.
Garruli os habent ſine oſtio.

> Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει.
> *Vir quidam linguâ incontinentis, pollens audacia.*

Eurip. Oreſte.

Quem Poëtam eius vocis cauſſa etiam citat Iulius Pollux, cap. 1. περὶ γλώττης. Theognis:

> Πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται
> Ἁρμόδιαι.
> *Multis hominibus linguæ oſtia non adiacent*
> *congrua.*

Ad eamdem formam vtuntur dictione ἀπύλωτος, qui oſtio vel portâ munitus non eſt, voce ad linguam, ſeu os incuſtoditum tranſlata, Ariſtophanes:

Dicti etiam apyloti.

> Ἄνθρωπον ἀγριοποιόν, αὐθαδόστομον,
> Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατές, ἀπύλωτον στόμα,
> Ἀπεριλάλητον, κομποφακελορρήμονα.
> *Hominem agreſti ferociâ, ore temerario,*
> *Effreni, prodigo, patulo,*

Ariſtoph. Ranis.

Loqua-

VIRTVTES.

Loquacem & per verborum congeriem ſaſtuoſum.

Et ibi Scholiaſtes: Ἀπύλωτον στόμα] Φρενὸς χος ἀθύρωτον, οἱ δὲ γραμματικοὶ, ἀπύλωτον, ἀντὶ τοῦ ἀνεῳγμένον, καὶ πύλην μὴ ἔχον, μὴ χαλιναγωγούμενον, μηδὲ κρατούμενον. *Grammatici, teſte Phrynicho, os patens, portæ expers, infrene, nec cohibitum.* Ijdem verſus Ariſtophanis citantur ab Agellio in locutuleios, blaterones, & linguaces. Atque hæc ex Bochij pharetrâ depromſimus. De quibuſdam autem talibus Monachis, quibus os ſine oſtio, hæc in viris Patrum: *Fratres aliqui volentes venire ad Abbatem Antonium de loco Scithi, ingreſſi ſunt nauem, vt irent ad eum: & inuenerunt in ipsâ naui ſenem, qui idem ad Antonium ire volebat. Ignorabant autem Fratres eum. Et ſedentes in naui loquebantur ſermonem patrum, & de Scripturis, & rurſus de opere manuum ſuarum. Ille autem ſenex per omnia tacebat. Cùm autem veniſſent ad portum, agnouerunt & ipſum ſenem proficiſci ad Antonium. Cùm autem veniſſent ad eum, dicit eis Abbas Antonius: Bonum comitem itineris inueniſtis ſenem hunc. Dixit autem & ſeni: Bonos Fratres inueniſti tecum, Abba. Dixit ei ſenex: Boni ſunt quidem, ſed habitatio eorum non habet ianuam. Quicumque vult, intrat in ſtabulum, & ſoluit aſinum. Hoc autem dicebat, quia quodcumque eis aſcendebat in cor, in ore loquebantur.*

[Agell. lib. 1. Cap. 15. — Boch. in Pſal. 140. — Vit. Patr. lib. 5. libell. 4. n. 1. — *Monachi loquaces à ſene notati.*]

[*Ori addenda ſera.* — Eccli 28.]

Habemus igitur domus noſtræ oſtium. At hoc non ſatis; addenda *ſera*, firmius vt claudatur. Sic enim ait Eccleſiaſticus: *Ori tuo facito oſtia & ſeras.* Quænam autem ſera, quâ oſtium oris obſeratur? dentium & labiorum clauſula, quâ à natura munitum eſt: animi deinde obfirmatio, & conſtans ſilendi propoſitum. Sicut enim loquela os reſerat, ita Silentium obſerat. Sed enim quanam claui hæc ſera aperitur? Nam Æſchylum ceciniſſe ferunt:

[*Quæ eius clauis.*]

Ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλεῖς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ.

Mihi quoque in lingua eſt clauis cuſtodiens:

Meminit & Petrus Damiani huius clauis, dicens: *Portatis Fratres mei vobiſcum, portatis clauem cellulæ, portate & clauem linguæ; opponitis peſſulum oſtio, adhibete retinacula ſalubriter ori veſtro.* Sed hic obſerantem non reſerantem intelligit clauem. Hanc autem in vitis Patrum offert Abbas Petrus, qui clauem Silentij docet eſſe interrogationem. Nam dum quiſpiam ab eo aliquid ſciſcitaretur, reſpondit: *Clauis tua aperuit oſtium meum.* Illoque dicente: *Quod eſt verbum hoc?* reſpondit: *Si quis venit ad te, & interrogas eum, Quomodo habes, vnde venis, qualiter agitur circa illos vel illos Fratres, ſuſceperunt te, an non? tunc aperis ianuam oris fratri tuo, & audis quæ non vis.* Nonniſi hac claui reſerari oſtium labiorum voluit S. BENEDICTVS, præſcribens, vt *Monachus Taciturnitatem habens, vſque ad* INTERROGATIONEM *non loquatur.*

[Petr. Dam. ſerm. 73. de vit. hog. — *Clauis Silentij eſt interrogatio.* — Vit. Patr. lib. 5. libel. 11. n. 26. — Cap. 7.]

Accommodatiùs Cardinalis Turrecremata triplicem clauem portæ oris nobis exhibet, quarũ prima ſeruatur in arcâ cordis; ſecũda in manu Prælati; tertia in manu Dei. Has recenſebimus, & nonnihil etiam illuſtrabimus. Prima in corde aſſeruanda clauis, quia locutionem Religioſi præcedere debet mentis deliberatio, vt diſponat ſermones ſuos in iudicio, & priùs ad limã quàm ad linguam veniant, ne temerè quid loquatur. Tradunt Anatomici linguã duas habere venas, quarum vna tendit ad cor, altera ad cerebrum; quo ſignificat natura, linguam nihil debere eloqui, eſto cor id appetat, niſi cerebrum, id eſt, mens & ratio conſentiat, & idipſum vt rectum probet. Cor enim debet ſubſeruire cerebro, hoc eſt, appetitus rationi: Hęc enim in homine eſt præſes & princeps, regens appetitum. Quia autem cor etiam pro intellectu ſubinde ſumitur, rectè clauis linguæ dicitur in corde reponenda: quia, vt Siracides dixit: *In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientium os illorum.* Sapienter Agellius ſcribit garrulorum orationem in ore naſci, non in pectore. Homerus verò dum in Vlyſſe virum ſapientem & prudentem depingit, ait eum vocem mittere non ex ore, ſed ex pectore. Hinc & Salomon: *Cor Sapientis erudiet os eius, & labijs eius addet gratiam.* Secunda clauis, in manu Prælati eſt. Vnde Religioſus antequam loquatur, à Prælato ſuo licentiam debet petere. Qui enim neſciente aut nolente Prælato, ad loquendum portam oris aperit, poſtquam clauem ei tradidit, fractor templi ſpiritualis eſſe videtur, & quaſi fur, faciendo clauem contra clauem. Proinde Baſilius ait, non permittendum alloquium cuiuis in monaſterio exiſtenti, niſi facultatem fecerit Superior: quem imitatus S. BENEDICTVS, quamuis perfectis diſcipulis, de *bonis & ſanctis ad ædificationem eloquijs* raram loquendi concedit licentiam. Et Bernardus: *Quod ego,* inquit, *conſilium dabo fratri, cui nec vnum quidem dicere verbum fas eſt abſque licentiâ?* Et pleriſque Ordinibus in vſu eſſe, vt facultas loquendi petatur, probat Nigronus. Tertia clauis in manu Dei eſſe dicitur. Quocirca Religioſus antequam loquatur, orationem debet ad Deum præmittere, cuius eſt linguam gubernare, vt linguam regat, ne in eâ offendat, orans cum Prophetâ: *Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.*

[*Triplex oris clauis.* — Turrecr. tract. 39. in Reg. S. Bened. — *Prima ſit in corde.* — Eccli. 21. — Agell. lib. 1. cap. 15. — Prouerb. 16. — *Secunda in manu Prælati.* — Baſil. epiſt. ad Canon. — Bern. ſerm. 1. de aduentu. — Nigr. ad reg. 26. com. n. 68. — *Tertia in manu Dei.* — Pſalm. 50.]

Sed enim quod in maiorum ædibus & in Monaſterijs paſſim obtinuit, vt præter

oſtia,

Oris portæ etiam adhibenda oſtiaria. oſtia, feras, & claues, habeantur etiam ianitores, qui reſponſa accipiant & reddant, videantque qui admittendi, qui remittendi; idipſum ad huius, quam deſcripſimus, domus accuratiorem cuſtodiam videtur non negligendum. Ad portam itaque oris oſtiaria ponatur ancilla, conſideratio. Nam vt Salomon ait: *Qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala.* Ianitricem noſtram optimè depingens Chryſoſtomus, ait: *Quemadmodum nihil iuuat domus, non vrbs, nam mœnia, non porta, non oſtia, niſi ſint qui ea cuſtodiant, & ſciant quando oportet ea quidem claudere, quando verò aperire: ita etiam oris & linguæ nulla eſt vtilitas, niſi ſit* RATIO, *cui ſcienter, accuratè ac circumſpectè eo claudere & aperire permiſſum ſit, & ſciat quæ ſint efferenda, quæ verò retinenda.*

Conſideratio ſcilicet. — *Prou. 13.* — *Chryſoſt. in Pſ. 140.*

Sed necdum domui huic proſpectum ſatis. Fieri enim poteſt, vt alto ſopore detineatur & opprimatur ianitrix, & intereà hoſtes irruant. Sic enim legimus, Rechab & Baana oſtiaria dormiente ingreſſos domum, Iſboſeth interfeciſſe. Quid igitur conſilij vel auxilij? canis vigil & benè latrans foribus adhibendus. Optimè autem huic officio conueniet canis ille, qui vocatur timor peccati, qui ad minimum ſtrepitum euigilans, altà voce illud allatrat: *In multiloquio non effugies peccatum.* Et hîc canis memoria ſororum, quæ poſtibus oſtij alligantur, retinendus; & ne fortè fugiat, benignè à ianitrice habendus & ſouendus eſt bolis aliquot horribilium exemplorum, eorum, qui per linguam perierunt. Nam vt verè Sapiens: *Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi, qui interierunt per linguam.* Tam ſpiritaliter, quàm & corporaliter, vti manifeſtum eſt in ijs, qui diſſeminant hæreſes, quique alios incitant ad libidines, vſuras, cædes, aliaque ſcelera.

2. Reg 4. — *Cui & adiungendus canis, ſeu timor peccati.* — *Eccli. 28.*

DISQVISITIO IV.

Quænam ex S. BENEDICTI ſententia perpetuò Silentio proſcripta?

QVAMVIS ad claudendum & recludendum ſubſeruiant oſtium, ſera, clauis; ſunt tamen quædam, ad quæ nullo tempore nullo loco os aperiri aut reſerari debeat: vſqueadeò vt de ijs perpetuum indictum ſit Silentium. Quæ quidem Legiſlator noſter grauiſſimis hiſce verbis proſcripſit: *Scurrilitates, vel verba otioſa, & riſum mouentia, æternâ clauſurâ in omnibus locis damnamus: & ad tale eloquium diſcipulum aperire os non permittimus.* Ad quem locum Caſſinenſes annotant: *Moti hac terribili ſententiâ Patris noſtri, mandamus Prælatis, ceteriſque Superioribus Monaſteriorum noſtrarum, vt diligenter faciant hanc partem Regulæ obſeruari, & pro huiuſmodi exceſſibus graues conſtituant pœnas.* Eàdem hâc conſideratione & nos paulò fuſiùs hanc S. P. N. ſententiam explicabimus. Diſquirendum igitur

I. Verba ſcurrilia à S. Benedicto proſcribuntur. Cap. 6. — *Caſſin. in declarat.*

PRIMO, quid ſit *ſcurrilitas*, quam vocem à *ſcurrâ* deriuari, nemini non notum. Huius verò natales inquirens Torrentius, ſcribit nonnullos à Græcis eas acerſere, quibus συχνεῖν, aut σκωπεῖν ſit ſcurrari. Ipſe verò credit vocabulum iſtud apud Romanos receptum prius fuiſſe, quàm ſcirent quid Græca illa ſignificarent, ne nunc quidem ſatis cognita. A *ſequendo* igitur dictus ſit *ſcurra*, teſte Feſto: quod tenuioris fortunæ homines non antecedere, ſed ſequi quempiam ſint ſoliti. Atque ita etiam Iſidorus: *Scurra, qui ſectari ſolet quempiam cibi gratiâ: à ſequendo, ſicut & aſſecla.* Initio igitur officium fuit ſectari potentiores: ſed quia Romani ferè aut agriculturæ aut militiæ cauſsâ aberant; ideò ſi qui immunes in vrbe remanebant, qui alieno cibo viuerent, alijs propter otium odioſi, & *Vrbani* pariter & *ſcurræ* dicebantur. Plautus:

Quid ſcurrilitas, ſcurra. — *Torrent. in Horat. l. 1. epiſt. 18.* — *Vrbani ſcurræ.*

> *Tu* Vrbanus *verò* ſcurra, *deliciæ populi,*
> *Rus mihi tu obiectas?*

Plaut. Moſtellar.

Et iterum:

> Vrbani *aſſidui ciues, quos* ſcurras *vocant,*

Id. Trinummo.

Et ipſe Horatius *vrbani* nomen, de Mænio loquens, pro *ſcurra* vſurpauit:

> *Mænius, vt rebus maternis atque paternis*
> *Fortiter abſumptis, Vrbanus cœpit haberi,*
> *Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret:*
> *Quolibet in quemuis opprobria fingere ſæuus.*

Graphicè depingitur. Horat. lib. 1. epiſt. 15.

Vbi *ſcurram* graphicè depictum vides. Tandem verò creſcente luxuriâ, cùm otioſi diuites iocos vndique ac riſus quærerent; ridiculi omnes & aſſentatores, & paraſiti *ſcurrarum* nomen retinuere. Et quoniam hoc hominum genus nulla verecundiæ ac dignitatis habita ratione, in quemuis opprobria iaciebant; *Vrbani* nomen ad facetos tranſijt, relictâ his, quos βωμολόχους vocant Græci, *ſcurrilitate*. Hinc & Apoſtolus vitandam monet *ſcurrilitatem, quæ ad rem non pertinet.* Vbi in Græco eſt εὐτραπελία, quæ ab Ariſtotele & Sancto Thomâ inter virtutes numeratur. Cur ergò ab Apoſtolo tamquam vitium reprehenditur? Quia, Philoſopho teſte, quorumdam vitio *eutrapelia* fit βωμολοχία, *ſcurrilitas*, affinis ibidem commemoratis turpitudini & Stultiloquio. Vnde Apoſtoli *eutrapeliam*, Vatablus interpretatur *urbanitatem ſcurrilem*. Eraſmus vertit *leporem*, Pagni-

Dicti βωμολόχοι. — *Epheſ. 5.* — *Ariſt. lib. 4. Ethic. c. 8. S. Thom. 2. q. 72. art. 2.* — *Eutrapelia cur à S. Paulo reprehenſa.*

VIRTVTES.

Baſil. in Pſ. 61. Chryſoſt. in 5. ad Epheſ.

Pagninus, *facetiam*, noſter Iſidorus Clarius, *vrbanitatem*. Baſilius quoque & Chryſoſtomus in malam partem ſumunt εὐτράπελον, pro eo qui plus æquo iocis ſalibuſq; gaudet. Atque hæc de nomine. Quod verò rem ſpectat, cùm, vt inquit ille,

Horat. lib. 1. Epiſt. 18.

Virtus ſit medium vitiorum, & vtrimque reductum.

Quid ea ſit.

Eutrapelia virtus eſt moderans iocos verborum, in quibus defectus, & exceſſus, & mediocritas cerni poteſt. Sic enim Ariſtoteles ratiocinatur. *Cùm in vitâ requies etiam quædam ſit, in quâ homines ioco vtantur; videtur etiam hîc eſſe congreſſio quædam moderata, & dicendi ea quæ oportet, & vt oportet, & audiendi. Circa quæ exceſſum etiam eſſe medij, & defectum, perſpicuum eſt.* Extrema autem Eutrapeliæ idem Ariſtoteles duo ſtatuit, *ſcurrilitatem* nimirum, & *ruſticam duritiem*, omnes iocos aſpernantem. *Qui igitur*, inquit, *ridiculis excedunt*, SCVRRÆ *eſſe atque importuni videntur: qui ridicula penitus affectant, adeò vt ſtudeant potiùs riſum mouere, quàm honeſtè loqui, doloreque eum afficere, quem cauillantur. Qui autem neque ipſi ridiculi quidquam dicunt, neque alios dicentes æquo animo patiuntur*, RVSTICI *& duri ſunt.* Sic ille. Iam quod eos, qui per exceſſum delinquunt, ſpectat, reperire eſt plurimos, qui in iocis liberiores, amant ridicula dicta iacere, & vndique ſalis materiam venari, dicaces homines, *ſcurræ* politiotes, quorum vita riſus continuus, quique in ridiculis ſæpè narrationibus, atque inutilibus, bonas horas collocant. Vlteriùs prouehuntur deſtituti pudore *ſcurræ*, qui cùm iocorum incredibili cupiditate & deſiderio affecti ſint, & eò tantùm collineent, vt riſum moueant: nihil penſi habeant, vtrum honeſta & decora loquantur, & an eius in quem falsè dicunt, animum offendant.

Ariſt. vbi ſuprà.

Eius duo extrema vitanda.

Deſcribuntur qui in ea excedunt.

Horum ſcurrilitatem non immeritò æternâ clauſurâ damnat Sanctus BENEDICTVS, & Apoſtolus inter Chriſtianos noluit nominari. Quem exponens Hieronymus, *Inter Stultiloquium*, inquit, *& Scurrilitatem apud Paulum, hoc intereſt, quod ſtultiloquium nihil in ſe ſapiens & corde hominis dignum habet. Scurrilitas verò de prudenti mente deſcendit, & conſultò appetit quædam, vel vrbana verba, vel ruſtica, vel turpia, vel faceta, quam nos iocularitatem alio verbo poſſumus appellare: vt riſum moueat audientibus. Verùm & hæc à ſanctis viris penitus propellenda, quibus magis conuenit flere atque lugere: vt in Hebraico quoque Euangelio legimus Dominum ad diſcipulos loquentem: Et numquam, inquit, læti ſitis, niſi cum Fratrem veſtrum videritis in charitate.* Idemque rectè alibi monet: *Omnes delicias & lepôres, & ri-*

Diſcrimen inter ſtultiloquium & ſcurrilitatem.

Hieron. in Epiſt. ad Epheſ. c. 5.

Hæc etiam damnatur.

Idem Epiſt. 2.

A *ſu dignas vrbanitates, & ceteras ineptias amatorum, in comœdijs erubeſcimus, in ſæculi hominibus deteſtamur, quantò magis in Monachis & Clericis, quorum & Sacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur Sacerdotio?* Eadem mente Baſilius cum in Conſtitutionibus Monaſticis caput inſcripſiſſet, *Quod nequaquam facetias ſcurrilemve vrbanitatem conſectari Monachus debet;* Decretum hoc ſubdit: *Vitandæ autem omnes omninò in ſermone facetiæ & ſcurrilis dicacitas ſunt. Siquidem fieri ſolet plerumque, vt qui ſeſe in rebus iſtiuſmodi* B *occupant, ij rectam rationem deſerant: quippe cùm ex eo illud fiat, vt animus ad ridicula diffundatur, & in tacitâ ſecum cogitatione grauitatis ſeueritatiſque neruos omnes elidat.* Hinc & Chriſtianus Pædagogus monet, *non faceti ſcurræ more captandum riſum.* Hinc Patres Concilij Carthaginienſis, *Clericum* SCVRRILEM, *& verbis turpibus iocularem*, ab officio retrahendum edicunt.

In Clericis & Monachis.

Baſil. conſt. monaſt. cap. 13.

Ratio aſſignatur.

Clem. Alex. lib. 2. pæd. c. 5.

Conc. Carthag. 4. can. 60.

Sed hoc in genere carpendi vel maximè, qui S. Scripturæ verbis ad nugas facetiaſque abutuntur, quos Tridentina Synodus ita perſtringit: *Poſt hæc temeritatem* C *illam reprimere volens, quâ ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba & ſententiæ ſacræ Scripturæ, ad* SCVRRILIA *ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat & præcipit, ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam & contemptū, ne de cetero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ ſacræ ad hæc & ſimilia audeat vſurpare; vt omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coerceantur.* Sic ibi. D Et iam olim S. Ioãnes Chryſoſtomus multis contra *ſcurrilitatem* diſſerens, deplorat morbum iſtum vbique inualuiſſe. *Iam & in Eccleſiam*, inquit, *introductus eſt, iam & Scripturas apprehendit.* Poſitiſque quorumdam, qui in ſacris facetè ludebant, exemplis, interrogat: *An igitur iſta verba non ſunt fulmine digna? Propterea adhortor, vt iſta omnino exterminata conſuetudine, ea loquamur, quæ nos deceant. Nec loquantur ora ſanctorum verba hominum ignominioſorum ac turpium.* E Exaggeratur verò hoc crimen, ſi talis ad facetias applicatio fiat in concionibus, vel Scriptura in alienum prorſus ſenſum detorqueatur, de quo vide Cornelium in Procemio ad Prophetas minores num. 3.

Perſtringuntur qui S. Scripturâ ad facetias abutuntur.

Trid. ſeſſ. 4.

Veteres etiā huic malo obnoxij.

Chryſoſt. hom. 17. ad Epheſ. 5.

Sed quale hoc peccatum? Reſpondet Suarez: Aliqui inter blaſphemias numerant abuſum verborum S. Scripturæ ad conficiẽdos profanos libellos, vel ad actiones ludicras, & ſimilia. Hoc tamen vitium regulariter potiùs ſacrilegium eſt, quàm blaſphemia. Si tamen tantus eſſet abuſus, vt veritati & auctoritati illorũ verborum

Quale id ſit peccatum.

Suar. tom. 1. de Stat. relig. tract. 3. lib. 1. c. 6. num. 17.

derogari

derogari videretur, profectò contumelia tranſiret in auctorem, & malitiam blaſphemiæ participaret, & ideo Conc. Tridentinum ſeſſ. 4. hoc vitium reprehendens, & prohibens, à nomine ſacrilegij, vel blaſphemiæ abſtinet, vocatque *temeritatem*, *irreuerentiam*, & *contemptum*.

[*Honeſti lepôres non prohibentur.*] A *ſcurrilitatibus* verò diſtinguendi honeſti lepôres, & liberales eruditique ioci, quibus gratioſi homines cum aliorum ædificatione & oblectatione non rarò vtuntur. [Baſil. conſt. Monaſt. cap. 15.] Quos adeò non damnat Baſilius, vt ijſdem ſubinde ad animi relaxationem vtendum cenſeat. *Si vſus*, inquit, *inciderit aliquando, vt remittenda aliquantulum triſtitiæ cauſâ ſermone ad hilaritatem excitemur; enimuerò danda opera eſt, vt ſpiritali lepôre refecta ſit oratio noſtra, & euangelico ſale condita, vt recta, quæ interius ſit, ſapientia gratum foras odorem aſpiret,* [*Quomodò vſurpandi.*] *dupliciterque auditorem & animi relaxatione & intelligentia feſtiuitate delectet.* Et verò vti dixit, ſic & vixit. Nam in rigido viuendi genere benignus & affabilis fuit. [Nazianz. orat. 20. *Sancti viri piè lepidi & faceti.*] Nazianzeno hoc credamus, eius contubernali: *Quis adeò*, inquit *iucundus fuit in conuerſationibus? quemadmodum ego patiſſimùm naui, qui præ reliquis viri mores ſum expertus. Quis narrando gratioſor? quis mordendo peritior? quis reprehendendo ſincerior?* De magno illo Martino [Sulpit. dial. 2. c. 12.] Seuerus Sulpitius teſtatur minimè ſeuerũ fuiſſe, cuius familiaria verba *ſpiritali ſale condita* refert. Et in Vitis Patrum, quam multa lepidè ab illis dicta, quàm multa apophthegmata reperiuntur? Piæ S. Ephrem Facetiæ in eius vitâ ſcriptiſque elucent. Erat Epiphanius, vt ſcriptor vitæ eius meminit, *gratioſus & vrbanus, & habens ſermonem diuino quodam ſale conditum.* Macarius Alexandrinus in colloquijs hilaris fuit iucundus, & vrbanis ſalibus vtens, iuuenes ad ſtudium & exercitationem pietatis [Niceph. l. 8. c. 14.] adducebat, inquit Nicephorus. Conſimilis fuit lepos in S. Athanaſio, & feſtiuæ orationis venuſtas, vt ab eodem Nicephoro proditum. [Id. l. 10. c. 41.]

[*Monachis non interdictis huius generis ſales.*] Sed ne quis ob noſtræ Regulæ verba, omni lepôre prorſus Monachis interdictum putet, duos produco eiuſdẽ Regulæ obſeruatores zeloſiſſimos, & de accuratâ eiuſdem obſeruantiâ mutuis concertantes, viros ſanctos & doctiſſimos, Petrum ſcilicet Venerabilem, Cluniacenſium Abbatem, & Bernardum Claræuallenſium Hic enim ad [Bern. epiſt. 117. *Probatur auctoritate, & exemplu.*] illum ita ſcribit: *Placet*, fateor, *iocus: eſt enim & iucunditate gratus, & ſeriùs grauitate. Neſcio ſiquidem quomodo inter iocandum ita diſponitis ſermones veſtros in iudicio, vt & iocus leuitatem non redoleat, & auctoritas conſeruat a hilaritatis non minuat gratiam. Porrò auctoritas ita ſeruatur, vt illud ſancti viri meritò vobis poſſit aptari: Si quando ridebam, non credebant mihi.* [Iob 29.] Cuius quidem lepôris gratia alijs pro exemplo, imò & regulâ eſſe queat: quando [VIRTVTES.] in his tam procliuis lapſus. Honeſtos & modeſtos Bernardi iocos ſcripta non ſemel produnt. Quàm feſtiuus fuerit S. Franciſcus, plura eius Apophthegmata, Parabolæ & ſententiæ Opuſculorum tomo tertio adſcripta oſtendunt. Ex eiuſdem familiâ faceti admodum fuêre B. Ægidius, Iuniperus, Iacoponus.

[*Piorũ ioci.*] Sunt igitur & piorum ioci, ſed honeſti, & decori, atque ad obruſſam Chriſtianæ modeſtiæ examinati, quorum comites ſunt grauitas auctoritaſq́; religione digna. Sidonius vocat *falſi libram ſermonis*. Meritò [Sidon. l. 3. epiſt. 1.] que oportet ſales hos in pondere & menſurâ diſponere, vt bis ad libram quam ad labra veniant. Vitanda enim in ijs nimietas & [*Vitanda in ijs nimietas & frequentia.*] frequentia, ne dignitatem minuant, & leuis animi ſuſpiciuuem ingenerent. Sapienter monebat Dion, vt apud Stobæum legere licet, [Stob. ſerm. 34.] facetijs tanquam ſale parcè vtendum eſſe. *Quemadmodum autem*, vt Angliæ illud decus, Thomas Morus, dicere ſolebat, [Staplet. in vita Mori cap. 13.] *ineptum eſſet conuiuium, in quo cibi parum, condimentorum magna varietas & copia apponeretur, inſipidum verò in quo nihil; ſic omninò peſſimè illa vita inſtitueretur, quæ fructuoſi laboris parum aut nihil aſſumeret, iocis autem tota vacaret; arida autem & ingrata, triſtis & moroſa illa vita, cui nihil iucunditatis & lepôris aſpergitur.*

[II. *Verba otioſa à S. Benedicto damnata.*] SECVNDÒ, proſcribit S. BENEDICTVS, æternâque damnat clauſurâ *verba otioſa*: illo proculdubio æterni verbi excitatus tonitruo: [Matth. 12.] *Dico autem vobis, quoniam omne verbum* OTIOSVM, *quod locuti fuerint homines, reddent rationem de ea in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Quid autem verbum OTIOSVM? Hieronymus: [Hieron. in Matth. 12. *Quid verbu otioſum.*] *Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis, ſi omiſſis ſerijs; de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas.* Origines paulò aliter: [Origen in pſal. 38.] *Otioſus ſermo eſt, qui neque boni, neque mali aliquid agit.* Baſilius: [Baſil. reg. breu. 23.] *In vniuerſum, ait, omne verbum quod ad propoſitum in Domino vſum non facit,* OTIOSVM *eſt: & adeo magnum eſt huiuſmodi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, quod dicatur, tamen, niſi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquam propterea quod bonum ſit, liber ſit à periculo, qui illud locutus ſit: quippe qui videlicet ex eo quod ad ædificationem illud non accommodauerit, contriſtaſſe naſcitur Spiritum ſanctum Dei.* [*Etiam bonũ debet in ædificationẽ dirigi.*] Gregorio Papæ dicitur: [Greg. hom. 6. in Euang.] *Otioſum verbum, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iuſtæ neceſſitatis caret.* Idemque alibi: [Id. 1. part. Paſtor. c. 15.] *Otioſum verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret.* Accedit Bernardus, dicens: *Otioſum verbum eſt, quod*

VIRTVTES. *nullam rationabilem cauſſam habet ; quam rationem de ea reddere poterimus, quod eſt præter rationem?* Hæc SS. Patres.

Spectat id maximè ad Religioſos. In quibus circa Baſilij verba requirentis, vt etiam bona dirigantur ad ædificationem fidei, & in Deum referantur, notat Cornelius eum locutum Religioſis, quorum profeſſio eſt pia tractare aut loqui. Sicut enim hominis eſt iuxta normam rectæ rationis, & Chriſtiani iuxta legem Chriſti; ſic Religioſi eſt iuxta dictamen religionis & pietatis agere & loqui. Vnde S. Bernardus : *Conſecraſti*, ait, *os tuum Euangelio, iam talibus* (ludicris) *aperire illicitum eſt, aſſuefcere ſacrilegium.* Abſolutè ergò non requiritur pia intentio, ne ſit otioſum, ſufficit vt quomodolibet conducat ad vſum & prudentiam humanam. Sic :

Cornel. in 12. Matth.

Bern. de conſid. lib. 2. c. 13.

Pia intentio non requiritur abſolutè.

Nauita de ventis, de bobus narrat arator :

Alioquin enim ferè omnia opificum, mercatorum & ſæcularium verba eſſent otioſa. Præterea notat idem auctor, locutionem & quemlibet omninò actum ne ſit otioſus, explicitè vel implicitè referendum ad finem honeſtum. Vnde infert actum & ſermonem otioſum eſſe, ſi dicas: Ego hoc ago, vel loquor ſolùm ideò, quia mihi placet, vel quia me delectat. Hæc enim actio & ſermo caret debito ſuo fine, & menſurâ : delectatio enim non eſt regula noſtrarum actionum, nec appeti debet propter ſe. Inſtituta enim eſt propter bonum cui coniungitur, ac proinde ordinatur ad maius bonum. Inordinatum ergo eſt tantum operari & loqui propter delectationem, ſanitatem, commodum naturæ. Adhæc talia debent eſſe noſtra dicta & facta, vt apta ſint in Deum referri, iuxta illud : *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Alioqui ſunt otioſa, id eſt, inutilia ad finem hominis. Humana enim actio, quæ nullo modo in Deum tendit, eo ipſo deflectit ab vltimo fine, eſtque moraliter mala : ſiſtit enim in bono creato, eſtque eius fruitio. Peruerſum autem eſt, frui vtendis, vt latè tradit S. Auguſtinus, 1. *de doctr. Chriſt. à cap.* 3. *& c.* 21. *&* 22. oſtendens omnia bona creata debere tantùm cadere ſub vſum noſtrum, ſub fruitionem autem nonniſi Deum. Ergò actus humani carentes bono fine vel intrinſeco vel extrinſeco, ſunt eo ipſo deprauati, carentque aliquo quod habere deberent. Sed de hoc fundamento videndi Scholaſtici cum Magiſtro, tractantes quibus rebus fruendum, quibus vtendum, & an detur actus, cum S. Thoma, in indiuiduo indifferens.

Quid requiratur ne actus ſit otioſus.

Referendus in Deum.

1. Cor. 10.

Ne aliter vitiotur.

Mag. 1 ſent. diſt. 1. S. Thom. 1. 2. q. 18. a. 9.

Vana & otioſa verba frequentia ſunt.

Frequentiſſimum igitur eſt vanorum & otioſorum verborum in plerіſque hominibus peccatum, & tamen, vt Ambroſius ait, *non parui periculi eſt de rebus ſæcularibus & otioſis loqui ; cùm tam mirabilia Dei opera habeamus, de quibus loquamur. Ac proinde ſtatuat iuſtus apud ſe cum S. Dauide : Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas*, ſicque otioſa omnia à ſe excludat. Bernardum hîc iuuerit audire : *Nemo noſtrûm, fratres, parui æſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis. Siquidem tempus acceptabile eſt, & dies ſalutis. Volat verbum irreuocabile : volat tempus irremeabile, nec aduertit inſipiens quid amittat. Libet confabulari, aiunt, donec hora prætereat. O donec prætereat hora! ô donec pertranſeat tempus! Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam miſeratio conditoris indulget.*

Ambroſ. in pſal. 118. octon. 22.

Bern. ſerm. de tripl. cuſtod. *Cum pretioſi temporis iactura.*

TERTIÒ. Damnat & S. BENEDICTVS verba riſum mouentia, quæ cum ſcurrilibus & otioſis plerumque coniuncta. De quibus grauiter & verè Clemens Alexandrinus : *Cùm verba omnia à cogitatione & moribus emanent, fieri non poteſt, vt aliqua verba mittantur* RIDICVLA, *quæ non procedant à moribus ridiculis. Ex abundantiâ enim cordis os loquitur.* Et Chryſoſtomus : *Quale*, inquit, *cor vnuſquiſque habet, talia verba loquitur, & talia opera facit.* Nimirum qualis vir, talis oratio. Verba ergò & opera leuia & nugacia ſigna ſunt animi leuis & nugacis. Quocirca S. Baſilius : *Ne*, inquit, *in modum paruuli iocari velis aſſiduè, quia non conuenit ei qui ad perfectionem nititur, iocari vt paruulus.* S. Thomas Aquinas hæc duo dabat ſigna, è quibus cognoſci poſſit, an quis in virtute multum profecerit. *Si*, inquit, *quem videris verbis leuibus nugiſque delectari, ac ægrè ferre ſe contemni, ſcito hunc non eſſe perfectum, etiamſi miracula faciat.* Quoniam autem ad hæc dicenda vel audienda procliues admodum ſumus; melliflui Doctoris audiamus monitū. *Nugæ*, inquit, *ſi incidant, interdum ferendæ ſortaſſis, referendæ numquam. Interueniendum cautè & prudenter nugacitati. Prorumpendum ſanè in ſerium quid, quod non modò vtiliter, ſed & libenter audiant, & ſuperſedeant otioſis.*

III. *Verba riſum mouentia.*

Clem. l. 2. pædag. c. 5.

Chryſoſt. in Epheſ. 4. 29. *Leuem animum denotant.*

Baſil. in exhort. ad fil. ſpirit.

In vita S. Bern. l. 3. c. 3.

DISQVISITIO V.

Quæ ſilentij dignitas & vtilitas ?

ACcuratiſſimus ſilentij Magiſter non in eam dumtaxat incubuit curam, vt intemperātis linguæ crimina & diſcrimina amoliretur ; ſed & ipſam *Taciturnitatis gratiam perfectis*, ant ad perfectionem aſpirantibus *diſcipulis* propoſuit: tanti æſtimans ſilentij bonū, vt probè cognitū ad ſui amorē cultumq; proborum facilè raperet animos.

Silentij commendatio.

Quo

Quo nomine illud hic minimè ſilentio prætereundum, quod nullæ religioſorum Ordinum ſint Familiæ, quæ illud non ſtatuant colendum. Grauitatem igitur Silentij pondere ſanctuarij, & ad S. Scripturæ ſtateram expendamus. Apud Iſaiam ſiquidem ita Spiritus ſanctus eloquitur. *Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ* SILENTIVM. A quo teſtimonio Taciturnitatis regulam Monachis ſuis præſcripturus, exorſus eſt S. Columbanus, & poſt eum Donatus, quorum hæc verba: *Silendi regula diligenter cuſtodienda decernitur; quia ſcriptum eſt: Cultus autem iuſtitiæ* SILENTIVM, *& pax.*

Expenditur ex S. Scriptura. Iſai. 32. *Eſt cultus iuſtitiæ.* Reg. Columb. c. 2. Reg. Don. c. 49.

B

Eodem teſtimonio Albertus in Regulâ Carmelitarum ſilentium commendat. Moralem hanc expoſitionem etiam ſecutus eſt S. Gregorius Papa, dicens: *Hinc Iſaias ait,* Cultus iuſtitiæ ſilentium, *videlicet indicans, quia mentis iuſtitia deſolatur, quando ab immoderatâ locutione non parcitur.* Petrus Damiani huc alludens; *Cuſtos iuſtitiæ*, ait, *ſilentium.* & eodem modo citat Hieronymus, in pſalmum 33. 22. Clariùs Bernardus ad Petrum Abbatem Cluniacenſem: *Puto iam non audebitis me de hoc ſilentio meo reprehēdere, & more veſtro appellare ſoporem; quod vt puto congruentiùs ac magis propriè ſanctus Eſaias cultum iuſtitiæ nominat.* Idemque ad Ogerium ſcribens: *Ad hunc ergò iuſtitiæ cultum, ad hanc omnium virtutum matrem, cuſtodem, te inuito & prouoco.* Allegatur eadem ſcriptura pro religioſo ſilentio in libro de vitâ Eremiticâ ad ſororem ſub nomine Auguſtini. Quâ autem ratione cultus ſit iuſtitiæ, exponit Dionyſius Carthuſianus, dicens: *Eſt quieta vacatio Dei, ſeparatio cordis à tumultu, & refrenatio oris à verbis inanibus: hoc videmus in Clauſtralibus præcipuè adimpleri, qui in obſeruatione ſilentij cultum iuſtitiæ ſtatuunt, & fractionem ſilentij grandem iuſtitiæ præuaricationem exiſtimant.* Hinc Ioannes Soreth in expoſitione parænetica Regulæ Carmelitarum, exponit de iuſtitia vindicatiuâ. *Qui colit*, inquit, *iuſtitiam, mouetur ad ſilentium, de peccato oris vindictam ſumens; vnde Gloſſa Leuit. 25. Quod gula peccauit, ieiunium corrigat, quod garrulitas admiſit, ſilentium deleat.*

Plurimi ita cenſent. Greg. l. 7. moral. c. 17. Petr. Dam. Epiſt. 130. Bern. Epiſt. 217.

C

Idem epiſt. 89. *Quo ſenſu ſilentium ſit cultus iuſtitiæ.* Carthuſ. in Iſai. 32.

D

Sed aliam ex eodem Prophetâ appendamus ſententiam. *In ſilentio*, ait, *& in ſpe erit fortitudo veſtra.* Vnde Bernardus: *Silentium*, inquit, *eſt cuſtos religionis, & in quo eſt fortitudo noſtra.* Si enim velut *vrbs patens & abſque murorum ambitu*, eſt *vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum*; à contrario ſenſu velut vrbs clauſa & validiſſimè munita erit vir, qui ponit ori ſuo cuſtodiam, & ſilentio ſuo tectus, velut in turri fortiſſimâ tacitus reſidet. Quantum verò præſidij in ſilentio ſit, eleganter exponit Chryſoſtomus in nuper editis Græcis exemplari-

Aliud Propheta locus pro Silentij dignitate. Iſai. 30. Bern. ſerm. de mutat. aquæ. Prou. 25. *Magnum in eo poſitum præſidium.*

E

A

bus: *Poſſide*, inquit, *& ſilentium Frater, vt fortem murum. Silentium enim perturbationes vt vincas efficiet; te ſupernè præliante, illis autem pedibus ſubiectis. Poſſide ergò in timore Dei ſilentium, neque tibi nocebunt vlla inimici tela. Silentium enim timori Dei coniunctum currus eſt igneus, poſſeſſorem ſuum in cælum ſubuehens. Id tibi perſuadeat Elias Propheta, qui Silentium vnà cum timore Dei diligens, aſſumptus eſt in cælum. O ſilentium, profectus Monachorum: cæli ſcala, via regni cælorum: ô ſilentium, mater compunctionis: ſpeculum peccatorum, oſtendens homini delicta ſua: ô Silentium, quod lacrymas non impedis, manſuetudinis genitrix: humilitatis contubernale. O Silentium, humilitatis coniunx, & mentis illuſtratio. O Taciturnitas, cogitationum exploratrix, & dijudicationis cooperatrix. O Taciturnitas, omnis mater boni, ieiunij firmamentum, & gulæ impedimentum. O Silentium, ſchola lectionis & orationis. O Silentium, tranquillitas cogitationum, & portus ſecurus. O Taciturnitas ſollicitudinis animæ abiectio. O Silentium, ſuaue iugum, & onus leue, refocillans & portans portantem ſe, lætitia animæ & cordis: aurium, oculorum, & linguæ frenum. O Taciturnitas impoſturæ interitus, & impudentiæ aduerſaria: ô reuerentiæ mater. O Silentium affectuum carcer, omniſque virtutis cooperatrix, & paupertatis conciliatrix, prædium Chriſti, bonos fructus afferens. O Silentium timori Dei coniunctum, murus & præſidium qui propter regnum cælorum certare volunt. Maximè hanc, Frater, poſſide, bonam illam partem, quam Maria elegit. Iſta enim Maria; cùm ſit exemplum ſilentij, ſedit ad pedes Domini, ei ſoli adhæſit. Ideo & laudauit eam dicens: Maria autem partem bonam elegit, quæ non auferetur ab eâ.* Hæc illa aurei oris buccina.

VIRTVTES. Chryſoſt. to. 7 pag. 418 ex verſione Schotti l. 1. de vano ſilen. c. 26. 4. Reg. 2. *Encomia & laudes ſilentij.* Luc. 10.

Vin' autem & aliunde hanc tantam ſilentij expendere energiam? vide mihi ſilentio & ſpe ſubnixum Radulphum noſtrum, vt vocant *Tacentem*, flammarum incendia cohibentem: quod cùm aliorum ſcriptis vulgatiſſimum iam pridem factum ſit, nefas foret ab eiuſdem Monaſterij ſcriptore ſilētio præteriri. Cantipratanum igitur, qui hoc in litteras miſit; ſuis verbis loquentem audiamus. Haffligemium, inquit, monaſterium ordinis S BENEDICTI in Brabantia, religione probatiſſimum eſt, & in charitate præcipuum. In hoc cœnobio Monachus erat ita *Silentio* deditus, quod infra ſexdecim annos ab ore eius nec vna verbi ſyllaba per tantū temporis audiretur. Contigit autem, ſicut à Monachis ibidem audiuimus, vt in clauſtru grauiſſimū incendium graſſaretur. Tunc idem Monachus, videns humanum auxilium non valere, mox ſe cōtulit ad diuinum, oranſq; paululū in ſilētio, linguā diu mutam in hæc verba laxauit: *Stes ignis hac horâ: flamma penitus conquieſcat.* Mira

Radulfus Tacens, Monachus Affligemienſis. Cantip. l. 2. de apib. c. 25. n. 4. *Incendium magnum extinguit.*

VIRTVTIS.

res: vim virtutis ſuæ oblitus eſt ignis, ſtetitque in verbo viri ſancti, & flamma protinus eſt exſtincta. Hæc ille.

Illuſtratur hoc exemplum.

Fas autem ſit domeſticum hoc exemplum poſt duos Theologos vtriuſque Belgicæ noſtræ vniuerſitatis nonnihil illuſtrare.

Molan. in nat. SS. Belg. die 30 April.

Molanus in Natalibus SS. Belgij ex noſtro Obituum Libro ſic habet: *In Affligenio, obijt* RADVLPHVS TACENS, *Sacerdos & Monachus, qui ſeptem annis ſilentium tenuit, & ſigno Crucis incendium maximum penitus extinxit.*

Quot annis ſilentiū obſeruarit.

Tribuit illi Cantipratanus ſexdecim annorum Silentium, in quo tamen ſuſpicor eum lapſum eſſe, aut mendoſum eſſe codicem B vtriuſque editionis, eò quòd liber Obituum Affligenij meminerit tantùm ſeptennij.

Coluen. in Not. ad Cantipr.

Ita Molanus; & verè. Coluenerius tamen ait omnia quæ habuit exemplaria legere *ſexdecim*.

Quando vixerit.

Claruiſſe traditur ſub Francone ſecundo huius loci Abbate, qui deceſſit anno Chriſti M. C. XXXV. De Radulpho autem Annales Abbatum noſtrorum ita ſcribebant: *Fuit vir perpetui Silentij, qui magnam gratiam lacrymarum, & diuinæ contemplationis à Domino accepit: Obijt plenus dierum in ſenectute bonâ. Hic viuens ſigno Cru-* C *cis incendium Braxatorij extinxit.*

Mirū aliud de eodem.

Gonon l. 1. vit. PP. occid.

De eodem quidpiam nobis hactenus inauditum his verbis recitat Benedictus Gononus: Hic aliquando petiuit à Deo, vt per totum vitæ curriculum febribus cruciaretur. Quam eius orationem cùm Deus audiuiſſet, cum tanta patientia febrium cruciatus & dolores ſuſtinuit, quòd poſt obitum, morbidi ad eius ſepulchrum orantes perfectæ ſanitati reddebantur. Hæc ille. quæ vnde hauſerit, nos latet. Sed de *Tacente* iam ſat locuti, ad Taciturnitatis commendatio- D nem redeamus.

Alia bona ſilentij.

Thren. 3. 26

Hanc nobis quoque ſuppeditat Ieremias: *Bonum*, inquit, *eſt præſtolari cum* SILENTIO *ſalutare Dei.* Ex quâ ſententiâ moraliter diſcimus, ſilentium eſſe matrem compunctionis, deuotionis, & tolerantiæ.

Climacus grad. 4. Thalaſſ. Hecatond. 1. num. 66. Petr. Dam. epiſt. 130. ad Agnet. Imperatr.

Vnde Climacus: *Studioſus ſilentij appropiat Deo, ipſique iugiter in abdito cordis aſſiſtens illuſtratur ab eo.* Thalaſſius: Silentium *purificat mentem, & perſpicaciorem reddit.* Pulchrè B. Petrus Damiani: *Dum ſtrepitus humani ceſſat alloquij conſtruitur in te per* SILENTIVM *templum Spiritus ſancti. Hinc eſt quod de Iſrae-* E *litici templi constructione ſacra teſtatur hiſtoria, quia malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo Domini, cùm ædificaretur.*

3. Reg. 6.

Spirituale ædificium erigit.

Templum quippe Dei per ſilentium creſcit: quia cùm mens humana per exteriora ſe verba non fundit, in ſublime faſtigium ſpiritualis ædificij ſtructa conſurgit: tantoque ſubcreſcens in altiora ſuſtollitur, quantò per ſilentij cuſtodiam circumcluſa, ſe extrinſecus fundere prohibetur. Cultos enim iuſtitiæ SILENTIVM.

Thren. 3.

Et per Ieremiam dicitur: Bonum eſt præſto- A lari cum SILENTIO ſalutare Domini. Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. Sedebit ſolitarius, & TACEBIT: Quia leuabit ſe ſuper ſe.

Quo modo id fiat.

Solitarius planè dum tacet, ſe eleuat ſuper ſe; quia mens humana dum intra SILENTII *clauſtra vndique circumcluditur, in ſuperiora ſublimis erigitur, ad Deum per cæleſte deſiderium rapitur, & in amore eius per ardorem Spiritus inſlammatur: & tamquam fons viuus, dum per verborum circulos fluere hinc inde non ſinitur, vndis excreſcentibus ad altiora cumulatur. Templum ergo tui pectoris nunc per* SILENTIVM *creſcat, virtutum* B *ſpiritualium tamquam cæleſtium lapidum in te ſtructura conſurgat, vbi ſupernus ille ſponſus, quem totis viſceribus diligis, velut in thalamo ſuo delectabiliter requieſcat.* Hæc ille ad Imperatricem, digniſſima omninò, quæ Monachi cordibus ſuis inſcribant, diſcantque tacere hominibus, quò Deum loquentem in ſe audiant.

DISQVISITIO VI.

C

Quibus potiſſimùm ſtimulis ad ſilentium incitandi Religioſi?

QVod exēplis humanus animus non tā moneri, quàm moueri & trahi ſoleat, geminū Taciturnitatis exhibebo ſtimulū, idque ex duobus exēplis, prorſus illuſtriſſimis, & quibus efficacius nihil Religioſorū, vt arbitror, mentibus poſſet proponi.

I. *Chriſtus Dominus ſilentium maximè coluit.*

PRIMÒ enim ſilentium, quod ſacer textus *iuſtitiæ cultum* vocauit, ipſe ſol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter, ſuis radijs clariſſimè illuſtrauit: & qui omnium virtutum ſe D præbuit magiſtrū, hanc etiam ſuo exemplo vel maximè cōmendauit. Erat ille ęternum Patris Verbum, Verbum ad hoc caro factum, vt verbis ſuis viam ſalutis doceret. Ad hoc venerat in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati, & tamen quod vel maximè ſtupendum, per annos triginta ſiluit, vix tres loquendo decurrit. Quid eſt hoc? æterna Dei ſapientia, homo Chriſtus *Ieſus*, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, arctiſſimū atque adeò diuturnum colit ſilentium, & tamen E nullum ei ſermone poterat eſſe periculum, nullus ei, vt nobis frequentiſſimus, imminebat lapſus. Verba quæ loquebatur, verba vitæ ęternę erant; cur ergò tantâ in his vſus eſt parſimoniâ? Nimirum tanto exemplo ſilentium ſancire voluit, damnare loquacitatem.

Cur ita, cū non poſſet linguâ offendere.

Verùm non omnes capiunt verbum hoc: & qui capiunt, verè ſapiunt. Melliſluus ſanè Bernardus ex hac petrâ ſuauiſſimum mel ſuxit, nobiſque appoſuit. Exponens enim illa Dei Patris de Chriſto verba. *Hic eſt Filius meus dilectus,* Luc. 3.

ipſum

[Bern. ſerm. 1. de epiphani.] *ipſum audite*, ait: *Ecce Domine Ieſu, vel iam nunc loquere. Quouſque ſiles, quouſque diſſimulas? Diu tacuiſti, & valdè diu: vel iam nunc loquendi licentiam habes à Patre. Quàm diu virtus & Dei ſapientia, quaſi infirmus aliquis & inſipiens lates in populo?* Et paulò pòſt: [Spectauit noſtram inſtructionē.] *Chriſtus cùm tanto tempore ſilebat, cùm ſeipſum abſcondebat, numquid inanem gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloriâ, qui eſt vera gloria Patris? Vtique timebat, ſed non ſibi. Nobis timebat ab illâ, quibus nouerat eſſe timendum, nobis cauebat, nos inſtruebat. Tacebat ore, ſed inſtruebat opere: & quod poſtea docuit verbo, iam clamabat exemplo.*

[Eius ſilentium in paſſione.] At verò in paſſione quàm altum tenuit Silentium coram principe ſacerdotum Caiphâ? cùm grauiſſimè, accuſaretur, [Matth. 26. 62.] prorſus ſiluit. *Et ſurgens*, inquit Matthæus, *princeps ſacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ aduerſum te teſtificantur?* [Coram Caiphâ.] IESVS *autem* TACEBAT. Cùm autem exſpuerent in faciem eius, & colaphis eum cæderent, & palmas in faciem eius darent, dicentes: *Prophetiza nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſſit?* Nihil omninò reſpondit. Vnde eſt illud [Iſai. 50.] apud Prophetam: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.* [Herode.] Sanè, cùm ad Herodem pertractus, curioſiſſimè rogatus, grauiſſimè tacuit: cùm adſtarent proceres Iudæorum conſtanter accuſantes eum, poterat Dei Filius pauciſſimis verbis vanum regem illum delectare, & ab eo libertatem conſequi, & tamen ſiluit. Cur ita? quia ex curioſitate interrogabatur. [Greg. l. 22 mor. c. 16.] Appoſitè Gregorius Magnus: *Sancti virorum aliquid dicunt prudenter, non quærunt gloriam ſuam, ſed auditorum vitam. Cùm verò conſpiciunt, quia auditorum vitam loquendo lucrari non poſſunt, tacendo abſcondunt ſcientiam ſuam. Ad imitandum quippe viam Domini, quaſi ad quoddam nobis propoſitum ſignum currimus. Ipſe enim quia Herodem vidit non profectum quærere, ſed ſigna, vel ſcientiam velle mirari, requiſitus ab eo tacuit, & quia conſtanter tacuit, ab eo irriſus exiuit.* [Apud Pilatum. Matth. 27.] Quid verò apud Pilatum? *Cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit: Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præſes vehementer.* Et iuſtam ſanè admirandi cauſſam habebat: nam vt Caſſiodorus ait: [Caſſiod. in pſal. 37.] *Nihil poteſt eſſe fortius, nihil egregius, quàm audire noxia, & non reſpondere contraria.* Climacus Silentij laudibus immerſus, in auctorem fidei attollens oculos, exclamat: [Clim grad. 11.] IESV *Silentium admirationi & reuerentiæ Pilato fuit.* [Loci ſcripturæ in hanc rem explicati. Iſai. 53.] Vnde & Iſaias Chriſti Silentium exaggerans, ait: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Hanc enim Prophetiam de Chriſto interpretatus eſt Philippus in colloquio cum Æthiope eunucho Candacis reginæ. Hinc & in perſona Saluatoris Pſalmiſta ait: [Pſal. 37.] *Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens; & non habens in ore ſuo redargutiones.* Quem locum Cyrillus Ieroſolymitanus, & Rufinus de Chriſto exponunt [Cyrill cateсh. 13. Rufin. in Symb. Apoſt.]

Denique & propter Silentium IESVS CHRISTVS allegoricè deſignatur per aquas *Siloe*, [Chriſtus Siloë dictus allegoricè.] de quibus Iſaias: [Iſai. 8.] *Pro eo quod abiecit populus iſte aquas* Siloë, *quæ vadunt cum* SILENTIO *& aſſumpſit magis Raſin, & filium Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas.* Siloe fons eſt ad radices montis Sion qui non iugiter, ſed incertis horis diebuſque, inquit Hieronymus, ebullit cum ſonitu. [Propter ſilentium.] Inde ſilet, id eſt, abſcondit ſe ſub terrâ, & per canales in piſcinam *Siloe* defertur, vnde per tubos cum ſilentio & ſuauiter deriuatur in hortos regios, eoſque rigat: quocirca *Siloë* dicitur Hebraicè quaſi *emiſſus.* Ioan. 9. [Auguſt. tr. 44. in Ioan.] *Pertinuit autem*, vt inquit Auguſtinus, *ad Euangeliſtam commendare nobis nomen huius piſcinæ, & ait: Quod interpretatur, miſſus. Iam qui ſit miſſus agnoſcitis. Niſi enim ille fuiſſet miſſus, nemo noſtrûm eſſet ab iniquitate dimiſſus.* [Et quia à Deo miſſus ad ſaluandos homines Ioan 8.] Chriſtus igitur eſt *Siloë*, id eſt, *miſſus*: ipſe enim miſſus & emiſſus eſt à Patre, à quo arcano Silentio procedit quà Deus in cœlis. Vnde etiam ait: *Qui me miſit, mecum eſt.* At verò quà homo, arcano & ſilenti modo, & ſicut pluuia in vellus deſcendit in vterum Virginis, ex eoque ſilenti tempore editus eſt, vnde canit Eccleſia: [In dom. intra oct. Natiuit.] *Dum medium Silentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit.* Vndè Baſilius: [Baſil in c. 8. Iſa. 2.] *Quis ille miſſus quique citra omnem ſtrepitum profluit? An non ille de quo dictum eſt: Dominus miſit me & ſpiritus eius? Rurſus: Non contendet, neque clamabit, neque exaudietur vox eius in plateis.* Chriſtus quoque eſt *Siloë*, id eſt, [Eſt fons ſalientis in vitā æternā.] fons aquæ, ſalientis in vitam æternam. Hunc ſpreuerunt impij Iudæi, & inuocarunt Raſin, dicentes: [Ioan. 19.] *Non habemus regem, niſi Cæſarem.* Ideo Aſſur, puta Titus cum Romanis perdet eos. Ita S. Baſilius & Cyrillus.

[Chriſti ſilentium loquens & clamans.] Venerandum hoc Chriſti ſilentium non immeritò LOQVENS, aut potiùs clamans appellauerim: non minùs enim quàm ſtabulum, præſepe, panni & lacrymæ Chriſti validiſſimè omnibus inclamat: [Iudic 9. Ioan 13.] *Quod me videtis facere, citò facite. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hoc ſilendi exemplum Religioſi tanquam obiectum deuotionis*

 ſibi

VIRTVTES.
Vt illi adimitemur.

ſibi proponant. Huic intimo pietatis affe- A ctu adhærcant: huic ſe conforment; huic ſuam, qua poſſunt, coniungant & vniant ſilentij obſeruationem. Quinimò & Chriſtum rogent, vt ſuum ſilentium cordi labijſque eorũ inſtillet, & velut calculo ignito labia expurget, & ſilendi ſpiritum imprimat. Cùm enim Domini ſit gubernare linguam; nonniſi eius adiutorio, & diuinæ gratiæ influxu ſilere, & rectè proloqui poterunt.

II.
B. V. Maria Silentij eximia cultrix.

Sed alterum proferamus ſilentij ſtimulum: hoc eſt, à ſole ad lunam, à Filio ad B matrem, à fonte iuſtitiæ ad ſpeculum iuſtitiæ, à IESV ad MARIAM greſſum faciamus.

Ambroſ. l. 2. de Virgin.

De hac Ambroſius: *Sit vobis tanquam in imagine deſcripta virginitas, vitaque B.* MARIÆ: *de quâ velut in ſpeculo, refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis: Hinc ſumatis licet exempla* ſilendi, *vbi tamquam in exemplari magiſterio expreſſa probitatis, quid corrigere, quid tenere debeatis, oſtendunt.* Sed qualiſnam fuit hæc pulcherrima inter mulieres? Pergit

Reſtrictior fuit in loquendo.

Mediolanenſis Antiſtes: *Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, verecunda ſermone.* Epipha- C

Niceph. l. 2. hiſt. eccl. cap. 23.

nius Presbyter apud Nicephorum, de eadem ſic pronuntiauit: *Erat* MARIA *in rebus omnibus honeſta & grauis, pauca admodum, eaque neceſſaria loquens, ad audiendum facilis, & perquam affabilis.* Verùm qui verborum eius parſimoniam magis attendit & appendit

Bern. ſerm. ſuper illud *ſignum magnum.*

melleus ille Bernardus, ſingillatim enumerat quot vicibus locuta ſit. *In omni*, inquit, *textu quatuor Euangeliorum, ſi benè meminimus, non niſi quater* MARIA *loquens auditur.*

Quater tantum locuta legitur

Primò quidem ad Angelum, ſed cùm iam ſemel atque iterũ allocutus eam fuiſſet. Secundò, ad Elizabeth, quando vox ſalutationis eius Ioannem D *exultare fecit in vtero, & ea magnificante* MARIAM, *ipſa magis Dominum magnificare curauit. Tertiò, ad filium, cùm iam eſſet annorum duodecim, quod ipſa & pater eius dolentes quæſiſſent eum. Quartò, in nuptijs ad filium & miniſtros. Et is quidem ſermo certiſſimus index ingenitæ manſuetudinis & virginalis verecundiæ fuit.*

Quomodo cum Angelo locuta.
Petr. Dam. ſerm. 3. in Natiu. B. Mariæ.

Hactenus ille. In primo autem illo cum Angelo ſermone ſeruatam ab ipsâ Taciturnitatis grauitatem, obſeruatum quoque à B. Cardinale Petro Damiani. *Beata*, inquit, VIRGO MARIA, *audito Angelicæ legationis myſterio, ſolitum modeſti* SILENTII *rigorem tenuit; & ſi ipſa enim intra ſe diſcutere non poſſet, qualis eſſet illa ſalutatio, verbis tamen inquirere ſuperfluum deputauit. Sed mox tacendo audire meruit, quod interrogando inquirere non præſumpſit.* E

Labia eius vittæ coccineæ comparata.
Cant. 4. 3.
Delrio in hunc locũ.

Quid, quod & in ſacro Epithalamio hoc Deiparę Virginis ſilentium, & reſtrictioris oris eius gratia non obſcurè inſinuetur, cùm dicitur: *Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum dulce.* Probat Delrio ſolitas mulieres capillos conſtringere reſticulo, plurimum, purpureo: quod *vitta* dicebatur. Tali vittę dicit labia ſimilia ſponſę; quia nec nimis hiulca; coccinea quia roſea ſeu corallina.

Pſell. ibid.

Pſellus: *Tu verò per funiculum* SILENTII *dotem accipe; tum gratia Taciturnitatis ſic excellis*, inquit, *vt nihil ſuperfluum, nihil abſurdum excidat à labijs tuis.*

Rich. p. 2. in Cant. c. 19.

In vitta concinea Richardus quoque Victorinus Silentium cum charitate deſignari docet. Hac religioſi Silentij & charitate plenæ locutionis laude Deipara præcelluit.

Cauit ab otioſis verbis.
Guil. in hunc loc.
Iſai. 6.

Parum eſt, ait Guilielmus, *ſi dicam in ore eius non eſſe inuentum mendacium, cùm ab ore eius nec verbum quidem ſonuerit otioſum. Nec enim vel leuiter Verbi Mater verbo poterat offendere.* Vir pollutus labijs ego ſum, *ait Iſaias: & ſubdit cauſſam*, in medio populi polluta labia habentis ego habito. *Eximium & ſingulare fuit* MARIÆ *in medio talis populi habitare, & labia prorſus impolluta ſeruare. Habitans inter peccatores tam perfectam ori ſuo poſuit cuſtodiam, vt nec leuiter delinqueret in linguâ ſuâ.* Hæc ille.

Delrio in cant. 4.

Quibus ſymbolam addens Martinus Delrio, ſubiungit: Nonne hæc *labia* ſunt *vittæ* ſimilia? Sicut enim vitta fluentes capillos ſtringit, ita ſe *labia* eius per diſcreti cenſuram ſilentij ſtringebant,

Inutilibus & inordinatis.

ne quod ex eis verbum inordinatum, vel inutile efflueret. Lingua eius, æquè vt aliorum, in Vdo erat, ſed non vt aliorum lingua labebatur, quia diſcretionis vitta, nonniſi vtilia, & vtiliter loquebatur, *diffuſa hæc erat gratia in labijs eius.* Pſal. 44.

Quare non poterat non eloquium eius eſſe dulce, non tantum ſibi cauebat à noxijs & inutilibus verbis, ſed etiam ab vtilibus, cùm tacere melius, proferendis. Sed cur *vitta coccinea labia ſimilia*? Per rubentem coccum paſſio Dominica ſignificatur. Itaque ſicut vitta coccinea labia eius, quoniam tum etiam, cùm patientem cerneret filium, ſilentij diſtrictionem non remiſit, adeò vt nec tam acerbus materni affectus dolor, eiulatum vel clamorem femineum, vel vocem vllam animi fracti indicem extorqueret.

B. Virginis in paſſione Filij ſacrũ Silentium.
Iſai. 53.

Viderat Filium, *ſicut agnus coram tondente obmuteſcit, non aperientem* in paſſione *os ſuum*: Filio compatiens mater ſtabat iuxta crucem, doloris acerbitatem ſacro ſilentio premens. Antea *labia* eius *vt vitta* fuerunt, tunc autem reuera *vitta coccineæ* ſimillima fuere.

Eccleſ. 3. 7.

Spiritus ſanctus teſtatur, *tempus* eſſe *loquendi*, & *tempus tacendi*; tempore tacendi, labia eius fuerunt ſicut *vitta coccinea*, ſed tempore loquendi, ſicut mel dulce fluebat eloquium eius. Tempus erat tacendi, filio tacitè cruciatus perferente; tempus loquendi fuit, poſtquam idem filius triumphator ab inferis remeauit.

Mariã proponitur Religioſis.

Cùm igitur Deipara Virgo Religioſorum omnium peculiaris Mater ſit & Patrona, quantum hic genuinis filijs ſubditur calcar,

car,

car, ad grauitatem ſilentij eius imitandam? quam ſanè virtutem & in obiectum pij cultus, & deuotionis argumentum aſſumere licet. Vt quicumque eius ſibi exoptat patrocinium, tam illuſtre ſequatur, & impenſius colat ſilendi exemplum. Quo ſanè nomine non exiguos meritorum ſibi acquiret cumulos. Nam *ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat Matrem ſuam.*

Eccl. 3.

DISQVISITIO VII.

Quibus potiſſimùm locis ſeruandum ſilentium?

Ambroſ. l. 1. de offi. c. 10

NON ſemper, non vbique loquendum. *Sapiens*, inquit Ambroſius, *vt loquatur, multa prius conſiderat, quid dicat, aut cui dicat, quo in* LOCO, *quo tempore*. Hanc loci nunc conſiderabimus circumſtantiam.

Videtur omnibus locis ſeruandum Silentium.

Et quidem videri queat omnibus omninò locis ſeruandum Silentium. Si enim, vt S. BENEDICTVS dixit, *Omni tempore* SILENTIO *ſtudere debent Monachi*, conſequens videtur, vt eidem incumbant ſtudio omnibus in locis. Nam vbicumque tandem fuerint locorum, aliquo ſaltem ibi erunt tempore: quod ſi exigat ſilentium, vbi quæſo, aut quando loquendum? Sed enim vt ille ſemper dicitur ſtudere, qui quotidie certis horis operam nauat ſtudijs, & ad hoc deſtinata frequentat loca; ita quoque Silentio ſemper ſtudet Monachus, qui certis id temporibus, & deſtinatis obſeruat locis.

Aliquando tamen loquendum.

Enimuerò, qui rarò loquendi concedit licentiam, non perpetuo obſtringit ſilentio: qui in quadrageſima monet, ſubtrahendum aliquid *de loquacitate, de ſcurrilitate*; ſupponit aliàs loquendi eſſe & tempora & loca. Non immeritò proinde Camaldulenſes noſtri Prælatis præcipiunt, *vt cum omni diligentiâ inuiolabiliter cuſtodiri faciant ſilentium in omnibus* LOCIS *ac temporibus iuxta Regulæ tenorem.*

Cap. 49.

Camald. l. 1. conſt. c. 4. 42.

Quibus locis tacendum iuxta Regulam.

Quibus autem locis Regula ſilentium præſcribit? Primò, in Oratorio, vt patet cap. 52. deinde in refectorio, de quo cap. 36. Quo dicitur: *Summumque Silentium fiat ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis ibi audiatur.* Tertiò, in dormitorio, vt colligitur ex cap. 42. Quo præſcribitur vt poſt completorium nemo loquatur. Tempore autem S. BENEDICTI vix erant in dormitorio, præterquam nocturnis horis. Et hæc loca ſubindicari putem à Petro Venerabili, cùm Ciſtertienſium aduerſus Cluniacenſes obiectioni, quod iunior iuxta Regulam à ſeniore non peteret benedictionem, ſatisfacere volens, reſpondet: *In locis Silentio deſtinatis, peti ipſa corporis inclinatione, vt Silentium ſeruetur.* Et Hugo de S. Victore eâdem

Petr. Cluniac. l. 1. epiſt. 28.

A viuens tempeſtate, in Inſtitutione Nouitiorum tractans vbi loquendum, ait: *Quædam ſunt loca, in quibus perpetuum Silentium ſeruandum eſt. Quædam verò in quibus humanos ſermones, id eſt, confabulationes ad alterutrum edere non licet, exceptis iis verbis, quibus homo cum Deo, & ad Deum loquitur. Loca in quibus vana & ſuperflua dici debeant, inuenire non poſſum.* Sic ille, nulla in particulari deſignans loca.

VIRTVTES. *Generatim de iis quæ agunt.* Hugo c. 13. Inſt. Nouit.

Sed deſignauit illa ſequenti ſæculo ſummus Eccleſiæ Paſtor Innocentius III. antiquam diſciplinam his verbis reuocans:
B *In Oratorio verò, Refectorio, & Dormitorio continuum ſemper* SILENTIVM *obſeruetur: in Clauſtro quoque certis horis & locis ſecundum antiquam conſuetudinem monaſterij laudabiliter obſeruatam.* Et ita quidem pro noſtro Ordine, & ex ipsâ propemodum S. P. BENEDICTI, vt vidimus, Regulâ ad poſteriores deinde Ordines deriuata, & magno conſenſu recepta ſunt; ita tamen, ſuis Conſtitutionibus Pontificis verbis aut noſtræ etiam vſitatæ hactenus obſeruantiæ lucem ſubinde affundant. Vti diſcurrendo per hæc ipſa
C loca facilè apparebit.

Loca Silentij ab Innocentio 3. exprimuntur. Cap. cum à monaſt. de ſtat. Monach.

Explicatur.

PRIMÒ autem nominatur à Pontifice ORATORIVM, meritoque, quia aliud ibi agi non conuenit, quàm ad quod inſtitutum eſt, de quo ſequenti Libro ſuus erit dicendi locus. Hîc autem notandum *Oratorij* nomine intelligi totam eccleſiam, chorum ſcilicet, nauim, atque etiam ſacriſtiam. Vnde in nouiſſimis Conſtitutionibus Fratrum de monte Carmelo antiquæ obſeruantiæ, expreſsè nominantur *chorus*
D & *Sacriſtia*. Conſtitutiones Theatinorum deſignant chorum, eccleſiam & ſacrarium: Regulæ communes Societatis Ieſu, *eccleſiam & ſacriſtiam*; quæ, quia templi quædam appendix eſt, eiuſdem nomine comprehendi poteſt. Et Silentium ibidem requirit concilium Braccarenſe: *Theſaurarius*, inquit, *ſiue adituus, ne permittat miniſtris, ne beneficiarijs quidem, tam elatâ in Sacrario voce loqui vt foris audiatur, nec vaniloquio, aut nugis ſe ibidem recreare, quin è veſtigio pœnam his iniungat, & caſtiget.* Conformis eſt Eremitarum S. Auguſtini ſan-
E ctio: *In ſacriſtiâ tempore Miſſarum ſeruetur Silentium, ne deuotio celebrantium impediatur.*

I. *In Oratorio tacendum.*

Et locis ei annexis. Cõſt. Carm. part. 1. c. 9. Theat. Conſt. p. 2. cap. 7. Reg. com. Soc. 26

Apud. Nauar. c. 10 loco 5. q. 4. num. 17.

Erem. Aug. p. 2. conſt. cap. 12.

SECVNDÒ LOCO ponit Pontifex REFECTORIVM: id quoque ex Regulâ S. BENEDICTI, priſcorum & recentiorum Ordinum conſenſu. Quod Silentium infra ex profeſſo expendemus.

II. *In Refectorio.*

TERTIVS locus eſt DORMITORIVM, cui adiungunt Prædicatores & Carmelitæ *Cellas*. Sed cur has non nominauit Pontifex? nimirum quod tum Dormitorium apud Benedictinos non eſſet per Cellas diſtin-

III. *In Dormitorio.*

 ctum,

VIRTVTES. Benedictina cap. 15. Silendum etiam in Calefactorie.

ctum, quas poſtea etiam Benedictus XII. deſtrui iuſſit. Dormitorio autem annecti poſſunt duo alia loca, inquibus iam olim præſcriptum Silentium. *Calefactorium* ſcilicer, & locus in quo naturæ neceſſitati ſatisfaciendum, hæc enim vel in ipſo Dormitorio, aut vicino ſaltem loco eſſe ſolent. Et in ijs Conſtitutiones Theatinorum mandant ſeruari Silentium. Sed quod noſtros ſpectat, ad communem focum ſeruandum Silentium iam olim Benedictinis noſtris præſcripſit S. Dunſtanus, quem audi : *A Calendis Nouembris concedatur Fratribus acceſſus ignis, dum neceſsitas compulerit, & frigoris nimietas incubuerit. Quod tamen ſub* SILENTIO *fiat. Calefactorij* verò nomen occurtit in Vſu Ciſtertienſi, in quo ſeruatum Silentium, diſcere licet ex ijs quæ narrat Angelus Manrique : Petrum Bernardum, inquit, accendendo igni præfectum in Claraualle, quo hieme ſeminudi Fratres, poſt decantatas vigilias reficerentur, tabella hodieque appenſa inſinuat, in ipſo Calefactorij (ſic vocant) limine, poſteros in hęc verba commonefaciens. *Hoc in Clauſtri* CALEFACTORIO *Monachus ſe calefaciat ſine voce, ſed cum* SILENTIO, *& decore omnia faciat. Talis fuit Pater Eugenius calefactor Claræuallenſium, quem præclaræ virtutis genius Roma vexit ad Pontificium.* Sed vt Pontifici hunc alium ſubnectamus, Paulus IV. vt refert Carocciolus, eo loco vel maximè ſeruandum Silentium aiebat, quòd Petrus ad focum cum ancillâ loquendo Christum negaſſet. Quare & Caſinenſes optimè præſcribunt : *Silentium ſeruetur ad ignem communem Fratrum.* Quod etiam ſequuntur Monachi Montis-Oliueti.

Conſt. Theat. p. 2. cap. 7. Benedictinis id præſcriptum. Stat. Dunſt. cap. 2. B Obſeruatũ Ciſtertienſis. Cap 7. Manriq Ann. Ciſt. to. 1. an. Christi 1130 c. 8. n. 10. Eugenius III. Calefactor Claraualleniis. C Carocc Synopſ. vet. rel. iit p. 2. cap. 7. Caſin in c. 52. n. 6. Mõt. Oliu. in c. 8. reg.

Honeſtas in ſeceſſu ſilentium exigit.

De *ſeceſſu* vix opus verba facere, quæ ibi communi iudicio prohibita nemo non intelligit: & maximè indecorum foret ibidem aliquem alloqui. Vnde S. Fructuoſus : *Inſtitutum eſt regulariter, nullum omnino Monachum in* SECESSV *loqui debere.* Secuti hoc Decretum Fratres Eremitani S. Auguſtini, Canonici Regulares S. Saluatoris, de quo & S. Bonauentura, & crediderim vbique ex honeſtate ſeruari, quamuis id legibus apud omnes non ſit expreſſum.

Fruct. in regul. c. 3. Et quorumdã ſtatuta. Bonau ſpec p. 1. c. 16.

IV. In Clauſtro certis horis tacendum. Burſfeld. diſt. 2. c. 10.

QVARTÒ, ait Pontifex, *In* CLAVSTRO *certis horis & locis* ſeruandum Silentium. Sed cur dicit *certis horis & locis*, cùm Burſfeldenſes noſtri abſolutè ponant *Clauſtrum*, declarantes ſe per hoc intelligere ambitum monaſterij: in quo vbique & omni tempore, iuxta multorum conſuetudinem ſeruatur Silentium? Sed reſpondendum, reſpexiſſe Papam antiquam Ordinis, præſertim apud Cluniacenſes, conſuetudinem. Cùm enim ſtudium & lectio non in cellis, ſed in Clauſtro fierent, ibidem quoque deſignato loco, certiſque temporibus indulgebatur locutio, quod ex ipsâ S. Odonis colligitur vitâ, in quâ dicitur : *Eſt & alius intereos taciturnitatis modus. In incompetentibus namque horis, nemo intra* CLAVSTRA *eiuſdem monaſterij audebat loqui : nec ſe cum alio fratre iungere. Quando verò duodecim celebrantur Lectiones, nullus intra prædicta* CLAVSTRA, *præter ad Capitulum ſequenti die audet loqui.* Ex quo non malè colligas, alijs diebus horiſque competentibus id licuiſſe. Quæ quidem locutiones cùm ſequentibus ſæculis inualuiſſent, modum ijs, & reſtrictionem Petrus Venerabilis adhibendam putauit. Statuit enim, *vt quadrageſimali tempore, additis ad Silentium tribus diebus, hoc eſt tertiâ feriâ, & quintâ, & ſabbo, quibus in* CLAVSTRIS *iuxta morem priſtinum locutio eſſe ſolebat, continuum per totam quadrageſimam Silentium teneatur.* Iterumque : *Statutum eſt*, inquit, *vt de vſitatis in* CLAVSTRO *bonis locutionibus, ſecunda omni totius anni tempore ſubtrahatur.* Eamdem in Clauſtro locutionem reperire eſt in Statutis S. Lanfranci, aliorumque. Vnde & Caſinenſes, *Secundum diſpoſitionem*, vt inquiunt, *iuris communis*, præſcribunt, *vt ſeruetur ſemper Silentium in quadam parte* CLAVSTRI *circa Capitulum.*

Secundum veterẽ vsũ. Ioan Mon. vit. S. Odonis l. 1. Locutiones in clauſtro reſtrictæ. Stat. Petr. Venet. n. 20 Id. num. 22. Lanfr. c. 1. Caſin ad c. 52. reg. n. 5.

Etiam alijs in locis ſilendum.

Et hæc quidem de potioribus Silentij locis. In alijs verò officinis, & in bibliothecâ idipſum quantum fieri poteſt, ſeruandum ex eo capite, quod Legiſlator noſter edixerit : *Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.* Quod, iuxta Caſinenſes, eſt *totum tempus quod ſupereſt vltra Canonicas horas & refectionem & exercitij, ſiue laboris tempus, & aliud, in quo qualitas negotij exegerit* D *plures fratres in vnum conuenire.* Decernunt ijdem, vt dum fratres per hortum, aut per monaſterium pro ſuâ recreatione ambulant, alter alteri non ſe coniungat abſque Patris aut Seniorum licentiâ.

Cap. 48. Caſin. in hunc loc. num. 10.

DISQVISITIO VIII.

Cur à Completorio Silentium indictum?

Eccle. 3.

E OMNIA *tempus habent*, inquit Sapiens. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Sanctus verò BENEDICTVS dum dixiſſet; *Omni tempore Silentia ſtudere debent Monachi*, mox ſubiungit: *Maximè tamen nocturnis horis*; præcipuum quoddam & maximum Silentium nocturno tempore exigens, cuius initium ſumit à Completorio. *Exeuntes*, inquit, *à Completoria, nulla ſit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod ſi inuentus fuerit quiſquam præuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ ſubiaceat.* Quod decretum ex priſco Monachorum more acceptum apparet.

S. Benedictus maximum noctu Silentium exigit. Cap. 42. Ex veterum Monachorũ more.

Nam

Reg. Pach. art. 53.

Nam & S. Pachomius, *Nemo*, inquit, *in tenebris alteri loquatur, nullus cum alterò dormiat.* Quod Regula Orientalis exſcripſit. Notum autē incumbentibus tenebris dictum olim Completorium. Idem ſilentium inſinuat

Caſſian. coll. 17. c. 1. Id lib. 2. Inſt. c. 15.

Caſſianus: *Præcedente*, inquit, *collatione finita, paritérq; nocturno intercedente Silentio.* Idemque de Silentio poſt nocturnum officium agens, *Finitis*, ait, *Pſalmis, & quotidianâ congregatione abſolutâ, nullus eorum vel ad modicum ſubſiſtere, vel ſermocinari cum altero audet.*

Quem poſt illum alij ſecuti.

Sed poſt S. BENEDICTVM ab alijs quoque nocturnum hoc ſilentium Regulis expreſſum eſt.

Iſid. in Reg. Monach. cap. 6.

Iſidorus: *Peracto Completorio, valedictis inuicem fratribus, cum omni cautelâ & Silentio requieſcendum eſt, vſquequo ad vigilias conſurgatur.*

Fructuoſus Cap. 6. reg.

Et Fructuoſus: *In tenebris nemo loquatur alteri: nec accedat vllo modo iunior quilibet ad lectum alterius poſt Completam.*

Aurel. in reg. c. 35.

Regula Aureliani: *Hoc ſpecialius coram Deo monemus cuſtodiri, vt nulli liceat cum alio ſecretiùs loqui aut ſedere, præcipuè veſpertinis ac nocturnis horis.*

Cap. 30.

Regula Magiſtri: *Factis Completorijs in vltimo dicant hunc verſum:* Pone, Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis. *Mox ingrediantur Silentium, & ſuis ſe collocent lectis: & tanto ſilentio redigantur, vt vſq; ad nocturnos putetur nullus ibi eſſe de fratribus.*

Reg. ad virg. cap. 9.

Regula cuiuſdam ad virgines: *Ab horâ completionis, cùm oratio ad ſomnum capiendum datur, nulla omninò loqui præſumat, niſi grandis neceſſitas Monaſterij po*ſ*cerit.*

Recentiores Ordines. Cap. 6. reg. Præd. conſt. diſt. 1. c. 12. tex. 2. Canon. S. Saluat. cap. 13. conſt. §. 6. & 8. S. Thom. Quodl. 1. art. 20.

Idem in Regulâ Carmelitarum à B. Alberto Ieroſolymorum Patriarchâ ſtatuitur. Eadem ſanctio Prædicatoribus, Canonicis S. Saluatoris, alijſque Religioſis Congregationibus adeò vniuerſaliter præſcripta eſt vt S. Thomas ſcripſerit. *In Ordine Monachorum eſſe ſilentium poſt Completorium.* Huius iam vniuerſalis decreti conuenientias & cauſſas hic Diſquiſitione inueſtigabimus, vt eo etiam diligentiùs ab omnibus obſeruetur.

Cauſſa huius inſtituti.

I. Completorium ſpectat ad noctem.

PRIMA autem cauſſa ſit, quòd Completorium ad noctem ſpectet, in qua omnia conquieſcunt; quod egregiè explicauit

Amalarius de Eccleſ. offic. l. 4. cap. 8.

Amalarius: *Completorium*, inquit, *dicitur, quia in eo completur quotidianus vſus cibi, ſiue potiùs, qui neceſſariò ſumitur ad ſuſtentationem corporis, ſeu locatio communis. Vnde & apud Monachos tenetur vſus ex Regulâ* BENEDICTI. *vt ab eo officio clauſtra oris muniant, & ea aliena faciant à communi colloquio, vſquedum iterum ad opera redeant. Non enim immeritò poteſt hæc pars noctis conticinium vocari, in quâ conticeſcunt omnia.*

Ouid. 10. Metamorph. In qua ſilēt omnia.

Hinc Ouidius noctem deſcripturus ait:

Tempus erat, quo cuncta ſilent. ——

Stat. 5. Thebaid. Virg. 4. Æneid. Sap. 18. 14.

Et noctem ipſam Statius *quietam*; *Silentem*, Virgilius; *Taciturnam* Mantuanus dixit. Et Scriptura agens de internecione primogenitorum Ægypti mediâ nocte factâ, ait: *Cùm enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet.* Proinde cum hoc tempore omnia adeò conquieſcant, vt ipſa etiam nox tacere dicatur, ſicut dixit Maro:

VIRTVTES.

Virg. l. 1. Georg.

—— *Aut intempeſta ſilet nox:*

Longè à decoro abeunt, qui tempus quietis confabulatione, ſtrepitu, aut ſuſurro violant.

II. Apum nocturna quies & ſilentium.

SECVNDA cauſſa. Religioſorum ſymbolum ſunt apes, quæ eos cùm multa alia, tum etiam Silentium poſt Completorium docent. Poetarum principem de ijs audi:

Virgil. 4. Georg.

Poſt, vbi iam thalamis ſe compoſuere, ſiletur
In noctem, feſſaſque ſopor ſuus occupat artus.

Plin. l. 11. cap. 10.

Noctu, inquit Plinius, *quies in matutinum, donec vna excitet omnes gemino aut triplici bombo, vt buccino aliqua.* Poſt: *Cùm adueſperaſcit, in alueo ſtrepunt minus ac minus, donec vna circumuolet, eodem quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans: & hoc caſtrorum more. Tunc repentè omnes conticeſcunt.* Quid hoc, quæſo, aliud eſt, quàm religioſæ vitæ regulas ſeruare? Quare non immeritò ſilentij violatoribus illud Hieronymi occinam: *Monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam in paruis diſce corporibus.* Et illud Sapientis Romani: *Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores.*

Hieron. epiſt. 4. ad Ruſtic. Seneca l. 1. de clem. cap. 19.

III. Nox exercitijs deuotionis apta.

TERTIA cauſſa ſit. Nocturnum tempus vt quietiſſimum, ita maximè aptum eſt examini conſcientiæ, meditationi, contemplationi, & ſecretis orationibus, vnde Dominus dicitur pernoctaſſe in oratione Dei. Et in ipſo Completorio canimus: *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.* Quare indecens eſt, vt Religioſus tunc loquatur homini, cùm in ſilentio maximè loquendum eſt Creatori.

Pſal. 133.

Quod ergo in principio huius horæ cantamus: *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter*; id Humbertus ait idem eſſe ac *conuerte ab exterioribus ad interiora.* Vt ibi nimirum à corporeis occupationibus libera anima, *in aulâ mentis* (vt S. Leo loquitur) *poſſit diuinæ vacare ſapientiæ: vbi omni ſtrepitu terrenarum ſilente curarum, in meditationibus ſanctis, & in delicijs lætetur æternis.* Hæc Leo.

Humb. in reg. S. Auguſt. c. 38. Leo ſerm. 8. de ieiun. 10. menſ. & eleëmoſ.

Somnus oratione interpolãdus.

Pia oratione & meditatione interpolandam etiam

Iſidorus In reg. Monach. c. 13.

Iſidorus ſuaſit: *Stratus Monachi in nullâ turpi cogitatione verſetur, ſed in ſolâ contemplatione Dei. Accubans & requiem corporis, & quietem habeat cordis, cogitationeſq; prauas à ſe repellat, bonaſque amplectens, turpes à ſe reijciat.* Nimirum vt cum ſponsâ dicere poſſit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Sanctus quoque Pachomius de nocte euigilantem vult orationi incumbere. Maximum autem impedimentum

Cant. 5.

VIRTVTES.

pedimentum tam ſanctæ occupatinni præſtat confabulatio, aut occultum alloquium.

IV. *Nox quieti dedicata.*

QVARTA cauſſa. Nox dedicata eſt ſomno & corporali quieti. Hæc autem non modicè impeditur ſtrepitu, voce, clamore; præſertim cùm omnis ſonus magis exaudiatur, & ſenſum commoueat noctu, quàm interdiu. Id autem magis locum habet in eo dormitorio, vbi non cellulis, ſed lectulis tantùm ab inuicem ſeparati ſunt Monachi, quod tempore S. BENEDICTI, & longè etiam poſt in Ordine noſtro præceptum fuiſſe, & vſu obſeruatum, alibi oſtendam.

V. *Furtiua colloquia damnantur.*

QVINTA cauſſa. Damnantur inter Religioſos furtiua colloquia, quæ peculiares amicitias, ſuſurrationes, aliaque incommoda minimè pauca generare poſſunt: his autem nocturnum tempus cùm maximam occaſionem præſtet, iure omnis ſermo in eo ſuſpenditur: vt dum alias licita reticentur, ad illicita non facilè fiat tranſitus. In tenebris agere, ſemper ſuſpectum eſt, vt docuit ipſe Saluator noſter, dicens: *Qui malè agit, odit lucem.* Quantò autem faciliùs ſimul conferre eo loci, vbi omnes ſimul dormiunt parietibus minimè diſtincti, tantò maior cautio adhibenda fuit, vt omnis colloquendi anſa præſcinderetur. Quod egregiè Legiſlator noſter præſtitit, quadruplicem adhibens huic rei cautionem. Primum enim, *voluit ſingulos, per ſingulos lectos dormire.* Secundò, vetuit, ne *adoleſcentiores fratres iuxta ſe habeant lectos, ſed permixti cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſoliciti ſint, pauſent.* Tertiò, voluit, *vt candela iugiter in eadem cellâ arderet vſque mane.* Cur quæſo? niſi vt videri poſſit, num aliqui nocturnis vacent inter ſe fabulis, & an honeſtè quieſcant, quod etiam Iſidorus expreſſit: *Lux autem nocte dormientium locum illuminet: vt depulſis tenebris, teſtimonium pateat ſingularis quietis.* Quartò, ſtrictiſſimè indixit de nocte ſilentium, quod facile erat violare, cùm longo ordine in vnâ cellâ Fratres decumberent: quod periculum inſinuat etiam Iſidorus, dicens: *Nocte, dum ad dormiendum vadunt, ſeu poſtquam quieſcitur, vnus alteri nemo loquatur. Duobus in vno lecto iacere non licet. In nocturnis tenebris nemo loquatur fratri, cui obuiat.* Sed & S. Pachomius Iſidoro, & S. P. N. BENEDICTO multò antiquior, idem periculum conſtitutione ſuâ præſcidit, dicens: *Cumque ad dormiendum ſe collocauerit; alteri non loquatur, poſtquam obdormierit: ſi poſt ſomnum nocte euigilauerit, oret.* Et art. 53. *Nemo in tenebris loquetur,* Et auctor pœnarum apud Baſilium: *Si quis inueniatur noctu priuatim cum aliquo agens, aut locum vbi dormit mutans,*

Iſi nox & tenebræ opportuna. — Ioan. 3.20. — Cap. 22. — *Cautio adhibita huic periculo.* — Iſid. in reg. Monach, cap. 13. — Ibid. *Per ſtrictas ſilentij leges.* — Reg. Pachom. n. 50. — Num. 22.

præter voluntatem ad hoc deſignatorum, excommunicetur. Similiter S. Fructuoſus: *In tenebris nemo loquatur alteri, nec accedat vllo modo iunior quilibet ad lectum alterius poſt completa.* Et cap. 3. vult Præpoſitum in medio conſiſtere dormitorio quoad vſque cuncti quieſcant, omnibuſque iam cubantibus, *circumeat*, inquit, *ſilenter lecta ſingulorum, ne quis occultis muſſitationibus vacet.* Tanta ſcilicet cura erat, ne in lectis colloquerentur.

Fruct. in Reg cap. 12

IV. *Deus labia primum aperiat.* — Smaragd. in c. 42. Reg.

SEXTAM Cauſſam ità Smaragdus expreſſit: *Factus Completorijs, mox inter fratres ingrediatur Silentium, & ſic ſe ſuis collocent lectis, vt nemo alteri loquatur. Ideo enim poſt Completorium tacere debemus, vt meritò in nocturnis primò dicamus: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Hoc eſt, petamus Deum in nocturnis aperire labia noſtra, qua ſua cuſtodia in Completorijs clauſerat.* Hæc Smaragdus.

Poſt Cōpletorium nec edendū nec bibendum. — Amal. l. de ord. Antiph. cap. 7. — Lib. 4. de Eccleſ. offic. c. 8. — Wallonc. in comment. MS. — *Redditur ratio.*

Ceterùm, non eſt diſſimulandum quod Amalarius non ſemel monuit: Poſt Completorium nec edendum, nec bibendum, *In iſto*, inquit, *conſumitur eſus, potus, & collatio, & omne commune opus, omnia membra derelinquuntur à ſuffugio humano: ſoli Deo, qui non dormit, neque dormitat, committuntur.* Idemque alibi: *Igitur non eſt congruum, poſt hanc commendationem bibere, aut comedere, aut tale aliquid agere quod non pertineat ad quietem membrorum, & abalienationem ſtatus quieti corporis.* Benè proinde Walloncapellius perſtringit eos, qui poſt Completorium cenant: Irregulare, inquit, eſſe videtur poſt Completorium cenare, ſicut à feſto Crucis vſque ad Quadrageſimam pluribus fit locis, neſcio quâ indulgentiâ. Siquidem Completorium eſt ab Eccleſiâ ordinatum, vt vltimum ſit opus diei, vnde & nomen accepit, tum vt per Dei laudes & gratiarum actiones, quæ in eo fiunt, quieſcente carne, procul recedant ſomnia, & noctium phantaſmata, hoſtiſque noſter comprimatur, & ne polluantur corpora: quæ tantum abeſt, vt per cenas poſt Completorium inſtitutas contingant, vt contra, ſomnis, & phantaſmatibus, nec non pollutionibus materia paretur, hoſtique ſalutis noſtræ arma miniſtrentur.

DISQVISI-

DISQVISITIO IX.

Quouſque ſe extendat Silentium poſt Completorium?

I. *Silentium durat à Completorio vſque ad Primam.*

TRIA hîc quæro. Primum, ad quod tempus; Secundum, ad quas perſonas; Tertium, ad quos caſus Silentium hoc ſe extendat, ſiue quamdiu, à quibus, & quouſque hoc Silentium ſeruandum. Quoad tempus ex communi conſuetudi- B ne, quam Burſfeldenſes in Statutis ſuis expreſſerunt, durat hoc ſilentium *à Completorio conuentualiter decantoto, vſque poſt finem Primæ regularis diei ſequentis.* Eodem ferè modo habetur in Regulâ Carmelitarum, prout ab Innocentio IV. eſt mitigata, vbi ita ſcribitur: *Statuimus, vt dicto Completorio ſilentium teneatis, vſque ad Primam dictam ſequentis diei.* Circa cuius intellectum notandum primò, indictum eſſe ſilentium à recitato Completorio, non autem ab horâ Completorij: ex quo ſe- C quitur, etſi hora Completorij elapſa, ſi tamen à Conuentu non fuerit dictum, ſilentium necdum obligare. Quod ſi autem ante horam conſuetam dicatur, ex tunc obligabit. Ita Thomas à Ieſu.

Burſfel. diſtinc. 3. c. 10

Completorium debet eſſe recitatū.

In expoſit. reg. Carmel.

Publicè in Conuentu.

Notandum Secundò, intelligi de Completorio publicè in Conuentu peracto: ne quis fortè priuatè legendum tardè & fraudulenter differens, putet ſe licitè & impunè loqui, etiam ſine legitimâ cauſſâ, donec ipſe Completorium ſuum legerit, & abſoluerit. Ita Ioannes Craesbeech.

Craesb in c. 42. reg. S. Bened. Gloſſa 3 ad Reg.

Quidam legunt duo Cōpletoria.

Notandum Tertiò, non eſſe probandum illum vſum, quem Thomas à Ieſu commemorat, quo videlicet duo vel tres fratres Completorium in choro perſoluunt horâ competenti, & quia cauſſa aliqua ſubeſt, cur Silentium non teneatur, vt in magnis ſolemnitatibus fieri ſolet, differtur Completorium vſque ad decimam vel vndecimam noctis, atque tum ab omnibus in choro dicitur. Hoc autem eâ ratione fit, vt illi intentioni Eccleſiæ ſatisfaciant & horâ debitâ officium perſoluatur; hi verò Completorium (quod ipſi *de Silentio* vocant) adimpleant, & dicto hoc, Silentium teneatur. Moris autem huius veſtigium inuenio apud S. Lanfrancum, qui *itinerantibus* iſta præſcribit: *Antequam dormitum vadant, Completorium dicant. Quo dicto ſi grandis, quæ vitari non debeat neceſſitas loquendi eueniat, dicto verſu, quàm breuius fieri poſſit loquantur; & ſi ante matutinas hoc accidat, Completorium iterum dicant, & poſtea Silen-* A *tium teneant.* Hunc, inquam, morem ſibi minimè probari optimè dixit Thomas à Ieſu; vel enim, ait, hoc officium, quod à duobus vel tribus recitatur, eſt verè officium Completorij, & tunc eo dicto, Regula obligat, nam abſolutè in eâ habetur, vt dicto Completorio Silentium teneatur: vel non eſt verè officium Completorij, & ſic fruſtra recitabitur, ad ſatisfaciendum horis debitis, ab Eccleſia ad officia diuina deputatis. Tum etiam quia poſſent Prælati ſimiliter duplicem Primam fingere, & vnam horâ debitâ perſoluere; alteram horâ vndecimâ vel duodecimâ, & compellere Religioſos ad ſeruandum Silentium, vſque ad prædictam horam. Quare idem auctor iudicat conuenientiùs fieri, vt rationabili cauſſa exiſtente, Completorium differatur, quàm diſpenſare, vt dicto Completorio communitas confabulari poſſit.

Stat. Lanfr. Cap. 15.

VIRTVTES. *Improbatur & refellitur illa conſuetudo.*

Notandum Quartò, S. Dunſtanum hoc Silentij tempus magis extendiſſe, ita enim habet: *Omni tempore à primo pulſu veſpertinalis ſynaxis, Silentium teneatur in clauſtro,* C *vſquequo capitulum finiatur alterius diei.* Iuxta cuius Statuta, Primâ abſolutâ, & Pſalmis pœnitentialibus cum Litanijs; vacabant poſtea fratres lectionibus ſuis, deinde manibus laborabant, inde cantabant Tertiam, Miſſam matutinalem, ac tum demum ad capitulum conueniebant. Ex quo facilè apparet diutiùs duraſſe hoc Silentij tempus; quod etiam in primitiuâ Carmelitarum Regulâ à S. Alberto ſtatutum legimus: *Statuimus*, inquit, *vt ab horâ veſpertinâ, vſque in horam tertiam ſequen-* D *tis diei Silentium teneatis.*

Dunſtanus magis extēdit ſilentiū. In ſtatut. Cap. 6. Ibid. cap. 1.

Reg. S. Alberti.

Occurritur obiectioni.

Sed dicet quiſpiam, ſuperiùs ex Smaragdo dictum eſſe; in Completorio ora claudi, eaque in nocturno officio, per *Domine labia mea aperies*, reſerari, ergo non eſt protendendum Silentium vltra illud tempus. Reſpondetur, peti vt labia aperiantur ad laudandum Deum, prout ex reſponſione, quæ ſubſequitur, patet; *Et os meum annuntiabit laudem tuam.* Clauſa verò manent labia ſilentij ſigillo, ne hominibus loquantur. Voluit enim S. BE- E NEDICTVS omnibus nocturnis horis, quæ ad Primam vſque ſe extendunt, ſtrictum hoc Silentium à Monachis cuſtodiri.

Quoad SECVNDVM obſtringit hoc Silentium omnes omninò tam ſubditos, II.
quàm Superiores, cùm enim S. BENEDICTVS dicat: OMNES *ergo in vnum poſiti compleant, & exeuntes à Completorio, nulla ſit licentia denuo* CVIQVAM *loqui aliquid*: neminem videtur excipere, neminem non comprehendere. Quoad Superiores tamen,

Omnes tenentur ad hoc ſilentiū.

VIRTVTES.

men, notandum ijs ex rationabili cauſsâ permitti vt loquantur poſt Completorium; quia S. BENEDICTVS excipit caſum, *ſi neceſſitas hoſpitum ſuperuenerit, aut fortè Abbas alicui aliquid iuſſerit.* Vnde hoc eſt diſcrimen inter Prælatos & ſubditos, ait Thomas à Ieſu, quod hi ſine licentiâ, etiam neceſſariâ illo tempore loqui non poſſunt: illi verò generalem loquendi de neceſſarijs licentiam habeant.

Gloſſa 3. ad Reg. Carmel.

III. Quoad TERTIVM, in quibus caſibus non à Prælatis modò, ſed etiam à ſubditis ſolui poſſit Silentium, S. BENEDICTVS declarauit, nempe *ſi neceſſitas hoſpitum ſuperuenerit.* Ex quo capite Hoſpitalarius, Coquus, & alij qui in eorum receptione neceſſariò occupantur, loqui poſſunt. Deinde ſi Abbas alicui aliquid iniungat, aut interroget, ad quod ille reſpondere teneatur. Sed Cardinalem Turrecrematam cauſſas in quibus licitè Silentium violatur explicantem deinceps audiamus: Conſiderandum, inquit, quod temporibus nocturnis tria ſunt attendenda, in quibus fractio Silentij licita poteſt eſſe, videlicet damnum imminens, neceſſitas vrgens, interrogatio Superioris ſuperueniens. Damnum imminens, ſicut ſi videres incenſum ignem, licitè potes clamare, & aquam petere, & alia conuenientia. Neceſſitas vrgens, tam ſpiritualis, quàm corporalis. Corporalis, vt ſi videres fratrem ſubitò laborantem infirmitate aliquâ periculoſâ, loqui poteris, & ei ſubuenire. Quæ enim conſtituta ſunt pro charitate, non debent contra charitatē militare. Spiritualis, ſi in tali caſu frater infirmus vellet confiteri, tu poteris eum audire: & loqui ea quę ſunt opportuna cum illo. Interrogatio Superioris, cùm de aliquo ab illo, vt ei reſpōdeas, interrogaris. Hoc tamen, vt dictum eſt, cum ſummâ grauitate faciendū, tam ex parte Pręlati interrogātis, quàm ſubiecti reſpondentis. Hæc ille, Bernardum Caſinenſem ſuo more exſcribens.

Quibus caſibus ſolui poſſit à quolibet.

In c. 42. reg.

Sunt potiſſimùm tres.

DISQVISITIO X.

Quanti apud Benedictinos Silentium poſt Completorium fiat?

QVo loco ſilentium hoc & olim apud noſtros habitum, & meritò ſemper habendum ſit, duplici ex capite metiemur. Primò, ex verbis S. BENEDICTI. Secundò, ex rigidâ & accuratâ obſeruantiâ.

Et PRIMÒ quidē, cum S. P. alicubi monita & conſilia ſuggerat, alicubi verò leges ſtatuat & pręcepta; hîc ſanè indicat ſe poſterius hoc agere, abſolutè enim loquitur: *Nulla ſit licentia denuo cuiquā loqui aliquid.* Quæ verba præcipiendi vim habent, magiſque confirmatur ex ſequentibus. *Quòd ſi inuentus*

S. Benedictus abſolutè præcipit ſilentium à Cōpletorio.

Cap. 42.

A *fuerit quiſquam præuaricari hanc taciturnitatis Regulam,* &c. *Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio,* ait S. Paulus. Cùm ergo Silentij violatorem, præuaricatorem nominet, ſine dubio prioribus verbis legem ſtatuit, quam tamen S. Thomas ad mortale obligare negat. Iam verò poſtquam expreſſiſſet caſus quibus poſt Completorium loqui fas eſſet, vide quantam adhibeat cautionem. Vult enim, vt *ipſum cum ſummâ grauitate & moderatione honeſtiſſimè fiat,* tam ſcilicet à Prælato, quàm ſubdito, vt nimirum ſuperuenientibus hoſpitibus, aut dum

Rom. 4.

Qualiter lex illa obliget.

Quodlib. 2. art. 10.

B aliquid demandandum eſt, id etiam pauciſſimis quàm fieri poteſt efficiant verbis, vt ex reſtrictiori agendi modo diſciplina ſilentij aliquouſque reluceat.

SECVNDÒ, quantâ ſolicitudine ac diligentiâ idem ſilentium à noſtris Monachis obſeruatum fuerit, id partim ex varijs Statutis ſanctorum hiſtorijs manifeſtum eſt. S. Wolfgangus ex Benedictino Monacho Ratiſponenſis Epiſcopus, tam tenax Monaſtici moris fuit, vt etiam pontificali infulâ ſublimatus, à Completorio nihil prorſus,

Benedictini olim accuratiſſimè obſeruarunt hoc ſilentiū.

Surius in vitâ.

C niſi precando, loqueretur. Sed & Guilielmus Malmesberienſis commendat Lanzonem, quòd numquam poſtquam Monachicum accepiſſet habitum, *à Completorio exiens vſq; ad ſequentis diei Primam locutus fuiſſet.* Maius autem eſt, quod alibi retulimus de duobus Cluniacenſibus, qui ne quidem imminentis mortis metu, capti, ligati, ac cæſi nocturnum ſilentium rumpere voluerunt, niſi manè ſequētis diei peracto Pſalmorum curſu ſilentio finem impoſuiſſent. Quare

Malmesberienſ. l. 5. de Regib. Angliæ.

Vincent. Bell. l. 24 c. 60. ex vitâ S. Odon.

D etiam Deus tam generoſos ſanctæ Regulæ obſeruatores magno miraculo à barbarorū manibus liberauit. Nec iniucundū erit aliud exemplum ex S. Odonis diſcipulo ſubiungere, cui nimirum minùs viſum fuit magnum ſatis Monaſterij damnum pati, quàm ſilentij Regulam infringere. Narrat id vitæ auctor his verbis: Perſiſtente S. Odone orationis gratiâ intra ciuitatē, viſum fuit omnibus, vt frater noſter Dominus Godefridus ſuper paſtores equorum iret in campum. Factum eſt autem vt ſequenti nocte, cùm grauati ſomno paſtores obdormiſſent,

Etiam cum iacturâ rerum ſuarū.

In vit. S. Odon. l. 2.

E & ipſe peruigil orationi inſiſteret, fur adfuit, raptumque equum aſcendit, & fugam arripuit: prædictus verò frater maluit equum perdere, quàm ſilentium perdere, quod videlicet ſi feciſſet, fur equum dimitteret. Hoc tamen fecit, abijt, & tactum vnum è paſtoribus ſuſcitauit, eiq; quod contigerat, ſigno oſtendit. Peractâ itaq; nocte, & facto manè viderunt furē eminus vno adfixum in loco ſuper equū ſedere, quem apprehendentes vinctum eum Patri noſtro miſerunt: ſtatimque ei quinque argenteos ſolidos dari præcepit, dicens,

Quas tamen Deus ſeruauit.

dicens, iniuſtum eſſe, eum abſque digna mercede dimittere, eò quòd per totius noctis ſpatium, multum ſuſtinuiſſet laborem.

Addi his poterat tertium caput, ſeu pœnæ Silentium violantibus decretæ, è quibus colligi datur quo in pretio Silentium poſt Completorium ſemper habitum; ſed ijs ſuus infra ſeruatur locus.

DISQVISITIO XI.

Num ſignorum vſus probandus, ne voce Silentium violetur?

IAm ab aliquot ſæculis in Religioſorum familijs ea inualuit conſuetudo, vt temporibus ijs & locis, quibus Religioſius tacendi cenſura obſeruari debet, cùm aliquid ſignificandi adeſſet neceſſitas, manuum quibuſdam vterentur ſignis. Quæri autem poteſt, num hæc geſtuum & digitorum loquela in Monachis probanda? Et quidem contra eam hæc adferri poſſunt.

Quæ obijciantur contra Signa.

I. *Quod ſint apoſtatarum.* Prouerb 6. 12.

Primò enim, Salomon id tribuit apoſtatæ: *Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* Pro illo autem, *terit pede*, Hebræis eſt, *loquitur pede*, LXX. σημαίνει δὲ ποδί, *ſignificat*, vel *ſignum dat pede.* In noſtrâ ergo lectione, ait Ianſenius, *terit pede*, intelligendum eſt, quod terat terram pede, ad inſinuandum aliquid, quemadmodum & digito loquitur.

Ianſen. in hunc loc.

II. *Procorum & amantium.* Ouid. 2. Amor. Eleg. 5.

Secundò, Procorum & amantium propria videtur hæc dactylologia. Vnde Ouidius:

Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris.

Et alibi:

Non oculi tacuere tui, conſcriptaque vino
Menſa, nec in digitis littera nulla fuit.

Et Helena Paridi:

Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
Signa ſupercilio pænè loquente dari?

Ennius.

Huc refertur quod ab Ennio in quandam impudicam dicitur, cuius nulla pars corporis à ſignificandi munere vacabat, *alium tenet, alijs nutat, alibi manus eſt occupata, alijs peruellit pedem, alium inuocat, cùm alijs cantat, attamen alijs dat digito litteras.* Et puellam Naſo inſtruxit, quomodo animum expreſſura, & ſecum præſente viro tacitè locutura ſit:

1. Amor. Eleg. 4.

Me ſpecta, nutuſque meos, vultumque loquacem:
Excipe furtiuas, & refer ipſa notas.
Verba ſupercilijs ſine voce loquentia dicam,
Verba leges digitis, verba notata mera.

Indecens proinde videtur, vt eas vſurpet Religioſus loquendi notas, quæ impro-

A bis & meretricibus in vſu ſunt.

VIRTVTES.

III. *Videntur improbari à S. Baſilio.* Baſil in ſer. de inſtitut. Monach.

Tertiò, S. Baſilius Magnus Religioſorum Magiſter hæc ſigna videtur in Monachis improbaſſe, cùm ita ait: *Suſurrationes verò & in aurem locutiones, & quæ per nutus fieri ſolent ſignificationes, hæc à Fratrum conuentu longiſſimè ſubmouentur. Nam quæ nutu fit ſignificatio, ea indicio eſt malitioſum aliquem dolum in re latere. Ex quibus rebus odia, ſuſpicioneſque naſcuntur.*

IV. *Signis vtuntur hiſtriones.* Senec. Epiſt. 121.

Quartò, Hiſtrionicum videtur, & Monaſtica grauitate indignum, geſticulationi-

B bus vti. Nam Seneca ait: *Mirari ſolemus ſcenæ peritos, quod in omnem ſignificationem rerum & affectuum parata illorum eſt manus, & verborum velocitatem geſtus aſſequitur.*

Cyprian. de Spectaculis.

S. Martyr Cyprianus loquens de impudico, ait: *Cui ars ſit verba manibus expedire.* De huiuſmodi hominibus, Claudianus:

Qui nutu manibuſque loquax. ———

Caſſiod. var. lib 4. epiſt. 51.

Et Caſſiodorus: *His ſunt additæ Horcillarum loquaciſſimæ manus, linguaſi digiti, Silentium clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa Polymnia reperiſſe narratur, oſtendens, homi-*

C *nes poſſe & ſine oris affatu ſuum velle declarare.* Et paucis interiectis agens de Pantomimo, ait: *Tunc illa ſenſuum manus, oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam litteris edocet intuentis aſpectum; in illa leguntur apices rerum: & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declarauit.*

Et Pantomimi.

Idem lib 2. epiſt. 10. Χειρονομία.

Idemque alibi, agit de Muſicâ mutâ, *quæ ore clauſa, manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante linguâ, aut ſcripturæ textu, poſſit agnoſci.* Eleganter vetus Poeta lib. 4. Epigram-

D matum Collectionis Pithœanæ de Pantomimo.

Qui gestibus deſcribuntur.

Nam cùm grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quæ reſonat Cantor, motibus ipſe probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adſtat,
Illuſtrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguæ, quot membra viro, mirabilis eſt ars,
Quæ facit articulos voce ſilente loqui.

Manil 5. Aſtronom.

De hoc quoque Manilius:

E *Omnes fortunæ vultus per membra reducet,*
Æquabitque choros geſtu.

Sidon. carm. 23.

Et Sidonius Apollinaris:

Coram te Caramallus, aut Pabaton
Clauſis faucibus, & loquente geſtu,
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in ſchemate vel ſemel latebit.

Eraſmus eo nomine ſugillat Benedictinos. Eraſm l 8. Apophteg.

Hæc cùm ita ſint, Eraſmus ex hoc capite Benedictinos ſugillat, quod mimis hiſce atque hiſtrionibus ſimiles videantur, recitans enim Lesbonacem Mitylenæum hiſtriones ac geſticulatores appellare ſolere χειροσόφους, quod manibus ſaperent non lin-

VIRTVTES.

gua (etat enim ſaltationis genus, quo graues etiam hiſtoriæ citra vocem vel recitantis, vel tibicinis, ſolo corpotis geſtu ſic repræſentabantur, vt ſpectatores propè plus intelligerent ex ſaltatione, quàm ſi quis recitaſſet) hiſce deinde ſubdit: *Hae ars cannenit Benedictinis.*

V.

Petrus Cluniac. videtur ſigna perſtringere. *Petr. Venerab. lib. 4. epiſt. 17.*

Quintò, S. Petrus Cluniacenſium Abbas candem loquendi formam ita perſtringit: *Intuitus ſum vtriuſque generis haminum* (Cluniacenſium & Ciſterticnſium) *linguas tacentes, oculos, manus, pedeſque laquentes: & quod voce, ne praderentur, indicare nolebant, geſtuum ſuffragia clariùs inclamaſſe. Vocem mutam, membra loqnacia, & peruerſo naturæ ordine lapidibus clamoſos, homines hominibus taciturnos. Recordatus ſum ſæpè talia videns, illius Salamonici verbi, quo de ſimili hominum genere fatetur:* (Prou. 6. 12.) *Annuit oculis, terit pede, digito loquitur, praua carde machinatur malum, & in omni tempare iurgia concitat.* Sic illc. Vnde & Carthuſiani hanc indicandi per ſigna conceptùs methodum vix recipiunt, ita enim in Statutis legitur: *Soli degentes ſigna cœnobiorum aut nulla aut pauca nonimus, ſufficere putantes linguam ſolam, non etiam ceteros artus reatibus implicare loquendi. Et ideò ſi tanta neceſſitas vrget, vno vel duobus aut pauciſſimis verbis, quod res poſtulat, malumus indicari.* Sic illi.

Carthuſienſes vix ea recipiunt. Carthuſ. 2. part. Statut. antiq. c. 17.

Aſſtruitur vſus Signorum ex S. Benedicto. Cap 38.

Verùm his nequidquam obſtantibus, dicendum ſignorum vſum à Sancto BENEDICTO in Regulâ aſſertum, ſic cnim ſtatuit: *Summum fiat Silentium ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſaliùs legentis ibi audiatur. Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus & bibentibus, ſic ſibi inuicem miniſtrent Fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, ſanitu cuiuſcumque* SIGNI *potiùs petatur quàm voce.* Vbi nota *ſignis* petenda tantùm eſſe neceſſaria. Quod autem dicit ſonitu cuiuſcumque ſigni potiùs petendum, quàm voce, intelligeudum iuxta Boerium, *cùm miniſter non attendit ad circumſedentes vt deberet, tunc enim poſſet modico & temperato ſibila vacari, vt cùm dicitur,* ſci, *vel* St. *& poſtmodum ſignificare defectus ſalis, panis, aquæ, &c.* Vel poteſt intelligi, *vt fiat temperatus, ſonitus cum manu vel cultella percutiendo menſam, vt aduertat Seruitor negligens ad ſignum faciendum rei neceſſaria. Vel dic quod ſonitus alicnius ſigni eſt, cùm percutitur moderatè gladio vel digito amphora vini, vt tunc huius ſonitus ſignum, ſit ſignum defectus vini, cùm percutitur amphora aquæ, ſit ſignum defectus aquæ; cùm percutitur ad ſciſſerium vel ſcutellam, ſit ſignum defectus pulmentariorum, vel tallendi ipſa vaſa, & ſic de alijs.* Sie ille. Ex hoc igitur Regulæ loco Monaſticorum ſignorum non in menſa tantùm, ſed & alijs

Quid intelligat per per ſonitum cuiuſcumq. Signi.

A in locis atque temporibus cõſuetudo profluxerit, fuitque illa in Ordine noſtro celeberrima. Nam de Cluniacenſibus hæc in vitâ S. Odonis leguntur: *Quaties neceſſitas ad expaſcendum res inſtabat, toties diuerſa* SIGNA *inuicem fiebant, ad perficienda, quæ vellent; quas puto, Grammatici digitorum, & oculorum notas vocare voluerunt. Adeò nempe inter eos excreuerat orda iſte, vt ſi ſine afficio linguæ eſſent, ad omnia neceſſaria ſignificanda, ſufficere poſſent* SIGNA *ipſa.* Hæc ibi. Habetur autem de notitiâ *ſignorum* huiuſ-B modi caput integrum in MS. libro conſuetudinum Cluniacenſis Cœnobij. Leo quoque Marſicanus, Caſſinenſis Cœnobij Decanus, & poſteà Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, qui circa annum 1106. floruit, de ſimilibus Signis, quæ per *Regulatos Monachos* (vt titulus habet) manibus fiunt, pro locutione tractatum edidit. Prolixiùs verò eorumdem explicationem proſecutus eſt vetus manuſcriptus codex Rituum & Cerimoniarum Monaſterij noſtri Affligenienſis, eademque explicantur C in Cerimoniali Congregationis Valliſoletanæ, Valliſoleti Hiſpano ſermone impreſſo. Et pro Ciſtertienſibus obſeruantiæ Hiſpanicæ adiecta ſunt ad librum vſus Ciſterticnſis Ordinis, Salmanticæ editum. Eadem quoque Præmonſtratenſibus olim in vſu fuiſſe, teſtatur Seruatius, & verſibus deſcripta ex Scheſtlarienſi in Bauaria Cœnobio adfert. Ex quibus conſtat non nuperum eſſe hunc loquendi ritum, quem & apud alios antiquos Monachos legere eſt. Hinc S. Fructuoſus Legiſlatorem noD ſtrum imitatus, ait: *Si quid deeſt in menſâ, is qui præeſt, dato* SIGNO, *aut nutibus petat, & indicet miniſtranti, quid inſerri, vel auſerri à menſâ neceſſe ſit.* Regula Magiſtri: *Cùm Silentium cuſtoditur, ſi aliqua neceſſitas vtilitatis ad loqnendum fratrem perurgeat, & frater fratri vult loqui,* permittit *vel manu, vel nutu capitis, vel nutu oculorum* loquatur. Et in Prato Spirituali legitur de Abbate Theodoſio, quod iugiter ſilentium ſeruans, nemini loqueretur: *ceterùm ſi loqui voluiſſet,* SIGNO *potiùs quàm verbo vtebatur.* Et ante S. BENE-E DICTVM viguiſſe hunc ſignificãdi morem, conſtat ex Nicephoro, qui de Monachis agens, ait eos *ſignis quibuſdam, manuum impulſione, vel nutibus rem neceſſariam, ab eis, quibus vt menſæ prouiderent, obueniſſet, inſinuandapetere.* Et Caſſianus: *Decanus ſi quid menſa ſuperinſerri aut auferri neceſſarium eſſe perniderit, ſonitu potiùs, quàm voce ſignificat.* Atque illo antiquior Sanctus Pachomius in Regulâ ab Angelo traditâ: *Si aliquid neceſſarium fuerit ad menſam; nemo audebit loqui, ſed miniſtrantibus* SIGNI *ſonitum dabit.* Rurſumque de Piſtoribus agens: *Quan-*

Signa in Ordine noſtro celeberrima.

Ioan. Monach. lib. 1. vit. S. Odon. c. 14.

Qui de iis tradent.

Ann. 1599.

Seruat. to. 2. Catechiſ. Nouit. lect. 18. Reg. 17.

Veteres Monachi ea vſurparunt. Fructuoſ. in reg. c. 3.

Cap. 30.

Prat. Spirit. cap. 67.

Niceph. lib. 9. cap. 14.

Caſſian. lib. 4. cap. 17.

Pachomianus.

Pachom. in Reg. nu. 13.

da farinum

Idem num. 65.

do fàrinam conſpergunt aquâ, & maſſam ſubigunt, nemo alteri loquatur. Et quando tabulis ad furnum deportant panes, ſimile ſilentium habebunt. Si quid neceſſarium fuerit, non loquantur, ſed dent ſignum his qui poſſunt adſerre, quæ neceſſaria ſunt. Hæc Pachomius.

Quin & ſæculares & gentes variæ. — Origin. lib. 3. in Iob.

Sed non apud Monachos tantùm ſignis & nutibus locuti ſunt, verumetiam ſæcularibus hæc placuit conſuetudo. Commendat enim Origenes Perſas, Medos, & Chaldæos, quòd ſilentium ad menſam tenerent, nec niſi nutibus quidquam peterent: *In eſcis*, inquit, *ac potibus os non aperiunt ad loquendum: neque qui miniſtrant, neque quibus miniſtratur: ſed nutibus omnibus miniſtrantibus præcipiunt: hanc conſuetudinem pro mandato à prioribus accipientes, & velut legem hanc cum ſolicitudine obſeruantes; & qui hanc violauerit, tamquam maxima tranſgrediens iura torquetur.* Idem de Perſis ſcripſerunt Xenophon & Ammianus, & in conuiuijs Homericis obſeruat Athenæus. Iſidorus quoque de digitorum notis agens, eos militibus tribuit. *Sunt*, inquit, *quædam & digitorum notæ, ſunt & oculorum, quibus ſecum taciti proculque diſtantes colloquuntur: ſic mos eſt militaris, vt quoties conſentiat exercitus, quia voce non poteſt, manu promittat. Alij quia voce non poſſunt, gladiorum motu ſalutant.* Quare mirum non eſt, ſi recentioribus deinde Ordinibus non diſplicuerit hæc per nutus ſignificatio. Recepta enim legitur Fratribus Eremitanis Sancti Auguſtini, Canonicis Sancti Saluatoris, & Clericis Regularibus Sancti Pauli. Quare improbandum non eſt, quod tot Ordinibus probatum, à viris ſanctis præſcriptum, & vſurpatum eſt.

Xenoph. l. 4. Amm. l. 1. Athen. lib. 1. — Iſid. lib. 1. Orig. c. 25. — *Recentiores quoque Ordines.* — Eremit. S. Aug. p. 2. conſtit. c. 9. Can. S. Saluat. conſt. cap. 13. §. 11. Cler. S. Pauli inſtit. Nou. c. 19.

Diluuntur in contrarium allata. — Ianſ. in ca. 6. Prouerb. — *Explicatur Scriptura.*

Sed diluenda quæ in contrariam partem initio huius Diſquiſitionis allata ſunt. Ad Scripturæ locum breuiter reſpondeo, ſenſum eius, Ianſenio auctore, eſſe: Impium qui verbis amicitiam ſimulat, alijs corporis partibus contrarium ſignificare ſuis complicibus in perniciem alicuius, quem decipere & perdere ſtudet. Si autem quis innuere oculis, accipere velit pro fraudulenter nutu oculorum amicitiam ſimulare, quod verbum annuendi magis ſignificat, etiam reliqua duo de pede & digito ſunt eodem referenda, vt ſignificetur impium, & ore per verba, & reliquis corporis partibus, oculis ſcilicet & pedibus, & manibus per ſigna quædam & geſtus annuendo, ſcilicet & geſticulando, amicitiam ſimulare, ceterum corde aliud agere, machinari ſcilicet malum, vnde fit vt iurgia inter homines ſeminet, dum vbique mala ſuggerit, eiuſque ſuggeſtionibus & obtrectationibus facilè per amicitiæ ſimulationem creditur. Hæc Ianſenius.

VIRTVTES.

Reſpondetur ad Secundum.

Quod ſecundò proponebatur, amaſiorum eſſe nutibus & ſignis inuicem innuere, nihil vrget. Non enim aliud inde conficitur, quàm abſtinendum ab amatorijs ſignis, ſicut & à verbis turpibus & obſcœnis. Nec enim quia vocibus, epiſtolis, alijſque rebus indifferentibus amantes abutuntur, ab ijs ſtatim abſtinendum: ita enim propter abuſum reijciendus eſſet cuiuſq; rei vſus, ſed ſatis eſt, ſi ipſum caueamus abuſum. Ille autem non ſemper, neque vt plurimùm his ſignis ſubeſt.

Ad Tertium.

Ad Sanctum Baſilium non difficilis eſt reſponſio, agit enim de publicâ in conuentu locutione, præmiſerat enim: *Quod ſi ex inferiorum numero aliquis ſit, qui loqui velit, is tam diu exſpectato, quoad à Superiore ad loquendum fuerit inuitatus.* Ac tum ſubijcit cetera verba, dicens: Suſpiciones oriri ex clancularia locutione & nutibus, quod ſine dubio, cùm omnes ad colloquium conueniunt, cauendum. De hoc autem caſu eum loqui conſtat etiam ex immediatè ſequentibus, ait enim: *Quoties verò de re inter ſe colloquium haberi conueniet, vocis modum ipſis neceſſitas ipſa definiet.*

Ad Quartum, & Eraſmi ſcomma.

Quòd autem Monacho-maſtyx & irriſor Eraſmus ait, Benedictinos hiſtrioniam exercere, & inſtar Mimi illius χειρονόμους appellandos, mera ſubſannatio eſt: non enim ridiculam geſticulationem exercent Monachi, dum ſignis loquuntur, ſed quod neceſſarium fuerit, abſque voce breuiter inſinuant, quod neſcio cur meritò reprehendi queat, cùm ita Silentij cenſura inuiolata teneatur. Sufficerit hîc attexere exemplum quod in vitâ S. Odonis legitur: Quidam enim Monachus cum Silentium violaret, & alter ei de more *ſignum* faceret, vt taceret, quod eſſet incompetens horâ, indignatus ille ob negatum reſponſum, vehementer in eum inuectus eſt, atque inter cetera dixit: *Non ſerpentem me fecit Deus, vt tuo more debeam ſibilare, nec bouem, vt debeam mugire: ſed hominem me fecit, & vt loquar, linguam mihi tribuit.* Hæc & his ſimilia cùm inceſſanter oblatraret, concito greſſu receſſit ab eo Frater. Sequenti verò die cùm hæc omnia ad Capitulum fuiſſent delata & recitata, miſer ille non ſolùm veniam non petijt, verùm etiam bene ſe feciſſe reſpondit, addens inſuper non debere vel decere talem perſonam meliorem ſe increpare. Tunc Pater noſter Odo ſuper eius ſuperbiam indignatus, ait commotus. *Hodie dies dominicus eſt, ideò nullus contri-*

Lib. 2. vit. S. Odon. c. 11. — *Irriſor ſignorum miſerâ morte extinguitur.*

VIRTVTES.

ſtari debet, & ideò iſta diſcuſſio ſuſpendatur in craſtinum. Factum eſt, & poſt puſillum, omnes à Capitulo ſurrexerunt: ille autem ſubitò factus eſt mutus, atque poſt triduum ſine ſermonum abſolutione eſt defunctus. Hæc ibi.

Reſpõdetur ad Quintum.

Petrus verò Cluniacenſis non vſum, ſed abuſum damnat, quo Cluniacenſes & Ciſtertienſes inter ſe diſſidentes, etſi voce tacerent, ſignis tamen fouerent ſimultates, & auerſiones, quod ex contextu facilè patet. Nec cenſendus eſt voluiſſe damnare antiquiſſimum in ſuo Ordine morem, quem non ignorabat à Sanctis vſitatum, & terribili hoc, quod recitauimus exemplo, veluti diuinitus ſtabilitum. Idem quoque dicendum de Carthuſianis, qui ſigna non omninò reijciunt, ſed nulla aut pauca dicunt ſe nouiſſe, & parcitatem in hoc genere requirunt, nam & nutibus aliquando vtuntur. Eodem enim capite dicitur: *Si quis importunus ad cellam venerit, vel nutibus, vel ſi non intelligit, verbis ad Coquinarium eum mittimus; ampliùs cum illo niſi iuſſi non loquimur, nec ſi ſit Germanus.* Atque hæc deſumpta ſunt ex Statutis Guigonis.

2. Part. antiq. ſtat. c. 30.

Loquendi per digitos formulæ. Prima.

Beda To. 1.

Interrogabit curioſior fortaſſe Lector, quis à Monachis per digitos loquendi vſitatus ſit modus? Reſpondetur varios eſſe poſſe, nam Venerabilis Beda integrum conſcripſit librum de computu & loquelâ per geſtum digitorum, ſiue vt alij vocant, de *Indigitatione*, vbi numerales notas, omneſque Alphabeti characteres digitorum variâ inflexione exprimere docet. Quod ex eodem Ioannes Baptiſta à Portâ deſcripſit, idemque alterum ſuggerit modum, nimirùm eas corporis partes oſtendendo, vel digitis contingendo, ad quas ſcribendum primum litteræ exiguntur, quas rei exprimendæ neceſſarias eſſe cognoſcimus, donec totum id quod voluerimus expreſſum ſit. Exempli cauſsâ: Si contingamus *Aures, Barbam, Caput, Dentes, Epar, Frontem, Guttur, Humeros, Ilia, Linguam, Manum, Naſum, Oculos, Palatum, Quinque digitos, Renes, Supercilia, Tempora, & Ventrem.*

Ioan Bapt. lib. 1. cap. 11. de occult. litt. notis. Secunda.

Tertia commodior.

Tertius, & paulò fortaſſe commodior eſſe poteſt modus, qui nobis inter ſcribendum occurrit, ſi ſingulæ litteræ digitorum vnguibus & articulis affixæ concipiantur, atque ad eorum contactum ipſos characteres ſignificari concipiamus. Sic enim non adeò vaga erit geſtuum expreſſio, quæ vnâ manu fieri poterit: eodem ferè modo quo carminum dimenſiones in digitis pueri recenſent, aut quo muſicarum notularum variationes in articulis manus doceri ſolent. Omnes autem hæ formulæ id habent incommodi, quod ſingulis ſignis ſiue notis vnica tantùm exprimatur littera, adeoque pluribus omninò opus ſit ad integram orationem repræſentandam: quod faſtidioſum procul dubio eſt, & ſatius meo iudicio foret, breuiter & ſubmiſsâ voce rem indicare, quàm longis & ſæpè dubijs geſtuum ambagibus auditorem detinere, aut illius reſponſum æquali morâ præſtolari. Quare non legi apud vllos Religioſos aliquem horum modorum receptum.

Non carent incommodo.

Formulæ faciliores & vſitatiores.

Vniuerſæ proinde, quas deſcriptas legi, ſignificandi formulæ tales ſunt, vt integrum nomen, verbum, & interdum etiam breuem ſententiam oculis obijciant. Vnde perfacilis & breuis eſt hæc ſignificandi methodus, eamque amicam ſuam Ouidius docebat, cùm ita cecinit:

Cùm tibi ſuccurret veneris laſciuia noſtra,
Purpureas tenero pollice tange genas.
Si quid erit, de me tacitâ quod mente loquaris,
Pendeat extremâ mollis ab aure manus.
Cùm tibi quæ faciam, mea lux, dicamve placebunt,
Verſetur digitis annulus vſque tuis.
Tange manu menſam, tangunt quo more precantes,
Optabis meritò, cùm mala multa viro.

Sic ille. Ex quibus antiquitas ſignorum vtcumque etiam colligitur.

An licitum Signis agere cum excommunicato.

Boër. in cap. Reg. 26.

Cap. 38.

Tandem circa hæc Signa dubium mouet Petrus Boërius. Num cum excommunicato liceat ſignis loqui, id enim non illicitum apparet, nam S. BENEDICTVS ſigna permittit in Refectorio, vbi tamen ſummum Silentium vult ſeruari, *ita vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis, ibi audiatur.* Nefas tamen id eſſe aſſerit Boërius, probaturque ex ipsâ Regulâ, nam S. BENEDICTVS vetat, *nè quis Fratri excommunicato quolibet modo præſumat ſe iungere, aut loqui cum eo vel mandatum ei dirigere.* Per Signa autem aliquo modo iungimur, & loquimur, vnde & in ægrotante pœnitentiæ ſigna cùm aliud non poteſt, *pro confeſſione admittuntur, & in matrimoniali contractu nutus ſponſæ pro verbis admittuntur.* Et in iure ſtatuitur, *vt ſi quis Frater aut palam, aut abſconsè cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione, ſtatim cum eo excommunicationis contrahat pœnam.* Abſconsè autem videtur loqui, qui per Signa mentem ſuam manifeſtat.

Reſponſio negatiua probatur. Cap. 26.

C. XI. Q. III. cap. 18.

DISQVI-

DISQVISITIO XII.

Quot modis Silentium violetur?

Silentium varijs modis violatur.

SILENTII cenſuram, vt licuit, recenſuimus; nunc in violatores, violandique modos inquirimus, vt quibus afficiendi pœnis, deinceps adijciamus. Vt autem Silentium eſt ceſſatio à loquelà, quod Papias dixit *nihil eſſe, nam vbi vox non eſt, Silentium dicitur: ſicut tenebræ nihil ſunt, ſed vbi lux non eſt:* ita violatio Silentij vocis eſt emiſſio, ſiue loquela.

I. *Voce, ſibilo, clamore.*

PRIMÒ igitur, qui ſermonem cum altero conferit, qui clamat, vociferatur, ſibilat, apud ſe cantillat, aut altiùs legit, Silentium, cenſetur interrumpere. De colloquio & clamore, res omninò certiſſima, & de hoc videndus infrà XI. Humilitatis gradus. Sibilus verò, quia mentem audientis cogitationemque auocat, ſibique reddit attentum; meritò Silentij tempore damnatur, quando & audientium quieti non minùs quàm loquentis Silẽtium consulit. Cantillare verò, ſiue in cellâ, ſiue per hortum, & in alijs ambulacris fas non eſt, quamuis pium quidpiam vel Eccleſiaſticus hymnus caneretur. Quo nomine legimus Ioannem Damaſcenum, nouitium à Magiſtro reprehenſum, quod compoſitum à ſe *carmen intra cellam cantillaſſet.* Cùm autem Ioannes ſeni cauſſam expoſuiſſet, *humique proſtratus veniam poſtularet: Senex enim ſtatim è cellâ eiecit,* nec aliorum pro diſcipulo deprecationibus motus veniam indulſit, niſi priùs Lauræ ambitu peragrato, *ſuaptè manu monaſticarum cellarum ſordes atque excrementa purgaſſet.* Tanti ſtetit vel leuiſſima Silentij violatio.

Huc ſpectat cantillatio.

Seuerè punitus in Damaſceno. Ioan. Ieroſ. in vitâ Damaſc. c. 19.

Ibid. c. 20.

Altior autem lectio ab ipſo S. P. BENEDICTO interdicta tẽpore meridianæ dormitionis. *Poſt Sextam,* inquit, *ſurgentes à menſâ, pauſent in lectis ſuis cum omni Silentio: aut fortè qui voluerit legere, ſic ſibi legat, vt alium nõ inquietet.* Quod quidem ad alia Silẽtij tempora & loca extendendum, liquet. Nam ideò *expleto opere Dei,* iubet, *omnes cum ſummo Silentio exeant: vt frater, qui fortè ſibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate.* Et: *Qui vult ſibi ſecretius orare, oret non in clamoſâ voce.* Quod autem hîc dicit *ſummum Silentium,* idipſum & in menſâ, & poſt Completorium vult ſeruari, quomodo autem à ſimplici differat Silentio, dictum * alibi. Atque hæc de propriâ Silentij præuaricatione.

Legere altiùs vetitum. Cap. 48.

Cap. 52.

* Lib. 2. Catech. part. 1. diſq. 8. § 5.

II. *Sonitus quicumque Silentium rumpit.*

SECVNDÒ, minùs propriè violatur quocumque ſonitu, quem expreſſè Camaldulenſes noſtri proſcripſere: *Quoniam,* inquiunt, *Silentium non ſolùm loquendo frangitur; ſed etiam, & magis, aliquo ſonitu, rumore, vel ſtrepitu, ideo inuiolabili obſeruatione caueatur; ne vmquam horis Silentio deputatis, aliquid in cellâ, vel extra cellam Monachi, vel Conuerſi in officinis quidquam operentur, quod ſonitum aliquem, aut ſtrepitum poſſit cauſſare.* Impropriam dixi hanc Silentij violationem: iam vt verè Seneca: *Magis mihi vox auocare videtur, quàm crepitus. Illa enim animum abducit, hic tantùm implet aures & verberat.* Apud Stabulenſes noſtros ſtrepitum nocturno tempore, veluti contra Silentij cenſuram editum, grauiter legimus in S. Lamberto ex Epiſcopo Monacho, punitum. Quieſcentibus enim fratribus in communi dormitorio, ſurgenti Lamberto clam ad orationem, lapſus eſt calceus alter è manibus; qui feriens pauimentum, turbauit quietem Fratrum, & Abbatem excitauit. Hic nihil ſciſcitatus, *Quiſquis,* inquit, *ille fuerit, cuius culpâ fraternitas turbata eſt, pro conſuetudine noſtrâ ſe conferat ad crucem.* (Erat autem crux pœnitentiæ locus expoſitus, ſimilis carceri Climaci.) Lambertus promptè properauit ad crucem, tantùm cilicio indutus, in nocte gelidiſſimâ, & multâ glacie ac niue aſperrimâ. Nec inde diſceſſit, donec reuocatus eſt ab Abbate, qui mane facto circumſpiciens ante caminum circumſtantes Fratres, animaduertit Epiſcopum non adeſſe. Venit ſplendenti facie, propinquat ad ignem, Abbati petit veniam; reſpondet ille: *Nihil in me peccaſtis, quod ego vobis condonare debeam.* Seuera Monaſterij diſciplina: magna Lamberti virtus nobis imitanda.

VIRTVTES. Camald. lib. 1. conſt. c. 42.

Licet improprib. Senec. epiſt. 56.

Strepitus à S. Lamberto editus rigidè caſtigatur.

Stephan. in vitâ apud Sur. 17. Septemb.

Strepitum quoque excitare cenſendi, nimiùm in inceſſu præcipites, præſertim per dormitorium. Quidam enim greſſibus adeò grandibus gradiuntur, vt non leuem excitent tumultum, vicinaque omnia videantur tremere, quæ inſolentia quietos aliorum animos ad admirationem, vel aliquam ſubinde indignationem excitat. Huc referre licet frequentiores tuſſes, exſcreationes nimias, ſternutationes affectatas, oſcitationes, ſingultus, & ſimilia. Caſſianus enim ſummum Ægyptiorum Monachorum pſalmodiæ tempore commendans Silentium, inter cetera ait: *Non ſputum emittitur, non exſcreatio obſtrepit, non tuſſis interſonat, non oſcitatio ſomnolenta diſſutis malis & hiantibus trahitur, nulli gemitus, nulla ſuſpiria, etiam adſtantes impeditura promuntur, nulla vox præter Sacerdotis precem concludentis auditur.* Illud quoque non tacuerim, in Monaſterijs cauendum ne feles, canes, aut alia animantia ad ringendum irritentur, aut latrandum.

Ad hunc referuntur inceſſu præceps,

Tuſſes, oſcitationes, &c.

Caſſ. lib. 2. cap 10.

VIRTVTES. III.
Nimius Signorum vſus contra Silentium.

Tertiò, contra Silentij rigorem facit, qui locutionum ſigna temerè multiplicat. Reprehendunt enim Spiritualis vitæ Magiſtri Signorum nimium & multiplicem vſum, tamquam hac mutâ locutione etiam Silentij integritas temeretur. Quare & in hoc abſtinendum ſuis B. Bernardus, quadrageſimali præſertim tempore, indixit: *Quod ſi gula ſola*, inquit, *peccauit, ſola quoque ieiunet. Si verò peccauerunt & membra cetera, cur non ieiunent & ipſa? Ieiunet ergo oculus, qui deprædatus eſt animam; ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipſa.* Singuliſque ſuum aſſignans ieiunium, de manibus ait: *Ieiunet manus ab otioſis* SIGNIS, *& ab operibus omnibus, quæ non ſunt imperata.* Alibi quoque perſtringens Monachum ineptâ lætitiâ exultantem, ait apparere *in* SIGNIS *eius ſcurrilitatem, in fronte hilaritatem.* Vniuersè verò monet manuſcriptus liber conſuetudinum Monaſterij noſtri Affligenienſis, ſigna in aperto facienda, & non niſi de *neceſſarijs, vtilibus, & honeſtis.* In Conſtitutionibus Capituli generalis celebrati à Monachis S. Benedicti prouinciæ Cantuarienſis in Monaſterio S. Andreæ Northamtom, anno Domini 1225. ita ſtatuitur: Signa *non neceſſaria in choro, in refectorio, & alijs locis indebitis non fiant.* Quod menti S. Benedicti arbitror conſentaneum, qui Signorum non meminit, niſi tempore refectionis, quod aliàs eorumdem tanta neceſſitas non ſit. Iulius quoque Nigronus eadem in triclinio probat, quia hac ratione perfectiſſimum Silentium in cœnaculo retinetur: tum etiam quia multa, inquit, nutu commodè & decorè ſignificantur, ſi præſertim tacitus quidam conſenſus communitatis accedat. Quis non intelligat cultellum ſocio deeſſe, ſi cultellum tuum oſtentes? Quis non aquam infundendam, ſi digitum in aquæ vas intendas? In quâdam Italiæ prouinciâ, cùm anſa vaſis aquarij conuertitur ad miniſtros, aquam illi deeſſe intelligunt. Sic ille. Verùm nec ſignis, nec vocibus magnopere opus erit, ſi ſeruetur id, quod Sanctus Benedictvs his verbis præſcripſit: *Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus, & bibentibus, ſic ſibi inuicem miniſtrent Fratres, vt nullus indigeat petere aliquid.* Parcum autem tum hîc, tum alibi decet eſſe Signorum vſum; ſi enim quælibet indicare voluerimus ſignis, non ſecus ac vocibus, iam non minùs manus loquacitatis reatu implicabitur, quàm ſolet lingua. Hinc Ciſtertienſes præſcribunt, ne Fratres in labore multiplicent Signa, aut præſumant loqui, quod & alibi cauetur. Quare & in Statutis Hiſpanicæ Congregationis eiuſdem Ordinis, Salmanticæ impreſſis, non admodum multa habentur Signa, ſed tantùm ea quæ ad templum, Refectorium, & Officiales Monaſterij ſpectant. Huc etiam referri poteſt, quod in quibuſdam Monaſterijs in palimpſeſto, aut deletitiâ aliquâ tabellâ ſcribant, quæ neceſſariò petenda, eodemque modo reſponſum accipiant. De Carmelitis Diſcalceatis ſcribit Ioannes à Ieſu Maria, quod interrogationes & reſponſa neceſſaria, arctiſſimi Silentij tempore, ſcedulis in morem inductis expediant.

Bernard. ſerm. 3. de Quadrageſ.

Bernard. de grad. hum. grad. 1.

Signa in neceſſarijs & vtilibus tantùm adhibenda.

Nigron. ad regul. 15. com. Soc. Ieſu nu. 4.
Poſſunt per nutus ſuppleri.

Imò vix ijs opus, qui Regulam ſeruant.
Cap. 38.

Vſus Ciſtert. c. 75.
Et quidam ea reſtrinxerunt.

Alia praxes.

Ioan. à Ieſu Mar. inſtit. Nouit. p. 2. cap. 16. num. 14.

IV.
Litteris violatur Silentium.

Qvartò, ſcriptione litterarum, quâ abſentibus loquimur, cenſebat Bernardus Silentium quodammodo violari, vt * aliàs retulimus.

* Lib. 4. tr. 7. diſq. 3.

DISQVISITIO XIII.

Quæ violati pœna Silentij?

Cvlpam pœna ſequitur, & hæc illius quædam reparatio eſt: & ideò in Silentij violatores à ſpiritualibus Magiſtris eadem inuenitur decreta. Inde eſt quod Pariſienſis Cancellarius ſcripſit: *Religionum Fundatores conſiderantes multiplex in lingua vitio pendêre animæ periculum, ſanxerunt prouidiſſimè pro ſummo remedio, inge pro loco & tempore ſuis ſequacibus Silentium, certas pœnas in robur ſuarum ſanctionum contra tranſgreſſores adijcientes. Et clarum eſt experientiâ dicente, quod vbi hæc cenſura Silentij ſeruatur arctiùs, ibi Religio viget laudabiliùs, & perfectiùs.* Hæc ille. Et quidem Sanctiſſimus noſter Legiſlator agens de Silentio poſt Completorium, ait: *Quod ſi inuentus fuerit quiſquam præuaricari hanc Taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ ſubiaceat.* Sed qualis hæc pœna? Turrecremata ait: intelligendam eſſe arbitrariam ſecundùm modum loquendi, aut perſonam loquentis, aut materiam ſermonis. Petrus Walnem in MS. commentario, ait gloſſam quandam τὸ *grauiori vindictæ ſubiaceat*, exponere graui pœnâ, non grauiori, & legendum *graui vindictæ ſubijciatur*, non grauiori, intelligamuſque, vt ſit medium quoddam à leui & grauiori culpâ atque pœnâ. Mouit hunc Gloſſatorem ita interpretari, quòd Sanctus Benedictvs cap. 25. de grauioribus culpis agens, decernat in eum, qui grauioris culpæ noxâ tenetur, excommunicationem maiorem, dicatque terribili illâ Apoſtoli ſententiâ: *traditum huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini*, quæ ſententia grauior proculdubio eſt quàm vt pro violatione Silentij infligatur.

Legibus Silentij prudenter pœna adiuncta.

Gerſon. to. 2. in reſp. ad 4. qu. 9. concl. 3.

Cap. 42.
Quid grauior vindicta in Regulâ S. B.

Turrecr. in c. 42. Reg.

Verùm

Digitized by Google

Differunt grauior culpa, & vindicta.

Verùm non puto idem eſſe grauiorem culpam, & grauiorem vindictam, nam Legiſlator noſter, maiori etiam vindictæ ſubiacere vult eos, qui dum falluntur in Oratorio, nec tamen cum ſatisfactione ibi coram omnibus ſe humiliant, & pro illâ culpâ vult infantes vapulare. Ex quo colligas maiorem aut grauiorem vindictam non ſignificare excommunicationem maiorem, ſed vel minorem pro iis qui intelligunt, aut verbera pro pueris, nam S.Pater ordinem corripiendi deſcribens, excommunicationem præmittit acriori illi correctioni, quæ eſt vt verberum vindicta in reum procedat. Et cap.44. ſcribit, quo modo ſatisfaciant, qui pro leuioribus culpis excommunicantur, nihil proinde opus eſt textum hîc corrigere, & pro *grauiori vindictæ ſubiaceat*, ſubſtituere *graui*, cùm etiam excommunicatio à menſâ tantùm, aut diſciplina corporalis grauior vindicta reſpectu leuioris dici poſſit. Sed ad pœnas noſtras redeamus.

Carth. lib. de profect. ſpirit. art. *Patres Silentij violatores virgis & ieiunio puniunt.* Ciſt. diſt. 7. cap. 5. *Ciſtertienſes.*

Dionyſius Carthuſianus ait: *Patres fractionem Silentij ſtatuerunt percuſſione virgarum vlciſci.* Quinam verò hi Patres? Crediderim intelligi Ciſtertiēſes, quorum hoc decretum: *De Silentio rupto ſi recognouerit, vel culpabilis inuentus fuerit, in pane & aquâ ſit vno die, & in capitulo verberetur. Qui verò paßim, & ex conſuetudine fregerint, ſi ſæpius correpti ſe non emendauerint; omni ſextâ feriâ ſint in pane & aquâ vſque ad congruam emendationem, & ad nutum proprij Abbatis vltimi omnium habeantur.* In Conſtitutionibus Monialium reformatarum eiuſdem Ordinis in Hiſpania à Clemente VIII. approbatis ita decernitur: *Pœnitentia iniungenda illi, qua Silentium ſoluerit, eſt diſciplina, & aqua & panis humi, in quo Abbatiſſa rarò diſpenſet.*

Cap. 11.

Carthuſienſes. 2. part. Stat. antiq. c. 17.

Quid verò ipſi Carthuſiani? *Qui Silentium fregerit*, inquiunt, *culpam ſuam clamet, & diſciplinam accipiat in capitulo proximo ſubſequenti: & ſi aſſuetus fuerit in frangendo, pœnâ puniatur maiori, id eſt, quod vino careat, vel ad terram comedat in refectorio*, vt alibi exponitur. Monachi autem, imò & ipſe Prior & Procurator in menſâ Silentium frangentes, ſeptem pſalmos cum Litaniis dicere tenentur. Cæleſtini noſtri: *Silentium ſeruetur in choro, clauſtro, dormitorio, refectorio, ſtatutis quoq; horis: quòd ſi quis contrarium præſumpſerit, recipiat diſciplinam pro qualibet vice in capitulo.* Burſfeldenſes inter ea, pro quorum neglectu quis ſponte veniam petit, & nequaquam corporalis vindictæ, id eſt, plagarum iudicium euadat, recenſent quoque, *ſi quis poſt Completorium loquatur ſine grandi neceſſitate, & caſibus à Regulâ permiſſis.* Quid verò alij Ordines? Præmonſtratenſes ſtatuunt, vt qui in quatuor locis

2. part. Stat. nou. cap. 4.

Ibid cap. 1. *Cæleſtini.* Stat. vet. Cæleſt. lib. 3. c. 6. p. 9.

Burſfeldenſes.

Burſfel. in Cærim. p. 1. cap. 4.

Præmonſtratenſes.

Silentio deputatis illud violauerit, & veniam ſponte petierit, *vnum diem in pane & aquâ ſine diſpenſatione ieiunet.* Ab alio verò proclamatus, vnam correctionem inſuper accipiat. Prædicatores: *Si quis in menſâ Silentium fregerit ex propoſito, vel licentiam loquendi dederit, in vno prandio aquam bibat, & in capitulo coram omnibus vnam diſciplinam recipiat, exceptis infirmis decumbentibus, & in hoc non diſpenſetur, niſi per Magiſtrum Ordinis, & Priorem prouincialem, & hoc rarò & ex rationabili cauſſâ.* Et infrà: *Fratres in capitulo de Silentio ſe accuſent, ſicut de aliis culpis, & Priorum arbitrio puniantur. Si quis tamen inter duo capitula ſepties Silentium fregerit, in vno prandio ſedeat in terrâ.* Conſtitutiones verò Fratrū Ordinis B.V.Mariæ de monte Carmelo ordinatæ per Venerabilem Patrem Ioannem Soreth, eiuſdem Ordinis Generalem, ſtatuunt, vt violans Silentium poſt Completorium, ad terram panem & aquam comedat per tres dies: qui autem in locis Silentio deputatis, *grauis pœna* culpam ſuſtineat, id eſt, vt explicatur part.4. c.49. duas diſciplinas in capitulo accipiat, & per duos dies in pane & aquâ ieiunet: ſi veniam petierit, & non accuſatus fuerit: accuſato autem vna dies & diſciplina ſuperaddatur. Recentiores verò eiuſdē Ordinis Conſtitutiones pro fratribus antiquę obſeruantiæ à S.D.N.Vrbano VIII. confirmatæ, pœnâ mediâ puniunt violantes Silentium in locis interdictis; graui autem, qui ſæpiùs & diutiùs in dormitorio extra vel intra cubicula loqui deprehenſus fuerit. Vtraque pœna deſcribitur part.4.c.12. Additiones, ſiue Cōſtitutiones Petri Prioris de Aluaſtro ad Regulam Saluatoris Birgittinis præſcriptæ, leuis culpæ pœnam, id eſt, pſalmum cum diſciplinâ Silentium violantibus infligunt; ſi verò in dormitorio, præter diſciplinam in capitulo, vnius diei ieiunium in pane & aquâ. Hæc Ordinum de hoc puncto decreta.

VIRTVTES. Statut. Præmonſt. diſt. 3. c. 2. *Prædicatores.* Conſtit. Prædicat. diſt. 2. c. 14.

Carmelitæ à Ioanne Soreth reformati. Conſt. Carmel. part. 2. cap. 3.

Item antiquæ Obſeruantiæ. Conſtit. part. 1. c. 9.

Birgittini.

Priſcis quoque Monachis eandem culpam committentibus pœnam inſtitutam, colligere licet ex incerto auctore pœnarum apud S.Baſilium, qui ſic habet: *Si quis inueniatur noctu priuatim cum aliquo agere, aut locum vbi dormit mutare, præter voluntatem ad hoc deſignatorum, excommunicetur.* Et paulò pòſt: *Si quis veſperi poſt Pater noſter, inueniatur colloquens, excommunicetur.* quod de regulari excommunicatione, non eccleſiaſticâ Nigronus intelligit. Sed an hoc etiam Benedictinos tangit? Ioannes Monachus, auctor vitæ S.Odonis, id aſſerit, cuius hæc ſunt verba: *Inter cetera namq; ſua præcepta* B. BENEDICTVS *illud ſub excommunicatione legauit, quod de Silentio dixit, & ſub nullius Prioris arbitrio reliquit.*

Veteres Monachi ob hanc culpā excommunicati. Num. 12.

Num. 19.

An etiam Benedictinis. Lib. 2. ſub finem vit. S. Odon. *Aſſerit grauis auctor.*

VIRTVTES.
Sed ex Regulâ non patet.

Sed vbi, quæſo, hanc cenſuram Silentij violatoribus S. BENEDICTVS intulit? certe id in Regulâ non apparet, & tamen diligẽter ſe Regulam legiſſe hic auctor oſtendit, dum toties eius verba citat; vnde ergo hoc de excommunicationis ſententiâ hauſit? Ex vitâ credo S. BENEDICTI, in quâ ſcribitur quod Sanctimonialibus feminis, quę necdum linguam ſuam ſub habitus ſui freno reſtrinxerant, ſed obſequentem ſibi virum verborum cõtumeliis prouocabant, S. BENEDICTVS excommunicationis ſententiam interminatus ſit, dicens: *Corrigite linguam veſtram, quia ſi non emendaueritis, excommunico vos.* quæ etiam mortuæ viſæ ſunt de ſepulchris egredi, atque ab eccleſiâ exire, atque ad hoc exemplum prædictus auctor nos remittit. Sed animaduertendũ hîc eſt, non ob ſolam Silentij violationem has virgines excommunicatas, ſed ob contumelias bono viro illatas.

Vnde id hauſerit.
Greg. lib. 2. Dial. c. 23.

Ioannis Damaſceni & S. Lamberti graues pœnas ob exiguam Silentij violationem iam vidimus. Quid Caſſinenſes obſidionis tempore Silentij poſt Completorium interruptores, ſibi mulctæ loco irrogauerint, retulimus alibi. In hoc autem pœnarum cenſu recenſeri non immeritò poſſit *Silentij* ad aliquod tempus *impoſitio*, ſiue, vt S. Columbanus loquitur *ſuperpoſitio*, de quâ pœnâ ſuo agendum loco. Ita in Cõſtitutionibus Tereſianarum Virginum decernirur pro leui culpâ, inrer cetera etiam imponi poſſe Silentium, ſpecialiter pro violato Silentio Ordinis. Accommodata enim hæc pœna eſt, vt per quæ quis peccauerit, per hæc puniatur. Sic ingenioſus poëta fingit Iouem linguam, quâ malè vſa erat, Laræ Nymphæ abſtuliſſe.

Lib. 1. Tr. 8. Diſq. 10.
Silentij violatio Silentio punita.
Columb. in Pœnitentiali.
Conſt. Tereſ. cap. 16. num. 12.

Iupiter intumuit, quaq; eſt non vſa modeſtè,
Eripit huic linguam. ————

Ouid. lib. 2. Faſt.

Iam quod piſces natura muti in prouerbium abiere, vt *piſce taciturnior* dicatur, qui plus iuſto ſilet, hinc Claudianus Radamanthum ſcribit loquaciſſimos viros, & arcanorum proditores, in piſces apud inferos indui iubere his verſibus:

Loquaces mutati in piſces.

Qui iuſto plus eſſe loquax; arcanaq; ſueuit
Prodere, piſcoſas fertur victurus in vndas,
Vt nimiam penſent æterna SILENTIA *vocem.*

Sed hæc poëtica figmenta congruam tantùm loquacitatis iudicant medicinam & pœnam.

Verùm vt ad ſacra nos conuertamus, an non arctiſſimi quædam impoſitio Silentij cenſenda, quâ præcurſoris Chriſti pater Zacharias mulctatus fuit? Is enim accepto de futurâ prole cæleſti nuntio, cùm dubitans dixiſſet: *Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Reſpondens Angelus dixit ei: Ecce enim eris* TACENS, *& non poteris loqui, vſque in diem quo hæc fiant.* Meritò, inquit Theophylactus, hoc paſſus eſt, *quia contradixerat, vt* SILEAT. Et Titus: *Quia vocem edidiſti planè incredulam, propterea voce tantiſper orbaberis.* Euthymius verò ait Zachariam *Silentij flagello edoctum, vt Angelicis verbis crederet.*

Zacharias cur mutus factus.
Luc. 1. 18.

Crediderim & ego hoc Silenrij freno effrenem linguam ſenſim poſſe domari. Vt enim ex frequentatis actibus naſcitur habitus, & fabricando, quod aiunt, fabri fiunt; non ſecus ſilendo addiſcitur Silentium. Quâ mente Gregorius Theologus per quadrageſimæ ieiunium ſe obſeruaſſe ſcribit, ita canens:

Lingua Silentio benè domatur.

Totam intro mentem referens cogenſq; piorum
Poſt autem vt ſequerer dogmata ſancta virûm,
Portam ori appoſui, ſi cauſſam quaris, vt omni
Parte ſilens diſcam voce tenere modum.

Nazianz. Carm. var. 54.

TRACTATVS IV.

DE SCALA HVMILITATIS.

Perfectio turri comparata.

EVANGELICÆ *perfectionis celſitudo, ad quam Religioſi ſuo ſtatu adſpirant & tendunt, ab ipſo Euangelij auctore turri comparata legitur: cuius quidem fundamentum, fides; muri, ſpes; faſtigium, charitas. Vt autem à fundamento ad ſupremum vſque aſcendatur faſtigium Scali opus & gradibus Inde eſt quod Regius Vates virum, cuius eſt auxilium à Domino, aſſerat aſcenſiones in corde ſuo diſponere in valle lacrymarum: vt aſcendat de virtute in virtutem, videatque Deum Deorum in Sion.* S. P. BENEDICTVS *cupiens*

Pſal. 83.

piens ſuos ad culmen perfectionis & patriam cæleſtem adduceret, velut ſapiens architectus, Scalam illam Humilitatis duodecim gradibus compactam erexit, & ad aſcenſum ſeriò inuitauit. Hæc ſequentium deinceps Tractatuum argumentum. Sed ipſam ante omnia Scalam conſiderabimus, diſquirentes Primò, Cur de Humilitate accuratiùs S. BENEDICTVS *ſcripſerit?* Secundò, *Quid ſit Humilitas?* Tertiò, *Vnde ſuam de Humilitate doctrinam* S. BENEDICTVS *hauſerit?* Quartò, *Quantæ auctoritatis ea ſint, quæ de Humilitate* S. BENEDICTVS *ſcripſit?* Quintò, *Quæ & qualis Humilitatis Scala?* Sextò, *Quam varij Humilitatis gradus?* Septimò, *Quæ ratio graduum Humilitatis?* Octauò, *De ſuperbiâ eiuſq; gradibus Humilitati oppoſitis.*

VIRTVTES. *Scala Humilitatis ad eam ſcanditur.*

DISQVISITIO I.

Cur de Humilitate accuratiùs S. BENEDICTVS *ſcripſerit?*

Rationes explicatæ à S. B. Humilitatis.

QVAMVIS erudito & pio Religioſo facilè occurrant rationes, quæ Legiſlatorem noſtrum ad ſuſcipiendam de Humilitate tractationẽ permouere potuerunt; quia tamen ordinis ratio ita exigere videtur: & illæ nobis expendendæ ſunt, vt virtutis huius dignitatem penitius cognoſcamus, & ad eam amplectendam magis incitemur.

I. *Quia Chriſtus eam docuit.* Matth. 11. 29.

PRIMA autem ratio eſſe poteſt, quia Chriſtus Dominus ſpeciali quadam ratione ſe magiſtrum Humilitatis exhibuit, cùm ita locutus eſt: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.* Nec verbis modò, ſed ipſis factis Humilitatem docuit: *Vniuerſam namq; Domini diſpenſationem*, ait Baſilius, *ad Humilitatem nos inſtruere deprehẽdimus.* Humilitas enim, teſte Cypriano, eſt primus Religionis introitus, *ſicut in mundum primus Chriſti ingreſſus: vt quicumque piè vult viuere, humiliter de ſe ſentiat, neque ſuprà ſe in mirabilibus ambulare præſumat. Fundamentum ſanctitatis ſemper fuit Humilitas, nec in cælo ſtare potuit ſuperba ſublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noſter paruulus attulit, & à cunabulis nos ſibi conformes fieri volens, teneri voluit in vitâ, quod exhibuit in perſonâ. Quanta ergo Humilitatis virtus eſt*, inquit Gregorius, *propter quam ſolam edocendam, is qui ſine æſtimatione magnus eſt, vſque ad paſſionem mortis factus eſt paruus? Huccine*, inquit Auguſtinus, *redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi in te Domine, vt hoc pro magno diſcamus à te, quoniam mitis es & humilis corde? Itane magnum eſt eſſe paruum, vt niſi à te, qui tam magnus es fieret, diſci omnino non poſſet? Ita planè. Non enim aliter inuenitur requies animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat.* Hoc igitur verbo, hoc exemplo docuit Chriſtus. Sanctus verò BENEDICTVS, qui Magni Gregorij elogio dicitur, *Arctiſſimæ vitæ Magiſter optimus, ſummæ veritatis diſcipulus eruditus*; quid aliud doceret, quàm quod à ſupremo Magiſtro didiciſſet, qui ait, *Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus?* Quid, inquam, aliud poſſet docere eruditus ſummæ veritatis diſcipulus, quàm quod ipſa, Via, Veritas, & Vita docuiſſet?

Baſil. Hom. 22. de Humilit.

Cyprian. de Natiuit. Domini.

Et ad hoc venit in mundum.

Greg. lib. 4. epiſt. 38.

Auguſt. lib. de S. virginit. cap. 35.

II. *Eſt virtutum fundamentum.*

SECVNDA ratio ſit, quia Humilitas virtutum omnium baſis eſt ac *fundamentum*, in quo totius ſpiritualis vitę ſtructura fundatur; quare ante omnia de illo cogitandum. *Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis*, inquit Magnus Eccleſiæ Doctor, *de fundamento priùs cogita Humilitatis. Et fabrica quidem cùm conſtruitur, in ſuperna conſurgit. Qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celſitudinem humiliatur, & faſtigium poſt humiliationem erigitur.* Et rurſus: *Sed quia magnum faſtigium eſt, de fundamento cogita. Quo, inquis, fundamento? Diſce ab illo, quoniam mitis eſt & humilis corde.* Vide iam, quæſo, an non eodem ſenſu dixerit S. BENEDICTVS: *Omnibus Humilitatis gradibus aſcenſis Monachus mox ad charitatem Dei perueniet*, quæ fabricæ noſtræ faſtigium eſt. Et Patrem ſecuti filij, S. Gregorius & Bernardus, idem planè aſſerunt, ille quidem: *Quia enim origo virtutis Humilitas eſt, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propriâ; id eſt, Humilitate perdurat: à quâ nimirum ſi abſconditur, areſcit, quia viuificantem ſe intimis humorem charitatis perdit.* Hic autem: *Virtutum*, ait, *bonum quoddam ac ſtabile fundamentum Humilitas. Nempe ſi nutet illa, virtutum aggregatio non niſi ruina eſt. Fode in te fundamentum Humilitatis, & peruenies ad faſtigium charitatis.*

Auguſt. lib. 1. de verb. Domini ſerm. 10.

Gregor. lib. 27. Moral. cap. vlt.

Bernard. lib. 5. de conſiderat. cap. 14.

III. *Sine Humilitate virtutes nihil ſunt.*

TERTIA ratio ſit. Quod abſque Humilitate virtutes reliquæ ſubſiſtere nequeant, nam *qui ſine Humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat*, inquit Gregorius. Idemque alibi: *Si quælibet bona*

Gregor. in 3. pſal. pœnitential.

VIRTVTES. Bernard. homil. 2. ſuper miſſus.

bona adſint opera; nulla ſunt, niſi ex Humilitate condiantur. Et mellifluus Doctor non veritus eſt dicere: *Laudabilis virginitas, ſed magis neceſſaria Humilitas: illa conſulitur, iſta præcipitur. Sine Humilitate, audeo dicere, nec virginitas Mariæ placuiſſet*, cuius Dominus Humilitatem reſpexit.

IV. *Superat dæmonum inſidias.* Lib. 5. vit. Patr n. 129.

QVARTA ratio. Humilitas frangit & expugnat omnes dæmonis inſidias & tentationes. Oſtendit id Dominus S. Antonio, qui cùm per viſum mundum laqueis plenum ſpectaſſet, Dominumque rogaſſet, quomodo quis euadere poſſet, reſponſum accepit, id fieri ſolâ *Humilitate*. Habet autem hoc Humilitas, partim quia ſubiicit hominem Deo, facitque illum niti in omnibus diuino auxilio, partim quia affectum auocat ab omnibus illis, quorum obiectu diabolus tentationes ſolet excitare.

V. *Eſt Deo gratiſſima.* Pſal. 112. 6. Iſaiæ 66. 2. Pſal. 50. 19. Eccleſiaſt. 35. 21. Pſal. 101. 18. Iacob 4. 7. Chryſoſt. homil. 30. in Acta.

QVINTA ratio ſit, quòd Humilitas Deo ſit gratiſſima, veniam peccatorum mereatur, humilium preces Deus velociſſimè exaudiat, *humilia* enim *reſpicit in cælo & in terrâ*. Ad quem reſpicit, & ſuper quem requieſcit, niſi ad *pauperculum, & contritum ſpiritu?* Et: *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*. De oratione verò Eccleſiaſticus ait: *Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes*. Et Dauid: *Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum*. Denique, *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*. Optimè igitur dixit Chryſoſtomus: *Nihil conferendum Humilitatis virtuti, ipſa enim mater eſt ac radix, & altrix, & fulcimentum, & vinculum bonorum.*

VI. *Perfectio non acquiritur ſine Humilitate.* Caſſian lib. 12. Inſtit. cap. 23.

SEXTA ſit. Quod ſine huius virtutis adminiculo religioſa perfectio nequeat obtineri. Tractat id fusè Caſſianus, qui tandem ita concludit: *Euidenter itaq; monſtratur, non poſſe quemquam perfectionis finem ac puritatis attingere, niſi per Humilitatem veram, quam primitus fratribus reddens Deo quoque in penetralibus cordis exhibeat, credens ſine protectione eius, atque auxilio per ſingula ſibi momenta delato perfectionem quam cupit, & ad quam magnopere currit, ſe penitus obtinere non poſſe*. Et poſteà: *Nullo modo poterit in animâ noſtrâ virtutum ſtructura conſurgere, niſi priùs iacta fuerint veræ Humilitatis in noſtro corde fundamenta: quæ firmiſſimè collocata perfectionis & charitatis culmen valeant ſuſtinere.*

VII. *Humilitas mentem illuſtrat.* Prouerb. 11. 2. Matth. 11. 25. Gregor lib. 25. Moral.

SEPTIMA ratio ſit. Quòd mens per Humilitatem illuſtretur ad percipiendas res diuinas, iuxta illud Sapientis: *Vbi eſt humilitas, ibi eſt & ſapientia*. Et Chriſtus Dominus ait: *Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis*. *Lumen* enim *intelligentiæ*, inquit S. Gregorius, *Humilitas aperit, ſuperbia abſcondit. Nam ſecretum quoddam pietatis eſt, vt tantò minùs ad illud animus perueniat, quantò magis intumeſcit, quia eo ipſo foras repellitur, quo inſaniùs inflatur*. Et Cyrillus Alexandrinus: *Hæc planè humilis de ſe exiſtimatio, & propria indigentiæ confeſſio diuinæ gratiæ largitatem affatim conſequitur, & cæleſte impetrat auxilium. Contra verò, qui grande aliquid, & ſublime de ſe exiſtimant, arrogantq; maiora quàm ſibi adſint, diuino deſtituti præſidio aridi relinquuntur, bonorumque omnium egeni*. Ita legimus plures litteris numquam imbutos, ob Humilitatis meritum diuinitus hauſtâ ſapientiâ claruiſſe. Ita humilibus virginibus incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit Deus. Exemplo ſint S. Catharina Senenſis, Tereſia, & ex viduis S. Birgitta. In noſtro verò Ordine quadriga illa Prophetidum diuinis reuelationibus illuſtratarum S. Hildegardis, Eliſabeth Schonaugienſis, Gertrudis, & Mechtildis. In vitis quoque Patrum legitur Senem quemdam ſeptuaginta hebdomadas ieiunaſſe, ſemel tantùm in hebdomadâ reficientem, vt ſenſum alicuius Scripturæ aſſequeretur, qui cùm nihil proficeret, voluit fratrem quemdam accedere, vt ab eo requireret. Cùm autem egreſſus clauſiſſet oſtium ſuum, vt abiret, miſſus eſt ad eum Angelus Domini, dicens: *Septuaginta hebdomadæ quas ieiunaſti, non fecerunt te proximum Deo: nunc verò quando humiliatus es, vt ad fratrem tuum pergeres, miſſus ſum indicare tibi ſermonem*: aperienſque ei de re quam quærebat, diſceſſit ab eo.

Cyrill. lib. 6. in Ioan. cap. 12. *Patet in SS. Virginibus quibuſdam.* In vit. Pat. lib. 5. libell. 15. num. 72. *Monachus ſe humilians illuminatur.*

VIII. *Humilibus adeſt Spiritus ſanctus.* Iſaiæ vlt. 2. Gregor. lib. Dial. c. 10. Idem lib. 35 moral. cap. vlt.

OCTAVA ratio, quia Humilitas eſt ſignum præſentiæ Spiritus ſancti, imò & electionis æternæ, iuxta illud Iſaiæ: *Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum?* Ita S. Gregorius: *Mens quæ diuino ſpiritu impletur, habet euidentiſſima ſigna ſua, virtutes ſcilicet & Humilitatem, quæ ſi vtraq; perfectè in vnâ mente conueniunt, liquet, quod de præſentiâ S. Spiritus teſtimonium ferat*. Et alibi: *Quia Redemptor noſter cordo regit humilium, & Leuiathan iſte rex dicitur ſuperborum, apertè cognoſcimus, quod euidentiſſimum reproborum ſignum ſuperbia eſt, at contra humilitas electorum.*

IX. *Meremur Humiles cælum.* Luc 14. 11. Matth. 5. 2. Pſal. 17. 8. Iob 22. 29. Prolog. Reg.

NONA atque vltima ratio ſit. Quòd regnum mereatur cælorum, quod ipſe Magiſter Humilitatis docuit, dicens: *Qui ſe humiliat, exaltabitur*. Et clariùs: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Atque olim Pſalmiſta cecinit: *Tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis*. Et Iob: *Qui humiliatus fuerit*, inquit, *erit in gloriâ, & qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur*. Quo autem ſpectat tota S. BENEDICTI Regula, niſi *vt mereamur eum, qui nos vocauit, in regno ſuo videre, & vt fugientes gehennæ pœnas, ad vitam perpetuam poſſimus peruenire?*

DIS-

DISQVISITIO II.

Quid ſit Humilitas?

Humilitatis definitiones.

ANTEQVAM S. Patris noſtri de humilitate doctrinam diſcutiamus, videndum priùs quid ipſa ſit. Et quidem plures vnius huius virtutis SS. Patres & pietatis Magiſtri definitiones tradiderunt, quæ ad eius naturam, proprietates, & effectus cognoſcendos nos manuducunt.

Prima, Ioannis Climaci. — Climac. grad. 25.

PRIMÒ autem, S. Ioannes Climacus poſt varias aliorum definitiones, quas velut in Synodo effingit prolatas, ait eſſe animi gratiam ſine nomine, nec cognoſci poſſe, niſi ab eo, qui virtutem hanc habeat. *Solus*, inquit, *titulus supernè poſitus incomprehenſibilis eſt, ingentem atque infinitum perſcrutandi laborem, quærentibus præſtans. Erat autem titulus huiuſmodi.* SANCTA HVMILITAS. *Quicumque ſpiritu Dei aguntur, ij nobiſcum ad intellectuale hoc ſapientiſſimumque concilium conueniant. Scientiæ tabulas diuinitus ſcriptas & manibus intellectualiter ferentes, conuenimus & quæſiuimus, ac diſcuſſimus venerandi tituli virtutem. Et alius quidem hanc eſſe dicebat rectè factorum intentiſſimam obliuionem. Alius verò extremum ſe omnium, magiſq́ peccatis obnoxium exiſtimare. Alius mentis cogitationem, quâ ſcilicet imbecillitatem propriam infirmitatemq́ cognoſcit. Alius verò in irritationibus anticipare proximum, primumq́ iracundiam ſoluere. Alius gratiæ Dei & miſericordiæ agnitionem. Alius rurſum contriti animi ſenſum, ac voluntatis propriæ abnegationem. Ego verò cum omnia audiſſem, apud meipſum diligenter & vigilãter examinans beatiſſimum illius ſenſum, per auditum addiſcere non potui. Quocirca & omnium nouiſſimus velut canis cadentes micas ex menſâ probatiſſimorum patrum colligens, de hac ſingulari virtute ita definiens, dixi: Humilitas eſt animi gratia ſine nomine, ſolos apud eos nomen habens, qui illius experimentum ceperunt.* Ita ille.

Qui refert varias aliorum ſententias. — *Et ſuam depromit.*

Secunda, S. Baſilij. — Baſil. in cap. 2. Iſaiæ. — Idem in reg. breu. — Philipp. 2. 3.

SECVNDÒ, S. Baſilius ita definit: *Humilitas eſt depoſitio vani ſenſus, qui ab elatione vanæ de ſe exiſtimationis proficiſcitur.* Et alibi: *Humilitas eſt, cùm quis ceteros omnes ſeipſo ſuperiores exiſtimat ex præſcripto Apoſtoli, qui his verbis alloquitur Philippenſes: Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.*

Tertia, S. Auguſtini. — Auguſt. in Pſal. 33. conc. 2.

TERTIÒ, S. Auguſtinus humilem ſic deſcribit: *Quid eſt eſſe humilem? nolle in ſe laudari. Qui in ſe vult laudari, ſuperbus eſt. Qui ſuperbus non eſt, humilis eſt, nempe ille qui dicit: In domino laudabitur anima mea, audiant manſueti & lætentur.*

Quarta, Eſaiæ Abbatis. — VIRTVTES. Eſaias orat. 10.

QVARTÒ, Eſaias Abbas: *Quid*, inquit, *eſt Humilitas? Humilitas eſt cùm quis ſe peccatorem exiſtimat, & nihil boni facere in conſpectu Dei.*

Quinta, S. Bernardi. — Bernard. epiſt. 48. — S. Thomas 2. 2. q. 161. art. 1.

QVINTÒ, S. Bernardus: *Humilitas*, inquit, *eſt contemptus propriæ excellentiæ.* Aptiſſimè autem idem lib. de gradibus Humilitatis in principio: *Humilitas eſt virtus, quâ quis veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit.* A quâ definitione non longè abeſt illa S. Thomæ: *Humilitas eſt virtus, quâ quis defectum ſuum conſiderans, ſe in infimis ſecundùm modum ſuum continet.* Itemque: *Eſt laudabilis ſui ad ima deiectio.* Ad ima, inquit, quia Humilitas ab humo dicitur. Per illam enim ad infima, & veluti ad humum vſque deprimimur.

Ioan. Rusbrochij. — Rusbroch. lib. de præcip. virtut. cap. 2.

Ioannes Rusbrochius, myſticæ Theologiæ ſcientiâ & vitæ ſanctimoniâ illuſtris, non diſſimilem definitionem tradit: *Humilitas eſt animi demiſſia, id eſt, interna quædam & profunda cordis & animi coram celſiſſima Dei maieſtate inclinatio & ſubmiſſia, quam quidem & iuſtitia imperat, & cor diuino præditum amore, vrgente charitate omittere non poteſt.*

Explicantur hæ definitiones. — *Notitia ſui eſt fundamentum Humilitatis.* — Leſſ. lib. 4. de iuſtit. & iure cap. 4. dub. 7.

Pro explicatione harum definitionum notandum primò: fundamentum Humilitatis eſſe notitiam ſui, id eſt, imperfectionis & defectuum ſuorum. Comparatur autem hæc notitia (vt optimè exponit Leſſius) dum quis ſe coram Deo & Angelis conſtituens, conſiderat qualis ſit tum animo, tum corpore: quàm ignorans, quàm ad malum pronus, ad bonum lentus & infirmus, quàm rebus infimis addictus, quàm leuis & inſtabilis: quantis peccatis obnoxius, quantis miſeriis ſubiectus, quàm in Deum ingratus: præterea ſe ex ſe nihil boni habere, nihil poſſe, nihil eſſe, ſua omnia aſſiduè à diuinâ bonitate pendere, ſicut imago in ſpeculo dependet ab obiecto, ſicut pondus ſuſpenſum in aëre à manu tenentis; ſicut lumen à ſole, & ſicut vmbra à corpore: denique ſine aſſiduo Dei influxu ſe in nihilum ruere.

Bernard. ſerm. 47. in Cant. — *Coniunctæ cognitiones ſui & Dei.*

Dixi, coram Deo hanc conſiderationem faciendam, *quia ad illud lumen veritatis conſtitutus homo, ſeipſum & ſine diſſimulatione inſpicit, & ſine palpatione diiudicat*, vt inquit S. Bernardus. Sicut vt quis næuos omnes ſui corporis perſpectos habeat, ſeipſum ſoli exponit, vt in eius lumine omnia detegantur. Coniunctæ enim ſunt cognitio Dei & cognitio ſui. Vnde optimè dicebat S. Auguſtinus: *Domine Deus nouerim me, nouerim te, vt oderim me, & amem te.* Ex cognitione enim ſui ſequitur Humilitas vſque ad odium ſui. Ex cognitione Dei, ſequitur charitas & amor Dei.

Hinc naſcuntur affectus in voluntate.

Poſitâ autem hac cognitione in intellectu, ſequuntur in voluntate plures affectus, & actus Humilitatis. Hinc enim homo ſeipſum nihili æſtimans, vilipendit, &

Dei

VIRTVTES.

Dei donis iudicat indignum. Hinc eſt quod A veritate doctus, non cupiat ab aliis magni fieri, honorari, vel laudari: imò deſiderat vilis haberi & contemni, doletque ſi honor illi deferatur, quem in Deum refert, nec ſibi tribuit. Hinc aliis ſe conferens, cenſet ſe omnibus viliorem & deteriorem. Hinc veluti infimum mancipium, vel potiùs ſicut teſta figulo ſe Deo ſubiicit, vt de ſe diſponat pro ſuæ voluntatis beneplacito. Vlteriùs quoque ſubiicit ſe hominibus propter Deum, permittens ſe ab illis ceu Dei inſtrumentis regi. Denique in externis re- B bus, & functionibus quantum in ſe eſt, amplectitur ſemper viliora & infima. Ex quibus iam conſtat virtutem hanc non in intellectu, ſed in voluntate reſidere. Eſtque temperantiæ vel modeſtiæ, vt principali virtuti annexa: refrenat enim & reprimit impetum, ſiue motum ſpei, qui eſt motus ſpiritus in magna tendentis, facit ergo Humilitas, vt homo non ambulet in magnis, neque in mirabilibus ſuper ſe.

In quâ reſidet Humilitas.

Triplex Humilitas. Richard. part. 2. in Cant. c. 14.

Richardus porrò Victorinus triplicem facit humilitatem, quædam enim eſt *deuo-* C *ta*; quædam *voluntaria*, quædam *coacta*. Coacta eſt, quando homo peccata, infirmitatem, ac imperfectionem ſuam ante oculos ſibi reuocans, quaſi inuitam mentem, & bona ſua antè oculos magis habentem, detumeſcere facit, & ſibi vileſcere. In his, etſi coacta eſt, tamen perficitur, vt hanc mens aliquatenus conſequatur. Si tamen per negligentiam ceſſet cogendi magiſterium, ſtatim ab eâ dilabetur, & ad priſtinam ſuperbiam ſine remiſſione deducetur. Voluntaria eſt Humilitas, cum ex rationis ductu homo videt, quàm infirmus D ſit, & peccator: & quòd non ſit ei auxilium in ſe, & huic rationi conſentit voluntas, & hoc iudicium diligit, & deſpectus eſſe eligit; quia ſic noſſe, eſſe, ſic expedire nouit. Eſt item alia ſublimior Humilitas, quę non coacta, non rationis ductu tracta, non ſolùm voluntaria, ſed feruens & deuota eſt. Hanc habet perfecta anima, quæ tantò eſt humilior, quantò fuerit deuotior, & quantum creſcit in ſpiritu aut cognitione, tantùm proficit in humilitate. Vera enim gratia non extollit, ſed humiliat; quia hominem ſibi pleniùs demonſtrat, & ſublimitatem eius intelligens, videt quàm exiguum ſit, quod de eâ capere potuerit.

1. Coacta.

2. Voluntaria.

3. Deuota, & perfectior cæteris.

DISQVISITIO III.

Vnde ſuam de Humilitate doctrinam S. BENEDICTVS *hauſerit?*

AD Humilitatis virtutem ſine dubio ſpectat, alieno potiùs ingenio & iudicio niti, quàm ſuo; & non propriam, ſed ab aliis hauſtam tradere doctrinam. Vnde æterna ipſa Sapientia, & Humilitatis omnis archetypus dicebat: *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me.* Quo exemplo S. BENEDICTVS Humilitatis doctrinam non niſi humiliter ſibi tradendam putauit, ea enim potiùs attulit, quæ apud alios legiſſet, quàm quę de ſuo excogitaſſet. Duodecim enim illi Humilitatis gradus, quos aſſignat, apud Caſſianum lib. 4. ferè expreſſi leguntur. Abbas enim Pynufius tironem quemdam inſtituens, inter cetera tradit etiam quo ordine ad perfectionem aſcendere oporteat. Et principium quidem ſalutis ponit timorem Domini: qui cùm penetrauerit hominis mentem, contemptum rerum omnium, & totius mundi gignit dolorem. Quo contemptu ac priuatione facultatum omnium Humilitas acquiritur: ipſa autem decem indiciis (vt ille loquitur) comprobatur.

Humilis non iactat ſua.

Ioan. 7.

S. Benedictus gradus Humilitatis hauſit à Pynufio.

Caſſian. lib. 4. c. 39.

Vt verò ſciatur quomodo ex Pynufij exhortatione velut materia ſuam Humilitatis ſcalam S. BENEDICTVS conſtruxerit, lubet vtriuſque verba ſibi mutuo opponere, vt ex collatione res clarior euadat.

Confertur vtriuſque doctrina.

	S. BENEDICTVS Cap. VII. Regulæ.	PYNVFIVS apud Caſſianum lib. IV. cap. 39.
I.	PRIMVS *Humilitatis gradus eſt: Si timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, obliuionem omnium fugiat: & ſemper ſit memor omnium quæ præcepit Deus.*	E PRrincipium noſtræ ſalutis, eiuſdemque cuſtodia timor Domini eſt.
II.	SECVNDVS *Humilitatis gradus eſt: Si propriam quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectetur implere.*	Humilitas his indiciis comprobatur: ſi mortificatas in ſe habeat omnes voluntates.
III.	TERTIVS *Humilitatis gradus eſt: Vt quis pro Dei amore, omni obedientiâ ſe ſubdat maiori.*	Si nihil ſuæ diſcretioni, ſed iudicio eius (Senioris) vniuerſa committat, ac monita eius ſitiens ac libenter auſcultet.
IV.	QVARTVS *Humilitatis gradus eſt: Si in ipſâ obedientiâ duris & contrariis rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis, tacitâ con-*	Si in omnibus ſeruet obedientiam, manſuetudinem, & patientiæ conſtantiam. Si non ſolùm iniuriam inferat nulli, ſed ne ab

ſcientia

ſcientiâ potientiam amplectotur : & ſuſtinens non laſſeſcat, vel diſcedat.

V. QVINTVS *Humilitatis gradus eſt: Si omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa, per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo.*

VI. SEXTVS *Humilitatis gradus eſt: Si omni vilitate vel extremitate contentus ſit Monachus: & ad omnia quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum & indignum ſe indicet.*

VII. SEPTIMVS *Humilitatis gradus eſt: Si omnibus ſe inferiorem & viliorem, non ſolùm ſuâ linguâ pronuntiet, ſed etiam intimo cordis credat affectu.*

VIII. OCTAVVS *Humilitatis gradus eſt: Si nihil agat Monachus, niſi quod communis monaſterij regula, vel maiorum cohortantur exempla.*

IX. NONVS *Humilitatis gradus eſt: Si linguam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens vſque od interrogationem, non loquatur.*

X. DECIMVS *Humilitatis gradus eſt: Si non ſit facilis ac promptus in riſu.*

XI. VNDECIMVS *Humilitatis gradus eſt: Si cùm loquitur Monachus, leniter & ſine riſu, humiliter cum grauitote, vel pauca verba, & rationabilio loquatur: & non ſit clamoſus in voce.*

XII. DVODECIMVS *Humilitotis gradus eſt: Si non ſolùm corde Monachus, ſed etiam corpore Humilitatem videntibus ſe, ſemper indicet, id eſt, in opere, in orotorio, in monaſterio, in horto, in viâ, in agro; vel vbicumque ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus: reum ſe omni horâ de peccatis ſuis exiſtimans, iam ſe tremendo iudicio Dei præſentari exiſtimet.*

A alio quidem ſibimet irrogatam deleat atque triſtetur. VIRTVTES.

Si non ſolùm actuum ſuorum, verumetiam cogitationum nihil ſuum celauerit Seniorem.

Si omni vilitate contentus ſit, & ad omnia quæ ſibi præcipiuntur, velut operarium malum ſe iudicauerit indignum.

Si ſemetipſum cunctis inferiorem non ſuperficie pronunciet labiorum, ſed intimo cordis credat affectu.

B Si nihil agat, nihil præſumat quod non, vel communis regula, vel maiorum cohortantur exempla.

Si linguam cohibeat.

Si non ſit facilis ac promptus in riſu,

C Si non ſit clamoſus in voce.

Concludit S. BENEDICTVS.

Concluſio. *Ergo his omnibus Humilitatis gradibus oſcenſis, Monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem: per quam vniuerſo, quæ priùs non ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire: non iam timore gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſâ bonâ, & delectatione virtutum, quæ Dominus iam in operario ſuo mundo à vitiis & à peccatis, Spiritu ſancto dignobitur demonſtrare.*

Concludit Pynuſius.

D Talibus namque indiciis & his ſimilibus Humilitas vera dignoſcitur. Quæ cùm fuerit in veritate poſſeſſa, te ad charitatem, quæ timorem non habet, gradu excellentiore perducet, per quam vniuerſa quæ priùs non ſine pœnâ formidinis obſeruabas, abſque vllo labore velut naturaliter incipies cuſtodire, non iam contemplatione ſupplicij, vel timoris illius, ſed amote ipſius.

S. Benedictus induſtriè doctrinam Humilitatis expoliuit. Ex his iam patet, è quo fontè S. BENEDICTI doctrina profluxerit, ex quâ ſiluâ ligna collegerit, ad Humilitatis ſcalam duodenis diſtinctam gradibus componendam. Sed quemadmodum argentarij aliunde acceptum aurum poliunt, exornant, & in quam voluerint formam affabrè producunt: ita B. BENEDICTVS Humilitatis aurum in Caſſiani fodinis repertum ſplendidius longè effecit, variè exornauit, & cæleſtem quandam ex eo ſcalam conſtruxit, E per quam in æterna tabernacula poſt eum aſcenderemus. Copioſior enim magiſque ordinata eſt S. BENEDICTI de Humilitate tractatio, quam illa Pynuſij Abbatis.

Primò præmiſit exordium. PRIMÒ enim, aptiſſimum præmittit exordium, quo ad Humilitatem amplectendam ſuos exhortatur. *Clamat*, inquit, *nobis* Cap. 7. *diuino Scriptura, fratres, dicens: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur,*

VIRTVTES. *tabitur. Cùm hac ergo dicit, oſtendit nobis omnem exaltationem genus eſſe ſuperbiæ.* quaſi A

A neceſſitate Humilitatis. hinc Humilitatis neceſſitatem commendare voluerit, quòd quæuis exaltatio Humilitati contraria, genus aut ſpecies quædam ſit ſuperbiæ, quæ omnium virtutum ruina & ſcelerum eſt origo: nam vt dicit

Eccli. 10. Scriptura, *Initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Neceſſaria proinde Humilitas, quæ protetit ac ſuperat ſuperbiam, quod Dauidis ex-

Pſal. 130. emplo confirmat dicentis: *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Sed quid? Si non humiliter ſentie-* B *bam, ſed exaltaui animam meam: ſicut ablactatus eſt ſuper matre meâ, ita retribues in animam meam.* cuius Pſalmi interpretationem à SS. Patribus & ſacræ Scripturæ interpretibus petendam lubens prætermitto.

Secundò, aptè gradus diſpoſuit. SECVNDÒ, ne confuſo ordine Humilitatis indicia apparerent, S. BENEDICTVS ea aptiſſimâ ſerie diſpoſuit, & inter ſe colligauit, duodecim ex illis gradus fabricans, ex quibus myſticam ſcalam à terrâ in cælum erexit, ad inſtar illius, quæ Patriarchæ Iacob in ſomnis aliquando monſtrata C eſt. Hæc verò tropologia non modicum illuſtrat totam hanc tractationem, & voluptate quâdam animum detinet, ac gradatim aſcendere docet.

Tertiò, ſingulos gradus illuſtrat. TERTIÒ, ſingulos gradus non modò luculentiùs exponit, ſed ſacræ Scripturæ teſtimoniis, & exemplis communit, vt nullo modo vacillare poſſint greſſus, per hos

Pſal. 118. gradus incedentes: *Lucerna* enim, inquit Propheta, *pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Quàm aptè ergo lucernam hanc ad ſingulos gradus ſanctiſſimus Ma- D giſter accendit, & lumen præbuit ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Quartò, addidit duodecimum. QVARTÒ, Duodecimus gradus totus à S. BENEDICTO additus eſt, nihil enim de eo Pynufius, vt vidimus, qui tamen vtiliſſimus, & omninò neceſſarius. Nam, vt Hieronymus, vel quiſquis auctor com-

Hieron. in Lament. cap. 4. mentarij in Lamentationes Ieremiæ: *Ad cuſtodiendam cordis munditiam, externorum quoque ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt. Nam quantalibet grauitate mens vigeat, carnales tamen ſenſus pueriliter exterius perſtrepunt, &* E *niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam ardore refrenentur, ad fluxa quoque & leuia mentem eneruem trahunt.* Hæc

Eſaias orat. 20. ille. Quare Eſaias Abbas non neglexit inter Humilitatis officia recenſere, oculos humi defigere.

DISQVISITIO IV.

Quantæ auctoritatis ea ſint, quæ de Humilitate S. BENEDICTVS *ſcripſit?*

ANTEQVAM gradus Humilitatis in particulari diſcutiamus, illud notandum, quod etſi S. BENEDICTO Pynuſius Abbas præluſerit, & materiam, aut potiùs occaſionem ſuggeſſerit; gradus tamen Humilitatis à Scriptoribus ſoli S. BENEDICTO, vt Auctori paſſim tribui, & magni etiam in Eccleſiâ Dei fieri. Conſtat id in primis ex illuſtribus Scriptoribus, qui horum graduum non tantùm mentionem fecerunt, ſed eoſdem etiam ſcriptis ſuis propugnarunt, & longè lateque propagauerunt. Hos inter principem ſibi locum vendicat Theologorũ Princeps & anteſignanus S. Thomas, qui de Humilitate diſſerens, peculiari articulo diſquitit; *Vtrum cõuenienter diſtinguantur ſecundùm* B. BENEDICTVM *duodecim gradus Humilitatis?* quos ibidem recenſet, tandemque concludit rectè omninò aſſignatos. *S. Thomas recenſet gradus Humilitatis ex S. Benedicto.* S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 6. Hinc porrò factum, vt plures qui Summam eius Theologicam cõmentariis illuſtrarunt, horum graduum cum laude meminerint, & connexionis inter eos rationem aſſignauerint, vt Cardinalis Caietanus, Gregorius à Valentiâ, Franciſcus Suarez, Leonardus Leſſius, Franciſcus Syluius, aliique paſſim. *Eius commentatores, & alij inſignes ſcriptores.* Tractant & de iiſdem S. Antoninus, Hugo Cardinalis, Ioannes Gerſon, Alphonſus Toſtatus: omitto noſtrę Regulę commentatores Smaragdum, Turrecrematam, Trithemium, Perez, Craesbeeck, ceteroſque plures. Ex aſceticis Scriptoribus eoſdem gradus enumerat Buſæus in Viridario virtutum; Ludouicus Granatenſis in locis communibus, Sandęus in Theologiâ Symbolicâ, Antonius Sucquet, *lib. 2. Via Vitæ æternæ.* Iacobus verò de Paz non ſolùm enumerat, ſed iuſto commentario explicat omnes hos gradus, quos Humilitatis effectus nominat; non quia gradus non ſint huius virtutis, ſed quia eius ſunt actiones præcipuę. Pax tom. 2. l. 4. part. 4. *De Paz eoſdem exponit.* Iſta verò in Sancti BENEDICTI laudem præmittit: *Venerandus omnium ſanctarum Religionum Patriarcha* BENEDICTVS, *ac ſpecialiter noſtræ Societatis Pater ſanctiſſimus, in cuius illuſtriſſimo & obſeruãtiſſimo cœnobio B. Mariæ montis Serrati B. Pater Ignatius à militiâ ſæculi ad Chriſti militiam conuolauit, duodecim Humilitatis gradus omnimodis ſuſcipiendos diſtinxit, quos in honorẽ* S. P. N. BENEDICTI *ſuſcipimus explicandos.* *Cum elogio S. Benedicti.* Et capite primo ait: Duodecim iſti Humilitatis gradus, ſunt veluti duodecim lapides, ex quibus *Et graduum.*

perfe-

perfectionis fundamentum componitur, in quo omnis ſanctitatis ſtructura fundatur. Concludit autem: Hi ſunt Humilitatis gradus à Beatiſſimo Patriarcha BENEDICTO deſcripti, quos ob eius reuerentiam, noſtrâ expoſitione pateſecimus, & noſtris deſideriis complectimur. His autem tranſcurſis ad eam charitatem perueniemus, quæ nos faciat corde puros, Deo gratos, & in conſpectu Angelorum hominumque conſpicuos. Ita iſte.

S. Bernardi libellus de gradibus Humilitatis, Bernard. tract. de grad. Humil.

Sed aliquot ſæculis ante illum, mellifluus Doctor Bernardus, primitias operum ſuorum Parenti ſuo veluti conſecrans, de gradibus Humilitatis, quos S. BENEDICTVS, vt ait, *non tam numerandos, quàm aſcendendos propoſuit*, libellum conſcripſit. Quinimò totidem ſuperbiæ gradus, per quos in infernum deſcenditur, Humilitatis illis gradibus oppoſuit; *In quibus*, ait, *ſi diligenter inſpiciatur, via forſitan aſcenſionis reperitur. Si enim tibi Romam tendenti homo inde veniens obuiaret; quæſitus viam, quid melius quàm illam, quâ venit oſtenderet? Dum caſtella, villas, vrbes, fluuios, ac* C *montes per quos tranſierit nominat, ſuum denuntians iter, tuum tibi prænuntiat; ita vt eadem loca recognoſcas eundo, quæ ille pertranſiit veniendo. In hac ſimiliter noſtra deſcenſione,* *(Et ſuperbiæ.)* *gradus aſcenſorios fortaſſe reperies.* Et eidem gradus ſunt aſcendentium in ſolium, & deſcendentium & eadem via accedentium ad ciuitatem & recedentium, & vnum oſtium eſt ingredientium domum & egredientium. Aliam quoque huius rei cauſſam ſummus Humilitatis cultor reddidit, dicens: *Non potui docere, niſi quod didici. Non* (Ibid.) *putaui congruum me deſcribere aſcenſiones, qui* D *plus deſcendere quàm aſcendere noui. Proponat tibi B.* BENEDICTVS *Humilitatis gradus, quos ipſe priùs in corde ſuo diſpoſuit; ego quid proponam non habeo, niſi ordinem meæ deſcenſionis.* Hæc ille.

Gradus Humilitatis à Chriſto commendantur. Reuelat. S. Birgitt. c. 1.

Sed vt ad Humilitatis gradus reuertamur, ad ampliſſimam eorumdem commendationem facit, quòd in Reuelationibus extrauagantibus apud S. Birgittam Chriſtus Dominus Petro Priori de Alnaſtro præceperit, vt ad ſecũdum caput Re- E gulæ S. Saluatoris exponeret gradus veræ Humilitatis. Ita enim ibi loquitur: *Qui habet vas pulchrum, & dicit in eo eſſe ſpecies odoriferas, quis credit, aut quæ vtilitas eſt, niſi explicet eas, & oſtendat earum genera; & virtutes? Sic eſt de virtutibus. Aliquis prædicabat, Humilitas eſt virtus. Quid confert audienti, niſi oſtendantur eius radices, & gradus, & quomodo acquiratur, & teneatur, propterea, quia Humilitas eſt virtus perfecta, quam ego in me ipſo oſtendi, ideò confeſſor tuus pauciorıbus verbis exponat gradus Humilitatis, quos didi-* A *cit in Regulâ* BENEDICTI *mei, vt diſcant filiæ matris meæ principium virtutum, in quo ſtabiliant ædificata ſua conſtruenda.* Quâ commendatione magna dignitas doctrinæ S. BENEDICTI accedit, quòd cùm Filius Dei genitricis ſuæ filias deſideraret eſſe humiles, iis non aliam, quàm S. BENEDICTI inſtructionem iuſſerit præſcribi. Ipſe autem Petrus de Aluaſtro additiones ſuas ad S. Saluatoris Regulam ab his duodecim Humilitatis gradibus, quos compendio recenſet, exorſus eſt.

VIRTVTES. *Et inſeruntur Regulæ Saluatoris.*

Benedictinus ſtimulus additur ad eorum praxim. Camald. ad cap. 7.

B Ex quibus videant noſtri, quàm ſolicitè & accuratè caput hocce Regulæ lectitare conueniat; quo breuem quandam monaſticæ perfectionis ſummam includi quivis animaduertit. Quare Camaldulenſes Patres prudẽter admodum ad hoc caput iſta annotarunt. *Vt igitur noſtræ Congregationis Monachi ſint verè humiles, eos præſcripti Patres hortantur, ac in Chriſti viſceribus rogant, vti frequenter, & cùm attentione ipſos duodecim Humilitatis, ſeu vt quidam volunt (& quidem non ineptè) obedientiæ gradus, legere velint, & multò magis opere totis viribus ſtudeant adimplere.* Non diſſimiliter Patres Congregationis Valliſoletanæ, & miſſionis Anglicanæ decreuerunt, vt hoc caput, quod totius monaſticæ vitæ nucleus quidam eſt, crebris meditationibus expendatur, & memoriter ediſcatur. Quod iam olim noſtris in vſu fuiſſe, minimè dubito. Nam in Aquiſgranenſi Synodo ſtatutum, vt omnes Monachi qui poſſent totam Regulam memoriæ commendarent. Et Alcuinus noſter in libro de pſalmorum vſu, Monachorum aſſignans orationem, omnes hos gradus in formâ precationis ad Deum redegit, & Religioſis crebrò legendam tradidit. Quę ſanè vtilis praxis eſt, ita enim orando monemur, inſtruimur, & Regulæ noſtræ præcepta ediſcimus. Quare & hoc noſtris commendatum cupio, in quam rem ad calcem huius Libri, coronidis vice, orationem eam ſubiiciam. Videtur idem caput S. Franciſci filiis, Patribus Capucinis in pretio eſſe. Nam in Manuali quodam Coloniæ apud Kinckium anno 1615. excuſo, in quo Regula S. Franciſci cum declarationibus aliiſque inſtructionibus ad Nouitiorum inſtitutionem quàm maximè neceſſariis continetur, & hi duodecim Humilitatis gradus ex Regulâ S. BENEDICTI habentur, ad quos, vt ibi additur, vnuſquiſque Religioſus religioſè & perfectè viuere ſtudens, tendere debet.

Et vt eoſdē ediſcant.

Concil. Aquiſ. can. 2.

Redacti in preces ab Alcuino.

Aliis in pretio ſunt.

Pag. 375.

VIRTVTES.

DISQVISITIO V.

Quæ, & qualis Humilitatis ſcala?

Scala Iacobea interpretationes.

SCALA illa à terris ad cælos vſque pertingens, quàm in ſomnis Patriarcha Iacob vidit, omnium vocibus in eccleſiis decantata, plurimorum emblematum theſaurus, & diuerſiſſimarum rerum ſymbolum eſt. Et hinc eius pro ingeniorum diuerſitate tam varia eſt interpretatio, vt triginta tres eiuſdem explicationes collegerit, & velut Theologica emblemata exhibuerit Maximilianus Sandæus, qni & alias octo ſcalas ad ſimilitudinem Iacobeę iſtius effectas refert. Noſtro autem inſtituto illæ magis conueniunt ſcalæ, quæ tropologicam interpretationem habent: quare & ex iis aliquas referemus, vt S. BENEDICTI Scala earum comparatione nonnihil illuſtretur.

Sandæ. in Theolog. ſymbol. l. 4. commentat. 4.

1\. PRIMÒ ergo, Tertullianus per ſcalas obfirmatas in terrâ ad cælum, *& Angelos alios aſcendentes, & alios deſcendentes, innixum deſuper Dominum, iter ad cælum demonſtrari*, ait, *quò alij perueniant, unde alij decidant*. Nimirum ita iuſtus *aſcenſiones in corde* ſuo *diſponit in valle lacrymarum*, idque de virtute in virtutem, donec videat Deum deorum in Sion, qui supernè ſcalis incumbit. Senſum hunc Spiritus S. inſinuauit, cùm de Iacob & viſione huius ſcalæ agens, ſic ait: *Hæc* (ſapientia) *profugum iræ fratris iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei*. Duo latera huius ſcalæ ſunt, *fides & opera*: vel *verbum Dei & Sacramenta*, vel *Suſtine & Abſtine*. quæ duo verba, ſi quis obſeruet, vitam viuet ſine peccato tranquilliſſimam & ſanctiſſimam, vt dicere ſolebat Epictetus: gradus ſunt variarum legum, & virtutum aſcenſus. Rurſum hi gradus, ſunt incipientium, proficientium, & perfectorum, quibus Deus in vertice ſe vnit, in iiſque deliciatur, & inhabitat. Angeli aſcendentes ad cælum, ait Gregorius, & ex eo S. Thomas, ſignificant vitam contemplatiuam, deſcendentes verò ad humana, vitam actiuam.

Iter ad cælum. Tertull lib. 3. contra Marc. c. 24.
Pſal. 83.
Sap. 10. 10.
Latera huius ſcalæ.
Epict. apud Agell. l. 17. c. 19.
Greg. lib. 5. Moral. Thom. 2. 2. q. 181. art. vlt.

Eadem ferè interpretatio eſt, ſi dicamus ſcalam hanc viam vitæ, & diſciplinæ, aut arctam Euangelij viam. *Anguſta enim eſt via, quæ ducit ad vitam*, inquit Auguſtinus, *& tamen per ipſam, niſi dilatato corde non curritur, quia iter virtutum, quo gradiuntur pauperes Chriſti, amplum & fidelium ſpei, etſi arctum ſit infidelium vanitati.*

Via vitæ, & diſciplinæ. Auguſt. in Sentent. Sentent. 19.

11\. SECVNDÒ. S. Baſilius. *Ego*, inquit, *pietatis exercitationem, ſcalæ à Iacob viſæ rectè comparauerim; cuius pars terram attingebat, pars altera ipſi ſupereminens in cælum vſque porrigebatur. Ex quo eos admonere opus eſt, qui ad virtutem inſtituuntur primum, vt primis admoueant gradibus veſtigium, & inde paulatim aſcendendo progrediendoq́; ad incomprehenſibilem humanæ naturæ altitudinem ſenſim ac paulatim promouentes perueniant. Quemadmodum igitur in gradu ſcalari, prima aſcenſio eſt ab humo receſſus: ſic in exercitatione diuinæ conuerſationis principium profectus eſt diſceſſus à malo.* Nimirum vt ait ille.

Exercitatio pietatis. Baſil. in Pſal. 1.

Virtus eſt, vitium fugere; & ſapientia prima,
Stultitiâ caruiſſe.

Horat. lib. 1. epiſt. 1.

Culmen huius ſcalæ eſt charitas, gradus verò ſunt decem gradus abrenuntiationis, quos enumerat & explicat Benedictus Pererius, & compendioſiùs ex eodem Cornelius.

Culmen eſt Charitas.
Perer. diſp. 5. in Geneſ.

TERTIÒ, Scala Iacob ſancto Bernardo eſt Regula ſacri Ordinis noſtri, *nimirum hæc eſt via, quâ dilectus Domini cælum* BENEDICTVS *aſcendit. Quæ eſt enim via ab eius cellâ progrediens, niſi Ordo, quem idem vir beatus inſtituit: & forma vitæ, quæ ab eo ſumpſit exordium? Quâ nimirum viâ Domini dilectus aſcendit, quia non potuit vir ſanctus aliter docere quàm vixit. Et hæc quidem eorum vel maxima fiducia eſt: qui ipſius vtcumque ſtudent inhærere veſtigiis: ipſum præceptorem prænimmque ſequuntur.* Latera huius ſcalæ ſunt vilitas & aſperitas, quibus deinceps internæ virtutis & gratiæ gradus firmiter inſerantur. Rectè quoque gradus in hâc ſcalâ dixeris varias Ordinis Regulas & virtutum actus, quos Sanctus BENEDICTVS in Regulâ præſcripſit, & per quos ipſe in cælum aſcendit. Id enim deſignauit Via recto orientis tramite ab eius cellâ in cælum vſque tendens, quæ ſtrata palliis, & innumeris coruſca lampadibus cernebatur: de quâ venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, ait: *Hæc eſt via, quâ dilectus Domini cælum Benedictus aſcendit.* Hanc verò viam Petrus Damiani *ſcalam* appellat, vt alibi oſtendimus. Sic S. Romualdus ſcalam à terrâ cælum pertingentem, in ſimilitudinem Iacob Patriarchæ, per quam homines in veſte candidâ aſcendebant & deſcendebant, per viſum conſpexit, eoque Camaldulenſes Monachos, quorum Inſtitutor, & auctor fuit, deſignari mirabiliter agnouit.

III.
Regula S. Benedicti. Bernard. in declamat.
Latera duo.
Quid deſignet via S. Benedicti in cælum. Gregor. 2. Dialog. cap. 37.
Petr. Dam. opuſc. 37. cap. 16. Breuiar. Roman. in eius feſto.

Sed his præmiſſis ad S. BENEDICTI Humilitatis ſcalam explicandam veniamus, ſic enim in Regulâ ſuâ ait: *Vnde, fratres, ſi ſummæ Humilitatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cæleſtem, ad quam per præſentis vitæ Humilitatem aſcenditur, volumus velociter peruenire: actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigenda eſt, quæ in ſomno Iacob apparuit, per quam ei deſcendentes & aſcen-*

Explicatio doctrinæ eius de Humilitate.

aſcendentes Angeli demonſtrabantur.

Non aliud ſine dubio deſcenſus ille & aſcenſus à nabis intelligitur: niſi exaltatiane deſcendere, & humilitate aſcendere. Scala verò ipſa erecta, noſtra eſt vita in ſaculo: qua humiliato corde, à Domino erigitur ad calum. Latera enim huius ſcala dicimus noſtrum eſſe corpus & animam: in quibus diuerſos gradus Humilitatis vel diſciplina, euocatio diuina aſcendendas inſeruit.

Primò, Erigenda eſt ſcala Humilitatis.

Hæc autem omnia ſingillatim ſunt explicanda. PRIMÒ enim, ait: Si volumus ad exaltationem cæleſtem aſcendere, ſcala illa erigenda eſt, quæ in ſomno Iacob apparuit. Scala, inquam, erigenda. Nemo enim ſe à terrâ in cælum vſque ſaltu librare poteſt, nemo volatu illuc intrare alis pennisq́ue deſtitutus. Scalis igitur opus, illisq́ue omninò gradibus, quos ille iuſtorum omnium ſpiritu plenus in Regulâ ſuâ tradidit, verè per omnia BENEDICTVS. Ille enim (vt Bernardus ait) *ſpiritualem nobis erexit ſcalam, cuius vtiq́ ſummitas calos tangit.* In hâc porrò ſcalâ ad exaltationem illam cęleſtem (vt S. Doctor inquit) *per praſentis vita Humilitatem aſcenditur.* Quia hæc (vt ait Bernardus) *eſt via, & nan eſt alia prater ipſam. Qui aliter vadit, cadit potiùs, quàm aſcendit: quia ſola eſt Humilitas, qua exaltat, ſola qua ducit ad vitam. Chriſtus enim cum per naturam diuinitatis nan haberet qua creſceret vel aſcenderet* (quia vltra Deum nihil eſt) *per deſcenſum quomodo creſceret, inuenit, veniens incarnari, pati, mori, ne moreremur in aternum. Prapter quad Deus exaltauit illum, quia reſurrexit, aſcendit, ſedet ad dexteram Dei. Vade & tu, & fac ſimiliter, neque enim aſcendere poteris, niſi deſcenderis; quia vt aternâ lege fixum eſt: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: Et qui ſe humiliat exaltabitur.* Optimè ergo Legiſlator noſter dixit per deſcēſum & aſcenſum illum, quem Iacob videbat, aliud nihil intelligi, *quàm exaltatione deſcendere, & Humilitate aſcendere.*

Bernard. in Declamat.

Idem ſer. 2. de aſcenſ. *Qua ſola exaltat.*

Luc. 14.

Secundò, Scala eſt noſtra vita.

SECVNDÒ. *Scala verò ipſa erecta,* inquit S. BENEDICTVS, *naſtra eſt vita in ſacula: qua humiliato carde à Domino erigitur ad calum.* Vita religioſa altiſſima quædam ſcala, & ſublimiſſima in cælum via eſt; terræ quidem inſiſtens, ſed cacumen cælo inſerens. Verſantur enim Religioſi corpore in terrâ, ſed conuerſatio eorum in cælis eſt: hîc peregrini, ibi ciues. Quæ ſurſum ſunt ſpectant, quæ ſurſum ſunt ſapiunt & quærunt. Aſcenſus per ſcalam arduus eſt, & laborioſus. Nec puerilis luſus eſt humiliare ſemetipſum, ſublime non ſapere, contemptum ſui amare, omni vilitate & extremitate eſſe contentum.

Tertiò, Latera, corpus & anima.

TERTIÒ, pergit S. BENEDICTVS: *Latera huius ſcala dicimus naſtrum eſſe corpus & ani-*

A *mam.* Vtriuſque enim Humilitas in Religioſo requiritur, nec alterutra ſufficit. Corporis humiliatio ſi animæ deſit, vmbra Humilitatis, non veritas eſt. Geſtus & mores ſuperbi cum humili corde non conueniunt, nec Humilitas ibi adeſſe dignoſcitur, vbi exterioris hominis compoſitio elationem & tumorem præfert. De vtroque hoc latere optimè Bernardus: *Videre eſt homines mundanam gloriam contemnentes, fauarem calcantes populi, non deſiderantes humanum diem, ſed non adeò fartes in tolerantiâ maleſtia corparalis, non adeò reticientes mollia,* B *non adeò carnis illecebras ſuperantes. Quid iſtos dixerim, niſi latus alterum non tenere? Porrò vni tantum lateri innitentis periculoſus nimis aſcenſus, & proximus eſt ruina. Quòd ſi periclitatur, qui circa carnem videtur pluſquam aporteat infirmari, licet mundi reſpuat gloriam, nec cantumeliis moueatur: profectò, longè horribilius eſt periculum & multà magis inexcuſabile, ſi quis fortè licet viriliter caſtigans corpus, & non parcens eius afflictiani, inueniatur tamen minus reſiſtens gloria deſiderio, minus patiens iniuriarum, minus puritatis & ſalida* C *Humilitatis habens, minus immunis à ſaculi vanitate.* Neceſſarium proinde vtrumq́ue latus, & Humilitas cordis, & aſperitas corporis. Alij tamen in Humilitatis ſcalâ latera faciunt notitiam Dei, & notitiam ſui; *Nanerim me, nanerim te,* aiebat Auguſtinus. Et citatus paulò ante Bernardus: *Dextrum latus,* inquit, *eſt contemptus ſui, vſque ad amarem Dei; ſiniſtrum cantemptus mundi vſque ad amorem regni. Lateribus his diuerſas gradus Humilitatis vel diſciplina euocatia diuina aſcendendos inſeruit.* Diuina euocatio ſiue D electio, quâ per gratiam eliguntur, qui per boni operis fructum perducuntur ad gloriam, iuxta illud: *Quas pradeſtinauit, hos & vocauit.* Hæc, inquam, electio inſerit iuſtorum animis Humilitatis gradus: nam vt Caſſiodorus ait: *Diuina vacatio omne meritum pracedit, nec inuenit, ſed facit Angelos aſcendentes & deſcendentes.*

VIRTVTES.

Bernard. in Declamat.

Neceſſitas vtriuſque lateru.

Alia laterum interpretatio.

Bernard. ſerm. de B. Maria: Signum magnum.

Rom. 8.

Caſſiodor. in pſal. 9.

Quartò, nuda ſtatio in ſcalâ.

QVARTÒ. In Scalâ Iacob nullus reſidens, nullusve ſubſiſtens apparuit, ſed vel aſcendere, vel deſcendere videbatur, quo palam daretur intelligi, inquit Bernardus, E *inter profectum & defectum in hoc ſtatu mortalis vita, nihil medium inueniri: ſed vt ipſum corpus noſtrum cantinuè aut creſcere conſtat, aut decreſcere, ſic neceſſe ſit, aut ſpiritum proficere ſemper, aut deficere.*

Bernard. epiſt. 253.

Quintò, Deus illi ſupernè innititur.

QVINTÒ, Deus ſupernè ſcalæ innixus nihil aliud nobis indicat, niſi quod per Humilitatem, perueniatur ad veritatem, vt more ſuo ſuauiſſimè exponit Bernardus, quem deinceps audi. Legem quâ reditur ad veritatem, B. BENEDICTVS per duodecim gradus diſponit, vt ſicut per decem

Bernard. tr. de grad. Humil.

VIRTVTES.

præcepta legis, ac geminam circumciſionem, in quo duodenarius numerus adimpletur, ad Chriſtum venitur; ita his duodecim gradibus aſcenſis, veritas apprehendatur. Illud quoque quod in ſcalâ, quæ in typo Humilitatis Iacob monſtrata eſt, Dominus deſuper innixus apparuit, quid nobis aliud innuit, niſi quòd in culmine Humilitatis conſtituitur cognitio veritatis? Dominus quippe de ſummitate ſcalę proſpiciebat ſuper filios hominum tamquam veritas, cuius oculi ſicut fallere nolunt, ita falli non norunt, vt videret ſi eſt intelligens aut requirens Deum. An non tibi de alto videtur clamare ac dicere requirentibus ſe (nouit enim qui ſunt eius) *tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini?* Et illud: *Venite ad me omnes, qui laborati & onerati eſtis, & ego vos reficiam.* Venite, inquit. Quò? Ad me veritatem. Quà? per Humilitatem. Quo fructu? Ego vos reficiam. Sed quæ eſt refectio quam veritas aſcendentibus promittit, peruenientibus reddit? An fortè illa eſt charitas? Ad hanc quippe, vt ait BENEDICTVS, aſcenſis omnibus Humilitatis gradibus Monachus mox peruenit. Verè dulcis & ſuauis cibus charitas, quæ feſſos alleuat, debiles roborat, mœſtos lætificat. Iugum denique veritatis facit ſuaue, & onus leue. Hactenus ille.

Quid hoc ſignificet. — *Eccleſ. 24.* — *Matth. 11.* — *Per Humilitatem ad Deum venitur.*

DISQVISITIO VI.

Quàm varij Humilitatis gradus?

VARIOS Humilitatis gradus Patres & pij Scriptores tradiderunt, eos porrò recenſuiſſe ad vberiorem virtutis huius cognitionem ſpectabit.

I. *Strabi Fuld. tres gradus. Gloſſa ord. in cap. 3. Matth.*

PRIMÒ igitur, Strabus noſter Fuldenſis in Gloſsâ ordinariâ: *Perfecta,* ait, *Humilitas tres habet gradus. Primus eſt, ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe æquali, qui eſt ſufficiens. Secundus eſt, ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe minori, & hic dicitur abundans. Tertius gradus eſt, ſubeſſe minori, in quo eſt omnis inſtitia.* Quæ elucidat Bernardus in ſententiis: *Humilitatis virtus habet hæc tria. Superiori ſubdi, vt ad eius æqualitatem nullâ ambitione vel inuidiâ rapiatur. Æquali non præferri, ne illicito appetitu ſuperior velle fieri videatur. Minori ſubdi potiùs quàm præponi, vt ex hoc Humilitatis veritas comprobetur.* His quartum gradum addit Ioannes à Ieſu Mariâ: Subeſſe omnibus omninò, etiam ſceleſtiſſimis, qui ſuperexcedens vocari poteſt. Atque hęc diuiſio ex parte materię deſumpta eſt.

Elucidantur.

II. *Anſelmus ſeptem Humilitatis gradus recenſet. Anſel lib. de ſimil. à cap. 100. vſque ad 108.*

SECVNDÒ, S. Anſelmus enumerat huius Scalæ ſeptem gradus. 1. Contemptibilem ſe eſſe cognoſcere. 2. De peccatis dolere. 3. Hoc confiteri. 4. Perſuadere: vt ſcilicet, hoc velit credi. 5. Vt patienter ſuſtineat hoc dici. 6. Vt patiatur contemptibiliter ſe tractari. 7. Vt hoc amet.

III. *Bernardus quinque.*

TERTIÒ, Bernardus in ſententiis quinque gradus deſcenſionis ponit, quos docet Humilitas. 1. Abdicationem rerum, exēplo Apoſtolorum. 2. Abdicationem veſtium, ſicut Elias & Ioannes. 3. Corporis exercitium, vt Paulus. 4. Directionem in proſperis, inſtar Dauid pauperis & Regis. 5. Patientiâ in aduerſis, ſicut Iob & Tobias.

IV. *Bonauentura quatuor. Bonau. in diet. ſalut. tit. 7. c. 1.*

QVARTÒ, S. Bonauentura: Gradus, inquit, Humilitatis ſunt quatuor: Primus eſt, ſpernere mūdum. Secundus, ſpernere nullum. Tertius, ſpernere ſeipſum. Quartus eſt, contemnere ſe ſemper, & non curare ſui contemptum. Ideò Humilitas per illum quadruplicem gradum figuratur ſatis apertè per rationale, in quo erant quatuor verſus, vel ordines gemmarum, vt habetur in Exodo. Hos autem breui verſiculo quidam ita complexus eſt. *Exod. 28.*

Spernere mundum ſpernere nullum, ſpernere ſeſe,

Spernere ſe ſperni, quattuor iſta beant.

V. *Qui & alios enumerat. Bonauent. lib de grad. virt. cap. 1.*

QVINTÒ, Idem Bonauentura: Altus Humilitatis gradus eſt, cùm aliquis habet Humilitatem in verbis: Altior cùm in factis. Altiſſimus cùm habet Humilitatē in corde. Ibi enim eſt virtus, ſed non in verbis, vel factis. Quandoquidem enim eſt, qui ſe nequiter humiliat, verbis, vel factis, vel geſtibus, vel veſtitu, vel inceſſu. Pergit deinde alios ſubiungere: Altus enim Humilitatis gradus eſt, humiliare ſe propter magnitudinem & multitudinem defectuum. Altior eſt, humiliare ſe propter abundantiam virtutum, & donorum ſpiritualium, ſicut arbor nobilis inclinatur ex abundantiâ fructuum. Vnde dicitur: *Quantò maior es, humilia te in omnibus.* Altiſſimus propter imitationem exempli Humilitatis Chriſti. *Eccli. 3.*

VI.

SEXTÒ proſequitur idem vir ſanctus: Altus gradus eſt humiliare ſe de omnibus malis commiſſis. Altior de omnibus bonis omiſſis. Adhuc altior de omnibus deturpatis. Altiſſimus de omnibus bonis in vacuum perceptis. Iſte ordo ſumitur ex raritate. Quantò enim gradus eſt rarior, tantò videtur altior.

Item; altus gradus eſt, tam vilem ſe reputare, ſicut verè eſt in oculis Dei. Altior, ſicut vilis eſſe potuit coram Deo, ſi Dominus non cauiſſet. Altiſſimus, ſicut vilis adhuc fieri poteſt, ſi Dominus à tentationibus non cuſtodierit.

VII. *Dauid ab Auguſtâ tres. Lib. 2. c. 29.*

SEPTIMÒ, Dauid de Auguſtâ in libro de profectu Religioſorum (huic enim non S. Bonauenturę tribuendum hoc opuſculum, benè probat Henricus Sedulius in editione ſecundâ

ſecundâ ſpeculi diſciplinæ S. Bonauenturæ ad Nouitios) tres Humilitatis gradus aſſignat. Primus eſt, ſuam agnoſcere vilitatem. Secundus, ſui gaudere contemptu. Tertius, magnis virtutibus non efferri. Quæ latiùs ibidem expoſita videre eſt.

VIII. *Laurentius Iuſtinianus ſex.* Iuſtinian. lib. de Humil. c. 7.

OCTAVÒ. Laurentius Iuſtinianus ſex gradus Humilitatis conſtituit. Primus eſt, ſi homo ſe peccatorem & contemptu dignum agnoſcat. Secundus, ſi affectu vilia de ſe ſentiat. Tertius, ſi ſua peccata, prout oportet, detegat. Quartus, ſi mala quæ de ſe dicit, credi appetat. Quintus, ſi deſpici & iniuriâ affici velit. Sextus, ſi opprobria eſutiat, & conuitia atque iniurias ſitiat, & in perſecutionibus glorietur, iuxta illud: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* (Galat. 6.)

IX. *S. Ignatius tres.* S. Ignat. hebdom. 2. 3. die.

NONÒ. S. Ignatius de Loyola, Societatis Ieſu Inſtitutor, in libello exercitiorũ ſpiritualium tres Humilitatis gradus ponit: Primus eſt ad ſalutem neceſſarius, vt me penitus ſubdam, inquit, diuinæ legi obſeruandæ, vtque ne mundi quidem totius oblato mihi dominio, vel extremo vitæ diſcrimine obiecto, tranſgrediar ex deliberato, mandatum vllum diuinum, aut humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo obliget. Secundus maioris eſt perfectionis, vt fixo animo ad diuitias, paupertatem, honorem, ignominiam: breuitatem vitæ ac longitudinem æquè ſim propenſus, vbi æqualis eſt diuinæ laudis ac ſalutis meæ occaſio: vtque nulla vel humanæ quantæcumque felicitatis, vel propriæ mortis conditione propoſitâ, adducar vnquam vt culpam licet venialem tãtùm decernam admittere. Tertius eſt, modus Humilitatis abſolutiſſimæ, vt priores duos iam adeptus, etiamſi nullo ſuperaddito laus Dei par foret, ad maiorem tamẽ imitationem Chriſti diligam potiùs cum eo paupere ſpreto & illuſo, pauperem, cõtemptum, & inſipientiæ titulum amplecti, quàm opes, honores, & ſapientiæ æſtimationem. Hos porrò gradus defendit, & explicat Suarez.

Suarez to. 4. de relig. lib. 9. cap. 3. num. 22.

X. *Roſſignolius tres.* Roſſignol. de diſcipl. Chriſt. perfect. lib. 4. cap. 38.

DECIMÒ. Bernardinus Roſſignolius tres alios Humilitatis gradus ponit. Primus eſt, velle ex animo humilem eſſe, & Deo prorſus ſubmittere tamquam ſupremo Domino, & hominibus omnibus propter Deum. Secũdus, Incommoda & calamitates præſentis vitæ, quatum impatientiſſimi ſunt ſuperbi, fortiter ſuſtinere. *Humilitas enim non facit puſillanim›s, nec magnanimitas arrogantes*, vt inquit Bernardus. Quò minùs enim de ſuâ quiſque vel in minimis præſumere cõſueuit, eò ampliùs etiam in magnis quibuſque de diuinâ virtute confidit. Tertius appetere iniurias, & reliquam ſeriem malorum deteſtabilium, bonumq; nomen hominis dedecorantium, gaudereque propter Chriſtum cùm inferuntur. Hos verò latiùs ibidem declarat.

Bernard. ſerm. Signũ magnum.

VIRTVTES.

XI. *De Paz duodecim.* Iacob. tom. 2. lib. 4. par. 3. cap. 2.

VNDECIMÒ. Iacobus de Paz vſque ad duodecim Humilitatis gradus aſcendit. Primus eſt, ſeipſum deſpicere, vilemque reputare. Secundus, in rebus tum magnis tum minimis de ſeipſo ſuiſque viribus penitus diffidere. Tertius, ſe reputare receptis donis indignum, & ad noua accipienda ineptum. Quartus, iudicare ſe omnibus minorem, atque viliorem. Quintus, nolle ab alijs magni ęſtimari, honorari, vel laudari: & omnem laudẽ, ac honorem in Deum reijcere. Sextus, deſiderare ab alijs cõtemni, & vilis haberi. Septimus, dolore affici, ſi magnifiat, laudetur, & honoretur ab aliquo. Octauus, propriam vilitatem ac defectus libenter detegere. Nonus, ſubijcere ſe Deo, tamquam ſeruus Domino, vel ſicut lutũ figulo. Decimus, ſubijcere ſe hominibus propter Deum, ſuperioribus, æqualibus, & minoribus. Vndecimus, in externis functionibus libenter abiectiora complecti. Duodecimus, ſeipſum in conſpectu Dei, & hominum, vt canem mortuum & fœtentem aſpicere. Fusè autem per duodecim capita horum graduum explicationem proſequitur.

DISQVISITIO VII.

Quo ordine duodecim Humilitatis gradus à S. BENEDICTO *recenſiti?*

EX ſeptimo Regulæ capite facilè patet ad hanc quæſtionem reſponſio. Qua enim ſerie gradus ibi enumerantur, eâdem ſine dubio à S. BENEDICTO recenſiti ſunt, niſi mendum aliquod in textum irrepſerit. Id verò alicui veriſimile fortaſſe videatur, nam Angelicus Doctor in Summâ Theologicâ, diſputans vtrum conuenienter diſtinguantur ſecundùm B. BENEDICTVM duodecim gradus Humilitatis, eos inuerſo ordine enumerat, ita vt duodecimus ſit primus, vndecimus, ſecũdus, decimus, tertius, & ſic conſequenter. Hoc autem ordine hos gradus recenſet primò in argumẽto 1. art. 6. deinde in corpore. Tertiò, quæſtione ſequenti, artic. 4. Mirum autem videretur accuratiſſimum hunc Doctorem tot locis non ſecutum ordinem, quem in Regulâ S. BENEDICTI legiſſet. Accedit, quòd S. Thomæ ordinem ſequantur Vincentius Belluacenſis in ſpeculo morali, S. Antoninus in Sũmâ Theologicâ, Cardinalis Caietanus, Ludouicus Granatenſis, in Syluâ locorum communium, Gerſon, Toſtatus, Lorichius. Ex quibus

S. Thomas alio ordine recẽſet gradus S. Benedicti. S. Thom. 2. 2. quæſt. 161. art. 6. *Item alij.* Vincent l. 1. d. 100. p. 3. Anton. p. 4. tit. 4. c. 12. §. 2. Caiet ad q. 161. art. 6. Granat. in 2 claſſe V. humilit. Gerſon. p. 2. in compen Theol. tract. 8. tit. de ſup. Toſtat to. 1. in Matth. pag. 15. Lorich. V. Humilit.

VIRTVTES.

bus ſortè quis opinetur Regulæ textum corruptum. Verùm integritatis eius teſtes ſunt antiqui commentatores & Scriptores. Nam Benedictus Anianæ Abbas, & Smaragdus, qui ante octingentos annos vixerunt, Regulæ textum repræſentant, vt nunc habemus. Regula quoque Magiſtri ab ijſdem ſæpius citata, totam S. BENEDICTI de Humilitate tractationem eodem quo ipſe ordine, licet alijs ſubinde verbis, recenſet, vti etiam Regula Donati. Nec S. Bernardus aliũ agnouit ordinẽ, à S. BENEDICTO traditũ, vt videre eſt in tractatu de gradibus Humilitatis gradu decimo, vbi tertiũ ponit: *Vt quis pro Dei amore omni obedientiâ ſe ſubdat maiori.* Hic enim apud S. BENEDICTVM tertius, apud S. Thomam decimus eſt. Caſſiani quoq; locus, ex quo ſupra iam vidimus S. BENEDICTVM Humilitatis gradus deſumpſiſſe, eũdem hunc ordinem facilè oſtendit. Neoterici autem Doctores paſſim in recenſendis his gradibus, S. BENEDICTI, non S. Thomæ ordinem ſequuntur; & Franciſcus Syluius fatetur retrogrado ordine Angelicum Doctorem proceſſiſſe, nihil proinde in S. BENEDICTI Regulâ mutatum.

S. Benedicti ordo in his tenendus. *Qui eſt veterum.* Reg. Magiſt. cap. 10. *Et recentiorum.* Sylu. in 2. 2. ad quæſt. 161. art. 6.

Alardus porrò Gazæus contrariâ viâ inſiſtens, ait ſe deprehendiſſe S. Thomæ textum quoad hunc locum manifeſtè deprauatum, tum quia repugnat Regulæ & verbis D. BENEDICTI, tum quia Ioannes Turrecrematus, qui textum illum S. Thomæ pænè integrum tranſtulit in ſuum commentarium, contrario modo legit, & ita refert verba S. Thomæ, vt cùm D. BENEDICTO planè conueniant.

Gazæus ad lib. 12. Caſſiani c. 25. *An S. Thomæ textus corruptus.*

Ego autem exiſtimauerim S. Thomæ textum haud eſſe mendoſum, & Turrecrematam graduum numerum mutaſſe, & ad S. BENEDICTI Regulam ordinem corrigere voluiſſe, nam S. Thomas in corpore articuli optimè exponit ordinem & connexionem graduum, prout à S. BENEDICTO aſſignantur. Non definit tamen eum qui ad radicem Humilitatis pertinet, & in Regulâ noſtrâ primus eſt, vocare duodecimum. Quare probabiliùs dicendum arbitror, eum de induſtriâ ordinem mutaſſe, vt duodecim ſuperbiæ gradibus à S. Bernardo aſſignatis Humilitatis gradus ex latere opponeret, quemadmodum articulo quarto ſequentis quæſtionis optimè facit. Primus autem ſuperbiæ gradus duodecimo Humilitatis opponitur. Et Bernardus fatetur duos ſuperbiæ gradus vltimos, Humilitatis aſcendendo primos inueniri. Sanctus Thomas ergo vt euidentior eſſet antitheſis, & primum ſuperbiæ primo Humilitatis opponeret, ſecundùm ſecundo, & ſic deinceps, Sancti BENEDICTI ſcalam forſitan inuertit.

Reſponſio Auctoris. *S. Thomas de induſtriâ ordinem horum graduum inuertit.* S. Bernard. grad. 10.

Vt autem hi gradus, quos quilibet Monachus non tam debet enumerare, quàm aſcendere, memoriæ magis inſigantur, eos Trithemius Abbas his verſibus complexus eſt.

Humilitatis gradus verſu comprehenſi. Trithem. ad cap. 7. Reg.

Iuſtorum graduum Primus *timet Omnipotentem.*
Illecebris carnis ſubmittit fræna Secundus.
Tertius *Abbati ſupponit ſe reuerenter.*
Conuitijs ſpretis Quartus *patienter obedit.*
Abbati reſerat, Quintus *penetralia cordis.*
Vilis, & indignus conſtat ſe iudice Sextus.
Cunctis ſe credit fore Septimus *inferiorem.*
Scit nihil Octauus, *niſi quod fert Regula cella.*
Non loquitur Nonus, *dum non interrogat alter.*
Proſcribit riſum Decimus, *damnatque cachinnum.*
Vndecimus *loquitur rationis paucula verba.*
Spectet humum ſemper Duodenus *vertice flexo.*

Nos verò paulò breuiùs ita expreſſimus:

Breuiùs.

His humilis gradibus, dij pete culmen amoris.
Diuinum 1. metuas numen, propriamque libenter
Linque 2. volũtatem, maiori 3. ſubditus eſto.
Dura 4. fer, Abbatĩ nil 5. cela, vilia 6. quære.
Ipſe tibi 7. vilis, nil fac niſi Regula 8. mãdet.
Os 9. preme, ſit riſus 10. tibi nullus, pauca 11. loquare.
Cernuus 12. incedens, veluti reus aſpice terram.

Breuiſſimè autem Hugo Cardinalis, quem Turrecremata deſcripſit, ita comprehendit.

Breuiſſimè. Hugo Cardin. in Pſal. 83.

Qui timet, & nihil vult, parens, patienſque fatetur,
Se temnit, præfert alios, nil ſingulus audet:
Abſque loqui, riſuq; grauis, ſtat pronus vbiq;.

DISQVISITIO VIII.

Quæ ratio graduum Humilitatis?

EXPLICAT hanc Angelicus Doctor, & poſt eum Cardinalis Turrecremata, cuius explicationem hîc inſeremus: Notandum, inquit, quòd Humilitas eſſentialiter in appetitu conſiſtat, ſecundùm quod aliquis refrænat impetum animi ſui, ne inordinatè tendat in magna, ſed regulam habet in cognitione: vt ſcilicet aliquis non ſe exiſtimet ſupra id eſſe quod eſt: & vtriuſque principium & radix eſt reuerentia, quam quis habet ad Deum. Ex interiori autẽ diſpoſitione Humilitatis procedunt quædam exteriora ſigna in verbis, & factis & geſtibus, quibus id quod interiùs

Humilitas in appetitu ſita. S. Thom. 2. 2. quæſt. 161. art. 6. *Proditur externis ſignis.*

tiùs latet, manifeſtatur : ſicut & in ceteris A
virtutibus accidit. *Nam ex viſu cognoſcitur*
vir; & ab occurſu faciei, ſenſatus : vt dicitur
Ratio graduum à S. Thoma poſitâ. Eccleſiaſtici 19. Et ideo in prædictis gra-
dibus Humilitatis ponitur aliquid quod
pertinet ad Humilitatis radicem, ſcilicer
1. *Primus gradus*, qui eſt, vt homo Deum ti-
meat, & memor ſit omnium quæ præce-
pit. Ponitur etiam aliquid pertinens ad
appetitum, ne ſcilicet in propriam excel-
lentiam inordinatæ tendat: quod quidem
fit tripliciter. Vno modo, vt homo non
ſequatur propriam voluntatem, quod per- B
2. tinet ad *Secundum* gradum. Alio modo, vt
regulet eam ſecundùm Superioris arbi-
3. trium, quod pertinet ad *Tertium* gradum.
Tertio modo, vt ab hoc non deſiſtat, pro-
pter dura & aſpera quæ occurrunt, & hoc
4. pertinet ad *Quartum* gradum. Ponuntur
etiam quædam pertinentia ad exiſtima-
tionem huius recognoſcentis ſuum de-
fectum: hoc & tripliciter. Vno quidem
modo, per hoc quod proprios defectus re-
cognoſcat & confiteatur, quod pertinet
5. ad *Quintum* gradum. Secundò, vt ex con- C
ſideratione ſui defectus aliquis inſufficiē-
tem ſe exiſtimet ad maiora, quod pertinet
6. ad *Sextum*. Tertiò, vt quantum ad hoc alios
7. ſibi præferat; quod pertinet ad *Septimum*.
Ponuntur etiam quædam quæ pertinent
ad exteriora ſigna, quorum vnum eſt in
factis, vt ſcilicet homo non recedat in ſuis
operibus à viâ communi; quod pertinet
8. ad *Octauum*. Alia duo ſunt in verbis, vt ſci-
licet homo non præcipiat tempus loquen-
9. di, quod pertinet ad *Nonum*: nec excedat
modum in loquendo, quod pertinet ad D
11. *Vndecimum*. Alia verò conſiſtunt in exte-
rioribus geſtibus, puta in reprimendo ex-
tollentiam oculorum, quod pertinet ad
12. *Duodecimum*, & in cohibendo exteriùs ri-
ſum & alia ineptæ lætitiæ ſigna: quod per-
10. tinet ad *Decimum*. Ita S. Thomas.

Alia ratio magis ad mentem S. Benedicti. Quæ tamen Leſſio nonnihil intricata
videntur: quare paulò diuerſam rationem
horum graduum aſſignat, notatque S. Be-
Leſſ. de iuſtit. & iure lib. 4. cap. 4. dub. 10. NEDICTVM proceſſiſſe ſecundum eum or-
dinem, quo Humilitas ab interioribus ad
exteriora progrediens, primò moderatur E
animum in maioribus, deinde in minori-
bus, donec ad minima quæque pertingat.
Suarez to. 4. de relig. lib. 9. cap. 5. num. 25. Similiter Suarez ait S. BENEDICTVM in di-
ſtinguendis gradibus Humilitatis non tan-
tùm poſuiſſe quæ pertinent ad interio-
rem affectum, ſed etiam quæ ex parte in-
tellectus conferunt ad illam perfectionem
conſequendam, & quæ in exterioribus
actibus ad illam conſeruandam, vel oſten-
dendam obſeruare oportet. Ratio deinde
horum graduum à Leſſio ſic aſſignatur: Ad
perfectam Humilitatem, præſertim Reli-
gioſorum, de quâ in Regulâ S. BENEDICTI VIRTVTES.
eſt ſermo, requiritur vt homo benè ſit or-
dinatus erga Deum: benè ſubiectus ſuis
Superioribus: rectè denique ordinatus quo-
ad proximum. Homo ſubijcitur Deo pri- *Primus gradus.*
mò per Dei timorem, qui eſt *Primus* Hu-
militatis Chriſtianæ gradus, omnibus ma-
ximè neceſſarius, vtpote totius vitæ Chri-
ſtianæ fundamentum. Secundò, per ſtu-
dium implendæ non ſuæ, ſed diuinæ vo-
luntatis: quod fit gradu *ſecundo*. Superiori- *Secundus.*
bus homo ſubditur quatuor gradibus ſe-
quentibus. Primum enim oportet vt Su-
periori ſuam voluntatem per obedientiam
ſubijciat, quod fit *tertio* gradu. Secundò, *Tertius.*
vt in hoc, quod ſemel Deo & Superiori
promiſit, ſit firmus; ita vt propter dura &
aſpera ab obedientiâ non recedat: quod fit
gradu *quarto*. Tertiò, vt etiam in ceteris, *Quartus.*
quæ ad conſcientiam pertinent, à Supe-
riore tamquam Dei locum tenente, dirigi
velit; ad hoc eſt gradus *quintus*, quo quis *Quintus.*
arcana conſcientiæ ſuæ illi vult patefacè-
re. Quartò, vt medicinam à Superiore ad-
hibitam humiliter accipiat, & ſeruet; nec
ſuâ prudentiâ aut induſtriâ in viâ ſpirituali
vllo modo fidat, quod fiet ſi defectibus
ſuis benè expenſis, ſe ad omnia indignum
& inutilem iudicet: qui eſt gradus *ſextus*. *Sextus.*

Requiritur deinde vt homo benè ordi-
natus ſit quoad proximos, tum quoad in-
ternam æſtimationem; quod fit gradu *ſe-* *Septimus.*
ptimo, dum quis ſe omnibus viliorem ex
animo credit: tum quoad externam con-
uerſationem: quod fit quinque gradibus
ſequentibus, quibus exteriora noſtra ad
Humilitatem formantur. Primò, in accom-
modando ſe in ijs, quæ vitam communem
attingunt cum ceteris & vitandâ ſingula-
ritate, quod fit gradu *octauo*. Secundò, in *Octauus.*
taciturnitate & ſilentio ſeruando, qui *no-* *Nonus.*
nus eſt gradus. Tertiò, in vitando riſu, &
alijs ineptæ lætitiæ ſignis *decimo* gradu *Decimus.*
prohibitis. Quartò, in vitādo multiloquio,
& elatiori voce in loquendo, quod *vndeci-* *Vndecimus.*
mus cauet gradus. Quintò, in modeſtiâ
aſpectus, quem gradus præſcribit *duodeci-* *Duodecimus.*
mus. Ita Leſſius, eodemque modo horum
graduum rationem explicat Franciſcus *Sylu. in 2. 2. quæſt. 161. art. 6.*
Syluius. Quamquam etiam dici poſſit gra-
dum ſextum, ſeptimum, decimum, &
duodecimum ordinare hominem quoad
ſeipſum, vt tam interiorem, quàm exte-
riorem vbique ſeruet Humilitatem.

DISQVI-

VIRTVTES.

DISQVISITIO IX.

De ſuperbiâ, eiusque gradibus Humilitati oppoſitis.

Superbia. Chryſoſt. homil. 10. in act. Eccl. 10. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 17. Vnde dicta.

HVMILITATI, quæ iuxta Chryſoſtomũ, *mater eſt ac radix, & altrix & fulcimentum, & vinculum bonorum*, ex diametro opponitur ſuperbia, Sapienti dicta *initium omnis peccati*, & Magno Gregorio, *Regina vitiorum*. Dicitur autem ſuperbia à verbo *ſuperea*: nam idem eſt ſuperbire ac
B
ſupra ſe, aut ſupra alios ire, vel ſupra menſuram & cõditionem ſuam ire, iuxta illud

Pſalm 130. Iſid. lib. de ſum. bono cap. 38.

Pſalmiſtæ: *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Vnde Iſidorus: *Superbus dictus eſt, quia ſuper vult videri, quàm eſt: qui enim vult ſupergredi quod eſt, ſuperbus eſt.* Sed Auguſtinum iuuerit audire:

Eius definitio. Auguſt. lib. 14. de ciuit. cap. 13.

*Quid eſt, ait, ſuperbia, niſi peruerſæ celſitudinis appetitus? Peruerſa enim celſitudo eſt, deſerto eo, cui debet animus inhærere, principia, ſibi quodammodo fieri, atque eſſe principium. Hoc fit, cùm ſibi nimis placet. Sibi verò ita placet, cùm ab illo
C
bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quàm ipſe ſibi.*

Humilitatis & ſuperbiæ antitheſes. Proſp. lib. 3. de vit. contempl. c. 3.

Antitheſes autem Humilitatis & ſuperbiæ ita expoſuit S. Proſper: *Superba voluntas facit Dei præcepta contemni, Humilitas cuſtodiri; Superbia ex Angelis dæmones fecit, Humilitas homines ſanctis Angelis ſimiles reddit. Illa rebelles diabolo ſubditos facit, hæc humiles Chriſto coniungit. Superbi cupiunt in ſe, quod non faciunt, prædicari, humiles refugiunt, quidquid boni operantur, agnoſci. Illi vitia ſua à ſe alienanda peruerſitatem ſuæ voluntatis excuſant, & bona ſua ſuis
D
viribus deputando ſemetipſos turpiter iactant; iſti ſi quæ peccata commiſerint, voluntariè confitenda ſemetipſas accuſant, & omnia bona ſua diuino muneri deputando, Deum iugiter laudãt.*

Ibid. cap. 8. Indicia ſuperbiæ. Caſſia. inſt. l. 12. c. 27. Greg. l. 34. mor. c. 18.

Hæc ille. Qui eodem loco occultæ & latentis ſuperbiæ naturam, effectus, & iodicia graphicè depingit. Sed quod Religioſos ſpectat, legeodus vel maximè Caſſianus, varia in eis ſuperbiæ ſigna oculis obijciens. Vti & poſt eum Magnus Gregorius.

Scala ſuperbiæ ducit ad infernũ.

Sed quod noſtram propiùs ſpectat ma-
E
teriam, erectæ à S. BENEDICTO ſcalæ alteram S. Bernardus Superbię ex aduerſo opponit; per quam ſicut Humilitas ſenſim creſcit vſque ad amorem Dei, ita & cordis elatio vſque ad contemptum & odium Dei aſcendit, aut vt veriùs dicam, in barathrum inferni inſtar luciferi, per duodenos Superbiæ gradus præceps ruit.

S. Thom. 2. 2. quæſt. 162. art. 4. Eius gradus.

Hos igitur, quos ex Bernardo Angelicus quoque Doctor recenſet, hic ſuo ordine enumerabimus, vt ex contrariorum oppoſitione Humilitatis ſcala magis eluceſcat.

A
Primus igitur eſt curioſitas, in hoc ſita, quod quis huc illuc vago aſpectu circumſpiciat, cupidus omnia videndi & audiendi. I.

Secundus eſt Leuitas aoimi, quâ quis facilis eſt, vt quæuis ad ſuam ceoſuram reuocet, ſuamque de illis ſententiam proferat, quidlibet effutiat, facilè alijs repugnet. II.

Tertius eſt inepta lætitia. III.

Quartus, iactantia, quâ quis libenter de ſuis rebus loquitur, & ſeipſum commen-
B
dat. IV.

Quintus eſt ſingularitas, cùm ſcilicet aliquis agit quędam vltra communia, vt præ ceteris æſtimetur. V.

Sextus arrogantia, quâ plura ſibi tribuit, quam habet, & quidquid io ſe laudari audierit, oon beoeuoleotiæ laudatoris, ſed ſuis adſcribit meritis. VI.

Septimus eſt præſumptio, quâ quis ad omnia ſe parem æſtimat, & multa etiam ſupra vires audet. VII.

Octauus eſt defenſio peccatorum, quâ
C
quis oectit excuſatiooes in peccatis. Aut enim dicit, noo feci, aut feci quidem, ſed benè feci: aut ſi malè, non multum malè: aut ſi multum malè, non malâ intentione. VIII.

Nonus eſt ſimulata confeſſio, cùm excuſationi locum non videns, ſigna doloris præfert, vt humilis & pœnitens videatur. IX.

Decimus eſt Rebellio, id eſt, nolle Superioribus obedire, mandata eorum parui pendere. X.
D
Vndecimus eſt Libertas peccandi. XI.

Duodecimus, conſuetudo peccandi. XII.

Poſſunt ad tres reuocari.

Poſſunt autem hi duodecim gradus, vt S. Bernardus annotauit, ad tres reuocari. Nam in ſex primis eſt coutemptus Fratrum: in quatuur ſequentibus cootemptus Superiorum: in duobus poſtremis contemptus Dei.

Omnes autem vt Humilitatis gradibus opponi queant, memoriæ cauſsâ his verſibus complexi ſumus.

Gradus ſuperbiæ verſu expreſſi.

His petit inferni gradibus loca nigra ſuperbus.
E
Primus *vbique vagis circumſpicit omnia ocellis.*
Mente leuis Fratrum diiudicat acta ſecundus.
Tertius *in riſum promptus lætatur ineptè.*
Quartus *ſe vana iactat ſermone frequenter.*
Rara amat & noua, nec reliquis communia quintus.
Arrogat vt præſtans alijs, ſibi plurima Sextus.
Omnibus officijs ſe credit Septimus *aptum.*
Peccata octauus *veluti benè facta tuetur.*

Agnoſcit

Agnoſcit fictè ſed crimen hypocrita Nonus. A
Cōtemnit Decimus *Maiorum iuſſa rebellis.*
Vndecimus *peccat ſine freno liber & effrǣs.*
Abſque timore malum Duodenus *vertit in vſum.*

Vel breuiùs ſic:

Indicia hæc animum ſignant duodena ſuperbum.

1. Reſpicit, & 2. leuis eſt; 3 ridet; 4 iactat; 5. noua quærit.
6. Arrogat; 7. aſſumit, 8. defendit, 9 hypocrita, 10. ſpernit.
11. Liberè, & ex longâ velut 12. aſſuetudine peccat.

VIRTVTES.

TRACTATVS V.

DE QVATVOR PRIMIS HVMILITATIS GRADIBVS.

HÆSIMVS *hactenus circà ipſam Humilitatis ſcalam, nunc aſcenſiones in corde diſponentes, ſingulos Gradus apprehendamus. Canticum Graduum quindecim Pſalmis interſtinctum Regius Vates olim compoſuit, quod totidem Gradibus aſcenderetur in templum, & ſinguli in ſingulis decantarentur, vt placet S. Bonauenturæ, Dionyſio Carthuſiano, Valentiæ, & Aignano, qui & hoc inſuper addit, vbi perueniſſent ſacerdotes ad vltimum gradum cuiuſlibet quinarij (qui omnes gradus eſſent quò altiores, eò latiores) aliquantiſper ſubſtitiſſe, & orationes aliquas alias recitaſſe. Quod quidem ex Eccleſiaſtico vſu confirmari videtur, in quo tribus quinarijs flexis genibus quædam ſubijciuntur preces. Lubuit hoc exemplum in hâc Humilitatis ſcalâ imitari. Atque ne nimis accliuis videatur, & aſcendentem, ſi vno ſpiritu ſuperanda proponatur, plus æquo defatiget; tribus eam diſtinguere interſtitijs, & ſingulos graduũ quaterniones totidem includere Tractatibus. Exhibebit igitur hic Tractatus,* Primò, *quis primus Humilitatis gradus?* Secundò, *Quænam timentis Deum officia?* Tertiò, *Quodnam in ſcalâ ſuperbiæ huic gradui vitium oppoſitum?* Quartò, *Quis ſecundus Humilitatis gradus?* Quintò, *Quid illi oppoſitum?* Sextò, *Quid tertius gradus, & illi contrarium?* Septimò, *Quis quartus gradus?* Octauò, *quid illi aduerſetur?*

Canticum Graduum quare compoſitum.

Partitio ſcalæ Humilitatis.

DISQVISITIO I.

Quis primus Humilitatis gradus?

HVMILITATIS gradus à *Timore Domini* S. BENEDICTVS orditur. *Primus*, inquit, *Humilitatis gradus eſt, ſi timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, obliuionem omninò fugiat.* Vbi primò diſquirendum occurrit, cur timor Dei dicatur primus Humilitatis gradus? cuius quidem plures aſſignari queunt rationes, ſed nos tres potiores tantùm referemus. Prima ſit. Sicut *initium omnis peccati eſt ſuperbia:* ſic timor Dei *initium eſt Sapientiæ,* omniſque virtutis, & conſequenter etiam Humilitatis. Vera enim Humilitas, vera quoque eſt ſapientia, vt ſapientiſſimus ait Salomon: *Vbi eſt Humilitas, ibi eſt ſapientia.*

Timor Dei cur primus Humilitatis gradus.

Eccli 10.
Pſal. 110.
Prima ratio.
Prou. 11. 12.

A Hinc exſultans Saluator noſter: *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Id eſt, humilibus. Secunda ratio, quia timor Dei adducit Humilitatem. Auguſtinus enim ſeptem dona Spiritus ſancti coæquans octo beatitudinibus; timorem aſſignat primæ beatitudini, *Timor* B *Dei,* inquit, *congruit* HVMILIBVS, *de quibus hic dicitur: Beati pauperes ſpiritu, id eſt, non inflati, non ſuperbi, de quibus Apoſtolus dicit: Noli altum ſapere; ſed time: id eſt, noli extolli.* Idem confirmat Angelicus Doctor. *Timori,* inquit, *propriè reſpondet paupertas ſpiritus. Cùm enim ad timorem filialem pertineat Deo reuerentiam exhibere, & ei ſubditum eſſe, id quod ex huiuſmodi*

Matth. 11.
Secunda, quia timor gignit Humilitatem.
Auguſt lib. 1. de ſerm. Domin. in monte c. 9.
S. Thom 2. 2 q. 19. art. 12.

VIRTVTES. *huiuſmodi ſubiectione conſequitur, pertinet ad* A *donum timoris. Ex hoc autem quod aliquis ſe Deo ſubijcit, deſinit quærere in ſeipſo, vel in alio aliqua magnificari, niſi in Deo: hoc enim repugnaret perfectæ ſubiectioni ad Deum.* Cui accedat quod iuxta S. Gregorium, donum timoris Dei datur cōtra ſuperbiam, quod exponens S. Thomas, ait: *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo: hoc eſt, nolle ſubdi Deo, quod opponitur timori filiali, qui Deum reueretur. Et ſic timor excludit principium ſuperbiæ. Nec tamen ſequitur, quod ſit idem cum virtute Humilitatis, ſed quod ſit principium* B *eius.* Vnde idem S. Doctor alibi ait, quòd principium & radix Humilitatis tam appetitus, quàm cognitionis, ſit *reuerentia quam quis habet ad Deum.* Vnde quòd homo Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcepit, in gradibus Humilitatis propterea ponitur, quia pertinet ad radicem Humilitatis.

Gregor. lib. 1. Moral.
S. Thom. ſuprà art 9. ad 3.
2. 2. q. 161. art. 6.

His accedat Tertia Ratio, quòd Timor Dei ſit noſtræ ad eum conuerſionis initium; vnde Auguſtinus ait: *Rariſſimè accidit, imò verò nunquam, vt quiſquam veniat* C *volens fieri chriſtianus, qui non ſit aliquo Dei timore perculſus.* Quod autem ille dixit de fidei initio, hoc etiam Caſſianus de principio conuerſionis & perfectionis monaſticæ aſſeruit. *Principium, inquit, noſtræ ſalutis eiuſdemque cuſtodia, ſicut dixi, timor Domini eſt. Per hunc enim & initium conuerſionis, & vitiorum purgatio, & virtutum cuſtodia, his qui imbuuntur ad viam perfectionis, acquiritur. Qui cùm penetrauerit hominis mētem, contemptum rerum omnium parit; obliuionem parentum, mundique ipſius gignit horrorem.* Sic D ille. Quod etiam ex ſacrâ probari poteſt Scripturâ. Eccleſiaſticus enim ait: *Qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum.* Et Iſaias: *A timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis.* Ex his iam ſatis liquet, quē ordinem ad Humilitatem habeat timor Domini.

Tertia, quia eſt initium conuerſionis ad Deum.
Auguſt de Catechiz. rudib. c. 5.
Caſſ lib. 4. cap. 39.
Eccli. 21.
Iſai. 26. iuxta 70.

Pro explicatione autem verborum S. BENEDICTI, hîc vlteriùs prænotanda inſtructio Abbatis Chæremonis. *Tria ſunt, inquit, quæ faciunt homines à vitijs temperare, id eſt; aut metus gehennæ, ſiue præſentium legum; aut ſpes atque deſiderium regni cælorum,* E *aut affectus boni ipſius, amorq; virtutum.* Proximè autem docet primum illum timoris gradum eſſe ſeruilem; ſecundùm, mercenarium; tertium verò filialem. Additque: *Eſt quidem in illis gradus cuiuſdam profectus imbuens nos, vt dum pœnarū metu vel præmiorū ſpe incipimus vitia declinare, ad charitatis gradū tranſire poſſimus.* Veroſimiliter credi poſſit S. BENEDICTVM hinc ſuam deſumpſiſſe doctrinam. Sicuti enim in hoc primo gradu gehennæ & vitæ æternæ expreſsè meminit; ita de caſto illo & filiali timore, qui

Caſſia. collat. 11. c. 6.
Triplex timor.
Cap. 7.
Cap. 8.

cum charitate conſiſtit, in fine capitis agit. Patris ſui doctrinâ imbutus S. Bernardus, triplicem hunc quoque agnoſcit atque explicat timorem. *Primus enim timor eſt, ne cruciemur in gehennâ, ſecundus ne excluſi à viſione Dei priuemur tam ineffabili gloriâ, tertius timor replet animam omni ſolicitudine timidam, ne fortè deſeratur à gratiâ. Et quidem omnis timor Domini ſicut aqua extinguit ignem: ſic extinguit peccati concupiſcentiam: ſed & maximè cùm ad omnem tentationem ſtatim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiam, vt ſibi derelictus homo, labatur quotidie de malo in peius; de periculo minori in grauiorem culpam.*

Explicatur.
Bern. ſerm. 1. dom. poſt octa. Epipha.

Primo igitur Humilitatis gradu, quem omnium fuſiſſimè S.P.N. proſequitur, timoris Dei partim radices, ſiue ſtimulos, partim verò eiuſdem exponit officia.

Timoris Dei ſtimuli.

PRIMVS ſtimulus eſt, vt Monachus *ſemper ſit memor, qualiter contemnentes Deum, in gehennam pro peccatis incidunt.* Hunc timorem Saluator noſter inculcat. *Timete eum,* inquit, *qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* S. Antonij verum eſt pronunciatum: *Formido iudicij, & pœnarum timor horridus, ſimul & lubricæ carnis incentiua diſſoluit, & ruentem animam quaſi ex aliquâ rupe ſuſtentat.* S. Chryſoſtomus dicit *metum gehennæ* etiam in animâ iuſti eſſe militem fortem & armatum, qui fures & latrones omneſque hoſtes longè arceat à domo. Scribit quoque S. Ambroſius, beatos Martyres in agone martyrij conſtitutos, *timore gehennæ* ante oculos mentis propoſitæ vincere ſolitos earum pœnarū timorem, qui à carnificibus ingerebatur. S. Hieronymus ait ſe *metu gehennæ* ſolitudinem, & duriſſimum vitæ genus elegiſſe. Auguſtinus: *Terruit Dominus cùm Euangelium legeretur, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Audiunt hæc homines, & quia verè futura ſunt impijs, timent, & continent ſe à peccato.* Et alibi: *Timor iſte, quo gehennam times, continet te, & voluntatem peccare non ſinit.*

I. Pœnarum inferni memoria.
Matth. 10.
Athanaſ. in vitâ.
Chryſoſt. homil. 15. ad pop Antioch. Eius effectus.
Ambroſ. in Pſalm. 118. oct. 21.
Hieron. Epiſt. 22. ad Euſtoch.
Auguſt. in Pſal. 127.
Idem ſerm. 13 de verb. Apoſt.

SECVNDVS timoris Domini Stimulus à S. BENEDICTO propoſitus, eſt, vt *vitam æternam, quæ timentibus Deum præparata eſt, animo ſuo ſemper reuoluat.* Dulciſſimam hanc atque æternam vitam timori Domini adſcribit regius Vates, admirabundus exclamans: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti* TIMENTIBVS *te.* Idemque canit: *Beati omnes, qui timent Dominum.* Quantâ autem formidine trepidāt homines, ne à parentibus exhæredentur, aut à poſſeſsâ hæreditate pellantur. Quàm meritò timeat anima Chriſtiana, ne excidat ab hæreditate filiorum Dei. Quantus metus homines inuadit, ne perituras amittant diuitias; & vt vel mulctam euadant pecuniariā, quam diligēter cauent. Maiori igitur

II. Conſideratio vitæ æternæ.
Pſalm. 30.
Pſal. 127.

Caſſ. collat. 11. cap. 13.
Iſai. 33.

igitur iure reformident æternas amittere diuitias. Præclare Caſſianus: *Timoris Dei magnificentiam Iſaias vnus Prophetorum eleganter expreſſit.* Diuitiæ, *inquiens*, ſalutis ſapientia & ſcientia: timor Domini ipſe theſaurus eius: *Non potuit timoris iſtius dignitatem ac meritum magis euidenter exprimere, quàm vt diuitias ſalutis noſtræ, quæ in verâ ſapientiâ Dei ſcientiaque conſiſtunt, diceret niſi à timore Domini poſſe ſeruari.*

III.
Diuinæ præſentia memoria.

Tertivs Stimulus eſt, diuinæ præſentiæ memoria, quem ita S. Benedictvs expreſſit: *Æſtimet ſe homo de cœlis ſemper à Deo reſpici omni horâ; & facta ſua omni loco ab aſpectu diuinitatis videri.* Quis enim non metuat in conſpectu iudicis aut prætoris, qui ad ſupplicium rapere poteſt, delinquere? Præclarè Boëtius: *Magna vobis, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis; cùm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis.* Prudenter quoque Prudentius:

Boët lib. 5. de conſol. Phil. proſ. vlt.

Prudent. Cathemerin hymn. 2.

Sic tota decurrat dies,
Ne lingua mendax, aut manus,
Oculive peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet.
Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actuſque noſtros proſpicit,
A luce primâ in veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur, quidquid eſt,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallet Iudicem.

Sed minimè opus hunc locum pluribus illuſtrare, nam S. Benedictvs multis Scripturæ locis probat Deum cogitationibus noſtris præſentem, quod & in ſacris litteris paſſim occurrit.

IV.
Denunciatio Angelorum.

Qvartvs Stimulus eſt, quod, vt Regulâ noſtrâ loquitur, *ab Angelis nobis deputatis die noctuque Domino factori noſtra opera noſtra nunciantur.* Et quidem bona opera, orationes præſertim ab Angelis Deo præſentari, Sacræ Scripturæ teſtimonijs inſtruimur. Hinc Raphaël Tobiæ: *Ego obtuli orationem tuam Domino.* Et in nouo Teſtamento. *Data ſunt illi* (Angelo) *incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.* Quod autem peccata noſtra ab Angelis Deo annuncientur, & de ijs nos accuſent, non memini me in ſacris legiſſe litteris: & tamen hoc requirere videtur ſenſus Sancti Patris Benedicti, quia ideò inter cetera ait, cauendum *ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliquo hora aſpiciat Deus*, quod *ab Angelis deputatis nobis* quotidie *opera noſtra nunciantur*, quod de malis intelligendum quis ambigat, per

Tob. 12.
Apoc. 8.
Quam in malis ſuppeſuit S. Benedictum.

A illa enim declinamus in malũ, & efficimur inutiles. Videtur igitur à contrario ſenſu colligere Sanctus Benedictvs, tam mala quàm bona opera Deo denunciari. Hoc enim timorem incutit, quod, ſi mala faciamus, ſtatim à deputatis nobis Angelis apud æquiſſimum iudicem accuſemur. Hanc bonorum Angelorum accuſationem apud Deum adſtruit Origenes, dicens, *Sicut ad Cornelium dictum de bonis; Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei: ſic & dictum eſt dia-*
B *bolo de malis; malignitates tuæ atque iniquitates aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei: Quomodo aſcenderunt? à ſanctis Angelis oblatæ. Sicut enim offerunt ſancti Angeli memoriam iuſtorum atque iuſtificationes eorum ante Deum: ſic ſimiliter deferunt ijdem Angeli memoriam malitiæ, atque nequitiæ diaboli, liuoris quoque & inuidiæ quam habet circa ſanctos in conſpectu terribilis Dei.* Ex quo etiam manifeſti fiunt hominum
C lapſus diaboli opera excitati, vt patet ex ijs, quæ ſubiungit Adamantius: *Offerunt nihilominus ſancti Angeli Dei, non quaſi neſciat is, qui omnia nouit antequam fiant; ſed vt teſtes efficiantur ſanctitatis atque pietatis iuſtorum. Iterum tamquam deflentes impietates atque iniuſtitias iniuſtorum, aut etiam ipſius diaboli. Hæc namque demonſtrans & ſignificans Dominus, dicit de illis bonis ſeruis (hoc eſt, de Angelis) venientes autem nunciauerunt Domino ſuo omnia quæ facta fuerant.* Quem ſenſum etiam probet Salmeron, dicens: Iſti conſerui, Angeli ſunt intellectu vigentes vt homines. *In miniſterium*
D *miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*, quorum vnus dixit Ioanni ſe adorare volenti: *Vide ne feceris; conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum.* Qui ſicut gaudium habent de bonis noſtris, ita de peccatis iraſci, & contriſtari, ſicut Deus, dicuntur. Narrant verò quæ geſta ſunt, Deo: quæ ipſe ab æterno nouit, dum illi orationes noſtras, & bona opera, vel ſcelera, & maleſacta repræſentant. Poſſunt autem hæc mala Deo præſentare, vt ſciant quomodo hominem debeant coërcere, & miſericorditer caſtigare, vt reſipiſcat. Sic quod apud Iob legi-
E tur: *Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem;* Paraphraſtes Chaldæus vertit: *Si eſt in eo meritum, præparatur Angelus paracletus vnus de millibus accuſatoribus, vt annunciet filio hominis æquitatem ſuam.* Quamuis enim accuſator fratrum ſuorum ſit diabolus, nihilominus qui nos accuſat apud conſcientiam noſtram, vt ait Pineda, qui vrget, qui minatur, vt ad meliorem

VIRTVTES.
Et alij adſtruunt hãc bonorum Angelorum accuſationem.
Origen lib. 1 in Iob.
Act. 10.
Matth. 18.
Salmer. to. 7. tract. 13.
Hebr. 1.
Apoc. 19.
Quomodo bona & mala annuncient.
Iob 33. 23.
Et redarguant conſcientiam noſtram.
Pined. in hunc loc.

VIRTVTES.

frugem conuertat, & mortem auertat imminentem, is bonus Angelus tutelaris eſt, verèque *paracletus*, vnuſque de illis *millibus, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Nam plenum eſt paternâ charitate, delinquentes monere, comprimere, & ſi opus ſit verberare: vt quondam factum Natalio narrat Euſebius. Is enim ab Aſclepiodoto & Theodoto hæreticis corruptus & *deceptus, frequenter admonebatur in ſomnis: ſed cum negligentiùs ſuſciperet viſiones, à ſanctis Angelis per totam noctem verberatus, & pœnis grauibus excruciatus, manè conſurgens cilicio ſe induit*, &c. Atque Hieronymum etiam ijdem reuocant à nimiâ lectione, & ſtudio profanorum librorum, *illâ voce inter flagella reſonante* (vt ipſe de ſe ſcribit) *Miſerere mei, Domine*, donec *ad Præſidentis Chriſti* Ieſu genua prouoluti, qui adſtabant ſancti Angeli, precabantur vt veniam tribueret adoleſcentiæ.

Angeli moneant, & caſtigant delinquentes. Euſeb lib. 5. hiſtor. cap. 27.

Hieron. Epiſt 22. ad Euſtoch.

Iam verò quod à Sancto BENEDICTO inſinuari diximus, bonos Angelos etiam mala opera alumnorum ſuorum Deo annuntiare, & ab alijs quoque, licet paucis, aſſertum legimus. Auctor ſermonum ad Fratres in eremo, apud Auguſtinum; ſcientes *quia Angelos Dei cuſtodes habemus, ſicut ipſe Saluator ait: Amen dico vobis, quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. Quapropter certè credere poſſumus, quia omnia opera noſtra quæ operamur die ac nocte, ſiue bona, ſiue mala, ab ipſis in conſpectu Dei nuntiata erunt.* Ex Sancti BENEDICTI ſcholâ Beatus Petrus Damiani, ait, *Angelos noſtram vigilantiam, ſiue deſidiam non modò diligenter attendere, ſed & ſuperno Iudici cuncta per ordinem nuntiare.* Bernardus in Scalâ Clauſtralium: *Habet enim circa te nuntios ſuos ſpiritus, quaſi ſagaciſſimos exploratores, vt videant quomodo abſente ſponſo conuerſeris, & accuſent te coram ipſo; ſi aliqua ſigna laſciuiæ & ſcurrilitatis in te deprehenderint.*

Alij Auctores pro hâc ſententiâ S. Benedicti.

Serm 68.

Matth 18.

Petr. Dam. opuſc. 59. cap. 3.

Extimeſcenda proindè hęc angelica denuntiatio & accuſatio; quod ſanè à peccato nos facilè compeſcat. Vtile & ſalutare monitum eſt Senecæ: *Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, vt ſic tamquam illo ſpectante viuamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus. Hoc mihi Lucili, Epicurus præcepit, cuſtodem nobis & pædagogum dedit; nec immeritò. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat. Aliquem habeat animus quem vereatur, cuius auctoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat.* Sic ille. At quanto efficaciori ſtimulo ſe excitare ad ſalutarem hunc timorem Chriſtiani poſſunt, quibus adſunt Tutelares Angeli? Hos enim Sanctus Athanaſius HOMINVM PÆDAGOGOS appellauit. Et Chryſoſtomus: *Vnuſquiſque* ait, *credentium Angelum habet. Si ergo Angelos habemus, ſobrij ſimus, tamquam ſi pædagogi quidam nobis adeſſent.* Eodem ferè modo admonet Bernardus: *Cautè ambula, vt videlicet cui adſunt Angeli, ſicut eis mandatum eſt, in omnibus vijs tuis. In quouis diuerſorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Túne audeas illo præſente, quod vidente me non auderes?*

Cur timenda Angelica denuntiatio. Senec. Epiſt. 11.

Athan lib. de com. eſſenc. *Angeli, hominum pædagogi.* Chryſoſt. homil. 3. in Epiſt. ad Coloſſ. Bern. ſerm. 10 Pſ. *Qui habitat.*

Atque hæc de diuini timoris ſtimulis: quos ſi iteratò repetat S. BENEDICTVS, cogitemus crebrioribus ictibus clauum Timoris Domini animo noſtro altiùs infigendum. Vnde Dauidis votum erat: *Confige timore tuo carnes meas.* Quo loco Cyprianus, Ambroſius, atque alij Patres legunt: *Confige clauis à timore tuo carnes meas.* Videamus nunc ad quæ Officia hi claui nos extimulent.

Timor Dei altè animo infigendus.

Pſal. 118.

DISQVISITIO II.

Quænam timentis Deum Officia?

PLVRA ac varia in ſacris litteris Spiritus ſanctus manifeſtauit, & vel vnica hæc inſinuat ſententia: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Quaſi dicat: ad quoduis officium attentus erit & accuratus, ita vt nihil eorum prætereat ad quæ obligatur. Nam ſicut ſecuritas mater eſt negligentiæ; ita timor diligentiæ. Nos tamen hîc non quælibet timentis Dominum Officia, ſed ea tantùm, quæ primo gradu deſignauit Sanctus BENEDICTVS, conabimur explanare.

Eccle. 7.

Officia timentis Deum.

PRIMVM autem ponit, vt *memor ſit omnium quæ præcepit Deus.* Memor autem ſit, ad faciendum ea. Vnde Siracides: *Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius.* Et Pſalmographus: *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* I.

Eccli. 2.

Pſal. 111.

SECVNDVM officium eſt, vt cuſtodiat ſe *omni horâ à peccatis & vitijs, id eſt, cogitationum, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ.* Rectè omninò; nam, *Timor Domini odit malum*, ait Salomon. Et Ambroſius: *Qui timet Dominum, declinat errorem, & ad virtutis ſemitam vias ſuas dirigit. Niſi enim quis timuerit Deum, non poteſt renuntiare peccato.* II.

Prou. 8.

Ambroſ. Hexam. c. 4.

TERTIVM, *Deſideria carnis amputare feſtinet.* Vnde Baſilius: *Hoc timore eruditus, animã à concupiſcentiâ ad hæc mala velut freno quodam reduc.* Et Sanctus Ephræm: *Timor Dei, velut gladius anceps eſt, omnem concupiſcen-* III.

Deſideria carnis amputare.

Baſil. hom. 9. in pſalm.

Ephræm ſerm. de patient.

cupiſcentiam prauam excidens. Cur autem carnis deſideria ſtatim abſcindenda? Reſpondet Sanctus BENEDICTVS. *Cauendum ergò ideò malum deſiderium; quia mors ſecus introitum delectationis poſita eſt.* Pro cuius explicatione animaduertere oportet, Deū habitare per fidem & charitatem in corde hominis, quod omni cuſtodia cuſtodiendum monuit Sapiens: quia aduerſarius noſter diabolus omnibus modis illud intrare nititur, & occupare. Sed claudendum illi eſt oſtium, quod ſuggeſtione pulſat, delectatione blāditur & obſecrat; conſenſu introitum impetrat. Anima verò ſuggeſtione tentationem agnoſcit, delectatione vincitur, conſenſu ligatur. Et hinc dictum, quod mors ſecus introitum delectationis poſita ſit. Quia qui delectationem exortam, & porro ingredi molientem non repellit, iam peccat. Dicit enim Auguſtinus: *Delectatio ante conſenſionem vel nulla eſt, vel tam tenuis, vt propè nulla ſit, cui conſentire, magnum peccatum eſt, cùm illicita eſt.* Præmiſerat autem: *Trio ergo hæc ſimilia ſunt illi geſtæ rei, quæ in Geneſi ſcripta eſt, vt quaſi à ſerpente fiat ſuggeſtio & quadam ſuaſio. In appetitu autem carnali, tamquam in Euâ, delectatio. In ratione verò, tamquam in viro, conſenſio: quibus peractis, tamquam de paradiſo, hoc eſt, de beatiſſimâ luce iuſtitiæ, in mortem homo expellitur.* Hoc autem ne contingat, cogitationi, affectioni, & intentioni animæ diligens adhibenda cuſtodia: de quibus Bernardus: *Cogitatio in memoriâ, affectio in voluntate, intentio in ratione conſiſtit.* His autem ſingulis ſuos præfigit oſtiarios. *Ne*, inquit, *à memoriâ expellat Deum irruens turba plurimarum cogitationum, quæ ſolent effluere tamquam vilis plebs in atrium: ponatur ad eius portam ianitor, cuius nomen eſt Recordatio propriæ Profeſſionis. Similiter ad portam voluntatis, in quâ ſolent manere carnalia deſideria, tamquam in domo domeſtica familia, ſtatuatur Oſtiarius, qui vocatur Recordatio* CÆLESTIS PATRIÆ. *Hic enim poteſt prauum deſiderium quaſi cuneus cuneum expellere, & ipſum qui ait:* Ecce ſto ad oſtium, & pulſo, *ſine cunctatione recipere. Iam verò ad thalamum rationis talis & tam ferox adhibendus eſt cuſtos, qui nemini parcat, ſed quicumque hoſtis ſiue clam ſiue palam ingredi præſumpſerit, procul eum arceat: & hic ſit Recordatio* GEHENNÆ. Sic ille, quem vides præcipuos illos quos explicauimus Stimulos, vitæ æternæ & gehennæ nominatim quoque inculcare.

Quomodo homo tentetur & trahatur ad peccatum.

Auguſt. lib. 1. de ſerm. dom. in monte, cap. 12.

Tripliciter.

Geneſ. 3.

Modus reſiſtendi per triplicem cuſtodiam.

Bern. ſerm. 29. ex paru.

Apoc. 3.

Quòd verò & hoc ad ianitorum ſpectet officium, non modò vt hoſtes non admittant, ſed nec domeſticis ad eos exire permittant: hinc rectè Sanctus BENEDI-

Concupiſcentiam ſequi non licet.

A CTVS alterum è ſacris litteris adiungit teſtimonium, animæ ad carnis deſideria aditum prohibens. Ait enim: *Scriptura præcipit, dicens: Poſt concupiſcentias tuas non eas.* Quia concupiſcentiæ ſunt ſicut Sirenes, quæ blando cantu homines à ratione abſtrahunt, & ad ſe alliciunt, vt allectos in exitium trahant. Nam vt Poeta:

——— *trahit ſua quemque voluptas.*

Et Beatus Iacobus: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Sic piſces & aues capiuntur eſcâ: Eſau lentis edulio illectus vendidit primogenita ſua. Concupiſcentia enim rationem & voluntatem hominis ſpecie boni delectabilis illicit & decipit, vt à bono honeſto eam abſtrahat, ad volendum & amandum bonum concupiſcibile & illicitum. Eſt ſiquidem veluti lena virum tentans, abſtrahenſque ab vxore ad fornicandum: ſicut & concupiſcentia animam à Deo ſponſo ſuo abſtrahit, vt cùm bonis creatis delicietur. Benè proinde Auguſtinus. *Ergò ne abſtraharis à concupiſcentia tuâ: negâ te illi: noli eam ſequi: illicita eſt, laſciua eſt, turpis eſt, alienat te à Deo. Noli dare conſenſionis amplexum, ne plangas partum: quia ſi conſenſeris, ſi amplexatus fueris, concipis.* Lubetne videre caſtiſſimum animum lenocinantis concupiſcentiæ illecebras non ſequentem? Attende Sanctum Iob, qui vindicem Dei iram ſibi imprecatur, *ſi*, vt inquit, *ſecutum eſt oculos meos cor meum.* Quod eleganter in Hebræo eſt. *Si poſt oculos meos abijt cor meum.* Et LXX. *Si oculo obſecutum eſt cor meum.* Nota eſt ex Apoſtoli Ioannis ſententiâ *cōcupiſcentia oculorum*, poſt quam negat hîc Sanctus Iob ſe abijſſe, aut illi vnquam fuiſſe obſecutum. Sicut ex aduerſo de ſe Salomon teſtatur: *Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis.* Et mox illud exponens, ſubiungit; *Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur.* Illud igitur conſecutus erat S. Iob, inquit Nicetas, vt conſpectus rerum externarum nullas excitaret in animo noxias cupiditates.

VIRTVTES.

Eccli 18.

Eius vis, & mala.

Virg. eclog. 2.

Iacob. 1.

B

C

Auguſt. hom. 21 inter 50. (?)

Exemplar caſtiſſimi animi.

Iob 31. 7.

D

Eccle. 2.

QVARTVM officium & præcedenti affine, eſt, *vt ſolicitus ſit circa cogitationes ſuas peruerſas, & dicat ſemper vtilis frater in corde ſuo: Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſeruauero me ab iniquitate meâ.* Quæ ſolicitudo ex eo oritur, quod, vt hîc probat Sanctus BENEDICTVS, Deus intimas mentium cognoſcat cogitationes. Ecquis enim admittat cogitationes, quas inſpectori & ſcrutatori cordis nouerit diſplicere? Docet autem Spiritus ſanctus, quòd *peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo.* Et quia *Spiritus ſanctus auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Quantæ autem formidinis eſt

E

IV. *Solicitudo circa cogitationes malas.*

Sap. 1.

VIRTVTES. Pſalm.50.

piæ animæ & Dei ſponſæ ſeparari à Deo, & deſeri à Spiritu ſancto, quod tam anxiè deprecabatur Regius Propheta: *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* Quod autem Sanctus BENEDICTVS ad confirmandam hanc tam accuratam cogitationum cuſtodiam adducat illud Pſalmi: *Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſeruauero me ab iniquitate mea.* Pro eo quod in Vulgatâ editione, atque etiam ſecundùm Hebraicam veritatem, & interpretationem LXX. legitur, *cùm eo;* videri queat ad ſenſum ſuum nonnihil accommodaſſe, aut ſanè *cum eo* intellexiſſe, quaſi ſit *coram Deo*, & in eius præſentiâ. Nam coram Deo verè maculatus eſt, qui ſe non obſeruat ab iniquitate ſuâ. Sed quid hoc ad ſolicitam cogitationum cuſtodiam? Non omninò parum. Quia enim omnis iniquitas à malis incipit cogitationibus, quæ illius ſeminarium ſunt; non ſe obſeruat ab iniquitate, qui peruerſas non excludit cogitationes. Nec facilè ab incendio tutus erit, qui primam non extinxerit ſcintillam. *Mentem quidem*, vt inquit Abbas Moyſes apud Caſſianum, *non interpellari cogitationibus impoßibile eſt: ſuſcipere verò eas, ſiue reſpuere omni ſtudenti per gratiam Dei poßibile eſt.* Quod molæ declarat ſimilitudine, quæ aquarum impetu iugiter circumagitur, ſed illud molit quod ingeſtum eſt, ſiue triticum, ſiue hordeum, ſiue zizania: ſic mens noſtra *vacua cogitationum æſtibus eſſe non poterit: quales verò vel admittere, vel parare ſibi debeat, ſtudij ac diligentiæ ſuæ prouidebit* quiſque induſtriâ.

Locus Pſalmi pro hâc explicatur.

Mens humana numquam quieſcit.

Caſſia. collat.1.c.17.

Cap.18.

Comparatur molæ.

Eamdem ſimilitudinem pulchrè proſequitur Bernardus. *Sicut*, inquit, *molendinum velociter voluitur, & nihil reſpuit; ſed quidquid imponitur, molit: ſi autem nihil apponitur, ſeipſum conſumit: ſic cor meum ſemper eſt in motu, & numquam requieſcit: ſed ſiue dormiam, ſiue vigilem, ſomniat & cogitat quidquid ei occurrit. Et ſicut molendinum, arena ſi imponatur, exterminat: pix inquinat; palea occupat: ſic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat. Ita cor meum dum futurum non curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cæleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. Cumque elabitur ab illis, & inuoluitur in iſtis, vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat triſtitia: ſicque miſeris caſibus ſubmergitur omnibus vitijs: quoniam vnum Deum, qui ei ſufficere poterat, dimiſit.* Hactenus ille, noſtrarum cogitationum mobilitatem & miſeriam depingens, ex quâ facilè vnuſquiſque colligat, quàm diligenter timore Dei impetum cogitationum ſuarum debeat cohibere, & vt fugiat malas, aſſueſcere bonis. Vnde benè Gregorius Papa: *Vitare turpes cogitationes non præualet, qui honeſtas in ſe non habet. Quia enim ſemper cogitamus, exquirenda nobis ſunt bona, ne mala cogitemus.*

Bernard. in meditat.

Quæ molit quidquid ingeritur.

Timore Dei frenandæ cogitationes.

Greg in lib. 1.Reg.c.14.

V. *Propria voluntatis abdicatio.*

QVINTVM officium, propriam non facere voluntatem. Quod quidē docet, conſtatque ex timore Dei procedere, ſed quia ſecundus Humilitatis gradus cum hoc coincidit, tantùm hîc exponendum reſtat, quo modo ex Oratione Dominica eliciat propriæ voluntatis abdicationem. *Rogamus*, inquit, *Deum in oratione, vt fiat voluntas eius in nobis.* Vbi τὸ *in nobis*, explicationis gratiâ adiectum videtur. Tertullianus enim ait: *Senſus petitionis eſt, vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt poßit ſcilicet fieri & in cœlis.* Magiſtrum imitatus glorioſus Martyr Cyprianus, *Quia*, inquit, *nobis à diabolo obſiſtitur, quò minùs per omnia noſter animus atque actus Deo obſequatur, oramus ac petimus, vt fiat* IN NOBIS *voluntas Dei, quæ vt fiat* IN NOBIS, *opus eſt voluntate, id eſt, ope eius & protectione: quia nemo ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei indulgentiâ & miſericordiâ tutus eſt.* Similiter Venantius Fortunatus: *Non petitur, vt fiat voluntas Dei, non id fit quia aliquis potuit reſiſtere eius voluntati, vt non faceret aliquando quod voluit Omnipotens: nec ob id, quia illum poteſt aliquid impedire; ſed vt* IN NOBIS *impleatur eius voluntas, & operetur.*

Matth.9.

Tertull. lib.de Orat. c.4.

Quomodo rogandum vt Dei voluntas fiat in nobis.

Cyprian. in orat. Domin.

Fortun. in Orat. Domin.

Quid inde inferat S. Benedictus.

Sed quomodo hinc Sanctus BENEDICTVS infert deſerendam voluntatem propriam? nimirùm quia, vt ſcribit Gandauenſis Epiſcopus Ianſenius; Intelligitur hæc petitio etiam à pleriſque de voluntate beneplaciti, quam fieri precamur, dum quid à Deo precantes, ſolemus adijcere: *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Quomodo Chriſtus orabat cùm calicis amaritudinem deprecaretur. Ex quâ Chriſti oratione ſatis apparet, quomodo noſtra abnegenda voluntas, & ſubijcienda ac conformanda voluntati diuinæ. Et Caſſianus ait, tria ſupplicatione peti, *vt ſint homines ſimiles Angelis; & ſicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo, ita etiam hi qui in terrâ ſunt,* NON SVAM, *ſed eius vniuerſam faciant voluntatem.* Et hinc iam patet, quomodo Sanctus BENEDICTVS ex hâc petitione intulerit abrenunciationem voluntatis propriæ.

Ianſen. in Concord. Euang cap.41.

Matth.26.

Caſſia. collat 9.c.20.

DISQVI-

DISQVISITIO III.

Quodnam in Scalâ Superbiæ huic gradui vitium oppoſitum?

Conſuetudo peccandi opponitur timori Dei. PRIMO huic Humilitatis gradui opponit Sanctus Bernardus duodecimum ſuperbiæ, quem nominat *conſuetudinem peccandi*. Rectè omninò. Nam vt timor Dei frenum eſt animum à peccato reuocans; ita eo remoto, præceps ruit in ſcelera, eaq; frequentans vertit in conſuetudinem, B & pacatam conſcientiæ domum prorſus *Eccli. 27.* euertit. Rectè proinde Siracides: *Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua.* Formidandum profectò hoc conſuetudinis barathrum, è quo vt moleſtiſſima, ita quoque rariſſima, & tantùm non deſperata emergendi *Non facilè ſuperatur, & eſt altera natura.* facultas. Hinc conſuetudo altera natura paſſim dicitur. Baſilius: *Conſuetudo vetuſtate firmata naturæ vim ſolet nanciſci.* Et alio *Baſil. reg. fuſ diſput. q. 6.* loco: *Permoleſtum eſt, & vix toleratu poſſibile, vel ipſis brutis, amoueri à conſuetudine.* C *Idem hom. 5. in Iohe.* Chryſoſtomus: *Magna eſt conſuetudinis tyrannis, adeoque magna, vt perinde cogat, ac na-* *Chryſoſt. hom 7 in 2. Cor. 4.* *tura.* Hipponenſis Antiſtes: *Vincere con-* *Auguſt. in Pſal. 30.* *ſuetudinem, dura pugna.* Vt autem tota hæc pernicies ex timoris Dei oritur neglectu, *Pericula mala conſuetudinis.* ita nullum ei efficacius antidotum, quàm miſerabilem ſtatum, & extremum in quo talis verſatur, conſiderare periculum, vt vel ſic tandem aliquando euigilet.

I. *Extenuatio grauium ſcelerum.* *Primum* autem periculum eſt, ne ex conſuetudine etiam grauia ſcelera ſenſim videantur exigua. Vnde Auguſtinus: *Pec-* D *Idem in Enchirid. cap. 80.* *cata quamuis magna & horrenda, cùm in conſuetudinem venerint, aut parua, aut nulla eſſe creduntur; vſque adeò, vt non ſolùm non occultanda, verùm iam prædicanda, ac diffamanda videantur: quando ſicut ſcriptum eſt;* *Pſal. 9.* *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur.* Contra hanc conſuetudinem ſubdit ibidem ſe aliquando exclamare compulſum: *Væ peccatis hominum, quæ ſola inuſitata exhorreſcimus, vſitata verò pro quibus abluendis Filij Dei ſanguis effuſus eſt, quamuis tam magna ſint, vt omninò* E *claudi contra ſe faciant regnum Dei, ſæpè videndo, omnia tolerare, ſæpè tolerando nonnulla etiam facere cogimur.*

II. *Neceſſitas dura.* *Secundum* periculum, ne ex conſuetudine oriatur neceſſitas, quam in ſe deplo- *Auguſt. lib. 8. conf. c. 5.* rabat idem Auguſtinus: *Suſpirabam*, inquit, *ligatus, non ferro alieno, ſed meâ ferreâ voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate peruerſa, facta eſt conſuetudo. Et dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis* A *quibuſdam ſibimet innexis, inde catenam ap-* *VIRTVTES.* *pellaui, tenebat me abſtrictum dura ſeruitus.* Nimirùm, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et huic tam immiti Domino ad omnem eius voluntatem pænè nolens obſequi tenetur, & quò magis obſequitur, fortiùs obligatur, & intricatur. Benè Gre- *Greg lib. 4. Moral. cap. 28.* gorius: *Quot vicibus praua frequentationis homo adſtringitur, tot quaſi vinculis ad mentem ligatur.*

III. *Duritia cordis.* *Tertium* periculum eſt, ne ex conſuetudinè paulatim incidat in duritiam cordis, B de quo Summum Pontificem Eugenium *Bern lib. 1. de Conſid. cap. 2.* commonefecit Sanctus Bernardus: *Quid non inuertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? Quid non vſui cedat? Quantis quod præ amaritudine priùs exhorrebant, vſu ipſo malæ conſuetudinis in dulce conuerſum eſt? Primum tibi importabile videbitur aliquid, proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, iudicabis non adeò graue: paulò pòſt etiam delectabit: ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illâ in auerſionem.* Quid autem ſit *cor durum*, gra- *Egregiè depingitur.* phicè idem deſcribit. Alibi ex profeſſo hanc C conſuetudinis tyrannidem, & quæ eam conſequuntur mala, ob oculos ponit. *At* *Idem de grad. 12. Superb.* *poſtquam*, inquit, *terribili Dei iudicio prima flagitia impunitas ſequitur, experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur. Concupiſcentia reuiuiſcente ſopitur ratio, ligatur conſuetudo. Trahitur miſer in profundum malorum: traditur captiuus tyrannidi vitiorum, vt carnalium ita voragine deſideriorum abſorptus ſuæ rationis diuinique timoris oblitus, dicat inſipiens in corde ſuo:* Non eſt Deus. *Iam indifferenter libitis pro licitis vti-* D *tur; iam ab illicitis cogitandis, patrandis, inueſtigandis, animus, manus, vel pedes non prohibentur: ſed quidquid in cor, in buccam ac manum venerit; machinatur, garrit, & operatur, maliuolus, vaniloquus, facinoroſus.*

IV. *Contemptus.* *Quartum* periculum eſt contemptus, de quo ibidem Bernardus: *Poteſt*, inquit, *duodecimus gradus appellari conſuetudo peccandi, quâ Dei metus amittitur, contemptus incurri-* *Idem ſerm. de donis.* *tur.* Idemque alibi: *Totas concupiſcentiæ laxat habenas, totoque impetu fertur in præceps,* *Prou. 17.* *ſicut ſcriptum eſt. Impius cum venerit in pro-* E *fundum peccatorum contemnit.* *Quid profundum peccatorum.* Quodnam autem eſt peccatorum profundum? Chryſoſtomus ad Theodorum lapſum, ait eſſe conſuetudinem peccandi; *Athan ſer. 4. cont. Arian.* Athanaſius, cæcitatem mentis; alij, contumaciam & pertinaciam peccandi; Bernardus, contemptum Dei. Hugo Cardinalis: *Profundum peccatorum*, inquit, *dici poteſt contumacia, pertinacia, defenſio, iactantia, deſperatio, præſumptia, excæcatio intellectus, corruptio affectus.* Vbi nota, ait Cornelius, quatuor huius profundi dimenſiones. Altitudo enim eſt iactantia, cùm quis de malefactis ſuis quaſi bene-

VIRTVTES.

ſi benefactis gloriabundus exultat; huic oppoſita profunditas eſt deſperatio veniæ & ſalutis; longitudo eſt conſuetudo peccandi; latitudo eſt præſumptio de Dei miſericordiâ.

V. Deſperatio.

Quintum denique & vltimum periculum, eſt iam dicta deſperatio, de quâ Bernardus: *Si contemptus peritiſterit, accedere neceſſe eſt & malitiam, vt quam poſſis conſolationem deſperatus miſer admittat: & cui non eſt pars in bonis, latetur vel in malis, latetur cùm malefecerit, & exultet in rebus peſſimis.* Quibus autem gradibus in hanc voraginem, & æternam denique damnationem deſcendatur, breuiter exponit Caniſius: In primis oritur ex ſuggeſtione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex peccati defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Hæc eſt demum longa illa & horrenda peccatorum catena: hi funes atque compedes, quibus adſtrictum hominem satanas nunc in omne genus malorum, ac tandem in tartaream abyſſum præcipitat infeliciſſimè.

Bern. ſerm. de donis.

Qui ad illum gradus.

Petr. Caniſ. Catech. cap. de peccat.

Infelicitas lapſorum in malam conſuetudinem.

Iſid lib. 2. de ſum. bono c. 22.

Sed eheu, quis hanc pro merito expendat aut deploret infelicitatem, quæ vel extrema, vel extremæ proxima? Rectè Iſidorus Hiſpalenſis hoc ponderans, ait: *Peccatum admittere, cadere eſt in puteum: conſuetudinem verò peccandi facere, os putei eſt coanguſtare, ne is qui cecidit, valeat exire. Sed interdum etiam tales Deus liberat, dum eorum deſperationem ad conuerſionem libertatis commutat. Ipſo enim miſerante peccata dimittuntur; quo protegente fit, ne in deterius peccando eatur. Nequiſſimum eſt peccare, peius eſt peccandi conſuetudinem facere. Ab illo facilè, ab hoc cum magno labore reſurgitur, dum malæ conſuetudini repugnatur. Malè agendi conſuetudinem, receſſum eſſe Propheta aſſerit in profundum, cuius vſu quaſi quadam lege homo tenetur adſtrictus, vt etiam quando non vult, peccatum admittat. A lapſu verò citò reſurgere, non eſt in profundum ire.* Hæc ille. Difficultatem porrò emergendi à durâ hâc conſuetudine pulchrâ allegoriâ exponit S. Auguſtinus: *Conſuetudine,* inquit, *malignâ preſſi, tamquam ſepulti ſunt. Sed quid dicamus fratres ita ſepulti, vt de Lazaro dictum eſt, iam putet. Moles illa impoſita ſepulchro, ipſa eſt vis dura conſuetudinis, quâ premitur anima, nec reſurgere nec reſpirare permittitur. Dictum eſt autem. Quatriduanus eſt. Reuera ad iſtam conſuetudinem quarto quodam progreſſu, peruenit anima. Prima eſt enim quaſi titillatio delectationis in corde: ſecunda conſenſio; tertia factum; quarta conſuetudo, &c. Factum enim* A *in conſuetudinem vertitur, & fit quadam deſperatio, vt dicatur: Quatriduanus iam putet. Venit ergo Dominus. Cui vtique facilia erant omnia. Et difficultatem quandam oſtendit. Ibi infremuit ſpiritu. Oſtendit multo clamore obiurgationis opus eſſe ad eos, qui conſuetudine duruerunt. Tandem ad vocem clamantis Domini rupta ſunt vincula neceſſitatis. Proceſſit de monumento viuus, & ambulare non poterat.* Verùm quàm rara, quàm difficilis huius mortui reſuſcitatio, tam pauendum, tam cauendum malæ conſuetudinis crimen, & B multiplex, quod illud ſubſequitur diſcrimen.

Difficultas emergendi ex hoc barathro.

Aug. ſerm. 44. de verb. Domin in Ioan.

DISQVISITIO IV.

Quis ſecundus Humilitatis Gradus?

HVMILITATIS doctorem hunc gradum ita deſcribentem audiamus. *Secundus,* inquit, *Humilitatis gradus eſt, ſi propriam quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectetur implere: ſed vocem illam Domi-* C *ni factis imitetur, dicentis: Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Item dicit Scriptura: Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.* A timore Domini ad abnegationem odiumque voluntatis propriæ aſcendit.

Secundus gradus Humilitatis.

Ioan. 6.

Quiſquis autem ſæculo abrenunciare, & monaſticam cupit aſſumere vitam, propriam exuere debet voluntatem. Quænam verò eſt voluntas propria? Reſpondet Bernardus: *Voluntatem dico propriam, quæ non eſt communis cum Deo & hominibus,* D *ſed noſtra tantùm, quando quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem Fratrum, ſed propter noſmetipſos facimus, non intendentes placere Deo, & prodeſſe Fratribus, ſed ſatiſfacere propriis motibus animorum. Huic contraria eſt rectâ fronte charitas, quæ Deus eſt. Hæc enim aduerſus Deum inimicitias exercens eſt, & guerram crudeliſſimam. Quid enim odit, aut punit Deus, præter propriam voluntatem? Ceſſet voluntas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille deſæuiet, niſi in propriam voluntatem? Etiam nunc cùm frigus,* E *aut famem, aut aliquid tale patimur, quid lædit niſi propria voluntas? Quod ſi voluntariè ſuſtinemus, ipſa iam voluntas communis eſt, ſed infirmitas quædam, & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio eſt, & in illo omnes pœnas ſuſtinemus donec penitus conſumatur.* Plura ibidem congerit, quibus malos propriæ voluntatis effectus exponit. Inter quos Religioſis vel ille maximè inculcandus eſt, quod alibi ſcribit bona opera propriâ voluntate facta inquinari, meritoque deſtitui. *Et enim,* inquit, *ſi in die ieiunij mei, inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit*

Quænam voluntas propria.

Bern. ſerm. 1. de reſurr.

Sine oh non oris infernus.

Bona opera inquinat, & meritò priuat.

Idem ſerm. 71. in C…

elegit ſponſus , nec ſapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ, ſed vitium propriæ voluntatis ſapit. Ego autem non ſolùm de ieiunio, ſed de ſilentio , de vigiliis, de oratione , de lectione , de opere manuum ; poſtremò de omni obſeruatione Monachi , vbi inuenitur voluntas ſua in eâ, & non obedictio Magiſtri ſui, idipſum ſentio. Minimè prorſus obſeruantias illas , etſi bonas in ſe, tamen inter lilia, id eſt, inter virtutes cenſuerim deputandas: ſed audiet à Prophetâ, qui eiuſmodi eſt : Numquid tale eſt obſequium, quod elegi? dicit Dominus. Et addit: In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ. Grande malum propria voluntas, quâ fit vt bona tua tibi bona non ſint.

Iſai. 58.

Lib. 2. in Catech. p. 2. diſq. 2. & ſuprà tract. 2. diſq. 9.

Vbi habeatur, voluntas habet pœnam, &c.

Quia autem de abdicandâ propriâ voluntate & alibi nobis ſermo fuit , hîc illud S. BENEDICTI tantummodò expendemus: *Item dicit Scriptura: Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.* Quæri enim poteſt, vbi hic textus in Scripturâ habeatur? Iacobus Ferragius , qui Regulam S. BENEDICTI nouiſſimè edidit , & Scripturæ citationes ad marginem adiecit , hoc loco poſuit 1. *Ioan.* 4. ſed ibi nihil aliud habetur, C quàm *Timor pœnam habet* , nec indicat Ferragius, vnde reliqua ſumpta. Quare Smaragdus , Paulus Diaconus apud Boërium, Turrecremata & Perez dicunt , non eſſe quærendam hanc auctoritatem ſecundùm litteram , ſed ſecundùm ſenſum ex variis Scripturæ locis, vel exemplis. Quod quidem non adeò mirum videri debet , cùm aliqui, vt refert Salmeron, arbitrentur S. Paulum dixiſſe : *Oportet meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit : Beatius eſt magis dare quàm accipere :* non quòd alicubi id D Chriſtus dixerit, ſed ex verborum euangelicorum conſequentia id Paulus collegerit, quia nimirum Chriſtus dixerit : *Date, & dabitur vobis. Omni petenti te, tribue.* Et: *Cum facis conuiuium , voca pauperes , debiles, claudos , & cæcos : & beatus eris , quia non habent retribuere tibi.* Ex quibus facilè deducitur , Beatius eſſe dare , quàm accipere. Similiter ergo ex quibuſdam Scripturis S. BENEDICTVS forſitan collegerit: voluntatem habere pœnam, neceſſitatem parere coronam. Ex quibus autem? Smaragdus & E Paulus Diaconus ſic exponunt : *Voluntas habet pœnam , id eſt, lata eſt via, quæ ducit ad infernum : & neceſſitas parit coronam , id eſt, ſtricta eſt via, quæ ducit ad vitam.* Turrecremata allegat illud Lucæ : *Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, vapulabit plagis multis.* Bernardus verò Caſſinenſis arbitratur hoc teſtimonium conflatum ex duabus Scripturis, priorem partẽ colligi ex Threnis : *Qui veſcebantur voluptuosè , interierunt in viis.* poſteriorem ex illo Apoſtoli: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant , nos autem incorruptam.* In priore autem parte inſinuat ſcripſiſſe S. BENEDICTVM, *Voluptas habet pœnam*: & ſic eſt in Regulâ Magiſtri, Concordiâ Regularũ, Smaragdo MS. Ruthardo, & aliis; ſed in Regulâ Donati eſt *voluntas*, quod magis videtur ad mentem S. BENEDICTI. Mihi verò dicendum videtur, non infrequens eſſe apud B veteres Eccleſię Patres protritas quaſdam ſententias *Scripturæ* nomine allegari , quæ tamen in eâ non inueniantur , vt minimè mirum ſit , ſi idem acciderit S. BENEDICTO. Exempla occurrunt varia.

Aliqui colligi dicunt ex ſenſu Scripturæ.

Salmer. tract. 30. in Act.

Luc. 6.

Luc. 14.

Luc. 12.

Alij ex duabus ſcripturis teſtimonium hocce conflatum.

Thren. 4. 5.

1 Cor. 9. 25.

VIRTVTES.

Donat. in reg. cap. 19.

Patres citant Scripturæ nomine, quæ in eâ non exſtant

Sanctus Ignatius Martyr adfert illa verba, *Ecce homo, & opus coram facie eius*, tamquam à Chriſto prolata: quod & facit Gregorius Nazianzenus in Orat. de bono ordine differendi, atque alij: ſed hæc ſententia ſumpta videtur ex lib. 2. de Doctrinâ Apoſtolorum cap. 14.

S. Ignatius. Epiſt. ad Smyrn.

Nazianz.

Martyr quoque Iuſtinus Dialogo contra Tryphonem aſſerit à Domino dictum C eſſe : *In quibus te reperiam, in iis te iudicabo.* Nec ſolus eſt , ſed eum ſecuti ſunt Origenes tom. 1. Homil. in Ieremiam; S. Cyprianus de Mortalitate num. 29. Aimoinus noſter, lib. 6. de Geſt. Franc. cap. 51. & alij.

Iuſtinus Martyr.

Tertullianus lib. de ieiunio aduerſ. Pſychicos cap. 6. ait : *Si enim Deus æternus non eſuriet , vt teſtatur per Iſaiam, hoc erit tempus quo homo Deo adæquetur , cùm ſine pabulo viuit.* Ad quem locum Pamelius: Cùm etiam alibi iſtud Iſaiæ adſcribat Auctor , quærat locum Lector diligentior. Nimirùm ipſe D fruſtrà quæſierat ; vt & duos alios locos à S. Cypriano pro S. Scripturæ verbis citatos. Priorem producit lib. 3. Teſtimoniorum ad Quirinum cap. 6. ex Sapientiâ Salomonis: *In locis impiorum gemunt iuſti ; in illorum autem perditionem abundabunt iuſti.* Alterum eod. lib. cap. 53. ex Iſaiâ : *Væ qui argυti ſunt in ſemetipſis.* At nec illum in libris Salomonis, nec hunc in Iſaiâ inueniri, annotauit ipſe Pamelius.

Tertullianus.

Cyprianus.

Eſt & alia ſententia, quę Domino à pluribus tribuitur : *Eſtote probati nummularij*; E ſiue, *Efficiamur probati trapezitæ.* Quam citat Clemens Alexandrinus Stromat. 1. circa finem; Origenes in Ioannem; S. Hieronymus Epiſt. 152. ad Minerium & Alexandrum; Caſſianus collat. 1. cap. 20. & coll. 2. cap. 9. Damaſcenus lib. 4. de Fid. Orthod. cap. 18. Ad eandem ſententiam alludunt Baſilius in cap. 1. Iſaiæ, & Ambroſius lib. 1. cap. 1. in Lucam , & lib. 9. cap. 10. Exſtat porrò in Conſtit. Apoſtolicis Clementis Romani lib. 2. cap. 36. & 37. vbi etiam cap. 43. allegatur locus , quem in nouo Teſtamento non leges : *Quia Dominus* , inquit,

Clemens Alex.

Origenes.

Clemens Romanus.

VIRTVTES. *ait: Si obliquè in me inceditis, & ego item in* A *vos obliquus incedam.*

S. Petrus. Illud etiam B. Petrus dixit à Domino pronuntiatum: *Oportet venire bona; beatus autem per quem veniunt.* Quod habetur l. 7. Narrationum in diſput. S. Petri cum Simone Mago habitis, quas ſcripſit Clemens Romanus in Recognit.

S. Auguſtinus. S. quoque Auguſtinus in Regulâ, ſiue Epiſtolâ 109. ait; Scriptum eſt: *Abominatio eſt Domino defigens oculum.* At vbi hoc ſcriptum? interrogat Stellartius in Nucleo hiſtorico Regulæ S. Auguſtini; aitque pro B Mercurio ſibi futurum quiſquis certò indicarit locum.

Auguſt. lib. de perfect. iuſt. c. 9. Idem Auguſtinus alibi citat ex Deuteronomio: *Et non erit inconſummatus in filiis Iſraël.* Quæ verba in toto libro, nec in LXX. quidem inueniuntur.

Cap. 12. Et eodem loco hæc habet: *Item inquit ad ipſum Iob, & miraculum tenuit veracis hominis.* Non inuenitur autem hic locus in libro Iob, nec in noſtrâ editione, nec in LXX. ſed nec apud Auguſtinum in Annotationibus ſuprà eumdem librum.

S. Gregorius Magnus. Gregor. in c. 7. Cant. S. Gregorius: *Nemo* enim, ſicut ſcriptum eſt, *repentè fit ſummus.* Sed quæras, vbi hoc ſcriptum? nuſquam: nec enim in ſacro Textu reperitur.

Senſus ſententiæ à S. Benedicto citatæ. Quod verò citatam à S. BENEDICTO ſpectat ſententiam, Ioannes, Cæleſtinus Monachus expreſsè haberi aſſerit in Paſſione Anaſtaſiæ. Senſus verò eſt: Voluntas, ſcilicet propria, quæ ſuam ſequitur voluptatem & delectationem, pœnam habet: neceſſitas verò, ſiue obligatio obediendi, quæ ex profeſſione oritur, & præceptis Regulæ ſiue Superiorum, parit coronam. Vnde eſt illud: *Felix neceſſitas, quæ ad meliora compellit.*

DISQVISITIO V.

Quid ſecundo Gradui opponitur?

Libertas peccandi opponitur ſecundo gradui. VNDECIMVM ſuperbię gradum ſecundo Humilitatis opponit S. Bernardus, quem ait appellari poſſe *libertatem peccandi*, quam tribuit illi, qui poſt rebellionem *expulſus vel egreſſus de monaſterio, ingreditur vias quæ videntur hominibus bonæ, quarum finis* (*niſi forſè Deus eas illi ſepierit*) *demerget eum in profundum inferni, id eſt, in contemptum Dei.* Prou. 17. *Impius ſiquidem cùm venerit in profundum malarum, contemnit.* Per hanc libertatem, vt conſequenter ſubdit, cùm Monachus *nec magiſtrum videt quem timeat,* Effectus vitij huius. *nec fratres quos revereatur, tantò ſecuriùs quantò liberiùs ſua deſideria implere delectatur; à quibus in monaſterio tam pudore quàm timore prohibebatur. Sed etſi iam vel Fratres, vel Abbatem non timet, nondum tamen Dei penitus formidine caret. Hanc ratio tenuiter adhuc ſubmurmurans voluntati proponit, nec ſine aliquâ dubitatione quæque primum illicita perficit, ſed ſicut is qui vadum tentat, pedetentim non curſim vitiarum gurgitem intrat.* Hactenus Bernardus de illo, qui Regulæ iugum prorſus excuſſit.

Sed enim, quod vel ingentibus lacrymis maximè deplorandum, reperire ſubinde eſt in monaſteriis quoſdam de genere libertinorum, qui licet non omnino exuerint omnem verecũdiam, laxiſſimè tamen viuunt, & quiduis ſibi, modò non ſit manifeſtum letalis peccati periculum, quia libitum, exiſtimant licitum; ſuo viuentes arbitratu, ſuis ſeruientes deſideriis. Regularum & Conſtitutionum, quia vel ad veniale dumtaxat, vel ad nullum obligant peccatum, frequentiſſima tranſgreſſio; regularis pœnæ metus exiguus, quia tamquam emeritis & rude donatis condonatur, vel aliorum grauiorum contradictionum metu conniuetur. Negliguntur paſ- C ſim pietatis exercitia, orationes, mortificationes, aliaque, niſi ſtricto Iure ad ea obligentur: ad ſingula prætenditur illud, *Non teneor, non ſum obligatus.* Multiplicantur per domum diſcurſus, otioſi ſermones, colloquiorum cum domeſticis vel hoſpitibus aucupationes, & liberrimè ſe quibuſuis tranſgreſſionum occaſionibus exponunt. Libertini quidam Religioſi depinguntur.

Tepiditas radix horũ malorum. Bernard. Serm. 63. in Cant. Ortum hæc vel maximè habent à vitio tepiditatis & languore ſpiritus, de quo Bernardus: *Hoc frigus,* inquit, *ſi ſemel animum inuaſerit, mox* (*vt in corpore ſolet euenire febricitantibus*) *ſubit quidam animi rigor, &* D *vigor leneſcit, languor fingitur virium, horror auſteritatis intenditur, timor ſollicitat paupertatis, contrahitur animus, ſubtrahitur gratia, pertrahitur longitudo vitæ, ſopitur ratio, ſpiritus extinguitur, deferueſcit nouitius feruor, ingraueſcit tepor faſtidioſus, refrigeſcit fraterna charitas, blanditur voluptas, fallit ſecuritas, reuocat conſuetudo, quid plura? diſſimulatur lex, abdicatur ius, fas proſcribitur, derelinquitur timor Domini.* Languor ſpiritus deſcribitur. Alibi verò hos tales deſcribens ita loquitur; *Inuenire eſt homines puſillanimes & remiſſos, deficientes ſub* E *onere, virgâ & calcaribus indigentes, quorum remiſſa lætitia, puſillanimis triſtitia eſt, quorum breuis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuerſatio, quorum obedientia ſine deuotione, ſermo ſine circumſpectione, oratio ſine cordis intentione, lectio ſine ædificatione, quas denique, vt videmus, vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix diſciplina coërcet.* Idem ſer. 6. de Aſcenſ. Dom.

Liberè viuentes in ſummo periculo poſiti. En quo perducat miſera viuendi libertas, & minus timorata conſcientia, quæ tanta eſt, vt extrema in talibus metuenda ſint.

Caſſ. coll. 7. cap. 23.

ſint. Vnde Caſſianus ſcribit: *In tantum enim teporem videmus corruiſſe nonnullos, vt neceſſe ſit etiam eos remiſſioribus monitis appalpari modò ne, deſertis cellulis ſuis, ad perniciosiores inquietudines revoluantur; & circumeuntes ac vagi, craſſioribus, vt ita dixerim, vitiis implicentur; magnuſq; fructus ab eis obtineri curatur, ſi ſolummodo ſe etiam cum qualibet ignauiâ valeant in ſolitudine continere: ac pro ingenti remedio ſoleat eiſ à ſenioribus dici; Sedete in cellulis veſtris, & quantum libitum fuerit, manducate & bibite, atque dormite, dummodo in eis iugiter perduretis.*

Iob 11.

Per pullum onagri adumbrati.

Aug. annot. in Iob cap. 11.

De his tam liberè negligentibus apud Iob dicitur: *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tamquam pullum onagri ſe liberum natum putat.* In quæ verba Auguſtinus: *Cupiditate enim libertatis impatiens eſt dominatoris ac domitoris.* & propterea abſque metu Superioris effutit & facit quæ vult. Optimè Gregorius: *Homo quia ad ſequentem vitam ducitur, neceſſe profectò eſt, vt in cunctis ſuis motibus, ſub diſpoſitione diſciplinæ religetur, & quaſi domeſticum animal loris vinctum ſeruiat, atque æternis diſpoſitionibus reſtrictum viuat. Qui ergo implere cuncta, quæ deſiderat, per effrenatam libertatem quærit, quid aliud quàm pullo onagri eſſe ſimilis concupiſcit: vt diſciplinæ hunc loro non teneant, ſed audenter vagus per ſiluam deſideriorum currat?* Quàm longè autem pernicioſa hæc libertas debet eſſe à ſeruis Dei, & præſertim illis, qui quaſi iumenta domeſtica votorum loris, ſe Regulæ iugo alligarunt, vt in præſentis vitæ itinere ad nutum Præſidentis pergant. Quibus loris ligatum ſe nouerat, qui dicebat: *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Quia vt iumentum hero & ſeſſori ſubditum, & ſe ad omnem eius nutum dirigit; non ſecus Religioſus ſpirituale iumentum, propriam non amans voluntatem, Superioris ſui ſubiectus in omnibus dirigitur.

Gregor lib. 10. moral. c. 10.

Religioſi votis adſtricti.

Pſal. 72.

DISQVISITIO VI.

Quid Tertius Humilitatis præſcribat Gradus? Quid ei contrarium?

Tertius gradus Humilitatis.

Philip. 2.

Tract. 2. diſq. 1.

T*Ertius Humilitatis gradus eſt*, inquit S. BENEDICTVS, *vt quis pro Dei amore, omni obedientiâ ſe ſubdat Maiori, imitans Dominum, de quo dicit Apoſtolus: Factus eſt obediens vſque ad mortem.* Pro cuius explicatione, notandum PRIMÒ, quòd ſuprà quoque diximus, hunc gradum ex mente S. Bernardi eſſe primum, qui aſcendi debeat poſtquam Monachus ad Congregationem Fratrum admiſſus; quaſi iam anteà præcedentes aſcenderit. Atque hoc ſenſu, ſexto capite dictum primum humilitatis gradū eſſe Obedientiam ſine morâ: & tertius hic gradus cum illo capite mirè cōſentit. Vnde notandum *Secundò*, quod hîc dicit, *pro Dei amore*, ibi expreſſit: *Obedientia conuenit his, qui nihil ſibi Chriſto charius aliquid exiſtimant:* manifeſtè inſinuans, ex fonte amoris Dei Obedientiam debere ſcaturire, vt aliàs probauimus. Et propterea, ni fallor, in hoc gradu propoſuit exemplum Chriſti, quem obedientem & humilem fuiſſe conſtat ex motiuo charitatis. Quare Auguſtinus virginibus humilitatem perſuaſurus, ait: *Non ego te anima piè pudica vt diſcas humilitatem, ad publicanos & peccatores mitto, qui tamen in regnum cælorum præcedunt ſuperbos, non ad hos mitto. Ad Regem cæli te mitto, ad eum per quem creati ſunt homines, & qui creatus eſt inter homines, ad ſpecioſum formâ præ filiis hominū, & contemptum à filiis hominum pro filiis hominum, ad eum, qui dominās Angelis immortalibus, non dedignatus eſt ſeruire mortalibus.* EVM *certè* HVMILEM, *non iniquitas, ſed* CHARITAS FECIT: *Charitas quæ non æmulatur, non inflatur, non quærit quæ ſua ſunt: quia &* CHRISTVS *non ſibi placuit, ſed ut ſcriptum eſt de illo: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Vade, veni ad eum, & diſce, quoniam mitis eſt & humilis corde. Non ibis ad eum, qui oculos ad cælum leuare non audebat, onere iniquitatis, ſed ad eum qui de cælo deſcendit pondere charitatis. Non ibis ad eam quæ Domini ſui pedes lacrymis rigauit, quærens indulgentiam grauium peccatorum, ſed ibis ad eum, qui cùm daret indulgentiam omnium peccatorum, lauit pedes ſeruorum ſuorum.* Quod quidem illuſtriſſimum Humilitatis exemplum ex charitatis radice pullulaſſe cùm nemo ambigat, tum verò magnificè ab Euangeliſtâ commemoratum eſt. Ait enim: *Sciens Ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Et ſummæ dilectionis ſimulque Humilitatis exemplum, quaſi ſui quoddam in vltimo diſceſſu memoriale relinquere volens; miſit aquam in peluim, & lauit pedes diſcipulorum ſuorum. Hæc ipſa ex charitate procedens Humilitas in Euchariſtiæ apparet myſterio, & maximè in eo, quod ex Apoſtolo S. BENEDICTVS adducit, cùm ſemetipſum *humiliauit factus obediens vſque ad mortē.* Nam, vt idem Apoſtolus ait: *Commēdat charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Et diſcipulus, quem diligebat Ieſus: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit.* De charitatis ergo ſemine ſurgant virgulta, rami, & fructus Humilitatis & obedientiæ.

VIRTVTES.

Oritur ex amore Dei.

Auguſt. de S. Virginit. cap. 37.

Chriſtus ex charitate ſemetipſum humiliauit.

Pſal. 68.

Expenditur ex iis quæ fecit in vltimâ cœnâ.

Ioan. 13.

Philip. 2. Et paſſione.

Rom. 5.

1. Ioan. 3.

TERTIÒ, quod ait, *omni Obedientiâ*, va-

Varij Obe-

riam

VIRTVTES. *dientia modis.* Tract. 2. diſq. 4.

riam denotat, nec vnius dumtaxat modi A eſſe Obedientiam. Eſt enim Obedientia neceſſitatis & charitatis, de quâ hunc locum vel maximè intelligit Bernardus, vt ſuprà diximus. Eſt Obedientia voluntatis & intellectus, & vtraque in hoc gradu intelligitur. Eſt obedientia in materia facili & difficili, atque ardua, & vtramque Superiori exhibebit, qui hunc gradum conſcenderit. De quibus videnda, quam conſtruximus Tractatu 2. Obedientiæ ſcala.

Rebellio illi opponitur. Bernard. de Grad Humil. 1. Reg. 15.

Gradui huic in ſcala ſuperbiæ à S. Bernardo opponitur *Rebellio, quâ, vt inquit,* B *patenter inobediens Magiſtrum contemnit.* De quâ Samuel: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Quibus verbis eximia prorſus inobedientiæ exaggeratio exprimitur, quæ horrendis adeò ſceleribus comparatur: vt proinde hîc ea nonnihil expendenda iudicauerim. *Arioli,* inquit Iſidorus, *vocati proptereà, quòd circa aras Idolorum nefarias preces emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt, iiſque celebritatibus dæmonũ reſponſa accipiunt.* Prophetæ verò ſententiam ita Magnus explicat Gregorius: *Arioli diuina cognoſcere atque abſconſa diuinare nitebantur: idololatræ autem figmentis ſe venerando ſubdidere. Qui autem repugnant Prælatorum imperiis, id ò vtique repugnant: qui diuinam voluntatem ſe ſcire melius æſtimant. Quaſi ergo peccatum ariolandi, eſt repugnare: quia velut contempto diuino altari ad aras dæmonum reſponſa percipiũt, dum cordis ſui præſtigioſis ac ſuperbis adinuentionibus credunt, & ſalubribus Prælatorum conſiliis contrario ſentiendo refragantur. Nolle autem acquieſcere, idololatriæ ſceleri ſimile dicitur: quia nimirum in inobedientiæ ſuæ obſtinatione nemo perſiſteret, ſi propoſiti ſui figmentum in corde, quaſi idolum non geſtaret. Dum enim agenda in corde concipit, quaſi idolum facit. Et dum conceptum mentis propoſitum ſe acturum deliberat, quaſi ad adorandum ſimulachrum ſe inclinat. Quaſi ergo ſcelus idololatriæ eſt, nolle acquieſcere, quia quiſquis in propriâ deliberatione obſtinatus eſt, idcirco foris in Maiorum contemptum erigitur, quia intus eis, quæ fingendo ſtatuit, propoſiti ſui ſimulachris incuruatur.* Hæc S. Pontifex.

Eſt grauiſſimum ſcelus. Iſidor. lib 8 etymol c. 9.

Confertur cum idololatriâ.

In lege puniebatur. Deuter. 17. 12. Deuter. 21. 18.

In lege quoque pœna mortis decernitur inobedienti. *Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille.* Et rurſus: *Si genuerit homo filium contumacem, qui non audiat patris aut matris imperium, & coërcitus obedire contempſerit, lapidibus eum obruet populus.* Quis verò rebellis, vel contumax cenſeatur, quáve pœnâ plectendus, alibi dicendi erit locus.

DISQVISITIO VII.

Quis quartus Humilitatis Gradus?

Quartus Humilitatis gradus, eſt patientia.

CVM Legiſlatore ad quartum aſcendimus Humilitatis gradum, quem ita deſcribit: *Quartus Humilitatis gradus eſt, ſi in ipsâ obedientiâ duris & contrariis rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis, tacitâ conſcientiâ patientiam amplectatur: & ſuſtinẽs, non laſſeſcat vel diſcedat.* Expendimus hæc verba in * Catechiſmo Monaſtico; cui nunc quædam ſupereroganda. Atque in primis quintuplex illa patientiæ materia, circa quam ex S. BENEDICTI mente ſtrenua & conſtans verſari debet obedientia.

* part. 2. diſq. 10.

I. *Res duræ.*

PRIMÒ enim, exhiberi debet in *rebus duris.* Quænam hæ? *Duræ res,* inquit Bernardus Caſſinenſis, *dicuntur, quæ ad materiam attinent, vt magnus lapis, vel aliud pondus graue, quòd vt fiat Monacho imperatur.* Turrecremata verò intelligit res graues & difficiles ad exequendum. Sic leges quoque & Imperia dicuntur *duræ,* in quibus adimplendis maior occurrit difficultas. Hinc populus Roboam rogabat, imminueret aliquid de imperio patris ſui *duriſſimo.* Conſueuiſſe autem Monachorum Patres grauioribus operibus ſuos exercere diſcipulos, ex vitis Patrum conſtat. Dura quoque locum habent in pœnitentiis iniungendis, qualia ſunt, humi cubare, ieiunare, abſtinere à lautiori ferculo, flagris in ſcapulas animaduertere, cilicium geſtare, graues labores ſubire, & his ſimilia. In his autem quid aliud cogitet, vel dicat Deo Monachus, quàm: *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras?* Quod quidem probe intellexit Iſidorus Alexandrinæ ciuitatis primarius, qui cùm peteret ad monaſterium admitti, audiuit à Patre ſibi dici: *Si reuera Chriſti iugum tollere decreuiſti, volo vt ante omnia te obedientiæ laboribus exerceas. Cui ille: Sicut, inquit, fabro ferrum ſubiectum eſt; ita & ego, ô ſanctiſſime, meipſum Obedientiæ expono.* Cui mox imperauit, vt ante monaſterij ianuam egredientium, & ingredientium prouolutus genibus, eorum peteret orationes.

1. Reg 12. *In quibus veteres plurimis exercebantur.* Pſal 16. Clim. grad. 4.

II. *Res contrarias.*

SECVNDÒ, exhibenda hæc obediens tolerantia in *rebus contrariis.* Contraria autem duobus modis intelligo. Primò, quæ rationi repugnare videntur, vt ſi iubearis veſtem ſuere, & rurſum diſſuere; plantare herbas, pangere arbores, & denuò euellere; ire cubitum, & mox ſurgere è ſtrato; aquam haurire, & fundere in ſole. Secundò, quæ repugnant inclinationi obedientis, vt ſi ſolitudinis & cellæ cultori imponatur cura hoſpitum, officium cellarij: aut

contra,

contra, pronus ad diſcurrendum per domum, & garriendum cum hoſpitibus, mandatum accipiat in cellâ reſidendi, tacendi, & ſtudendi.

III. *Iniuriæ & opprobria.* Lib.4. Tr.3. diſq.6. Clim vbi ſuprà.

TERTIÒ, *quibuſlibet irrogatis* INIVRIIS amplectenda patientia. Solebant enim per opprobria & iniurias probare tirones, vt ſuprà oſtendimus, & ſuperborum ſanare tumorem. De quo Climacus: *Cùm nonnullos animorum medicus animaduerteret in congreſſibus externorum, cùm cœnobium inuiſerent, ſeſe oſtentare, hos notabat, & illis præſentibus, abiectiſſimis miniſteriis, vltimis etiam* B *conuitiis oneratos, occupabat, vti deinceps illi cùm in hoſpites inciderent, extemplo ſe ab eorum aſpectu ſubducerent.* Proinde religioſum lectorem ſic monet: *Defige incudem, hoc eſt, mentem in animæ ligno, quod crux eſt, vti per alternos malleorum ictus & fragores ludibriis euerberata, calumniis vexata, irriſionibus exagitata, iniuriis afflicta, neque infringatur, neque vllâ ratione lædatur; ſed tota plana, ſeu lænis & immota perſiſtat.* Sic ille. (Ibid.)

Dulcorantur triplici condimento.

Quia autem durioris digeſtionis eſt hæc iniuriarum perpeſſio, tria ei apponit con- C dimenta verbis Scripturæ S. quæ dulciora ſuper mel & fauum, condita. Primum eſt, quod ex amore erga Deum tolerentur. (1. *Amoris Dei.*) *Et oſtendens, inquit, fidelem pro Domino vniuerſa etiam contraria ſuſtinere debere; dicit ex perſona etiam ſufferentium. Propter te morte afficimur tota die, æſtimati ſumus vt oues occiſionis.* (Pſal. 43.) *Et ſecuri de ſpe retributionis diuinæ, ſubſequuntur gaudentes, & dicentes: Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.* (Rom. 9.) Dulciſſimum omninò hoc condimentum. Nam vt Auguſtinus ait: (Aug. 13. Confeſſ.) *Verus amor non ſentit amaritudinem, ſed dulcedinem: quia ſoror amo-* D *ris dulcedo, ſicut ſoror odij amaritudo. Qui amat, non laborat: omnis enim labor amantibus contrarius eſt.* Et in eumdem ſenſum aurei oris tuba: (Chryſoſt. hom. de Patient.) *Nihil eſt, nihil, inquam, tam horridum tamq́; tremendum, quod hi, qui vel morbo aut pœnis diſcruciantur non ſuperent, ſi diuino ſint amore incenſi.* Et quodnam, quæſo, amantium votum, niſi amato, quà licet, aſſimilari? Chriſtus autem ex charitate pro nobis paſſus, igne amoris in veru crucis pro nobis aſſus, quid à nobis requirat, niſi E vt amori huic reſpondeamus? (2. *Prouidentia diui.*) Secundum condimentum ponit S.BENEDICTVS, quod ipſe Deus non modò permittat, verùm etiam immittat tribulationes, iniurias & aduerſa. Vnde patientium vox eſt: (Pſal. 65.) *Probaſti nos Deus: igne nos examinaſti ſicut igne examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum: poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.* Tertium (3. *Decreti expreſſi.*) condimẽtum eſt, quod ipſe Chriſtus amor noſter, cuius voluntati ex amore ſatisfacere debemus, hanc iniuriarum perpeſſionẽ expreſsè præſcripſerit. Vnde Legiſlator:

A *Præceptum Domini in aduerſis & in iniuriis, per patientiam adimplentes, percuſſi in maxillam, præbent & aliam: auferenti tunicam, dimittunt & pallium.* VIRTVTES. Matth.5. Luc.6.

Hæc autem ſi cuiuis præſcripta Chriſtiano, quid quæſo dicendum de Monachis? (*Iniuriarum perpeſſio monachiſmi nota.*) Vnde in vitis Patrum, (Vit. PP. lib.5 libell. 16. n.16.) Philoſophi quidam hanc iniuriarum tolerantiam monachiſmi characterem ſtatuerunt, volentes enim probare Monachos, vni dixerunt: *Tu Monache male ſenex veni huc. Ille verò curſim venit. Et cœperunt ei alapas dare: ille autem conuertit eis aliam maxillam. Statim verò illi ſurrexerunt philoſophi, & adorauerunt eum, dicentes: Verè ecce Monachus. Et fecerunt eum ſedere in medio ſui.* Sed de his plura Euangeliorum interpretes.

IV. *Tolerandus Superior.* Pſal.65.

QVARTÒ, tolerandus etiam *Superior*, de quo S.BENEDICTVS: *Et vt oſtendat ſub Priore debere nos eſſe, ſubſequitur, dicens: Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.* En tibi hîc non vnam patiendi materiam. non enim homo, ſed homines ponuntur ſuper capita noſtra. Quinam verò? Abbas, Prior, Subprior, Decanus, Magiſter Nouitiorum, Cantor, Cellarius, aliique, quibus pro loco & tempore obediendum. Neque hoc ad perfectionem ſatis, ſed & ſibi inuicem obediant fratres. Deinde, non ſunt hi Angeli, non Cherubini aut Seraphini, ſed homines, & ſecundùm hominem ſæpe ambulantes; (*Licet imperfecti.*) non ſancti, non admodum in virtute conſummati, atque ipſis ſuis ſubditis non rarò meritis inferiores; qui multa dicant, & pauca præſtent; qui inſtent præcepto, ſed non præeant exemplo. Denique hi imponuntur non ſuper manus, vt ſatis ſit feciſſe quod iubent; non ſuper pedes, vt ſufficiat iuiſſe quò miſerint; ſed ſuper capita. In capite enim vigent omnes ſenſus, in capite eſt memoria, imaginatio, intellectus, & iudicium, vt ſignificetur, quod hæc omnia debeant ſubiici, & captiuari in obſequium humilis obedientiæ: quod quidem non fit ſine patientiâ. Vnde Auguſtinus: (Auguſt. in Pſal.65.) *Imponuntur & homines ſuper capita noſtra, toleramus quos nolumus: patimur Superiores aliquando, quos nouimus peiores. Et bonum eſt, vt conſideremus nos peccatores eſſe, & ſic toleremus impoſitos ſuper capita noſtra, vt & nos Deo confiteamur, quia digni patimur. Quia enim indignè pateris, quod facit qui iuſtus eſt?*

V. *Suſtinendi falſi fratres.*

QVINTÒ, ſuſtinendi etiam cum Apoſtolo *falſi fratres*: neque enim inter bonos deeſſe poſſunt mali: vt in tritico etiam inueniuntur zizania. In congregationibus ſanè, in quibus ex diuerſis omninò nationibus, ingenijs & complexionibus vnum conſtituitur corpus, tolerandi deeſſe non poteſt materia. Vnde Apoſtolus ait: (1. Theſſ.5.) *Patientes*

Digitized by Google

VIRTVTIS. Cap. 72.

tientes eſtote ad omnes. Et S. BENEDICTVS alibi monet: *Infirmitates ſuas ſiue corporum, ſiue morum patientiſſimè tolerent.* Nam vt Magnus Gregorius dixit: *Ego Abel eſſe non ſuſpicor, qui Cain non habuerit.* Iacob eſſe nequit, quem Eſau non perſequitur. Sunt quidam mites, dum nihil dicatur aut agatur, niſi quod ipſorum ſederit arbitrio, quam longe ſint a verâ patientiâ, facilè patet, ſi leuis oriatur occaſio. Neqne adeò mirum eſt, ſi etiam in ipſo Religionis portu vento ſubintrante naues nonnunquam collidantur: neque vllus omninò locus eſt, in quo non aliquid tolerandum. Benè Auguſtinus: *Vera mala malorum toleranda ſunt propter ſocietatem bonorum.* Et iam alibi diximus de iis, qui ex fratrum moribus offenſi, aliud monaſterium, vel alium Ordinem ingredi cupiunt, non attendentes remedium non conſiſtere in mutatione locorũ, ſed morum, & verâ patientiâ. Sicut ſcriptum eſt: *In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras.* Audi Gregorium: *Quid eſt animas poſſidere, niſi perfectè in omnibus viuere, cunctiſque mentis motibus ex virtutis arce dominari?* Patiens enim dominatur animo, cumque in pace moderatur: atque ita vndique irriſionibus & iniuriis ſeptus æquanimitatem ſeruans immotus in ſe permanet. Et hinc quicumque in cœnobiis à fratribus aliquid ſibi vident tolerandũ, mente reuoluant illud Apoſtolicum: *Obſecro vos, vt dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientiâ, ſupportantes inuicem in charitate.*

Greg. lib. 9 epiſt. 39. — *In cœnobiis non deeſt patientia ſeges.* — Auguſt. in Pſal. 99. — Luc. 21. — Greg. lib. 5. moral. c. 13. — Epheſ. 4.

Quomodo ferenda eiuſmodi mala.

Ex his vtcumque vidimus quænam in religioſâ cõgregatione eſſe queant patientiæ obiecta, videndũ nunc quod eiſdẽ medicus noſter adhibeat remedium. Illud autem his exprimit verbis: *Tacita conſcientia patientiam amplectatur, & ſuſtinens non laſſeſcat vel diſcedat.* Quid autem eſt patientiam amplecti, niſi ęquo & imperturbato animo moleſta tolerare, & indulgẽtem triſtitiam moderari? nam qui verè patiens eſt, eodem in aduerſis atque proſperis eſt animo, nec mœrore ſe ſinit obrui, non erumpit in querulas voces, aut murmurationes, imitãs SS. Martyres, de quibus canit Eccleſia.

Caeduntur gladiis more bidentium,
Non murmur reſonat, non querimonia,
Sed corde tacito mens benè conſcia,
Conſeruat patientiam.

Animus contra laſſitudinem obfirmandus. — S. Tho. 2. 2. q. 128. art. 1.

Qui verſus ex hoc Humilitatis gradu deſumptus videri poſſit. Iam verò quod ſubdit S. BENEDICTVS, *Suſtinens, non laſſeſcat, vel diſcedat.* Theologicè omnino dictum. Nam ex mente Angelici Doctoris, principalis actus fortitudinis, eſt *ſuſtinere*, ad quem actum requiruntur duo; *quorum primum eſt, ne difficultate imminentium malorum animus frangatur per triſtitiam, & decidat à ſuâ magnitudine. Aliud autem eſt, vt ex diuturnâ difficilium paſſione homo non fatigetur vſque ad hoc, quod deſiſtat, ſecundùm illud ad Heb. 12. Non fatigemini, animis veſtris deficiẽtes.* Contra hanc verò laſſitudinem, quæ facilè vel ex difficultate, vel diuturnitate ſuboriri poteſt, ſuos quoque armandos & animandos putauit magnus Antonius, ita loquens: *Hoc ſit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propoſiti vigore laſſeſcere, ſed quaſi incipientem augere ſemper debere quod cœperit.* Neque enim minimum in viâ ſpirituali malum hæc defatigatio. Facit enim, vt laſſus tardiùs procedat, aut ſedeat, aut difficultati cedens recedat. Miſera ſanè huius conditio: etenim in viâ Dei nec ſtare licet, nec ſedere. Non progredi, eſt retrogredi. Deſides aut reſides hos Scripturæ ſacræ malleus excitet: *Surgite*, inquit Michæas Propheta, *& ambulate, quia non habetis hic requiem.* Elias cùm laſſus *proiecisset ſe, & obdormiuiſſet in vmbrâ Iuniperi, Angelus Domini tetigit eum, & dixi illi: Surge, comede, grandis enim tibi reſtat via.* Quo autem periculo ſpiritualis hæc defatigatio Monachum exponat, diſcere licet ex vitis Patrum, in quibus hæc narratio. *Frater quidam incidens in tentationem, tribulando perdidit regulam monachilem: & cùm iterum vellet obſeruantia regulis ſibi principia dare, à tribulatione impediebatur, & dicebat in ſeipſo. Quando habeo me ita inuenire ſicut aliquando eram? & deficiens animo non præualebat vel inchoare Monachi opus.* Sed à ſene in viam reductus fuit exemplo illius, qui agrum à vepribus expurgaturus, earumdem multitudine territus, proiecit ſe in terram & obdormiuit: ſed monitus à patre, vt ad menſuram corporis ſui quotidie exſtirparet, id cùm feciſſet, ſic paulatim totum perpurgauit agrũ. Magnus quoque Eccleſiæ Doctor Auguſtinus non neglexit aperire horrendum illud barathrum, in quod incidunt illi, qui fratrum moribus & humoribus offenſi, à propoſito deficiunt. De talium vno ait: *Intrat quaſi ſecuritatem ſperans, neminem quem toleret habiturus, inuenit ibi fratres malos, qui mali inueniri non poſſent, niſi admitterentur, & neceſſe eſt, vt primò tolerentur, ne fortè (non) corrigantur. Nec excludi facilè poſſunt, niſi prius fuerint tolerati, & fit ipſe tolerandæ patientiæ. Quis me hic quærebat? ego putabam quia charitas eſſet hic. Et paucorum hominum moleſtia irritatus, dum non perſeuerauerit implere quod vouit, fit deſertor tam ſancti propoſiti, & reus voti nõ redditi. Iam verò cum inde exierit, fit & ipſe vituperator & maledicus, & dicit ea ſola quæ quaſi ſe pati non potuiſſe aſſeuerat.* Sic ille.

Athanaſ. in Anton. cap. 15. — *Quæ noxia in viâ ſpirituali.* — Mich. 2. 10. — 3. Reg. 19. — *Et periculis expoſita.* — Vitæ PP. lib. 5. libell. 7. num. 40. — *Miſeria, in quam cadũt apoſtatæ.* — Auguſt. in Pſal. 99.

Sed aduerſus hæc aduerſa vt aliquod

etiam

Alia remedia ad tolerantiam malorum.

etiam ſuggeramus antidotum, optimum fuerit, 1. quotidie ſe reſoluere ad ea, vndecumque ingerantur, cum Dei adiutorio toleranda, & paratũ ad hoc animum Deo offerre. 2. Dum ingruit tribulatio, eam de manu Dei libenter acceptare, & cùm oſculo excipere. 3. in ipsâ afflictione diuinæ volũtati, à quâ immittitur, acquieſcere. 4. pro ipsâ cruce, ceu magno Dei munere, gratias agere, de eâ gaudere, in eâ gloriari. 5. Conformare ſe Chriſto in ſimili paſſione conſtituto, illiuſque pœnis ſuas vnire, & optare vt iis Chriſti tolerãtia honoretur. 6. Frequentiùs pro patientię dono Deum deprecari, & cùm Apoſtolo dicere: *Dominus autem dirigat corda & corpora noſtra in charitate Dei, & PATIENTIA Chriſti.*

2. Theſſ. 3.

DISQVISITIO VIII.

Quæ quarto Humilitatis gradui aduerſantur?

Quæ patientia aduerſentur.

CVM contrariorum eadem ſit ratio, difficile non fuerit; quæ explicato gradui opponuntur, colligere. Quid enim Patientiæ aduerſetur, niſi Impatientiâ, animi deiectio & mœror, difficiliorum, quæ fortè iniunguntur, ſubterfugium & excuſatio, in iniurijs ſubitâ excandeſcentia, indignatio, vindictæ deſiderium & talionis? Si ad votum non reſpondeat Superioris benignitas, illum diiudicare, de illo apud alios queri & obmurmurare; Fratrum defectus aut inconditos mores ægrè ferre, auerſionem ab illis in corde fouere, externis ſignis prodere, eorumdem declinare conſortium, & his ſimilia. Aduerſus quæ illud Siracidis fulmen intonandũ: *Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam.* Perdere enim ſuſtinentiã, eſt non amplecti, non conſeruare patientiam, ſed ob moleſtiam à cœptis reſilire. Vnde Gregorius: *Suſtinentiam,* inquit, *perdunt, qui bona, quæ inchoant, non conſummant.*

Eccli. 2. 16.

Greg. lib. 5. in 1. Reg. c. 15.

Simulata confeſſio. Bern. de Grad. Humil.

S. Bernardus autem huic gradui ex aduerſo opponit *ſimulatam confeſſionem*, quem audi: *Qui veraciter pœnitet, laborem pœnitentiæ non abhorret, ſed quidquid ſibi pro culpâ, quàm odit, iniungitur; tacitâ conſcientiâ patienter amplectitur. In ipsâ quoq; obedientiâ duris ac cõtrarijs rebus obortis, quibuſlibet irrogatis iniurijs, ſuſtinens non laſſeſcit, vt in quarto gradu ſe ſtare indicet Humilitatis. Cuius verò ſimulata confeſſio eſt, vna vel leui contumelia, aut exigua pœna interrogatus, iam Humilitatem ſimulare, iam ſimulationem diſſimulare non poteſt. Murmurat, frendet, iraſcitur; nec in quarto ſtare humilitatis gradu, ſed in nonum ſuperbiæ gradum corruiſſe probatur. Qui rectè ſimulata cõfeſſio appellari poteſt.* quam anteà ſic deſcripſerat: *Nonnulli cùm de apertioribus arguuntur, ſcientes quòd ſi ſe defenderent, ſibi non crederetur; ſubtiliùs inueniunt argumentum defenſionis, verba reſpondentes doloſæ confeſſionis.* Eſt *quippe (vt ſcriptum eſt)* qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. *Vultus demittitur, proſternitur corpus, aliquas ſibi lacrymulas extorquent ſi poſſunt, vocem ſuſpirijs, verba gemitibus interrumpunt.* Addit deinde aliam ſimulatoris ſtropham: *Nec ſolùm qui eiuſmodi eſt, obiecta non excuſat; ſed ipſe quoq; culpã exaggerat: vt dum impoſſibile aliquid aut incredibile culpæ ſuæ, ore ipſius additum audis, etiam illud quod ratum putabas diſcredere poſſis: & ex eo quòd falſum eſſe non dubitas, dum confitetur, in dubium veniat, quod quaſi certum tenebatur. Dumq; affirmant, quod credi nolunt, confitendo culpã defendunt: & aperiendo tegunt quando & confeſſio laudabiliter ſonat in ore, & adhuc iniquitas occultatur in corde.*

VIRTVTES. Eccli 19. *Deſcriptio nequiter ſe humiliantis.*

Et hactenus quidẽ Bernardus. Quæ ne quis putet à Religioſis prorſus aliena, adfert Caſſianus illuſtre exẽplum, quo Abbas Serapion huiuſmodi humilitatis figmentum irriſit. *Cùm enim,* inquir, *quidam ad eum ſummam ſui abiectionem habitu ac verbis præferens veniſſet, eumq; ſenex ſecundùm morem vt orationem colligeret, hortaretur, ille nequaquã annuens deprecanti, tantis ſe ſubijciens aſſerebat flagitijs inuolutum, vt ne vſum quidem huius communis aëris capere mereretur; pſiathij quoq; ipſius refugiens ſeſſionem, humi potiùs reſidebat. Cùm verò etiam ad ablutionẽ pedum multò minùs præbuiſſet aſſenſum,* tum verò Abbas Serapion monere eum benignè ac leniter cœpit, ne otioſus diſcurreret: ſed tam indignè tulit, vt amaritudinem corde conceptam, ne vultu quidem diſſimulare potuerit. *Proinde,* concludit ibidem Serapion; *Vera eſt cordis humilitas retinẽda, quæ non de affectatâ corporis atque verborum, ſed de intimâ mentis humiliatione deſcendit. Quæ tunc demum euidentiſſimis patientiæ ſuæ fulgebit iudiciis, cùm quis non ipſe de ſe crimina ab alijs non credenda iactauerit, ſed ab alijs ſibimet arroganter ingeſta contempſerit, & irrogatas iniurias manſuetâ cordis æquanimitate tolerauerit.* Sic ibi. Vbi vides patientiam ſpectare ad humilitatem; adeoque S. BENEDICTVM veterum Patrum inhæſiſſe veſtigiis, cùm eam inter humilitatis gradus connumerauit. Sic & S. Hieronymus veræ humilitatis indicium aſſignat patientiam: *Multi,* inquit, *humilitatis vmbram, veritatem pauci ſectantur. Auferant omnia figmenta verborũ, ceſſent ſimulati geſtus, verum humilẽ patientia oſtẽdit.* Optimè igitur Cælantiam monuit S. Paulinus: *Humilitatem ſequere, non quæ oſtenditur aut ſimulatur geſtu corporis, aut fracta voce verborum, ſed quæ puro affectu cordis exprimitur. Aliud eſt enim virtutem habere; aliud, virtutis ſimilitudinẽ: aliud eſt rerum vmbram ſequi, aliud veritatem. Multò deformior illa eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet. Neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia cum virtutum ſpecie celantur.* Inde eſt quod Auguſtinus ait,

Caſſian. coll. 18. cap. 11. *Monachi ficta humilitas irriſa à Serapione.*

Quæ vera humilitas.

Patientia verum eius indicium. Hieron. Epiſt. 27.

Paulin. Epiſt. 50.

Virtutes ſimulatæ, vitia. Auguſt. in Pſal. 63.

VIRTVTES. *ſimulata innocentia non eſt innocentia, ſimulata* A *æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, quia & iniquitas eſt & ſimulatio.* Sed deplorandum quod Ambroſius ad Conſtantium (Ambroſ. lib. 1. Epiſt. 42.) ſcribens ait: *Multi habent Humilitatis ſpeciem, virtutē non habent: multi eam foris prætendunt, & intus impugnant; ad fucum præferunt, ad veritatem abiurant, ad gratiam negant.* Et inſtà: *Non eſt ergò humilitas, niſi ſine fuco, ſine fraude. Ipſa eſt vera, quæ habet piam mentis ſinceritatē.*

(Alia ſcena publicè ſe accuſantium. Bern. vbi ſuprà.) Ab hac ſinceritate & illos abeſſe putat Bernardus, qui publicè ſe ſine animi dolore B accuſant, vt Prælatus diſſimulet culpā, vel differat pœnam. *Si,* inquit, *adeò culpa manifeſta ſit, quod nullâ penitus verſutiâ tegi poſſit; nihilominus tamen vocem non cor pœnitentis aſſumunt, quâ notam non culpam deleant, dum ignorantiam manifeſtæ tranſgreſſionis, decore recompenſant publicæ confeſſionis. Glorioſa res Humilitas, quâ ipſa quoq; ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat.*

Quemadmodum autem ad quartū Humilitatis gradum pertinet, iniurias, dura imperia, Superioris increpationes æquo animo perferre; ita quoque ad nonum ſuperbiæ gradum refertur, ſubterfugere & declinare Prælati correptionem, aut eam fictâ Humilitate conari abrumpere. Vnde Climacus: *Malus Religioſus cùm reprehenditur & obiurgatur, dolet & vritur, & obloqui ſolèt, aut ſtatim ſupplex veniam petit ab obiurgante, non ſubmiſſionis ſtudio, ſed vt Pater finem faciat obiurgandi. Dum obiurgaris, tace, & & fortiter ſuſtine animi cauterium & vſtionem, imò verò caſtimoniæ faces & lumina. Vbi medicus deſiit obiurgare, tunc ſupplex veniam precare, & culpā deprecare, in ardore enim vſtionis fortaſsè non admittet pœnitentiam.* Sic ille. (Climac. grad. 4. Et ſe humiliantium in correptione.) S. verò BENEDICTVS præſcribit, vt qui (Cap. 71.) corripitur quolibet modo, mox ſine morâ proſtratus in terrâ ante pedes corripientis iaceat ſatisfaciens. Quod fortaſſis obſtinationem præ ſe ferre videatur, ſi correptus non ſtatim oſtendat animi dolorem.

TRACTATVS VI.

DE MEDIIS HVMILITATIS GRADIBVS.

CONSCENSIS prioribus quatuor Humilitatis Gradibus, intermedios totidem cum oppoſitis eiſdem ſuperbiæ deſcenſionibus ſexto hoc tractatu ordine proſequemur. Prima itaque *diſquiſitio agit de quinto Humilitatis gradu.* Secunda *inquirit, an rectè* S. BENEDICTVS *ex S. Scripturá confeſſionem peccatorum Abbati faciendam adſtruat?* Tertia, *Quod vitium quinto gradui opponatur?* Quarta, *Quis ſextus Humilitatis gradus?* Quinta, *Quæ illi repugnent?* Sexta, *Quid ſeptimus gradus comprehendat?* Septima, *Quid ſeptimo humilitatis gradui repugnet?* Octaua, *Quid innuat octauus Humilitatis gradus? quod vitiū deſtruat?*

DISQVISITIO I.

Quid ſibi vult quintus Humilitatis Gradus?

(Quintus gradus Humilitatis.) QVINTVS Humilitatis gra- C dus eſt, conſcientiæ coram Prælato manifeſtatio, à S. P. N. hoc modo deſcripta: *Quintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa, per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo.* Mala, inquit, abſconsè commiſſa, quia quę publica ſunt, publicè voluit annuntiari coram totâ con- (Cap. 46.) gregatione, vt alibi declarauit. Sed tam publica quàm priuata ſui accuſatio, & commiſſorum defectuum manifeſtatio ad Humilitatem pertinet. *Hæc ſunt namq;,* inquit Gregorius, *veræ humilitatis teſtimonia & iniquitatem ſuam quemq; cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis aperire. At contra vſitatū humani generis vitium eſt, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare.* (Greg. lib. 22. moral. cap. 9. Confeſſio peccati ad Humilitatem ſpectat.) Hæc Gregorius. Qui ex hoc capite maximè extollit humilitatem S. Iob: *Videatur,* inquit, (Ibid. c. 10.) *vir iſte cuilibet magnus in virtutibus ſuis, mihi certè ſublimis apparet, etiam in peccatis ſuis. Mirentur in eo qui volunt, caſtitatis continentiam, mirentur integritatem iuſtitiæ, mirentur viſcera pietatis: ego in eo non minus admiror confeſſionem humillimam peccatorum, quàm tot*

ſublimia

ſublimia geſta virtutum. Scio enim quòd per infirmitatis verecundiam plerumq́; grauioris eſt certaminis commiſſa peccata prodere, quàm non admiſſa vitare: & vnumquodq́; malum quamuis robuſtius vitetur, tamen humilius proditur.

Caſſian. coll. 2. c. 10.

Eandem porrò manifeſtationem Abbas Moyſes ad humilitatẽ quoque retulit: *Humilitatis*, inquit, *hæc erit prima probatio, ſi vniuerſa non ſolùm quæ agenda ſunt, ſed etiam quæ cogitantur, ſeniorum referuentur examini.* Humilitatis hoc eſſe, ipsâ comprobatur experientiâ. Nihil enim hominem ita vilem facit atque peccatum; nihil ita honoris ſui ſtudioſus reſotmidat, quàm malè audire, malus haberi, idque apud Supetiorẽ, apud quem vel maximè in aliquâ exiſtimatione eſſe oporteat. Vltro igitur defectus ſuos Superiori prodere, an non euidens ſignum, eum qui hoc fecerit, paruifacere honorem ſuum, nec vereri illa pandere, ob quæ vilis & reprehẽſibilis habeatur, imò etiam redargui poſſit? *Omnis*, inquit Chriſtus, *qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Verus autem humilis annuntiat peccata ſua, vt miſericordiam conſequatur.

Difficilis eſt, ſed meritoria.

Ioan. 1.

An S. Benedictus intelligat hîc Sacramentalem confeſſionem.

Quæri autem poteſt, an de Sacramentali cõfeſſione hîc agat B. BENEDICTVS, an verò de aliâ aliquâ conſcientię manifeſtatione, quæ extra Sacramentum fieri conſueuerit. Smaragdus, Cardinalis Turrecremata, Columbanus Vrancx, & alij indicant agi de Sacramentali: Perez verò, Craesbeeck, & Aluarus de Paz de vtrâque, quod verum eſſe exiſtimo, ita tamen vt magis incliner ſolùm reſpexiſſe S. BENEDICTVM veterem Monachorum conſuetudinem, quâ cogitationes ſuas Abbati, etiam non Sacerdoti ſolebant reuelare. Atq́; ita expreſsè ſentit Suarez, qui agens de manifeſtatione conſcientiæ, quæ in ſocietate IESV in vſu eſt, adducit hunc humilitatis gradũ, ſubditq́;: Quamuis Turrecremata de cõfeſſione Sacramentali locum intelligat, tamen ſi quis conſideret ipſummet S. BENEDICTVM Sacerdotẽ non fuiſſe, & illo tempore Abbates ordinariè non fuiſſe Presbyteros, facilè intelliget S. BENEDICTVM, non limitare illud conſiliũ ad Sacramentalem confeſſionem. Nam, vt priſco Monachorum agamus more, *S. Antonius ſuos admonebat, magnam eſſe ad virtutẽ viam, ſi ſinguli vel obſeruarent quod gererent, vel vniuerſas mentium cogitationes fratribus referrent: nõ enim poſſe aliquem peccare cum relaturus eſſet alteri quæcũque peccaſſet, & ſubire pudorem in publicum turpia proferendi.* Quinimò Sozomenus refert, eundem hunc Patrem *vnumquemque ſuorum diſcipulorum hortari ſolitum, ſecum vt conſideraret, rationemq́; ſedulò iniret, quid interdiu egiſſet. Quòd ſi quidquam contra quam debuerat, com-*

De Paz to. 2. lib. 4 p. 4. cap. 5.
Variant auctores.

Videtur reſpexiſſe veterem Monachorum morem.
Suar. to 4. de relig. lib. 16. c. 6. n. 41.

Athanaſ. in vit. S. Anton.

Qui Seniori cogitationes ſuas pandebant.
Sozom. hiſt. eccleſ. lib. 11. c. 13.

miſerit, vti illud ſcriberet in tabulis, quo de reliquo tum à peccatis ſe temperaret, tum ipſum puderet ſui, ſi multa delicta in tabulis ſcripta oſtenderet, ſimulq́; vereretur, ne tabulis eius fortè repertis, improbus ab aliis planè deprehẽderetur. Climacus quoq́; refert à ſe viſum Cocum, ad cuius latus cùm appenſum cingulo breuem libellum conſpexiſſet, *didici*, inquit, *eum quotidie cogitationes ſuas in eo notare, hasq́; omnes nuntiare Paſtori ſolitum. Non ſolùm autem illum, ſed & alios quàm plurimos id facere ibidem perſpexi, erat enim vt comperi, S. Patris mandatum.* Caſſianus quoque tradit, velut prima elementa, ac ſyllabas religioſæ perfectionis Monachis præſcribi, *nullas penitus cogitationes prurientes in corde pernicioſâ confuſione celare, ſed confeſtim vt exortæ fuerint, eas ſuo patefacere ſeniori, nec ſuper earum iudicio quidquam ſuæ diſcretioni committere, ſed illud credere malum eſſe vel bonum, quod diſcuſſerit ac pronũtiauerit Senioris examẽ.* Hanc ergo conſuetudinẽ arbitror S. Patrem noſtrum ſuis commendare voluiſſe, tum hoc loco, tum alibi, cùm dicit: *Cogitationes malas, cordi ſuo aduenientes mox ad Chriſtum allidere, & Seniori ſpirituali patefacere.* Item: *Si animæ verò peccati cauſſa latens fuerit; tantùm Abbati, aut ſpiritualibus ſenioribus patefaciat; qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera nõ detegere aut publicare.* Hæc verò res cũ maximi in vitâ ſpirituali ſit momẽti, operæ pretiũ erit nonnullos eiuſdẽ fructus hîc recẽſere.

VIRTVTES.

Climac. grad 4.
Magnâ curâ & diligentiâ.

Caſſian lib. 4. cap. 9.

Colligitur ex aliis Regulæ locis.
Cap. 4. inſtrum 51.
Cap. 46.

Fructus huius manifeſtationis.

I. PRIMVS ſit, quòd ad perfectionem conſequendam maximè conducat. Teſtis magnus Baſilius ita ſcribẽs: *Debet vnuſquiſque eorum, qui inferiores ſunt, ſiquidem memorabilem vllam facere progreſſionem ſtudet, & ad perfectionem vitæ illius, quæ præceptis Domini noſtri Ieſu Chriſti eſt conſentanea, peruenire, cum nullum animi ſui motum apud ſe ipſum celatum tenere, tum in ſermone nihil non diligenti ante cura conſideratum proferre, ſed mentis ſuæ arcana aperire fratribus his, quibus datum illud negotium ſit, vt adhibitis facilitate, & miſericordia ægrotantes curent. Hoc enim modo fiet, vt & quod minus probandum, congruo remedio ſanetur, atque ex huiuſmodi mutuâ exercendi inter nos conſuetudine, per modicas acceſſiones ad perfectionem perueniamus.*

Promouet ad perfectionem.
Baſil. reg. 26 fuſ. diſp.

II. SECVNDVS fructus eſt, quod manifeſtatio hæc ſiue medicina quædam animæ morbos & vulnera, peccata, inquam, & vitia ſanet. Ægrotus enim valetudinis cupidus Medico ægritudinem ſuam eiuſq́; radices & cauſſas aperire debet. Hinc S. Petrus apud Clementẽ Romanum. *Permitto*, inquit, *omnibus, vt vnuſquiſque quid eum mouet, & partem quam dolet in animo fateatur, vt poſſit conſequi medicinã. Quæ enim ſilentio conteguntur, nec innoteſcunt nobis, velut multi temporis vitia, difficile curantur. Et ideò quo-*

Peccata ſanat & vitia.

Clem. lib. 3. recognit.

VIRTVTES.

niam tacētibus non poteſt facile medela opportuni & neceſſarij ſermonis adhiberi, proferre debet vnuſquiſque in quo animus per ignorantiā languet, tacenti verò dare remedium ſolius eſt Dei. Sic ille.

Vulnera clauſa cruciant.

Vulnera clauſa plus cruciant, inquit Gregorius. *Nam cùm putredo quæ interiùs feruet, eiicitur, ad ſalutē dolor aperitur.* Et S. Nilus:

Greg. paſt. 3. part. admonit. 15.

Leuatur anima ægritudine, cum narratione eorum, quæ ſunt moleſta, velut exinanitur ægritude; non ſecus ac nubes aliqua, à quâ diſtillant guttæ pluuiæ, vtpote quòd caligo paulatim expurgatur; ſicut rurſus feritur ſilentio, perinde ac ſi pus aliquid humidum inflammaret, ac in vulnere ſaliret & palpitaret, & neſciret quonā modo poſſet egredi & exinaniri.

Nilus de inter. emp. Patr. apud Sur. 14. Ianuar.

Cùm igitur *peccatorū confeſſio*, vt Anaſtaſius Nicænus obſeruauit, *ſit oſtenſio morborum*; optimè fecerit Religioſus, qui Patri Spirituali animæ morbos detexerit. Benè à Lactantio dictū:

Anaſt. Nicæn. q. 6. in Script.

Lactant. lib. 6. c. 24.

Animæ periculoſa ſi celeatur.

Appetenda eſt hæc omnibus medicina, quoniam maiori periculo vexatur anima quàm corpus, & quāprimum latentibus morbis, adhibēda curatio eſt. Et ſatius eſt nos ipſos vltrò aperire animum, & perniciē reſciſſis vulneribus effundere, quàm celato interiùs malo difficilem aut ſerum exſpectare Medici ſcalpellum. quare illud Spiritus ſancti hìc quoq; vſurpare licebit.

Eccli. 38.

Da locum Medico: etenim Dominus illum creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Quæ de medico ſpirituali poſſe intelligi, Liranus & Ianſenius fatentur; ſequitur enim: *Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.*

III.

Inſidias diaboli declinat & eludit.

Tertivs fructus eſt, hac manifeſtatione dæmonis declinari inſidias, qui circuit quærens quem deuoret, & nonnumquam in Angelum lucis ſe transfigurat, *vt obſcuram*, inquit Caſſianus, *ac tetram caliginem ſenſuum pro vero lumine ſcientiæ fraudulenter effundat. Aliter quippe*, vt idem ait, *ſubtiliſſimus diabolus illudere, vel deiicere iuniorem non poterit, niſi cùm eum ſeu per arrogantiam, ſiue per verecūdiam ad cogitationum ſuarum velamen illexerit. Generale namq; & euidens indicium diabolicæ cogitationis eſſe pronuntiant, ſi eam ſeniori confundamur aperire.* Hæc Caſſianus. Cui conſentit Abbas Poëmen apud Ruffinum dicens: *In nullo ſic gaudet inimicus, quomodo in illo, qui non vult cogitationes ſuas manifeſtare. Patefacta verò cogitatio maligna* (vt rurſus Caſſianus) *illicò marceſſit, & antequam diſcretionis iudicium proferatur, ſerpens teterrimus velut è tenebroſo ac ſubterraneo ſpecu virtute Confeſſionis protractus ad lucem, & traductus quodammodo, ac dehoneſtatus abſcedit; tam diu enim ſuggeſtiones eius noxiæ dominantur in nobis, quamdiu celantur in corde.* Quod exēplo Abbatis Serapionis comprobat, qui vitioſâ conſuetudine ſolitus paximacium vnum quotidie de mēſâ ſurripere, vt ſerò comederet, numquam ab

Caſſian. 16. cap. 11.

Idem lib. 4. cap. 9.

In vit. Patr. lib. 3. n. 177.

Caſſian. Coll. 2. cap. 10.

Qui ferre non poteſt cogitationū manifeſtationem.

hoc vitio ſanari potuit, niſi cùm illud patefeciſſet. Quare B. Antonius dicebat: *Si poteſt fieri, quantos paſſus ambulet Monachus, vel quot calices aquæ bibit in cellâ ſuâ, debet ſenioribus declarare, vt non deuiet in ipſis.* Fugit namque, vt iam dictum eſt, diabolus cùm fraudes ſuas detectas conſpicit, non ſecus, inquit B. Ignatius Loyola, quàm qui honeſtiſſimam puellam ſeducere parabat, ſtatim eam deſerit, ac patrem, vel curatorem ipſius, fraudem nouiſſe deprehendit.

Ruff. lib. 3. vit. Pat. num. 176.

Ignat. reg. 13.

IV.

Conſcientiæ quietem inducit.

Qvartvs fructus eſt, quies cōſcientię, atque animi tranquillitas, luculento S. Dorothei teſtimonio & experientiâ aſſertâ. *Numquam*, inquit, *mihi permiſi, numquam paſſus ſum, vt cogitationibus meis crederem, niſi priùs interrogarem, ac cōſulerem ſeniorem. Proinde credite mihi fratres tantâ quiete & animi tranquillitate fruebar, vt plerumq; indignarer, nec libenter id ferrem. Audieram enim per magnas, ac multas tribulationes & afflictiones oportere nos in regnum calorū ingredi; nec videbam me aliquam interim pati tribulationem. Itaq; formidabam, addubitabamq; vehementer, cùm huiuſmodi quietis & tranquillitatis cauſſam nondum agnoſcerem, donec mihi ſenex rem aperuit, dicens: Ne ſollicitus & anxius ſis fili, ne mærore graueris, ſi afflictione nullâ, aut nullâ tribulatione concuteris. Quoniam quicūque ſeſe tradiderit obedientiæ ſuorum Patrum, & illorū arbitrio regendum ſe d derit, iſthac profectò quiete & animi tranquillitate fruetur. Satagite & vos, fratres, atque operam date, vt crebrò ſeniores veſtros, ac Patres interrogetis, interpelletiſq;, nec voſipſos inſtituere, aut inſtruere omnino velitis.* Idemque oſtendit quomodo occurrendum cogitationibus illis, quæ ab hoc ſalutari remedio nos diuertere conantur. *Cùm eſſem*, inquit, *vnà cum ceteris fratribus in cœnobio, omnia mea exponebam ſeniori meo Ioanni Abbati: neque quidquam facere audebam præter eius ſententiam: interdumq; mihi cogitatio dicebat, nónne hoc tibi reſpondebit, & dicet, quod ego ſenex? Quid igitur nunc turbare illum, & faſtidio tibi eſſe pergis? Ego verò vehementer iratus, & infenſus cogitationibus meis, dicebam, Anathema tibi, & iudicio tuo, & & intelligentiæ tuæ, ac prudentiæ tuæ, cogitationi & ſcientiæ tuæ, quandoquidem quidquid noſti, à dæmonibus illud habes, & ab eis didiciſti. Atque illicò ad ſeniorē ibam, & interrogabam eum, & cùm fortè eueniſſet vt idipſum mihi ſenex reſponderet, quod anteà cogitatio mea prædixiſſet, ſtatim cogitatio mihi inſultando dicebat, quid ergo? en id eſt quod prædixi; an non importunè ſenem obturbaſti? cui ego contra reſpondebam, at nunc bonum eſt, nunc à Spiritu ſancto eſt; quidquid enim tuum eſt, malum ac pernicioſum eſt, à dæmonibus eſt, ab affectu ægroto, à ſtatu turbato.*

Doroth. doctr. 5.

Quomodo reſiſtendum tentationi contrariæ.

DIS-

Digitized by Google

DISQVISITIO II.

Num rectè S. BENEDICTVS *ex ſacrâ Scripturâ confeſſionem peccatorum Abbati faciendam adſtruat?*

S. Benedictus ex Scripturâ probat confeſſionem.

TRIBVS ſacræ Scripturæ teſtimonijs explicatam conſcientiæ manifeſtationem B. Patriarcha confirmat. *Hortatur,* inquit, *nos de hac re Scriptura, dicens: Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eum.* (Pſal. 36.) *Et item dicit: Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.* (Pſal. 105.) *Et item Propheta: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non operui. Dixi, pronuntiabo aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* (Pſal. 31.)

Obiectio.

Circa hæc autem duo obiici poſſunt: Prius, non agi hîc de reuelatione, aut confeſſione peccatorum, quæ fit hominibus, ſed Deo. Poſterius, in ſecundo teſtimonio agi de confeſſione laudis ex interpretum conſenſu, non autem peccatorum.

Soluitur.

Sed facilis ad hæc reſponſio. Ad prius enim dici poteſt, id etiam Deo fieri, quod Dei fit Vicario. Ad poſterius, non ſolam laudis in citato loco intelligi confeſſionē; ſed etiam peccatorum, vt deinceps ex Patribus & explanatoribus declarabimus.

Primum teſtimonium pro confeſſione peccatorum.

Nam quod ad primum illud attinet: *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo,* non pauci id de confeſſione peccatorum accipiunt, inter quos primus Origenes, ita ait: (Origen. in Pſalm. 36. hom. 1.) *Si malorum tibi conſcius aliquorum fueris, noli occultare, ſed per exomologeſim, id eſt, confeſſionem reuela ea Domino, & ſpera in eum, & ipſe faciet. Hoc eſt, cùm confeſſus fueris, & reuelaueris ei delicta tua, ſpera in eum, quod poſsis ab eo veniam promereri, & ipſe faciet. Quid faciet? ſine dubio ſanum te faciet. Dicet tibi: Ecce iam ſanus factus es, vltra noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.* (Ioan. 5.) *Hoc faciet ſi delicta tua ei reuelaueris.*

Ex mente Interpretum.

Similiter exponunt Heſychius, Alcuinus, Haymo, Thomas, Bruno, Hugo Cardinalis, Richardus Pampolitanus Ludolfus. Sed qui accommodatiſſimè omnino ad noſtrum inſtitutum loquitur, audiendus eſt *Ambroſius: hoc ſalo verſiculo qualis eſſe debeas declarauit.* (Ambroſ. in Pſal. 36.) *Quis enim reuelat viam ſuam, niſi qui Deo occultorum ſuorum arbitro interna ſui pectoris confitetur? benè ait, reuela, hoc eſt, aperi conſcientiam tuam ne eam ſæculi iſtius grauet vmbra vel carnis. Prorumpentia ſemina ſi fuerint obumbrata tenuantur. Soli abiecta pingueſcunt. Quid de ſeminibus loquor; ipſas arbuſculas, quo minùs ſe in altum ſubiiciant vmbra ſiluestris internecat, & prohibet brachia ramoſa diffundere. Pulchrè autem dixit:* Reuela ad Dominum viam tuam: *quis natura*

A *hominum prona peccato velut quoddam menti noſtræ velamen obducit, ne noſtra Domino peccata fateamur, qui poteſt vulnera noſtra ſanare: vt erubeſcat quis ore proprio poſtulare medicinam, ne coram hominibus ſua prodantur opprobria. Premit igitur ſe intra hominem conſcientia cùm latere non poſſit: & tam diu differt, quoad vulnus efferueat: vt iam non fidei ſalubritate, ſed immedicabili atrocitate vlceris detegatur.* Reuela, *inquit,* ad Dominum viam tuam, *hoc eſt, aperi viam tuam, noli abſcondere, ſicut abſcondebat Cain, qui latere cupiebat.* Hæc

VIRTVTES.

B Ambroſius.

Secundum teſtimonium.

Secundùm illud teſtimonium: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius,* de confeſſione exponit Hieronymi Commentarius, *Vos,* inquit, *qui grauiter peccatis, & deſperatis de veſtrâ ſalute, & putatis quoniam propter magnitudinem peccatorum non poteſtis veniam adipiſci: Ego vobis præcipio. Confitemini Domino quoniam bonus. Grandia enim ſunt peccata veſtra, ſed magnus eſt Dominus qui miſeretur veſtri.* (Hieron in in Pſal. 105.) (Iuxta expoſitionem Patrum.) Et Auguſtinus: (Auguſt. in Pſal. 105.)

C *Dicuntur iſta ex eorum perſonâ, qui veniam conuerſi precantur, & exempla commemorantur illorum, in quos etiam peccatores diues apparuit miſericordia Dei. Poteſt autem hîc intelligi etiam confeſsio peccatorum: nam & poſt paucos verſus, ſequitur. Peccauimus cum Patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus.* Idemque alibi dicit: (Idem in Pſal. 117.) *Illa quidem confeſsio, qua peccata noſtra Deo confitemur, omnibus nota eſt, ita vt hanc ſolam dici confeſsionem in Scripturis ſanctis minus erudita exiſtimet multitudo. Nam vbi hoc verbum Lectoris ore ſonuerit, continuò ſtrepitus pius pectora tundentium conſequitur.* (Quid, confiteri Domino.) Ita Au-

D guſtinus. Sed Andreas Maſius in Ioſue ſcribens docet hanc phraſim, *Confitemini Domino,* ſemper in Scripturis deuotare ſubiectionem ſontis, reique ſub Deo, quod tamen alij negauerint, cùm Chriſtus dixerit: *Confiteor tibi Pater.* (Maſ fol. 133.) (Matth 11.) quo exemplo Auguſtinus confirmat præter confeſſionem gementis dari aliam laudantis. (Auguſt. in Pſal. 94.) Sed vt in viam redeamus, idem Auguſtinus alibi eundem verſiculum de peccatorum confeſſione interpretatur: (Idem lib. 50 homil. homil. 46.) prout Chryſoſtomus homiliâ quâdam de pœnitentiâ & (Chryſoſt. tom. 5.)

E confeſſione, & in Pſal. 106. Arnobius præterea, Caſſiodorus, & Hugo. (Arnob. in Pſal. 135.) Hilarius verò iam olim ita explanauit. *Confitendum etiam ſemper eſſe dicit, quia peccati veteris, & antiqui vtilis eſt indefeſſa confeſsio; & iuſtus accuſator eſt ſibimet in primo ſuo ſermone, & confitetur prior peccata, vt iuſtificetur. Deus autem, cui confitemur, & bonus eſt, & neſcit miſericors eſſe deſinere.*

Tertium teſtimonium.

TERTIVM porrò teſtimonium, quod S. BENEDICTVS ſic extulit: *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non aperui.* (Pſal. 31.)

VIRTVTES.

rui. Dixi, pronuntiabo aduerſum me iniuſtitias A *meas Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei*, paulò aliter habetur in vulgata, ſed S.P. ſecutus eſt antiquam lectionem. Hæc autem Scriptura manifeſtè agit de confeſſione delictorum, iniquitatum, & peccatorum: & licet illud: *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino*, videatur forſan non ſatis aptè referri ad ſacramentalem confeſſionem, aut eam quæ aliàs fit homini; de ſacramentali tamen confeſſione hunc locum intelligit Origenes, & Cyrillus Ieroſolymitanus Dauidis confeſſionem plurimum hinc commendat. *Cernis*, B inquit, *humilitatem Regis? vides confeſſionem? non enim erat conuictus ab aliquo: non multi illius rei conſcij fuerant. Celeriter tranſegerat negotium, & Propheta adeſt illico accuſator, & delinquens factum confitetur: quod cùm ingenuè faſſus fuiſſet, celeriter percipit medicinam.* Pro eadem ſententiâ citat Lotinus Tharaſium Conſtantinopolitanum in epiſtola ſynodica, & noſtrum Alcuinum, *epiſt.* 71. & Chryſoſtomum, *homil.* 9. *ad Hebræos.* Sed optimè Anaſtaſius Antiochenus apud Turrianum diſputans in eos, qui negabant homini ſimili nobis confitendum, C hoc inter alia facit argumentum, quod dixit Dauid. *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. Domino enim*, inquit, *confitebatur per Nathan, & à Domino conuertebatur per eundem.* Subditque ex pſalmo 118. aliter legens quàm nos: *Conuertant me, qui timent te, & qui cognoſcunt teſtimonia tua. Reuerentiam & humilitatem exigit à pœnitente, atque confitente, quod ſe Domino ſciat confiteri, cùm homini confitetur.* Hæc ille. Non diſſimili modo Genebrardus noſter eundem hunc locum exponit. *Delictum meum cognitum tibi feci.* Tibi, inquit, id eſt, tuo D miniſtro & Sacerdoti, qui tuas vices gerit, & per quem remittis peccatum. *Propheta*, inquit Aben-ezra, *peccatum meum confeſſus ſum, cognitumque feci, tuque illud remiſiſti.* Idemque Genebrardus ex Rabbinis, & ex libro Siphri refert præſcriptam olim in lege veteri confitendi obligationem, hoc ritu; vt fieret coram ſacerdote, vt poneret confitens manus inter cornua hoſtiæ immolandæ, vt diſtinctè commemoraret peccatũ, de quo pœnitentiam agebat, vt peccatum deteſtaretur, pollicens non ampliùs peccaturum. Denique ex hoc pſalmi loco ſacra- E mentalis confeſſionis, quæ Sacerdoti fit, cõditiones eruunt & explicant Hugo Cardinalis, S. Antoninus, & Salmeron: vt proinde neutiquam allucinatus ſit Legiſlator noſter, qui hac ſententiâ vſus eſt ad conſcientiæ manifeſtationem, ſiue in Sacramento, ſiue extra illud comprobandam.

Etiam probum eſt, & Confeſſioni adſtruit.
Origen. hom. 3. in Leuit.
Cyrill. catechef. 2.
Anaſt. lib. var. quæſt.
Turrian. lib. 3. de dogmat. charat.
Genebrar. in Pſal. 31.
Modus confitendi veterum Hebræorum.
Hugo in Pſalm. 31.
Anton. 3. p. tit. 14. c. 6.

DISQVISITIO III.

Quod vitium quinto Humilitatis gradui opponatur.

OCTAVVS in ſcalâ ſuperbiæ gradus, huic quinto humilitatis à Bernardo oppoſitus, eſt peccati defenſio, extenuatio, & excuſatio. *Multis verò modis* (inquit) *fiunt excuſationes in peccatis. Aut enim dicit qui ſe excuſat, non feci: aut feci quidem, ſed benefeci: aut ſi malè, non multum malè, aut ſi multum malè, non malâ intentione. Si autem de illâ ſicut Adam vel Eua conuincitur, alienâ ſuaſione excuſare ſe nititur. Sed qui procaciter etiam aperta defendit, quando occultas & malas cogitationes cordi ſuo aduenientes humiliter reuelaret Abbati?* Quę iuuerit nonnihil enucleare: verè enim multifariam multiſque modis homines prorumpere ſolent in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Peccati defenſio V. Gradui opponitur.
Bernard. de grad. humil.
Fit variis modis.

I. PRIMÒ enim, negant factum, ita Sara de riſu increpita negauit, dicens: *Non riſi.* quam plerumque Peccatores imitantur, ſi teſtibus facinus comprobari nequeat, ſed hoc eſt nouo mendacio peccatum augere.

Negando factum
Geneſ. 18.

II. SECVNDÒ, peccatum defendunt tanquam rem iuſtam & benè factam, imò virtuti ſubinde tribuunt. *Sæpe*, inquit Gregorius, *immoderata ira, iuſtitia; & ſæpe diſſoluta remiſſio, miſericordia, vult videri. Sæpe incautus timor humilitas; ſæpe effrenatâ ſuperbiâ appetit libertas apparere.* Eodem modo S. Proſper: *Superbus vult ſe credi conſtantem, prodigus liberalem, auarus diligentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, guloſus humanum, ignauus quietum, timidus cautum. Imprudentia fiduciæ ſibi nomen adſcribit, procacitas appellationem libertatis obtendit, eloquentiam fingit verboſitas, & curioſitatis malum ſub ſtudij ſpiritualis colore deliteſcit.*

Defendendo.
Gregor. lib. 3. Moral. cap. 24.
Et vitium virtute colorando.
Proſp. l. 3. de vitt. & vit. c. 1.

III. TERTIÒ, eleuant peccati malitiam, quaſi parua admodũ eſſet & nullius momenti, & nimium ſcrupuloſos atque anxios dicunt hæc talia curantes, aut velut noxas reformidantes. Tales etiam ſunt, qui, vt Baſilius dixit, obiiciunt, *conſcientia me non reprehendit:* ſed reſpondet ipſe, hoc idem accidere in morbis corporis, *quos non ſentiunt, qui in illis ſunt.* his plerumque in ore eſt: quid eſt hoc? &, quid eſt illud? & quantillum in hoc aut illo peccatur? Hæc autem ad ruinam ducere, & viam ſternere pernicioſę inſenſibilitati, auctor eſt B. Dorotheus. *Cùm cœperit*, inquit, *quiſpiam dicere, quid refert, ſi verbum hoc dixero? quid refert, ſi hoc modicum comedero? quid refert, ſi in rem hanc intendero, & incubuero? ex hoc enim, quid eſt hoc, & quid eſt illud, quid refert hoc,*

Eleuando & extenuando.
Baſil. reg. breu. a. 301.
Quod periculoſum.
Doroth. doctr. 1.

hoc, quid refert illud, mala, ac peruerſa, & amara conſuetudo admittitur, & imbibitur; & datur initium, vt magis ac grauiora contemnamus, & conſcientiam noſtram conculcemus & proſternamus, & ſic demum per partes offendentis, periculum eſt, ne in perfectam inſenſibilitatem deueniamus.

IV. *Bonam intentionem prætendendo.* QVARTÒ, bonam prætendunt intentionem, veluti ſi quis furetur vt eleemoſynã præbeat, *ſed non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.*

V. *Naturam accuſando.* QVINTÒ, naturam quidam infamant, quaſi talem nacti, quæ ad omne flagitium B procliuis adeò ſit, vt reſiſtere nequeant. *Omnes*, inquit Hieronymus, *homines vitijs noſtris fauemus, & quod propriâ facimus voluntate, ad naturæ referimus neceſſitatem. Quomodo, ſi dicit Adoleſcens, vim patior corporis, me ad libidinẽ ardor impellit, ipſa organa membrorum genitalium, & compoſitio corporis femineos quærit amplexus.* Sed benè reſpondet Tertullianus: *Non admittit ſtatus fidei allegationem neceſſitatis, nulla eſt neceſſitas delinquendi, quibus vna eſt neceſſitas non delinquendi.* (Hieron. Epiſt. 47. — Tertull. de coron. milit. cap. 11.)

VI. *Neceſſitatem prætendendo.* SEXTÒ, paupertatem aut aliam corporalem neceſſitatem quidam prętendunt. Hilariùs bibi, vt morbum & mœrorem depellerem. Et homicida, ait Hieronymus, *in egeſtate eram, indigebam cibo, tegmen corporis non habebam, ideò alienum ſanguinem ſudi, ne ipſe fame & frigore morerer.* (Hieron. loco cit.)

VII. *In Deum culpam referendo.* SEPTIMÒ, non deſunt qui in ipſum Deũ (proh ſcelus!) ſceleris ſui culpam conferũt ſacrilegâ & quotidianâ defenſione. *O ſi Deus hoc nollet*, inquiunt, *non facerem! hoc voluit Deus.* Et hi ad mala ſe prædeterminari & prædeſtinari, ex malè intellectis Theo- D logiæ pronuntiatis aſſerunt. Sic fortunam, fatũ, conſtellationes arguunt. Fortuna hoc voluit, hoc voluit fatum. *Sedent*, inquit Auguſtinus, *& computãt ſidera, interualla, curſus, volubilitates, ſtatus, motus intendunt, deſcribunt, conijciunt, docti magni videntur. Totum hoc doctum & magnum defenſio peccati eſt. Eris adulter, quia ſic habes venerem: Eris homicida, quia ſic habes Martem. Mars ergo homicida, non tu: & Venus adultera, non tu. Vide ne pro Marte & Venere tu damneris.* Sic aiunt quidam: Saturnus me pigrum ac inuidum fecit; Mer- E curius, furem ac raptorem; Mars homicidam; Venus luxurioſum; Iupiter ambitioſum; Luna inconſtantem; Sol vindictæ cupidum. Sed ô vani, (Auguſt. in Pſalm. 140. — Idem loco citato. — Et in Planetarum curſus.)

——— Sapiens dominabitur aſtris.

Refelluntur. & luna ſub pedibus tuis, non in capite eſſe debet. Aſtra enim inclinant, ſed nullam adferunt neceſſitatem. Et occurrere illis poſſumus per liberum arbitrium diuinæ gratiæ ſubſidio munitum.

VIII. *Accuſando diabolum.* OCTAVÒ, ſunt qui diabolum accuſant, grauiſſimam dicentes eum excitaſſe ten- A tationem, vires eius maximas, ſe imbecilles, & ad lapſum pronos. Sic primæua mater Eua: *Serpens decepit me, & comedi*, neſciens & ipſa culpam fateri. (VIRTVTES. — Geneſ. 3.)

IX. *Malum conſortium.* NONÒ, Adamum alij imitantur, qui dicebat: *Mulier quam dediſti mihi ſociam dedis mihi, & comedi.* Ita alij potatorum cõſortio ad ebrietatem ſe pellectos fatentur. Malæ ſocietati plerumque adſcribitur in fornicationes adulteriumque prolapſus. Et ille, & iſte, inquiunt, ſeduxit me. Ibam quò trahebant aliorum exempla. Non ego primus cecidi, alij præceſſerunt. (Ibid.)

X. *Conſuetudinem prætendendo.* DECIMÒ, conſuetudo quibuſdam prætenditur, quaſi iam in morem abierit peccare. Aliter, inquiunt, fieri non poteſt, ſic nunc moris eſt, paſſim ita fieri conſueuit. *Non ego* (ait ex eorum perſonâ Seneca) *ambitioſus ſum, ſed nemo aliter Romæ poteſt viuere: non ego ſumptuoſus ſum, ſed vrbs ipſa magnas impenſas exigit. Non eſt meũ vitium quod iracundus ſum, adoleſcentia hoc facit.* Sed benè monet idẽ nos decipi, non extrinſecùs eſſe malum noſtrũ, intra nos eſſe, in viſceribus C ipſis ſedere, & ideò difficulter ad ſanitatem venire, quia nos ægrotare neſcimus. (Senec. Epiſt. 50.)

XI. *Aliorum exempla & caſus.* VNDECIMÒ, præcedenti affine eſt, aliorũm, qui peius faciunt, allegare exempla & auctoritates. Si ego, inquiunt, deliqui, deteriùs multò egerunt primarij viri, capita reipublicæ, Sacerdotes, Paſtores, viri Religioſi. Non ergo ſolus peccaui, peccauit & Dauid, peccauit Petrus, peccauit Paulus, Magdalena & plures alij; humanum eſt labi, humani nihil à me alienum puto. &:

——— nemo ſine crimine viuit.

Refutantur. Sed benè reſpondet Sareſberienſis: *Nec eſt*, inquit, *quod error cõcurrentium ſub prætextu multitudinis excuſetur, quia viuendi forma à conuiuentium ſimilitudine nequaquam trahitur, ſed à verbo Dei, in cuius viâ beati ambulant, & recto calle ad veræ felicitatis patriam pergunt. Neque enim quod à multis peccatur, peccatum non eſt; ſed ideò grauius, quia multum. Nec delinquentis culpam ſocia minuit multitudo, ſed prægrauat; eò quòd viribus ſuis, ne corrigatur, obſtat.* (Sareſb. Policrat. lib. 7. c. 19.)

XII. *Scripturas allegando.* DVODECIMÒ, ex ipſis ſacræ ſcripturæ verbis nonnulli nectunt peccati velamina, dicentes: *In multis offendimus omnes.* Et: *Sepeties in die cadit iuſtus.* Quis eſt qui non peccat? *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Adhæc, *Spiritus promptus eſt, caro autem infirma.* Et in mendacio: *Omnis homo mendax.* Atque his ſimilia. Nempe vt ſcriptura ait: *Peccator vitabit correptionem, & ſecundùm voluntatem ſuam inueniet comparationem.* Id eſt, conſentaneam factis ſuis ſententiam, parabolam, exemplum, aut ratio- (Iacob. 3. — Prou. 24. — 1. Ioan. 1. — Matth. 26. — Pſalm. 115. — Eccli 32.)

VIRTVTES. Quà ſua iniſti, tueantur. Ambroſ. lib de paradiſo c. 13. Geneſ. 13. 2. Reg. 12.

nem aliquam quò ſe tueatur. *De Scripturis diuinis*, inquit Ambroſius, *frequenter peccator promit exempla, quibus iuſtos in culpam perhibet incidiſſe, dicens, ſi fortè in ſtupris fuerit deprehenſus: Et Abraham cum ancillâ concubuit, & Dauid alienam adamauit, & ſibi adſciuit vxorem. Aſſuit enim ſibi quadam folia, quadam exempla de propheticarum ſerie Scripturarum, fructum earum non reputat requirendum.* Sed telas aranearum texunt, & crimen aggrauant, quò enim ſe magis excuſant, eo magis accuſant, oſtenduntque ſe membra illius de quo Iob: *Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquamis.* Nam vſque nunc, vt Gregorius ait, *in vſum peccantium trahitur, vt culpa cùm arguitur, defendatur: & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur. Benè ergo dicitur: Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia; quia omnes iniqui ne ad ſe corripientium verba perueniant, quaſi contra aduerſariorum iacula ſcuta defenſionum parant. Quod videlicet eius corpus adhuc nobis expreſſius detegit, dum ſubiungit: Corpus ſquamis ſe prementibus. Fertur quia draconis corpus ſquamis tegitur, ne eius iaculatione vllius penetretur. Ita corpus omne diaboli, id eſt, multitudo reproborum cùm de iniquitate corripitur, quibus valet tergiuerſationibus ſe excuſare conatur, & quaſi quaſdam defenſionis ſquamas obycit, ne tranſigi ſagitta veritatis poſſit. Quiſquis enim dum corripitur, peccatum ſuum magis excuſare appetit, quàm deflere, quaſi ſquamis tegitur, dum à ſanctis prædicatoribus gladio verbi iaculatur.* Hæc Gregorius, optimè præuaricantium explicans conſuetudinem.

Draconem imitantur. Iob 41.

Gregor. lib. 31 Moral. cap 24.

Qui ſquamis tela eludit.

Vt illi correptiones.

Verumenimuerò, vt mali huius originem & perniciem noſcamus, operæ pretium erit hîc nonnulla addere. Et quidem ex primo malo præuaricantium protoplaſtorum in vitiatam poſteritatem hæc lues tranſcripta eſt. Hæc ſunt enim perizomata, quæ fecerunt ſibi parentes noſtri, poſtquam cognouerunt ſe eſſe nudos, & primogenitâ illâ iuſtitiâ exſpoliatos. Hæc ſunt folia ficus, ex quibus conſuerunt ſibi ſuccinctoria. *Nimirùm vult ſe peccator*, vt Ambroſij verbis vtar, *operire quibuſdam ficus folijs, fortaſſe quibuſdam inanibus vel vmbratilibus ſermonibus, quos compoſitis mendacijs aſſuens, & verbum de verbo ſtruens, ad operiendam conſcientiam ſuæ mentis, factiſque velamen peccator intexit, vt pudenda ſua contegat. Iacit enim ſuper ſe folia, qui culpam velare deſiderãs, aut diabolum delicti memorat auctorem, aut carnis prætendit illecebras, aut alium quem[illegible]m perſuaſorem prodit erroris.*

Excuſationes in peccatis à protoplaſtu hæreditamus. Geneſ. 3.

Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 13.

Ex primi autem parentis infecta radice ad poſteros, vt dixi, hæc labes manauit: quod manifeſtiſſimè inſinuauit Iob, dicẽs: *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam.* Vbi He-

Locus Iob in hanc rem explicatur.

Iob 31.

A braicè eſt: אִם כִּסִּיתִי כְאָדָם פְּשָׁעָי. *Im kiſsiti keadam peſchahai. Si operui vt Adam præuaricationes meas.* Vnde benè Gregorius: *Ex illo lapſu primi hominis hæc augmenta nequitiæ ducimus, ex quo ipſam radicem traximus culpæ. Vnde nunc quoque humani generis rami ex hâc adhuc radice amaritudinem trahunt: vt cùm de vitio ſuo quiſque arguitur, ſub defenſionum verba, quaſi ſub quædam ſe arborum folia abſcondat, & velut ad quædam excuſationis ſuæ opaca ſecreta faciem Conditoris fugiat, dum non vult cognoſci, quod fecit.* Commune igitur hoc

Gregor lib. 22. Moral. cap 9.

B hominum crimen eſt; *Quid enim tam rarum*, inquit Ambroſius, *quàm vt inuenias virum, qui ſeipſum coarguat, & factũ condemnet ſuum: Rara itaque confeſſio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus verbi eius aſſertio. Repugnat enim natura, repugnat verecundia, quia erubeſcit vnuſquiſque propriam culpam fateri, dum præſentia magis, quàm futura cogitat.* Cauſſam ait Auguſtinus *eſſe timorem diſplicendi: quia plus delectat hominum æſtimatio quàm iuſtitia, qua ſe vnuſquiſque humiliat pœnitendo.* Sed quantum hoc excuſationis malum,

Rarum eſt, qui ſe non excuſet.

Ambroſ. Epiſt. 9.

Quare. Auguſtin. Enchirid. cap. 2.

C audi Bernardum: *In animam*, inquit, *ſuam peccat qui ſe excuſat, repellens proinde à ſe indulgentiæ medicinam, & ſic vitam ſibi proprio ore intercludens. Et quænam maior malitia, quàm propriam armari in ſalutem, & linguæ tuæ temetipſum mucrone confodere? Denique qui ſibi nequam, cui eſt bonus? Hæc eſt*, inquit Chryſoſtomus, *via præcipua interitus, quando vel ipſa quæ peccauit anima, excuſſo timore, excogitat excuſationes, & prætextus quoſdam. Hæc ſunt arma diaboli fortiſſima. Quando quæris prætextus qui non ſunt, & animam vis metu liberare, reddes eam promptiorem vt rurſus eiſdem implicetur, Deumque magis irritabis.* Audi & Eliam Cretenſem, *hoc enim potiſſimum eſt, quod ad exitij voraginem nos abſtrahet, cùm præterquàm quod peccamus ſpecioſas etiam rationes comminiſci ſtudemus, quibus crimina noſtra obuelemus.*

Excuſatio grande malum.

Bern. ſerm. 16. in Cant.

Chryſoſt. in Pſalm. 140.

D

Elias Cretenſ. in oration. 1. Nazianz.

Sed concludamus hæc verbis Bernardi malitiam hanc atque miſeriam filiorum Adæ lugubriter deplorantis: *Heu me, quàm vile operimentum quæris miſera anima, quàm inutile quæris operimentum! Folia enim ſunt quæ intexis, folia, inquam, quæ nil tibi caloris præbeant, nil habeant ſoliditatis. Orto denique Sole areſcent, & ventus vrens diſperget illa, tu verò nuda & miſera remanebis. Tunc ergo nihil opertum quod non reuelletur, quoniam veniet Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Non erit tam quo lateas miſera. Fruſtra dices montibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos, quoniam nudam & apertam oportebit te ſtare ante tribunal Chriſti.*

Bernard. in ſerm. de verbis Abacuc.

Fruſtra adhibetur.

E

DISQVISITIO IV.

Quis ſextus Humilitatis gradus?

Sextus gradus Humilitatis.

S*Extus humilitatis gradus eſt*, inquit B. BENEDICTVS, *ſi omni vilitate vel extremitate contentus ſit Monachus; & ad omnia quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum & indignum ſe iudicet, dicens cum Prophetâ: ad nihilum redactus ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Reſpondet hic gradus definitioni humilitatis à S. Bernardo traditæ, qui eam dixit eſſe virtutem, *quâ homo veriſſimâ ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit.* Qui enim vilem ſe verè reputat, ipſe vilia non abhorret, & extremitate quacumque facilè contentus erit. Notat verò Turrecremata, & poſt eum Aluarez de Paz, vilitatem ſpectari in cibo, potu, veſte, lecto, cellâ, & vniuerſâ ſupellectili. Extremitatem verò pertinere ad locum, gradum, ſtatum tenendum, & ad opus agendum. Sed rectiùs arbitror pro eiſdem ferè ſumi vilitatem & extremitatem, nam de officijs non ambiendis ſequitur: *Ad omnia quæ ſibi iniunguntur, velut Operarium malum ſe indicet.* Et S. Gregorius *vilia & extrema* pro eiſdem ſumit, cùm ad hunc Regulæ locum alludens, & de paupertinâ Religioſorum ſupellectile loquens, ita ait: *Sed Fratres omnes ex eâdem eius ſententiâ* (proprietario Monacho inflicta) *conturbati, cæperunt ſinguli* EXTREMA *quæque &* VILIA, *& quæ eis habere regulariter ſemper licuerat, ad medium proferre, vehementerque formidare, ne quid apud eos eſſet vnde reprehendi potuiſſent.*

Bern. tract. de gradibus Humil.

Quid hic vilitas & extremitas.

Turrecre. in cap. 7. Reg.

De Paz to. 2. lib. 4. par. 4. cap. 6. 2.

Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 55.

Triplex actus huius gradus.

Sed quidquid ſit de hiſce vocibus, conſtat vtrumque ad hunc humilitatis gradum pertinere, vt nimirùm in cultu veſtium, in cibis, libris, ſupellectili, vilitatem amemus: & in officijs, & quibuſuis iniunctis operibus, extremum non horreamus locum, ſed eo, ſi obtigerit, contenti ſimus. Et notandum, inquit ex Bernardo Caſſinenſi Turrecremata, quod *omni* dicit *vilitate*, quia quidam ſunt contenti vilitate veſtium, qui non ſunt vilitate ciborum contenti. Et econtra quidam ſunt contenti vilitate & parcitate ciborum, qui tamen non ſunt contenti vilitate veſtium. Nonnulli verò vtramque vilitatem ſatis benè ſuſtinent, ſed tamen in extremo gradu, vel humili arte ſeu obedientiâ viliſſimâ eſſe nolunt. Aliqui inſuper hanc extremitatem ſiue vilitatem exteriùs patienter videntur portare, ſed interiùs ægrè ferunt. Nulli autem iſtorum contenti ſunt omni vilitate vel extremitate. Abiectæ autem veſtes, humilis ſupellex, aliaque extrema humilitatem & animo inſerunt, & inſertam magis

I. Conſiſtit in vilitate cultus externi.

A confirmant. Vnde rectè S. Dorotheus: *Aliter diſpoſita eſt anima benè habentis, aliter ægrotantis, aliter fameſcentis, aliter ſaturati: aliter item diſponitur anima inſidentis aſino, aliter ſedentis in throno, aliter ſedentis in terrâ; aliter optimis veſtibus induti, aliter contritis & marcidis.* Ita ille. Hinc Sanctos viros tam in cibis, quàm in veſtibus humiliora ſemper conſectatos legimus.

VIRTVTES. Doroth. doct. 2.

Quam adamarunt ſancti.

Et præclarè in hunc ſenſum Magnus Baſilius: *Si, inquit, ſtudendum eſt nobis vt omnium infimi ſimus, ſine dubio & quod in genere*
B *indumentorum infimum eſt, id ſummopere eſt amplectendum. Vt enim qui ſtudioſi gloriæ ſunt, ex amictu etiam veſtimentorum, gloriam ſibi ſoliti ſunt aucupari, nempe qui ex illorũ magnificentiâ ſplendoreque ſpectabiles ſe, & in admiratione eſſe cupiant: ſic videlicet qui ob vitæ humilitatem in infimum ſeipſum abiecerit, in his quoque quod infimum eſt, conſectari debet.* Quæ mox comprobat Baptiſtæ exemplo, cuius veſtimentum ex ſetis camelorum erat.
C Quin & veteres ſancti, vt ab Apoſtolo ſcriptum, *circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Quare & Monachi veſtium vilitate ſemper gauiſi ſunt. Vnde Hieronymus Ruſticum Monachum ita erudit: *Sordes veſtium candidæ mentis indicium ſunt: vilis autem tunica, contemptum ſæculi probat, dumtaxat ne animus tumeat, ne habitus ſermoque diſſentiant.* Sed in hoc genere illud ſanè cauendum, quod Hipponenſis Antiſtes monuit, ne inuſitato ſqualore ac ſordibus intentos in ſe oculos hominum Dei ſeruus faciat. *Non enim in ſolo rerum corporearum nitore atque pompâ, ſed etiam in ipſis ſordibus*
D *luctuoſis eſſe poteſt iactantia, & eò periculoſior, quò ſub nomine ſeruitutis Dei decipit.*

Baſil Reg. fuſ. 22.

Etiam in veteri lege.

Hebr. 11.

Monachi.

Hieron. Epiſt. 4.

Quid hic vitandum.

Auguſt. lib. 2. de ſerm. Domin. in monte c. 12.

Seruauit hęc ad vnguem prorſus S. Bernardus, quem veſte quidem ſatis vili ſed minimè ſqualenti vſum, memoriæ proditum eſt. Ac etiam dicere ſolitum; tunicam ſordibus obſoletam, teſtem deſidiæ atque ſocordiæ eſſe. Et eius immunditiem interdũ ad hypocriſim ſpectare, quâ inanis gloria, dum videatur contemni, quæritur. Cùm ergo etiam cilicio ſub veſte latenti carnem attereret, vbi id reſcitum eſt, & ipſum depoſuit, nec vnquam deinceps aſpetius indumentum, quàm ceteri Fratres
E ferre voluit, ne fortè illis præſtare ſanctitate videretur, quorum ſe minimum reputaret.

S. Bernardus paupertatis amator, non ſordium.

Maurol. lib. 3. cap. 8.

II. Spectat ſecundò ad hunc humilitatis gradum viliora & extrema ſubire munera. *Extremitas eſt*, inquit Boëtius, *vt ſi iniungatur Monacho, quod exerceat vilem artem, vt lauare pannos ſordidos, purgare cloacam, fratri infirmo vel leproſo ſeruire, aut ſi velis Abbas quod Præpoſitus, Decanus, vel alius ſenex ſtet in vltimo congregationis gradu.* Sic ille. Optimè autem

Obire abiecta officia.

tem

VIRTVTES. Ambroſ. de his qui myſter. initiãtur cap. 6. Ioan. 13. *Chriſtus exemplo praiuit.*

tem hunc gradum Chriſti exemplo nos docet Ambroſius: *Cognoſce*, inquit, *myſterium ipſum humilitatis conſiſtere in miniſterio. Ait enim: Si ego laui pedes Dominus & Magiſter, quantò magis vos debetis lauare pedes inuicem vobis? Cùm enim ipſe auctor ſalutis per obedientiam nos redemerit, quantò magis nos ſeruuli eius, humilitatis & obedientiæ exhibere debemus obſequium?* Expendens quoque idem exemplum Auguſtinus, ait: *Didicimus fratres humilitatem ab excelſo: faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelſus. Magna eſt hæc commendatio humilitatis.* Hæc Auguſtinus.

Aug. tract. 58. in Ioan.

Sancti longo ordine Sancti.

Illuxit autem hoc abiectiores obeũdi functiones ſtudium in pleriſque Sanctis, qui Chriſti humilitatem ſequi, maximam arbitrati ſunt gloriam: hinc pauimentum verrere, culinæ miniſtrare, cacabos, ollas, diſcos mundare, veſtes eluere, calceos purgare, & his ſimilia magno animo Sancti ambierunt, vt interiorem animi humilitatẽ ipſo opere probarent.

Gallicanus. Marul lib. 1. cap. 5.

Vnde Gallicanus ille antea Conſul, Conſtantini Auguſti gener, Monachus poſtea factus, tam ardenter in monaſterio ſerui functus eſt officio, quàm priùs, in caſtris, Imperatoris ac Ducis. Nec magis olim militaris gloriæ auidus fuit, quàm poſtea humilitatis. Operæ pretium erat videre pauperum lauantem pedes, Monachorum manibus aquam dantem, menſas parantem, pauimenta verrentem, & reliqua id genus exercentem.

Helena.

Sed & ipſius Conſtantini mater, Helena Imperatrix, teſte Suidâ, ſæpè etiam eas, quæ per omnem vitam virginitatem tuerentur, conuocauit, & ipſa in lectulis collocauit, eiſq; miniſtrauit, tam epulas apponendo, & calices præbendo, quàm aquam manibus affundendo, ancillæ partes obiens.

Alia exempla. Lib. 5 tract. 2. diſq. 5.

Alia monaſticæ humilitatis exempla protulimus, cùm de veſtimentorum ablutione actum, & alijs occaſionibus ſubijciemus.

Affectu humiles ſunt, qui externo actu nequeunt.

Notandum verò non dixiſſe S. BENEDICTVM, humilem debere omnem omninò vilitatem, & extremitatem habere, ſed ijs debere eſſe contentum, vt nimirùm affectum indicaret, qui humilibus ineſſe debet; cùm non rarò actum exhibere nequeant: Multi quippe (vt Aluarez de Paz obſeruauit) humiles non poſſunt exteriùs vilibus cibis vti, aut abiectioribus veſtimentis indui, corporis infirmitate aliud poſcente, aut ſtatu, & dignitate repugnante.

Paz tom. 2. lib. 4 part. 4. cap. 6.

Prælati præſertim.

Similiter non poſſunt extremum locum in conſeſſibus tenere, ſi ſint Prælati, nec poſtremum gradum, ſi Deo diſponente, fuerint alijs præpoſiti. At affectu ſuo, maiori altitudine aut cõmoditate ſe indignos exiſtimãt. Mallẽt ſi ſibi optio daretur, ſubeſſe, quàm præeſſe: mallent pauperum

A cibis & veſtimentis vti, quàm corpori indulgere, aut commodioribus operimentis circumdari. Tales in ſpecioſâ veſte, & ornamentis ſtatui ſuo congruentibus humilem gerũt animum, cuius exemplum præbuit Regina Eſther, ita Domino loquens: *Tu ſcis neceſſitatẽ meam, quod abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meũ in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei.*

Eſther 14.

III. *Indignum ſe credere, qui imperata faciat.*

Tertiò denique, ad hunc gradum pertinet, B vt Monachus *ad omnia quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum & indignum ſe iudicet.* Cui enim propria perſpecta eſt indignitas, neſcit ad honoratiora loca aſpirare, ſorte ſuâ, & humilitate contentus.

Bernard. de Ord. vitæ. *Moyſes in hoc gradu.*

In hoc gradu fuit S. Moyſes, *qui*, vt Bernardus ait, *quod poterat per gratiam, excuſabat per verecundiam.* Vocatus enim à Domino ad ducatum populi, humiliter ſe excuſauit, & indignitatem profeſſus eſt. *Quis ſum ego*, inquit, *vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægypto?* Et poſteà: *Obſecro Domine,* C *non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius.* Et rurſus: *Obſecro te Domine, mitte quem miſſurus es. Bonum quidem & imitatione dignum humilitatis exemplum eſt*, inquit Rupertus Abbas, *Deo vocanti ad tantum tamque glorioſum miniſterium dicere, Quis ego ſum?*

Exod. 3. Exod. 4. Rupert. lib. 2. in Exod. Exod. c. 13.

Ieremias Propheta.

In eodem gradu fuit & Ieremias, qui ad prophetandi munus inuitatus, ignorantiam prætendit, & ſe tanto munere indignum confeſſus, *A, a, a,* dixit, *Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Iuuenilem*, inquit Nazianzenus, *ætatem metuebat: nec prophetiæ* D *munus prius ſubire auſus, quam & pollicitationem, & vim ac facultatem ætate præſtantiorem à Deo accepiſſet.*

Ierem. 1. Nazianz. orat. 1. nu. 183.

Chriſtus regnum refugit. Ioan. 6.

Quid, quod & virtutum omnium auctor & exemplar Ieſus Chriſtus, *cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit in montem ipſe ſolus?* Quæſitus ad regnum fugit, qui ad crucem vltrò proceſſit. His exemplis incitati viri ſanctiſſimi, cùm ſæculares, tum Eccleſiaſticas dignitates, aut omninò recuſarunt, aut inuiti, coactique ſuſceperunt.

Vnde confirmatur hic gradus. Pſalm. 72.

E Ad illuſtrandum porrò & confirmandum hunc humilitatis gradum adducit S. Pater hunc Pſalmographi locum: *Ad nihilum redactus ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.*

Locus Pſalmi explicatur.

Quæ ad humilitatẽ ſpectare, & Dauidem ignorantiam ſuam fateri: non contemnendi auctores tradunt. Bellarminus enim hãc reddit paraphraſim: *Ad nihilum redactus ſum, & neſciui*, id eſt, humiliatus ſum, & ignorantiam meam confeſſus ſum. Imò & inſipiẽs iumentum factus ſum apud te, id eſt, obedire tibi ſine contradictione conſtitui, &

Bellarm. in Pſal. 72.

onus

onus quodcumque portare decreui, more iumenti. Et ego ſemper tecum, id eſt, à fide, à charitate tuâ non recedam. Quam expoſitionem probat ex Hieronymo, qui de Chriſto exponit, dicente ſe humiliatum & ignorantem, vt verum hominem mõſtret. Remigius verò exponit de humiliatione voluntariâ, vt magnificetur Deus. Similiter Liranus, Hugo Cardinalis, Turrecremata, & alij Regulæ expoſitores. Accommodatè autem & ad S. BENEDICTI mentem hæc retulit Aluarez de Paz: Humilis, inquit, ad nibilum ſe redigit, quia ex ſeipſo ſe nihil eſſe ſentit, & quidquid boni, ſiue in mente, ſiue in corpore in ſe reperit, totum id muneri diuinæ bonitatis adſcribit. Humilis neſcit dona, ſcilicet magna, quibus præditus eſt, quia ne occaſionem ſuperbiendi habeat, ea ab oculis ſuæ conſideratıonis abſcondit. Humilis (vt iumentum factus eſt apud Dominum) quia ſicut iumenta facta ſunt, non vt imperent, ſed vt ſeruiant; ita ſe ad ſeruiendum & obediendum compatat, & à ſublimitate imperij declinat. Id ſummam felicitatem æſtimat. *Et ego ſemper tecum;* vt ſcilicet ſemper Deo cognitione & amore cohæreat. Vult igitur in humili loco cõſiſtere, ne curis regiminis in varia diſtractus, ab aſſiduâ memoriâ eius, quem diligit, diuellatur.

Ad mentem S. Benedicti.
De Paz to. 2. lib. 4. part. 4. cap. 6.

Sed ob hoc potiſſimùm arbitror S. BENEDICTVM hoc ſcripturæ teſtimonio vſũ, quòd in vitis Patrum fortè legiſſet, interrogatum S. Antonium à quodam fratre, Quid eſſet pro nibilo ſeipſum æſtimare, reſponderit: Similem ſe iumentis irtationabilibus ęſtimare, pro eo quod nihil diiudicant, ſicut ſcriptum eſt: *Ego autem velut iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Excelluit verò in hac virtute Abbas Neſteron, quem interrogabat Abbas Paſtor, dicens: *Abba Neſtero, quomodo acquiſiſti virtutem hanc, vt quando emerſerit tribulatio aliqua in monaſterio, non loquaris, neque tædium facias?* Et cùm multum cogeretur frater à ſene, dicit ei: *Ignoſce mihi, Abba, quando intraui in initio in congregatione, dixi animo meo: Tu & aſinus vnum eſtote. Sicut enim aſinus vapulat, & non loquitur, iniuriam patitur & non reſpondet, ſic & tu; quemadmodum & in pſalmo legitur: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.*

Vbi eum legerit.
In Append. in ſent. Ægypt. Patr. mart. Dumienſ. interprete num. 53.
Neſteron aſino ſe comparat.
Vit. Patr. lib. 5. libell. 15. num. 30.

DISQVISITIO V.

Quæ huic Humilitatis gradui repugnent?

Actus ſuperbia huic oppoſiti.

TRIBVS actibus ſuperiore diſquiſitione explanatis, totidem ex aduerſo opponi poſſunt, qui ſextum humilitatis gradum impugnent.

VIRTVTES.

I. *Quærere pretioſa in externo cultu.*

Primus eſt: in cibo, potu, veſtibus, libris, & ſupellectili quærere pretioſiora, & abiectiora, velut ſe indigna, aſpernari. *Sicut in Ægypto*, vt ait Gregorius, *populus deſpecto manna cibos carnium petijt, quos lautiores putauit. Et prima filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quod ex eorum voto ſacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de ſacrificio accipere carnes, ſed crudas quærere, quas accuratiùs exhiberet.* Ad ſuperbiam autem & præſumptionem ſpectare, in cibo aut potu ſectari ſingularia, optimè docuit Caſſianus: *Cibus*, inquit, *eligendus non tantùm qui concupiſcentiæ flagrantis æſtus temperet, minuſque ſuccendat, verùm etiam qui ad parandum ſit facilis, & quem ad comedendum opportuniorem vilioris pretij compendium præſtet, quique ſit conuerſationi fratrum eſuique communis.* Et paulò pòſt ſubiungit hanc regulam: *Quidquid autem extra conſuetudinem præſumitur eſumque communem, vt vanitatis & gloriæ, atque oſtentationis morbo pollutum antiquiſſima Patrum traditio notauit.* Hæc Caſſianus. Veſtium porrò in Religioſis vanitatem * alibi perſtringimus. Hic illud opportunius adiecerim, & Gregorium ad inanem gloriam elegantiorem indumẽtorum cultum retuliſſe. *Nemo*, inquit, *veſtimenta pretioſa, niſi ad inanem gloriam quærit vt honorabilior ceteris eſſe videatur. Nam quia pro ſolâ inani gloriâ veſtimentum pretioſius quæritur, res ipſa teſtatur, quod nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, vbi ab alijs non poſſit videri. Quam culpam poſſumus melius etiam ex diuerſo colligere, quia ſi abiectio vilis indumenti virtus non eſſet, Euangeliſta vigilanter de Ioanne non diceret, erat indutus pilis camelorum.* Ita Gregorius.

Gregor. lib. 30 Moral. cap. 27. nu. 11. 13.
Caſſian lib. 5 cap. 23.
* Lib. 5. tr. 8. diſp. 3.
Veſtu pretioſa vana gloria ſuborta.
Gregor. hom 40. in Euang.

II. *Primas vbiq; ambire.*

Secundus actus eſt, viliora detrectare munia, atque ex præſumptione ad omnia aucupanda dicam an occupanda, ſe liberè, & temere ingerere, & primas vbique velle tenere. *Qui alios ſe præcellere putat*, inquit Bernardus, *primus in conuentibus reſidet, in conſilijs primus reſpondet, non vocatus accedit, non miſſus ſe intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quidquid ipſe non fecerit aut ordinauerit, non rectè factum, aut pulchrè exiſtimat ordinatum. Iudicat iudicantes; præiudicat præiudicaturis. Si ei in tempus aduenerit, non promoueatur ad prioratum, ſuum Abbatem, aut inuidum iudicat, aut deceptum. Quod ſi mediocris ei aliqua obedientia iniuncta fuerit; indignatur, aſpernatur arbitrans ſe non eſſe minoribus occupãdum, qui ſe ad maiora ſentit idoneum.* Sic ille. In hoc numero erant Scribæ & Phariſæi, de quibus Dominus: *Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagôgis, & ſalutationes in foro, & vocari ab homini-*

Bernard. in tract. de grad. humil. ſuperbiæ grad 7.
Deſcribuntur ambitioſi.
Quales Scribæ & Phariſæi.
Matth. 23.

VIRTVTES. Chryſoſt. homil. 45. operis imperfecti. Superbia ſub velo Humilitatis.

hominibus Rabbi. In quibus verbis, vt optimè annotauit Chryſoſtomus, *non vituperat eos, qui in primo loco recumbunt, ſed eos qui amant primos diſcubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum.* Et ſubiungit aliam ſub humilitatis pallio latentem ſuperbiam: *Aliquis*, inquit, *iactator audiens laudabile eſſe in vltima loca diſcumbere, diſcumbit poſt omnes, & non ſolùm iactantiam cordis non dimittit, ſed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit, vt qui vult videri iuſtus & humilis videatur. Multi enim ſuperbi corpore quidem in nouiſſimo recumbentes, cordis autem elatione videntur ſibi in capite recumbere. Et multi ſunt humiles in capite recumbentes, & conſcientia ſe in vltimo eſſe exiſtimant.* Ita ille.

Baſil. in Reg. fuſiorib. interrog. 21.

A quo magnus non diſſentit Baſilius, qui ait, inter æquales ad omnes æquè pertinere nouiſſimum locum occupare. *Veruntamen*, inquit, *pugnax nimis ea de re damnanda contentio eſt: nempe vt quæ modeſtiæ inimica ordinem tollat, & perturbationem ac tumultum inducat. Quin etiam ſi in ea pernicaces ſimus, neque ſit qui alteri cedat, ſimile quiddam eueniet, ac ſi de principe loco pugnaremus.* Quare obtemperandum monet in locorum diſtributione Patriſfamilias, *ſic enim demonſtrabimus*, ait, *omiſſa vehementi, atque obſtinatâ illâ contentione, neutiquam nos oſtentationis, aut captandæ cauſâ gloriæ popularis, humilitatem conſectari. Quin cedendo potiùs, parendoque ad veram humilitatem perueniemus: quando maius ſuperbiæ ſignum eſt, nimis præfractè contendere, quàm principem locum in ſubſellijs tenere, quandocumque id facere iuſſi obtemperemus.* Ita ille.

Vitanda contentio pro infimo loco.

III. *Ambire dignitates.*

Tertius actus humilitati contrarius eſt, dignitates, prælaturas, & honoratiora officia ambire. Infelix malum, quod etiam religioſa non rarò ſolicitat corda. *Hac ipſo*, inquit Ambroſius, *perniciosior ambitio eſt, quòd blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum, & ſæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos. Habet enim forenſem gratiam, domeſticum periculum, & vt dominetur alijs, priùs ſeruit, curuatur obſequio, vt honore donetur.* Et Cyprianus: *Hæc ſacrilegij forma per omnia officia graduſque diſcurrit, & nihil intentatum ambitia prætermittit. Nec dubitet quiſquam diaboli hæc eſſe negotia, & nundinatores eius, quicumque hæc exercent commercia.*

Ambroſ. lib. 4. in Luc. c. 4.

Ambitio latè dominatur.

Cyprian de ieiun. & tentat.

E Deplorat autem & in Monachis hanc Veſaniam Mellifluus Bernardus: *Video (quod magis doleo) poſt ſpretam ſæculi pompam, nonnullas in ſchalâ humilitatis ſuperbiam magis addiſcere, ac ſub alis mitis, humiliſque magiſtri grauiùs inſoleſcere, & impatientes ampliùs fieri in clauſtro, quàm fuiſſent in ſæculo. Quodque magis peruerſum eſt, pleriſque in domo Dei non patiuntur haberi contempti, quia*

Bernard. hom. 4. ſup. miſſus. Etiam in Monachis.

A *in ſuâ non niſi contemptibiles eſſe potuerunt, vt quia videlicet vbi à pluribus honores appetuntur, ipſi locum habere non meruerunt, ſaltem ibi honorabiliores videantur vbi ab omnibus honores contemnuntur.* Hæc Bernardus. Sed heu zebedeides, *neſcitis quid petatis*: neſcitis quã ſit periculoſæ plenum opus aleæ, quàm angelicis etiam humeris formidandum onus. An neſcitis, *quoniam iudicium durißimum his, qui præſunt, fiet?* Et: *Potentes potenter tormenta patientur?* Vnde adoleſcens quidam conſanguineo ſuo Eremitæ dicebat: *Si fuiſſem de numero Prælatorum, fuiſſem de*

Ambitioſi neſciunt quid petãt: Marc. 10.

Sap. 6.

B *numero damnandorum*, vt eſt in regulâ Monacharum apud Hieronymum. Quod Bleſenſis tribuit Gaufrido Peronenſi, Priori Claræ-vallis. Hic enim electus in Epiſcopum Tornacenſem, electioni nullatenus acquieuit. Qui poſtea defunctus, & apparens cuidam fratri inquirenti qualiter ei eſſet, reſpondit. *Reuelauit mihi Trinitas Sancta, quòd ſi ſuſcepiſſem Epiſcopatum, fuiſſem de numero reproborum.* Sed hinc etiam præcipites hi honorum prehenſatores colligant, cum quantâ culpâ ex appetitu proprio ceteris præferri non metuant, quia (vt verbis vtar S. Gregorij) (*ſancti viri plebium ducatum ſuſcipere Deo etiam iubente timuerunt. Moyſes ſuadente Domino trepidat, & infirmus quiſque vt honoris onus ſuſcipiat, anhelat, & qui ad caſum valdè vrgetur, ex proprijs humerum libenter opprimendum ponderibus ſubmittit alienis, quæ egit ferre non valet, & auget quæ portet.* Sic ille. Audiant igitur hi tales illud Chriſti. *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.* Audiant & S. Paulinum ſuauiter ita canentem:

Reg. Monachar. cap. 11. Periculo damnationis expoſiti. Bleſ. Epiſt. 102.

Gregor. Paſtor. curæ part. 1. c. 8. Quod ſancti vitarũt.

Matth. 20.

Honoris inconſtantia.

Paulin. carm. ad Licent.

Blandum nomen honos, mala ſeruitus, exitus æger;
Quem nunc velle iuuat, mox voluiſſe piget.
Scandere celſa iuuat? tremor eſt deſcendere celſis.
Si titubes, ſummâ peius ab arce cades.
Nunc tibi falſa placent bona, nunc rapit amnibus auris
Ambitus, & vitreo fert cana fama ſinu?
Aſt vbi te magno damnoſus cinxerit aſtu
Balteus, & ſterilis fregerit inde labor,
Seruus, & incaſſum ſpes accuſabis inanes:
Et modò quæ nectis rumpere vincla voles.

Nihil profectò tam inglorium (vt Bernardus dixit) *quàm gloriæ cupidum deprehendi. Quò enim gloria plus affectatur, eò minùs apprehenditur, vbi deprehenditur affectari.* Quare optimè ſcripſit magnus Gregorius: *Qui vltro ambit, & importunè ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus. Nam qui ſic nititur altiora cõſcendere, quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exteriùs, interiùs ad profunda deſcendat?* Exſtat Canon Nicæni Concilij, ne qui

Bernard. Epiſt. 126.

Indigni officio qui illud ambiũt. Gregor lib. 7. epiſt. 110. Can. 75. L. ſi quemquã C. de Epi. & Cler.

qui eligi ambietit, eligatut. Accedit lex Cæſarea, quâ *indignus* dicitut *ſacerdatja, qui non fuerit initiatus inuitus.* Et Athalaricus Rex ad Ioannem Papam II. ſcribens, infames declatat, qui aliquos otdines ambierint. Et in ſecundo Concilio Bracarenſi ſtatuitur, *vt ambitioſiar inuentus de inferiori ciuitate non tranſeat ad maiorem.* Neque quidquam iuuerit, ſi quis dicat, ambientem alioqui eſſe valde idoneum, doctrinâ & ſapientiâ præditum: *Nam principatus,* ait Sanctus Leo, *quem ambitio occupauit, etiamſi moribus non offendit; ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo: Et difficile eſt, vt bono peragantur exemplo, quæ malo ſunt inchoata principio.* Quare prudenter admodū in religioſis quibuſdam congregationibus voto aut iutamento ſinguli ſeſe obſtringunt & promittunt, quòd Ordinis ſui munia nullo modo per ſe, neque per alios ſint ambituti, atque ita penitus peſtem hanc teligionum præſcindunt.

Infames habiti.

Bracarenſ. Concil 2. Can 8.

Leo Epiſt. 84.

Laudata Religiones quæ arcent hoc malum.

DISQVISITIO VI.

Quid ſeptimus Humilitatis gradus comprehendat?

Septimus gradus.

Videtur à veritate alienus.

SEptimus humilitatis gradus eſt, inquit S. BENEDICTVS, *ſi omnibus ſe inferiorem, & viliorem, non ſolùm linguâ pronuntiet, ſed etiam intimo cordis credat affectu.* Mirabilis hic gradus eſt, & quod eò præſcribitut paradoxum, à veritate alienum apparet, vt his tationibus vtrumque confici videtur.

Primò.

Primò enim, quomodo humilis, qui nullum vnquam letale peccatum admiſit, & fortè vix vlla venialia (vt fuère Joānes Baptiſta, Euangeliſta, & alii perfectiſſimi viri) exiſtimare poterit ſe viliorem ſceleratiſſimis, & flagitioſiſſimis nebulonibus, qui quotidie peierant, ſe ingurgitant, fotnicantur, blaſphemant, aliaque horrenda committunt crimina? Quòd ſi his inferior non ſit, quomodo ſine falſitate, hoc poterit putare?

Secundò.

Corinth. 2. 12.

Secundò, cognoſcunt humiles dona Dei in ſe, iuxta illud Pauli: *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.* Quod ſi hæc ſciat, quo modo poterit ſe inferiorem reputare ijs, qui nulla aut pauca dona receperunt? Quomodo ille, cui datum eſt filium Dei fieri, exiſtimabit ſe viliorem illo, quem conſtat eſſe filium diaboli?

Tertiò.

2. Cor. 11.

Ibid. 11.

Tertiò, S. Paulus proculdubio humilis erat, & tamen dicebat: *Nihil minùs fui ab ijs, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli.* Et turſus: *Miniſtri Chriſti ſunt, (vt minùs ſapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.* Et iterum: *Abundantiùs omnibus laboraui.*

VIRTVTES.

1. Cor. 15.

Quartò.

Quartò, contra S. Thomam ſic argumentatur Martinus à Caietano relatus: Si ſint decem viri humiles, aut quilibet eſt omnibus viliot, aut non. Si non, ergo falſa eſt æſtimatio, quâ quilibet putat ſe ceteris viliorem. Si ſic, ergo primus eſt viliot ſecundo. Et tunc vltra, ergo ſecundus non eſt viliot primo. Probatut iſta ſecunda conſequentia: quia ſi ſecundus eſt vilior primo: ergo primus eſt vilior ſeipſo. Sic ille.

Aſſeritur doctrina S. Benedicti.

Philip. 2. 3.

B Dicendum tamen his nequidquam obſtantibus, ſanam omninò eſſe S. BENEDICTI doctrinam, & in verbo Dei fundatam. Nam & Apoſtolus Paulus ita ait: *Nihil per contentionem neque per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.* Quæ verba cum noſtro humilitatis gradu optimè conueniunt. Pro cuius explicatione notandum vnumquemque debere non ſimulatè prætendere huiuſmodi iudicium, ſed verè ex animo ſic arbitrari, quantumcumque in virtutibus profecerit, aut profeciſſe ſe putet, vt expouit Doctor Eſtius. Et confirmatut ex Auguſtino, qui citatis Apoſtoli verbis, ita ait: *Non hoc ita debemus exiſtimare, vt non exiſtimemus, ſed nos exiſtimare fingamus, ſed verè exiſtimemus aliquid occultum eſſe poſſe in alio, quo nobis ſuperior ſit, etiamſi bonum noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum.* Ita vir ſanctus, & hic ſit primus modus, quo poſſimus alios nobis meliores iudicare. Vnde alibi ita monet Virgines: *Virgo ne ſe coniugatæ præferat, cogitet occulta dona Dei, quæ non niſi interrogatione tentationis ſemetipſum cuique declarant; vnde enim præter alia ſcit virgo, ne fortè ob mentis infirmitatem nondum ſit matura martyrio, coniugata verò ſit? Vnde, inquam, ſcit, ne fortè ipſa nondum ſit Thecla, iam ſit illa Criſpina?* Atque eodem libro ait: *Vt ergo quiſque non infletur ex eo, quod videt ſe poſſe, cogitet fortè alias poſſe aliquid, quod ipſe non poteſt, ita ſeruabitur, non fallaci, ſed veraci humilitate.* Hęc Auguſtinus. Illuſtrat autem hanc doctrinam Gregorius ſimilitudine regionum, quarum quæque aliam alicuius rei fertilitate excellit. *Hoc itaque,* inquit, *omnipotens Deus agit in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque vni cuilibet regioni fructus omnes tribuere: ſed ſi vna quælibet regio alterius regionis fructu non indigeret, communionem cum alterâ non habuiſſet.* Aitque deinceps: *Sciendum eſt, quia ſicut electi quique hoc ſemper in alijs attendunt, quod à Deo melius acceperunt quàm ipſi, vt eos ſibi in cogitatione præferant, ſeque illis in humilitate ſubſternant; ita reproborum mens nūquam conſiderat quid alter boni amplius quàm ipſe, ſed quid boni ipſe ampliùs, quàm alter habeat; neque enim penſat quæ bona ſpiritus alter*

Quomodo alios nobis meliores iudicemus.

Auguſt lib. 83 qu. 71.

Auguſt lib. de Virgin. cap. 43.

Cap. 470.

Declaratur à ſimili.

Gregor. homil. in Ezechiel.

Reprobi ſe ſolos æſtimant.

VIRTVTES.

acceperit, & ipſi deſint, ſed quæ bona ipſi, & quæ mala alteri adſint. Quod ergo diuina bonitas in argumentum diſponit humilitatis, & ex diuerſitate numerum à bono deficiunt; vnde creſcere in humilitatis bono debuerunt. Hactenus Gregorius, veriſſimam tradēs doctrinam. Nam vt Apoſtolus ait: *Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo.* Et cùm nemo habeat omnia, facilè poterit in alio inuenire, quod ſibi deſit, & hoc nomine ſe eo inferiorem reputare. Et licet non conſtet alium eminentia quædam dona habere, poteſt piè, & ſine errore credere, quod habeat. Simili modo poteſt in ſe conſiderare defectus aliquos, quos in alio non agnoſcit, & hâc ratione illum ſibi præferre.

1. Cor. 7. *Nullus habet omnia.*

Alter modus formandi hoc iudicium.

Alter modus formandi hoc humilitatis iudicium eſſe poteſt, ſi cogitet, quod ſi alius quiſpiam, iiſdem, quibus ille auxilijs diuinæ gratiæ præuentus eſſet, quod meliùs, iiſdem vſus fuiſſet, & feruentiùs Deo ſeruiuiſſet. Item ſi iiſdem ipſe vrgeretur tentationibus, in eaſdem peccandi incideret occaſiones, in quas alij, quòd grauiùs quàm illi deliquiſſet. An non Dominus ait: *Væ tibi Corozain: Væ tibi Bethſaida: quia, ſi in Tyro & Sidone facta eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.* Ita & humilis timet ne fortè non ſatis reſpondeat acceptis Dei donis; ne fortè ob ingratitudinem à Deo deſertus in grauiſſima corruat ſcelera. Hac conſideratione Paulus de peccatoribus agens, dicebat: *Quorum primus ego.* Hac viâ beatiſſimus Patriarcha Franciſcus ſe omnium minimum reputabat. Cùm enim quidam ex ſuis fratribus in exſtaſim raptus, vidiſſet ſedem digniſſimam illi in cœlo paratam; & cognouiſſet illam ſedem fuiſſe vnius, de ruentibus Angelis, & tunc humili ſeruati Franciſco, reuerſus demum ad ſe, à viro ſancto quæſiuit, quid de ipſo ſentiret; humilis Chriſti ſeruus, (vt refert Bonauentura) reſpondit: *Videor mihi maximus peccatorum.* Cui cùm frater diceret ex aduerſo, quòd hoc non poſſet ſanâ conſcientiâ dicere, nec ſentire, ſubiunxit: *Si quantumcumque ſceleratum hominem tantâ fuiſſet Chriſtus miſericordiâ proſecutus, arbitror ſanè quòd multò quàm ego Deo gratior eſſet.* Aliàs quoque ſibi dicere ſolebat: *Latroni ſi tanta contuliſſet altiſſimus, gratior te foret Franciſce.* Cùm autem beatificaretur à pluribus, verbum huiuſmodi proferebat: *Filios & filias adhuc habere poſſem, nolite laudare nondum ſecurum. Nemo laudandus cuius incertus eſt exitus.* Simili humilitate claruit Monialium noſtri Ordinis gemma, S. Gertrudis, de quâ hæc leguntur. Quoſcumque homines vidit, ſibi præferebat, eoſque meliores ſe iudicabat. Atque ideò dum illis Dei dona

Matth. 11.

1. Tim. 1. *S. Franciſcus ſe minimum verè reputare potuit.*

Bonau. in vitâ cap. 6.

Eius verba.

S. Gertrudis in hoc gradu. Lib. 1. Inſinuat diuin. pietat. cap. 5.

A communicaret, putabat illos ſolâ cogitatione, innocentiâ, conuerſationeque mundâ plus mereri, Deoque inde laudes accreſcere maiores, quàm ipſa omnibus exercitijs ſuis, cunctiſque corporis viribus potuiſſet. Idque fieri arbitrabatur per ſuam indignitatem, virtutem, ac negligentiam. Hæc ibi.

Tertius modus, cogitare alios ſaluandos.

Tertius modus hoc iudicium formandi, ſi cogites, vt monuit Eſtius, alterum quem forte peccantem videris, te meliorem forſitan eſſe, ſecundùm prædeſtinationem diuinam, quæ nobis eſt occultiſſima, atque ita te forſitan cum reproborum numero damnandum ob peccata, quæ deinceps cōmittes; alium verò propter pœnitentiam ſaluandum. Hæc humilitas fuit Coriarij Alexandrini, quâ S. Antonium toto orbe celeberrimum ſuperauit: nam cùm in cellâ propriâ oraret, venit ad eum vox, dicens: *Antoni, necdum ad menſuram Coriarij iſtius, qui in Alexandriâ eſt perueniſti.* Quo audito Senex conſurgens manè, arrepto baculo, feſtinus aduenit Alexandriam. Cumque ad deſignatum hominem perueniſſet, & ingreſſus fuiſſet, ille viſo tanto viro obſtupuit. Senex autem dixit ei: *Refer mihi opera tua, quia propterea relictâ eremo huc veni:* Qui reſpondet: *Neſcio me aliquando boni aliquid perpetraſſe, vnde & ex cubili proprio manè conſurgens, antequam in opere meo reſideam, dico, quod omnis hæc ciuitas à minore vſque ad maiorem ingrediatur in regnum Dei, propter iuſtitias ſuas; ego autem ſolus propter peccata mea pœnam ingrediar ſempiternam: quod verbum antequam ſerò quieſcam, ex cordis mei recenſeo veritate.* Hoc audiens beatus Antonius, dixit: *In veritate, fili, ſicut bonus artifex ſedens in domo tuâ, cum requie regnum Dei adeptus es: ego autem, velut ſine diſcretione omne tempus meum in ſolitudine terens, necdum verbi tui aſſumpſi menſuram.* Talis & humilitas Apollonij, qui interrogatus à dæmone, Quinam hœdi, & quæ oues eſſent, reſpondit. *Hœdi quidem iniuſti ſunt, inter quos & ego ſum peccator, qui multis peccatis obnoxius ſum: Oues autem Deus nouit quæ ſunt.* Et propter iſtam humilitatem dæmon ab Energumeno exiuit. Siluanus quoque Pachomij diſcipulus iugiter fletui indulgebat, cuius cauſſam interrogatus, humillimè reſpōdit: Ideò ſe flere, quod cerneret ſe multis obſequijs Sanctorum Fratrum foueri: *Quorum, inquit, & puluis pedum mihi venerandus eſt, nec eis me conferre dignum prorſus exiſtimo. Timeo valdè ne ſicut Dathan & Abiron, me quoque profanum hiatu ſuo terra deglutiat. Illi namque impijs auſibus, manibuſq. pollutis Sancta ſibimet vſurpare tentauerunt: Ego verò poſt tantam cognitionem diuini muneris, animæ meæ ſalutem deſidioſâ conuerſatione neglexi.* Sic ille. Et verè magnam humiliãdi ſe quilibet cauſſam habet: *quia*

Vit. Patr. lib. 3. num. 130.

Talis humilitas fuit in Coriario quodam.

In Apollonio. Ruffin. in Vit. Patr. lib. 2. num. 25.

Item Siluano Monacho. Vit. Patr. lib. 1. in vit. Pachom. cap. 38.

Iuſtitia vix caus Eccleſ

Eccle. 9.

quia neſcit homo, vtrum amore an odio dignus ſit: neſcit vtrum vſque in finem ſit perſeueraturus: & quorſum ſe vel vni præponat, qui in periculo verſatur æternæ damnationis, quâ omnibus poſtponatur, & conijciatur in tenebras Exteriores?

Quartus modus ſe infra alios deprimendi. Doroth. doctr. 2.

Quartus modus hunc humilitatis affectum aſſumendi, is eſt, quem S. Dorotheus exponit: vult enim ille, vt ſepoſitâ aliorum conſideratione, ſuperiores in virtute, ſummoſque viros nobis ob oculos ponamus, à quorum menſurâ, dum magnis internallis nos abeſſe conſpicimus, hac contemplatione nos omnium infimos reuerà iudicemus. Sed ipſum diſſerētem audiamus. *Viri ſancti,* inquit, *quantò ad Deum propiùs acceſſerint; tantò ſe iniquiores agnoſcunt. Memini autem cùm loqueremur aliquando de humilitate, & quidam ex Gazæ principibus nos audiret iſtuc ipſum aſſerentes; obſtupuiſſe eum atque dixiſſe: hoc quomodo fieri poſſet, ignorare ſeſe; diſcere autem velle. Cui ego reſpondi.*

Clarè proponitur ob oculos.

Dic (obſecro) Domine ac princeps; quem te habes inter conciues tuos? Ad hæc ille: Habeo me (inquit) vt nobilem & principem ciuitatis meæ. E contrà, ego: Si Cæſaream pergas; iſtic quem habeas? Viliorem (ait) aliquantò principibus ciuitatis illius. Iterum: Si Antiochiam abeas; quem te ibi exiſtimes? Vt ruſticum, inquit, quemdam. Si autem Bizantij ſis apud Regem; quem te reputes? vt pauperem ait quemdam & mendicum. Tunc ego ad eum verſus: & ſic, inquam, ſeſe habent Sancti viri; quò enim Deo propriores fiunt, eò ſe inferiores putant. Abraham enim cùm Dominum vidit; cinerem ſe vocauit & lutum. Hactenus ille.

Vt ſuperbiā quidam repreſſerit. Climac. grad. 25.

Non diſſimili modo ſtrenuus quidam frater ſuperbiæ motus repreſſit. Deſcribebat enim, vt Climacus refert, in cellulæ pariete altiſſimarum virtutum appellationes, puta perfectæ charitatis, angelicæ humilitatis, mundiſſimæ orationis, incorruptibilis caſtitatis, & huiuſcemodi virtutum reliquarum. Cùm ergo illum cogitationes extollere cœpiſſent, dicebat illis: *Eamus ad arguentem*, adueniensque relegebat appellationes illas, ſibique ipſi clamabat: *Cùm has omnes poſſederis, tunc ſcies quàm longè adhuc à Deo ſis: Cùm enim eas poſſederis, ſeruus eris inutilis, feciſti enim quod facere debuiſti.* Hæc Climacus. Qui & aliam pro perfectis humiliandi ſe rationem ſuggerit.

Quintus modus. Ibid. *Ex gratuitu Dei donis.*

Quintus igitur modus ſit, quem ita deſcribit: *Sunt nonnulli qui ex ipſis Dei muneribus quantumlibet in eis profecerint, ſemetipſos humiliant, ſeque indignos eſſe huiuſmodi diuitijs exiſtimant, ſicque afficiuntur tanquam debitis ſuis quotidie adijciant.* Sic ille, & quidem rectè. Nam vt multis debitis obnoxius eo ipſo inferior eſſe videtur illo, qui nihil debet, à quo nimirum nihil poſſit exigi; ita magnis gratiæ auxilijs à Deo cumulatus magis ſe A debitorem neceſſe eſt agnoſcat. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur.

VIRTVTES.

Vnde metuunt humiles, ne cùm creſcunt dona, rationes non tantùm creſcāt donorum, ſed etiam pœnæ, ob donorum neglectum aut ingratitudinem.

Ibidem. *Cur debitores ſumus.*

Vnde rurſum Climacus: *Porrò diuinorum copiam nobis indultorum munerum (vt qui hanc præter meritum noſtrum acceperimus) additionem fore cruciatus amplioris ſuſpicemur.* Additque poſt multa, quoſdam Chriſti paſſionem conſiderantes ſeipſos debitores conſtanter eſſe tenere, atque hanc B humilitatis ſuæ materiam facere.

Liber à ſcelere plus humiliari debet quàm peccator. Rusbroch. lib. de quibuſd. præcip. virtut. cap. 10.

Vnde Venerādus vir Ioannes Rusbrochius non dubitauit aſſerere, eum qui nunquam, aut parum tantùm peccauit, maiorem humilitatis cauſſam habere, quàm qui magna peccata commiſit, quia videlicet maiorum bonorum debitor eſt; quare debet ſe quaſi maioribus obligationibus adſtrictum, magis ſubmittere. Eſt inquit, & alia præclarior humilitatis cauſſa, quam ignorare non debemus.

Declaratur in B. Virgine, & Magdalenâ.

Intemerata namque Dei genitrix, glorioſa ſemper Virgo MARIA, cùm ab omni peccato ſit præſeruata, maiorem ſe humiliandi C cauſſam habet, quā beatiſſima Maria Magdalena, quæ ſic diuinâ bonitate à peccatis liberata, ſicut Virgo glorioſa ab ipſis præſernata fuit. Maius autem beneficium eſt, à vulneribus illæſum ſeruare, quàm inflicta curare vulnera. Itemque præclarius eſt, & maiori dignum gratiarum actione, ſeruati à peccatis, quàm de admiſſis conſequi veniam.

Obligatio creſcit cum beneficio.

Quantò autem cumulatiora ſunt beneficia Dei, tantò & nos illi cum humilitate & reuerentiâ gratias abundantiores D agere ſumus adſtricti. Non ſolùm de peccatis nobis miſericorditer indultis, ſed multò magis de ijs quoque in quæ incidere poteramus, niſi nos ſuâ bonitate ipſe cuſtodiſſet; & non tantùm de beneficijs iam collatis, ſed de omnibus quoque bonis illis, quæ collaturus erat, niſi noſtra hoc malitia præpediſſet. Vnde ſi quis ſolerter aduertere velit, ex ipſis quoque virtutibus à Deo collatis, ex Dei bonitate, quæ à profundiori ipſum ruinâ præſeruauit, maiorem præclarioremque humilitatis rationem, E quàm ex hoc quod lapſus à Deo veniam meruit, & indulgentiam habet, inuenit. Hæc ille.

Soluuntur obiectiones. Prima.

Supereſt vt ad obiectiones initio poſitas reſpondeamus. Ad *Primam* ergo dicendum, poſſe hominem etiam ſanctiſſimum ſubijcere ſe alteri licet peccatori, conſiderando in ſe, id quod ſuum eſt, ſuoſque defectus: in altero verò id quod eſt Dei in ipſo, quod ſine dubio maius eſt eo, quod eſt hominis. Adhibeat præterea iam explicatos modos, iuxta quos citra falſitatem alios ſibi præferre poteſt. Non eſt

VIRTVTES.

autem neceſſe, vt id quod eſt Dei in ſe, exiſtimet inferius eo quod hominis in altero, aut id quod eſt Dei in ſe, eo quod cognoſcit Dei in altero, poteſt enim præ altero maiora dona accepiſſe. Neque etiam requiritur, vt id quod ſuum eſt, ceteris hominibus, quantum ad id quod ipſorum eſt ſubijciat, prædicando ſeipſum maximum peccatorem. Vide hęc fuſiùs explicata apud Alphonſum Salmeronem.

Salmeron. tom. 4. p. 3. tract. 7.

Secunda.

Ad *Secundum* ſimiliter dicendum. Licet humiles Dei dona in ſe cognoſcant, non tamen illa ſibi tribuunt, *ſed Deo, quem in ſe operantem*, vt ait S. BENEDICTVS, magnificant. Sciunt hæc mutuo data, aliena eſſe, & poſſe ſubtrahi. Sciunt ſe ab illis ipſis, quos quibuſdam donis excellunt, alijs fortaſſe maioribus ſuperari: æſtimant ſe acceptis ingratos, alios reputant gratiſſimos; ſua vident peccata, aliena non vident.

Tertia.

Ad exemplum S. Pauli tertio loco allatum reſpondetur, eundem verè humilem fuiſſe, qui de ſe affirmabat: *Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniã perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Cùm verò ſe alijs confert & præfert, optimè ſciebat ſe illa maiora non à ſe, ſed à Deo habere. Quare cùm dixiſſet: *Abundantiùs omnibus laboraui*, adiecit, *non ego autem ſed gratia Dei mecum.* Et cùm dixiſſet: *Exiſtimo nihil, me minùs feciſſe à magnis Apoſtolis*, ſubiunxit; *tametſi nihil ſum.* Illud, quo ſe Apoſtolum alijs æqualem prædicat, ad cognitionem veritatis; illud verò, quò ſe minimum, aut nihil eſſe affirmat, ad depreſſionem pertinet affectionis.

1. Cor. 15. — *Ibid.* — *2. Cor. 11.*

Quarta. *Caiet. 2. 2. q. 161. art. 6.*

Ad Martini argumẽtum reſpondet Cardinalis Caietanus, non ſolùm abſque mendacio, ſed etiam abſque falſitate quemlibet poſſe, ſe alio viliorem credere & dicere. Et quemlibet alio eſſe viliorem, referendo quod ſuum eſt, ad id quòd Dei eſt in alio, ita enim in hâc materiâ ſumitur τὸ, *ſe*, & τὸ, *alio*, cùm dicitur quod quilibet ſe alij ſubdere per humilitatem debeat. Cùm verò arguitur, ſi ſecundus eſt vilior primo, & primus eſt vilior ſecundo: Ergo primus eſt vilior ſeipſo: Concedi poteſt totum, nullum enim inconueniens eſt, quod aliquis ſit vilior ſeipſo, ſecundùm diuerſas rationes. Quilibet enim ratione eius quod ſuum eſt, inferior eſt quolibet alio ratione eius quod eſt Dei. Itaque quilibet eſt quolibet inferior, ſecundùm ſuum, & ſuperior, ſecundùm diuinum.

Bernard. ſerm. 17 in Cant. *Nimia non poteſt nocere Humilitas.*

Sed omiſſis his diſceptatiunculis, optimâ S. Bernardi admonitione diſquiſitionẽ hanc obſignemus. *Non eſt periculum quantumcumque te humilies, quantumcumque reputes minorem, quàm ſis, hoc eſt, quàm veritas habeat. Eſt autem grande malum, horrendumque periculum, ſi vel modicè plus verò te extollas, ſi vel vni videlicet in tuâ cogitatione te præferas, quem fortè parem tibi veritas iudicat, aut etiam ſuperiorem. Quemadmodum enim ſi per oſtium tranſeas, cuius ſuperliminare (vt ad intelligentiam loquar) nimium baſſum ſit, non nocet quantumcumque te inclinaueris, nocet autem ſi vel tranſuerſi digiti ſpatio plus quàm oſtij patitur menſura, erexeris, ita vt impingas, & capite quaſſato collidaris; ſic in animâ non eſt planè timenda quantalibet humilatio; horrendu autem nimiumque pauenda vel minima temerè præſumpta erectio. Quamobrem noli te, homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid ſcis enim, ô homo, ſi vnus ille, quem fortè viliſſimum atque miſerrimum reputas, cuius vitam ſceleratiſſimam ac ſingulariter fœdiſſimam horres, & propterea illum putas ſpernendum, non modò præ te (qui fortè iam ſobriè, & iuſtè, & piè viuere te confidis) ſed etiam præ ceteris omnibus ſceleratis tanquam omnium ſceleratiſſimum? Quid ſcis, inquam, ſi melior & te, & illis mutatione dextræ excelſi, in ſe quidem futurus ſit, in Deo verò iam ſit? Et propterea non mediocrem, non vel penultimum, non ipſum ſaltem inter nouiſſimos eligere locum nos voluit; Sed Recumbe, inquit in nouiſſimo loco; vt ſolus videlicet omnium nouiſſimus ſedeas, teque nemini, non dico præponas, ſed nec comparare præſumas.* Hactenus Bernardus.

Minima elatio timenda. — *Nec iudicandi mali, aut contemnendi.* — *Luc. 13.*

DISQVISITIO VII.

Quid ſeptimo Humilitatis gradui repugnet?

Arrogantia VII. gradui oppoſita.

ADVERSATVR explicato Humilitatis gradui vitium Arrogantiæ; *Per quam*, vt S. Thomas ait, *homo ſe alijs præfert*, eſtque iactantiæ mater, nam vt idem: *ex hoc quòd aliquis interiùs per arrogantiam ſupra ſeipſum eleuatur, ſequitur plerumque quòd exteriùs maiora quædam de ſe iactet.* Vnde & Ariſtoteles dixit: *De ſeipſo ſæpius loqui, prædicare, polliceriſque multa: aliena quoque benefacta aſſerere & vindicare ſibi, arrogantia eſt.* Propriè autem Arrogantia, vt huic humilitatis gradui opponitur, in eo ſita eſt, vt magnificè quis de ſe ſentiat, & glorietur de eo, quod habet, aut habere ſe credit, vel etiam quod non habet, ſibi immeritò tribuit, alijſque hoc nomine ſe præfert. Vnde non tantùm ſe illis viliorem non cognoſcit, ſed ne æquari quidem vult, ſed omnibus anteferri.

S. Tho. 2. 2. q. 162. art. 4. idem 2. 2. 112. art. 1. — *Ariſt. lib. 2. Rhet. c. 6.* — *In quo ſita ſit.*

Quatuor eius ſpecies. Gregor. lib. 23. Moral. cap. 4.

Quatuor autem arrogantiæ ſpecies enumerat Gregorius: *Arrogantes bonum*, inquit, 1. *aut à ſemetipſis habere ſe æſtimant*, 2. *aut ſi ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe accepiſſe meritis putant*, 3. *aut certè cùm iactant ſe habere quod non habent*, 4. *aut de-*

ſpectis

Non facilè deprehenduntur.

ſpectis ceteris, ſingulariter videri appetunt habere, quod non habent. Hæc ille. Subdola autem & latens eſt hæc peſtis, quæ facilè cordi noſtro obrepit, dum ſibi in opere bono complacet, vt admodum difficilis illius ſit agnitio. Obſeruatum id à Richardo Victorino, cuius hæc verba: *Sicut nihil faciliùs erubeſcimus quàm malitiam, ſic nihil difficiliùs cognoſcimus, vel erubeſcimus, quàm arrogantiam. Arrogantia enim oculum mentis obnubilat, vel excæcat, vt nec ſeipſum agnoſcere valeat. Qualem enim ſeipſam mens elata per æſtimationem fingit, talem procul dubio veraciter eſſe credit.* Sic ille. Cui conſentit citatus antea Romanus Præſul. *Quiſquis,* inquit, *ſuperbia in ſe tyrannidem captiuâ mente ſuſceperit, hoc primum damnum patitur, quòd clauſo cordis organo iudicij æquitatem perdit: nam cuncta, quæ ab alijs benè geruntur, diſplicent, & ſola ei, quæ ipſe vel pranè egerit, placent. Semper aliena opera deſpicit, ſemper miratur quæ ipſe facit, quia & quidquid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit, atque in eo, quod exhibet per gloriæ cupiditatem, ſibimetipſi fauet per cogitationem, & cùm ſe in cunctis tranſcendere ceteros æſtimat, per lata cogitationum ſpatia ſecum deambulans, laudes ſuas tacitus clamat.* Sed ſiſtendus hìc Bernardus, ſuo more arrogantis mores depingens: *Credit,* inquit, *quod audit, laudat quod agit, & quid intendat non attendit. Obliuiſcitur intentionem, dum amplectitur opinionem, quique de omni aliâ re plus ſibi credit quàm alijs, de ſe ſolo plus alijs credit quàm ſibi, vt non iam verbotenus, aut ſolâ operum oſtentatione ſuam præferat religionem, ſed intimo cordis credat affectu omnibus ſe ſanctiorem. Et quidquid de ſe laudatum agnouerit, non ignorantiæ aut beneuolentiæ laudatoris, ſed ſuis meritis arroganter aſſcribit.* Hæc Doctor Mellifluus. Perſtringit verò etiam Gregorius eos, qui ad ſumma non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur. *Sunt,* inquit, *nonnulli, qui cùm parua agunt, de ſemetipſis magna ſentiunt: in altum mentem ſubleuant, & præire ſe ceteras virtutum meritis putant, tanti nimirùm apud ſe introrſus humilitatis ſterquilinium deſerunt, & elationis faſtigia aſcendunt: illum videlicet imitantes, qui ſe primus apud ſe extulit, ſed eleuando proſtrauit: illum imitantes, qui accepta cognitionis dignitate, contentus non fuit, dicens: In cælum conſcendam, ſupra aſtra cæli exaltabo ſolium meum.*

Richard. part. 1. lib. 1. de ſtudio inter. hom. c. 28.

Greg. lib. 34 moral c. 18.

Arrogantia excæcat hominem.

Bernard. de grad. humil grad. 6.

Arrogantis mores depinguntur.

Greg. lib. 3. moral. cap. 18.

Putant ſe mira facere.

Iſai. 14.

Latè regnat hæc peſtis.

O quantos hodieque iſto ſuperbiæ laqueo illigatos inuenias, qui ſe tantùm ſpirituales viros, ſe tantùm ſapientes ac litteratos, ſe omnium magiſtros, & alios omnes rudes, & ſapientia ac litteris vacuos exiſtimant! In quos optimè quadrat illa irriſio patientiſſimi Patriarchæ: *Ergo vos*

Iob 12. 2.

A *ſoli eſtis homines, & vobiſcum morietur ſapientia?*

VIRTVTES.

Ceterùm quam graue malum Arrogantia, & præſertim in Religioſo, ex ſcripturæ eloquijs non difficile eſt colligere. *Arrogantiam & ſuperbiam ego deteſtor,* ait Sapiens. Et Propheta: *Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui.* In arrogantem quoque & alius Propheta hoc fulmen intorquet: *Dies Domini ſuper omnem ſuperbum, & excelſum & arrogantem, & humiliabitur.* Meritò autem humiliatur ille, qui quæ Dei

Mala quæ ex arrogantiâ pullulant.

Prouerb 8.

Ieremi 49.

Iſai. 2.

B ſunt arrogat ſibi; & gloriam quam Deus alteri non dabit, ſibi attribuit; vt optimè proinde Sapiens dixerit. *Abominatio Domini eſt omnis arrogans: etiam ſi manus ad manum fuerit, non eſt innocens.* Quem locum Venerabilis Beda exponens: *Quicumque,* ait, *ſibi tribuit bonum quod facit, etiam ſi nihil mali videtur manibus operari, iam cordis innocentiam perdidit, in quo ſe largitori donorum prætulit. Et ideò talem conditor ſuus abominatur, vt reum, quem beneficijs ſuis eſſe contemplatur ingratum.* Quanta verò mala ex vnâ arrogantiæ radi-

Prouerb. 16.

Beda in lib. 2. Prouerb.

Fuſiùs deſcribuntur.

C ce pullulent, confertim ex Climaco deſcribit Elias Cretenſis: *Per faſtum,* inquit, *hoc loco arrogantiam intelligit, quæ quidem vt cum diuino viro Ioanne Climaco dicam, peccatorum obliuionem affert, quemadmodum humilitas recordationem. Eſt autem arrogantia dæmonum inuentum, hominum contemptio, condemnationis mater, diuini auxilij depulſio, iracundiæ fons, immiſericordiæ conciliatrix, amarus cenſor, crudelis iudex. Atque huiuſmodi quidem arrogantia eſt.* Quæ apud Climacum paulò aliter ſunt gradu 22. vbi item dicitur: *Superbia*

El. Cret. in orat. 19 Nazianz. n. 25.

D *aſpernatio hominum, deſpectio proximi, cuius finis ſit abnegatio diuini adiutorij, proprijque ſtudij elatio & confidentia.* Quæ quidem paulò fuſiùs & clariùs explicantur à S. Dorotheo: *Duo,* inquit, *genera ſunt ſuperbiæ. Primum genus eſt, cùm quis fratrem ſuum contemnit, eumque quaſi nihil æſtimat; ſeipſum verò cunctis excellentiorem habet. Hic ſtatim niſi ſe reuocet & reſpiciat, ſenſim labitur in ſecundam ſuperbiam, ita vt in Deum etiam incipiat inſoleſcere, & bona opera ſibi ipſi adſcribere, non Deo.* Idipſum porrò lugendo admodum exem-

Doroth. ſerm. 2.

Duo ſuperbiæ genera.

E plo declarat: Memini, inquit, fratres, vidiſſe me aliquando huiuſcemodi hominem, qui in hanc miſerrimam ſeditionem incidiſſet. Et initio quidem ſi quis è fratribus locutus quidpiam eſſet in alterius commẽdationem & laudem; ſtatim illum ſpernebat, & quaſi conſpuebat, dicens: *Quis eſt ille, non eſt alius præter Zoſimam, & qui cum eo ſunt.* Pòſt cœpit & illos contemnere, ac dicere neminem alicuius eſſe pretij præter Macarium: & paulò pòſt; *quis,* ait, *Macarius? nullus eſt præter Baſilium & Gregorium.* Atque etiam non multò poſt hos

Exemplum fratris alios ſpernentis.

quoque

VIRTVTIS.

quoqne cœpit pariter ſpernere, & nullius pretij exiſtimare, niſi Petrum & Paulum. Cui ego prædixi quod euenit; fore vt hos quoque tempore contemneret. Quod ſanè factum eſt; nam eos ſpreuit, & nihil eſſe habendum in pretio præter Trinitatem aſſerere cœpit: ſtatimqne in Deum quoque factus eſt inſolentior, exarſit, intumuit. Nobis igitur luctandum eſt cum primâ, fratres, ne paulatim in ſecundam labamur ſuperbiam. Hactenus vir ſanctus.

DISQVISITIO VIII.

Quid innuat octauus Humilitatis gradus? quod vitium deſtruat?

Octauus gradus.

QVI ſequitur in humilitatis ſcalâ gradus, hoc modo à Patriarchâ noſtro deſcribitur. *Octauus humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat Monachus, niſi quod communis monaſterij regula, vel maiorum cohortantur exempla.* Doctrinam hanc, vt alias plurimas ex veterum Monachorum vnanimi ſententia Sanctus BENEDICTVS hauſit, nam vt apud Caſſianum legimus, *Quidquid inter famulos Dei præſumitur ab vno vel paucis, nec catholicè per omne corpus fraternitatis tenetur, aut ſuperfluum, aut elatum eſt, & ob id noxium iudicandum eſt, magiſque ſpeciem vanitatis, quam virtutis oſtentans, quæ nec à veteribus ſanctis, qui huius profeſſionis fundamenta iecerunt, neque à patribus noſtri temporis, qui eorum per ſucceſſiones inſtituta nunc vſque cuſtodiunt, tradita videmus exempla, vt ſuperflua & inutilia nos quoqne reſecare conuenıet.*

A priſcis deſumptus.

Caſſian. lib. 1. cap. 3.

Duo includit.

Primum.

Ipſis verò Sancti Patris BENEDICTI verbis duo cenſeo includi. Primum, vt omnia illa exequamur, quæ communis Monaſterij Regula, aut maiorum ſuadent exempla, nec ex ijs quidquam prætermittamus.

Secundum.

Alterum, ne priuata exercitia communibus præferantur, & ſingularia quædam ſectemur à communi obſeruantia aliena, ſiue id fiat per defectum, ſiue per exceſſum; quod ſpectat ad ſingularitatis vitium huic gradui oppoſitum. Optimè Sanctus Leo in hunc ſenſum dixit: *Sacratius eſt quod publicâ lege celebratur, quàm quod priuatâ inſtitutione dependitur. Nihil in tali populo inordinatum nihilque diuerſum eſt, vbi ad vnum pietatis vigorem, omnia ſibi totius corporis membra conſentiunt.* Iterumqne: *Publica præferenda ſunt proprijs: & ibi intelligenda eſt præcipua ratio vtilitatis, vbi vigilat cura communis.*

Leo ſer. 3. de ieiunio 7. menſ.

Id. ſerm. 4.

Quinam hic Maiores dicantur.

Quæri autem hîc poteſt, quinam hoc loco *Maiorum* cenſeantur nomine? Reſpondet Turrecremata, non intelligi Patres antiquos & Eremitas, vt aliqui voluerunt, qui maximæ fuerunt abſtinentiæ & laboris in vigilijs, orationibus, & huiuſmodi obſeruantijs religionis: quia imitari tales ſine expreſſo Abbatis conſenſu, fortaſſe pareret turbationem & ſcandala in congregatione, & varietatem plurimam inter fratres: ſed per *Maiores* intelligi videntur *Maiores* ipſius monaſterij, qui non ſolùm doctrinâ verbi, ſed exemplo ſanctæ conuerſationis ſubditos ſuos exhortantur ad Religionis perfectionem. Sic ille. Sicut ergo aues cantu ſuo aues ſolùm generis ſui ad ſe vocant, & trahunt; alias verò diſſimiles nequaquam alliciunt; ita & homines noſtri inſtituti (non verò alieni, & quod cum noſtro pugnat in eo quod nobis non expedit) ad ſui imitationem nos prouocent.

Turrecr. in hunc loc.

An, & quomodo in diſſolutis cœnobijs communis regula ſeruanda.

Alteram porrò quæſtionem mouet Trithemius noſter: Ex quo Monachus nihil facere debet, niſi quod communis Regula Monaſterij, & maiorum cohortantur exempla, quid tunc de iſtis, qui in Monaſterijs diſſolutis & irreformatis degentes, religioſè viuere deſiderant? An inter malos debent eſſe mali, ne ſingularitatis notam incurrant? Reſpondendum eſt, quod cautè hîc in Regulis ſingularitas prohibetur, vt videlicet inter bonos non debeat aliquid nouum extra regulam facere, ne magnus videatur ab hominibus. Dicit enim, quod Monachus nihil debet agere, niſi quod communis monaſterij regula, ſcilicet iſta præſens, vel maiorum, id eſt, ſanctorum, & virtuoſiorum fratrum exempla cohortantur. Sed in monaſterijs, vbi iſta regula non ſeruatur, quæ tamen ad eam inſtituta eſt, vt in irreformatis & diſſolutis locis, vbi nulla diſciplina ſeruatur, nulla etiam ibi maiorum relucent exempla, non tenetur quis tales imitari, qui Regulam non obſeruant. Sic ille.

Trithem. in cap. 7. reg. S. Bened. grad. 8.

Quæ ſita in tribus.

Tenenda eſt ergo communis Monaſterij Regula, communis Cœnobitarum vita, quæ in tribus (vt Bleſenſis ait) maximè conſiſtit, *in communi dilectione fraternâ, in communi ſubſtantiâ, in communi obedientiâ. Hæc tria caput ſunt monaſticæ religionis.* Communem requirit dilectionem, vt excludat particulares amicitias, & conuerſationes priuatas, de quibus Laurentius Iuſtinianus. *Interdicenda eſt*, inquit, *aſſidua & priuata cõuerſatio in collegijs ſeruorum Chriſti: quæ quamquam in nullo alio reprehenſibilis ſit, ſine proximorum tamen ſcandalo fieri nequit.* Communem deinde requirit Bleſenſis ſubſtantiam, vt nimirùm omnes eodem, & eiuſdem pretij induantur habitu; ſupellex, & cellæ, quantum fieri poteſt, ſint ſimiles, eodem omnes cibo vtantur & potu,

Bleſenſ. ſerm. 50.

I. *In communi dilectione.*

Laurent. I. de diſcipl. & perf. cap. 22.

II. *In communi ſubſtantia.*

& potu, plura enim citra ægritudinem requirere, præter ſingularitatis notam, ad ſuperfluitatem ſpectat: paucioribus & vilioribus in communitate velle vti, oſtentationem redolet, & communitatem offendit. Ex hoc enim capite queſti ſunt Fratres de Simeone Stylitâ, quòd per ſeptem continuos dies ieiunaret, quem Abbas increpans, dixit: *Vnde nobis aduenit iſte homo, deſtruere volens regulam monaſterij? fili, quod eſt hoc quod dicunt fratres de te? non tibi ſufficit ieiunare ſicut nos? an non audiuiſti Euangelium, de Doctoribus dicens; quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, erit autem omnis perfectus, ſi ſit ſicut Doctor eius.* Optimè proinde monuit Abbas Mathois Fratrem quemdam dicens: *Si habitaueris in loco, ne velis illic tibi nomen facere de aliquâ re, dicendo; aut non venio in Conuentu Fratrum, aut manduco hoc vel illud, hæc enim vanum nomen faciunt.* Atque hoc titulo Abbas Theodorus, vt eſt apud Rufinum acriter perſtrinxit fratrem quemdam ſingularitatem cibi ſectantem: factâ enim congregatione in eccleſia, cùm eſſet feſtiuitas, & ceteri Monachi comederent, vnus miniſtrantibus dicit: *Quia nihil coctum comedo, ſal mihi deferri præcipito. Quo verbo miniſter, audito, cum clamore audientibus ceteris, alij imperauit, dicens: Quoniam coctum ille frater non comedit, parum illi ſalis afferto. Tunc beatus Theodorus dixit: Oportuit te magis, frater, carnes in cellâ tuâ comedere, quàm hunc præſentibus fratribus audire ſermonem.* Hæc ibi. Nouitios quoq; nimio feruore vltra menſuram regulæ ieiunia, vigilias, & diſciplinas extendentes ita monet Bernardus: *Adoleſcentulæ, inquit, dilexerunt te nimis. Quid eſt nimis? valdè, vehementer, ardenter. Ex obliquo, vos qui nuper veniſtis, tangit ſpiritalis ſermo, veſtram illam quam & nos frequenter reprimere conati ſumus minùs diſcretam vehementiam, imò intemperantiam prorſus nimium obſtinatam redarguens. Non vultis eſſe communi contenti vita. Non ſufficit vobis regulare ieiunium non ſolemnes vigiliæ, non impoſita diſciplina, non menſura quam vobis partimur in veſtimentis & alimentis, priuata præfertis communibus. Qui veſtri curam ſemel nobis credidiſtis, quid rurſum de vobis vos intromittitis? nam illam quâ toties Deum conſcientijs veſtris teſtibus offendiſtis, propriam ſcilicet voluntatem veſtram, ecce nunc iterum magiſtram habetis, non me. Illa vos natura docet non parcere, rationi non acquieſcere, non obtemperare ſeniorum conſilio, vel exemplo, non obedire nobis. An ignoratis quia melior eſt obedientia, quàm victima? Non legiſtis in Regulâ veſtrâ, quòd quidquid ſine voluntate vel conſenſu patris ſpiritalis fit, vana gloria deputabitur non mercedi?* Hæc Bernardus, qui alibi quoque

Anton. in vit. Styl. cap. 3. — *Veteres Monachi interdicebant ſuæ ſingularitatem.* — Vit. Pat. lib. 5. libel. 8. num. 11. — Rufin. lib. 3. de vit. Pat. nu. 54 — *Nouitij nimium feruentes notati.* — Bernard. ſer. 10. ſup. Cant. — Id ſerm. 64. ſup. Cant.

A hanc vulpeculam (vt vocat) perſequitur. *Quid, inquit, illud quod nos quoque toties in domo iſta tam grauiter inquietat, notabilem loquor quorumdam qui inter nos ſunt ſuperſtitioſamque abſtinentiam, ex quâ ſe omnibus, ſibique omnes moleſtos reddunt? Quomodo non hac ipſa diſcordia tam generalis, & ſua illis conſcientiæ diſſipatio eſt, & quod in ipſo eſt grandis vinea huius, quam plantauit dextera Domini, veſtra ſcilicet omnium vnanimitatis demolitio.*

VIRTVTES. *Singularitas vulpecula comparatur.*

Tertiò, vult Bleſenſis communem eſſe B obedientiam, vt nullus ſcilicet à communi labore & regulari obſeruantia eximatur, viténturque inordinatæ exemptiones, & prærogatiuæ, & priuilegia quibus aliqui prætendunt ſe communi legi non obſtrictos. Huc quoque ſpectat in miniſterijs, labore, & obedientiâ immunctâ non plus facere quam præceptum ſit, nec velle alijs laborandi induſtria aut diligentiâ præcellere. Fecerat hoc quidam Pachomij diſcipulus, qui duas vno die texuerat ſtoreas, quas ante cellam ſuam ex ad-C uerſo eius loci, in quo magnus Pachomius ſedebat cum fratribus, poſuerat Hoc autem fecerat elatus vanæ gloriæ cogitatione, exiſtimans ſe in hoc eſſe laudandum à magno Pachomio, quod tali eſſet vſus diligentiâ, cùm regula hoc contineat, vt vnuſquiſq; frater vnam in die faciat ſtoream. Cùm autem vidiſſet magnus Pachomius, eum fratrem hoc feciſſe ad oſtentationem, & animaduertiſſet illius eo tendere cogitationem; valdè ſuſpirans, dixit fratribus, qui cum eo ſedebant: *Vi-D dete hunc fratrem, qui à mane huc uſque laborauit, diabolo totum ſuum donauit laborem, & ſui operis nihil reliquit, quo ſuam recrearet animam: quoniam magis amauit hominum gloriam, quàm Dei: & labore quidem ſuum corpus conſumpſit, fructu verò laborum vacuam reddidit animam.* Vocatumque illum fratrem increpauit, & præcepit vt orantibus fratribus, duas tenens ſtoreas, ponè eos diceret: *Rogo vos, fratres, vt oretis pro infelici meâ animâ, vt ſummè miſericors Deus veſtris precibus eius miſereatur, qua has duas E paruas ſtoreas eius regno prætulit.* Et rurſus dum fratres comederent, iuſſit eum eodem modo ſtare in medio eorum cum ſtoreis, donec fratres à menſâ ſurgerent. Et poſteà iuſſit eum includi ſolùm in cellâ, & tempore quinque menſium quotidie facere duas ſtoreas, & veſci pane ſolo cum ſale, & nullum fratrem eum conuenire.

III. *In communi obedientiâ.* — Metaphr. in vit. Pachom. c. 10. apud Sur. tom 3. — *Pachomius fratrem ſingulariter operantem rigidè punit.*

Antonius præterea notat ad ſingularitatis vitium ſpectare, in ſermonibus vti verbis peregrinis & obſcuris; in diſputationibus ſequi nouas opiniones, vltra com-

Anton. p. 2. ſum. Theolog. tit. 3. cap. 3. § 8. *Singularitas vitanda in verbis.*

VIRTVTES.

communes; in tractatibus cum alijs diſcrepare à communi iudicio aliorum, vt videatur magis intelligere. Sed Bernardus graphicè ſingularium Monachorum mores exprimit: *Turpe eſt ei qui ſe ſupra ceteros iactat, ſi non plus ceteris aliquid agat, per quod vltra ceteros appareat. Proinde non ſufficit ei quod communis monaſterij regula, vel maiorum cohortantur exempla. Nec tamen melior eſſe ſtudet, ſed videri, non meliùs viuere, ſed videri viuere eſt, quatenus dicere poſſit: non ſum ſicut ceteri hominum. Plus ſibi blanditur de vno ieiunio, quod ceteris prandentibus facit, quàm ſi cum ceteris ſeptem dies ieiunauerit. Commodior ſibi videtur vna oratiuncula peculiaris, quàm tota pſalmodia vnius noctis. Inter prandendum crebrò ſolet oculos iactare per menſas, vt, ſi quem minùs comedere viderit, victum ſe doleat, & incipiat idipſum ſibi crudeliter ſubtrahere quod neceſſarium victui, indulgendum prauiderat, plus gloriæ metuens detrimentum, quàm famis cruciatum. Si quem macriorem, ſi quem pallidiorem proſpexerit, vilem ſe æſtimat, nunquam requieſcit, & quoniam vultum ſuum ipſe videre non poteſt, qualem ſcilicet ſe intuentibus offert, manus quas poteſt & brachia ſpectans, palpat coſtas, humeros attrectat & lumbos, vt ſecundùm quod corporis ſui membra vel minùs vel ſatis exilia probat, pallorem oris ac colorem diſcernat. Ad omnia denique ſua ſtrenuus, ad communia piger. Vigilat in lecto, dormit in choro, cumque alijs pſallentibus ad vigilias totâ nocte dormitet, poſt vigilias alijs quieſcentibus ſolus in oratorio remanet, excreat, & tuſſit, gemitibus ac ſuſpirijs auris foris ſedentium de angulo implet.* Hæc ille. Bernardo coæuus Bleſenſis, curioſitate deteſtabilius eſſe ait vitium ſingularitatis. *Qui ſingularis eſt*, inquit, *aſpernatur ceteros, & ſe ſolùm religioſè viuere proteſtatur, ſuſurro in fratribus fomitem odij & ſeminaria diſcordiæ miniſtrans, quibuſdam latenter detrahit, quorumdam benefacta patenter decolorat, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Timendum eſt ne exterminet eum aper de ſiluâ, & ſingularis ferus deuoret ſingularem.* Ita ille, non leue inſinuans damnum, quod ſingularitatis amator incurrit, de quo vt nunc taceam, illud adijciendum videtur, alijs eum ſcandalo eſſe, & in communitatem peccare. *Non enim eſt ſine periculo & laqueo* (vt ait Thomas à Kempis) *ſingularis obſeruantia in communi domo. Ille magis laudabilis feruor, qui communia proprijs præponens, in his nunquam negligens ſatagit inueniri, quæ cum alijs ſuſceperit ad portandum.*

Ber. tract. de grad. humil. grad. 5. *Mores ſingularium Religioſorum.*

Singulares curioſis peiores. Bleſenſ. ſer. 50.

Singularis ferus, quis. Pſal. 79.

Thom. à Kemp. lib. 1. de ſolit. & ſilent. cap. 8.

Verumenimuerò ex quâ cauernâ ſingularis hic ferus egrediatur, ex quâ radice malignum hoc germen pullulet, accuratiùs inquirendum. Certum autem eſt non

Prodit ex amore vanitatis.

A raro ex vanitatis amore & ſuperbiæ ſpiritu ſingularitatem naſci, hac autem animos inſtigat dæmonium meridianum, vt expoſuit Richardus Victorinus: *Quis*, inquit, *neſciat quòd in horâ meridianâ eſſe ſoleat & claritas maior, & calor feruentior? quaſi ergo cum ſumma luce & feruore dæmones ad nos veniunt, quando fraudis ſuæ nequitiam diſſimulantes, ſub ſanctitatis ſpecie ad peruerſitatem nos pertrahere ſtudent & ſatagunt. Lux ad diſcretionem & calor pertinet ad deuotionem. Cùm luce ergo & claritate dæmones ad nos veniunt, quando in eo quod fraudulenter ſuggerunt, non modò diſcretè, verùm etiam deuotè acturos nos etiam promittunt, & perſuadere contendunt. Fit autem ſæpè vt huiuſmodi fraudulentâ tentatione infatuatus eò vſque deſipiat, vt in eo ipſo, quod ex dæmoniaca perſuaſione actitat, ceteris, ſe credat, & rectiùs ſapere, & ſanctiùs agere.* Hæc Richardus. Quæ pluribus proſequitur, cui etiam conſentit eidem ſynchronos Bernardus, exponens meridiani dæmonij fraudes: *Quoties*, inquit, *ſuggeſſit anticipare vigilias, quò ad ſolemnitatem illuderet dormitanti? quoties produci ieiunia, vt diuinis obſequijs eo inutilem redderet, quo imbecillem? quoties benè proficientibus in cœnobijs inuidens, obtentu quaſi maioris puritatis eremum petere perſuaſit, & cognouerunt miſeri tandem quàm verus ſit ſermo, quem fruſtra legerant; væ ſoli, quoniam cùm ceciderit non habet ſubleuantem? Quoties ad opus manuum plus quàm opus fuerat incitauit, & fractum viribus ceteris regularibus exercitijs inualidum reddit? Quorum multis exercitationem corporis (quæ iuxta Apoſtolum ad modicum valet) non modicam perſuaſit & pietate fraudauit. Denique ipſi experti eſtis, quomodo quidam (ad verecundiam illorum dico) qui ante inhiberi non poterant, ita in ſpiritu vehementi ad omnia ferebantur, poſt ad tantam ignauiam deuenerunt, vt ſecundùm illud Apoſtolicum ſpiritu cœperint, nunc carne conſummentur, quàm turpe inire fœdus cum ſuis corporibus, quibus crudele antea indixerant bellum? videas, proh pudor! importunè ſuperflua quæritare, qui prius neceſſaria obſtinatiſſimè recuſabant, quamquam ſi qui in ſuâ fortè inuiti obſtinatione perdurant, indiſcretiùs abſtinentes, & ſingularitate notabili conturbantes eos, cum quibus habitare debent vnius moris in domo: haud ſcio ſanè an ſe exiſtiment pietatem retinere, cùm huiuſmodi mihi videntur & longiùs abiecisse.* Hęc Doctor melliſluus.

Richard. Vict. in Pſ. 90.

Dæmon ſpecie boni ſingulares deludit.

Bern. ſerm. 33. in Cant.

Feruẽs primùm, poſt torpent in exercitijs.

Sed claudamus hanc diſquiſitionem optimo S. Bonauenturæ monito, qui vult, vt in communibus, ſit feruoris affectio ſpecialis. *Conuentualem vitam*, inquit, *vt ſanctiſſimam imò angelicam*, toto *affectu animi amplexantes, et tam continuâ, quàm deuotâ proſecutione adhæreant. Quantum ad offi-*

Bonauent. in ſpec. diſcipl. ad nouit. p. 1. cap. 22.

Paræneſis ad communem vitam ſequendam.

ctum,

cium, menſam, & alia, vix niſi coacti à conuentus congregatione recedant. Tantam Deus conuentui efficaciam contulit bonitatis, vt ibi augmentum ſuſcipiat boni bonus, aut veniam mali malus. Multa in conuentu bona præſen-
1. Reg. 10. 10. *tibus conferuntur, abſentibus ſubtrahuntur. Saul ad conuentum pſallentium prophetarum acce-*
Ioan. 20. 24. *dens, propheta efficitur: Extra conuentum factus, peruertitur. Thomas diſcipulorum abſens*
Act. 2. 1. *conuentus viſionis Dominicæ conſolatione fraudatur, quam ad collegium reuerſus aſſequitur. Diſcipuli pariter congregati Spiritum ſanctum accipiunt. In conuentu Dominus habitat & requieſcit. Ibi deuotos quoque vberioris gratiæ pabulo*
A
refocillat. Hæc Bonauentura qui alibi quoque idem commendans, ſic ait: *Optima Religioſi perfectio, perfectè communia quæque conuentualia ſeruare. Porrò hic religionem offendit, qui religionis violat inſtituta. Turpis omnis pars,* ait Auguſtinus, *vniuerſo ſuo non congruens.*

VIRTVTES. — Ibid. part. a cap 1. — Auguſt li. 3. confeſſ. cap 8.

TRACTATVS VII.

DE VLTIMIS HVMILITATIS GRADIBVS.

EXHIBEBIT *hic Tractatus extremos quatuor humilitatis gradus, & excellens iter ad charitatis faſtigium, ad quod illis aſcenſis peruenitur.* Primò *itaque inquiritur, Quis nonus Humilitatis gradus?* Secundò, *Quid decimus gradus commendet?* Tertiò, *Quæ vndecimi gradus doctrina?* Quartò, *Quid præſcribat gradus duodecimus?* Quintò, *Quomodo Humilitas ad culmen perducat Charitatis?* Sextò, *Quam in omnibus, & ſingulis Perſonis, & actionibus Humilitatem* BENEDICTVS *deſiderauerit?*

DISQVISITIO I.

Quis nonus Humilitatis gradus? Quid illi oppoſitum?

Nonus gradus. NONVS *Humilitatis gradus eſt,* inquit S. BENEDICTVS, *ſi linguam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens vſque ad interrogationem non loquatur, monſtrante Scripturâ: Quia in multiloquio non effugietur peccatum. Et quia vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.*

Cur ſilentium referatur ad Humilitatem. Quæri verò hîc poteſt, cùm ſupra de taciturnitate S. Pater egerit, cùm eam hîc ad humilitatis gradus referat? Sed non difficilis reſponſio, cùm enim verbis ſeipſam prodat Superbia, ſua peccata excuſet, malè geſta eleuet, benè facta iactanter prædicet, & ridiculè exaggeret, manifeſtum eſt, ad humilitatem ſpectare os comprimere, de ſuis rebus vix aut ne vix quidem loqui, in verba non prorumpere ante interrogationem, nec putare tantam ſibi eſſe ſcientiam, vt auditione digna queat proferre. Quare Bernardus oppoſitum ſuperbiæ gradum aſ-
Bernard. de grad. humil, grad. 4. ſignans, ait: *In multiloquio nota iactantiam. In hoc habes quartũ gradum* (Superbiæ) *& deſcri-*
A
ptum & nominatum. Fuge rem & tene nomen. Iactabundi verò Religioſi mores idem velut in ſpeculo ſic repræſentat. *Monachus ineptâ redundante lætitiâ, dũ riſu vel ſignis eam aperire non ſufficit, in Elius verba prorumpit. En venter meus quaſi muſtum, abſque ſpiraculo, quod nouas lagũculas diſrumpit. Aut loquetur ergo aut rumpetur. Plenus eſt enim ſermonibus, & coarctat eũ ſpiritus vteri ſui. Eſurit & ſitit Auditores, quibus ſuas iactitet vanitates, quibus omne quod ſentit effundat, quibus qualis & quantus ſit innoteſcat. Inuentâ autem occaſione loquendi, ſi de litteris*
B
ſermo exoritur vetera proferũtur & noua, volant ſententiæ, verba reſonant ampulloſa. Præuenit interrogantem, non quærenti reſpõdet. Ipſe quærit, ipſe ſoluit, & verba collocutoris imperfecta præſcindit. Cùm autem pulſato ſigno neceſſe eſt interrumpi colloquium, (nota religioſum ritum) *horam longam breue queritur interuallum, quærit licentiam vt ad fabulas reuertatur poſt horam, non vt quempiam ædificet, ſed vt ſcientiam iactet. Ædificare poteſt, ſed non ædificare intendit. Non curat te docere, vel à te doceri ipſe quod neſcit,*

Iactabundi & loquacis deſcriptio. Ibid. — Iob 32. — Ibid.

VIRTVTES.

neſcit, ſcilicet vt ſcire ſciatur, quod ſcit. Quod ſi de religione agitur, ſtatim viſiones & ſomnia proferuntur. Deinde laudat ieiunia, commendat vigilias, ſuper omnia orationes exaltat, de patientiâ, de humilitate, & de ſingulis virtutibus pleniſſimè ſed vaniſſimè diſputat: vt tum ſcilicet ſi audieris, dicas, quia ex abundantiâ cordis os loquitur, & quia bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona. Si ad ludicra ſermo conuertitur, in his quantò aſſuetior, tantò loquacior inuenitur. Dicas ſi audias riuum vanitatis, fluuium eſſe ſcurrilitatis os eius, ita vt ſeueros quoque & graues animos in leuitatem concitet riſus. Hactenus Bernardus. Sed & ante eum Climacus annotauit, loquacitatem maximè gigni ex inani gloriâ: *Loquacitas*, inquit, *eſt inanis gloriæ ſedes, per quam ſeipſam iudicare, atque in publicum producere ſolita eſt. Loquacitas ignorantiæ eſt certum argumentum, detractionis ianua, ſcurrilitatis dux, mēdacij opifex, compunctionis deſolatio, acediæ auctor ſiue euocatrix, ſomni præcurſor, intentæ, fixæque cogitationis diſſipatio, cuſtodiæ exterminatio.* Contrà verò ait Taciturnitatem eſſe ambitioſæ doctrinæ aduerſatricem, & occultū in Deum aſcenſum. Vnde enim illa quam paſſim videmus linguæ prurigo, niſi ex animi quâdam præſumptione, quâ plurima nos ſcire arbitramur, & conceptibus noſtris nimiùm tribuimus, quos aliorū animis multis & ſuperfluis verbis imprimere conamur, vt plurium non ignari videamur, aliosque ceu noſtræ inſtructionis egentes, & velut Magiſtri docere præſumimus? Hinc nimirùm promptæ illæ, & citra vllius interrogationem ſermocinationes. Hinc abſurdâ oſtentatione obloqui ac interfari geſtimus, vnde citatus antea Climacus non dubitauit præproperam reſponſionem arrogantiæ adſcribere: *Vidi*, inquit, *eum, qui ſubditus erat, verbum ex ore Magiſtri rapuiſſe, deque eius ſubiectione deſperaui, animaduertens illum ex eo ſuperbiam potiùs quàm humilitatem acquiſiuiſſe.* Hæc ille.

Loquacitas oritur ex inani gloriâ.
Climac. grad. 11.
Climac. grad. 4.

Duplex S. Benedicti doctrina.
I. *Frenanda linguæ præpitudo.*

Prudenter ergo humilitatis Magiſter duo præſcribit. Primum, *vt linguam ad loquendum prohibeat Monachus*, id eſt, cùm iam tibi quaſi ſermo natat in ore, & iam iam eum proferre geſtis, prohibe hanc loquendi pruriginem, & conceptum ſuſpende ſermonem: non ſecùs ac pater aliquis videns filium cultrum habere in manu, timens ne ſe lædat, iubet eum deponi, antequam ſcindat: aut videns eundem manum eleuaſſe, vt alterum feriat, prohibet eum in ipſo ferè ictu; ſic reſtringenda locutio, & promptitudo linguæ caſtiganda rationis fræno. Rectè ergo monet Eccleſiaſticus: *Antequam loquaris diſce.* Quid autem diſcendum? nimirùm vbi, quando, quomodo, & quid loquendum. *Lingua*, inquit Chryſoſtomus, *regulas quaſdam & leges ponamus, vt priùs verba ruminet, & ita proferat.*

Eccli. 19.
Chryſoſt. hom. 17. ad pop. Antioch.

II. Alterum à S. BENEDICTO requiſitum eſt, *vt taciturnitatem habens vſque ad interrogationem non loquatur.* Spectat hoc maximè ad iuniores, & diſcipulos reſpectu Seniorum & Præceptorum. Nam, vt alibi S. BENEDICTVS ait: *Loqui & docere Magiſtrum condecet: tacere, & audire Diſcipulo conuenit.* Sapientis hoc monitum eſt: *Adoleſcens loquere in tuâ causâ vix: ſi bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum. In multis eſto quaſi inſcius, ſed audi tacens. Qui autem priùs reſpondet quàm audiat*, teſte Salomone, *ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.* Contrà verò, *homo ſapiens tacebit vſque ad tempus.* Quiſquis autem hoc ritè facere nôrit, magnum donum conſecutus eſt, pro quo meritò omnipotenti Deo gratias agat. Vnde Sapientia Dei dixit; *Dominus dedit mihi linguam eruditionis, vt ſciam quando oporteat ſermonem dicere:* Ita enim legit Ambroſius. Priſcis quoque Anachoretis nota fuit hæc Taciturnitatis forma, vnde frater quidam Abbatem Paſtorem interrogauit: *Si video rem aliquam, vis vt dicam illam? dicit ei Senex: Scriptum eſt, qui reſponderit verbum antequam audiat, ſtultitia ei & opprobrium eſt. Si ergo interrogatus fueris, dic, ſin aliàs, tace.* Et de Abbate Euagrio ſcribitur, quòd in initio conuerſationis ſuæ, veniens ad quemdam Senem dixerit: *Dic mihi, Abba, ſermonem quo ſaluus ſiam.* Ille autem dixit ei: *Si vis ſaluari quando ad aliquem vadis, non priùs loquaris antequam te ille inquirat.* Euagrius autem compunctus in hoc ſermone, dixit: *Crede mihi multos codices legi, & talem eruditionem nunquam inueni. Et multùm proficiens exijt.* Hæc ibi. Vnde & Monaſticis legibus decretum, ne Monachus non interrogatus, vel coram ſeniore loquatur. Regulæ à Sanctorum Patribus prolatæ: *Illud quoque obſeruandum eſt, vt præſente Seniore quocumque, vel præcedente in ordine pſallendo ſequens non habeat facultatem loquendi.* Ferreolus: *Nec hoc tantùm, ſed etiam taciturnitatem tibi præſentia Abbatis, vel etiam alterius Senioris imponat: ita vt niſi interrogatus ab eo, vel iuſſus Silentium irrumpere non præſumas.* Fructuoſus Epiſcopus: *Nihil loqui niſi ad interrogata.* Fructuoſus alter: *coram Seniore ſuo prior nullus ambulet, neque non iuſſus ſedeat vel loquatur.* Magiſter in Regulâ: *Tamdiu in taciturnitate ſileant, quamdiu taciti frena oris eorum Abbatis interrogatione laxentur.*

Vſque ad interrogationem.
Cap. 6. Reg.
Eccli. 32. 10.
Prouerb. 18. 13.
Eccli. 20. 7.
Iſaiæ 50. 4.
Quæ magna perfectio.
Ambroſ. l. 1. officior. cap. 2.
In vit. Pat. lib. 5. libell. 10. num. 58.
Ibid. nu. 9.
Monaſticis legibus præſcribitur.
Reg. Patr. cap. 47.
Ferreol. in reg. cap. 19.
Fruct. reg. cap. 5.
Reg. Fruct. cap. 12.
Reg. Mag. cap. 8.

Duobus porrò ſacræ Scripturæ teſtimonijs ſententiam ſuam S. Pater confirmat. Prius eſt: *In multiloquio non effugietur peccatum.* Quod alibi expendimus.

S. Benedictus doctrinam ſuam probat.

Poſterius teſtimonium ex regio Propheta deſumptum eſt. *Vir linguoſus non dirigetur in terrâ.*

Digitized by Google

in terrâ. Sed quis vir linguoſus? *cui ſumma voluptas loqui*, ait Auguſtinus. Hugo verò Cardinalis varias formas viri linguoſi diſtinguit, quas his verſibus exprimit:

Hugo in Pſal. 139.

Sit tibi linguoſus quinque modis odioſus:
Præproperus, præceps, ignarus, fictilis, ancept.

Variæ formæ viri linguoſi.

Primò, linguoſus eſt præcipitanter & ſubitò in ſermonem erumpens; *Vidiſti*, inquit Sapiens, *hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio.* *Secundò*, qui poſtquam loqui cœpit, cohiberi non poteſt, de quo Scriptura: *Sicut vrbs patens eſt abſque murorum ambitu, ſic homo qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Et: *Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus.* *Tertiò*, qui æquè reſpondet de quibus nouit, vel quæ ignorat. Contrà quem Eccleſiaſticus: *Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo; ſin autem, manus tua ſit ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris.* *Quartò*, qui loquitur in linguâ & linguâ. *Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.* Et eodē: *Denotatio peſſima ſuper bilinguem.* Talis bilinguis ſimilis eſt ſerpenti, qui non habet pedes & huiuſmodi membra, ſed totum corpus eſt ei pedes & manus; & quod minus habet in membris ceteris, ſuppletur ei in linguâ, quia habet duo additamenta, quæ poſt morſum infigit, & virus infundit, itaque interficit. De quibus Pſalm. *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes.* *Quintò*, & ille linguoſus eſt, qui alium loquentem ſuſtinere nō poteſt, ſed ſermonem interrumpit, quem ita monet Siracides: *Audi tacens, & pro reuerentiâ addetur tibi gratia.*

Prou. 29. Prou. 25. Ibid. 29. Eccli 5. Ibid. Pſal. 139. Eccli 32.

Sed quid locutulei, linguaces, & blaterones lucri faciunt? illud nimirùm quòd non dirigentur in terrâ. Optimè hîc monet Auguſtinus: *Itaque, fratres, citò dixerim charitati veſtra, ibi vnuſquiſque probet ſe, non vt loquatur, ſed vt de alio locutionis officium exigat. Gaudium autem taciturnitatis intus habet in voluntate, vocem doctrinæ in neceſſitate. Si ſemper delectat te docere, ſemper vis habere imperitum quem doceas. Si autem beneuolus es, & vis omnes doctos eſſe, non vis ſemper habere quos doceas, & non erit in voluntate exercitatio, vel probatio doctrinæ tuæ, ſed in neceſſitate. Gaudium tibi ſit in auditione Dei, neceſſitas tibi ſit in locutione tuâ, & non eris vir linguoſus, ne non dirigaris:* Hæc Auguſtinus.

Loquaces non proficiunt. Auguſt. in Pſal. 139.

DISQVISITIO II.

Quid decimus humilitatis gradus commendet?

Decimus gradus, moderans riſum. Eccli. 21.

QVI ſequitur ordine humilitatis gradus decimus, his verbis à Legiſlatore noſtro deſcribitur: *Si non ſit facilis ac promptus in riſu, quia ſcriptum eſt: Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.* Congruit autem hic gradus cum eo, quod inter inſtrumenta bonorum operum numerauit: *Riſum multum aut exceſſum non amare.* Itemque: *Verba vana aut riſui apta, non loqui.*

VIRTVTES. Cap. 4. Reg.

Spectare autem hanc riſus moderationem ad humilitatis virtutem ſatis manifeſtum eſt. Sunt enim humiles verecundi, pudici, & minimè leues, ſed in omnibus modeſti & compoſiti. Modeſtiæ autem pars eſt riſum cohibere. Docuit verò Climacus, *intempeſtiuum riſum ex inani gloriâ naſci, cùm ſcilicet apud ſeipſum intrinſecùs turpiter quiſque apud ſe gloriatur.* Clariùs autem Bernardus: *Proprium eſt ſuperborum, læta ſemper appetere, & triſtia deuitare, iuxta illud: Cor ſtultorum vbi lætitia.* Quare tertium ſuperbiæ gradum facit, *ineptam lætitiam*, cuius hæc indicia demonſtrat: *Illum, qui eiuſmodi eſt, aut nunquam aut rarò gementem audies, aut lacrymantem videbis. Putes, ſi attendas, aut ſui oblitum, aut ablutum à culpis. In ſignis ſcurrilitas, in fronte hilaritas, vanitas apparet in inceſſu. Pronus ad iocum, facilis ac promptus in riſu. Cunctis quippe quæ in ſe contemptibilia, & ideò triſtia nouerat, à memoriâ raſis, boniſque, ſi qua ſentit in ſe, adunatis, vel ſimulatis ante oculos mentis, dum nihil cogitat niſi quod libet, nec attendit ſi licet: iam riſum tenere, iam ineptam lætitiam diſſimulare non valet. Vt enim veſica collecto turgida vento, punctoque perforata exiguo, ſi ſtringitur crepitat dum detumeſcit, ac ventus egrediens non paſſim effuſus, ſed ſtrictim emiſſus crebros quoſdam ſonitus reddit: ſic Monachus vbi vanis ſcurrilibuſque cor ſuum cogitationibus impleuerit; propter diſciplinam ſilentij non inueniens ventus vanitatis, quà plenius egrediatur, inter anguſtias faucium per cachinnos excutitur.* Hactenus Bernardus.

Clim. grad. 26. Bernard. de grad. humilit. Eccleſ. 7. Opponitur illi ineptæ lætitia. Quæ deſcribitur.

Quare Chryſoſtomus à Chriſtianis cachinnos riſumque proſcribit: *Non eſt noſtrûm*, inquit, *aſſiduè ridere, diſſolui cachinnis, molliri delicijs, ſed eorum potiùs, & earum quæ ſpectantur in theatris, quæ in lupanaribus inquinantur, eorum qui ad hoc ſunt facti, paraſitorum & adulatorum. Non eſt, inquam, hoc eorum qui ad æternum regnum vocati ſunt quique in cæleſti ciuitate conſcripti, non eſt ſpiritualia arma geſtantium.* Sic ille. Sed & Libanius flebilem magis, quàm riſibilem vult hominem dici: *Nugantur*, inquit, *vt in alijs omnibus qui ridere proprium hominis eſſe ſtatuunt. Lacrymari & lamentari potiùs proprium cenſendum fuit, nam fletu digna plerique omnes faciunt, ridere tantùm vno die oportet, quādo optima mors adeſt.* Et ſic Eccleſiæ hymno canitur:

Dedocet etiam Chriſtianos. Chryſoſt. homil. 6. in Matth. Homo flebilis. Liban. declamat. 36.

Intrent vt aſtra flebiles,
Cæli feneſtra facta es.

Non omnis tamen riſus interdicitur tibi, ſed immoderatus, intempeſtiuus, & excuſſus.

Qui riſus interdicatur.

VIRTVTES. Clemens lib. 2. Pædag. cap. 5. ſus. *Ipſe riſus*, ait Clemens Alexandrinus, *ſi quomodo oportet proferatur, præ ſe fert decorem & honeſtatem, ſin aliter prodeat, indicat intemperantiam. Nam vt ſemel dicam, quæcumque ſunt naturalia hominibus, ea ab illis minimè tollenda; ſed eis potius modus, & conueniens tempus adhibendum eſt. Non enim quoniam homo eſt animal facultate ridendi præditum, ideò perpetuò ridendum eſt, quandoquidem nec equus, cuius eſt proprius hinnitus, ſemper hinnit.* Licitus eſt ergo moderatus & honeſtus riſus, (*Quis licitus.*) quem etiam permittit Regula Ferreoli. Cap. 24. *Conuenient etiam hoc credo Monachis, vt riſu,* B *etſi non aſſiduè, frequenter tamen abſtineant.* Verùm cùm Monachus lugentis habeat officium, rarus aut pænè nullus in eo debet eſſe riſus. (*Rarus ſit in Monachis.*) Eccleſ. 7. 3. *Melius eſt*, ait Sapiens, *ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, in illâ enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurum ſit.* Domum luctus Religioſorum cœnobium Chryſoſtomus interpretatur: Chryſoſt. hom 14. in 1. Timoth. *Verè*, inquit, *domus luctus Monaſteria ſunt, vbi cinis, vbi cilicium, vbi ſolitudo, vbi riſus nullus, nullus negotiorum ſecularium ſtrepitus, vbi ieiunia, vbi terrenorum duritia lectulorum.* C Tota religioſi hominis profeſſio exercitium eſt humilitatis. Hæc autem non in riſu, non in vanâ & effusâ lætitiâ, ſed in luctu & triſtitiâ reperitur. Pſal. 34. 14. *Quaſi lugens & contriſtatus*, inquit Dauid, *ſic humiliabar.* Quid aliud eſt Religioſus, quàm mundo crucifixus? (*Qui mundo mortui & crucifixi.*) quomodo ergo ridere & iocari poterit? certè qui in cruce pendet, vehementi dolore torquetur, vt ridere non lubeat. Mirum igitur erit eum, qui è religioſæ vitæ cruce pendet, & doloribus pro anteactæ vitæ D peccatis plenus eſt, in riſum & iocos reſolui. Antioch. hom. 95. Pulchrè in hanc rem Antiochus: *Ridere ſolutiùs nentiquam ijs permiſſum qui ſunt germanè Chriſtiani: omnium minimè conuenit Monachis, qui ſe iam crucifixerunt mundi iſtius vitijs. Qui, quæſo, probabile ſit hunc crucis Chriſti dulcibus clauis eſſe transfixum, qui ſic ſoleat profuſiore lætitiâ diffundi, & ridere ſolutiùs?* Audiendus & hîc Chryſoſtomus: Chryſoſt. hom 15. in Epiſt. ad Hebr. *Quod nullam habet vtilitatem, vel omninò rides, & effundis faciem tuam, qui Monachum profiteris, qui crucifixus es, qui luges, rides.* E *Dic mihi, vbi Chriſtus hoc fecit?* (*Chriſtum nunquam riſiſſe.*) *Audiſti hoc alicubi? Nunquam; ſed cõtriſtatum quidem ſæpiùs legiſti. Etenim quando Ieruſalem vidit, lacrymatus eſt: & quando Lazarum ſuſcitaturus erat, plorauit: tu autem rides. Si propter aliorum peccata quis non dolet, accuſatione dignus eſt: qui in ſuis ſine dolore exiſtit & ridet, quali veniâ dignus erit? Tempus eſt luctus & tribulationis, ſub afflictione, & ſeruitute certaminum, & ſub doloribus res agitur, & tu rides.* Chriſti exemplum quoque adfert Saluianus, dicens: Saluian. l. 6. de prouid. *Scilicet Chriſtus reliquit exemplum, quem fleuiſſe legimus, riſiſſe non legimus.* Quam ſententiam in Regulam ſuam totidem ferè verbis retulit Ferreolus. Ferr. reg. c. 24.

De riſu etiam S. Ephræm non dubitauit dicere: Ephræm tom. 1. ſer. non eſſe ridendum. *Initium euerſionis atque interitus animæ Monachi, eſt riſus, & impunitas atque licentia. In his cùm te Monache conſpexeris, in* (*Mala à nimio riſu prouenientia.*) *malorum te concidiſſe abyſſum noueris. Ne deſinas igitur orare Dominum, vt ab hâc te morte liberet. Riſus atque licentia, perdit fructus Monachi. Riſus & licentia, Monachum in turpes animi paſſiones conijcit; neque ſolùm iuuenes, ſed & ſenes. Riſus & procacitas Monachum deprimit: Dixit quidam Sanctorum de licentiâ loquens: Licentia ventus eſt æſtuans, Monachi fructus corrumpens. De riſu autem, iam audi: Riſus beatitudinem luctus exterminat. Riſus non ædificat. Riſus non cuſtodit, imò perdit, ædificiaque deuaſtat. Riſus Spiritum ſanctum contriſtat: animæ obeſt, & corpus corrumpit. Riſus virtutes expellit, non meminit mortis, neque ſupplicia cogitat. Aufer à me riſum Domine, luctumque, ac gemitum mihi concede, quem à me ipſe requiris Deus.* Hæc B. Ephræm, luctûs & compunctionis amãtiſſimus. Nefas olim erat etiam Ælian lib. 3. var. hiſt. cap. 15. apud Ethnicos, vt teſtatur Ælianus, in Academiâ ridere: Religio verò aliud nihil eſt, quàm ſchola Dominici ſeruitij, gymnaſium virtutis, officina artis ſpiritualis, domus Dei & Angelorum contubernium, (*Cachinni proſcribendi à cœnobijs.*) cur non maiori iure excuſſum riſum & cachinnos ab eo proſcriptos putabimus? Putauit id ſanè Abbas Ioannes, qui videns Fratrem ad menſam ridentem, fleuit dicens: *Quid putas habet frater iſte in corde ſuo,* Vit. Pat. lib. 5. libel 3. num 4. *quia riſit cùm debuiſſet magis flere?* Et alius quidam Senex dixit ridenti: Ibid. nu. 23. *Coram cœli & terra Domino rationem totius vitæ noſtræ reddituri ſumus, & tu rides?* Ex his non difficile erit cauſas colligere, cur minùs probandus Religioſorum riſus.

Sed quia non vniuerſæ riſus interdictus, vtile erit modeſtè ridendi diſciplinam hîc ex Patribus tradere. Baſilius ad Monachos Baſil. reg. fuſ. diſp. 17. ſcribens, ita ſtatuit: (*Quomodo ridendum Religioſis.*) *Modicè rictum deducere, eoque modo animi ſui diffuſionem leuiter ſignificare non eſt contra decorum, quatenus illud tantùm indicetur, quòd ſcriptum eſt: Cor gaudens* Prouerb. 15. *exhilarat faciem. Illud autem in immanes cachinnos prorumpere, & corpore contra animi voluntatem ſubſultare, nequaquam eſt eius qui animo compoſito ſit, aut planè probo, aut compote ſui ipſius. Porrò hoc ita eſſe, vir ſapientiſſimus Salomon confirmat his verbis: Fatuus in riſu exaltat* Eccleſ. 21. *vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. Huiuſmodi genus riſus etiam Eccleſiaſtes damnans, tanquam rem animi conſtantiæ & grauitati maximè contrariam, ſic dicit: Riſum* Eccleſ. 2. *reputaui errorem. Et item. ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, riſus ſtulti.* Eccleſ. 7. Hæc ille. Sed quas leges Chriſtianorum Pædagogus (*Leges pro Chriſti...*)

præſcri-

Clem. Alex. lib. 2. Pædag. cap. 5.

præſcribit?. *Non oportet*, inquit, *triſtem eſſe, ſed grauem & cogitantem: illum enim magis admitto ſubridentem, qui ſeuerâ viſus eſt facie ſubridere, quàm qui non ſeuerâ: minùs enim fuerit riſus ille irridendus. Oportet autem ipſum quoque ſubriſum doceri & caſtigari, & ſi ob turpes res excitatus fuerit, erubeſcere potiùs videri, quàm ſubridere, ne videamur per conſenſum collætari, ſi autem de rebus moleſtis, conuenit potiùs triſtiores videri, quàm lætari. Illud enim eſt humanæ conſiderationis indicium, hoc autem exhibet crudelitatis exiſtimationem. Neque enim eſt ſemper ridendum: eſt enim immoderatum neque ſi adſint ſeniores, vel aliqui, quos æquum eſt revereri, niſi fortè ipſi quoque vt nos exhilarent, vrbanè aliquid & lepidè dixerint. Sed neque apud quoſlibet ridendum eſt, neque in omni loco, ſed neque omnibus, neque propter omnia.* Hæc Clemens Alexandrinus. Breuiter

Epictet. in Enchir. cap. 43. Greg. Naz. orat. 11. *Laudati, qui moderatè riſerunt.*

Epictetus. *Riſus ne ſit multus, nec ob multa, nec effuſus.* Laudat porrò ab hac modeſtiâ Gregorius Nazianzenus ſororem ſuam: *Quænam*, inquit, *riſum ita irriſit, vt Gorgonia, adeò vt vel leuiter ſubriſiſſe, nimium plenè ipſi videretur.* Quàm raro, quàm moderatè S. Malachias riſum admiſerit, Bernardus prodit:

Bernard. in vit. S. Malachiæ.

Riſus eius, inquit, *index charitatis, aut prouocans charitatem, rarus tamē & ipſe. Equidem interdum eductus, excuſſus nunquam, qui ita nuntiaret cordis lætitiam, vt ori gratiam non minueret ſed augeret. Tam modeſtus, vt leuitatis non poſſet eſſe ſuſpectus; tantillus tamen, vt hilarem vultum ab omni triſtitiæ næuo vel nubilo vendicare ſufficeret.* Contra verò beatiſſima Virgo Maria Muſam puellam docuit à iocis & riſibus abſtineret, ſi regni cæleſtis citò vellet fieri particeps: vt pluribus relatum à Magno Gregorio.

Greg. lib. 4. dial. c. 17.

DISQVISITIO III.

Quæ vndecimi humilitatis gradus Doctrina?

Vndecimus gradus.

POSTQVAM humilibus taciturnitatem & ridendi modeſtiam S. Doctor præſcripſit, ſubiungit ordine quantâ diſcretione in loquendo vtendum, quomodo ſale, & modeſtiæ decore ſermo noſter debeat condiri. *Vndecimus*, inquit, *humilitatis gradus eſt, ſi, cùm loquitur Monachus, leniter & ſine riſu, humiliter cum grauitate, & pauca verba, & rationabilia loquatur; & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt: Sapiens verbis innoteſcit paucis.* Hiſce porrò ſeptem loquendi conditiones expoſuit.

Eccli. 20. *Continet ſeptem loquendi conditiones.*

I. *Vt leniter.* Eccli. 6. Prouerb. 21.

PRIMA eſt, vt *leniter* quis loquatur, nam, vt Eccleſiaſticus ait: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Et Salomon: *Qui dulcis eſt eloquio, maiora percipiet.* Multi enim verbis dulcore conditis adducti ſunt, [A] vt ſimultates deponerent; alij vt cœptam amicitiam augerent, alij, vt honore ſuauiter loquentes afficerent. Vt muſici leni chordarum tactu demulcent, non graui pulſu: ſic oratio placida, & mitis citiùs animum mouet & flectit.

VIRTVTES.

II. *Sine riſu.*

SECVNDA conditio eſt, vt *ſine riſu* loquatur, vanitatis enim indicium eſt, inter loquendum riſu reſolui, iocos & facetias conſectari. Labia Religioſi ſint velut *lilia diſtillantia myrrham primam*, id eſt, mortificationem carnis, iuxta Nyſſenum, non au-[B]tem ridiculam leuitatem.

Cant. 5. 13. Nyſſ. hom. 14 in Cant.

III. *Humiliter.*

TERTIA conditio eſt, vt loquatur *humiliter*, deuitans ſcilicet omnem arrogantiam, & thraſonicos loquendi modos. Taurus auis cum ſit puſilla, boum tamen vocem imitatur: ita nonnulli re cum ſint exigui, magna & tumida loquuntur. Contra quos Anna in Cantico dixit: *Nolite multiplicare loqui ſublimia glorìantes: recedant vetera de ore veſtro.* Sublimia enim & vetera ſunt verba ſuperbiæ, quibus aliqui bona ſua ſibi adſcribunt, & de rectè factis in ſeipſis glo-[C]riantur. Turgidis & ampullatis vti verbis, ſuperbiam ſonat, trita autem & vſurpata proferre humilem decet. Vt magnus calceus paruo non conuenit pedi, ſic ſeſquipedalia verba dedecent humiles materias. Vnde cum Rhetorem eo nomine apud Ageſilaum Lacedæmoniorum Regem laudaſſet quidam, quod res ſpecie exiguas magno verborum ornatu amplificare poſſet: *Ego*, inquit, *Rex ne ſutorem quidem arbitror bonum, qui paruo pedi magnos calceos inducat.*

1. Reg. 2. 3.

Turgida & ampullata verba non decet proferre.

Plutarch. Lacon. apopht.

IV. *Cum grauitate.*

[D] QVARTA conditio eſt, *vt cum grauitate* loquatur, vt nimirum pondus inſit ſermoni, ne leuiter diffluat. Optimè monebat Eccleſiaſticus: *Aurum tuum & argentum conſta, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo reiectos, & attende ne fortè labaris in linguâ tuâ.* Et eodem ſenſu Ambroſius: *Ad menſuram ſermones lingua proferat, librâ examinatos iuſtitiæ, vt ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus.*

Eccli. 28. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 3.

V. *Vt pauca loquatur.* Eccl. 5. 1.

QVINTA conditio eſt, vt *pauca loquatur.* In multiloquio enim non effugietur pec-[E]catum. Vnde & Salomon alibi dicebat: *Neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Deus enim in cælo, & tu ſuper terram. Idcircò ſint pauci ſermones tui.* Hæc enim de præcipiti loquendi celeritate intelligunt Olympiodorus, & Thaumaturgus: *Non accelerabis ſuper dictum tuum* (inquit Chaldæus paraphraſtes) *vt confundas eloquia oris tui.* Confuſio autem illa verborum naſcitur ex nimia præcipitatione loquēdi. Meritò ergo monuit Iacobus Apoſtolus: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum.* Quibus

Iacob. 1. 19.

VIRTVTES.

Laërt. lib. 7. cap. 1.

conſonant pleraque Philoſophorum dicta, vnde Zeno adoleſcẽtulo plurima effutiẽti moderatiùs quàm par erat: *Idcirco*, inquit, *aures habemus duas, & os vnum: vt plura audiamus, loquamur perpauca.* Idemq́; audiens adoleſcentem plus ſatis loquentẽ in conuiuio, ait: *Aures in linguam defluxere.* Conſonat Baſilius: *Duas aures*, inquit, *vnam linguam nobis effinxit, quaſi & duplum diſciplinæ cauſâ audire debeamus, & ad ea quæ interrogamur, ſeſqui altera proportione contractum referre ſermonem. Caſtigata ergo locutione prudens vtetur; cumq́ue tempeſtiuè oportuerit quempiam alloqui, multò audiet plura, quàm dicet.* Hæc Baſilius. Notant verò tum ſacri tum profani auctores, pauca loqui Sapientis, multa ſtulti indicium eſſe. Sapiens Hebræus: *Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & pretioſi ſpiritus vir eruditus: Stultus quoq́; ſi tacuerit, ſapiens reputabitur.* Idemq́ue: *Vidiſti hominem velocem ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correptio.* Theocritus audiens Anaximenem, dixit: *Incipit verborum flumen, mentis gutta:* ſignificans eum eſſe multiloquũ, ſed parum ſapere. Demoſthenes in conuiuio cuidam multa loquenti: *Si tam multa*, inquit, *ſapuiſſes, nunquam tam multa locutus fuiſſes.*

Garruli reprehenſi.

Baſil. lib. de verâ virginit.

Prouerb. 17. 27.

Prouerb. 29. 10.

Stobæ. ſerm. 14.

Maxim. ſerm. 47.

IV. Rationabilia loquatur.

Laërt. lib. 1. cap. 4.

SEXTA conditio eſt vt *rationabilia* loquatur: morâ ſcilicet penſanda ſunt verba, & ad rationis obruſſam examinanda, vt non niſi claue mentis os pandamus. Vnde Chilon non eſſe committendum aiebat, vt lingua præcurreret animum. Admonens priùs cogitandum quid loquaris, quàm lingua prorumpat in verba. Neſcit enim vox miſſa reuerti. Zeno quoq́ue ſtultiloquio cuidam dicebat: *Niſi linguâ*, inquit, *in mentem intinctâ diſſerueris, adhuc multò ampliùs dicendo delinques.*

Stobæus ſerm. 14.

VII. Sine clamore.

SEPTIMA & vltima conditio, vt Monachus *non ſit clamoſus in voce.* Clamor enim elationem ſignificat, vox verò ſubmiſſa ad modeſtiam & humilitatem ſpectat. Vnde de manſuetiſſimo Agno, qui coram tondente ſe obmutuit, ſcriptum; *Non clamabit, nec accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris.* Hunc autem peculiariter Religioſi vt ſpeculum & exemplar inſpicere, atque imitari debent. Prudenter Ambroſius: *Ipſum vocis ſonum libret modeſtia, ne cuiuſquam offendat aurem vox fortior. In ipſo canendi genere prima diſciplina verecundia eſt, imò etiam in omni vſu loquendi: vt ſenſim quis aut pſallere, aut canere, aut poſtremò loqui incipiat, vt verecundia principia cõmendent proceſſum.* Hæc Ambroſius. Quàm elata verò aut ſubmiſſa vox eſſe debeat, benè explicat Baſilius: *Prorſus vocis modum audientium neceſſitas definit. Quocirca ea ſi ſubmiſſior ſit, tanquam ſegnior ad ſuſurrum accedit, ac propterea damnanda eſt. Si verò etiam ſit altior, quam res deſideret, cùm is qui audit, etiam ſummiſſius loquentem poſſet audire, tum clamor exiſtit, qui damnatus eſt ab Apoſtolo*, in epiſtolâ ſcilicet ad Epheſios, vbi ſic monet: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitiâ.* Proſper quoque ad temperantiam, ſiue modeſtiam refert, quod attollimus immoderatum in collocutionibus ſonum.

Iſaiæ 42. 2.

Ambroſ. lib. 1. Offic. cap. 17.

Modus attollendi vel deprimendi vocem qualis.

Baſil. in Reg. breu. reſp. 150.

A

Proſp. lib. 1. de contempl. vit. cap. 19.

Ex his porrò conditionibus ſiue ſeruatis ſiue neglectis, animi humilitas, aut ſuperbia dignoſcitur: *ſpeculum enim mentis plerumq́; in verbis refulget*, ait Ambroſius. Et vetus verbum eſt: *qualis vir talis oratio.* Ex ſono fidium lyram ad harmoniam non eſſe temperatam facilè dignoſcitur; & ex elatis ſermonibus, animus humilitate carere iudicatur. *Sicut is qui fert aromata*, ait Ioannes Climacus, *etiamſi nolit, ex odore proditur: ita & qui Dei Spiritum habet, ex verbis ſuis agnoſcitur.* Quare Laurentius Iuſtinianus humilitatis proprium eſſe docet, linguam moderari: *Eris*, inquit, *tunc humilis, ſi ori tuo cuſtodiam, & cordi adhibueris prudentiam. Eſt autem lingua membrum paruum, & magna exaltat & de ſe pompaticè loquitur; nunc inania, nunc ſcurrilia profert & falſa. Illam optimè compeſcit humilitas, quæ ſilentium diligit, fugit mendacia, omnemq́ue abhorret tumorem, atque ſolo contenta teſtimonio cæleſtis gratiæ reſpuit ſecreta.*

B

Iudicatur ex iis homo.

Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 18.

Climac. grad. 26.

C

Laurent. Iuſt. lib. de vit. ſolit. cap. 14.

DISQVISITIO IV.

D

Quid, Duodecimus gradus humilitatis præſcribat?

HVMILITAS non tantùm riſum & ſermonem moderatur, verumetiam corporis inceſſum, & oculorum intuitum, quorum modeſtiam S. BENEDICTVS extremo humilitatis gradu explicauit. Sic autem ait: *Duodecimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſolùm corde Monachus, ſed etiam corpore humilitatem ſe videntibus ſemper indicet, id eſt, in opere, in Monaſterio, in Oratorio, in Horto, in viâ, in agro, vel vbicumque ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus, reum ſe omni horâ de peccatis ſuis exiſtimans, iam ſe tremendo iudicio Dei præſentari exiſtimet, dicens ſemper illud quod Publicanus ille Euangelicus fixis in terram oculis dixit: Domine, nõ ſum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cælum. Et iterum cum Prophetâ: Incuruatus ſum, & humiliatus ſum vſquequaque.* His autem verbis duplicis partis modeſtiam commendat: quarum altera inceſſum & corporis motum, altera oculorum moderationem ſpectat.

Duodecimus gradus.

E

Geminam includit modeſtiam.

Vtrum-

Fruct. reg. cap. 8.

I.

In corporis inceſſu.

Vtrumque comprehendit Regula Fructuoſi: *In greſſu Monachi ito definitum eſt, vt nullos ſtrepitus neque ſaltus amplos tenſis paſſibus facerent, nec alibi dum pergunt, aſpicerent, niſi ante veſtigia ſua.* Et Ambroſius ait: *Eſt in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda verecundia. Habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur. Hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior, & conſtantior, & purior, & maturior æſtimatur. Itaq; vox quædam eſt animi, corporis motus.* Hæc Ambroſius. Quinimò ipſe Spiritus ſanctus docuit ex compoſitione externa coniecturam fieri de ſtatu hominis: *Ex viſu*, ait Eccleſiaſticus, *cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiant de illo.* Hinc ſuperbiæ argumentum habetur erecta ceruix, caput elatum, inceſſus compoſitus. Vnde Dominus apud Iſaiam: *Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant: decaluabit Dominus verticem earum.*

Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 17.

Eccli. 19. 26.

Iſai. 3. 16.

II.

In viſus demiſſione.

Similiter extollentia oculorum, quam deprecabatur Siracides, ſuperbiæ nota eſt. Et Salomon deteſtatur *oculos ſublimes.* Idemque ait: *Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum.* Idemque malam generationem eſſe ait: cuius *excelſi ſunt oculi, & palpebræ in alta ſurrectæ.* Et: *oculi ſtultorum in finibus terræ.* Nam vt mens eorum vaga eſt, ſic etiã oculi gyrouagi ſunt, per mare, per terras huc, illuc circumferuntur, etiam in vltimâ mundi clauſtra, vt exponit Delrio. Notum porrò eſt Gregorium Nazianzenum, & S. Ambroſium ex morum immodeſtiâ non malè coniecisse quoſdam fore perditiſſimos. Ille enim de Iuliano Apoſtatâ, cum quo Athenis verſatus fuerat, ſcribit ſe optimè vaticinatum fuiſſe qualis futurus erat. *Neque enim*, inquit, *mihi quidquam boni ominari videbantur, ceruix non ſtata, humeri ſubſultantes, & ad æquilibrium ſubinde agitoti, oculus inſolens & vagus, furioſeq; intuens, pedes inſtabiles, & titubantes, naſus contumeliam & contemptum ſpirans, vultus lineamenta ridicula idem ſignificantio, riſus petulantes & effrænati, nutus & renutus temerarij, ſermo hærens ſpirituq; conciſus, interrogationes ſtultæ, & præcipites, reſponſiones his nihilo meliores. Quid ſingulo deſcribere neceſſe? Talem ante opera conſpicatus ſum, qualem in operibus poſteà cognoui.* Hæc ille. Quid verò Ambroſius in malè moratis duobus notauerit, ipſe ſic enarrat: *Meminiſtis*, inquit, *filij quemdam amicum cùm ſedulis ſe videretur commendare officiis, hoc ſolo tamen in Clerum à me non receptum, quod geſtus eius plurimùm dedeceret. Alterum quoque cùm in Clero reperiſſem, iuſsiſſe ne vnquam præiret mihi, quia velut quodam inſolentis inceſſus verbere oculos feriret meos. Idque dixi cùm redderetur poſt offenſam muneri. Hoc ſolùm excepi. Nec fefellit ſententia. Vterque enim ab Eccleſiâ receſſit: vt qualis inceſſu prodebatur, talis perfidia animi demonſtraretur.*

Eccli. 23. 5.

Prouerb. 17.

Prouerb. 21. 4.

Prouerb. 30. 13.

Mores immodeſti perditorum hominum indicia.

Nazianz. orat. 10 in Iulian.

Talis Iulianus Apoſtata.

Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 18.

Et duo ab Ambroſio notati.

VIRTVTES.

Sed vt ad monachos tranſeamus, audiendus eſt Bernardus: *Si videris*, inquit, *Monachum, de quo priùs benè confidebas, vbicumque ſtat, ambulat, ſedet, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare ſuſpenſas, è motibus exterioris hominis interiorem immutatum agnoſcas. Vir quippe peruerſus annuit oculo, terit pede, digito loquitur, & ex inſolenti corporis motu recens animæ morbus deprehenditur.* Hæc Bernardus.

Iudicium de externâ Monachi compoſitione.

Bernard. de grad. humilit. grad. 1.

Huic autem morbo antidotum appoſuit S. BENEDICTVS, nimirum, vt caput ſit inclinatum, oculi in terram defixi, hæc enim humilitatem præ ſe ferunt. Vnde de Achab ieiunante, & cilicio operto ſcriptũ eſt, *Ambulauit demiſſo capite.* Quod humilitatis indicium fuiſſe ipſe Dominus teſtatur, cùm Eliæ dixit: *Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſâ, non inducam malo in diebus eius.*

Caput inclinetur, oculi in terram defigantur.

1. Reg. 21. 27.

De oculis verò in terram demittendis, hæc quoque eſt S. Dorothæi præceptio: *Honeſta, ac modeſta, Deoque & hominibus grato Monachi compoſitio hæc eſt. Primùm oculos tuos cohibe, ne huc atque illuc circumferantur, ſed quæ ante te ſunt, tantùm intueri ac ſpectare velint.* Et S. Baſilius dixit: *Monachum oportet oculos habere ad terram deiectos, animum ad cælum erectum.* Sed vt præcepta exemplis confirmemus, fuit huius gradus tenaciſſimus obſeruator S. Odo Cluniacenſis Abbas, de quo iſta Ioannes Monachus: *More ſuo curuato incedebat capite. In tantum enim apud eum vſus inaleuerat Regulæ, vt vbicumque eſſet, ſiue ſtans, ſiue ambulans, aut ſedens, ſemper curuato capite, defixis in terram luminibus incederet. Quâ de re à quibuſdam conuerſationis ſuæ tempore, foſſorium, ludendo vocatus eſt.* Sed & S. Malachias, Bernardo teſte, viſus fuit continentiſſimi. *Aſpectus eius*, inquit, *aut officioſus erat, aut demiſſus, & cohibitus intra ſe: nempe (quòd non mediocri laudi inter Sapientes ducitur) oculus eius in capite eius, nuſquam euolans, niſi cùm virtuti paruiſſet.* De Elladio quoque in vitis Patrum refertur, quòd viginti annis habitans in cellâ, non leuauerit oculos ſuos ſurſum, vt videret. Et Abbatiſſa Sara, ſupra alueum fluminis ſexaginta annos habitans nunquam inclinata eſt, vt flumen ipſum aſpiceret. Siluanus quoque tam caſtigati fuit aſpectus, vt hortum rigaturus, faciem cucullo tegeret, ad pedes ſuos tantum intendens, ne arbores aſpiceret, atque ita mens occuparetur ab ope-

Doroth. ſerm. 20.

Baſil ſerm. de Aſceſi.

S. Odo ex hâc parte laudatus.

Ioan. lib 2. vit. S. Odonis.

S. Malachias.

Bernard. ſerm de S. Malach.

In vit. Pat. lib 5 libel. 4 ou 16.

Aliiq; Eremi Patres.

Ibid. libel. 7. num. 19.

Pelag. in vit. Pat. lib. 5. libel. 11. num. 18.

VIRTV-TES. opere ſuo in earum conſideratione.

Rationes qua hunc gradum decent aſcendere.

Sed videamus nunc quibus mediis ac rationibus hunc Humilitatis gradum nos aſcendere S. Pater docuit. Neque enim ſtupidè, & ſtatuarum inſtar vult oculos in terram defigi, ſed hunc externum Humilitatis geſtum interioribus quibuſdam affectibus animari, ne affectatio potiùs, quàm vera videatur Humilitas. Talis autem erit, ſi defixis in terram aſpectibus cor cælo, aut Ieſu Chriſto, aut pio alicui obiecto ſit affixum.

I. *Peccatorum memoria.*

PRIMA itaque conſideratio eſt, peccato- B rum memoria, vnde ait: *Reum ſe omni horâ de peccatis ſuis exiſtimans.* Multorum autem criminum rei vultum in terram demittũt, nec oculos eleuare præ confuſione præſumunt: Vnde Manaſſes orabat: *Domine, multiplicata ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus intueri, & aſpicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum. Incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum.* *Sapiens*, inquit Ambroſius, *ſi epuletur, ſi cogitet, ſi oret ac deprecetur, ante oculos eius ſẽper error proprius eſt, & momẽtis om-* C *nibus pulſat culpa conſcientiã, nec quieſcere, nec obliuiſci ſinit. Quomodo non verè humiliabitur anima*, inquit Bernardus, *in verâ cognitione ſui, cùm ſe perceperit oneratam peccatis, intricatam curis, carnalium deſideriorum face infectã, cæcam, infirmam, implicitam multis erroribus, expoſitã mille periculis, mille timoribus trepidã, mille difficultatibus anxiam, mille ſuſpicionibus obnoxiam, mille neceſſitatibus ærũnoſam, procliuem ad vitia, inualidam ad virtutem? vnde huic extollentia oculorum? vnde leuare caput?*

Orat. Man.

Amb. Apol. Dauid.

S. Bernard. ſerm. 36. in Cant.

Et alia miſeria.

II. *Iudicij futuri recordatio.*

SECVNDA conſideratio eſt futuri iudicij recogitatio, vnde ait: *Iam ſe tremenda iudi-* D *cio Dei præſentari exiſtimet.* Rei autẽ in tribunali conſtituti oculos in terrã defigunt. Benè igitur Hieronymus: *Certè ſi mente cernerent homines quale iudicium immineat mundo, ſenſus humanus non vanitate diſpergeretur.* In hoc autẽ gradu collocat B. Pater Euangelicum publicanum, qui fixis in terram oculis dixit: *Domine non ſum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cælum.* Non audebat autem oculos ad cælum leuare, ſciens ibi eſſe Deum, quem offenderat, & quòd E cæleſtem gloriam peccando amiſerat. *Verebatur oculos*, inquit Theophylactus, *leuare, cenſens indignos viſione ſuperna eos qui maluerunt bona terrena ſpectare & quærere.* In exemplum proponit & Dauidem Prophetam, qui dixit: *Incuruatus ſum, & humiliatus ſum vſquequaque.* Incuruatio ad corpus, humiliatio ad animam ſpectat. Significauit ergò S. BENEDICTVS tam publicanũ quàm Dauidem ex peccatorum memoriâ & iudicij timore oculos in terram defixiſſe. Atque hæ ſunt conſiderationes, quibus ocu- A los terræ affigendos S. BENEDICTVS ſuaſit. Quoniam autem quotidianam oportet eſſe praxim huius gradus, operæ pretium fuerit & alias conſiderationes adiicere.

Exemplo Publicani & Dauidis.

Theoph. in Luc. 18.

Pſal. 138.

III. *Memor ſit homo ſe terram eſſe.*

TERTIA igitur conſideratio ſit, vt homo terram aſpiciens, terram ſe eſſe meminerit, illudque auribus ſuis inſonare cõtinuò credat: *Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* His enim verbis S. Mater Eccleſia fideles omnes admonet humanæ fragilitatis, cùm ſacros cineres *cauſâ præferendæ humilitatis* ſingulorum capitibus B imponi decernit. Sic fidelium omnium Pater Abraham dicebat: *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis.* Agnoſcẽs quid fuiſſet, & quid tandem eſſet futurus. Docuit hanc rationem S. Ephræm ſcortum quoddam Edeſſenum. Cùm enim Dominum rogaſſet, vt ingrediens ciuitatem, obuiam haberet hominem, qui de ſcripturis cum eo loqueretur, ingredienti & pertrãſeunti portam occurrit meretrix, quæ illũ defixis oculis intuebatur. Ad quã ſanctus: *Dic mihi puella, quid ſubſiſtis, & ita intentis in* C *me intueris oculis?* cui reſpondens meretrix, ait ad eum: *Intueor te, quia ego mulier ex te viro ſumpta ſum: tu autem ne me intuearis, ſed terram, ex quâ tu vir ſumptus es.* Quæ cùm audiret ſeruus Dei Ephræm, ſuſpexit & glorificauit Deum.

Geneſ. 3.

Miſſale Rom. in Bened. Ciner.

Gen. 18.

Greg. Nyſſ. in vitâ S. Ephræm.

Quod à muliere didicit Ephram.

IV. *Ad impedienda inania phantaſmata.*

QVARTA conſideratio, vt inaniũ phantaſmatum irruentem puluerem per viſus cohibitionem excludat. Quæ enim per has feneſtras intrant, in cor conſeſtim illabuntur, animumq; captiuant, vt cùm Prophetâ non rarò dicere liceat. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Nullus enim ſenſus D tãtam habet poteſtatem in animam, quàm oculus, qui eam veluti captiuam abducit. *Grauis*, inquit Ephræm, *ac vehemens proditor eſt oculus vagus atque diſtractus, nam cæteræ affectiones atque perturbationes animi, recentem habent tentationis ardorem: bellum autem oculorum, & præſens & abſens, dolore affligit animã. Quin etiam in ſomnis corda ſimplicium imaginationibus illudit: nam dæmones tentationem in animo deſcribunt, mentemq; exercent, efformantes tentationẽ in oculis hominis, pro qua & Propheta obſecrat, dicens: Auerte oculos meos ne vi-* E *deant vanitatem.* Hæc Ephræm. *Non igitur oculorum acies* (Baſilij hoc monitum eſt) *ad omnia paſſim inſpiciẽda viſibilia pandenda eſt, ne omnem quoq; figurarum atque formarũ ſpeciem ſine diſcretionis examine hauriens, ad earum poſteà turbetur imagines. Verùm apertis ad ea, quæ vitæ vſu neceſſario inſpicienda ſunt, corporeis oculis, animæ omninò claudet obtutus, eoſq; ad veri intuitum luminis, & eius, quæ ex illa inſinuatur, pulchritudinis conſiderationem etiam eatenus clauſos peruigili aperiet ſtudio.*

Thren. 3.

Ephræm Paræn. 37.

Quæ per viſum irrumpunt.

Pſal. 118.

Baſil. de verâ virginit.

V.

QVINTA cõſideratio pro perfectioribus ea ſit,

Ad imitationem Chriſti.

A ea ſit, vt Chriſti Domini modeſtiam imitemur. Miram enim hac in re honeſtatem, ad noſtram eruditionē exhibuit, quod Euangeliſtæ non ſemel teſtantur. Hoc enim ſibi volunt illæ dicendi formulæ: *Eleuatis oculis in diſcipulos ſuos: Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus*, &c. Nimirùm, licet ſine damno poſſet, non tamen omnia inſpectabat: quod, quamuis vniuerſi Chriſtiani imitati debeant, à Religioſis tamen ſtrictius exigendum eſt. Expendere quoque licet clariſſimos Chriſti oculos, in quos deſiderant Angeli proſpicere, in paſſione obligatos fuiſſe, vt ita noſtrorum oculorum licentiam expiaret, & aditum ſtrueret ad contemplandum id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.

Luc. 6. Ioan. 6.

B

DISQVISITIO V.

Quomodo Humilitas ad culmen perducat Charitatis?

Charitas eſt faſtigium ſcalæ Humilitatis.

DISPOSITIS ordine Humilitatis gradibus oſtendit tandem S. Legiſlator, quo fine hanc ſcalam conſtruxerit, in quod C faſtigium per illius gradus aſcendatur, quo fructu de vno in alterum, de virtute in virtutem tendamus. Quis verò aſcenſionis huius terminus, quis aſcendentium ſcopus aut fructus? Quis, niſi charitas, & amabilis cum Deo vnio? vt enim Deus ſcalę illi, quę Iacob oſtenſa eſt, supernè incumbebat, ita poſt omnes Humilitatis gradus S. BENEDICTVS in ſummitate ſcalæ Charitatem poſuit, quâ Deo iungimur & adhæremus. His enim verbis ſuum de Humilitate tractatū D concludit: *Ergo his omnibus Humilitatis gradibus aſcenſis, Monachus mox ad Charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem, per quam vniuerſa, quæ priùs non ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labore velut naturaliter ex cōſuetudine incipiet cuſtodire: non iam timore gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſâ bonâ, & delectatione virtutum, quæ Dominus iam in operario ſuo mūdo à vitiis & peccatis, Spiritu ſācto dignabitur demōſtrare.*

Explicatur.

Quomodo autem, & quâ ratione per Humilitatis gradus ad Charitatem perueniatur, hîc meritò videatur explicandum. E

I. *Quia humilitas eſt fundamentum charitatis.*

PRIMA autem ratio eſt, quia Humilitas eſt fundamentum Charitatis, omniumque virtutum, vt alibi dictum. Vnde Auguſtinus: *Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis, de fundamento priùs cogita humilitatis.* Et poſteà: *Hoc in te fode fundamentū humilitatis, & peruenies ad faſtigium Charitatis.*

Auguſt. lib. 1. de verb. Domini. Serm. 10.

II. *Scala opus, quâ ad Deum ſcandatur.*

SECVNDÒ. Cùm Charitas amantium ſit coniunctio & vnio, Deus autem excelſus ſit & ſublimis, homo autem velut humi repat, nec ſe attollere ad Deum queat, neceſſaria eſt ſcala quædam, per quam homo aſcendat ad Deum, & Deus viciſſim aſcendat ad hominē, vt ita ſimul in amore iungantur. Quæ autem hæc ſcala, niſi Humilitas, inquam, nardus illa, quæ de æterni Patris accubitu Regem gloriæ ſuo odore traxit in vterum virginis, in quo humanæ ſe copulauit naturæ? Cùm enim Verbum Patris ſummo teneretur amore vniendi ſe humanæ naturæ, non aliâ id ratione effecit, quàm per Humilitatem. *Humiliauit ſiquidem ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem.* Verùm non tantùm humilitatem ſacratiſſimæ Matris ſuæ reſpexit Chriſtus, ſed omnibus qui ſe humiliant, indulgentiſſimâ miſericordia ſe communicat. Vnde apud Iſaiam dicitur in *excelſo & in ſancto habitare, & cum contrito & humili ſpiritu.* Deus ſimilis eſt parēti cuidam optimo, qui etſi plures filios habeat, quos vnicè diligat, lubentiùs tamen adeſt paruulis, quos amore teneriore proſequitur: &, ſi quem infirmari audiat, accurrit, & quantùm poteſt, ſolatioeſt verbis, præſentia, ope, & operâ; & ſi petatur vbi gētium aſſiduè parens ille detineatur, dicetur, infirmo ſemper adeſſe, aſſiſtere paruulis, eiſque colludere. Ita & Deus, etſi vbiq; ſit, tamen ad pauperculū, & contritum ſpiritu, & tremētem ſermones eius reſpicit. Et fortè ex hâc cauſsâ in S. Scripturâ legimus filios minores natu, maioribus fuiſſe prælatos. Dominus Abel Caino prætulit. Ephraim minor ętate, Manaſſi maiori præfertur. *Iacob dilexi*, inquit Deus, *Eſau autē odio habui.* Et de his dictum teſtatur Paulus, *quia maior ſeruiet minori.* Ex omnibus filiis Iſai paruulus, qui paſcebat oues, in regem eligitur. Cur autē hoc? niſi quia *Deus humilia reſpicit in cælo & in terrâ?* *Si ergo Dominus altiſſimus* (verba ſunt Auguſtini) *cuius excellentiæ & magnitudinis non eſt finis, in omni creaturâ ſuâ, & ea quæ in ſupernis, ea quæ in infimis eſt cōſtituta, in Angelis videlicet & hominibus Humilitatem conſiderat & probat: quantum neceſſe eſt nobis humilitati ſemper ſtudere, ipſamq; in omnibus conſeruare, vt ſic placeamus Conditori noſtro? Humilitatis quippe paſſibus ad cæli culmina conſcenditur, quia Deus excelſus, non ſuperbiâ, ſed humilitate attingitur. Vnde & in Pſalmis dicitur: Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit.* Quare & alibi ab eodem Auguſtino ſcriptum: *Cor humile de cælo adducit Deum, vt proximus fiat. Certè altus eſt Deus, ſuper omnes cælos eſt Deus, tranſcendit omnes Angelos. Quantum habes erigi, vt attingas ad illum excelſum? nolo te rumpas extendendo te. Aliud conſilium tibi do, ne in iſtâ extenſione fortè crepes per ſuperbiam. Certè altus eſt Deus: tu humilia te, & deſcendet ad te.* Hæc Auguſtinus.

VIRTVTES.

Quæ Humilitas.

Philip. 2.

Iſai. 57.

Deus delectatur eſſe cum humilibus.

Minores filij maioribus prælati.

Malach. 1.

Rom 9. 11.

1. Reg. 16. 10.

Pſal. 112.

Auguſtin. ſerm. 213. de temp.

Deus excelſus humilia reſpicit.

Pſal. 137. 6.

Auguſt. in Pſal. 95.

VIRTVTES.

III. *Quia Humilitas necat ſuperbiam.*

TERTIÒ. Humilitas ducit ad culmẽ charitatis, quia interimit ſuperbiam, venenum & peſtem charitatis. Sicut enim charitate totam Dei legem implemus, ita eadem violatur ſuperbiâ. Nemo enim à lege deuiat, niſi ſuperbiat, iuxta illud: *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, receſſit cor eius.* (Eccleſ. 10. 14.) Vt ſicut primus homo à Deo per ſuperbiam receſſit: ita ſciamus neminem à Deo per peccatum ſeparari, niſi in quandam ſuperbiam incidat, & ſe ipſum actionis qua peccat, finem conſtituat. (*Qua ſeparatur homo à Deo.*) Nullus etiam legem implet, niſi ſe Deo, cuius mandatis paret, Humilitate ſubiiciat, & ideò dicit S. Thomas, quòd ſuperbia ſemper quidem contrariatur dilectioni diuinæ, in quantum ſcilicet ſuperbus non ſe ſubiicit diuinæ regulæ prout debet. *Et quandoq́; etiam contrariatur dilectioni proximi, inquantum ſcilicet aliquis inordinatè ſe præfert proximo, aut ab eius ſubiectione ſe ſubtrahit.* (S Thom. 2. 2. q. 162. a. 5. ad 2.) Hæc Doctor Angelicus. Humilitas autem aufert ſuperbiam, adeoque manu ducit & inducit ad Charitatem.

IV. *Humilitas diſponit hominem ad gratiam.*

QVARTÒ, cùm Charitas ſit infuſa à Deo virtus (ſicut dicit Apoſtolus: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*) (Rom. 5.) requirit diſpoſitionem in ſubiecto, & vas capax ac mundum, cui tantus theſaurus poſſit infundi. Vnde rurſus S. Thomas: (Thom. 2. 2. q. 161. art 5.) *Humilitas præbet hominem ſubditum & patulum ad ſuſcipiẽdum influxum diuinæ gratiæ, inquantum euacuat inflationem ſuperbiæ: vnde dicitur Iacobi 4. quod Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Humiles enim purgata ab omni tumore ſuperbiæ corda exhibent ad charitatis vinum ſuſcipiẽdum. (*Humiles inſtar vallium.*) Ob hanc quoque cauſſam vallibus aſſimilantur, in quas abundantia gratiæ cæleſtis influit, de quibus euangelicum illud intelligi poteſt: *Omnis vallis implebitur.* (Luc. 3.) Superborum enim corda montium nomine deſignata, manent ſicca & ſterilia: Humiles verò inſtar conuallium diuinæ gratiæ fluentis abundant. Hinc ſponſus dicitur *lilium conuallium.* (Cant. 2.) Non enim creſcit Chriſtus, niſi in mentibus humilium. Denique, Bernardo teſte, (Bern. epiſt. 42.) *vt charitas detur, humilitas meretur, quoniam humilibus Deus dat gratiam: ſeruat acceptam, quia non requieſcit ſpiritus niſi ſuper quietum & humilem; & ſeruatam conſummat, nam virtus in infirmitate, hoc eſt, in Humilitate perficitur, & inimicam gratiæ omniſq́; initium peccati debellat ſuperbiam.* Sic ille.

V. *Conuenientia inter charitatem & humilitatem.*

QVINTÒ, magna inter charitatem & Humilitatem conuenientia eſt. Vt enim ſine illâ nullum ceterarum virtutum eſt meritum, ita quoque ſine hâc reliquæ virtutes nihil proſunt. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum,* inquit Paulus, (1. Cor. 13.) *charitatem* A *autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidẽ ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Hæc autem in Humilitatem quoque conuenire S. Proſper ſcribit: (Proſp. ep. ad Demetriam ad finem.) B *Hunc autem, ait, corruptiſſimum peſtilentiæ ipſius flatum ſpiritus veræ Humilitatis, & veræ charitatis excludit. In nullo enim hæ virtutes ab inuicem diuiduntur, & ambarum tam indiſcreta connexio eſt, vt qui in vnâ earũ conſtituitur, ſimul vtraq́; potiatur. Sicut enim pars charitatis eſt humilitas, ita pars humilitatis eſt Charitas.* (*Neutra ſine altera g[...]ditur.*) *Et ſi illa recolamus, quæ ſine bono charitatis infructuoſa eſſe Apoſtolus definiuit; inueniemus eadem ſimilem habere charitatem, ſi eis humilitas vera defuerit. Quem enim fructũ habebit, aut cum inflatione ſcientia, aut cum humanâ gloriâ fides, aut cum iactantia largitas, aut cum elatione Martyrium? vnde quia in deſtru*C*ctionem ſuperbiæ & humilitas tendit & charitas, de vtraq́; habeatur dictum quidquid de vnâ eſt diſputatum.* Et ad idem Cæſarius habet: (Cæſar homil. 28.) *Iterum atque iterum rogo & admoneo vos fratres, vt obedientiam, humilitatem atque charitatem, non ſolùm ſenioribus & coæqualibus, ſed etiam iunioribus exhibere iugiter ſtudeatis: quia qualibet bona ſeruus Dei habere contenderit, omnia infeliciter perdet, ſi in illo Humilitas & Charitas non fuerit.* Intellexit hanc veritatem Spiritus S. lumine non modicum illuſtrata S. Tereſia, ita ſcribens: (Tereſ. viæ perf. c. 16.) *Certum fixumq́ue* D *vobis ſit, eum qui qui plus Humilitatis habuerit, magis ipſum retenturum, qui verò minùs, etiam minus. Non intelligo enim, nec etiam intelligere poſſum, quomodo inueniatur, aut etiam inueniri poſſit Humilitas ſine Amore, & Amor ſine Humilitate.*

VI. *Omnes gradus Humilitatis tendunt ad charitatem.*

SEXTÒ. Si omnes Humilitatis gradus ordine percurramus, facilè inueniemus illos diſpoſitiones quaſdã eſſe ad Charitatem, pleroſque etiam velut effectus Charitatis aſſignari. *Primus* gradus eſt timor Dei. (*Primus.*) Hic autem velut acus aut ſubula quædam ſen- E ſim introducit filum diuinæ Charitatis. *Secundus* (*Secundus.*) gradus propriam non amat voluntatem, cur autem? niſi vt amet diuinam? amantium autem eſt idem velle, idem nolle, quare homo relictâ volũtate ſuâ, id vult quod vult Deus. Humilitas itaque quæ propriam ablegat volũtatem, nos per Charitatem iungit Deo. *Tertius* humilitatis (*Tertius.*) gradus, pro Dei amore omni obedientiâ ſe ſubdit maiori, vbi videmus Charitatem expreſſam, & nulli meliùs obeditur, quàm ei qui diligitur: quò ergo anima plus diligit Deum, eò magis etiam ex Dei amore omni-

omnibus obtemperat, qui Dei vice illi prę- ſunt.

Quartus.

Quartus gradus, in ipsâ obedientia & iniuriis patientiam amplectitur, hoc autem & Charitati maximè proprium eſt: vnde Apoſtolus:

1. Cor. 13.

Charitas patiens eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Niſi enim Charitatis aurum ictibus multis exploretur, quod patientiæ munus eſt, laudem primam minimè meretur. Nec vnquam Charitas admodum opulenta eſt, niſi belli patientiâ pacem cordis acquiſierit. Vnde Tertullianus:

Tertull. lib. de patient. c. 12.

Dilectio ſummum fidei ſacramentum, Chriſtiani nominis theſaurus, cuius niſi patientiæ diſciplinis eruditur?

Quintus.

Quintus gradus, malas cogitationes reuelat Abbati. Hæc autem amicitiæ & Charitatis lex eſt, vt ſit inter amicos conſiliorum ac ſecretorum cōmunicatio. Quare Deo in oratione, & qui Dei perſonam agit, in conſcientiæ manifeſtatione ſe humilis reuelat, & effundit cor ſuum, vt opem & auxilium accipiat, facitque hoc magnâ confidentiâ; quia Charitas non cogitat malum, congaudet veritati, omnia credit.

Sextus.

Sextus gradus omni vilitate & extremitate contentus eſt, id autem ad charitatem quoque pertinet. Amicorum enim eſt, quantum quidem fieri poteſt, ſibi inuicē aſſimilari. Deinde Chriſtus ex ſummo amore, quo homines amabat,

Philip. 2.

ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Quid autem tanta Dei dignatio ab homine requirit, niſi vt etiam ad nihilum ſe redigat? vt iumentum fiat, vt Chriſto humili aſſimiletur,

2. Cor. 8.

qui *cùm eſſet diues propter nos egenus factus eſt*: quin etiam

Pſal. 21.

vermis & non homo: approbrium hominum & abiectio plebis?

Septimus.

Septimus gradus omnibus ſe viliorem & inferiorem credit, nec minùs id facit Charitas, quæ non eſt ambitioſa, non æmulatur, non inflatur; ſed videns Chriſtum infimum ſemper in hoc mundo locū appetiniſſe, ſtabulum videlicet, præſepe, crucem, ſepulchrum; ne ab eo diſſentiat, optat & ipſa vilis haberi, contemni, & velut peripſema abiici & conculcari.

Octauus.

Octauus gradus ſingularitatem fugiens, nihil agit niſi quòd communis Regula cohortatur. Charitas quoque non agit perperam, nec vult nimio fuco & ornatu ſingularitatis placere:

Clem. Alex. lib. 3. Pæ dag. cap. 2.

Perperam enim, inquit Clemens Alexandrinus, *agere dicitur cultus, qui ſuperfluitatem, & inutilitatē apertè indicat. Nimium enim ornatus ſtudium alienum eſt à Deo, ratione & charitate.* Sic ille. Omitto ſingularitatis ſtudio communem proximorum dilectionem offendi, nebulamque eſſe, quæ fraternam charitatem obnubilet.

Reliqui gradus eodē ſpectant.

Qui porrò ſequuntur quatuor vltimi humilitatis gradus, exterioris hominis modeſtiam commendant. Spectat autem ad charitatem, in ſermone, riſu, inceſſu, omnibuſque actionibus eam morum temperantiam ſeruare, quæ dilecti animum oblectet. Ea denique vitare, quæ eius oculos offendere quoquomodo poſſent. Morum enim ſimilitudo, charitatis & amicitiæ conciliatrix eſt.

VIRTVTES.

Nam vt Baſilius ait:

Baſil. in. ſt. monaſt. cap. 14.

Suauis ac placida benignitas materiam ſuggerit gignendæ manſuetudini. Vtraq; porrò hæc virtus vna inter ſe commiſſa, coniunctaq; præſtantiſſimam virtutum omnium charitatem efficiunt.

Effectus charitatis.

Hiſce igitur modis humilitas perducit ad perfectionem charitatis, ad quam cùm peruenerit, liberatus omni timore, *vniuerſa, quæ priùs non ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire, non iam timore gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipsâ bonâ, & delectatione virtutum.* Charitas enim ſtimulus eſt & calcar omnium virtutum. Ex amore namque Dei naſcitur feruens deſiderium Deo placendi, & faciendi illius voluntatē. Cùm autem Deo nihil æquè gratum ſit, atque obedientia diuinorum mandatorum & exercitatio virtutum: hinc qui Deum diligit, confeſtim iis ſuam operam impendit, nulloſque reformidat labores, ſed ardua quæque intrepidus aggreditur, vt ſuum erga dilectum oſtendat amorem.

Operatur, & magna agit.

Greg. hom. 30. in Euang.

Probatio enim *dilectionis*, vt inquit Gregorius, *exhibitio eſt operis.* Et charitas vbi eſt magna operatur; ſi autem operari renuat, charitas non eſt. Nec tantùm operatur ſed magnâ id facit facilitate, delectatione, & voluptate. Vbi enim amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor. Atque, vt dixit Auguſtinus:

Auguſt. de ſanctâ viduitate.

Qui amat, aut non laborat, aut ipſum amat laborem: Itemque: *Nulla modo ſunt onerosi labores amantium: ſed ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium.* Hinc nimirùm intelligimus quid illud ſit, quod Saluator ait:

Matth. 11.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Onus enim Domini lex eius eſt, & perfectio legis amor eſt: amor autem ſuauis eſt, & tam ſuauis, vt omnia quoque ſuauia faciat; & quamuis iugum & onus appelletur, tale tamen onus eſt, quales ſunt auium pennæ, quæ non tantùm non grauant, ſed & leuiores illas faciunt ad volandum.

Nec onus ſentit præ dulcedine.

Rectè ergo Bernardus:

Bernard de diligend. Deo ſub fin.

Bona lex charitas, & ſuauis, quæ non ſolùm leuiter, ſuauiterque portatur: ſed & mercenariorum, ſeruorumque leges portabiles ac leues reddit. Et alibi: *O iugum ſancti amoris, quàm dulciter capis, glorioſè illaqueas, ſuauiter premis, delectabiliter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis?*

VIRTVTES.

DISQVISITIO VI.

Quam in omnibus, & ſingulis Perſonis, & actionibus Humilitatem S. BENEDICTVS *deſiderauerit?*

Humilitatis commendatio. Leo ſerm. 7. de Epiphan.

TOTA *Chriſtianæ ſapientiæ diſciplina*, vt S. Leo ait, *non in abundantiâ verbi, non in aſtutiâ diſputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, ſed in verâ & voluntariâ Humilitate conſiſtit: quam Dominus Ieſus ab vtero matris vſque ad ſupplicium crucis, pro omni forti-* B *tudine, & elegit, & docuit.* Quare & Auguſtinus dicere non veretur, primum medium & vltimum Chriſtianæ Philoſophiæ nihil aliud eſſe, quàm Humilitatem. Dioſcoro enim ſcribens ait: *Non aliam tibi ad capeſſendam & obtinendam veritatem viam munias, quàm quæ munita eſt ab illo, qui greſſuum noſtrorum tanquam videt infirmitatem. Ea eſt prima Humilitas, ſecunda Humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem, non quòd alia non ſint præcepta, quæ dicantur, ſed niſi Humilitas omnia quæ benefacimus, & præ-* C *ceſſerit & comitetur, & conſecuta fuerit & propoſita quam intueamur; & appoſita cui adhæreamus; & impoſita quâ reprimamur; iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu ſuperbia. Itaq; ſicut Rhetor ille nobiliſſimus, cùm interrogatus eſſet quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obſeruari oportere, Pronuntiationem dicitur reſpondiſſe: cùm quæreretur quid ſecundò, eandem pronuntiationem, quid tertiò, nihil aliud quàm pronuntiationem dixiſſe: ſi interrogares, & quoties interrogares de præceptis Chriſtianæ religionis,* D *nihil me aliud reſpondere niſi Humilitatem liberet, etſi fortè alia dicendi neceſſitas cogeret.* Hæc Auguſtinus. Tanta igitur cùm ſit Humilitatis vtilitas atque neceſſitas, non ſatis habuit B. BENEDICTVS, ſi duodecim eius gradus integro & benè longo capite deſcriberet, ſed ſparſim per totam Regulam in omnibus functionibus, omnibus perſonis, à maximâ vſque ad minimam, Humilitatem perpetuò commendat. Id verò non inutile fuerit velut in faſciculo coniunctum, Lectori repræſentare, vt con- E ſtet quàm aſſiduus Humilitatis cultor, & inculcator S. Legiſlator fuerit.

August. Epiſt. 56.

Eſt neceſſaria omnibus Chriſtianis.

S. Benedictus eam vbiq; inculcat.

I. *Eam requirit in omnibus.* Cap. 72. Cap. 63. Cap. 55.

PRIMÒ enim, præter ea quæ capite ſeptimo fusè diſſeruit, Humilitatem in omnibus requirit, cùm præcepit, *vt honore ſe inuicem præueniant*, &, vt *tranſeunte maiore, minor* ex humilitate *ei aſſurgat*. Mutua verò coquinæ & menſæ miniſteria, pedum & vtenſilium ablutio, quæ S. Pater omnibus exercenda ſtatuit, ipſo facto Humilitatem clamant. Iam verò ipſa religionis noſtræ indumenta, quæ fieri vult *ex eâ materiâ, quæ* A *in prouinciâ, in quâ fratres habitant, vilius comparari poteſt*; quid aliud ſunt, quàm Humilitatis quædam externa ſigna, interioris Humilitatis Monachum admonentia? vnde in benedictione monaſticarum veſtium Deum oramus, *vt hoc genus veſtimenti, quod SS. Patres ad innocentiæ vel Humilitatis indicium abrenuntiantes ſæculo ferre ſanxerunt, benedicere dignetur.* Item: *vt indumenta Humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificantia, quibus Chriſti famulus ſancto viſibili eſt informandus propoſito, Deus propitius benedi-* B *cat.* Omnes denique monentur, *non velint dici ſancti antequam ſint, ſed prius eſſe, quò verius dicantur.* Cap 4.

II. *Vult in omnibus operibus adhiberi.* Ambroſ. ſerm. 10. Cap. 49.

SECVNDÒ, omnes actiones humilitate vult decorari, & circumueſtiri, nam, vt inquit Ambroſius, *Humilitas virtutum omnium caput eſt, quæ totum velut quoddam noſtrorum actuum fouet corpus.* Hinc *opera quæ ſine iuſſione Patris ſpiritualis fiunt, præſumptioni & vanæ gloriæ* S. Pater *deputat*, quæ nimirum obedientiâ, & humilitate deſtituta mercedis quoque vacua declarat. Si con- C ſilium dandum; *cùm omni*, inquit, HVMILITATIS *ſubiectione dent fratres conſilium, vt non præſumant procaciter defendere, quod eis viſum fuerit.* Cap. 3. Si aliquid à Superiore poſtulandum, non niſi humiliter id fieri mandat. *Signo requirenda*, inquit, *ſunt à Priore, cum omni* HVMILITATE *& ſubiectione reuerentiæ requirantur.* Cap. 6. In oratione, *cùm omni* HVMILITATE *& reuerentiâ Domino vniuerſorum*, ait eſſe ſupplicandum. Cap. 20. Atque in officio diuino, ſi quis fallitur, decernit, vt niſi cum ſatisfactione *ibi coram omnibus humiliatus fue-* Cap 45. D *rit, maiori vindictæ ſubiaceat, quippe, qui noluit humilitate corrigere, quod negligentiâ deliquit.* Atque ex hac ratione ſequitur omnes pœnitentias ac humiliationes, quæ in Regulâ præſcribuntur pro certis delictis, & ab innoxiis ſubinde in monaſteriis ſubeuntur, eſſe mera exercitia humilitatis, ad quam ſine humiliatione, teſte Bernardo, non peruenitur. Quare etiam eodem ſpiritu, & intentione ſuſcipi par eſt, alioqui etiam illa peragens magno ſe lucro ſpirituali priuabit.

III. *Exerceri ab Officialibus.* Cap. 53. Abbate.

E TERTIÒ, nullum in monaſterio eſt officium, in quo Humilitatem B. Pater non requirat, adeoque ſingulis in particulari eam quodammodo cõmendat. Abbati quidem, cùm ad humilitatis exercitium iniungit, vt *aquam in manibus hoſpitibus det* (ad humilitatis, inquit S. Hildegardis exhibitionẽ) *pedes* autem *hoſpitibus tam Abbas, quàm tota congregatio lauet.* Deinde cùm primus humilitatis gradus ſit timor Domini, toties eum Abbati inſinuat, quoties cum reddendæ in iudicio rationis admonet, quod facit frequentiſſimè. In Præpoſito timet ne ela-

tione

Digitized by Google

Cap. 21. Decanis, tione ſuperbiæ decipiatur. Si quis ex Decanis aliquâ fortè inflatus ſuperbiâ, repertus fuerit reprehenſibilis, poſt tertiam admonitionem, ſi emendare noluerit, deiici vult. Cellerario, Cap. 31. Cellerarium monet; *humilitatem ante omnia habeant*, & vt rationabiliter *cum humilitate malè petenti deneget*, & fratrem ſpernendo non contriſtet. Vnumquemque Sacerdotem hortatur, Sacerdotibus, Cap. 62. vt ordinatus *caueat elationem, aut ſuperbiam.* Verùm vt magis humilitatis exemplum omnibus det. Cap. 60. *Illumq́; locum attendat, quo ingreſſus eſt monaſterium, non illum qui pro reuerentiâ Sacerdotij conceſſus eſt.* Quantum verò reformidat vanam gloriam in Lectore menſę, Lectore. Cap. 38. cui iniungit, vt petat ab omnibus pro ſe orari, *vt auertat ab eo Deus ſpiritum elationis?* Artificibus, Artifices ſi ſint in monaſterio, præcipit *cum omni* HVMILITATE Cap. 57. *faciant ipſas artes. Quòd ſi aliquis ex iis extollitur pro ſcientiâ artis ſuæ, hic talis euellatur ab ipſâ arte, & denuò per eam non tranſeat, niſi fortè humiliato ei iterum Abbas iubeat.* Portarium quoque hac virtute præmunitum optat, Cap. 66. quem inſtruit, vt *cum omni manſuetudine timoris Dei reddat reſponſum.*

Ergo hoſpites. Verùm non modò erga ſe inuicem, & intra domeſticos parietes voluit beatus Pater hanc exerceri virtutem, ſed iuſſit eam etiam externis, & quibuſlibet impēdi hominibus, pręſertim autem hoſpitibus ad monaſterium deflectentibus, vt Monachorum Humilitate ædificati, fructum hunc animæ ſecum reportent. Ita præcipit honorari omnes homines. Et de hoſpitibus agens, omnibus congruum vult exhiberi Cap. 53. honorem. *In ipsâ autem ſalutatione*, inquit, *omnis exhibeatur* HVMILITAS. *Omnibus veniētibus ſiue diſcedentibus hoſpitibus, inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terrâ, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur.* Denique vult, vt qui obuiauerit hoſpitibus, non quidem illis colloquatur, *ſed ſalutatis humiliter* benedictionem ab illis petat, tanquam nimirum à maioribus.

Vita Benedictina ex Humilitate conflata. Ex quibus omnibus liquidò ſatis apparet, vitam Benedictinam totam ex humilitate conflatam eſſe, imò pretioſiſſimam hanc virtutem veram eſſe notam, & characterem filiorū S. BENEDICTI; quo apud Deum cordium cognitorem, atque ſcrutatorem cognoſcuntur, atque etiam inter ſe diſtinguntur, vt quo maiores quis in humilitate progreſſus fecerit, eo etiam ex S. BENEDICTI ſententiâ, maior ſit apud Deum. Quod diſertiſſimè docuit, dicens: Cap. 2. *Omnes in Chriſto vnum ſumus, & ſub vno Domino æqualem ſeruitutis militiam baiulamus: quia non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Solummodò in hac parte apud ipſum diſcernimur, ſi meliores aliis in operibus bonis, &* HVMILES *inueniamur.* Iungit Pater ſanctiſſimus bonis operibus humilitatem, quia, vt VIRTVTES. Greg. homil. 7 in Euang. Gregorius ait: *Perit omne quod agitur, ſi non ſollicitè in humilitate cuſtoditur.* Idemq́ue ait: *Si quælibet bona adſint opera, nulla ſunt, niſi ex Humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non eleuat, ſed grauat. Qui enim ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in vento puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deteriùs excæcatur.* Sic Gregorius.

Atque hæc de humilitatis gradibus, ni fallor, erunt ſatis. Coronidis autem loco, vt ante promiſimus, hîc ſubiicienda pro iiſdem gradibus adipiſcendis MONACHORVM ORATIO, quam ex ipſis Regulæ verbis noſter Albinus ſiue Alcuinus, Caroli Magni Magiſter, ante octingentos & ampliùs annos cōpoſuit. Alcuini Oratio ad impetrandam Humilitatem. Eam autē vti ab eo deſcripta eſt in libro de *Pſalmorum vſu*, hîc repræſentamus. Quia verò longior videri poſſit, ad marginē per ferias diſtinximus.

ORATIO MONACHORVM.

DOMINE, quidquid errans, ſciens, atque contemnens; quidquid voluntate, DIE DOMINICA. vel infirmitate, ſeu ſtudio; quidquid ſubreptione, vel meditatione, cogitatu, dicto, vel facto, occultè, ſeu manifeſtè peccaui; quidquid etiam horum aut latet animo, aut patet, aut mordet ſenſum, aut deludendo quibuſcumque modis per ſecuritatem decipit, gratuitâ pietate tuâ placatus clementer indulge, nec ſine ſpe veniæ animam meam deſeras, quam poſt perpetrata crimina multa & grauia, ac mortalia, ad immenſam tuæ pietatis clementiam feſtinare miſeratus inſpiras, & cùm eam de futuris pœnarum tormentis ſuſpectam eſſe pateris. De manſuris quoq́ue vitæ æternæ gaudiis indultâ veniâ peccatorum ſemper reſpirare concedas, & emundatam animi conſcientiam à præuaricationum ſeu omnium vitiorum cogitatione iterum apoſtatari eam à te, vel irrecuperabiliter inquinari non permittas. Domine, omnem ſtultitiam cordis mei miſericorditer munda, & quæ in me ſunt vitiorū ſecreta purifica, & cor meum ad expugnandas paſſiones, tuâ ſanctâ vnctione dilata, ſenſuſq́ue meos ad impugnationum certamina ſuperanda conforta, & fac me dignè vitiis meis iraſci, vt omnium peccatorum meorum indulgentiam conſequar.

¶ Domine fac nos inceſſanter ante mē- FERIA II. Grad. 1. tis oculos habere *timorem tuum*, vt in omni loco peccata noſtra, & futurum pro eis iudicium cogitare ac timere, ſimulq́ue præcepta tua, & gloriam cæleſtem à te datam his, qui ea ſeruant; conſiderare, &

ſemper

VIRTVTES.

ſemper in mente retinere; quia inceſſanter tu Deus, qui nos iudicaturus es, de cælo reſpicis omnes actus & cogitationes noſtras, & locutiones noſtras, & quòd omni horâ Angelus nobis deputatus in cælo annunciat facta noſtra: & ideircò timentes numquam recedamus à bonis meditationibus & actibus, ſed ſemper in cordibus noſtris tibi placita cogitemus, & diſponamus.

FERIA III. Grad. 2.

¶ Domine, tribue nobis, vt nullo actu *delectemur noſtram voluntatem propriam implere;* ſed omnia ſecundùm tramitem præceptorum tuorum tibi, & prioribus noſtris obediendo faciamus. Grad. 3. Domine, largire nobis, vt ſine murmuratione oris & cordis, omnibus diebus vitæ noſtræ ſimus veraciter ſubiecti & obedientes tibi, & ſenioribus noſtris. Grad. 4. Domine, tribue nobis, vt omnia dura & aſpera, & noſtræ voluntati contraria, etiam ſuper vires & ſcientiam noſtram nobis iniuncta, vel etiam hæc ipſa cum iniuriis & contumeliis imperata, ſimpliciter & humiliter in ſpe miſericordiæ tuæ, abſque vlla ſimulatione patienter & gaudentes ſuſcipiamus, & cum magno deſiderio impleamus, etſi impoſſibilia fuerint nobis, humiliter & patienter ſuggeramus imperanti impoſſibilitatem noſtram: etſi ille ſuam ſententiam nullatenus mutare voluerit, tu operare in cordibus noſtris, vt nos confidentes in auxilio tuo, datis nobis diuinitus animi viribus & ſcientiâ, ex charitate obediamus deuotè, quia ſine te nihil boni poſſumus. Da nobis Domine, vt nullâ correptione contendere præſumamus, neque vllis ſermonibus iuſtos nos conemur oſtendere, nec erubeſcendo deformes aliis apparere, aliquem culpare velimus; ſed terra conſternati tam diu nos culpabiles & reos confiteamur, quouſque commotio animi nos corripientis noſtrâ humilitate ſanetur.

FERIA IV. Grad. 5.

¶ Domine, da nobis, vt omnes noſtras malas cogitationes & mala opera à nobis abſconſa humiliter noſtro cõfiteamur Abbati, & alij cuilibet ſpirituali fratri; vt per correptionem & admonitionem eorum, diaboli laqueos te auxiliante euadamus, ſed & cor noſtrum ſemper ſit confitens omnia, cui nihil eſt abſconditum. Grad. 6. Domine, tribue nobis, vt ſemper ſimus contenti omni vilitate cibi, & potus, ac veſtium; vt quæcumque ſint vilia iſta, in tantùm vt per ea poſſit corpus noſtrum ſubſiſtere ad ſeruiendum tibi, non nobis ſit cura de melioribus, ſed his ſimus ſufficientes abſque dolo & hypocriſi. Domine, da nobis, vt omnis extremitas placeat nobis, quantocumque fuerimus minimi, & poſteriores omnibus in ſedendo, in ſtando, & aſcen-

A dendo & loquẽdo, & in omnibus quæ dici poſſunt, gaudeamus de hoc: & tunc nos verè à te miſericorditer reſpectos æſtimemus, & in cordibus noſtris gratias tibi agamus. Domine, da nobis, vt ad omnia quæ nobis iniunguntur, quantocumque ſint vilia & abiecta, & omnium miniſteriorum minima, indignos nos ad tam honeſta faciendum, & corde credamus ac ſentiamus, ac perficiamus ea cum magnâ deuotione. B Domine, da nobis fructum charitatis, & humilitatis & obedientiæ, & patientiæ, cum vero amore fraternitatis.

FERIA V. Grad. 7.

¶ Domine, tribue nobis, vt nos ſemper ex intimo corde credamus viliores omnibus atque inferiores, & ſic haberi nos ab aliis, & conſtitui cupiamus, atque ab omnibus dici, quamuis alij nos ſic non æſtiment, nec ordinent, neque dicant, & nos non ſinas eſſe hypocritas, vt quaſi nos ore noſtro fateamur nos eſſe indignos, & viliores atque inferiores omnibus eſſe debere, & ſub hac profeſſione humili velimus C videri, & haberi ab aliis tanquam iuſti & religioſi, interius huius ſæculi altitudines, & laudes atque honores appetendo; neque de illis nos permittas eſſe, quibus ſi alter eis dixerit, quod ipſi de ſe fatentur ore proprio, vel ſi ita eos viles aut extremos poſuerit, vt illis eſſe debere dicunt, aut ſtatim in contumelias, aut nimiam iram irrumpunt, vt ad hoc vſque perueniant, quod inſtigante diabolo à congregatione, cui ſe ſociauerunt, recedant, aut certè dolum in corde celantes, iracundiæ tempus D referuent, vel eos, qui rectè viuere decertant, detrahere, & dilacerare iniuriis, atque impedire non deſiſtant. Ab his, Domine, & huiuſmodi neruis corda noſtra munda.

FERIA VI. Grad. 8.

¶ Domine adiuua nos, & libera nos, & cuſtodi nos; vt nihil agamus noſtrâ præſumptione, niſi quod agendum in monaſterio ſancta præcipit regula. Grad. 9. Domine, tribue nobis virtutem diſcretè tacendi, & diſcretè loquendi, vt interrogati cum humilitate & reuerentiâ reſpondeamus; & cùm interrogamus, cum omni ſubiectione E & reuerentiâ interrogemus: cauentes ne plus aut aliter videamur loqui, quàm expedit noſtræ religioni vel cauſſæ, ſeu neceſſitati vnde loquimur, & muni corda noſtra, vt numquam delectemur vanâ vel ſuperfluâ gloriâ, neque inutilia cogitemus, audiamus, loquamur, ſeu videamus. Grad. 10. Domine, miſerere nobis, & fac vt non ſimus faciles ac prompti in riſu, ſed te tribuente, ſit in nobis ſalutaris contritio & cordis humiliatio, & compunctio, & affluentia lacrymarum, & vtilis triſtitia. Riſus otioſus, carnalis lætitia, diſſolutio & oblecta-

oblectatio tua virtute procul pellatur à nobis.

SABBATO. Grad. 11. ¶ Domine, da nobis, vt cùm loquimur, leniter cum grauitate, pauca verba ſalutaria, ſine vocis clamore, & abſque concitatione loquamur. Grad. 12. Domine, tribue nobis miſeris & indignis, vt in omni loco omnique tempore, & omni opere ſedentes, ſtantes, ambulantes, operantes inclinatum & humiliatum caput habeamus coram te, & VIRTVTES. reos nos omni horâ de noſtris actibus æſtimemus, & repleti ſpiritu timoris & amoris, tui dicamus ſinguli in ſecreto cordis noſtri. *Domine, non ſum dignus ego peccator leuare oculos meos in cælum.* Deus, propitius eſto mi' i peccatori ſemper, hîc & in æternum, qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

ALIA ORATIO.

Ad poſtulandam humilitatem.

D*EVS, qui ſuperbis reſiſtis, & gratiam præſtas humilibus; concede nobis veræ* Humilitatis *virtutem, cuius in ſe formam fidelibus Vnigenitus tuus exhibuit: vt numquam indignationem tuam prouocemus elati, ſed potiùs gratiæ tuæ capiamus dona ſubiecti. Per eundem Dominum, &c.* Ex Miſſali Roman.

SIT
NOMEN DOMINI
BENEDICTVM
EX HOC
NVNC, ET VSQVE IN
SÆCVLVM.

MONA-

MONASTICARVM DISQVISITIONVM LIBER SEPTIMVS: ORATORIVM, SIVE DE OFFICIO DIVINO.

Filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, adducam in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in DOMO ORATIONIS meæ: quia domus mea DOMVS ORATIONIS vocabitur cunctis populis. *Iſaiæ 56.*

ARGVMENTVM.

Virtutis pulchritudo.

DELINEATAS hactenus ab Apelle noſtro VIRTVTES ſpectaſti monaſticas, Religioſe Lector. Quid inde conſecutum ſperem, niſi quod ſpecie ſuâ & pulchritudine in ſui amorem oculos animumque tuum rapuerint? Si enim ille in gentilitatis caligine virtutis vmbram tantummodò palpans, eam dixerit eſſe virtutem, quæ ſi ab hominibus perſpiceretur, mirabiles ſui excitaret amores, quidnam dicturum fuiſſe credemus, ſi fidei radiis illuſtratus perſpicaciori mentis oculo decorem eius cæleſtemque omninò ſplendorem potuiſſet intueri? Quanta enim debet eſſe ea pulchritudo, quâ & ipſe capitur, rapiturque Deus? Sed dolendum vel maximè, adeò vanitatis nebulâ præſtrictos mortalium oculos, vt fulgorem hunc minimè cernant.

Te verò iam formæ illius amatorem aliud nihil exiſtimem concupiſcere, quàm vt eius poſſeſsione læteris, animamque tuam exornes. Quis autem acquirendi modus? quóve pretio acquiruntur

runtur

Digitized by Google

runtur virtutes? non alio quàm Orationis nummo. *Nihil autem*, ait *Acquiritur perfectum oratione.*
S. Chryſoſtomus, *æquè facit in virtute creſcere, atque cum Deo aſsiduè* Chryſoſt. in Pſ. 7.
verſari & colloqui, eiq; perpetuò gratias agere & pſallere. Quod ſanè verisſimum, etenim abſque diuinæ gratiæ auxilio nulla naſcitur, nulla creſcit, nulla perſeuerat in animâ virtus. Ad promerendam verò indebitam à Deo gratiam, quid conuenientius, quid neceſſarium magis, quàm gratiæ auctorem humiliter deprecari? *Studio deuotionis*, vt inquit Bonauentura, *fulcitur omnis vera Religio, & omnium virtutum exercitium impinguatur.* Bonau. de ſex alis c. 5.

Hinc igitur ab Aſceterio ad Eucterium; ab Exercitatorio ad ORATORIVM; à ſcalis obedientiæ & humilitatis ad montem Orationis; à ſcholâ virtutum ad domum Dei te inuito & induco. Quæris quo fructu? attende, præfixam Prophetæ manu inſcriptionem. *Filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, adducam in môtem ſanctum meum, & lætificabo eos in* DOMO ORATIONIS *meæ: quia domus mea, Domus orationis vocabitur cunctis populis.* Qui autem filij aduenæ, niſi Religioſi? qui non habentes hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirentes patriam, ſunt velut aduenæ & peregrini in terrâ. Hi triplici votorum nexu adhærent Domino, & religioſarum virtutum exercitio colunt Deum. Quibus proinde addicit, quòd eos adducet in montem ſanctum ſuum, & lætificabit in domo Orationis ſuæ. Hæc domus Dei ipſum eſt Religioſorum ORATORIVM, in quo noctu & interdiu opus Dei peragunt: in quo cum ſpiritibus Angelicis eum laudant, exaltant & glorificant. Aptè autem vocat montem ſanctum ſuum, nam cùm oratio ſit eleuatio, vel aſcenſus mentis in Deum, ipſo montis nomine hæc cordis à terrenis ad cæleſtia aſcenſio deſignatur. Inde adeò eſt, quòd olim etiam montium iuga ad Deo ſupplicandum paſſim elegerint. Et celeberrimum illud Salomonis templum in monte Moria ædificatū eſt. Chriſtus Dominus ſæpius aſcendit in môtem orare, & in monte Thabor cùm oraret, transfiguratus eſt: Vltimis vitæ ſuæ menſibus montem Oliueti ſibi velut in peculiare Oratorium dedicauit, in eoque paſſionem ſuam orans cum ſanguineo ſudore exorſus eſt. Vnde & Sancti complures orationis loca in montibus erexêre: & quod Patriarcha noſter S. Baptiſtæ conſtruxerat Oratorium, *in montis celſitudine ſitum* fuit, vt perhibet Gregorius. Aſcendamus igitur in montem Domini, & in domum Dei vt & illam, & quod in eâ ſtatis Horis fit opus Dei, contemplemur, & ſtrenuè deinceps perſoluamus. Luſtremus Sacella ſingula, Tractatus, inquam, IX. in quos totum hoc *Oratorium* diuiſimus.

Ad quam lectorem inuitatur. — Iſai. 56. — *Exponitur inſcriptio huius libri.* — *Môtes apti ad orandum.* — Matth. 14. — Luc. 7. — Greg lib. 2. dialog cap. 30. — *Idea huius libri.*

uiſimus. *Primus* exhibet ipſum Oratorium. *Secundus* agit de officio diuino generatim. *Tertius*, De tēpeſtiuo ad illud occurſu. *Quartus*, De pſallendi modo. *Quintus*, De quantitate Pſalmodiæ. *Sextus*, De nocturnis Vigilijs. *Septimus*, De Horis diurnis. *Octauus*, De quibuſdam Horarum partibus. *Nonus*, De tempore Horarum & Exercitiorum Monaſticorum, cui nomen *Horologij* indidimus. Ceterùm exponimus hoc Libro Regulæ capita VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XLIII. XLV. XLVII. XLVIII. L. LII.

TRACTATVS I:

DE ORATIONIS LOCO.

ORATORIVM.

Deus ex creaturis quaſdam ſibi elegit. Eſdræ lib. 4 cap. 5.

CREATOR *omnium Deus, qui nullius habet indigentiam, & terram hanc dedit filijs hominum, ex omnibus à ſe conditis rebus, quædam ſibi peculiariter dicitur reſeruaſſe, vt hoc modo oſtenderet ſe ſupremum rerum omnium Dominum. De quo Eſdras ita ait*: Dominator Domine, ex omni ſiluâ terræ, & omnibus arboribus eius elegiſti vineam vnicam; & ex omni terrâ orbis, elegiſti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegiſti tibi lilium vnum; & ex omnibus abyſſis maris, repleſti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, ſanctificaſti tibimetipſi Sion: & ex omnibus creatis volatilibus, nominaſti tibi columbam vnam: & ex omnibus plaſmatis pecoribus, prouidiſti tibi ouem vnam: & ex omnibus multiplicatis populis, acquiſiuiſti tibi populum vnum, & ab omnibus probatam legem, donaſti huic quem deſideraſti populo. *Non diſſimili modo dicere licet, Deum ex perſonis elegiſſe Clericos, Monachos, & Moniales: ex temporibus, dies feſtos: ex fructibus terræ, primitias & decimas: ex locis, Eccleſias, templa ſiue* Oratoria. *De his vt agamus, proprius hic locus. Inquirendum enim* Primò, *Quibus nominibus Orationis loca nuncupantur?* Secundò, *Quæ in Oratorio fieri conueniat?* Tertiò, *Quæ in eo vetita?* Quartò, *Num extra illud orare liceat?* Quintò, *Liceátne loco immundo orare?* Sextò, *Cur melius in Oratorio preces fundere?* Septimò, *Quomodo officium peragendum extra Oratorium.*

DISQVISITIO I.

Quibus nominibus Orationis loca nuncupata?

Loca Orationis vocantur.

DEO diuiniſque rebus dedicata loca varijs reperire eſt inſignita nominibus, quorũ in huius libri veſtibulo præmittenda explicatio.

I. *Eccleſia.*

PRIMÒ, ſacra ædes dicitur Græcè ECCLESIA, & concionem ſignificat. Concio verò apud Athenienſes erat conuentus ciuium, non quidem paucorum, ſed vniuerſorum, locum quoque ſignificat vbi conuetus fiebat, vt teſtis eſt Agellius. Similiter Agell. lib. 18. cap. 7.
Eccleſia vtramque hanc ſignificationem habet. Nam & pro cœtu hominum ſumitur. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus: *Aptè*, inquit, Cyrill. Catech. 18.

quit, *Eccleſia vocatur, quaſi dicas conuocatio: propter omnium conuocationem & congregationem.* Quod pluribus ibidē probat, & ſic dicimus, *eccleſia malignantium, eccleſia ſanctorum, eccleſia iuſtorum.* Sumitur quoque pro loco, in quem fideles ad orandum, & Dei verbum audiendum conueniunt, quamuis Valla ſcribat, neſcire ſe, quo id fiat iure. Nobis verò ſuffecerit ità vocem hanc vſurpari, non ſolùm à ſanctis Patribus, ſed etiam à Sacrâ Scripturâ. Iudith 6. *Et per totam noctem intra* ECCLESIAM *orauerunt.* Et 1. Corinth. 11. *Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contēnitis?* Vbi procul dubio *Eccleſiæ* nomen, locum in quo populus congregatur, ſignificat. Atque ita interpretātur Baſilius, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Theodoretus, & Oecumenius in comment. 1. ad Corinth. cap. 11.

Valla Elegant. lib. 4. cap. 47.
Aſſtruitur contra Grammaticum.
Baſil. in Reg. breu. quæſt. 310
Aug. lib. 3. in Leuit. quæſt. 57.

II.
Cyriaca.

SECVNDÒ, ſacra ædes dicitur Κυριακά, vel Κυριακόν, id eſt, *Dominicum.* Concil. Laodicenum: *Non decet agapas in* Κυριακοῖς *in Dominicis, vel Eccleſijs facere.* Concil. Neocæſarienſe: *Catechumenus ingrediens in Dominicum* (εἰς τὸ Κυριακὸν) *in loco catechumenorum ſubſiſtat.* A Græcâ hac voce, vt Walafridus Strabo obſeruauit, deriuatur Germanicum noſtrum **kerck**, ſiue **kircke**. *Sicut,* inquit, *domus Dei, Baſilica, id eſt, Regia, à Rege: ſic etiam* **kyrica**, *id eſt, Dominica, à Domino nuncupatur: quia Domino dominantium, & Regi regum in illâ ſeruitur.* Sic ille. Secutus eſt Nannius in Miſcellaneis, quem miror reprehenſum à Goropio improbante à Græcâ originatione noſtratia deduci vocabula; quaſi non paſſim occurrant. Sic à βρωτὺς, id eſt, cibus, eſt noſtrum **brood**; à σπουδή, feſtinatio, **ſpoed**; σπουδεύειν, feſtinare, **ſpoeden**; à κλίμαξ, id eſt, ſcala, **klimmen**: A Latinâ autem voce *Dominicum*, & aliud Teutonibus natum vocabulum **den Dom**, vel **Dom-kercke**, vt multis placet. In Chriſtianiſmi principio (inquit Rhenanus) templa DOMINICA ſunt appellata: Vnde in hodiernum vſque diem vulgari nomine dicimus **Domine**. Sed Molanus arbitratur Cathedralem Eccleſiam non à DOMINICO, ſed à **Biſdom** dictam **den Dom, Dom-kercke**, quaſi **Biſdoms-kercke**. Vnde Canonicos Cathedralium Eccleſiarum cenſet per aphæreſin dictos **Dom-Heeren**, quaſi **Biſdoms-Heeren**. *Dominicum* autem pro ſacrâ æde vſurpat Hieronymus in Chronico. *In Antiochiâ Dominicum, quod vocatur Aureum, ædificari cæptum.* Et mox: *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.* Cyprianus: *Quæ in Dominicum ſine ſacrificio venis.* Ruffinus: *Hæc ſi vera eſſe credis, ô philoſophe ſurge ſequere me ad Dominicum.*

Cyriaca. Laodic. can. 28.
Neocæſ. can. 5.
Walafrid. Strab. de reb. Eccleſ. cap. 7.
Vnde German. kerck.
Gorop. Bec. Amozon. l. 8.
Dominicū, Dom-kercke.
Vnde deriuetur.
Molanus lib. 3. de Can. cap. 3.
Cypria. de Eleemoſ.
Ruff. lib. 1. hiſt. c. 3.

III.
Templum.

TERTIÒ, vocatur ſæpiſſimè TEMPLVM. De quo ita Iſidorus: *Templi nomen generale eſt Pro locis enim quibuſcumque magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta, quaſi tecta ampla. Sed & locus deſignatus ad orientem à Contemplatione Templum dicebatur.* Templum & Eccleſiam Veteribus idem eſſe probat Stephanus Durantus.

Iſidor l. 15. Etymol. c. 14.
Durant. l. 1. de ritib. c. 1. num. 7.

IV.
Baſilica.

QVARTÒ, dicitur & BASILICA, id eſt, Regia: vel propter regiam ſtructuræ magnificentiam, vel quia Deo Regi regum in eâ cultus exhibetur, vt volunt Amalarius, Iſidorus, & Walafridus, & hâc notione ſacram ædem appellat Auguſtinus: *Illud Iunonis templum ſibi elegerat auaritia & ſuperbia leuium Græcorum: iſtas Chriſti* BASILICAS *miſericordia & humilitas etiam immanium barbarorum.* Paulinus ſæpius *Baſilicæ* meminit, conditamque à ſe S. Felicis *Baſilicam* deſcribit. Auctor Itinerarij Hieroſolymam Burdegala: *Ibidem modò iuſſu Conſtantini Imperatoris Baſilica facta eſt, id eſt, Dominicum, miræ pulchritudinis.* Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus:

Hic dum Baſilicas *Deo dicatas,*
Et Chriſti ſubeunt verenda templa.

Aurelianus Arelatenſis Epiſcopus: *Nullus laicus ſiue nobilis, ſiue ignobilis in* BASILICAM, *ſiue monaſterium introire permittatur.* Et in Regulâ Monialium: nominat *Baſilicam B. Mariæ*, cuius etiam Cæſarius prædeceſſor eius in Regulâ Sanctimonialium articulo 43. mentionem facit. Idemque in Recapitulatione: *Ianua Monaſterij numquam extra* BASILICAM *cum veſtrâ voluntate, aut cū veſtro permiſſu fiat.* Breuitatis cauſsâ omitto ſacra loca etiam appellari, *Martyria* Græcis, Latinis *Confeſſiones*, de quibus vide Stephanum Durantum, vti etiam de *Domo Dei*, quo nomine in Sacris Litteris ſacra ædes nominata eſt.

Amal. lib. 3. de Eccleſ. offic. c. 2.
Iſid. Orig. lib. 15. c. 4.
Walaf. de reb. Eccleſ. cap. 6.
Aug. lib. 1. de Ciuit. cap. 4.
Paul. epiſt. 11. & 12.
In Reg. Monach. cap. 14.
Cap. 12.
Art. 9.
Martyria.
Lib. 1. de ritib. cap. 1.

V.
Oratorium.

QVINTÒ, ipſa domus Dei ab eo, quod in eâ exercetur opere Dei, *domus Dei*, & ORATORIVM dicitur, vnde Dominus apud Prophetam: *Lætificabo eos in domo orationis meæ.* Et Saluator in Euangelio. *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

Iſaiæ 56.
Matth. 21. 13.

ORATORIVM verò legitur in Regulâ S. Auguſtini: *In* ORATORIO *nemo aliquid agat, niſi ad quod eſt factum.* Scribit verò Nicephorus Chriſtianos primùm habuiſſe parua εὐκτήρια; ſiue ORATORIA, quæ cùm propter anguſtiam confluētem multitudinem non caperent, in auguſta, ampla, & ingentia mutata ſunt templa. Inter ORATORIA verò & Eccleſias, iam olim illud diſcriminis obſeruatum fuit; quod in Eccleſijs ſacra omnia fidelibus adminiſtrarentur, in *Oratorijs* verò non item; ſed ad domeſticam tantummodo ſiue priuatam ſubſeruirent precationem. Sic & Hebræi vltra Synagogas ſua habebant *Oratoria* in ſuburbijs poſita, in quæ deambulantes, quantum ſabbati haberet iter, conuenirent, Deoque

Reg. Aug. cap. 8.
Niceph. l. 7. Eccleſ. hiſt. cap. 1.
Diſcrimen inter Oratoria & Eccleſias.

ſimul

ORATORIVM. Epiphan. hæreſ. 80.

ſimul preces offerrent. De his Epiphanius: *Fuerunt*, inquit, *quidam antiquitus orationum loci, tum inter Iudæos extra ciuitatem, tum inter Samaritas, velut etiam in Actibus Apoſtolorum inuenimus: vbi purpurarum venditrix Lydia Paulo occurrit, & ſic quoque diuina Scriptura narrat, quod videbatur locus orationis eſſe, & acceſſerunt, & docuerunt Apoſtoli mulieres: quæ illo tempore conuenerant. Sed & orationis locus eſt in Sicimis, quæ nunc appellatur Neapolis, extra vrbem in campeſtri regione duorum fermè ſignorum diſtantia, ſpeciem theatri præ ſe ferens, in aëre & ſub dio conſtructus à Samaritis, qui omnia Iudæorum imitantur.* Hæc Epiphanius. Locus Actorum, quem citat, eſt cap. 16. v. 13. *vbi videbatur oratio eſſe.* Græcè προσευχὴ, & *orationem*, & *Oratorium*, ſiue *locum orationis* (vt vertit Syrus) ſignificat. Sic Philo ad Caium, Iudæorum Synagogas vocat *proſeuchas*. Et Iuuenalis:

Iudæorum Proſeucha. Sat. 3.

Ede vbi conſiſtas, in quâ te quæro Proſeucha.

Turneb. lib. 1. c. 19.

Proſeucha, inquit Turnebus, fana Iudæorum erant, vt Alexandriæ, & Romæ, & in alijs vrbibus; ſic nomen adepta, quod Oracula quædam eſſent, vel, vt Chriſtiani loquuntur, ORATORIA. In hiſce verò Chriſtianorum *Oratorijs* allatum diſcrimen expendamus. Iuſtinianus in nouellis id clarè inſinuat: *Omnibus*, inquit, *interdicimus in domibus ſuis habere quaſdam quaſi orationum domos: & in his ſacra celebrare myſteria.* Quod tamen permittit *Orationis ſolius gratiâ.* Et Trullana Synodus ità præſcribit: *Clericos qui in* ORATORIIS, *quæ ſunt intra domos, miniſtrant, vel baptizant, hoc illius loci Epiſcopi ſententiâ facere debere, decernimus. Quare ſi quis clericus hoc non ſic ſeruauerit, deponatur.* Et in Capitularibus Caroli Magni: *Qui in domo ſuâ* ORATORIVM *habuerit, orare ibidem poteſt, Miſſas tamen in eo celebrare non audeat.* Concilium tamen Agathenſe permittit. *Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus eſt ordinariuſque conuentus,* ORATORIVM *in agro habere voluerit, vt ibi miſſas teneat, propter fatigationem familiæ.* Decreuit quoque Epaonenſe Concilium, vt *Sanctorum reliquiæ in* ORATORIIS *villaribus non ponantur, niſi forſitan clericos cuiuſcumque parochiæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentiâ famulentur.*

Nouell. 58. *In Oratorijs vetita Miſſarum celebratio.* Can. 31. Capitul. lib. 6. c. 101. *Permiſſa etiam.* Concil. Agath. Can. 21. Epaonenſe Conc. can. 25.

Sunt porrò qui *Eccleſiam* dicũt eſſe Clericorum, *Oratorium* verò Monachorum: Vnde frequens illius apud ſcriptores monaſticos mentio. Caſſianus: *Is qui in Tertiâ, Sextâ, vel Nonâ priuſquam pſalmus cœptus finiatur, ad orationem non occurrerit, vlterius* ORATORIVM *introire non audet.* Alibi: *Si tenuem feſtucam de Oratorio cellâve ſummouerint.* Cæſarius Arelatenſis in Regulâ Sanctimonialium: *Nullus virorum in ſecretâ parte in monaſterio & in* ORATORIIS *introeat.* Et rurſum: *Religioſi, quos in magnâ vitâ commendat, ſi peierint, debent ad orationem in* ORATORIVM *introire.* Item: *Argentum in vſu veſtro non habeatis abſque miniſterio* ORATORII. Regula Ternatenſis: *In* ORATORIO *præter orandi & pſallendi cultum, penitus nihil agatur.* Noſter verò Legiſlator S. BENEDICTVS præterquam quod peculiare caput de ORATORIO Monaſterij ſcripſerit, paſſim eâdem voce vtitur, adeòque conſtanter, vt aliam ei ſynonymam ex ſupraſcriptis, nuſquã vſurpauerit. In eo autem *Oratorio* fuiſſe, atque eſſe debere Altare cum reliquijs Sanctorum, ex capite 58. colligitur, vbi Suſcipiendus in *Oratorio*, iubetur *de promiſſione ſuâ facere petitionem ad nomina Sanctorum, quorum Reliquiæ ibi ſunt, eamque manu ſuâ ſuper altare ponere.* In eodem Miſſas celebratas & ſacram communionem diſtributam, capitis 38. auctoritate conuincitur; præſcribitur enim, vt hebdomadarius Lector *ingrediens poſt Miſſas & communionem, petat ab omnibus pro ſe orari, & dicatur hic verſus in* ORATORIO *tertio ab omnibus.* Et ipſe S. Pater in *Oratorio* exitum ſuum Dominici corporis & ſanguinis perceptione muniuit, & tam ipſe, quam ſoror eius Scholaſtica, ſepultus eſt in eodem *Oratorio* Beati Ioannis Baptiſtæ, quod ipſe conſtruxerat. Vt hinc liquidò pateat, etiam æuo S. Patris noſtri, omnia ea in monaſtico facta *Oratorio* (quantum quidem ad Monachos ſpectabat) quæ in Eccleſijs Clericorum communiter exercentur.

Eccleſia Clericorũ, Oratorium Monachorum. Lib. 3. c. 7. Lib. 4. c. 7. Regula Cæſarij art. 34. Art. 36. Art. 42. Reg. Ternat. cap. 15. *In quo erat Altare.*

DISQVISITIO II.

Quæ in Oratorio fieri conueniat?

QVID deceat in domo Dei fieri, pluribus plerique proſequuti ſunt. Nos qui Monaſticam conamur illuſtrare Regulam, quæ Monachos ſolùm ſpectant, enumerabimus. Hæc autem breuiſſimè Sanctus BENEDICTVS complexus eſt. ORATORIVM, inquit, *hoc ſit quod dicitur: nec ibi quidquam aliud agatur, aut condatur.* Suſpenſa videtur hæc ſententia, quam Gratianus, Iuo, & Burchardus ita explent: *Nec ibi quidquam aliud agatur, aut condatur, quàm quod diuinis miniſterijs conueniat.* Atque ita coniunctim citant ſub nomine Sancti BENEDICTI, vt proinde citata hæc verba Hugo Menardus horum trium-virûm auctoritate Regulæ putet reſtituenda, quamuis in nullo ſeu excuſo, ſeu MS. codice reperiantur. Walafridus Strabo, tribus illis antiquior, verba S. BENEDICTI ſine illâ citat clauſulâ, quæ etiam abeſt à Donati Veſontionenſis Archiepiſcopi Regulâ quæ ipſa S. BENEDICTI verba tantùm repræſentat.

Reg. cap. 52. *Locus Regulæ reſtitutus.* Grat. d. 42. cap. 6. Iuo p. 3. c. 73. Burch l. 3. cap. 81. Menard in Concord. Reg. cap. 59. §. 1. Walafr de reb. Eccleſ. cap. 11. Regula Donati c. 16.

Iam, vt quæſito fiat ſatis, PRIMÒ omnium

In Oratorio licet t. Orare.

nium, in ORATORIO licet orare, ſiue voce ſiue mente, ſiue in commuoi Pſalmodiâ, ſiue priuatim cùm quis ſibi fortè peculiariter aut ſecretiùs vult orare. De vtroque enim orandi modo agit S. BENEDICTVS.

II. *Sacramenta adminiſtrare.* SECVNDÒ, in Oratorio ſuſcipere, & adminiſtrare licet Sacramenta Euchariſtię, & pœnitentiæ. De Euchariſtiâ patet ex cap. 37. proximè citato. De pœnitentiâ res certa eſt, & communi vſu comprobata.

III. *Benedictiones dare.* TERTIÒ, in Oratorio impeoduntur Benedictiones hebdomarijs coquinæ, lectori menſæ, dirigendis in viam, alijſque; ſuſcepti quoque hoſpites ad illud orationis cauſsâ ducuntur, vt conſtat ex Regulâ.

IV. *Concionari, exhortari.* Walafrid. lib. de reb. Eccleſ. cap. 10. QVARTÒ, Oratorium, vt Walafridus Strabo annotauit, poteſt quoque à *locutione doctrinæ ita dictum putari; quia Oratio eſt oris ratio; & non tantùm humilis poſtulatio, verùm & rationabilis intelligitur hoc nomine locutio. Inde eſt quod primi Ordines in Eccleſiâ vtuntur orarijs, quia ad ipſos pertinet docendi officium. Et publici declamatores, ac ſapientes dictionum compoſitores, Oratores vocantur.* Hinc Conciones & Exhortatiooes rectiſſimè in templis fiũt. Ioan. 18. Nam & ipſe Chriſtus Dominus ait ſe *docuiſſe in Synagogâ & templo, quò omnes Iudæi conueniunt.*

V. *Profeſſionẽ monaſticã emittere.* Cap. 58. QVINTÒ. Votorum ouncupatio, ſiue monaſtica profeſſio ex Regulæ præſcripto in Oratorio fit: *Suſcipiendus*, inquit, *in Oratorio, coram omnibus promittat de ſtabilitate ſuâ, &* Reg. Fructuoſ. c. 22. *conuerſione morum*, &c. Fructuoſus quoque: *Expleto anno probatus moribus & laboribus elimatus perceptâ in Eccleſiâ benedictione, fratrum ſocietate donetur.* Regula quoque Magiſtri Reg. Magiſt. c. 89. 90. Oratorij & altaris meminit, & diſertè ait: *Stet ipſe frater in medio Oratorio curuatis genibus, tondente eum Abbate, pſallentibus in circuitu cunctis.* Et Otdo Romanus ad faciendum Monachum, ait: *Conueniente vniuerſo cœtu Monachorum in Eccleſiam, vbi ordinatio celebranda eſt, proſtrato illo in terram, qui ordinandus eſt*, &c. Eſt porrò hæc generalis ac Dionyſ. Areopag. de Eccle. Hierarch. cap. 6. p. 2. vetuſtiſſima conſuetudo, vt in Eccleſiâ monaſtica fiat profeſſio, nam Dionyſius Areopagita ait: *Ille autem* (futurus Monachus) *poſt ſacerdotem aſtat.*

VI. *Legere, & pſalmos ediſcere.* SEXTÒ. Permiſſum quoque in Eccleſiâ lectiooi vacare, & pſalmos ediſcere. S. Paulinus in conditâ à ſe S. Felicis Baſilicâ duo fecerat ſecretaria, vnum ad dextram, alte- Paulin. Epiſt. 12. rum ad læuam, cui hos ioſcripſerat verſus:

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

Quid autem ſit Secretarium, vide ex Baronio, Bioio, alijſque plutibus explicatum in Statut. S. Lanf. c. 1. Onomaſtico Roſweydi. In Statutis Lanfranci præſcribitur, vt peracto ſummo ſacro, dum hebdomadarij ſumunt mixtum, *alij fratres interim in choro ſedeant, & qui volueriut legant.* Et paulò pòſt ſtatuitur, *vt in-* ORATORIVM. *ternallo quod eſt ante laudes matutinas, Prior per chorum vadat, videatque quàm regulariter ſedeant.* Et S. Theodorus Siceorum Archi- Apud Surium in vit. 22. April. mandrita, in Oratorio S. Chriſtophori pſalmos memoriæ commendabat, & cùm non poſſet ediſcere, humi proſtratus Dominum obſecrabat. Et ipſe Saluator noſter *intrauit* Luc. 4. 16. *ſecundùm conſuetudinem ſuam die ſabbati in Synagogam, & ſurrexit legere. Et traditus eſt ei liber Iſaiæ Prophetæ.* Chryſoſtomus contra Anomæos ſcribens, de primis Chriſtianis ait: *Simul in templo conuerſabantur, precibus & LECTIONIBVS intenti.*

VII. *Satisfacere pro culpis.* SEPTIMÒ. Fas eſt commiſſas in Oratorio culpas ibidem congruâ ſatisfactione expiare. Priſca hæc Monachorum conſuetudo S. Pachomij Regulâ expreſſa: *Si acciderit*, in- Reg. Pachom. nu. 8. quit, *vt pſallendi tempore, vel orandi aut in medio lectionis aliquis loquatur: aut rideat: ſoluet cingulum, & inclinatâ ceruice, manibus ad inferiora depreſſis, ſtabit ante altare, & à Principe Monaſterij increpabitur.* Et rurſum: *Si quis* Id. num. 9. *defuerit, ſtatim ante altare pœnitentiæ, & increpationis ordinem ſuſtinebit.* Iterumque: *Si* Et nu. 131. *quis tulerit rem non ſuam, ponetur ſuper humeros eius, & aget pœnitentiam publicè in collectâ*, id eſt, in Eccleſiâ, vt colligitur ex Hierony- Hieron. Epiſt. 60. mo, *cùm celebratur*, inquit, *Collecta in Eccleſiâ.* Et infrà: *Vt ibidem Collectam tecum ex more Eccleſiaſtico facerem.* Caſſianus quoque memi- Caſſian lib. 4. Inſtitut. c. 16. nit publicæ pœnitentiæ, *cùm quis cunctis in ſynaxi fratribus congregatis, tam diu proſtratus in terram veniam poſtulat, dum orationum conſummetur ſolemnitas.* Sequitur hunc S. BE- Reg. c. 44. NEDICTVS: *Qui pro leuibus*, inquit, *culpis excommunicãtur tantum à menſâ, in* ORATORIO *ſatisfaciant, vſque ad iuſſionem Abbatis.* Præſcribit quoque, vt qui falluntur io Oratorio, *ibi coram omnibus humiliati ſatisfaciant.* Cap. 45. De excommunicato verò, qui poſt ſatisfactionem recipitur in choro, ſtatuit: *vt om* Cap. 44. *nibus horis dum completur opus Dei, projiciat ſe in terrâ in loco, in quo ſtat, & ſic ſatisfaciat.* Ad opus Dei tardè occurrens, *non ſtet*, ait, *in or* Cap. 43. *dine ſuo in choro, ſed vltimus omnium ſtet; aut in loco, quem talibus negligentibus ſeorſum conſtituerit Abbas, vt videatur ab ipſo, vel ab omnibus, vſque dum completo opere Dei, publicâ ſatisfactione pœniteat.* Et hinc ad alios pleroſ- *Et diſciplinam facere.* que Ordines ritus pœniteotiam in choro faciendi dimanauit. Nec deſunt qui communem diſciplinam ſiue corporis diuerberationem ſextis ferijs io Oratorio ſiue choro peragant, vt fieri ſolet apud Prædicatores, Capucinos, & Carmelitas Diſcalceatos.

VIII. *Mundare, ornare.* OCTAVÒ, permiſſa ſunt & quædam opera in Oratorio, præſertim quæ ad eius nitorem, munditiam & ornatum ſpectant. Commendatur hoc nomine Hieronymo Nepotianus: *Erat ſollicitus, ſi niteret altare; ſi* Hieron. in Epitaph. Nepot. *parietes abſque fuligine; ſi pauimenta terſa; ſi vela*

ORATORIVM.

vela ſemper in oſtijs, creberque ianitor in porta; ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculeuta; & in omnes cærimonias pia ſollicitudo diſpoſita: non minus, non maius negligebat officium, vbicumque cum quæreres, in Eccleſiâ inuenires. S. Paulinus euerrere Eccleſiæ pauimentum inter opera ſancto ſuo Felici grata cumputabat.

Paulin. Natal. 1.

Et foribus ſeruire tuis, tua limina manè
Munditie curare ſines.

Floribus & frondibus fuelare.

Frondibus floribuſq; templa & altaria ornari, veteribus ſolemne fuit, & ab Hebręis ad Chriſtianos florida hæc religio commeauit: Nam, vt Pſalmiſta ait: *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis vſque ad cornu altaris.* Hieronymus vertit, *frequentate ſolemnitatem in frondoſis.* Alij, Lorino teſte: *Ligate feſtum frondibus.* Vel: *Redimite diem feſtum frondibus*, vel: *colligate ſub diem feſtum ramos, & templum ornate*, videlicet quia ſolebat ſic ornari templum, vt nunc apud nos, tum ſparſis ramis frondibuſque, atque floribus, tum colligatis io eos, quos vocant feſtones, qui ad valuas, & parietes appenduntur. Quem ſenſum cenſet maximè litteralem citatus Lorious. Chriſtianorum porrò hunc ritum expreſſit Paulinus:

Pſal. 117. Lorin. in Pſal. 117.

Quod olim Chriſtianis vſitatum.

Natal. Felicis 3.

SPARGITE *flare ſolum, prætexite limina ſertis,*
Purpureum ver ſpiret hiems, ſit flareus annus
Ante diem, Sancto cedat natura diei.
Martyris ad tumulum debes & terra coronas.

Hieron. in Epitaph.

De Nepotiano Hieronymus: *Martyrum conciliabula diuerſis floribus & arborum comis, vitiumque pampinis obumbrauit.* Gregorius Turonenſis de gloriâ Coofeſſorum: *Solicitus erat flares liliorum tempore quo naſcuntur colligere, ac per parietes huius ædis appendere.* Fortunatus quoque:

Greg. Turon. cap. 1. de S. Seuer. Fortun. lib. 8 epigram. 9.

Texiſtis varijs altaria feſta coronis,
Pingitur vt filis flaribus ara nouis.

Et Monachis.

Quod Monachos ſpectat, notat S. Petrus Damiani, in Vigilia S. P. BENEDICTI: *Scopis iuxta conſuetudinem mundari Eccleſiam, præparari luminaria, diuerſas ornamentorum ſpecies appendi.* Sed hæc ſimiliaque paſſim obuia ſunt: illud verò rarius & fortaſſe mirandum, quod in Regulâ Monachorum S. Aurelianus ſcripſit: *Ad vigilias dum lectio legitur, aut de ſparto, aut de canabe, aut aliud huiuſmodi manibus operamini, vt non ſomnus obrepat.* Et S. Cæſarius in Regula Saoctimonialium: *In vigilijs vt nema per otium ſamno grauetur, ea opera fiat, quæ mentem non retrahat à lectionis auditu.* Huc ſpectat quod ex Regulâ S. Pachomij io Coocordiâ Regularum his verbis citatur: *Nec otioſus in Collectâ ſedebis, ſed funiculos in mattarum ſtamina manu celeri præparabis, abſque infirmitate dumtaxat corpuſculi, cui ceſſandi tribuitur venia.* Quæ quidem in edita S. Pachomij Regulâ oon exſtare moouit Menardus.

Quidam operati tempore lectionis. Aurelian. cap. 19. Reg. Cæſarij, cap. 13. Concord. Regul. cap. 52. §. 4.

IX. *Sepelire.*

A NONÒ. Deſeruit quoque ORATORIVM Monachorum, aliorumque fidelium ſepulturæ. Fuit quidem olim legibus & Canooibus vetitum. Nam Gratiaoos Imperator oegat *Apoſtolorum, vel Martyrum ſedem* (hoc eſt ſacra templa) *humanis corporibus eſſe conceſſa.* Et in Coocilio Naonetenſi prohibitum eſt, oe intra Eccleſiam & propè altare mortui ſepeliaotur: vnde oec Reges iotra Eccleſiæ ambitum olim ſepolturam habuerunt. Teſtis Chryloſtomus: *In Conſtantinopoli,* inquit, *Reges noſtri magnā gratiam putant,* B *nan ſi prapè Apaſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, fiantque Reges Piſcatorum Oſtiarij.* Et alibi: *Hic,* ait, *Conſtantius Conſtantinum Magnum eius Patrem honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus Piſcatoris paternum corpus collocaret: & quod in Regijs ſunt ianitores Regibus, hoc ſunt in monumenta Piſcatoribus Reges.* Perduraſſe autem conſuetudinem hanc vſque ad tempora Synodi Moguntinę I. conijcit Caracciolus, ex his eius verbis: *Nullus mortuus intra Eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi aut Abbates, aut* C *digni Presbyteri, aut fideles Laici.*

L. 2. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Cap. 6. *Olim in eccleſijs vetitum mortuos ſepelire.* Chryſoſt. lib. quod Chriſtus ſit Deus. Homil. 66. ad popul. Antiochen. Caracciol. ad Conſtit. Cleric. Regul. Conc. Mogunt. cap. 52.

Quando id poſtea permiſſum.

Sed longè ante permiſſum & Clericis, & Monachis, & ſæcularibus io Eccleſiâ ſepeliri, ex S. Gregorij dialogis patet. Refert enim Valentini Eccleſiæ Mediolaoēſis Defenſoris corpus ſepultum in Eccleſiâ B. Martyris Syri, & Valeriaoi Patricij cadauer in B. Fauſtini Martyris templo humatum, & cuiuſdam tinctoris Romani in Eccleſiâ B. Ianuarij Martyris cooditum. Et quod Religioſos ſpectat, Sanctimonialem quaodam in Eccleſiâ ſepultam. Sanctimo- D niales quoque feminæ, quibus S. BENEDICTVS excommunicationem interminatus fuerat, in Eccleſiâ ſepultæ erant, è quâ poſt mortem, Diacono clamaote, videbaotur egredi. Quid, quod ipſe S. BENEDICTVS in Oratoriu B. Ioannis Baptiſtæ à ſe constructo ſibi ipſe ſepulchrum parauerit, & in eodem corpus ſororis ſuæ Scholaſticæ pooi iuſſerit? S. Maurus quoque, Fauſto Auctore, ſepultus eſt iu Baſilicâ S. Martini. Ex quo colligas S. BENEDICTI æuo, vſuque recepto etiam in monaſticis Oratorijs de- E fuoctorū cadauera ſepulturæ tradita. Concilium quoque Triburienſe concedit vt moricotem *terra ſepultura ſua exſpectet, quo Canonicorum aut Monacharum ſiue Sanctimonialium congregatia ſancta communiter degat, vt eorum orationibus Iudici ſuo commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum, quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiat.*

Gregor. lib. Dialog. 4. cap. 51. Ibid. cap. 52. Idem lib. 2. cap. 23. *Viſæ innuerat auo S. Benedicti.* Ibid. cap. 37. & 34. Conc. Triburienſ. cap. 15.

DISQVI-

DISQVISITIO III.

Quæ in Oratorio fieri vetita?

ENVMERATIO eorum, quæ ritè in Oratorio obeuntur, apertè inſinuat alia quædam eſſe, quæ ibidem indecorè omninò exercerentur, eoq́ue nomine prohibita. Conſtat enim negotia quædam, *quæ alibi* (vt Walaſridus Strabo loquitur) *interdum venialiter exercentur, inde eſſe mouenda, quod Dominus ipſe oſtendit, cùm zelo domus Dei ductus, vendentes & ementes eiecit de templo. Et per Prophetam quodam loco queritur, dicens: Dilectus meus in domo meâ fecit ſcelera multa.*

Walaſrid. de reb. Eccleſ. cap. 11.

Vetitum in Eccleſijs.

I. *Conuiuia celebrare.* Vide Burchar. lib. 3. c. 82.

Vbi PRIMÒ occurrit ſacris canonibus interdictum, ne in Eccleſiâ conuiuia celebrentur, ne canticum turpe aut luxurioſum circa Eccleſias, aut in atrijs earum reſonet, quod cum vbiq; vitandum, maximè tamen in loco ſacro. *Ceſſent*, inquit Gregorius X. *vana & multò fortiùs fœda & profana colloquia. Ceſſent confabulationes quælibet. Sint poſtremò quæcumq́ue alia quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ Maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea: ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi.*

Gregor. X. in Concil. gener. Lugdun. Cap. Decret. in 6.

II. *Deambulare.* Colon. Conc. part. 3. c. 25.

SECVNDÒ, vitanda in Eccleſijs deambulatio, frequens & non neceſſarius quouis colore quæſitus diſcurſus, quod Colonienſis Concilij Patres grande putant piaculum, optantq́ue deambulationes illas omninò ſubmoueri.

III. *Negotiari.* Turon. 3. Can. 22. & 39.

TERTIÒ, prohibita ſunt in domo Dei negotia ſæcularia. Concilium Turonenſe III. *Placita quidem ſæcularia in Eccleſijs, vel in atrijs Eccleſiarum, & comitibus vicarijſq́ue vſquemodò multis in locis habita, ne vltra fiant, interdicendum eſt cum auctoritate Domini, qui expulſis de templo negotiatoribus, aſſeruit debere domum Dei, domum eſſe orationis.*

IV. *Fabulari & garrire.*

QVARTÒ, maximè abſtinendum in ſacris locis à colloquijs & ſermonibus quibuſcumque conferendis. Diſcere id à paganis poterant Chriſtiani, ni & ipſi Eccleſiæ Doctores in id maximè ſcriptis ſuis & quotidianis monitionibus incubuiſſent, vt Taciturnitatem omnes in templum deferrent. Sanè auctor eſt Arianus, in gentilium fanis adeò ſtudioſè parcitum verbis, vt violatæ religionis cenſeretur delictum, ſi rumpi Silentium aliquo ſonitu contigiſſet. Hinc in rebus diuinis, cùm fierent, de more dicebatur: *Fauete Linguis.* Quo verbo, inquit Seneca, *imperatur Silentium, vt ritè peragi poſſit ſacrum, nulla voce mala obſtrepente.*

Gentiles in templis ſilebant. Arian. in Epict. l. 4. c. 11.

Seneca lib. de beat. vit. c. 26.

Patres id Chriſtianis inculcarũt.

Sed vt anguſtiùs ita copioſiùs quoq́ue diuini Patres id in veri Dei templis præſtandum docuerunt. Quos inter Liberius Papa pulcherrimum hoc, referente Ambroſio, protulit axioma: *Maxima eſt virtus tacendi, præſertim in* ECCLESIA. Non diſſentit in re vtiliſſimâ Chryſoſtomus, cuius hoc aureum effatum: *Nihil tam congruum Eccleſiæ, quàm Silentium.* Idem ſcribit pictam & expreſſam olim fuiſſe in templis Silentij imaginem. Magiſtrum ſecutus Iſidorus Peluſiota, *Templis*, inquit, *omne Silentium debetur.* Et verè, nam Propheta meritò hìc inclamet: *Sileat omnis caro à facie Domini*, in templo, id eſt, domo ſuâ peculiariter præſentis. Hinc data ſanctiſſimis viris querendi occaſio, inter aras & cæleſtium rerum tractationes Silentio locum non eſſe. Baſilius Magnus indignatur, quod *quidam in templo Dei nullo vnquam fine ſe totos effundunt in inutiles & aniles nugas, ac proinde nullo ſuo fructu illud ingrediuntur, atque adeò vtinam fruſtra tantùm, ſubirent templum, non etiam magno ſuo incommodo. Antiquitus*, ait Clemens Romanus, *quidam ex Diaconis in templo inambulabant contemplantes viros & mulieres, ne quis fieret ſtrepitus, ne quis nutus faceret, aut muſſitaret, aut dormitaret.* Hinc monet Ambroſius: *Et tu in miniſterio Dei gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus, abſtine.* Et poſteà: *Frequens ſermo eſt, cùm plurima ranarum murmura religioſæ auribus plebis obſtreperent, ſacerdotem Dei præcepiſſe vt conticeſcerent, ac reuerentiam ſacræ deferrent orationi: tunc ſubitò circumfuſos ſtrepitus quieuiſſe. Silent igitur paludes, homines non ſilebunt? Et irrationale animal per reuerentiam recognoſcit, quod per naturam ignorat: hominum tantam eſſe immodeſtiam, vt plerique deferre neſciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati.* Hæc ille. *Si Dominus* (inquit Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus) *illos de templo eiecit, qui victimas, quæ ſibi offerrentur emebant, vel vendebant, quantò magis illos iratus inde abijciet, qui mendacijs, vaniloquijs, riſibus & huiuſcemodi nugis locum diuino cultui mancipatum fœdant?* Quòd ſi hæc omnibus omninò Chriſti fidelibus iure merito prohibeantur, quantò magis cauenda ſunt Monachis, diuino cultui peculiariter dedicatis, quorum Legibus colloquium in Eccleſiâ paſſim interdictum?

ORATORIVM.

Ambroſ. l. 1. de Virg.

Chryſoſt. homil. 38. ad pop.

Iſidor. Epiſt. 45.

Zachar. 2.

Baſil. hom. in Pſal. 28.

Ipſorum querela de Silentij in Eccleſijs fractione.

Clem. lib. 8. conſtit. Apoſtol. cap. 11.

Ambroſ. l. 3. de virginib.

Theodulp. in Epiſt. ad Sacerd. ſuæ Diœceſ. num. 10.

V. *Ridere ibidem non licet.*

QVINTÒ, & riſum à templis velut profanum & leuitatis indicium proſcripſere. S. Bonauentura ait, *in verbis aut riſu in choro vaniſſimum eſſe diſſolui.* Frequentem hanc eſſe tentationem colligere eſt ex eo, quòd ſimul & eâdem pœna plectatur cum ijs, qui in diuino officio loquuntur. Pachomius poniendum, vt vidimus, ſtatuit eum, *qui pſallendi tempore vel orandi, aut in medio lectionis loquitur aut ridet.* Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis in Regulâ Monachorum, leuioris culpæ reum facit, *qui in choro riſerit,* fabu-

Bonauent. Spec. p. 1. c. 15.

Pachom. in Reg. nu. 1.

Pæna in templo ridentium.

Reg. Iſidor. cap. 17.

ORATORIVM. Ferreol. in Reg. cap. 14.

fabuliſque vacauerit. Grauiorem pœnam præſcribit Regula Sancti Ferreoli Epiſcopi: *Hoc cunctos*, inquit, *moneo, ſeruandum manda atque conſtituo, vt quatieſcumque lecta animabus Deo deditis opportunè in Eccleſiâ, vel in refectoria, aut quolibet in loco publicè recitatur, nullus in riſu aut moueatur, aut moneat: ſimiliter etiam eo tempore fabulas fugiendas eſſe cognoſcant. Quod ſi quis non cuſtodierit, præſenti denunciatione commonitus triduani eum ieiunij mulctatio caſtiget. Quod triduum neminem volumus ſub vno adimplere ieiunia, ſed terna ieiunia veſpertina iubemus, quotidie refectione diſtingui.* Et rectè quidem in præuaricatores his pœnis animaduerſum. In conſpectu Imperatoris, ait Philo, *vel ſubridere* periculoſum eſt alijs, quam valdè familiaribus. Et notum eſt, è Sapientum inſtituto vetitum olim fuiſſe, ne quis in Academiâ riſum ederet, quod is locus, non ad iocos, & facetorum hominum ineptias, ſed ad decus & animi grauitatẽ eſſet comparatus. Quid igitur de Sacrario omnium auguſtiſſimo dicemus, vbi Tabernaculum eſt diuinitatis, Imperatoriſque ſummi Secretum, vbi ſanctæ & myſticæ ſapientiæ fontes aperiuntur?

Meritò in præuaricantes decreta. Philo de leg. ad Caium.

VI. *Strepitus indecentes vetantur ibidem.*

Sextò, damnantur & in templis ſtrepitus indecentes, ſiue tuſſi, ſiue exſcreatibus, ſiue tollendis aut demittendis ſedilibus, aut alio modo excitentur. Bonauenturæ monitum hîc opportunè audietur. *Eſt cautè vitandum*, inquit, *ne, dum ſingulariter aliqua dicuntur in choro, vt collecta, capitula, &c. notabilis ſpuenda vel exſcreanda ſonitus fiat. Sedilia verò debent non paſſim cum pede, ſed cum manu eleuari, & cautè deponi: ne aliquis ex hoc ſonitus in domo Dei audiatur.*

Bonau. in Spec. p. 1. c. 13.

VII. *Et aliæ ſpecies immodeſtiæ.*

Septimò, pergit idem Bonauentura plures reprehendere immodeſtiæ ſpecies in Eccleſiâ vitandas. Quales ſunt, ſi in Choro Fratres ſegniter reſident, & ſtatuæ inſtar ſtallo affixi, circumquaque, vt ceruus in ſaltu, vel ruralis in theatro, gyrouagando aſpectibus, oculos in aduenientium vel coadſtantium vultus infigunt. Adhæc, ſi ibi ſe in ſtallis ſuis brachijs tibijſque reſolutis, notabiliter incuruent, aut in partem vnam penitus vt poſſunt protenſo corpore accubent, ita vt lecti molliciem quærere videantur: aut dum ſedent, pedes ſuos vſque ad ſcabellum formæ contiguum licentiùs extendant, vel diuaricent. Hæc, & plura Seraphicus Doctor. *Ergo*, vt verbis Concilij Aquiſgranenſis vtar, *ſolerti induſtriâ nobis obſeruandum eſt, ne quid in Eccleſiâ Dei ineptum, ne quid peruerſum, ne quid indecens, aut cogitatione, aut verbis, aut actibus perpetremus, quatenus & conſpectu Angelorum digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens, non quod condemnet in nobis, ſed potiùs quod remuneret, inueniat.*

Concluſio. Concil. Aquiſg. anno 816. can. 132.

DISQVISITIO IV.

Num extra Oratorium orare liceat?

Cvm pleræque humanæ vitæ functiones & negotia proprijs ſint exercenda locis, & alibi geſta nonnullam ſubinde indecentiam contrahant, videri poſſit oratio non niſi in domo orationis peragenda. Sed Deum, qui nullo loco abeſt, vbique inuocari & laudari poſſe Scripturâ teſtatur: *Volo*, inquit Apoſtolus, *viros orare in omni loco.* Et Pſaltes Regius: *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.* Et Chryſoſtomus: *Vbicumque ſis, ora, templum es, ne locum quæras; cùm ingruerit tentatio, ad Deum confuge, Deum inuoca: Numquid eſt homo, vt locum petas? Deus ſemper prope eſt.*

Deus in omni loco inuocandus. 1. ad Cor. 2. Pſalm. 102. Chryſoſt. homil. 79. ad popul. Antioch.

Si Chriſti Domini, cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio, intueamur exemplum, inueniemus illum oraſſe in deſerto, in montibus, in horto, in cœnaculo, in cruce. Iſaac, vt ſacer textus perhibet, *egrediebatur ad meditandum in agro*, idque auctore Sancto Hieronymo, *vt meliùs ibi oraret.* Huius veſtigijs inſtiterunt Moyſes, Elias, Eliſæus, filij Prophetarum. Quin etiam in domibus Deum orare fas eſt. Nam Saluator noſter ait: *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.* Quod de cubiculo propriè, vt ſonat, acceperunt Theophylactus & Chryſoſtomus. Audi Cyprianum de Oratione: *Secretò nos orare præcipit in abditis & ſemotis locis, in cubiculis ipſis, quod magis conuenit fidei, vt ſciamus Deum vbique eſſe præſentem, audire omnes & videre, & maieſtatis ſuæ plenitudine in abdita quoque & occulta penetrare, ſicut ſcriptum eſt. Ego Deus approximans, & non de longinquo.* Et Sanctus Bernardus: *Quamquam*, inquit, *& corpore interdum non otiosè te ſeparas, cùm opportunè potes, præſertim in tempore orationis. Tenes etiam in hoc & mandatum ſponſi, & formam. Tu*, inquit, *cùm oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora.* Laudabilia igitur ſunt etiam in priuatis ædibus orationi deſtinata cubicula. Quo nomine in veteri lege commendata fuit religioſiſſimâ vidua Iudith, quæ *in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur.* Cubiculum autem illud cap. 9. 1. vocatur Oratorivm. Plura autem de his domeſticis Oratorijs vide in Commentario Serarij.

Docuit id Chriſtus. Geneſ. 24. Et ſancti viri. Matth. 6. 6. Theophyl. in Matth. Chryſoſt. homil. 8. in 1. ad Tim. Ierem. 23. Serm. 40. in Cant. Luc. 14. Iudith cap. 8. 5. Serarius in cap. 8. q. 5.

Sed

Monachi in cellis orare ſoliti.

A Sed quod Monachos ſpectat, ijs frequentiſſimum, atque vt meritò dicere poſſum, quotidianum in cellulis ſuis diuinum Numen deprecari. Conuenienter ſanè Euangelico Chriſti monito: *Tu autem cùm orauerit intra cubiculum tuum*, quod Vatablus vertit CELLAM. De Therapeutis ait Philo: (Philo de vit. contemplat.) *Singuli autem habent ſacras ædiculas, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſterijs dant operam.* Ne quis autem interpretetur ſacella potiùs fuiſſe, quàm cellas, perhibet idem Philo præter has ſingulorum cellulas exſtitiſſe apud eos commune σεμνεῖον, quo ſtatutis diebus, B horiſque, ad celebrandas Dei laudes liturgiaſque, conuenirent. De Ægyptijs Monachis ſcribit Caſſianus, (Caſſian lib. 2. inſtit. c. 12.) *Cùm fuerint orationum canonicorum functiones ex more finitæ, vnumquemque idem rurſus orationis officium, velut peculiare ſacrificium ſtudioſiùs celebrare.* Et deinceps refert, (Idem cap. 14.) quemadmodum in cellulis ſuis opus manuum & orationes pariter exerceant. Quod & alibi repetit & inculcat. (Lib. 3. c. 2.) De ijſdem Hieronymus: (Hieron. Epiſt. 22. ad Euſtoch.) *Et quia nocte extra orationes publicas, in ſuo cubili vnuſquiſque vigilat, circumeunt cellulas ſingulo-* C *rum, & aure appoſitâ, quid faciant, diligenter explorat.* Quid, quod & ipſe Sanctus BENEDICTVS (*S. Benedictus huius moris retinens.*) in cellâ ſuâ, Magno teſte Gregorio, oraſſe dicatur? (Gregor. 2. Dialog. c. 21.) Contritum enim ruinâ parietis puerum *præcepit in cellâ ſuâ in pſyatio, quo orare conſueuerat, proijci: miſſiſque foras fratribus, cellam clauſit, & orationi inſtantiùs quàm ſolebat, incubuit.* (Ibid. c. 35.) Et cùm ſub vno ſolis radio totum mundum collectum aſpexit, & Germani Capuani Epiſcopi animam in ſphærâ igneâ ab Angelis in cœlum deferri, ſtabat ad feneſtram D ſuam omnipotentem Deum deprecans, & quieſcentibus adhuc fratribus nocturnæ orationis tempora præueniebat. (*Cella in cœlum ſic mutatur.*) Et propter hoc orationis & contemplationis exercitium, non dubitauit Bernardus Monachorum cellas ipſis comparare cœlis. (Bernard. ad Fratres de monte Dei.) Benè quoque ſynchronos ei Petrus Bleſenſis: (Petr. Bleſenſ. epiſt. 86. ad Alexand. Mon.) *Ad exemplar domus illius, de quâ ſcriptum eſt: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, habet vnuſquiſque cellulam, & manſiunculam ſuam, vt contemplationi & orationi liberiùs vacet.*

E Verùm non tantùm priuatis aut peculiaribus orationibus extra Oratorium incumbere licet, ſed ipſum quoque diuinum officium ex Regulæ auctoritate ſub dio perſoluere fas eſt. De quo infrà vberiùs.

ORATORIVM.

DISQVIITIO V.

Liceátne loco immundo orare?

A ORATIONIS dignitas locum decentem & honeſtum requirere videtur: (*Orationis dignitas.* Cap. 20. Reg.) *Pura enim*, vt Legiſlator noſter ait, *debet eſſe oratio: & Domino vniuerſorum cum omni humilitate & PVRITATIS deuotione ſupplicandum eſt: & non in multiloquio, ſed in PVRITATE cordis, & compunctione lacrymarum nos* B *exaudiri ſciamus.* Huius autem interioris puritatis index ac veluti monitrix eſt exterior, quæ in fundendis precibus adhiberi ſolet. Nam manuum lotio ante preces non (*Manuum lotio illi præmiſſa.*) gentilibus tantùm, ſed & Iudæis atque Chriſtianis olim vſitata. De Gentilibus Tibullus: (Tibull lib. 2. Eleg. 1.)

Caſta placent ſuperis, purâ cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

De Ægyptijs & Græcis, idem teſtatur Herodotus in Euterpe. De Iudæis teſtis eſt Ariſtæas. (Ariſt lib. de ſeptuaginta Interpretib.) De Chriſtianis, ſecundùm quod C monet Apoſtolus; *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus*, (1. Tim. 2.) antiqua Eccleſiaſticorum ſcriptorum teſtimonia confirmant. Nam & apud Clementem Romanum legitur, (Clem. lib. 8. Conſtit. cap. 31.) vt Chriſtianus, *lotus oret.* Et Chryſoſtomus: (Chryſoſt. in Matth. homil. 52.) *In nonnullis iam Eccleſijs hunc morem corroboratum videmus, vt diligenter multi ſtudeant, quomodo manibus loti, candidis induti veſtimentis in eccleſiam ingrediantur.* Hoc autem vel ideò faciebant, (*Index internæ puritatis.*) quod naturalis quidam inſtinctus doceret non niſi puros ad Deum accedere oportere, & hoc ritu ad- D monerentur puritatis animę, quod inſinuauit Tertullianus: (Tertull. lib. de Orat. cap. 11.) *Quæ*, inquit, *ratio eſt, manibus quidem ablutis, ſed ſpiritu ſordidato orare?* Si igitur tanta puritatis corporis habita ratio, cur non & loci? Adſcriptus Ambroſio commentarius in Epiſtolas S. Pauli, exponens citatum Apoſtoli locum: (1. Tim. 2.) *Volo viros orare in omni loco*, ait: *Sic in omni loco orandum præcipit, vt competens locus intelligatur, non vtique importuno ac ſordido loco, quippe cùm prohibeat Dominus vulgo orare* (vbi eſt vulgi concurſus) *ſed hoc monet ne in ſolâ Eccleſiâ pu-* (*Orationem qui excludant è locis ſordidis.*) E *tarent orandum.* Et Baſilius: (Baſil. lib. de Baptiſm. cap. 8.) *Dicendum eſt, quod illud IN OMNI LOCO, non comprehendit eos locos, qui humanis vſibus, rebuſque immundis & profanis deputati ſunt.* Quemadmodum enim bonum eſt ad vitam mortalem ſeruandam cibo & potu, & ſomno vti, at nemo ſapiens in foro edere, aut bibere, aut dormire ſuſtineat: ita bonū eſt & neceſſarium ad ſpiritualem vitam Dominum deprecari; nullus tamen ſine iuſtâ cauſâ immundum locum orationis gratiâ adire prǽſumat. Rectè proindè ait Oliuerius Bonartius, (Bonart. de hor. Can. l. 3. cap. 10. num. 18.) non ambigēdum, quin horas legere deditâ operâ, nullâ

ORATORIVM.

Ponunt inter malè ſonantia.

râ, nullâ neceſſitate vrgente vel rationabili cauſsâ ſuadente, in loco immundo & ſordido, fit ex ijs, quæ Theologi vocant malè ſonantia; tum quia ſignificat quemdam animi neglectum, & rerum diuinarum deſpicientiam, tum quia offenſionem & ſcandalum, ſi ab alijs obſeruetur, generat. Quare Gerardus Carthuſianus, vt citat Nauarrus, dicit nonnullos loqui cum Deo, vbi verecundarentur loqui cum ſuis canibus, & pro re horrendâ refert, ſe audiuiſſe ſacerdotem quemdam recitantem Veſperas in latrinâ. Et Monicam matrem ſuam ſcribit Auguſtinus offenſam, quod Licentius cùm *ad requiſita naturæ exiſſet, paulò clariùs cecinerit: Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Illa enim non ferens quod illo loco talia continuò repetita canerentur, obiurgauit eum, ob hoc ipſum, quod inconueniens locus cantico eſſet.*

Gerard. lib. de aſſiduitate orandi. Nauarr de orat. & hor. Can. cap. 5. num. 5.

S. Monica hinc offenſa.

Auguſt. li. 1. de Ordin. cap. 8. Pſal. 79.

Verùm quòd hæc non eſſet oratio ex præcepto recitanda, & quòd ex animi recreatione id potiſſimum caneret, *quoniam,* vt Auguſtinus ait, *ipſum cantilenæ modum nuper hauſerat, & amabat, vt fit, melos inuſitatum, hinc excuſari poſſe videtur illa cantillatio.* Vnde cùm Licentius diceret, gaudere quod *fruſtra ei ſcrupulus ſuperſtitionis iniectus eſſet, quòd tali loco talia cantitaret.* Reſpondit Auguſtinus: *Mihi neque hoc diſplicet, nam illi cantico, & locum ipſum, quo illa offenſa eſt, & noctem congruere video. A quibus enim rebus putas nos orare, vt conuertamur ad Deum, eiuſque faciem videamus, niſi à quodam cœno corporis atque ſordibus, & item à tenebris quibus nos error inuoluit?* Proinde dicendum, cùm vel ratio ſuadet, vel neceſſitas cogit, non eſſe vſque adeò reprehendendum etiamſi ſordidis & vilibus locis oratio fiat. Cuius rei exemplum profert Climacus: *Cùm,* inquit, *aliquando in congregatione quadam eſſem, notaui ſollicitum atque ſtudioſum fratrem dum à malis cogitationibus moleſtiam pateretur, nec inueniret illic locum idoneum orationi, ad naturæ neceſſaria ſimulatâ neceſſitate exiſſe, atque illuc aduerſus hoſtes validiſſimâ oratione confligere. Cùm verò loci indignitas patrem permoueret. Cur., inquit, loci huius quaſi minùs idonei facies mouet? Perſequebantur me immunda cogitationes, ego, in loco immundo vt ſordibus mundarer, oraui.* Hæc ille. Sed & Abbas Iſaac apud Caſſianum laudans verſiculum, *Deus in adiutorium meum intende,* eumque volens inceſſabili iugitate in noſtro pectore volui, inter cetera ait: *Hunc in opere quolibet, ſeu miniſterio, vel in itinere conſtitutus decantare non deſinas. Hunc & dormiens, & reficiens, & in* VLTIMIS NATVRÆ NECESSITATIBVS *meditare.* Exemplum ſuppeditant vitæ Patrum, Nam quidam nocte frigidiſſimâ egreſſus

S. Auguſtinus factum excuſat.

Dum ſubeſt ratio, non eſt illicitum in latrinis orare.

Climac. grad. 21.

Probatur exemplis.

Caſſian. coll. 10. cap. 10.

Vit. Pat. lib. 5. libello 7. num 46.

A ad vrinam ſemetipſum conſolabatur dicens: *Gratias ago tibi, Domine; quanti ſunt modò diuites in cuſtodiâ, qui etiam in ferro ſedent, aut pedes habent in ligno conſtrictos, qui neque vrinam ſuam liberè faciant: Ego autem velut Imperator ſum, extendens pedes meos, & vbi volo ambulo. Hac illo dicente, alius ſtabat verba eius audiens, ingrediens verò narrauit ea fratribus, & audientes multum ædificati ſunt.* Sic ibi. Nihil igitur obeſt immunditia loci, dummodo animus purus ſit. Audiamus Chryſoſtomum hâc de re diſſerentem. *Quòd*

B *ſi foris Eccleſiam es, dic tu: Miſerere mei Domine. Non quæritur locus, ſed deuotio mentis. Ieremias in lacu cœni demerſus erat, fideliter orans Deum promeruit. Daniel in lacum Leonum miſſus, ad ſe Dei miſericordiam inclinauit. Tres pueri in camino ardenti erant, & Deo placuerunt. Latro in cruce erat, & exauditus eſt, fideliter poſtulando. Et nihil obfuit Crux, ſed confeſſio fidei paradiſum aperuit. Iob in ſterquilio erat, & per patientiam ſuam Deum propitiabatur. Quod ſi & in balneis es, ora: vbicumque fueris, ora. Templum Dei eſtis, & Spiri-*

C *tus ſanctus habitat in vobis.* Obſeruauit quoque Auguſtinus ſacrificio Crucis Chriſti vniuerſum mundum expiatum, vt quouis loco Deum orare liceat. *Iudæis,* inquit, *ideò præcepit Deus relinquere vniuerſam terram; & in vno loco offerre ſacrificia, & vota reddere, quoniam immunda erat tunc vniuerſa terra fumo ararum, & nidore buſtorum, ceterorumque coinquinatorum eorum, quæ de profanis gentilium ſacrificijs inferebantur ſuper eam. Nobis verò iam, quoniam Chriſtus adueniens expiauit vniuerſam terram, omnis locus* ORATORIVM

D *factus eſt.*

Et auctoritate.

Chryſoſt. homil. 17. ex varijs in Matth. loc.

Crux omnia loca expiauit.

Auguſt. ſerm. 130. de temp.

Nauarrus autem de orandi loco agens, orationem mentalem & vocalem in neceſſitate, cùm ibi quis detinetur incluſus, in loco turpi fieri poſſe concedit, eam præſertim ad quam non eſt obſtrictus. De Horis verò canonicis ait: Ceſſante ſcandalo, vel hypocriſi, & alijs id genus, ac contemptu ſacrorum verborum, & irreuerentiâ eius quem alloquimur, non video rationem efficacem cur in iſtis ſordidis locis malum ſit voce Horas recitare, præſertim

E ſi ſordes, pædor, fœtor, & humilitas loci referantur ad ſeriùs reputandum paruitatem ac ſpurcitiam humanam, & quam parum mereatur homo tam humilis, & ſordidus, eò quòd ante illam altiſſimam maieſtatem, & indicibilem munditiam ſe humiliat.

Nauarr. ſuprà num. 6. 6. 7. & 9.

Quomodo liceat Horas dicere in locis immundis.

DISQVISITIO VI.

Cur meliùs in Oratorio preces fundere?

LICET omnis locus, vt iam vidimus, orationi cōgruus, quia tamen Templum, ſiue Oratorium huic officio propriè eſt dedicatum, ceteris paribus meliùs cenſetur in eo Deo ſupplicare, quā alibi. Quæ aperta Chryſoſtomi ſententia eſt. *Domi quidem*, inquit, *orari poteſt. Sic autem, vt in Eccleſiâ non poteſt, vbi tanta Patrum multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur: non ita Dominum per te ſolùm orans audiéris, vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid eſt, puta vnanimitas, & conſonantia charitatiſque vinculum, & ſacerdotum orationes: propterea namque ſacerdotes præpoſiti ſunt, vt multitudinis orationes cùm ſint infirmiores hiſce potentiores adiungentes, pariter cum illis in cælum aſcendant.* Et alibi: *Orare domi poſſumus, aiunt: te homo decipis, & magno in errore verſaris. Nam etſi domi datur orandi facultas: tamen fieri non poteſt, vt domi tam benè ores, quàm in Eccleſiâ, vbi tot Patres, vbi clamor felici ſocietate excitatus ad Deum immortalem refertur.* Hæc ille.

Præſtat in Eccleſiâ orare, quā alibi. Chryſoſt. hom. 79. ad pop. Antioch. Idem hom. 3. de incōprehenſib. Dei nat.

Redduntur rationes. Sed peculiares cauſſas ordine proferamus, ob quas facilior dicatur in templis exauditio, vt tantò libentiùs Religioſi Oratorium frequentent, quantò maioribus illud prærogatiuis cognouerint decoratum.

I. *Quia templum eſt Dei domus.*

PRIMA autem ſit, quòd Chriſti Saluatoris ſententiâ, templum ſit habitaculum & domus Dei. *Quicumque*, ait, *iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo.* Et: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Alibi vocat domum ſuam: *Domus*, inquit, *mea, domus orationis vocabitur.* Regius Vates inſinuat Deum præeſſe templo ſimili quadam ratione, quā ipſi cœlo. *Dominus*, inquit, *in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius.* Quin & ipſe Deus in templo à Salomone ædificato præſentiæ ſuæ teſtimonium perhibet: *Audiui orationem tuam, & elegi locum iſtum in domum ſacrificij. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit. Elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum, ibi cunctis diebus.* Quæ quidem de Chriſtianorum templis non paulò veriùs dici queunt, ſicut & illud quod alibi Scriptura ait: *Quod in loco ſit verè Dei quædam virtus. Nam ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius.* Qui ergò in templo orat, ipſam veluti Regiam Dei adit, vt in eâ ſupplicem illi libellum offerat.

Matth. 23. 21. Ioan. 2. 16. Matth. 21. 13. Pſal. 10. 5. 2. Paralip. c. 7. 12. *In quâ præſens eſt.* 2. Machab. 3. 38.

II. *Quia ibi aſſeruatur SS. Euchariſtia.*

SECVNDA ratio deſumitur à præſentiâ Chriſti in anguſtiſſimâ Euchariſtiâ, quæ A ibidem religioſè aſſeruatur: Ibi enim eſt tabernaculum Dei cum hominibus. Chryſoſtomus de ſacroſanctâ Euchariſtiâ loquēs: *Non cogitas*, inquit, *hic inuiſibilem adeſſe Dominum, qui vniuſcuiuſque motus metitur, & conſcientiæ rationem habet? Non cogitas, quod Angeli huic ſtupendæ aſſiſtunt menſæ, cumque reuerentia hunc circumuallant.* Hæc ſanè meditatio præſentis Chriſti in Euchariſtiâ tanti ponderis in plurium Sanctorum cordibus fuit, vt propterea Eccleſias (vt Aluarez de Paz obſeruauit) & deuotiſſimè frequentaB rent, & eas per aſſiduam manſionem veluti proprias efficerent cellulas. B. P. Dominicus, nullam ferè aliam cellam, niſi Eccleſiam habebat. Eum ex parte, multi alij ex viris ſpiritualibus imitati ſunt, qui, vt fideles ſerui, cùm per alias occupationes licebat, ad Eccleſiam, vt ad conclaue Domini ſui, totâ deuotione cōfugiebant. Nimirùm, vt Laurentius Iuſtinianus ait: *Eſt myſterium hoc, quaſi ingens arbor virentibus referta folijs, ſub quam quicumque fugiunt, laborantes & peregrinantes, proteguntur in ipſius vmbraculo ab C diei æſtu, à turbine quoque & pluuiâ.* Meritò proindè ad hanc ſæpiùs pij confugiant, vt cùm ſponſa dicere poſſint: *Sub vmbrâ illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Et quis hic quem fidelis anima deſiderauit, niſi *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus in peccatis noſtris: cui diximus: In vmbrâ tuâ viuemus in Gentibus?* Hinc laudanda illa multorum conſuetudo, qui hoc nomine aliquoties per diem templum adeunt, vt Chriſtum in Euchariſtiâ ibidem præſentem viſitent, ſalutent, veneD rentur, & familiariter cum eo conuerſentur, cuius *deliciæ ſunt, eſſe cum filijs hominum.* Sed hinc naſcitur

ORATORIVM. Chryſoſt. homil. 1. de verb. Iſa. Vidit Domin. Paz de vit. relig. inſtit. lib. 2. c. 7. *Ideo frequentata à Sanctis Eccleſia.* Lib. 3. vit. S. Dominic. cap. 12. Iuſtinian. de Cōuerſ. Monaſt. c. 19. *Cum quo fructu.* Cant. 2. 3. Thren. 4. 20. Prou. 8.

III. *Præſentia Angelorum.*

TERTIA ratio, quòd nimirum cæleſtes ſpiritus Regem ſuum in Euchariſtico tabernaculo tamquam in throno reſidentem venerabundi ſtipent, & tamquam ſpiritales aquilæ ad Chriſti Domini corpus congregentur. Hinc S. Chryſoſtomus cùm dixiſſet, *Chriſtum Dominum in Euchariſtiâ, quaſi Iudicem pro tribunali ſedere;* ſubiungit: *Cogita apud quem proximè ſtas, quibuſcum inuoces E Deum ſcilicet cum Cherubim, cum Seraphim, cum omnibus cæli virtutibus: animaduerte quos habeas ſocios.* Sed Angelicæ huius præſentiæ nos ipſe admonet S. P. BENEDICTVS, cùm Dauidicum illud vult memoriâ retineri: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Ex quo infert, *Ergo conſideremus, qualiter oporteat nos in conſpectu Diuinitatis & Angelorum eius eſſe.* Vt cæleſtium ſpirituum Iudæis declararetur præſentia, olim in Salomonis templo Angelorum formatæ ſunt imagines. Chriſtianorum verò templa, non tantùm inhabitāt, ſed etiam altaria cuſtodiūt, vt Abbas Leontius in Prato ſpirituali ſe vidiſſe teſtatur,

cui vox

Chryſoſt. homil. 4. de incompreh. Dei natura, cōtra Anomæos. Pſal. 137. Cap. 19. Reg. *Etiam altari aſſiſt.* Prat. ſpirit. cap. 4.

ORATORIVM. cui vox de cœlo dicebat: *Ex quo ſanctificatum eſt altare iſtud, ego iugiter illi aſtare iuſſus ſum.*

IV. *Sanctorum corpora & reliquiæ in templis condita.* Qvarta ratio, Quia in templis & ſub altaribus condita ſunt Sanctorum corpora, vel aliquæ partes, quas Reliqvias appellamus; in quibus ipſos Sanctos veluti viuentes colimus & veneramur. His ipſa Eccleſia exornatur. Vnde Auguſtinus; *Adhuc amplius*, ait, *agendæ ſunt gratiæ Deo noſtro: hanc enim Eccleſiam, quam fecit nomini ſuo conſtrui, fecit etiam Sanctorum Martyrum* Reliqviis *amplius honorari.* (Aug. ſerm. 256 de temp.) De his quoque Ambro- B ſius: *Martyres obſeruandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare.* (Ambroſ. l. de viduis.) Quin & ipſis ſuis monumentis non rarò adſunt Martyres. S. Agnes virginum ſtipata choro parẽtibus ad eius monumentum precantibus ſe conſpiciendam præbuit. (Breuiar. Roman. *Quos ipſi non rarò præſentes.*) Similiter allocuta eſt ibidem Conſtantiam, Conſtantini Magni Filiam. Præclarè S. Paulinus.

Paulin Natal. 6. de S. Felice.

Præſidet ipſe ſuis ſacer oſſibus: oſſaque ſancti
Corporis in tumulo non obſita puluere mortis,
Arcana æternæ, ſed prædita ſemine vitæ,
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem.

Hàc prærogatiuâ etiam monaſtica decorari Oratoria ſupponit S. Benedictvs, dum Vota nuncupanda præſcribit, *ad nomina Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt.* (Cap. 58. Reg.)

V. *Eccleſia, locus ſanctus eſt.* Qvinta ratio deſumitur ex ipſius templi ſanctitate, quam conſecratione accepit. *Quis*, inquit Bernardus, *parietes eius ſanctos dicere vereatur, quas manus ſacratæ Pontificum tantis ſanctificauere myſterijs? Sanctum omninò templum, quia, vt Scriptura ait: Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino.* (Bern. ſerm. 4 in dedicat. Eccleſ. Leuit. 27.) Agnouit & ſæpiùs inculcauit hanc templi ſanctitatem religioſiſſimus Rex & Propheta Dauid. *Adorabo*, inquit, *ad templum ſanctum tuum in timore tuo.* (Pſal. 5. 4.) Et: *Exaudi Domine vocem orationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctũ tuum.* (Pſal. 17. 21.) Rurſum: *Sanctum eſt templum tuum mirabile in æquitate.* (Pſal. 64. 5.) Iterumque: *Polluerũt templum ſanctum tuum.* (Pſal 78. 1.) Hæc ipſa toties commendata templi ſanctitudo animum orantis ad pietatem vehementer excitat. Audi Chryſoſtomum: *Simul*, inquit, *ac pauimenta calcaueris, ad cœlum* E *mentem locus tranſmiſerit, & ad ſupremum Regem, & illum Angelorum exercitum & ſublimem thronum, & inacceſſabilem gloriam.* (Chryſoſt. homil 66. ad popul.)

VI. *Preces ibi Deo gratiores ob mutuam vnionem.* Sexta ratio, Quia in templo mutuâ pietate, alacritate & concordiâ preces inflammatæ Deo efficiuntur gratiores. *Coimus in cœtum*, ait Tertullianus, *& congregationem, vt ad Deum, quaſi manu factâ precationibus ambiamus orantes.* (Tertull. Apolog. cap. 39.) Et Ambroſius: *Multi minimi dum congregantur vnanimes, ſunt magni, & multorum preces impoßibile eſt contemni.* Huc ſpectat S. Martyris Ignatij adhortatio: *Omnes ad orandum in idem loci conuenite, ſit* (Ignat. epiſt. ad Magneſian.) A *vna communis precatio, vna mens, vna ſpes in charitate, & fide inculpatâ in Chriſtum Ieſum, qua nihil præſtãtius eſt: Omnes velut vnus quiſpiam in Templum Dei conuenite, velut ad vnum Altare, ad vnum Sacerdotem ſummum Dei ingeniti Ieſum Chriſtum.* Quid, quòd ipſum Chriſtum Dominũ hîc fideiuſſorem habeamus? *Si*, inquit, *duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* (Matth. 18.) Sed & ipſe Chriſtus exemplo præ- B iuit, nam cum triumpho Ieroſolymam ingreſſus, ſtatim *intrauit in templum Dei*. (*Chriſtus frequens in templo.* Matth. 21. v. 12.) In quę verba S. Chryſoſtomus: *Hoc erat proprium boni filij, vt ad domum curreret Patris, vt illi honorem redderet: & tu imitator Chriſti factus, cùm ingreſſus fueris in aliquam ciuitatem, primò ad Eccleſiam curras.* (Chryſoſt. homil. 17. in opere imperf.) Eodem ſenſu S. Beda: *Ingreſſus ciuitatem primò templum adijt: nos quoque informans, vt in omni loca religionis diuinæ ſtudium orationis, omnibus terrenis negotijs præponamus.* (Beda in Matth. 21.) Magiſtrum ſuum imitati ſunt Apoſtoli & Diſcipuli, de quibus S. Lucas: (*Et Apoſtoli.* Luc. 24. 62.) *Et* C *ipſi adorantes regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno: & erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum.* Idemque in Actis Apoſtolorum ait: *Quotidie perdurabant vnanimiter in templo.* (Act. 2. 46.) Sed illuſtriſſimum in hoc genere exemplum eſt S. Danielis Prophetæ, qui in Babylone captiuus, cùm templi Ieroſolymitani copiam non haberet, *apertis tamen feneſtris contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo.* (Daniel. 6. 10.) Tradunt verò Hebræis hoc ſolemne fuiſſe, vt extra templum D aut tabernaculum conſtituti, conuerſi ad illud orarint. (*Hebræi ad templum conuerſi orabant.*) Quo ſenſu exponi poteſt illud Regij Vatis: *Adorabo ad templum ſanctũ tuum in timore tuo.* (Pſal 5. 8.) Itemque: *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.* (Pſal 27. 2.) Sed vide hoc argumentum fuſiùs tractatum à Giſberto Sceuichauio lib. 1. de Eccleſiaſticorum vitâ & moribus cap. 27. & pluribus ſequentibus, ex quibus nonnulla iam delibauimus.

DISQVISITIO VII.

Quomodo officium peragendum extra Oratorium?

Vtilitatem aut neceſſitatem ſubinde exigere, vt extra Oratorium ſtatutis horis fratres inueniantur, Patriarcha noſter agnouit, & quid illo caſu agendum, prudenter admodum determinauit. (*S. Benedictus quid ſtatuat de operantibus in agro.*) *Fratres*, inquit, *qui omnino longè ſunt in labore, & non poſſunt occurrere horâ competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita eſt, agant ibidem opus Dei vbi operantur, cùm tremore diuina* (Cap. 50. Reg.)

Digitized by Google

diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant Horæ conſtitutæ; ſed vt poſſunt, agant ſibi, & ſeruitutis penſum non negligant reddere. Quæ verba hîc expendenda.

I.
Vult ſtatuto tempore officium legant.

PRIMÒ autem, notandum non tantùm velle Legiſlatorem noſtrum, vt in agris operantes diuinum perſoluant officium, verumetiam vt illud faciant ſtatutis & diſtinctis horis. Videri enim poſſet in hoc caſu ſufficere, vt manè in Oratorio omnes horas ſimul abſoluerent, & ita ad agriculturæ opus procederent. Sed aliorum auctoritate & exemplo fulcitur hæc S. BENEDICTI conſtitutio: Nam S. Pachomius, vt in Concordiâ Regularum & à Smaragdo citatur, ait: *Et ſi in naui fuerit, & in monaſterio, & in agro, & in itinere, & in quolibet miniſterio, orandi & pſallendi tempora non prætermittet.* Hoc autem caput in excuſâ S. Pachomij Regulâ deſideratur. Et S. Baſilius: *Si corporaliter non occurrerit adeſſe cum ceteris ad orationis locum, in quocumque loco inuentus fuerit, quod deuotionis eſt expleat.* Regula quoque Pauli & Stephani: *Opus Dei quod per diem, in quocumque loco operantes fratres per horas inſtitutas dicent.* Et ſanè non caret ſua vtilitate, quod abſque vlla anticipatione ſuis quæque temporibus dicantur Horæ. Ita namque per diuerſa interualla renouatur memoria illorum myſteriorum, quæ illis horis celebrantur, & vtiliter omninò circa illa excitatur attentio & pia veneratio. Sic crebriùs mens ad Deum attollitur, & illi per orationis ſpiritum vnitur; ſic pulchrâ varietate laborem oratio, orationem labor interpolat. Quod ſi eâ gratiâ Oratorium toties adijſſent, & inde ad laborem redijſſent, pluſculum temporis in itinere elapſum fuiſſet, & vix quidquam operis conſequenter abſoluiſſent. Et ſanè magnum Cardinalis Bellarminus in eo momentum poſuit, ſuis vt proprijs & diſtinctis horis ſingulas partes officij diuini recitaret. In hunc vſum ſecum deferebat horologium, eoque quaſi monitore pro tempore horarum vtebatur. Si, dum ſermonis copiam alijs daret, tempus minorum precum appeteret, ſecretum pro cis rogabat; & vbi perſoluerat, ad colloquium ſe referebat, vt auctor eſt Siluester Petra-ſancta. Et ante eum S. Hugo Epiſcopus Lincolnienſis preces Canonicas ſtatuto perſoluebat tempore, nec induci poterat, vt aut præueniret illud, aut differret. Itaque in magnis etiam tractatibus, ſicut quidam ad conſultandum ſiue deliberandum egredi ſolent, ſic ipſe immortali Regi debitum laudis oblaturus, ſimul atque veniſſet hora, mox exire ſolebat. Ingratam Deo eſſe anticipationem, aut vltra tempus dilationem, Eremita, quem deficientibus alimentis Angelus paſcebat, hoc modo didicit. Vuarum tempore portabat aliquando bonas; quandoque agreſtes; quandoque marcidas. Interrogatus Angelus ab Eremitâ, quæ eſſet tantæ diuerſitatis ratio, reſpondit, ſe portare bonas vuas, quando officium debitis horis perſoluebat: agreſtes verò, quando tempus præueniebat: marcidas, quando vltra debitam horam differebat. Iuſtus ergò ille qui tamquam lignum quod plantatum eſt iuxta decurſus aquarum, dat fructum labiorum confitentium Domino in tempore ſuo.

Et alij id præſcripſerunt.
Reg. Pachom. cap. 142.
Baſil. apud Ruffin. cap. 55.
Reg. Paul. & Stephan. cap. 12.
Non caret vtilitate.
Bellarminus Horas exactè recitabat.
Lib. 6. vit. Bellarm. c. 3.
Laudatur & hinc S. Hugo.
Sur. in vitâ eius c. 22. Nouemb. 19.
ORATORIVM.
Anticipatio & dilatio Deo diſplicent.
Abbas in c. 1. de celebr. Miſſar.

II.
Quanta diſtantia neceſſaria, vt non teneatur frater occurrere.
Reg. Magiſt. cap. 55.

SECVNDÒ, peti poſſet, quanto interuallo fratres ab Oratorio diſtare debeant, vt ad illud tempore canonicarum horarum non teneantur occurrere? Reſpondet Regula Magiſtri: *Si vltra quinquaginta paſſus à Monaſterij limine abfuerint, non vadant ad Oratorium.* Sanctus verò BENEDICTVS videtur requirere determinationē Abbatis, ait enim: *& Abbas hoc perpendit quia ita eſt*, quod ſcilicet non poſſint occurrere horâ competenti ad Oratorium. Vnde Bernardus Caſſinenſis ait: *Poteſt Abbas ita dicere in generali: Frater, qui tot paſſibus vel ſtadijs, vel vſque ad tales terminos ab Oratorio diſtat, non teneatur ad tales horas ad Oratorium venire.*

III.
Horæ à laborantibus ſimul dicendæ.
Bened. XII. in Benedictin. c. 27.
Probatur.
Reg. Paul. & Stephan. cap. 12.
Reg. Magiſt. cap. 55.

TERTIÒ quæritur. An communiter, ſiue per choros, an ſingillatim in loco quo operantur diuinum perſoluendū officium? Reſpondet Boërius, debere ſimul dici. Probatque ex Conſtitutione Benedicti XII. in quâ ait: *Qui ad chorum vel ad Eccleſiam accedere nequiuerint: prædicationi, lectioni, ſtudio, ſeu adminiſtrationibus vel Officijs ſuis, aut pijs ſiue licitis operibus, de licentiâ illius ad quem eam dare pertinuerit occupati, in loco aliquo congruo & honeſto debitis horis iuxta poſſibilitatem* PLVRES SIMVL CONVENIANT, *& debitè dicant diuinum officium, & quotidianum penſum exſoluant debitæ ſeruitutis.* Idipſum inſinuauit Regula Pauli & Stephani, cùm ait: *Opus Dei quod per diem in quocumque loco operantes fratres per horas inſtitutas dicent, cum diſciplinâ & timore Dei conſonâ voce dicatur: non prout vnuſquiſque operis excuſatione, aut occupatione voluerit obrutè.* Similiter Regula Magiſtri agēs de ijs, qui intra monaſterium vrgentibus neceſſitatibus occupantur, ait: *Clarâ voce cùm à pſalmo ceſſatur & orationi incumbitur, petant ad Oratorium ſe debere haberi in mente, & tamen in eodem loco in quo occupantur, lentè ſibi opus Dei, ſequendo Oratorij vocem, adimplent ſimul, & explicatis per vices pſalmis in eodem loco in quo ſtant, aut ſedent, in orationibus genua flectant.* Sic ille. Ex recentioribus Commentatoribus Antonius Perez ait: Sanctus Pater præcipit, vt laborantes in agro longè à Monaſterio diſſito, ſimul ibi officium faciant, vtique quoniam in

ORATORIVM.

cui vox de cœlo dicebat: *Ex quo ſonctificatum eſt altore iſtud, ego iugiter illi aſtare iuſſus ſum.*

IV. *Sanctorum corpora & reliquiæ in templis condita.*

QVARTA ratio, Quia in templis & ſub altáribus condita ſunt Sanctorum corpora, vel aliquæ partes, quas RELIQVIAS appellamus; in quibus ipſos Sanctos veluti viuentes colimus & veneramur. His ipſa Eccleſia exornatur. Vnde Auguſtinus; *Adhuc ampliùs*, ait, *agendæ ſunt gratiæ Deo noſtro: hanc enim Eccleſiam, quam fecit nomini ſuo conſtrui, fecit etiam Sanctorum Martyrum* RELIQVIIS *ampliùs honorari.* De his quoque Ambroſius: *Martyres obſeruandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare.* Quin & ipſis ſuis monumentis non rarò adſunt Martyres. S. Agnes virginum ſtipata choro parẽtibus ad eius monumentum precantibus ſe conſpiciendam præbuit. Similiter allocuta eſt ibidem Conſtantiam, Conſtantini Magni Filiam. Præclarè S. Paulinus.

Aug. ſerm. 256 de temp.

Ambroſ. l. de viduis.

Breuiar. Roman. *Quòd ipſi non rarò præſentes.*

Paulin Natal. 6. de S. Felice.

Præſidet ipſe ſuis ſacer oſſibus: oſſaque ſancti
Corporis in tumulo non obſita puluere mortis,
Arcano æternæ, ſed prædita ſemine vitæ,
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem.

Hàc prærogatiuâ etiam monaſtica decorari Oratoria ſupponit S. BENEDICTVS, dum Vota nuncupanda preſcribit, *ad nomina Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt.*

Cap. 58. Reg.

V. *Eccleſia, locus ſanctus eſt.*

QVINTA ratio deſumitur ex ipſius templi ſanctitate, quam conſecratione accepit. *Quis*, inquit Bernardus, *parietes eius ſanctos dicere vereatur, quos manus ſacratæ Pontificum tantis ſanctificauere myſterijs? Sanctum omninò templum, quia, vt Scriptura ait: Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino.* Agnouit & ſæpiùs inculcauit hanc templi ſanctitatem religioſiſſimus Rex & Propheta Dauid. *Adorabo*, inquit, *ad templum ſanctum tuum in timore tuo.* Et: *Exaudi Domine vocem orationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctũ tuum.* Rurſum: *Sanctum eſt templum tuum mirabile in æquitate.* Iterumque: *Polluerũt templum ſanctum tuum.* Hæc ipſa toties commendata templi ſanctitudo animum orantis ad pietatem vehementer excitat. Audi Chryſoſtomum: *Simul*, inquit, *ac pauimenta calcaueris, ad cælum mentem locus tranſmiſerit, & ad ſupremum Regem, & illum Angelorum exercitum & ſublimem thronum, & inacceſſabilem gloriam.*

Bern. ſerm. 4 in dedicat. Eccleſ.

Leuit. 27.

Pſal. 5. 4.

Pſal. 17. 21.

Pſal. 64. 5.

Pſal 78. 1.

Chryſoſt. homil 66. ad popul.

VI. *Preces inibi Deo gratiores ob mutuam vnionem.*

SEXTA ratio, Quia in templo mutuâ pietate, alacritate & concordiâ preces inflammatæ Deo efficiuntur gratiores. *Coimus in cœtum*, ait Tertullianus, *& congregationem, vt ad Deum, quaſi manu factâ precationibus ambiamus orantes.* Et Ambroſius: *Multi minimi dum congregantur vnanimes, ſunt magni, & multorum preces impoſſibile eſt contemni.* Huc ſpectat S. Martyris Ignatij adhortatio: *Omnes ad orandum in idem loci conuenite, ſit*

Tertull. Apolog. cap. 39.

Ignat. epiſt. ad Magneſian.

A *vna communis precatio, vna mens, vna ſpes in charitate, & fide inculpatâ in Chriſtum Ieſum, quo nihil præſtãtius eſt: Omnes velut vnus quiſpiam in Templum Dei conuenite, velut ad vnum Altare, ad vnum Sacerdotem ſummum Dei ingeniti Ieſum Chriſtum.* Quid, quòd ipſum Chriſtum Dominũ hîc fideiuſſorem habeamus? *Si*, inquit, *duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Sed & ipſe Chriſtus exemplo præ-
B iuit, nam cum triumpho Ieroſolymam ingreſſus, ſtatim *intrauit in templum Dei.* In quę verba S. Chryſoſtomus: *Hoc erat proprium boni filij, vt ad domum curreret Patris, vt illi honorem redderet: & tu imitator Chriſti factus, cùm ingreſſus fueris in aliquam ciuitatem, primò ad Eccleſiam curras.* Eodem ſenſu S. Beda: *Ingreſſus ciuitatem primò templum adijt: nos quoque informans, vt in omni loco religionis diuinæ ſtudium orationis, omnibus terrenis negotijs præponamus.* Magiſtrum ſuum imitati ſunt Apoſtoli & Diſcipuli, de quibus S. Lucas: *Et*
C *ipſi adorantes regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno: & erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum.* Idemque in Actis Apoſtolorum ait: *Quotidie perdurabant vnanimiter in templo.* Sed illuſtriſſimum in hoc genere exemplum eſt S. Danielis Prophetæ, qui in Babylone captiuus, cùm templi Ieroſolymitani copiam non haberet, *apertis* tamen *feneſtris contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo.* Tradunt verò Hebræis hoc ſolemne fuiſſe, vt extra templum
D aut tabernaculum conſtituti, conuerſi ad illud orarint. Quo ſenſu exponi poteſt illud Regij Vatis: *Adorabo ad templum ſanctũ tuum in timore tuo.* Itemque: *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.* Sed vide hoc argumentum fuſiùs tractatum à Giſberto Sceuichauio lib. 1. de Eccleſiaſticorum vitâ & moribus cap. 27. & pluribus ſequentibus, ex quibus nonnulla iam delibauimus.

Matth. 18.

Chriſtus frequens in templo.

Matth. 21. v. 12.

Chryſoſt. homil. 37. in opere imperf.

Beda in Matth. 21.

Et Apoſtoli.

Luc. 24. 62.

Act. 2. 46.

Daniel. 6. 10.

Hebræi ad templum conuerſi orabant.

Pſal 5. 8.

Pſal 27. 2.

E

DISQVISITIO VII.

Quomodo officium peragendum extra Oratorium?

VTILITATEM aut neceſſitatem ſubinde exigere, vt extra Oratorium ſtatutis horis fratres inueniantur, Patriarcha noſter agnouit, & quid illo caſu agendum, prudenter admodum determinauit. *Fratres*, inquit, *qui omninò longè ſunt in labore, & non poſſunt occurrere horâ competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita eſt, agant ibidem opus Dei vbi operantur, cùm tremore diuino*

S. Benedictus quid ſtatuat de operantibus in agro.

Cap. 50. Reg.

Digitized by Google

diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant Horæ conſtitutæ; ſed vt poſſunt, agant ſibi, & ſeruitutis penſum non negligant reddere. Quæ verba hîc expedenda.

1. *Vult ſtatuto tempore officium legant.* PRIMÒ autem, notandum non tantùm velle Legiſlatorem noſtrum, vt in agris operaotes diuioum perſoluant officium, verumetiam vt illud faciant ſtatutis & diſtinctis horis. Videri enim poſſet in hoc caſu ſufficere, vt manè in Oratorio omnes horas ſimul abſoluerent, & ita ad agriculturæ opus procederent. Sed aliorum au- B ctoritate & exemplo fulcitur hæc S. BENEDICTI conſtitutio: Nam S. Pachomius, vt

Et alij id præſcripſerunt. in Concordiâ Regularum & à Smaragdo

Reg. Pachom. cap. 142. citatur, ait: *Etſi in naui fuerit, & in monaſterio, & in agro, & in itinere, & in quolibet miniſterio, orandi & pſallendi tempora non prætermittet.* Hoc autem caput io excuſâ S. Pachomij Regulâ deſideratur. Et S. Baſilius:

Baſil. apud Ruffin. cap. 51. *Si corporaliter non occurrerit adeſſe cum ceteris ad orationis locum, in quocumque loco inuentus fuerit, quod deuotionis eſt expleat.* Regula quo-

Reg. Paul. & Stephan. cap. 12. que Pauli & Stephani: *Opus Dei quod per* C *diem, in quocumque loco operantes fratres per horas inſtitutas dicent.* Et ſanè non caret ſua

Nec caret vtilitate. vtilitate, quod abſque vlla anticipatione ſuis quæque temporibus dicantur Horæ. Ita namque per diuerſa ioteruala renouatur memoria illorum myſteriorum, quæ illis horis celebraotur, & vtiliter omninò circa illa excitatur attentio & pia veneratio. Sic crebriùs mens ad Deum attollitur, & illi per orationis ſpiritum voltur; ſic pulchrâ varietate laborem oratio, orationem labor interpolat. Quod ſi eâ D gratiâ Oratorium toties adiiſſent, & iode ad laborem rediiſſent, pluſculum temporis in itinere elapſum fuiſſet, & vix quid-

Bellarminus Horas exactè recitabat. quam operis conſequenter abſoluiſſent. Et ſanè magnum Cardinalis Bellarmious in eo momentum poſuit, ſuis vt proprijs & diſtinctis horis ſingulas partes officij diuini recitaret. In hunc vſum ſecum deferebat horologium, eoque quaſi monitore pro tempore horarum vtebatur. Si, dum ſermonis copiam alijs daret, tempus mi- ſſorum precum appeteret, ſecretum pro E cis rogabat; & vbi perſoluerat, ad collo-

Lib. 4. vit. Bellarm. c. 3. quium ſe referebat, vt auctor eſt Siluester Petra-ſancta. Et ante eum S. Hugo

Laudatus & hinc S. Hugo. Epiſcopus Lincolnienſis preces Canonicas ſtatuto perſoluebat tempore, nec indoci poterat, vt aut præueniret illud, aut differret. Itaque io magnis etiam tractatibus, ſicut quidam ad conſultandum ſiue deliberandum egredi ſolent, ſic ipſe immortali Regi debitum laudis oblaturus, ſi-

Sur. in vitâ eius c. 22. Nouemb. 19. mul atque veniſſet hora, mox exire ſolebat. Ingratam Deo eſſe anticipationem, aut vltra tempus dilatiooem, Eremita, quem

deficientibus alimentis Angelus paſcebat, *ORATORIVM.* hoc modo didicit. Vuarum tempore portabat aliquando bonas; quandoque agreſtes; quandoque marcidas. Interrogatus *Anticipatio & dilatio Deo diſplicent.* Angelus ab Eremitâ, quæ eſſet tantæ diuerſitatis ratio, reſpondit, ſe portare bonas *Abbas in c. de celebr. Miſſar.* vuas, quando officium debitis horis perſoluebat: agreſtes verò, quando tempus præueniebat: marcidas, quando vltra debitam horam differebat. Iuſtus ergò ille qui tamquam lignum quod plantatum eſt iuxta decurſus aquarum, dat fructum labiorum confitentium Domioo io tempore ſuo.

SECVNDÒ, peti poſſet, quanto internallo fratres ab Oratorio diſtare debeant, vt *II. Quanta diſtantia neceſſaria, vt non teneatur frater occurrere.* ad illud tempore canonicarum horarum oon teneantur occurrere? Reſpondet Regula Magiſtri: *Si vltra quinquaginta paſſus à Monaſterij limine abfuerint, non vadant ad Oratorium.* Sanctus verò BENEDICTVS videtur requirere determinatione Abbatis, ait *Reg. Magiſt. cap. 55.* enim: *& Abbas hoc perpendit quo ita eſt*, quod ſcilicet non poſſint occurrere horâ competenti ad Oratorium. Vnde Bernardus Caſſinenſis ait: *Poteſt Abbas ita dicere in generali: Frater, qui tot paſſibus vel ſtadijs, vel vſque ad tales terminos ab Oratorio diſtat, non teneatur ad tales horas ad Oratorium venire.*

TERTIÒ quæritur. Ao communiter, ſiue per choros, ao ſingillatim in loco quo *III. Horæ à laborantibus ſimul dicendæ.* operantur diuinum perſoluendũ officium? Reſpoodet Boërius, debere ſimul dici. Probatque ex Conſtitutione Benedicti XII. in quâ ait: *Qui ad chorum vel ad Eccleſiam occedere nequiuerint: prædicationi, lectioni, ſtudio,* *Bened. XII. in Benedictin. c. 27.* *ſeu adminiſtrationibus vel Officijs ſuis, aut pijs ſiue licitis operibus, de licentiâ illius ad quem eam dare pertinuerit occupati, in loco aliquo congruo* *Probatur.* *& honeſto debitis horis iuxta poſſibilitatem* PLVRES SIMVL CONVENIANT, *& debitè dicant diuinum officium, & quotidianum penſum exſoluant debita ſeruitutis.* Idipſum inſinuauit Regula Pauli & Stephani, cùm ait: *Opus Dei* *Reg. Paul. & Stephan. cap. 12.* *quod per diem in quocumque loco operantes fratres per horas inſtitutas dicent, cum diſciplinâ & timore Dei conſonâ voce dicatur: non prout vnuſquiſque operis excuſatione, aut occupatione voluerit obrutè.* Similiter Regula Magiſtri agẽs de ijs, qui iotra mooaſterium vrgentibus neceſſitatibus occupantur, ait: *Clarâ voce* *Reg. Magiſt. cap 55.* *cùm à pſalmo ceſſatur & orationi incumbitur, ſpetant ad Oratorium ſe debere haberi in mente, & tamen in eodem loco in quo occupantur, lentè ſibi opus Dei, ſequendo Oratorij vocem, adimplent ſimul, & explicatus per vices pſalmus in eodem loco in quo ſtant, aut ſedent, in orationibus genua flectant.* Sic ille. Ex recentioribus Commeotatoribus Antonius Perez ait: Sanctus Pater præcipit, vt laborantes in agro longe à Monaſterio diſſito, ſimul ibi officium faciant, vtique quoniam in

ORATORIVM.

Congregatione orare magni momenti eſt.

IV. *Quando flectenda genua.*

QVARTÒ, Quòd ait S. Pater: *cùm tremore diuino flectentes genua.* Benè exponunt Caſſinenſes & alij, intelligendum, *quando dicitur Pater noſter, & Collecta, temporibus quibus eſt ordinatum in Breuiario, quod tunc dicentes Officium genuflectant.* Similiter quoque obſeruandæ extra chorum inclinationes, aliæque ceremoniæ, quantum fieri poteſt. Concedit Regula Magiſtri, vt hi operantes pſalmos dicant indirectum.

V. *Eadem obſeruanda ab itinerantibus.*

QVINTÒ S. P. ait: *Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant horæ conſtitutæ.* Propter hoc verbum SIMILITER, aiunt quidam, teſte Boërio, *quod etiam equitantes debent deſcendere ad ſingulas horas, & flectere genua, quod vſque hodie Ciſtertienſes faciunt in itinere conſtituti: Attamen noſtri temporis Abbates & fratres non faciunt, fatentur tamen quod loco genuflectionis dicãt ſingulis horis pſalmum Miſerere mei Deus.* Ex veteri Cluniacenſium more. Nam cùm Ciſtertienſes illis objicerent hoc caput Regulæ apud illos negligi, reſpondit S. Petrus Venerabilis: *De genuflexionibus regularium horarum, quidquid Regula iubet, omnimodis cuſtodimus, & antequam horam decantare incipiamus, vbicumque ſimus cum timore diuino genua flectimus. Prohibet hoc aliquando nimiùs imber, condenſa nix, lutulenta tellus, & tunc loco metanaæ Pſalmum, Miſerere mei Deus decantamus: & tali commutatione, præceptum quod implere non poſſumus, recompenſamus.* Vide, & nota accuratam Regulæ obſeruantiam. Lanfrancus autem itinerantibus ita præſcripſit: *Fratres in viam directi cùm horam regularem dicunt, aut orationem faciunt, aut Deus in adiutorium meum, cum Gloria Patri dicunt, ſi dies talis eſt, ſicut in Monaſterio, genua flectant; ſed ante & retro nuſquam faciant, nec cùm falluntur veniam petant, niſi ſint in Eccleſiâ: diebus quibus ſuper formas orant dicturi aliquam horam ſi equitant, de equis deſcendant, & inchoatâ horâ, ac veniâ petitâ, à manibus chirothecas, & à capitibus caputia auferant, & ſic aſcenſis equis horam finiant.* Et hæc quidem illorum obſeruantia, quam tamen non crediderim ex ipſis S. BENEDICTI verbis elici. Quamuis enim dicant SIMILITER, non intelligenda eſt ea ſimilitudo quoad

Cluniacenſes cũ equitarent quid egerint loco genuflexionis. Petr. Clun. lib. 1. Epiſt. 28.

Lanfrancus equitantes magis reſtringit. Lanfranc. in Stat. c. 15.

Quid S. B. intelligat hic per vò, ſimiliter.

A omnia, ſed tantùm, quòd *eos non prætereant horæ conſtitutæ.* Nimirùm, vt eodem modo quo in agro operantes, Tertiam dicant horâ tertiâ, Sextam ſextâ, Nonam nonâ. Quâ in re accuratus fuit Abbas Soſimas, de quo Sophronius Ieroſolymorum Epiſcopus: *Viginti*, inquit, *diebus exigens iter, cùm ſextæ horæ tempus adueniſſet, ſtetit modicum ab itinere: & conuerſus ad Orientem, agebat ſolitam rationem. Conſueuerat enim conſtituto diei tempore figere itineris curſum, & ſtans pſallere, & genuflexo orare.* Quod ipſum ſuaſit S. BENE-B DICTVS, non autem vt genua flectant, ſicut in agro laborantibus præſcripſerat. Id enim equitantibus pluuio præſertim cœlo difficilius foret, vt proinde hac in parte laudanda ſit ſanctiſſimi Legiſlatoris diſcretio, qui expreſſam hîc inter operantes & itinerantes videtur facere diſtinctionem, cùm de illis ait: *Cùm tremore diuino flectentes genua.* De his verò: *Sed vt poſſunt agant ſibi.* Quaſi diceret: agant prout meliùs & honeſtiùs poterunt, & itineris opportunitas permittit. Varia autem hîc eſt lectio: in C edito Smaragdi commentario, & quibuſdam impreſſis, MSS. quoque S. Ebrulphi, S. Andreæ, & Affligenienſi exemplaribus, legitur AGANT IBI, quod probat Menardus: & exponit, id eſt, IN ITINERE, quaſi diceret, non manè præponendas horas itineri, non veſperi poſtponendas, ſed in ipſo itinere horis conſtitutis dicendas, & ſic illud AGANT IBI correſpondet illi quod de laborantibus dixerat, *agant ibidem opus Dei, vbi operantur.* Sed in Concordiâ Regularum, pluribuſque tam impreſſis quàm Ma-D nuſcriptis legitur, *agant ſibi:* quod Bernardo Caſſinenſi interprete, idem eſt ac ſi dixiſſet, *agant apud ſe ſecretò ſine cantu.* Regula quoque Magiſtri ait: *Opus Dei ſibi lentè dicant.* Iterumque: *Verſum & Orationem complens ſibi ipſe mox, quod faciebant, rependat.* Et hæc phraſis eſt S. BENEDICTO familiaris. Et cap. 7. *Dicens ſibi cum Prophetâ.* Et cap. 52. *Vt frater qui fortè ſibi peculiariter vult orare.* Et paulò pòſt. Sed ſi *alter vult ſibi fortè ſecretiùs orare.* Qui loci, quid ſit illud SIBI, ſatis explicant.

Sophron. in vit. Mariæ Ægypt. cap. 7.

Diſtinctionem facit inter operantes & itinerantes.

Varia huius loci lectio.

Communior explicatur.

Reg. Magiſt. c. 55.

TRACTA-

TRACTATVS II.
DE OFFICIO DIVINO GENERATIM.

EX ijs, quæ in Oratorio rectè geri poſſe diximus, potiſsimum eſt oratio, à quâ nomen ſortitum. Publica autem oratio diuino officio vel maximè continetur, de quo proinde toto deinceps hoc libro nobis agendum, & hoc quidem Tractatu diſquiremus. Primò, *Quæ diuini Officij nomina?* Secundò, *Cur Horæ Canonicæ opus Dei S.* BENEDICTO *vocentur?* Tertiò, *An ante illum ſic appellatæ?* Quartò, *Quæ diuini officij partes? quot eius Horæ?* Quintò, *Cur bis Horis Officia aſsignata?*

DISQVISITIO I.

Quæ diuini Officij nomina?

QVOD in ſimilibus non ſemel à nobis factum, varia hîc diuini officij expendemus nomina, ex quibus & res ipſa, eiuſque qualitas & dignitas lucis nonnihil accipere ſolet.

I. *Hora Canonica.* PRIMÒ autem, vulgatiſſimo vſu, quod circa diuinum cultum Pſalmorum, aliarumque precum recitatione exercetur officium, HORÆ CANONICÆ nuncupatur. Horæ quidem, quia definitis horis ex Eccleſiæ inſtituto recitantur. Puta, Hora Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona; quod in Breuiarijs breuiùs ſic exprimitur, *Ad Laudes, & Horas.* Et *Horarum* nomine Legiſlator noſter paſſim vtitur, præſertim cap. 17.

Ratio huius nomenclatura. *Canonica* autem dicuntur, quia Eccleſiaſtico vel Monaſtico canone præſcriptæ, quo ſenſu S. BENEDICTVS de ſenibus vel infantibus ſtatuit, vt præueniant *Horas Canonicas*, id eſt, *regulares*, quibus iuxta Regulam à ſe præſcriptam cibus ſumendus. Sic diuini officij Horas Canonicas expreſsè nominat S. Beda: *Dicendum*, inquit, *eum ſemper orare, qui* CANONICIS HORIS *quotidie, iuxta ritum Eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodijs precibuſque conſuetis Dominum rogare, & laudare non deſiſtit.* Caſſianus nominat *Orationes Canonicas.* Quamquam & aliâ ratione *Canonicæ* dici poſſint, vt doctiſſimus obſeruauit Menardus, quia

Cap. 37.

Beda in c. 18 Luc.

Caſſian. lib. 2. c. 9.

Menard. in c. 37. Concord. reg. § 3.

II. *Græcis dicitur Canon.* SECVNDÒ, Græcis ipſum officium dicitur CANON. Nam Baſilius ait: ἐὰν μὴ φθάσῃ περᾶναι τῷ κανόνι τῆς ψαλμῳδίας, quod Rufinus expreſſit: *Si quis non occurrat adeſſe in ordine pſallentium.* Ioannes Moſchus μετὰ γὰρ κανόνα νυκτερινὸν τῆς ἁγίας Κυριακῆς. *Poſt Canonem, ſeu officium nocturnum ſanctæ Dominicæ.* Idemque: ἔσῃ εἰς κανόνα μόνον λαλῶν, ἔξωθεν δὲ τοῦ κανόνος σιωπῶν. *Loquêris tantùm in officio diuino, extra officium mutus eris.* Et de Coſmâ. *Orto ſole, cùm impleſſet* CANONEM, *ſedebat legens in ſanctis Euangelijs vſque ad collectam* Balſamon: *Ante hebdomadem Tyrophagi pſallunt & legunt officia* (τοὺς κανόνας) *& martyria feſtorum, quæ tota quadrageſima cadunt.* S. Antiochus: *Pſalmodia noſtra* CANON *appellatur: quemadmodum colonus, niſi dederit plenam & bonam menſuram ſuam, in vincula conijcitur, & cruciatur: ſic Monachus, qui negligit ſuum* CANONEM, *ſeu menſuram cui adſtrictus eſt, Deo quotidie perſoluere, à Dei gratia excidit, & traditur inimicis ſuis.* Canon ergò propriè eſt menſura, quam colonus Domino ſuo ſoluere tenetur. Quam vocem Latini ſcriptores in eadem ſignificatione efferunt. Monachi igitur tamquam Dei coloni hanc ei quotidianam menſuram ſoluere tenentur. Caſſianus quoque, eumque ſecutus S. Columbanus, *Canonem* pro diuino officio poſuit. Apud S. Dorotheum, & in Prato Spirituali *Canonarcha* eſt præfectus *Canonis*, qui lignum pulſare ſolebat conuocandis ad collectam fratribus De quo nos infrà.

A B C

Baſil. reg. breu. 147.

Rufin. c. 50.

Prat. ſpirit. c. 27.

Cap. 40.

Balſam. in can. 52. VI. Synodi.

Antioch. homil. 105.

Hunc Monachus quotidie perſoluere tenetur.

Caſſian lib. 2. c. 6.

Columb. c. 7 reg.

ORATORIVM. III. *Ordo pſallentium.* Cap. 11. & 18. Conc. Narbon. can. 2. Gregor. de glor. Conf. c. 37.

TERTIÒ, diuinum officium, vt iam ex Rufino vidimus, dicitur ORDO PSALLENTIVM, ſiue *Ordo pſalmorum.* Quâ notione S. P. N. dixit, *Ordo vigiliarum.* Et, *Ordo pſalmodia diurna.* Concilium Narbonenſe: *Hoc quoque definitum, vt in pſallendis Ordinibus per quemque pſalmum gratia dicatur omnipotenti Deo.* S. Gregorius Turonenſis: *Qui cùm apud alios iuxta regulas Monaſteriorum Ordini, & lectioni inſiſteret.* Sic S. Aurelianus ſuæ Regulæ ſubiecit *Ordinem*, vt loquitur, *quomodo pſallere debeant.*

IV. *Curſus.* Reg. Mac. c. 9. Rou. illuſt. Reom. au. 14. Cap. 8. Fortun. lib. 2. Epig. 10.

QVARTÒ, dicitur etiam CVRSVS. Regula S. Macarij: *Curſum Monaſterij ſuper omnia diligas.* Regulæ à SS. Patribus prolatæ cap. 5. lemma eſt: *De curſu Orationis*, &c. Ex quo loco putat Rouerius fluxiſſe hanc publicas preces nominandi conſuetudinem. Columbanus Regulæ ſuæ caput 7. inſcripſit *De Curſu.* Quam vocem in textu ſæpiùs repetit. Et in Pœnitentiali: *Subridens in ſynaxi, id eſt, in Curſu, ſex percuſſionibus.* Venantius Fortunatus.

Carmine Dauidico diuina poëmata pangens,
CVRSIBVS *aſſiduus dulce reuoluit opus.*

Quæ vox ſaiu vitiata. Cap. 8. & 16. Bonif. Epiſt. 17. Concil. Angl. ann. Chriſti 680.

Occurrit ſimiliter in Regulâ Cuiuſdam ad Virgines non vno loco, & in Ordine Romano in Vigiliâ S. Paſchæ. S. Bonifacius, *Wigbertus presbyter, & Megingordus Diaconus Regulam veſtram vobis inſinuant, & ſpeciales Horas, & CVRSVM Eccleſiæ cuſtodiant.* Extat porrò Tomo 1. Conciliorum Angliæ Henrici Spelmani, ex vetuſtiſſimo codice MS. catalogus *Cantum & Curſum Eccleſiaſticorum*, nominatis auctoribus, à quibus duxêre originem. Nec prorſus incongruè precum Pſalmorumque certa recitatio aliquo temporis durans ſpatio *Curſus* appellatur. Nam horæ noſtræ, in quas dies naturalis diuiditur, quid aliud ſunt, quàm interuallum illud temporis, quo ſol vigeſimam quartam partem vnius gradus in aliquo ſigno Zodiaci decurrit? Et quid Hora Canonica, niſi aliquot Pſalmorum decurſus, & portio quædam diurni nocturnique officij? Et ſanè ſi totius anni officia Breuiario deſcripta penitiùs conſiderare voluerimus, facilè apparebit, illa, cùm annuo, menſtruo, hebdomadario, diurno ac denique horario ſolis curſu non modicam habere ſimilitudinem. Etenim vt periodum ſuam ſol vno abſoluit anno; ita Monachus, vel quiuis Eccleſiaſticus eodem temporis ſpatio integrum decurrit Breuiarium. Et quemadmodum ſingulis menſibus vnum Zodiaci ſol percurrit ſignum, ita Eccleſiaſticum officium quot menſibus noua habet librorum S. Scripturæ initia, & conuenientia reſponſoria; & in eo perinde ac in Zodiaci ſignis diſtinctæ occurrunt ſeptimanæ. Sol autem vt quoquo die gradum deſcribit; ita vnicuique diei ſuum deſignatum eſt eccleſiaſtici officij penſum; naturalem vti diem diſtinguunt horæ, ita eccleſiaſticum officium ſeptenis decurritur horis: & eâ ratione non ineptè, vt nobis videtur, *Curſus* queat appellari. Verùm *Curſus* hîc non curſim, vt hoc in tranſcurſu dicam, ſed lentè, honeſtè & deuotè eſt decurrendus.

Congruit hæc nomenclatura cũ curſu Solis. *Declaratur breuiter.*

V. *Seruitutis officium, &c.* [a] Cap. 16. [b] Cap. 10. [c] Cap. 18.

QVINTÒ. Perplacet Legiſlatori noſtro, quem diximus horarum curſum, etiam appellare [a] *noſtra ſeruitutis officia*, [b] *ſeruitutis penſum*, [c] *deuotionis ſeruitium.* Quod eiuſdem ſcilicet recitatione Deo ac Domino noſtro humiliter deuotéque ſeruiamus, & religioſum, vt conſtat, deferamus cultum.

VI. *Synaxis.* Caſſ. lib. 2. c. 10. Id. collat. 15. c. 1. Cap. 17. *Vocis etymon, & ſignificatio.*

SEXTÒ. Veteribus quoque dicitur SYNAXIS. Caſſianus: *Cùm igitur prædictas ſolemnitates, quas illi Synaxes vocant, celebraturi conueniunt.* Et alibi: *Poſt Synaxin veſpertinam ad repromiſſam narrationem intenti.* Quod in ſuâ Regulâ imitatus eſt Sanctus BENEDICTVS, dicens: *Veſpertina autem Synaxis quatuor pſalmis cum antiphonis terminetur.* Synaxis autem à verbo συνάγω, quod eſt colligere, ſeu congregare; ſignificat Monachorum, ſiue Eccleſiaſticorum collectam, conuentum, congregationem ad orandum, ad pſallendum, ſiue ipſam Pſalmodiam. Vt nihil iam dicamus de aliâ notione, quâ ſacram denotat Communionem. Ex hoc autem vocabulo eiuſdem nobis ingeruntur ſynonyma. Vnde

VII. *Conuentus.* Cap. 20.

SEPTIMÒ. Dicitur diuinum officium CONVENTVS, quòd nimirùm ad illud Fratres conueniant. Regula cuiuſdam Patris. *Tribus Conuentibus dies, totidemque noctis tempore in Eccleſia conueniendum. Tres pſalmi in vnoquoque Conuentu dici canendi ſunt: duodecim verò in nocturnis Conuentibus cantabuntur.* Et hoc modo intelligendum crediderim S. BENEDICTVM, cùm ait: *In Conuentu tamen omninò breuietur oratio.*

VIII. *Collecta.* Art. 2. Art. 3.

OCTAVO, dicitur ſimiliter COLLECTA, de quâ crebrò Pachomius in Regulâ. *Quando ad Collectam tuba inſonuerit per diem, qui vnâ oratione tardiùs venerit*, &c. Item: *Quando in Collectâ orant Fratres.* Et ſæpiùs alibi.

IX. *Solemnitas.* Caſſ lib. 3. c. 1. Cap. 2. Cap. 3.

NONÒ, officium etiam ipſi S. BENEDICTO dicitur SOLEMNITAS in lemmate capitis 12. quam phraſim à Caſſiano mutuatus eſt: *Nunc*, inquit, *de Solemnitate Tertiæ, Sexta, Nonaque eſt differendum.* Item: *Exceptis veſpertinis ac nocturnis congregationibus, nulla apud eos per diem publico Solemnitas.* Et infrà: *In Palæſtina, vel Meſopotamia monaſterijs horarum Solemnitates trinis pſalmis quotidie finiuntur.* Et alibi paſſim.

DECI-

X. [*Miſſa.* Reg. Patr. c. 6.] DECIMÒ, ſumitur & MISSA pro diuino officio. Regula à SS. Patribus prolata: *Operam dabunt ſinguli Fratres, vt tempore quo Miſſæ fiunt, ſiue die, ſiue nocte, quando diutiùs ad orationem ſtandum eſt, non deficiant.* [Concil Agath. can. 30.] Concilium Agathenſe: *Et hymni matutini vel veſpertini diebus omnibus decantentur: & in concluſione matutinarum vel veſpertinarum Miſſarum poſt hymnos capitella de pſalmis dicantur.* Apud Caſſianum occurrit Miſſa Canonica: [Caſſian. lib. 3. c. 5.] *Miſſâ canonicâ celebratâ,* inquit, *vſque ad lucem poſt hac vigilias extendunt.*

XI. [*Agenda.* Cap. 13.] VNDECIMÒ, S. P. N. BENEDICTO etiam AGENDA dicitur. *Planè,* inquit, *Agenda Matutina, vel Veſpertina non tranſeat aliquanda,* &c. Et infrà: *Ceteris verò Agendis, vltima pars eius orationis* (Dominicæ) *dicatur.* Vbi Boerius: *Agenda nomen eſt ſubſtantiuum; ſic enim appellantur Horæ Canonicæ in quibuſdam regionibus.* Ita apud Sanctum [Gregor. in Antiphon.] Gregorium legitur, *Agenda mortuorum,* vti & apud Walafridum Strabonem, libr. de eccl. cap. 25. Capitula Caroli & Ludouici Imperatorum: [Capit. tit. 214. & Add. tit. 49.] *Si quis presbyter inconſulto Epiſcopo Agendam in quolibet loco noluerit celebrare,* &c. Eâdem formâ hiſtorias [*Legenda, quid & vnde dicta?*] de vitâ Sanctorum arbitror *Legendas* dictas, quòd in ſecundo Nocturno Lectiones ex ijs legerentur, & hinc quibuſdam in principio præſcriptum, *Benedicite Pater.*

XII. [*Pſalmodia.*] DVODECIMÒ, à parte principali, pſalmorum ſcilicet recitatione, dicitur etiam [Vit. Patr. lib. 1.] PSALMODIA. Vita S. Euphraxiæ: *Et dum hæc omnia faceret, nec in nocturnâ Pſalmodiâ deerat, nec in Tertiâ, nec in Sextâ, nec in Nonâ, nec in Veſperâ.* [Baſil. reg. fuſ. diſp. 17.] Baſilius: *In viciſſitudine autem varietateque cum Pſalmodia tum ſingularum horarum, orationis ſtudium renouatur.* Occurrit & apud S. BENEDICTVM: [Cap. 18.] *Diſpoſito ordine Pſalmodiæ,* &c. Item: [17.] *Digeſſimus ordinem Pſalmodiæ.*

DISQVISITIO II.

Cur Horæ Canonicæ opus Dei S. BENEDICTO vocentur?

PRÆTER enumerata diuini officij nomina, vſitatum S. BENEDICTO illud OPVS DEI appellare; quod in Regulà paſſim occurrit, nominatim verò capitibus 19. 22. 43. 44. 47. 50. 52. 58. & alibi ſæpiuſculè. Nomenclaturæ huius cauſſæ hîc nobis examinandæ.

[*Quid opus Dei.* Ord. Burs. feld. cap. 2.] *Prima* ſumitur ex definitione operis Dei, quam tradunt Patres Burſfeldenſes: *Opus Dei,* inquiunt, *illud eſſe intelligimus, quod nos ſeruitio illius dediti, diuino inſeruiendo cultui impendimus. Vnde & idipſum benè ſeruitutis noſtræ penſum in Regulâ nuncupatur.* Ita ibi. Dicitur igitur quotidianum miniſterium, [ORATORIVM.] & officium Horarum Canonicarum *Opus Dei,* quia per illud Deus Opt. Max. colitur ac honoratur, & ad eius cultum totum officium dirigitur.

Alteram cauſſam, ſi modò alteram, aſſignat Sanctus Bernardus: [Serm 47. in Cant.] *Ex Regulâ,* inquit, *noſtrâ nihil operi Dei præponere licet. Quo quidem nomine laudum ſolemnia, quæ Deo in Oratorio quotidie perſoluuntur,* [Cur ita Horæ à S. Benedicto vocata.] *Pater ideò* BENEDICTVS *voluit appellari, vt ex hoc clariùs aperiret, quàm nos operi illi vellet eſſe intentos. Vnde vos moneo dilectiſſimi purè ſemper ac ſtrenuè diuinis intereſſe laudibus.* Quæ deinceps ibi explicare pergit. Nomen ergò hoc ſummam ſui dignitatem nobis inſinuat, illud- [*Vt ad illud feſtinemus.*] que monet, vt cùm Deo nihil præponendum ſit, ita nullum omninò ſit opus, quod operi Dei anteferamus; ſed, vt Regula noſtra admonet, [Cap. 43.] *Mox vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus qualibet fuerint in manibus, ſummâ cum feſtinatione curratur.*

Verùm non tantùm feſtinum occurſum [*Et diligenter reuerenterq; celebramus.*] nobis ipſum nomen Operis Dei perſuadet, ſed vt illud quoque ſtrenuè, decenter, magnâ diligentiâ & reuerentiâ peragamus. Non enim hominum opus, ſed Dei exercemus cùm ſacræ pſalmodiæ aſſiſtimus: Quare propheticæ illæ diræ nobis ſedulò cauendæ: *Maledictus homo, qui facit Opus Dei negligenter.* [Ierem. 48.] Sic enim LXX. verterunt, pro eo quod vulgatus textus habet *fraudulenter.* Sed eodem ſenſu, vt Sanctius & Cor- [*Locus Ieremiæ explicatur.*] nelius in eum locum annotarunt. Qui enim negligentiam in opere committit, ad quod ex Iure aut religione tenetur, fraudem quoque facit, quia defraudat Dominum eâ perfectione quam habuiſſet, ſi opus illud diligenter executioni mandatum fuiſſet. Etſi autem ad litteram Scriptura ibi agat de vaſtatione Moabitarum, rectè tamen Aſcetici Scriptores locum illum vniuerſim de quouis opere accipiunt, ad quod quis ex iuſtitiâ vel religione tenetur. Quare optimè dixit Theodoretus: [Theodor. in hunc loc.] *Si iuſſu Dei, ſermo propheticus ſubdit maledictioni eos, qui negligenter occidunt, quantas nos pœnas ex-* [*Contra negligentes & tepidos.*] *oluemus ſi munus ſpirituale paruipenderimus? Quantâ reprehenſione digni erimus, ſi munus Deum laudandi, quod etiam cæleſtes Spiritus in cælo faciunt, tepidè & negligenter impleuerimus?*

Addam hîc quæ de hâc horarum Canonicarum nuncupatione ſcripſit Oliuerius [Bonart. lib. 1. de hor. Can cap. 8.] Bonartius: Non poſſum, inquit, calamum continere, quin hîc adſcribam illuſtrem [*Dignitas diuini officij ex hâc nomenclaturâ.*] notam, quâ Magnus ille Archimandrites BENEDICTVS in ore benedicendus horas inſignit. Amat enim eas inſcribere OPVS Dei: quo vocabulo mirum quàm luculentè ſignificet, & harum precationum dignita-

ORATORIVM.

gnitatem, & quos ſtimulos admoueat illas ſomniculoſè, & languidè obeuntibus, & auriculis ſeruorum Dei inculcet illud priſcum: HOC AGE, id eſt, curam, ſeduliratem, diligentiam noſtram exſuſcitet. Ita ille. Alludens nimirùm ad vererum Romanorum morem, qui Magiſtratibus & Sacerdoribus ſacrificaruris per præconem grandi voce clamantem, HOC AGE, iubebant eos rei diuinæ, vt miſeri opinabantur, eſſe intenros, eamque neque opere alio, neque negotio vllo interpellare, vt refert Plntarchus. Quis det, vt & noſtris auribus, toties quoties remplum ingredimur, aut breuiarium in manus accipimus, illa vox inſonet: *Age quod agis*; memento Opus Dci te tractare: Vtinam cùm ad horas canonicas conuenimus, id cogitaremus; Ecquid hîc faciemus? & quiſque ſibi reſponderet: *Introibo in domum tuam; adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.*

Hoc age in Sacris clamabant.

Plutarch. in Coriolan.

Pſalm. 5.

DISQVISITIO III.

An etiam ante S. BENEDICTI *tempore horæ Canonicæ Opus Dei appellatæ?*

PIAM hanc quam explicauimus nomenclaturam, plures exemplo S. BENEDICTI in eâdem ſignificatione vſurpauerunt, vt prninde huius nominis auctor cenſeri queat. Sed an re verâ id ipſe adinuenerit, an ab alijs antea excogitatum, frequentiori vſu triuerit, non immeritò hîc diſquirimus. Et ſanè vt pleraque ab antiquioribus Patribus accepta Regulæ ſuæ intexuit, ita & de hâc voce cenſendum. Inuenitur enim pſalmodia OPVS DEI dicta in vitâ S. Frontonij, qui ſub Antonio vixit, in quâ dicitur: *Quarto die confecto itinere, horâ nonâ agentibus* OPVS DEI *Fratribus*, &c. De quo poſteà dicit: *Perſtrepente ſono hymnorum.* In vitâ quoque Poſthumij; ſic legitur: *Paululum ſuper ſaxa requieſcebat; vt eùm duritia lectuli doloribus ageret corpus, ſtatim ad* DEI *conſurgeret* OPVS. Crebrò autem in eiſdem Patrum vitis idem verbum pro pſalmorum decantatione vſurpatur. Vita S. Euphraxiæ: *Sic vlcerata ex vtraque plagâ ſanguine procurrente, ſtabat miniſterium faciens ſororibus, & neque in* OPERE DEI *deerat, nec in alio miniſterio.* Vita Sancti Pachomij: *Quos inueniens in* OPERE DEI *ſollicitè vigilare, gaudebat.* Rufinus: *Erat quidam frater in eremo Scithiæ promptus & alacer in* OPVS DEI. Et alibi: *Quidam ſenex venit ad quemdam Patrum: Ille autem coxit modicum lenticulæ & dixit: Faciamus* OPVS DEI, *& guſtemus. Et vnus quidem eorum, compleuit totum pſalterium; alter verò ex corde duos Prophetas maiores lectoris ordine recitauit.* Rurſum: *Quidam Patrum dixit: Quia omninò oportet hominem habere intra cellam opus, quod laboret: ſi autem in* OPERE DEI *occupatur, venit ad eum diabolus.* Er iterum: *Si autem contigerit tempus vt vacet ab opere manuum, intret ad miniſterium* OPERIS DEI. Hactenus ex vitis Patrum.

Pſalmodia opus Dei dicta ante S. Benedictū.

In Vitis Patrum crebrò occurrit.

In vitâ Frōtonij cap. 8.

Vitæ Patr. lib. 1. in vitâ Poſthumij cap. 6.

In vitâ Patr. lib. 1. c. 12.

Cap. 23.

Lib. 3. n. 11.

Lib. 5 Pelagio interprete libel 10 nu. 37.

Libell. 10. §. 108.

Num. 64.

Inuenire porrò eſt & apud alios Auctores Sancto BENEDICTO vetuſtiores eamdem phraſim. Nam Sanctus Ephræm ſic loquitur: *Neque pigritiæ occaſione, ſuggeras tibi poſteriorem eſſe precationem Chariſſime: ſed poſtero die promptior atque alacrior ad* OPVS DOMINI *inueniaris.* Et paulò pòſt: *Si quis autem ſeipſum ad* OPVS DOMINI *compulerit*, &c. Regula Sancti Baſilij ex verſinne Rufini, in nouitijs conſiderari mandat; *Si verum & ardens deſiderium eſt eorum erga* OPVS DEI. Quod tranſſcripſiſſe, & in ſuam quoque Sanctus Parer BENEDICTVS Regulam retuliſſe videtur, dum in tirone expendi vult, *an ſolicitus ſit ad* OPVS DEI. Occurrit & hæc loquendi forma in antiquiſſimâ Regulâ Pauli & Stephani, in quâ dicitur: *Vt ab* OPERE DEI *nullus niſi permiſſus diſcedat.* Et in Regulâ à Sanctis Patribus prolata, hic 6. cap. eſt titulus: *De his, qui ad* OPVS DEI *tardè occurrunt.* Quod & in noſtrâ Regulâ capiti 43. præfigitur: vt meritò dubitem, vtra aliam exſcripſerit, aut præcedat.

Et in alijs, qui S. Benedicto vetuſtiores.

Ephræm tom. Paræn. 19.

Cap. 58.

Locus Regulæ ex S. Baſilio deſumptus. Cap. 8.

Reg. Paul. & Stephan. cap. 4.

Sancto BENEDICTO vicinus admodum fuir Sanctus Cæſarius Arelatenſis, in cujus Regulâ, quæ exſtat in Auctario Bibliothecæ Patrum, tom. 2. & in editione Colonienſi tnm. 5. part. 3. ſic dicitur: *Qui in remoto loco eſt, ſigno tacto, ad omne* OPVS DEI *nullus tardiùs veniat.* Item: *Qui ſit in* OPVS DEI *vigilantior.* Idem in Regulâ Monialium: *Quæ ſigno tacto tardiùs ad* OPVS DEI, *vel ad opera venerit, increpationi, vt dignum eſt, ſubiacebit.* Similiter ferè in Regulâ Tarnatenſi; ſed quam credo poſt S. BENEDICTI ſcriptam tempora: *Qui ſigno dato ad* OPVS DEI, *vel ad quacumque opera tardiùs venerit.*

S. Cæſarius Arelatenſis eadē phraſi vtitur.

Num. 19.

Num. 10.

Reg. Tarnant. cap. 5.

Ex his ſatis ſuperque liquet, non primum inuentorem religioſæ huius appellationis eſſe S. BENEDICTVM; ſed eiuſdem, vt diximus, propagatorem. Nam eum pnſteà alij paſſim imitati ſunt, vt vel hoc nomine quaſi Auctor à quibuſdam habeatur.

DISQVI-

DISQVISITIO IV.

Quæ diuini Officij Partes? Quot eius Horæ?

Quot Horæ Canonicæ.

A NOMINIBVS ad rem denominatam progredientes, illam in ſuas diuidemus partes, quas poſteà ſingillatim conſiderabimus. Non modica autem controuerſia eſt de Horarum Canonicarum, in quas diuinum officium diſtributum eſt, numero: num ſeptem, an octo dicendæ.

Auctores pro numero ſeptenario. Francol. de temp. hor. Can. c. 6. Suar. l. 4. de orat. cap. 6. Bonart. de Hor. Can. lib. 1. c. 17. Sot. lib. 10. de Iuſt. q. 5. art. 4. Iſid. l. 1. de eccl. offic. cap. 19. Walaf. c. 25. Rup. lib. 1. cap. 1. Baſil. ſer. 1. de inſtit. Mon. *Et quidam Patres.* Caſſ. lib. 3. Pſalm. 118.

Pro ſeptenario numero, qui & ſacer habetur, communior eſt ſententia Theologorum & Canoniſtarum, eamque tuentur Francolinus, Suarez, Bonartius, & Sotus dicit hanc eſſe adeò vulgò receptam, vt alterius opinionis Doctores ne quidem ſint audiendi. Quibus accedat, quod Iſidorus Hiſpalenſis, Walafridus Strabo, & Rupertus Tuitienſis, ſeptem tantùm enumerent Horas. Et Sanctus Baſilius, ſeptem tantùm Horas commemorat: *Verùm*, inquit, *quoniam apud eumdem Dauid, ſepties in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ: tempora autem illa, quæ diximus, neutiquam ſeptenarium orationis numerum conficiunt, bipartitò diuidenda oratio meridiana eſt, quo perpetua nobis hæc formula ſit, ſeptiès per ſingulas dierum conuerſiones laudibus celebrandi.* Caſſianus quoque ex eodem pſalmi verſiculo, *Septies in die laudem dixi tibi*, ſeptenas colligit Horas: nam præter nocturnas vigilias ſtatuit Tertiam, Sextam, & Nonam, exemplo Danielis, quibus inde addit Veſpertinam & Matutinam, ſuoque tempore inſtitutam alteram matutinam, quæ noſtra eſt Prima. Caſſiodorus eumdem verſiculum explanans: *Septem*, inquit, *illas ſignificat vices, quibus ſe Monachorum pia deuotio conſolatur, Matutinas, Tertiam, Sextam, Nonam, Lucernariam, Completorios, Nocturnos*, ſcilicet pſalmos.

Dan. 6.

Auctores pro numero octonario. Anton. 3. p. tit. 10. §. 4. Arch. in c. presbyt. d. 91. Nau. Ench. de hor. can. c. 3. nu. 27. Radulf. lib. de can. obſ. propoſ. 14. Hugo in Spec. eccl. c. 3. & l. de eccl. offic. c. 1. & 9.

Octo autem Horas Canonicas defendunt Sanctus Antoninus, Archidiaconus, Nauarrus, & alij. Quidam verò vtramque ſententiam conciliare volentes, aiunt nunc ſolùm eſſe ſeptem, olim tamen, & maximè apud Monachos, fuiſſe octo. Ita Azorius, *tom. 2. Inſtitut. Moral. lib.* 10. *cap.* 1. *quæſt.* 2. Cardinalis Turrectemata *tractat.* 73. *in Regul. S. Benedict. & in c. Presbyter d.* 91. Radulfus Tungrenſis ait ſæculares iungere vigilias Matutinis Laudibus, & abuſiuè vtrumque appellare Matutinas. Et ante eum Hugo Victorinus de nocturnali agens officio, ſic ſcribit: *Hoc officium ſecundùm vſum Monachorum oratione, ſicut cetera, terminatur; in quo primariam ſeruare* A *videntur inſtitutionem; noſtra autem conſuetudo humana infirmitati parcens & labori, officio prædicto Laudes Matutinas continuat, & oratione vnâ duo claudit officia.*

ORATORIVM.

Burch. l. 2. c. 105. Cap. 16. S. Benedictus octo Horas recenſet.

Quia autem de Monaſtico hîc agimus officio, & quod Sancti BENEDICTI auctoritate verbiſque vel maximè adſtruatur, ea nobis hîc reddenda & expendenda, quæ Burchardus, & cap. *Presbyter* d. 91. deſcripſerunt. Sic autem S. Magiſter loquitur: *Vt ait Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus à no-* B *bis ſic implebitur, ſi Matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Veſperæ, Completorijque tempore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, quia de his Horis diurnis dixit Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe Propheta ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Ergò his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ: id eſt, Matutinis, Primâ, Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Veſperâ, Completorio, & nocte ſurgamus ad confitendum ei.*

Matutinum diſtinguit à vigilijs nocturnis. Lib. 3. c. 3. *Probatur vlteriùs.* Cap. 8. Cap. 9. Cap. 13. Cap. 43.

Vides hîc primò, manifeſtè enumerari C Horas octo, & omnes illis nominibus, quæ modò ſunt in vſu; nec haud facilè ante Sanctum BENEDICTVM ita ſimul omnia expreſſa inuenies. Nam Primam & Completorium tradunt ab ipſo primùm nominata. Secundò, vſque adeò Matutinum, quod Laudes vocamus, diſtingui à nocturnis vigilijs, vt illud primùm, hoc poſtremo recenſeatur loco; illud ſit diei, hoc noctis officium, vt etiam patet ex Caſſiano. Tertiò, Dauidicum teſtimonium, *Septies in die laudem dixi tibi*, à S. Patriar- D châ explicari de die artificiali, non de naturali, vt placuit alijs: nam huic ex aduerſo opponit alterum verſiculum; *Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, & vtrumque à nobis vult adimpleri. Vlteriùs porrò Nocturni & Matutini officij diſtinctio ex ipsâ Regulâ colligitur, nam ad illud voluit vt poſt mediam noctem ſurgeretur; Matutinum verò *incipiente luce*; & hiemis quidem tempore, cùm longiores ſunt noctes, poſt vigilias, pſalmorum vel lectionum meditationem inter- E ſerit, & deſignatis quæ in Nocturnis Horis dicenda ſunt, expreſsè ait finiri vigilias Nocturnas, & poſt hymnum *Te decet laus*, & datâ benedictione, incipi *Matutinos*, in quorum initio cùm ſtatuiſſet dici Pſalmum 66. iubet modicè ſubtrahi, vt omnes occurrant ad 50. vt ſcilicet qui poſt illius finem venerit, vltimo ſtet loco. Addunt præterea alias congruentias octonarij huius numeri: nempe quod imitemur Iudæos è Babylone nuper Ieroſolymam reuerſos, de quibus ſacer textus ait: *Quater in die, & quater confitebantur,* Eſdr. 2. 9.

Prima congruentia octonarij numeri.

ORATORIVM. Beda lib. 3. c. 18 in Eſd. Comeſt. in Iudith c. 9.

& adorabant Dominum Deum ſuum. Quo loco Beda, Gloſſa Ordinaria, Petrus Comeſtor, & Liranus legunt, & exponunt: *Quater in nocte confitebantur*, Et conuenerunt, inquit Comeſtor, octies ad audiendam legem, quater in die & quater in nocte. Lectione terminatâ proſternebatur populus ad orandum, & fiebant preces ſuper eum & tandem benedictio ſacerdotalis. Ex his, vt dicit Beda, Eccleſia traxit exemplum. Nam & ſupra gradus legitur, & Leuitæ proclamationes faciunt in populo, & octies conuenitur ad Eccleſiam, etſi non penitus eo modo quo illi. *Semel enim in nocte ſurgimus ad Nocturnos, & in die ſepties Pſallimus.* Sic ille. Alia congruentia eſt, quod hoc modo SS. Trinitati ex 24. horis tertia pars, id eſt, horæ octo, quotidie conſecrentur. Addit Stephanus Durantus, Dauidem in media nocte ſurgentem & ſepties in die laudem Deo dicentem, octonis vocibus Deum laudare conſueuiſſe. Forte, vt hunc ipſum boni ominis numerum, hoc eſt, ogdoada reſurrectionis, quaſi indicem in ipſis horis deſignaret.

Secunda congruentia. Durant. l. 5. de ritib. Eccl. c. 5.

DISQVISITIO V.

Cur his Horis Officia aſſignata?

PERPETVA eſt in cæleſti illa Ieruſalem diuini numinis laus, benedictio & gratiarum actio, quam votis ſuis terreſtris hæc cùm aſſequi non poſſit, à longè ſaltem ſatagit æmulari. Quod enim Saluator noſter ait, *Oportet ſemper orare, & non deficere*; id quadantenus ſe S. Mater Eccleſia credit adimplere, cùm per ſuos miniſtros ſtatis temporum interuallis publicâ laude Deum celebrat, vt ſentit Auguſtinus, Beda, Gloſſa Ordinaria in cap. 18. Luc. & Nicolaus I. ad Conſulta Bulgarorum cap. 61. Quæ iugis Dei, diuinorumque beneficiorum in mentibus noſtris eſſe deberet memoria, his ipſis Horarum officijs refricatur quodammodo & inſtauratur. Adhæc, deuotionis ignis, quem in cordium noſtrorum altaribus ſemper ardere par eſſet, & varijs occupationibus ſubinde ſopitur, repetitis officijs reaccendatur.

Luc. 18. *Eccleſia ſemper orat ad recolenda Dei beneficia.* Auguſt. lib. de hær. hæreſ. 57. & epiſt. 121.

Cur autem his potiſſimùm, & non alijs aſſignata ſint officia horis, eam Caſſianus inter ceteras reddit rationem, quod in *his horis ille Euangelicus Paterfamilias operarios conduxerit in vineam ſuam. Ita enim & ille primo mane conduxiſſe deſcribitur: quod tempus deſignat Matutinam noſtram ſolemnitatem: deinde Tertia, inde Sexta, poſt hæc Nona, ad extremum Vndecimâ, in quâ Lucernalis hora ſignatur.* Quæ eſt horâ Veſperarum. Quod autem in eâdem parabolâ dicitur, *Cùm ſerò eſſet factum*, referri poſſet ad Completorium. Deſcribitur quoque horis diei tempus vitæ actiuæ, de quo canit Propheta: *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.* Quia verò opus vitæ contemplatiuæ, non ſolùm diei, ſed etiam nocti conuenit: additum fuit diurnis horis officium nocturnum, pijs animi commentationibus perquam aptum, vt idem Propheta ſignificat: *Et meditatus ſum nocte cum corde meo*, &c. Pulchra autem eſt glorioſi Martyris Cypriani obſeruatio, SS. Trinitatem tertia quali-bet à horâ nobis celebrari. *Nam & Prima*, inquit, *hora in Tertiam veniens, conſummatum numerum Trinitatis oſtendit. Itemque ad Sextam quarta procedens, declarat alteram Trinitatem. Et quando à ſeptima Nona completur, per ternas horas Trinitas perfecta numeratur: quæ horarum ſpatia iam pridem ſpiritaliter determinantes adoratores Dei, ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant.* Sic ille. Cuius quidam pia conſideratio etiam duodecim nocturnis horis poterit applicari. Nam quatuor noctis Vigilijs, quarum vnaquæque ternis conſtat horis, reſpondent tres Nocturni, cùm Matutino, ſiue Laudibus.

Cur id ſtatis horis fiat. Caſſian. lib. 3. cap. 3. Matth. 20. *Ratio à Caſſiano allegata.* Pſal. 103. Pſal. 76. *Trinitatem tertiâ quâque horâ colimus.* Cyprian. de orat. Domin. in fine.

Vt autem duodecim ſunt horæ diei totidemque noctis; ita plures in Benedictino noſtro officio inuenire eſt duodenarios, vt ſingulis horis certum quoddam pſalmodiæ vel orationis queat aſſignari tributum. Nam in Vigilijs habemus XII. ſemper pſalmos: in Dominicis & Feſtis, XII. Lectiones & reſponſoria; in diurno officio Prima, Tertia, Sexta, & Nonâ XII. abſoluuntur pſalmis, ſingulæ ſcilicet horæ ternis. Idem duodenarius numerus ex alijs tribus conflatur officijs Matutinarum nempe Laudum, Veſperarum & Completorij; atque ita pro ſingulis horis, & acceptis in ijs à Deo beneficijs gratias agimus.

Pulchra obſeruatio duodenarij numeri in officio Benedictino.

Sed illa mihi princeps aſſignari poſſe cauſſa videtur, quod horæ diuinis laudibus deputatæ, inſignibus redemptionis noſtræ myſterijs ſint celebres, atque, vt Baſilius ait, *in earum ſingulis peculiaris quædam Dei in nos beneficiorum ſit commemoratio*, vt meritò eorumdem memoria & pius erga illa affectus in cordibus noſtris ſit renouandus & excitandus. Hinc à Patribus alijſque Scriptoribus identidem inculcantur, quorum & nos veſtigijs inhærentes, hîc ordine reddemus.

Horæ myſteria Redemptionis præcipuè referunt. Baſil. reg. fuſ. diſp. 37.

NOCTVRNÆ VIGILIÆ, Chriſti natiuitatem nobis manifeſtè repræſentant. Cùm

Vigiliæ Chriſti natiuitatem.

enim

Sap. 18.

enim quietum ſilentium contineret *omnia, & NOX in ſuo curſu medium iter haberet, Omnipotens* SERMO *tuus à regalibus ſedibus* venit. Quem locum Chriſti natiuitati adaptat Eccleſia, & de eâ exponit Anſelmus, Petrus Bleſenſis, Cerealis. Et ideò in feſto Natiuitatis Domini mediâ nocte cantatur prima Miſſa, & Statio eſt ad S. Mariam Maiorem. Deinde repræſentant nobis Chriſtum frequẽter in oratione pernoctantem, eumdemque in horto à Iudæis comprehenſum, vinctum & illuſum, quod accidit vel horâ noctis tertiâ, vt ſentit Auguſtinus, vel intempeſtâ nocte, vt vult Chryſoſtomus.

Anſelm. in Elucid. Bleſ. ſerm. 6. Natiuit. Dom. Cereal. contr. Maxim. c. 5. Aug. l. 3. de conſ. Euangel. c. 13. Chryſoſt. homil. 84. in Matth.

Laudes Reſurrectioni conſecratæ.

.MATVTINÆ LAVDES memoriæ Reſurrectionis Ieſu Chriſti conſecratæ ſunt. Clarè Cyprianus: *Nam & mane orandum eſt, vt Reſurrectio Domini* MATVTINA *oratione celebretur.* Et Hicronymus in illud, *Et valdè mane vna Sabbatorum: Vt tunc Laudes Chriſti tota caneret ſecundum exemplum harum feminarum Eccleſia, quando genus humanum exemplo ſuæ Reſurrectionis animauit.* Idem ait Iſidorus Hiſpalenſis, Rabanus Maurus lib. 2. de inſtit. Cleric. cap. 2. & plures alij, quos vide apud Francolinum fusè hoc proſequentem. Suffecerit hanc eſſe mentem Eccleſiæ ita canentis:

Cypr. in Orat. Dom. Hieron. in c. 16. Marc. Iſid. lib. 1. de eccl. off. c. 23. Franc. de Hor. Can. c. 46.

Aurora lucis rutilat,
Cælum laudibus intonat,
Mundus exſultans iubilat,
Gemens infernus vlulat.
Cùm rex ille fortiſſimus
Mortis confractis viribus,
Triumphans pompâ nobili,
Victor ſurgit de funere.

Præthereà, cùm Miſſa ſecunda in Natiuitate Domini præſcribatur celebranda *in Aurorâ*, dicere licebit aduentum paſtorum ad præſepe Chriſti, Matutinis Laudibus etiam repræſentari.

Prima repræſentat Chriſtum illuſum & conſputum.

PRIMA, quæ celebratur
Iam lucis orto ſidere,
Hugone Victorino teſte, memoriam refricat mulierum venientium orto iam ſole ad monumentum, quibus Angeli annunciauerunt Chriſtum, ſolem iuſtitiæ iam reſurrexiſſe. Addit Rupertus noſter: *Primâ Horâ Creatori noſtro laudes referre debemus, ante omnem curam corporis, quâ ſcilicet horâ Dominus noſter iam conſputus & illuſus, atque alapis caſus, & adhuc opprobrijs ſaturandus, Pilato propter nos ligatus adſtitit.*

Hug. in ſpec. eccl. c. 3. Rup. lib. 1. de diuin. offic. c. 1.

Tertia, Eiuſdem condemnationem.

TERTIÆ myſterium duplex eſt. Nam *hâc Horâ*, vt idem Tuitienſis Abbas ſcribit, *Dominus Ieſus ſpinis coronatus, & linguis Iudæorum crucifixus eſt.* Clemens Romanus: *Preces veſtras facite Horâ Tertiâ, quoniam illâ horâ Dominus ſententiam Pilati accepit.* Idemque adſtruit Martyr Ignatius: *Horâ Tertiâ*, inquit, *ſententiam Chriſtus accipit à Pilato.* Sanctus Athanaſius: *Sol exoriens videt librum in manu tuâ: poſt Tertiam Horam peragito communionem; quoniam hac horâ adductum eſt lignum crucis.*

Ibid. cap. 3. Clem. Conſt. Apoſt. l. 8. c. 40.

ORATORIVM. Ignat. Ep. 8. ad Tral. Athan. lib. de virgin.

Et aduentum Spiritus ſancti.

Alterum myſterium Tertiæ eſt aduentus Spiritus ſancti, quod ipſo eius hymno Eccleſia indicat, cùm quotidie eum inuocans, ait:

Nunc Sancte *nobis* Spiritus,
Vnum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Noſtro refuſus pectori.

Pulchrè Iſidorus Hiſpalenſis: *Ad probationem Venerabilis Trinitatis Spiritus ſanctus Hora Tertia, hoc eſt, ſuo loco, & numero, & tempore deſcendit ad terras, impleturus gratiam, quam Chriſtus promiſit.* Quod myſterium eidem Horæ attribuunt Cyprianus, Caſſianus. Et Baſilius: *Tertia*, inquit, *Hora, vt in eâ ad orationem ſurgatur, Fratreſque in vnum omnes congregentur; licet diuerſis in locis, alij in alijs operibus ſint occupati; idque ea re; vt admoniti doni Spiritus, quod circiter hanc horam Apoſtolis datum fuit, vno, eodemque animo cuncti illum venerentur, ab eoque petant, vt & ipſi digni ſint, qui ſanctificationem accipiant.* Monetque deinceps, vt imitentur Pſaltem triplici formâ vno loco Spititum S. inuocantem, nimirùm:

Iſid. l. 1. de eccl. offic. c. 19. Cypr. ſupr. Caſſian. lib. 3. cap. 3. Baſil. ſerm. 1. de inſtit. Monach. & in Reg. fuſ. diſp. 17. Pſal. 50.

Spiritum *rectũ innoua in viſceribus meis.*
Spiritum *ſanctum tuum ne auferas à me.*
Spiritu *principali confirma me.*

Benedictini inſtituerũt cani Veni Creator ad Tertiam.

Hinc etiam eſt, quòd totâ Octauâ Pentecoſtes, vt ſolemniori modo tum Spiritus ſanctus inuocetur, ad Tertiam Ambroſianus ille, & toti Eccleſiæ celeberrimus decantetur Hymnus, *Veni Creator Spiritus*, quod à noſtro Ordine ſumpſit exordium, & inde vt plura alia ad vniuerſalem Eccleſiam deriuatum eſt. Sic enim ad calcem vitæ Sancti Hugonis Cluniacenſis Abbatis habes: Venerabilis Hugo, non modò in monaſticâ religione, verumetiam in diuinis officijs per Dei gratiam ad meliora prouehendis, totâ animi induſtriâ inuigilans, *decreuit cum communi Fratrum conſilio, vt in die ſancto Pentecoſtes hymnus*, VENI CREATOR SPIRITVS, *in hora Tertia decantetur, qui videlicet minimè antea canebatur*, quò ſcilicet eiuſdem Paracliti, id eſt, conſolationis viſitatione compungi, amore inflammari, & gratiâ mereamur illuſtrari. Vtque huic tam ſaluberrimæ orationi bonum eleemoſynæ ſuffragetur, conſtituit vt ipſo die abundans refectio à Magiſtro Eccleſiæ Cuſtode pauperibus exhibeatur, de pane, vino, & carne, tali ratione, vt quantus in feſtiuitate fuerit

In Biblioth. Cluniac. pag. 464.

ORATORIVM.

A fuerit numerus fratrum, tot etiam pauperes reficiantur. Hæc ibi.

Sexta refert Chriſtum crucifixum. Caſſ. lib. 3. cap. 3. Cyprian. ſuprà.

Hora Sexta, vt inquit Caſſianus, *immaculata Hoſtia Dominus noſter atque Saluator oblatus eſt Patri, crucemque pro totius mundi ſalute conſcendens, humani generis peccata diluit. Item Petrus*, ait Cyprianus: *Hora Sexta in tectum ſuperius aſcendens; ſigno pariter & voce Dei monitis inſtructus eſt, vt omnes ad gratiam ſalutis admitteret cùm de emundandis gentilibus ante dubitaret.*

Nona, eius mortem. Rupert. de diuin. off. lib. 1. cap. 5. Tertull. lib. de ieiun.

Nona exhibet nobis vitam noſtram morientem, ſolem in cruce occumbentem. B *Nona hora*, inquit Rupertus, *verè in laudem Dei clamamus, quando clamans Dominus Ieſus voce magna emiſit ſpiritum, latrone admiſſo in paradiſum.* Benè proinde Tertullianus: *In eam vſque horam celebranda preſſura eſt* (id eſt abſtinentia ſiue afflictio obſeruanda) *in quâ à Sextâ contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium, vt tunc & nos reuertamur ad iucunditatem, cùm & mundus recepit claritatem.* Eidem horæ aſſignat Caſſianus deſcenſum Chriſti ad inferos. Eadem accidit conuerſio Cornelij Centurionis. C *Petrus* quoque & *Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.* (Act. 10. Act. 3.)

Veſpera, eius ſacrificium. Caſſ. lib. 3. cap. 3.

Veſpertina hora deſignat, Caſſiano teſte, *quod* Veſpere *à Domino Saluatore cœnantibus Apoſtolis traditur, cùm initiaret Eccleſiæ ſacroſancta myſteria: vel quod ipſe die poſtero ſacrificium veſpertinum, in fine ſcilicet ſæculorum, eleuatione manuum ſuarum pro ſalute totius mundi oblatus eſt Patri. Quæ extenſio manuum eius in patibulo ſatis propriè eleuatio nuncupatur. Omnes enim nos in inferno iacentes, eleuauit ad cælos, ſecundùm promiſſionis eius ſententiam, dicentis: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Addit Rupertus: *Item in veſpera ſepelitur, in Veſpera nihilominus apparens viuus in habitu peregrini, cognoſcitur in fractione panis, & hoſpitalia diſcipulorum corda iniecto ſuæ charitatis igne ſuccendit.*

Vel ſepulturam. Rupert. lib. 1. cap. 6.

Completorium triſtitiam & agoniam in horto. Ibid. cap. 7.

Completorium in memoriam reducit (vt cùm eodem Ruperto compleamus, A quod iam egreſſo Iuda, pauere cœpit Ieſus & tædere, *factuſque in agonia, prolixiùs orauit. Itemque illud de reſurrectione eius, quod priùs quam fecerat pacem inter Deum & homines, legatus fidelis rediens euangelizauit nobis, ſtans in medio diſcipulorum ſuorum, & dicens eis: Pax vobis.* Quid in hâc vltimâ totius diei horâ precandum nobis ſit, optimè docet Cyprianus: *Recedente*, inquit, *ſole ac die ceſſante, neceſſariò rurſus orandum eſt. Nam quia Chriſtus ſol verus, & dies eſt verus, ſole ac die ſæculi recedente, quando oramus & petimus* B *ſuper nos lux denuo veniat, Chriſti precamur aduentum, lucis æternæ gratiam præbiturum.*

Chriſtus ſeptem Horas compleuit. Kemp. medit. 17. n. 8.

Atque hęc ſunt Horarum myſteria, quarum Officia recitantes Chriſto Patienti coniungimur, & paſſionibus eius per deuotionis affectum cõmunicamus. Piè Thomas à Kempis ait Chriſtum Dominum in paſſione ſuâ veraciter ſeptem Horas Canonicas, ad laudem Dei Patris ſui compleuiſſe; *non canendo, ſed patiendo, & orando pro nobis.* Quod ſi, vt quidam piè meditantur, C Saluator noſter in Caluariæ loco ſeptem poſtrema pronuntians verba, diurnas videatur ſeptem perſoluiſſe Horas, addiderim ego eum pridie in Oratorio montis Oliueti tres abſoluiſſe Nocturnos, cùm cæleſtem Patrem tertiò orauit, lacrymis & ſudore ſanguineo perfuſus. Hæc ipſa porrò paſſionis Chriſti myſteria cùm in Horis S. Crucis, tùm in vulgatis illis, quos citat Gloſſa in *c. 1. de celebrat. Miſſar.* verſiculis comprehenduntur, & memoriæ cauſſâ hîc adijcere viſum eſt:

Nocturnos tres in monte Oliueti.

Myſteria Horarum verſu ligata.

D *Hæc ſunt ſeptenis, propter quæ, pſallimus Horis.*
Matvtina *ligat Chriſtum, qui crimina purgat;*
Prima *replet ſputis, cauſſam dat* Tertia *mortis;*
Sexta *cruci nectit; latus eius* Nona *bipertit,*
Veſpera *deponit; tumulo* Completa *reponit.*

TRACTA-

ORATORIVM.

TRACTATVS III.

DE TEMPESTIVO AD HORAS OCCVRSV.

CONSIDERATIS *diuini officij nominibus, partibus & myſterijs, quid proximum, niſi vt ad illud tempeſtiuè, & quâ decet animi præparatione accedamus, atque ad finem vſque reuerenter aſſiſtamus. Sanè ſi vſquam, & hic*

——— nocuit differre paratis.

Id ab humani generis aduerſario didicit B. Dominicus, qui cùm in Conuentu Romano ad S. Sabinam dæmonem per conuentus officinas deduceret, vbi ad chorum perueniſſent, interrogauit vir Sanctus, quid in tam ſancto lucraretur loco. Reſpondit ille: Id ago, vt tardè huc veniant, citò hinc recedant. *Hoc igitur Tractatu diſquiremus,* Primò, *Cuius ſit diuini officij horas indicare?* Secundò, *Quomodo Fratres ad diuinum officium conuocandi?* Tertiò, *Quantâ diligentiâ ad opus Dei occurrendum?* Quartò, *Quæ ſerò venientium pœnæ?* Quintò, *Vt ſuperanda tentatio de deſerendâ pſalmodiâ?*

In vitâ S. Domin. lib. 3. c. 11.

DISQVISITIO I.

Cuius ſit diuini officij horas indicare?

Reg. cap. 47.

Abbatis eſt officium nunciare.

QVÆSTIONEM hanc dilucidè ſoluit B. P. BENEDICTVS: *Nuntianda hora operis Dei die noctuque ſit cura Abbati; aut ipſe nuntiare, aut tali ſolicito fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur.* Mirùm autem videri poteſt, cur hoc officium Abbati iniungat. Eius verò cauſſam refert noſter Perez in ſanctitatem myſteriorum, quæ horis canonicis celebrantur, nec adeò id mirum videri debere, cùm Deus ipſe ſummos Sacerdotes creauerit lucernarum templi emunctores, concinnatoreſque lampadarum, iuxta id Leuitici: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter: ponetque eas Aaron à veſpere vſque ad manè coram Domino, cultu rituq; perpetuo in generationibus veſtris.* Alij dignitatem operis Dei expendentes, cēſent non alienum eſſe à dignitate Abbatis, vt ipſe per ſe fratres ad illud conuocet, aut ſaltem tam ſolicito fratri hanc curam iniungat, vt moraliter quaſi certus ſit notabilem anticipationem aut retardationem diuini officij non euenturam.

A

Cur id ſtatuerit S. Benedictus.

Leuit. 24.

B

Sed vt paulò diligentiùs hæc excutiamus, crediderim ob eam potiſſimùm rationem Abbati curam conuocandi fratres ad communem ſynaxim iniunctam, quòd eo tempore horologijs, quibus nunc vtimur, carerent, adeoque difficillimum eſſet nubilo cœlo, & illuni nocte, ſtatis horis fratres præcisè excitare. Horologia enim iſta ad annum Domini 998. a Silueſtro II. noſtri Ordinis Monacho, vt Ditmarus, Bozius, alijque traduut, primùm adinuenta ſunt, cùm antea aut clepſydris, aut vmbrarum proiectione, horarum mutationes deſignarentur. Cùm igitur non niſi ex ſiderum curſu, aut gallorum cantu horæ internoſci poterant, meritò ad Abbatem ſpectare S. Pater dixit anuuntiare tempus, quo ad horas canonicas conueniendum. Ita namque adimitur fratribus murmurandi occaſio, ſi nonnumquam paulò citiùs aut ſeriùs excitatum fuerit. Abbatis ſiquidem voluntas fratribus ſufficere debet ad opus Dei inchoandum. Cùm alio autem, facilè de præproperâ aut nimis tardâ horarum ſignificatione expoſtularent. Et iam olim ſancti quidam Superiores hoc munus minimè detrectauerunt.

Præcipua ratio, quod tum carerent horologijs.

Quando poſt inuenta.

Ditmar. l. 6. Chron.

Bozius lib. 12. de ſignis Eccleſiæ Dei cap. 5.

Abbates quidam hoc munere olim functi.

ORATORIVM
Lib. 1. de vit. Patr. cap 18. Menard. obſeruat. l. 1. 14. Iun. ex monoment. Monaſt. S. Viton.

runt. In vitâ namque Euphraxiæ virginis lego ſorores ab Abbatiſſâ excitatas. B. Richardo, Sancti Vitoni Virdunenſis Abbati, in lectulo quieſcenti & Scripturæ locum aliquem ruminanti, apparuerunt aliquando Sanctus Petrus & S. Vitonus, Monaſterij tutelares. Abbas agens gratias ob tantæ viſitationis gratiam, cauſſam aduentus ab eis ſciſcitatus eſt. Illi reſponderunt ſe omnia Monaſterij loca circumiſſe, omniaque ritè diſpoſita inueniſſe: eum verò in officio peccaſſe, quod nondum ſignum ad ſynaxim nocturnam dediſſet horâ iam præteritâ, & hoc dicto diſparuerunt. Eadem conſuetudo in Monaſterio S. Auſtreberthæ obtinuit, ita enim in eius vitâ legitur: Initio quadrageſimæ, mediæ noctis tempore, facta eſt vox ad quandam ſororem dormientem, dicens: *Surge Soror, curre velociter, dic Abbatiſſæ vt ſurgat, & ad opus Dei Sorores excitet*, cùm illa autem obdormijſſet, tertiò hæc vox ad eam venit. Hæc in Ordine noſtro. Sed & longè ante eum Sanctus Chryſoſtomus ſcripſit, Galli cantu continuò Præpoſitum aſſiſtere, pulſareque modicè pede iacentem Monachum, ſicque omnes vnà protinus excitare.

Surius to. 1. in vitâ, 10. Febr.

Chryſoſt. hom. 14. in epiſt. 1. ad Timoth.

Poteſt Abbas hanc curam alteri demandare.

Varia nomina eorũ qui ad Horas canonizant.

Doroth. ſerm. 11.

Prat. ſpirit. c. 50.

Canonarcha.

cap. 11.

Verùm cùm Abbati integrum plerumque non ſit, hoc munere fungi, licet ei ex Regulâ diligenti alicui ac ſolicito fratri illud demandare: quem *ſignificatorem horarum* Sanctus Petrus Damiani nominat, S. Dorotheus *Præpoſitum vigiliarum*, alij *Excitatorem*. Ioannes Moſchus *Canonarcham* vocat, ita dicens: *Cùm quadam nocte ſurrexiſſem, vt pulſarem ſignum* (Græcè eſt τὸ ξύλον, id eſt, lignum) *ea quippe cura mihi vt Canonarchæ iniuncta fuerat, vt excitarem fratres ad Collectam.* Idemque: *Cùm pulſaret Præfectus Canonis lignum, quo fratres omnes conuenirent.* Vbi Græcè eſt Κανονάρχης, id eſt, ait Roſweydus, qui canoni pſalmorum decantandorum præeſt. Vel potiùs, vt hîc patet, qui lignum pulſare ſolebat, vt conuocaret fratres ad Collectam. Apud S. Dorotheum, & Codinum de officio aulæ Conſtantinopolitanę eadem vox occurrit, erantque plures numero, & ex ordine Lectorum, vt docet Simeon Theſſalonicenſis Archiepiſcopus. Notat porrò Claudius Hemeræus *Expyniſtam* alium fuiſſe à Canonarcho, de cuius officio hæc didiceris obiter ex Typico Sabæ. *Præfectus Excitatorem eligit in Eccleſiâ, qui in ſingulis lectionibus, vbi pauca lecta ſunt, ſurget è loco proprio, & in medio tres facit metaneas;* (inclinationes) *dein fratres ſingillatim perluſtrat, & ſi quem videt oppreſſum ſomno, placidè & leniter excutit.* Similes *Circatores* apud S. Dunſtanum & Lanfrancum leges. Caſſiano appellatur is qui fratres excitat, *Com-*

Doroth. ſupra.

Lib. de tēp. Sacerd. & myſt.

Expyniſtes.

Carthuſ. peregrinat. die 4. c. 8.

Typ. Sab. cap. 3.

Compulſor.

Caſſ. lib. 3. c. 2.

Lib. 6. de vit. Patr. libello 3. n. 2.

Percutiens.

A *pulſor. Officia*, inquit, *Domino ſaluere, per diſtinctiones horarum, & temporis interualla cum admonitione Compulſoris adigimur.* Idem in vitis Patrum vocatur *percutiens*, quamquam ibi agatur de ſigno ad refectionem, ſic enim dicitur. *Et circa horam nonam ſignificauit percutiens, & venit ille minor, & fecit modicam cocturam pulmenti.* Ita quoque in Regulâ Sancti Pachomij: *Qui percutit ad veſcendum, dum congregantur fratres, meditetur aliquid in percutiendo.* In Regulâ Fructuoſi, *Vigilucius*; in Regulâ Magiſtri,
B *Vigigallus*, & *Vigiligallus*, pro excitatore ſumuntur.

Reg. Pachom. art. 16.

Cap. 3.

Cap. 50.

Vigilucius, Vigigallus.

Boër. in c. 47. Reg. S. Bened.

Abbas per ſe non debet pulſare.

Sed vt ad inſtitutum reuertamur, Petrus Boërius ait, Non dici hîc Abbatem pulſatorem campanarum, ſed quod huius nuntiatio ſit ſub eius curâ, ſicut eſt de iure ſub curâ Archidiaconi, vt habet ordo Romanus, & refertur *extra de officio Cuſtodis cap. 1. & 2.* Cuſtos, inquit, in Canonicis horis ſigna tintinnabulorum pulſanda ipſo Archidiacono iubente pulſet. Et capite ſequenti: Per ſingulas horas ſignum
C ex conſenſu Archidiaconi Cuſtos ſonare debet.

Sed curare vt accuratè alius id præſtet.

Quòd verò Sanctus BENEDICTVS ait, *ſolicitæ fratri iniungat hanc curam*, intelligi poteſt, vt Abbas curam pulſandi, & diſcernendi quando pulſandum ſit, alicui iniungat: vel ſolùm diſcernendi quando pulſandum. Vnde vidi, ait Boërius, in quibuſdam Monaſterijs quod hæc cura erat Primicerij, in quibuſdam Prioris clauſtralis, vel Supprioris. Talis enim cum tempus erat iudicio ſuo pulſandi horas Cano-
D nicas, faciebat ſignum Sacriſtæ, quod hora erat pulſandi Primam, vel Tertiam, aut alias horas, vel trahebat quandam modicam campanulam, quæ apud nos *Maſtota* vocatur, per quam etiam fit ſignum, vt à pulſatione quieſcat: quia non eſt de more quòd quieſcat Sacriſta à primâ pulſatione horarum, donec fiat ſignum. Iſidorus hic officium tribuit Cuſtodi Sacrarij, ſiue Sacriſtæ, & communiter alij; quamquam Gazæus ſcribat in quibuſdam Cœnobijs id Diaconos præſtare. Sed quiſquis
E tandem excitatoris munus obeat, eum ita quidam Pater apud Smaragdum inſtituit. *Horas ad curſum procurare iuxta diſpenſationem Abbatis debet, cuicumque ordinatum fuerit, id eſt, qui mente ſolicitâ, & impigrâ ad hoc opus idoneus fuerit inuentus, vt opus Dei non tardetur.* Quæ verba ſunt in Regulâ cuiuſdam ad Virgines cap. 8. pergit verò ex Caſſiano. *Qui non quâ horâ illi libitum fuerit, fratres ad vigilias ſuſcitare præſumat; ſed ſic totam congregationem ad affectum orationis inuitet; ne in vtroque inueniatur incautus; id eſt, ne vel appreſſus ſomno ſtatutam noctis tranſeat horam, vel eandem feſtinus anticipet.* Hæc ille.

Sacriſta hic eſt, iuxta aliquos.

Reg. cap. 10.

Gazæus ad lib. 2. Caſſ. cap. 17.

Smaragd. in illud cap.

Quæ pulſatori obſeruanda.

Caſſ. lib. 2. c. 17.

Sed

Petr Dam. opuſc 13. cap. 17.

Nõ ſit obliuioſus.

Sed accuratius multo B. Petrus Damiani A eundem inſtruit, monens à quibus cauendum, & quid faciendum, vt debitè officiũ ſuum exequatur: *Nouerit*, inquit, *Significator horarum, quia nulli magis in monaſterio eſt obliuio fugienda, quàm ſibi. Si enim articulũ ſuum cuiuſlibet ſynaxis hora, vel prauenta vel dilata non teneat, omnem procul dubio horarum ſuccedentium ordinem turbat. Non ergo fabulis vacet, non longa cum aliquo colloquia miſceat, non denique quid à ſæcularibus agatur inquirat; ſed commiſſa ſibi cura ſemper intentus, ſemper providus ſemperque ſolicitus volubilis* B *ſphæra neceſſitatem quieſcere neſcientem, ſiderum tranſitum, & elabentis temporis meditetur ſemper excurſum.* Concludit demum: *In his igitur & hujuſmodi Significator horarum prudenter aduertat, quam vigilem quamq́ ſolicitum in aſſignato ſibi miniſterio eſſe ſemper oporteat, ne tantum videlicet opus per ejus incuriam ſui Ordinis ſtatuta confundat.* Ex quibus patet quantò facilius nunc ſit Excitatorem agere, cum accurrara ſatis habeantur horologia, quæ in monaſteriis eſſe debere, Turrecrementa affirmat, non pre- C tioſirate aut curioſitate, inquit, notabilia, ſed veritate laudabilia.

Non garrulus.

Sed peruigil.

DISQVISITIO II.

Quomodo Fratres ad diuinum officium conuocandi?

Duplex ſignum vocandi ad ſynaxim.

DVPLICI ſigno ad ſinaxis præſertim nocturnã conuocari ſolẽt Religioſi: prius priuatũ dici poteſt, quo à ſomno excitãtur alterum publicum, quod in eccleſia, turri, aut circa illam fieri conſueuit. De vtroque agemus, & de priore quidem nihil in particulari S. BENEDICTVS decreuit, receptum, vti reor, morem ſupponens. Fuit tamen is pro locorum & temporum diverſitate varius: nam triplicem ſuiſſe deprehendo. *Primò* enim motu corporis excitatos Religioſos apud Chryſo- E ſtomum lego, cuius hæc verba: *Galli cantu continuo Præpoſitus aſſiſtit, pulſatque modicè pede iacentem, ſicq́ omnes vnà pratinus excitat. Neque verò nudos ibi dormire fas eſt.* Ex quo facilè colligas Monachos hos in vno dormitorio non diuiſis cellis, ſed lectulis dumraxat diſtinctis quieuiſſe, & motu pedis ideo excitatos, vt nocturnum ſilentium nullo pacto violaretur. Sed neſcio an alibi hic modus obſeruatus: niſi quod in antiquis conſuetudinibus Floriacenſis cœnobij legatur, quòd quodã tempore fratres ſoniru ſolito non excitentur, ſed quod eius loco, *Prior primus ſurgens, tripudio pedum, & inceſſu duriori incedens, expergefaciat ſoporatos.*

Priuatum ſiebat
I.
Motu corporis.

Chryſoſt. homil. in epiſt. 1. ad Timoth.

ORATORIVM.
II.
Prolato altius Alleluia.
Hieron. epiſt. 27.

Secundus porrò in monaſterio S. Paulæ obſervatus à S. Hieronymo traditur, quo nimirum voce Alleluia altiuſculè prolata ad ſynaxin Sanctimoniales citabantur: *Poſt Alleluia cantatum, inquit, quo ſigno vocabantur ad collectam, nulli reſidere licitum erat: ſed prima, ſeu inter primas* (Paula) *veniens ceterarum opperiebatur aduentum, pudore & exemplo, ad laborem prouacans, non terrore.* Hæc ille. Idem mos à S. Pachomio videtur inſinuatus: *Audito ſigno excitantis, aut voce pſallentis, omnes ſurgant currentes ad orationẽ.* Vbi duplicem, vt vides, excitandi indicat modum, alterum qui ſigno, alterum qui pſallentis fiat voce. Seruatur hodieque in quibuſdam cœnobiis non diſſimilis conſuetudo, vt pia aliqua ſententia pronuntiata fratres euigilare faciat.

Art. 73.
Vel alio verbo.

III.
Malleo, aut tabula ictibus.

Tertius modus communiter receptus eſt; quo mallei, aut ligneæ alicuius tabulę percuſſione excitantur. Fieri autem id poteſt dupliciter, vt ſcilicet vnà percuſſione omnes ſimul vocentur, vel ſeorſum ſingulorum fores malleo tundantur. Prioris vſus eſſe poteſt, vbi in vno dormitorio aut communi cubiculo omnes quieſcunt. Sic in vitis Patrum quidam Senex dixit vni de Monachis ſuis: *Percute ſignum, in cellâ fratrum, vt congregent ſe hic omnes.* Niſi enim in vno cubiculo fuiſſent fratres, non iuſſiſſet ſignum percuti in cellâ, ſed ad ſingulorum cellas. Poſterioris vſus neceſ- D ſarius erat cum diuiſis cellulis per eremũ diſperſi habitabant, & jam paſſim in monaſteriis, vbi ſingula ſingulis aſſignata cubicula, obtinuit. Sic Adolius Tarſenſis: *Tempore conſueto excitatorio malleo pulſabat cellas omnium, eos congregans ad oratoria.* Idẽ apud Ægyptios factũ commemorat Caſſianus: *Cùm ſonitum pulſantis oſtium, ac diuerſorum cellulas percutientis audierint; ad orationem eos ſcilicet, ſeu ad opus aliquod inuitantis, certatim è cubiculis ſuis vnuſquiſq́ prorumpit.* Quò itidem pertinere arbitror, quod ſcribit Leo Imperator in Panegyrico de S. Chryſoſtomo, Caſſiani Magiſtro: *His adhuc dubitantibus, excubitor ad matutina cantica excitat ligni pulſibus.* De hac excitatione locus inſignis eſt apud S. Ephræm; *Frater*, inquit, *quando fores tuas noctu frater pulſauerit, vt ad collaudandum Deum conſurgas, promptè atq́ alacriter te erige, vt & negligentiores promptitudinem tuam cernentes animam ſuam ad ſobrietatem vigilantiamq́; excitent.*

Quod fit duobus modis.

Vit. Patr. lib. 5 libello 17. num. 20.

Lib 8. de vit. Patr. cap CIV.
Solitarij ſeorſim excitabantur.
Caſſian lib. 4. de inſtit. renuntiant. cap. 12.

S. Ephræm Paræneſ. 29.

Sed & ritum publicum explicemus, quo ad diuina officia conuocabantur, & ille triplex inuenitur. *Primò* enim, tubâ inueniuntur Monachi ad preces conuocari, nã Regula S. Pachomii ita ait: *Quando ad collectam tuba inſonuerit per diem, qui vnà oratione tardiùs venerit, increpabitur.* Similiter Climacus

Publicum ſignum fit
I.
Tuba ſonitu.

Reg. S. Pachom. n 2.

ORATORIVM.

Climac grad. 18. Gazæus ad Reg. S. Pachom.

macus; *Cùm inſonuerit ſignum ſpiritualis tubæ*, &c. Vocat autem ſpiritualem tubam, quod eâ ad orationẽ, quæ ſpiritualis actio eſt, cogerentur. Opinatur enim Gazæus noſter, fuiſſe hanc tubam corneam, & Eremicolas illos Monachos æris & cuiuſuis metalli inopes nolâ aut campanâ caruiſſe.

Ex ritu Hebræorum. Ioſeph de bell. Iudaic. lib. 5. cap. 9. Num. 10. 2.

Refert mos hic veterem Hebrçorũ ritum, apud quos Sacerdotem ex eminenti turri, ſonitu tubæ, populo certas diei horas & ſabbata indicare conſueuiſſe, Auctor Ioſephus. Et notum eſt Deum olim mandaſſe tubas fieri, quarum vſus eſſet ad vocãdum cœtum, ac dum caſtra mouerentur: *Fac tibi* (inquit Dominus ad Moyſen) *duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poßis multitudinem.*

II.

Tabulâ lignea, vel malleo. N. c. Conc. 2. Action. 4. Metaphra. in vit. S. Chryſoſt. *Cuius vſus triduo ante Paſcha.* Amalar. fort. de eccleſ. lib. 4. cap. 21.

Secundò, tabulâ ligneâ, malleo, aut lignorum colliſione olim Monachi in cœtum coacti ſunt; nam in II. Nicænâ Synodo ſic legitur: *Cùm ſanctæ ciuitati reliquiæ ſanctæ appropinquaſſent, ſurgentes ſubitò, lignaque ſacra pulſantes, inuicem obuiam facti ſunt, in veneranda Virginis Deiparæ æde, quæ appellatur noua. Illinc cum cruce & ſupplicatiane egreßi,* C *læti & gaudentes cum gratiarum actione ſacris reliquijs occurrerunt.* Hæc ibi. Metaphraſtes quoque in vitâ S. Chryſoſtomi ſcribit, pulſato ligno vocatos homines ad quandam congregationem. Vtitur porrò Eccleſia ob memoriam & dolorem Dominicæ paſſionis ligneis tabulis triduo ante Paſcha, quãquam & aliam rationem eius rei alleget Amalarius, priſcam Eccleſiæ Romanæ cõſuedinem inſinuans: *Pateſt*, inquit, *& in hoc humilior vſus Eccleſiæ Romanæ aßignari antiquis temporibus, quàm nunc ſit, & præcipuè tũc,* D *quando latitabat per cryptas propter perſecutores: Nam & adhuc iunior Roma* (Conſtantinopolis) *quæ antiquis temporibus ſub vno Domino, cum antiqua Roma regebatur, vſum lignorũ tenet, non propter æris penuriam, ſed propter vetuſtatem.* Ita ille.

Nec aliàs apud Clericos. Baron. to. 3. an. Chriſti 58. num. 103.

Negat tamen Baronius, aliquam eccleſiam exceptis tribus diebus maioris hebdomadæ ſolitam eſſe populum cõuocare pulſatione lignorum, ſed tãtum monaſterij Monachos hoc pacto ad ſynaxin citatos. Atque ita legitur etiam apud Cyrillum Monachum in vitâ S. Theodoſij E Cœnobiarchæ, eiuſmodi lignorum pulſatione Monaſterij cultores ad opus Dei cõuocari ſolitos.

In cap. 43. Reg. S. Benedicti. Cæſar. lib. 7. miracul. cap. 52. & lib. 11. c. 12.

Et quidam Monachorum Magiſter apud Smaragdum de hoc more intelligendus eſt, dum ita loquitur: *Cùm index in oratorio percuſſus fuerit, mox omnes audientes antequam currant, faciant ſibi crucem in fronte, reſpondentes Deo gratias.* Solent autem ligneas tabulas in monaſterijs pulſare, cùm quis morti proximus agonizat, vt videre eſt apud Cæſarium.

III.

Tintinnabulis.

Tertiò, Tintinnabulorum vſus redditâ A Eccleſiæ pace poſt tyrannorũ perſecutiones introductus fuit; quæ ſi grandiora erant, *Campanæ*, à Campaniâ regione Italiæ, vbi primò fabricata ſunt; ſi verò minora, *Nolæ* à Nolâ eiuſdem Campaniæ ciuitate ſunt appellata, vt notat Durandus, & ante eum Walafridus Strabo.

Campana & nola vnde. Durand. l. 1. Ration. cap. 4. Walafrid. lib. de reb. eccleſ. c. 5. Bleſ. ſerm. 50. Beda lib. 4. hiſt. Angl. cap. 25.

Vtraque autem ab eccleſijs ad cœnobia Religioſorũ traducta ſunt. Hinc Petrus Bleſenſis, ante quingentos circiter annos, *campanæ* mẽtionem facit, quâ Monachi conuocabantur. Campanarum quoq; meminit Beda. An autem B S. BENEDICTI tempore in eius monaſterijs ligneis ſignis, an æreis vſi fuerint, dubitari poſſet.

An Monachi occidentales ij vſi. Nigron. in Reg. 25. com Socie. num 4. Greg. l. 2. Dial. c. 1. *Videtur.*

Exiſtimat porrò Iulius Nigronus Religioſos Latinæ Eccleſiæ vſos tintinnabulis æreis. Coniectura, inquit, prima eſt ex Gregorio, qui tradit à Romano Monacho conſueuiſſe demitti ex altâ rupe panem BENEDICTO in ſpecu deliteſcenti, per reſtem; cui tintinnabulum paruum inſeruerat, vt ad eius ſonitũ BENEDICTVS accederet ad ſumendum panem: quod tamen iacto lapide diabolus fregit. Altera C eſt, quod videamus hunc morem in Philoſophorum quoque cœnobijs viguiſſe.

Hieron. l. 2. aduerſ. Iouin. Porphyr. l. 4. de abſt. ab animal. eſu.

Nam Gymnoſophiſtæ Indorum ſapientes, qui Samanæi vocati ſunt, quorum abſtinentiam laudat Hieronymus: *Cùm ingreßi domum fuerint* (tradit Porphyrius) *ad tintinnabuli pulſum preces effundunt: quod vbi fecerunt, ſigno itidem dato, miniſtri ſingulis lan e oblata* (*duo enim ex eadem vaſe non comedunt*) *orizâ ipſos paſcunt.*

Olim tintinnabulo ad operas vocabantur. Martial. lib. 14.

His adde quod gentiles ſonitu tintinnabuli ad thermas & operas conſueuerint homines conuocare. Vnde D Martialis:

> *Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?*

Iuuenal. Satyr. 6.

Et Iuuenalis Satyrico ſale ſequioris ſexus prona ad garrulitatem perfricans ora.

> ——— *Verborum tanta cadit vis,*
> *Tot pariter pelues, &* tintinnabula *dicas*
> *Pulſari: iam nemo tubas atque æra fatiget.*

Suid. in Lex. V. νυκτοφύλαξ. Sueton in Oct. cap. 91.

Excubiarum quoq; Præfectos ſecum ferre ſolitos ad explorandos vigiles *tintinnabula*, vt ijs auditis reſponderent, teſtatur Suidas. Qui priùs tintinnabula ad ianuas E poni ſolita, in editiori loco ædis Iouis Capitolini poſuerit, apud Suetonium Auguſtus fuiſſe legitur.

S. Benedicti suo ſigna. Reg. c. 43. Cap. 48.

Sed quibuſcumque tandem ſignis vſi fuerint S. BENEDICTI æuo, illud omninò conſtat ea neutiquam prætermiſſa, nam ita diſertè ait: *Ad horam diuini officij mox vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus quælibet fuerint in manibus, ſummâ cum feſtinatione curratur.* Et rurſum: *Facto autem primo ſigno hora nonæ, diſiungant ſe ab opere ſuo ſinguli, & ſint parati dum ſecundum ſignum pulſauerit.*

DISQVISITIO III.

Quantâ diligentiâ ad opus Dei occurrendum?

Statim occurrendum ad Opus Dei.
Cap. 43.

EXIGIT diuini officij dignitas, vt ad illud non ſegniter, & tardè occurramus, ſed feſtinè, ac diligenter; quare prudenter Legiſlator noſter ita decreuit: *Ad horam diuini officij mox vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus qualibet fuerint in manibus, ſummâ cum feſtinatione curratur: cum grauitate tamen, vt non ſcurrilitas inueniat fomitem.* Cauſſam verò ſubdit, dicens: *Ergo nihil operi Dei præponatur.* Atque alibi quoque monet fratres: *Vt facto ſigno, abſque morâ ſurgentes, feſtinent inuicem ſe præuenire ad opus Dei.* Et meritò quidem feſtinum requirit occurſum. Si enim nos ſerui inutiles ipſi Deo ſtatim initio diuini officij audemus dicere: *Domine ad adiuuandum me feſtina*, cur ipſimet non properemus ad precãdum & laudandũ Dominum? Quanta verò hęc acceleratio eſſe debeat, optimè exponit Regula cuinſdam Patris. *Oportet vnumquemq; ad primam vocem inuitãtis aſſurgere, velut carbo ignis ardentis decidiſſet ſuper eum.* Et quidam Monachorũ Magiſter apud Smaragdum: *Quandocumque vel diurnis, vel nocturnis horis ad opus diuinum inſonuerit ſignum, mox cum ſummâ feſtinatione ſurgendum eſt, ac ſi præco regis inſonet, omni opere, quod in manibus habebatur, propoſito, vt nihil operi Dei præponatur, ſed mens ad ſonitũ præconis intenta, & operi Dei innixa, cum omni grauitate & manſuetudine ad inuocandam gloriam maieſtatis eius, & pietatis eius gratias referendas feſtinè currat.* Ita illi. Nimirùm audito ſigno cum tribus Magis dicendum: *Hoc ſignum magni Regis eſt, eamus, & offeramus illi munera.*

Cauſſa. *Cap. 22.* *Quanta hic opus feſtinatione.* Smaragd. in cap. 43.

D

Laudati ab eâ Ægyptij Monachi
Caſſian. lib. 4. cap. 18.

Vigebat hæc diligentia, ſiue feſtina obedientia apud Ægyptios Monachos, de quibus Caſſianus: *Cum ſonitũ pulſantis oſtium, ac diuerſorum cellulas percutientis audierint, ad orationem eos ſcilicet, ſeu ad opus aliquod inuitantis, certatim è cubiculis ſuis vnuſquiſque prorumpit, ita vt is, qui opus ſcriptoris exercet, quam repertus fuerit inchoaſſe litteram, finire non audeat, ſed in eodem puncto, quo ad aures eius ſonitus pulſantis aduenerit, ſummâ velocitate proſiliens, ne tantum quidem mora interponat, quantum cœpti apicis conſummet effigiem, ſed imperfectas litteras linea relinquens, non tam operis compendio lucróue ſectetur, quàm obedientiæ virtutem exſequi toto ſtudio feſtinet.* Hęc Caſſianus. Similiter Magiſter in Regulâ: *Cùm index in oratorio percuſſus fuerit, tunc laborantes opus proijciant, artifices ferramenta dimittant, ſcriptores litte-*

E

Qui agenda imperfecta relinquebant.
Mag. cap. 54.

A *ram non integrent, omnis fratrum manus deſerat, quod agebat; feſtinet mox cum grauitate pes ad oratorium, ſenſus ad Deum, vt mox ad primam orationem accurrant, & tanquam apes ad mel intrantium in oratorium fratrum examen ebulliat.*

ORATORIVM.

Quod autem tantâ celeritate occurrendum hi Patres moneant, vt etiam imperfecta relinquantur, quæ agenda fuerant (vt alibi etiam S. BENEDICTVS monuerat) declarat Turrecremata ita intelligendum, vt ea relinquantur, quæ ſine periculo aut B damno relinqui poſſunt. Si enim ſeruiret quis infirmis, aut hoſpiti, aut præpararet cibum, aut extraheret vinum de dolio, & huiuſmodi; non valeret illa ſine diſpendio immediatè dimittere. Quamquam feſtinum ad canonicas preces acceſſum adeò diuinæ maieſtati placere compertum ſit; vt eundem miraculo illuſtrare voluerit. Nam cùm S. Odo Romæ in Cœnobio S. Pauli accito fratre aggreſſus eſſet vitam S. Martini ſcholijs illuſtrare, interim dum ſunt in opere, inquit Ioannes Monachus, C pulſatur *Campano* hora veſpertina. Mox illi, vt habet Regula, *relictis illis, quæ in manibus habebant*, ad eccleſiam properant, relicto codice aperto in loco illo, vbi conſederant. Erat autem tum hiems. Eâdem nocte tanta vis imbrium è cœlo ruit, vt omnes Monaſterij noſtri officinæ implerentur. Porrò locus ille in quo codex relictus erat ab eis, ita ſitus eſt, vt aqua, quæ ex aliquot vicinis tectis labitur, inſtar torrentis in eum decidat. Manſit itaque apertus codex, fluxerunt aquæ illâ nocte copioſiſſimæ; & quamuis codicis abluerent margines, ſcripturam ipſam attingere auſæ non fuêre. Mane coram omnibus exhibitus eſt liber; ſtupebant fratres nihil eſſe læſum à pluuiâ. Subiungit auctor, à S. Odone miraculum fuiſſe S. Martini meritis tributum; ſed ipſe celeri obedientiæ S. Odonis adſcribit.

Quatenus id nobis imitandum. Cap. 5. Turrecrem. in c. 43. Reg. *Exemplum memorabile de feſtino ad Horas occurſu.* Ioan. Monach. lib. 9. vitæ S. Odon. cap. 10. *Liber imbri expoſitus non madefit.*

DISQVISITIO IV.

Quæ ſerò venientium pœna?

Pœna ſerò venientium ad Vigilias. Cap. 41.

SANCTO BENEDICTO ſatis non fuit hanc celeritatem præſcripſiſſe, niſi & pœnâ tardè occurrentes plecteret: *Quod ſi quis*, inquit, *ad nocturnas Vigilias poſt Gloriam pſalmi nonageſimi quarti (quem propter hoc omninò protrahendo & moroſè volumus dici) occurrerit; non ſtet in ordine ſuo in choro, ſed vltimus omnium ſtet: aut in loco, quem talibus negligentibus ſeorſim conſtituerit Abbas: vt videatur ab ipſo, vel ab omnibus, vſque dum completo opere Dei publicâ ſatisfactione pœniteat.* Publicam autem hîc ſatisfactionem * quidam

Smaragd. in cap. 41. Reg.
* Regula cuiuſdam ad Virgines. c. 8.

ORATORIVM.

dam apud Smaragdum ita interpretatur: *Quando ceteri expleto officio foras egrediuntur, ille in eccleſia pro ipſa tarditate poſitus, duodecim pſalmos ſupra curſus ſeriem cantet.* Caſſinenſes verò, hæc publica, inquiunt, ſatisfactio, actu fiat potiùs, quàm verbo: propter ſilentium. Ideò huiuſmodi frater, completo diuino officio, in medio chori coram Superiore genibus flexis tam diu maneat, quouſque Superior faciat ipſi ſignum.

Explicatur Caſſian. ad cap. Reg. 43.

Cap. 43.

Et ad diurnas Horas.

De diurnis verò horis, ita pergit Legiſlator noſter, *Qui ad opus Dei poſt verſum, & gloriam primi pſalmi, qui poſt verſum dicitur, occurrerit, lege, quâ ſuprà diximus, in vltimo ſtet, nec præſumat ſociari choro pſallentium vſque ad ſatisfactionem: niſi fortè Abbas licentiam dederit permiſſione ſuâ, ita tamen, vt ſatisfaciat reus ex hoc.* Caſſinenſes volunt, vt qui poſt hymnum venerit in diurnis horis, & etiam in nocturnali officio B. Mariæ, genuflectat, & facto à Superiore ſigno vadat ad locum ſuum. Si autem poſt gloriam primi pſalmi, etiam in horis in quibus hymnus non præmittitur pſalmis, occurrerit, genuflectat, factoque à Superiore ſigno excuſet ſe, vel locum negligentium petat, id eſt, vltimam ſedem occupet. Signum autem illud complosione manuum, aut tabulæ pulſu fieri ſolet, vti antiquitus quoque conſueuiſſe, Caſſianus auctor eſt: *Pſallentis*, inquit, *progreſſio, Senioris interdicitur plauſu, quem dans manu ſuâ in ſedili, quo ſedet, cunctos facit ad orationem conſurgere.* Itaque eiuſmodi etiam ſigno iubebantur pœnitentes à ſolo ſurgere, vt apud eundem videre eſt.

Quando genuflectendum.

Et ſurgendum.

Caſſian. lib. 2. Inſtit. cap. 11.

Lib. 4. cap. 16.

S. Benedictus in his differt à Caſſiano.

Caſſian. lib. 3. cap. 7.

Notandum porrò hanc S. BENEDICTI conſtitutionem diuerſam eſſe ab eâ, quam tradit idem Caſſianus: *Qui enim noctu ante finem ſecundi pſalmi, vel qui de die priuſquam primus pſalmus finiatur, vlteriùs oratorium introire non audet, nec ſemetipſum admiſcere pſallentibus, ſed congregationis miſſam, ſtans pro foribus præſtolatur, donec egredientibus cunctis, ſubmiſſâ in terram pœnitentiâ, negligentiæ ſuæ vel tarditatis impetret veniam, ſciẽs nequaquam ſe poſſe deſidiæ ſuæ noxam aliter expiare; ſed ne in eâ quidem, quæ poſt tres horas erit ſecutura ſolemnitas, admittendum, niſi pro negligentiâ præſenti confeſtim verâ humilitate ſubnixiùs ſatisfacere feſtinauerit.* Caſſianum imitatus eſt S. Fructuoſus, ita ſanciens: *Ad orationes diurnas, qui poſt primum pſalmum non occurrerit, introire in oratorium cum ceteris non audeat, ſed pœnitentia delegabitur. Hoc idem ſuſtinebit qui nocturnis orationibus vſque ad tertium pſalmum tardiùs venerit, aut poſt tres pſalmos dictos, in choro ſe miſcere conatus fuerit.* Legerat autem ſine dubio Legiſlator noſter Caſſianum, ſed cur eius, quem toties exprimit, morem ſecutus non A fuerit, rationem ſibi reddendam putauit. *Ideò*, inquit, *eos in vltimo aut ſeorſim iudicauimus debere ſtare: vt viſi ab omnibus, vel pro ipſâ verecundiâ ſuâ emendentur. Nam ſi foras Oratorium remaneant, erit fortè talis, qui ſe aut recollocet, & dormiat, aut certè ſedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno: ſed ingrediatur intrò, vt nec totum perdat, & de reliquo emendetur.* Factum benè, nec ſine præcedentium exemplo, aut ſubſequentium imitatione. Nam Sanctus Pachomius ſerò venientes ab Oratorio non excludit, B ſed vult eos increpationis ordinem ſuſtinere, id eſt, *ſoluens cingulum, & inclinatâ ceruice, manibus ad inferiora depreſſis, ſtabit ante altare, & à principe Monaſterij increpabitur.*

Qui excludit ſerò venientes à Choro.

S. Fructuoſ. c. 18. Reg.

Cur S. Benedictus recedat à Caſſiano.

Reg. Pach. art. 1. 2. 5. & 78.

Quod autem Sanctus BENEDICTVS ait intrandum, ne totum perdat, id S. Ephræm quoque inculcauit. *Quòd ſi*, inquit, *contigerit te profundiore obdormiſcere ſomno, & dæmoniacis diſtrictum teneri viſionibus, poſteà autem euigilaueris, ne per negligentiam pigeat expergiſci, & ſurgere atque abire ad ſynaxin fratrum. Noli igitur pigreſcere, ſed* C *euigila atque expergiſcere, & ne intra te dixeris: nunc ſynaxis abſoluta eſt atque dimiſſa, & ego quò me conferam? Ignauorum enim iſta ſunt verba, ſed potiùs è ſtrato mox te erige, proijciens abs te ſtragulum, moxque tuas ad Deum extendens manus, thronumque gratiæ ipſius adorans, cellam tuam aperi, & ad ſynaxim orationis propera, quaſi vi eò adactus; & ſicut capreo ex laqueis fugiens. Et licet ad poſteriores aduentares orationes, ſaltem ne pigriteris, & adire detrectes: verùm euigila ac ſurge, poteris enim poſt abſolutas in communi* D *preces pſalmos tuos fundere in cellâ tuâ, quos fantaſia ſubtraxit dæmonum. Neque pigritiæ occaſione, ſuggeras tibi poſteriorem eſſe precationem chariſſime, ſed poſtero die promptior atque alacrior ad opus Domini inueniaris.* Hæc S. Ephræm. Cæſarius verò Arelatenſis de Sanctimonialibus tardiùs ad opus Dei venientibus agens, aliam cenſuram non infert, niſi vt increpationi ſubiaceant. *Quæ verò ſecundò aut tertiò, admonita emendare noluerit, à communione, vel à conuiuio ſeparetur.* Regula cuiuſdam ad Virgi- E nes: *Veniens poſt primi pſalmi, qui in curſu canitur, finem, nouerit ſe à ſuo ordine dum curſus expletur reuocari, vt in loco vltimo poſito, id eſt, in eo loco qui talibus negligentibus fuerit deputatus, adſtare, & ibi cum verecundiæ metu exſpectare, & poſt impletum curſum prolixo venia, ante cœtum ſororum egredientium ſatisfacere.* Et mox eandem quam S. BENEDICTVS ſubiungit huius decreti cauſſam.

Eius doctrina ab alijs inculcata.

S. Ephræm Paræn. 19.

Quid faciet, qui non audijt excitatorem, & poſt euigilat.

Cæſar. in reg. Sanctimon. nu. 10.

Cap. 8.

Decretum hoc S. Benedicti alij exprimunt.

Adeò autem S. BENEDICTI corrigendi modus Patribus Aquiſgranenſis Concilij placuit,

Præſcribitur Canonicis ſæcularibus.

Concil. Aquiſg. cau. 131.

placuit, vt eundem etiam Canonicis ſæcularibus præſcribendum duxerint. *Qui ſegniter*, inquiunt, *aut tardè ad matutinum, aut aliud quodlibet diuinum officium peragendum occurrerit, dignum eſt, vt non cum alijs in choro, ſed omnium vltimus (vt certè erubeſcere diſcat) in loco huiuſcemodi negligentibus à prælatis conſtituto, ſtet: foris verò nullatenus remanere præſumat, ne otio & fabulis vacet, & à Dei laudibus penitus alienus exiſtat.* Hæc Synodus. Clerici quoque Regulares, quos Theatiuos vocant, perſimilem omnino legem ei, quam ex Caſſinenſibus attulimus, in ſuis Conſtitutionibus habent. Quid, quòd & in aulâ Pontificis eadem vſitata videatur, vt oculatus teſtis Iulius Nigronus affirmat? Vidi ego, inquit, Romæ Cardinales ipſos, qui miſsa Pontificiâ inchoatâ peruenerant in chorum, exhibitâ cruci, & Papæ reuerentiâ, ſtetiſſe erectos in medio choro, donec à Pontifice fuiſſet facta poteſtas locis ſuis reſidendi. Atque hinc ſatis patet non iniuriâ S. BENEDICTVM à Caſſiano deflexiſſe.

Quid agāt Cardinales ſerò venientes ad Miſſam Pontificiam. Nigron. ad Regul. XV Commun. Societ. nu. 27.

Tarditas teporis indicium.

Mouerim verò Religioſos, vt non tam pœnæ declinandæ cauſsâ, quàm ex verâ deuotione & piâ ſedulitate ad officium tempeſtiuè occurrant. Quod ſpiritualis feruoris ſoleat eſſe indicium, tarditas verò teporis. *Dei amator Monachus*, verba ſunt Ioannis Climaci, *mox vt ſonus tubæ increpuerit, ad orationem vacans, lætus & hilaris dicit: Euge, euge: negligens verò, Væ mihi, væ mihi.*

Climac. grad. 19.

DISQVISITIO V.

Vt ſuperanda tentatio de deſerendâ Pſalmodiâ?

Climac. grad. 18.

Dæmon infeſtus orantibus. Pſalm. 40.

QVANTA ſit orationis vtilitas, ex his (Climaco auctore) quæ ſynaxis tempore contingunt, dæmonum machiationibus, colligere poſſumus. Eius & fructum ex inimici profligatione cognoſcimus. *In hoc* enim *cognoui quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.* Mirum autem eſt, quo aſtu dæmones pſalmodiæ tempore religioſos viros adoriantur. Oſtenſum id aliquando fuit Macario Alexandrino. Quodam enim tempore dæmon oſtium cellulæ eius pulſauit: dicens: *Surge, Abba Macari, & eamus ad collectam, vbi fratres ad vigilias congregantur.* Ille diaboli fallaciam intelligens, ait: *Quid enim tibi conſortij eſt cum collectâ, & congregatione Sanctorum?* At ille: *Latet ergo te, inquit, ô Macari, quod ſine nobis nulla collecto agitur, nulloque congregatio Monachorum? veni denique, & videbis opera noſtra.* Cùm verò Macarius Eccleſiam intraſſet, vidit diſcurrentes puerulos æthiopes, qui ſingulis quibuſque alludebant, & ſi cui duobus digitulis oculos compreſſiſſent, ſtatim dormitabat: ſi cui verò digitum in os immerſiſſent, oſcitare eum faciebant. Ante alium iacentem in oratione, quaſi mulierum ſpecie ferebantur, ante alium quaſi ædificantes atque portãtes aliquid, ac diuerſa quæque agentes apparebant. Et quæcumque dæmones quaſi ludendo formaſſent, hæc orantes illi in cordis ſui cogitatione verſabant; à nonnullis tamen, vbi aliquid horum agere cœpiſſent, quaſi vi quadam repulſi, præcipites deijciebantur, ita vt nec ſtare quidem prorſus, aut tranſire iuxta eos auderent: alijs verò etiam infirmis fratribus ſupra ceruices & dorſa ludebant, quia non erant in oratione ſuâ intenti. Ab his ludionibus proculdubio & illa oritur tentatio, quâ aliqui neſcio quo prætextu vel neceſſitatis obtentu, nondum finito officio chorum deſerunt. Exemplum ſuggerit ipſa S. BENEDICTI vita de Monacho à dæmone per veſtimenti fimbriam ⟨à⟩ orantium fratrum cœtu educto, quod ibi expenſum. Agnouit & hunc verſutiſſimi inſidiatoris aſtum Magnus Baſilius, & aduerſus eum Monachi animum præmuniuit. *Caue*, inquit, *diligenter, ne cogitationi illi animi tui aſſentiare, quæ ab orationis canone nondum peracto auellere te ſtudeat. Habent enim morem hunc dæmones, vt facienda orationis temporibus per ſpecioſam ſcilicet aliquam laudabilis cauſſæ alicuius ſimulationem nobis ſedulò auctores ſint, vt ab eâ nos ſubducamus, vt quam ſalutem afferre nobis intelligant, ab eâ nos probabiliter abducãt. Noli ingemiſcens capitis, ventriſue dolorem excuſare, & eius qui nullus ſit, teſtes incertos proferre, néve quieſcendi cauſſa quicquam de acri vigilantiæ aſſiduitate remiſeris, potiuſque occultas aliquas ſemper orationes habeto, quas in occulto aſpiciens Dominus, pro ijs gratiam tibi referat in aperto.*

Macarium ad collectā vocat. Rufin. in vit. Pat. lib. 2. cap. 29.

Quæ videt dæmones æthiopum ſpecie interiſſe.

ORATORIVM.

Et varia ſuggerentes fratribus.

Dæmon ſuggerit egredi officio antequam finiatur. Gregor. lib. 2. dialog. cap. 4.

Baſil. ſerm. de abdicat. rer.

Per varios prætextus.

Sed quænam huic rei adhibet remedia? Primum eſt, damnum ex oratione intempeſtiuè abruptâ; *In oratione*, inquit, *eo vſque permaneto, donec Canoni ſatisfeceris; magnamque te iacturam facere arbitrator, ſi ante inde diſceſſeris. Etenim ſi cùm corporis tui ſuſtentandi cauſſâ, cibum capis, ægrè admodum à menſâ potes auelli, niſi naturale prius deſiderium expleueris, neque ita facilè hoc facturus ſis, niſi magna te inde aliqua neceſſitas auocet: qui non tandem ab epulis ijs auelli ægrius debes, quibus ſpiritus alitur tuus? quiá non magis oratione corroborandus tibi tuus animus eſt?*

Remedia ad ſuperandam hanc tentationem. Primum.

SECVNDÒ, Ne negotia orationis tẽpore menti occurrentia nos exire compellant, hoc præſcribit monitum: *Quæ corporis cauſsâ neceſſariò ſuſcipi munera debent, ea ita habebis diſtributa, vt legitimum tibi poſtea orationis tempus non interpellent.*

Secundum.

ORATORIVM. *Tertium.*

TERTIVM adijcere licet, excludere à A corde omnem à diuino officio cogitationem alienam. Aduerſarius enim de rebus agendis cogitationes, modos, & rationes ſuggerit varias: item conceptus ſtudioſis, & litteratis obijcit, hoc prætextu, fore, vt poſteà non occurrat, quod iam menti ſeſe offert. Quare & huius rei gratiâ nonnulli ſe à choro ad ſtudia conferunt. Sed hæc dæmonis techna reijcienda eſt, Deus enim vnumquodq; ſuo vult fieri tempore, & facilè concedet, vt quod nunc reijcis quò illi inter orandum intendas, poſteà multò meliùs & ſubtiliùs occurrat. B *Scientia*, inquit Bonauentura, *quæ pro virtute deſpicitur, per virtutem poſtmodum meliùs inuenitur.* Et M. Auila: Quando mentem rei alicuius cura importuno tempore occuparit, dicito: Nihil tale mihi nunc Dominus meus imperat, ac propterea de eâ cogitare opus non habeo, at cùm id mihi Dominus meus iniunxerit, tunc de illo tractabo. S. Ephræm hunc egreſſum quacumque tādem ex cauſsâ ita perſtringit: Quomodo, inquit, audent *quidam relinquere ſynaxin, & exire ante finē, abſque magnâ neceſſitate?* C *Numquid ſi vocatus eſſes ad prandium diuitis viri, auderes ex medio accumbentium ſurgere, & abire domum? nonne ibi remanceres, donec omnes pariter ſurgerent? Timeamus igitur fratres, quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui facit opus Domini negligenter.* Et ſequenti parænesi tres dormitationum diuerſitates aſſignans, ait ſecundam *ſuboriri fratri ad medium diuini officij, ex propriâ negligentiâ, quando non adlaborat, vt cùm fratribus perſiſtat vſque ad expletā Canonem: ſed in medio Synaxis alios canentes relinquit, & ad lectum ſuum pergit.* D Sic Ephtæm.

Conceptus de ſtudijs nōlegandi tempore pſalmodiæ.

Bonauent. Spec. diſcip. part. 1. cap. 13.

Auila tom. 3. epiſt.

Ephræm tom. 2. paræn. 20.

Egredientes ſine cauſsâ perſtringūtur.

Ierem. 48.

S. quoque Dorotheus mouet quotidie inueſtigandum, num alacriter ac promptè ad pſalmodiam, & ad orationem conſtiterimus: *num captiuos nos traxerint cogitationes noſtræ morboſæ & affectu concitæ: num intercciderimus, aut demiſerimus Pſalmodiam, inaniter extra chorum vagantes.* Idem quoq; notabili exemplo oſtendit quanto bono ſe priuent, qui ad finem vſque in officio non perſeuerant. Audiui, inquit à quodam magno ſene, & venerando Patre Horatico,

Doroth. ſerm. 11.

Iactura non manentium in officio vſque ad finē.

quod cùm nocte in eccleſiâ excubaret, in principio Pſalmodiæ, vidiſſet quemdam veſte ſplendidâ indutum, è ſacrario egredientem, tenentemque manu ſuâ vaſculū quoddam plenum libamine, ac ſanctificatione; tenebat quoq; ille & cochleare, quo ſanctificatione illa intincto, ſingulos fratres percurrens obſignabat; eorū verò, qui tunc non aderāt, locum ſignabat, & ſedes: rurſus autē in fine Pſalmodiæ, hoc ipſum fecit, è ſacrario egrediens. Quodam verò die alio tenuit eum Senex, & proiectus ad pedes eius, rogabat, vt quid hoc eſſet, quod ageret, aperire dignaretur, & quiſnam eſſet ipſe, ediceret: Reſpondit ille, qui (vt dixi) veſte ſplendidâ & pellucenti erat indutus, *Angelus Domini ego ſum; hanc muneris functionem delegatam mihi eſſe ſcias, vt omnes, quos in principio Pſalmodiæ ad finē vſque perſeuerantes, ac diligentes, & promptos in eccleſiâ repererо; hoc ſanctificationis & ſanctimoniæ ſigno notare, atque obſignare debeam; ob illorum ſcilicet, promptitudinem, & diligens ſtudium, atque pium animi propoſitum.* Sic ille.

Exemplum autem ſtrenuæ in diuino officio perſeuerantiæ exhibuit S. Ludgerus Epiſcopus, qui tertiò accerſitus, vt ad Carolum Imperatorem veniret, tantiſper diſtulit, donec cœptam Pſalmodiam conſummaret. Quâ finitâ, in conſpectum regis cùm veniſſet, eum, cur ad imperium ſuum venire contempſiſſet, interrogauit. Ad hæc ille vultu intrepido, mente conſtantiori: *Ego, Imperator, tuum ſemper præceptum ita in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deum tibi vbique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum omnes norunt, omnes fatētur.* Hoc exemplum noſtri imitari diſcant, & iuxta Sanctiſſimi P. BENEDICTI admonitionem, *nihil operi Dei præponāt*, nec illud ante finem deſerant. Vnde & Regula Pauli & Stephani decreuit: *Nulli liceat abſque Prioris permiſſu de Opere Dei diſcedere; ſed quem cauſſa manifeſta cōpulerit, oratione à Priore ſperata & conceſſa diſcedat.* Ante eos S. Pachomius. *Quando in Collecta orāt fratres, nemo egrediatur abſque iuſſione maiorum; niſi interrogauerit, conceſſumq; ei fuerit exire pro naturæ neceſſitate.*

Exemplum fortis in eodem perſeuerantiæ.

In eius vitâ apud Sur. 26. Mart.

Reg. Paul. & Steph. cap. 4.

Exeundum cum venia.

Reg. Pachom. art. 3.

TRACTA-

Digitized by Google

ORATORIVM.

TRACTATVS IV.

DE PSALLENDI MODO.

SACRAM *ædem opportuno tempore ingreſſi, antequam opus Dei auſpicemur, modum eius modulosq́, aliasq́; qualitates, & quantitatem, ſiue durationem aliquantulum conſiderabimus. Vnde* Prima *Diſquiſitio ſitum corporis, ſiue an ſedendo, an ſtando pſallendum ſit, expendet.* Secunda, *An ex libro, an memoriter officium diuinum perſoluendum?* Tertia, *An cantu, an ſimplici recitatione?* Quarta, *Quæ in diuino officio in directum dicenda?* Quinta, *An à ſingulis Pſaltis, an alternatim pſalmi dicendi?* Sexta, *Quâ diſciplinâ pſallendum?* Septima, *Quâ mentis attentione?*

DISQVISITIO I.

An ſedendo, an ſtando pſallendum?

VT non iucunda tantùm, ſed A & decora ſit Dei Opt. Max. laudatio, conuenit omninò, vt decenti corporis compoſitione, & ſitu peragatur. Proinde hic quærimus, an genibus flexis, an ſedendo, an verò ſtando pſallendum? Quâ quidem in re non obſcurè mentem ſuam moremque vetuſtum S. BENEDICTVS inſinuat. Agens ſiquidem de diſciplinâ pſallẽdi, ait nos *ad opus diuinum* ASSI- B STERE. Et: *Sic* STEMVS *ad pſallendum, vt mens noſtra concordet voci noſtræ.* Et alibi monet, *Vt ſecundùm ordines, quos conſtituerit Abbas, vel quos habuerint ipſi fratres, ſic accedant ad pſalmum imponendum, in choro* STANDVM.

Vetus mos ſtandi in pſalmodiâ à S. B. expreſſus. — Reg. cap 19. — Cap. 63.

Quamuis autem *ſtandi* verbum in ſacris litteris non ſemper erectum corporis ſtatum, ſed aliquando ſolam præſentiam ſignificet, vt: *Sunt quidam de hic ſtantibus*, id eſt, præſentibus. Et hinc Nauarrus dixerit: C ſtamus ergo ad orandum, aut pſallendum, quando ſumus in oratione, aut pſalmodiâ ſiue erecti, ſiue genuflexi, ſiue ſedentes, ſiue iacentes. Nihil tamen obſtat quin allegata S. BENEDICTI loca etiam de verâ intelligantur ſtatione, præſertim ſi non de toto prorſus officio, ſed de pſalmorum recitatione eum locutum aduertamus, vel quod à potiori parte, pſalmis ſcilicet, totius fecerit denominationem. Nam ſub pſalmodiâ ſtandum, ex 9. patet capite, vbi ait: *Quibus*, ſex pſalmis, *dictis, dicto verſu, benedicat Abbas. Et ſedentibus omnibus in ſcamnis, legantur lectiones.* Et rurſum: *modulatis ſex pſalmis, reſidentibus cunctis diſpoſitè, & per ordinem in ſubſellijs, legantur in codice lectiones.* Cur autem reſidere iubet, niſi quod ante ſteterint? atque hinc Ordinibus ſub S. BENEDICTO militantibus, alijſq́ue non paucis vulgatiſſimum erecto corpore pſalmos recitare.

Math. 16. — Nauarr. de orat. cap. 4. — *Qui loquitur de verâ ſtatione.* — Cap. 11.

Ex priſco ſanè ritu: nam & Iudæi ſtando orabant, & regius pſaltes, vt eſt apud Siracidem, *ſtare fecit cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecit modulos.* Et Philo Iudæus ait: *Exſtant hymni inter ſacra canendi à ſtantibus.* Idemq́ue alibi: *Vbi viderint deuictum aduerſarium, conuenit pulcherrimum decentiſſimumque hymnum canere datori victoriæ Deo: ita vt duo chori alter è virili, alter è muliebri conclaui è diuerſo ſtantes, alternis carminibus ſibi reſpõdeant.* Et de Therapeutis: *Nocte canebant hymnos ad auroram ſtantes.* S. Athanaſius virginem inſtituens: *Mediâ nocte ſurgito, & pſalmos dicito, quantum potes ſtans.* Baſilius Magnus: *Factâ ad Deum confeſſione tandem à contemplatione ſurgentes ad pſalmodiam inſtituũtur.* De Monachis æui ſui ſcribit Chryſoſtomus: *Cùm ante lucem gallus emittit vocem, omnes cum reuerentiâ diſcuſſo ſopore conſurgunt à præſule excitati ſuo, adſtantq́ue ſacro choro, protinuſq́ue expanſis manibus, ſanctos concinunt hymnos.* Cyrillus Monachus: *Pachomius reuerſus ad gymnaſium veritatis, inuenit quidem fratres congregatos ad preces, &* STANS *cum ipſis impleuit hymnodiam.*

A veteribus inter pſallendum vſurpatâ. — Eccl. 47. — *Iudæis,* Philo de vit. contemp. — Id. de agricult. — Athan. de virg. — *Monachis.* Baſil. Epiſt. 63. — Chryſoſt. homil 14. in 1. Tim. — Cyrill. in vitâ Ioan. Silentiar. c. 65.

ORATORIVM.

Quam & Angelus docuit.

diam. Et Angelus ille, qui pſallendi modum Ægyptios docuit Monachos, ſtans duodecim pſalmos decantabat: quod apud eos deinceps obtinuit, vt qui pſalleret in medio ſtaret, reliqui ſedentes in pſallentis verba omni intentione cordis defixi tacerent. Conſtat ex Caſſiano.

Caſſian. lib. 2. cap. 1. Ibid. c. 12.

Cur ſtandū in Pſalmodia.

Chryſoſt. hom. 13 in Ep. ad Heb.

Primò, quia miniſtri ſumus.

Tertull. de orat. c. 12.

Sed rationes etiam adducamus, cur ad pſalmodiam conueniētior ſtatio. *Prima* ſit Chryſoſtomi dicentis, *non eſſe miniſtri ſedere, ſed ſtare.* Dum pſallimus autem, ſeruitutis noſtræ penſum Domino reddimus. Vnde & Tertullianus ait: *Irreuerens eſt, aſsidere ſub conſpectu, contraque conſpectum eius, quem maximè reuerearis, ac venereris; quantò magis ſub conſpectum Dei viui?* Subdit mox, *ſecundam* rationem, quod nimirùm homo præſumat ſedere, *Angelo adhuc orationis adſtante.* Vbi Pamelius ait, alludi ad locum Luc. 1. *Apparuit illi Angelus ſtans à dextris altaris incenſi.* Ad quem locum Ambroſius: *Non dubites aſsiſtere Angelum, quando Chriſtus aſsiſtit, quādo Chriſtus immolatur.* Eodem hoc loco vtitur noſter Petrus Damiani ſcribens Archiepiſcopo Biſuntino, & reprehendens Clericos ſedentes tempore diuini officij, qui & illa habet: *Quâ præſumptionis audaciâ ſedere præſumimus? Dicit Daniel:* Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. *Ecce, dum innumerabilium Angelorum alij Deo miniſtrare, alij dicuntur aſsiſtere, nullus eorum hic reperitur in ſubſellio reſidere. Cui ergo virtutes Angelicæ trementes aſsiſtunt, terreni & corruptibiles homines adſtare deſpiciunt?* Paulò pòſt addit ex Apocalypſi: *Omnes Angeli ſtabant in circuitu throni. Et Seraphim ſtabāt,* quos vidit Iſaias, Sanctus, Sanctus, Sanctus alternis ingeminantes. *Ecce vbi Seraphim ſedere non audent, ſedet homo luteus, & tanquam pannus menſtruata luridus, & immundus? Vbi virtutes cælorum ſibi ſedilia non vſurpant, illic homo tamquam communi, ac domeſtico perfruitur otio, qui ſe puluerem eſſe, & cinerem non ignorat.*

Secundò, quia Angeli ſtant coram Deo.

Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 1.

Petr. Dam. l. 3. ep. 8.

Dan. 7.

Apoc. 5.

Clerici ſedentes reprehenſi.

Apoc. 7.

Iſai. 6.

Tertiò, ne fatigationē obijciamus.

Tertull. ſuprà.

Tertiam conſequenter rationē ex Tertulliano depromo, ne *ſedendo exprobremus Deo, quòd nos oratio fatigauerit.* Hinc de Palæſtinæ Syriæque Monachis Nicephorus ſcribit, ad ſtandum à Deo robur accepiſſe: *Horum,* inquit, *opus eſt, frequentes genuum inclinationes, & graues rurſus ſtationes, deſiderio ſolo corpore eorum ſuſtinente & voluntariam imbecillitatem recreante. Cùm enim egregium virtutis opus peragendum, & preces ad Deum fundendæ ſunt, tum robur nouum, & corpus mirificè viuidum cernas, etiamſi ſenio id iam confectum, & exoletum admodum ſit.* Talis ſine dubio fuit Cyriacus, de quo Metaphraſtes ſcribit, quòd cùm perueniſſet ad ætatem centum & ſeptem annorum, ne tantillum

Niceph. lib. 14. c. 5.

Metaph. in vitâ Cyrill. cap. 17.

A quidem remiſerit de ſuâ ſtatione ad diuinos hymnos.

Quartò, Chriſtus ſtans hymnos dixit.

Quarta ratio, quòd ipſe Chriſtus hymnum poſt cœnam cum Apoſtolis ſtans & erectus decantauerit. Quem Iudæorum fuiſſe ritum, Auctores tradunt.

Amal. l. 4. de Eccleſ. offic. c. 3.

Quæ requiſita ad veram ſtationem.

Climac. grad 18.

Vincent. tr. de vit. Spirit. c. de ſomn. & vigil.

Quinta eſt Amalarij: *Quando canimus pſalmos,* inquit, *ſolemus ſtare, vt ex ſtatu corporis demonſtremus effectum noſtræ mentis, hoc eſt, paratos nos eſſe ad opera bona.* Ad perfectionem autem huius ſtationis ſpectat, ne inter pſallendum ſedilibus, aut parieti nimis B innitamur: nam vt refert Climacus, dæmones quidam pſalmodiæ tempore, ſuper parietem reclinare nos, vt debiles admonent. Sed contra ſuadet S. Vincentius: *Pulſatis matutinis, & factis venijs & inclinationibus, pſallendo ſta ſuper pedes tuos, non appodiatus, ſed corde & corpore ſta viriliter coram Deo tuo, & ipſius laudes cum omni alacritate decanta.* Huc ſpectat, ni fallor, quod Canonicis Aquiſgranenſes Patres præſcribunt: *Nec cum baculis in choro, exceptis debilibus, ſed religioſiſsimè illis ſtandum & pſallendum eſt. Sunt C etenim quidam Clericorum, qui in ſæcularibus negotijs & diſceptationibus penè totum infatigabiliter deducunt diem, & mox vt Eccleſiam ad diuinum officium perogendum introuerint, ita fatigati videntur, vt nec orationi vacare, nec ad pſallendum* STARE *queant.* Quod autem debilibus hîc legimus baculum indulgeri, ceteris negari, id factum eo modo quo de Zebinâ ſcribit Theodoretus: *Poſtquam autem nō permittebat ſenectus, vt citra moleſtiam ſtare poſſet aſsiduè, ſuſtentaculum ei præbebat baculus, cui innixus, Dominum & laudabat & D orabat.* Sic & B. Petrus Damiani, Cardinalis & Epiſcopus Oſtiēſis, inter diuina officia nocturna & diurna pſallēs, nulli podio inhærebat. De Seraphico Patre Franciſco ſcribit Bonauentura, noluiſſe muro vel parieti inhærere, dū pſalleret, ſed horas ſemper erectum, & ſine caputio perſoluiſſe. S. Laurentius Iuſtinianus ſtabat dum diuina canerentur officia; non dextrâ, non lævâ ſedilibus hærebat, quem ſtatum ſemper in pſallendo ſeruauit, vt refert auctor vitæ. In laudibus Thomæ à Kempis recenſe- E tur, quod in pſallendo erecto corpore connſiſtebat perpetuo, numquam ſedili vel brachio, vel tergo innitens. Atque hæc de corporis ſitu ſub pſalmis.

Concil. Aquiſg. can. 131.

Baculi debilibus conceſſi.

Theod. in Philoth. c. 24.

Sancti inter pſallendum inniti noluerunt.

Sur. 22. Febru.

Bonau. in vit. S. Franciſc. c. 10.

Apud Sur. 8. Ianuar.

In vitâ Thomæ num. 12.

Quæ alia in officio ſeruanda.

Vt verò de alijs ſtrictim dicamus, ſub lectionibus ex præſcripto Regulæ ſedetur; ad orationes inclinandum, vel genua flectenda, quod etiam faciendum in precibus tempore ieiunij, & quando in inuitatorio dicitur: *Venite adoremus, & procidamus,* vt ipſa innuunt verba, & præſcribit Cærimoniale Epiſcoporum.

DISQVI-

DISQVISITIO II.

An ex libro, an memoriter officium diuinum perſoluendum?

Olim memoriter pſallebant. Roderic. to. 1. quæſt. reg. q. 14 art. 6.

QVAMVIS ea iam paſſim inualuerit conſuetudo, vt ex libro Pſalmi dicantur, & Leo X. conceſſerit Minoribus indulgentiam medietatis peccatorũ commiſſorũ illo die, quo officium ex libro recitauerint, vt refert Rodericius: olim tamẽ pſalmos præſertim, & alia quędam memoriter dicebant. Id autem ex mente & vſu S. BENEDICTI eſſe, variè probari poteſt.

Ex mente S. Benedicti. Cap. 9.

PRIMÒ, quia ordinans diuinũ officium, cùm dixiſſet, ſex pſalmos in nocturno legendos, ſubdit: *Quibus dictis legantur viciſſim à fratribus in codice ſuper analogium tres lectiones*, ex quibus vtcumq; colligas pſalmos lectos non ex codice. Quam expoſitionem ipſemet inſinuat ſequenti capite, vbi ait, à Paſchâ ad Kalendas Nouembris eandem pſalmodiæ quantitatem retinendam, quam hiemis tempore præſcripſerat, hoc dumtaxat excepto, *quod lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minimè legantur.* Quid autem illud ſit, explanat dicens: *Pro ipſis tribus lectionibus vna de veteri teſtamento memoriter dicatur.* Et fortaſſe etiã inde colligitur, quod de pſalmis agens nũquam dicat, legantur, ſed *dicantur* tot, aut tot pſalmi: adhæc capitula inſinuet memoriter dicenda. Dominico die, inquit, *poſt benedictiones & laudes, lectio vna de Apocalypſi ex corde.* Et de priuatis diebus, *Lectio vna Apoſtoli memoriter recitanda.*

Qui ita præſcribit. Cap. 12. Cap. 13.

Et tempus deſignat adiſcendi pſalmos. Cap. 8.

Probatur SECVNDÒ ex eo quod S. BENEDICTVS tempus aſſignauerit, quo pſalmi memoriæ commendarentur. Nam ſic ait: *Quod reſtat poſt vigilias, à fratribus, qui pſalterij vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur.* Quam meditationem idem eſſe ac memoriæ commendare, alibi fusè probamus. Et quod S. BENEDICTVS dicat: *Vt nouiter veniens ſit in cellâ Nouitiorum, vbi meditetur;* id Smaragdus exponit, vt in canticis & pſalmis & hymnis, ſiue in regularibus præceptis ſe exerceat. Clariùs verò totius diei horas congruis aſſignans exercitiis, etiam pſalmis tempus aliquod tribuit: *Poſt refectionem*, inquit, *vacent lectionibus ſuis, aut pſalmis*, ſcilicet ediſcendis.

Cap. 58. Cap. 48.

Priſcis Monachis id in vſu fuit. Art. 16.

Probatur TERTIÒ, quia hæc priſcorum fuit conſuetudo Monachorum, quam ſine dubio, vt plura alia, S. BENEDICTVS retinere voluerit. Nam apud Pachomium prima hæc erat probatio, vt pſalmos ediſcerent: Ita enim Regula habet: *Volens ſæculo renuntiare, manebit paucis diebus foris ante ianuam; & docebitur orationem Dominicam; & pſalmos quantos potuerit diſcere; & diligenter ſui experimentum dabit.* Et alibi. *De ſcripturis aliquid teneat, quod minimum eſt vſque ad nouum teſtamẽtum, & pſalterium.* Cuius ſenſus, teſte Gazæo, hic eſt: nullus erit in Monaſterio, qui non aliquid teneat de ſcripturis, id eſt, de veteri teſtamento, quod facilè poſſit ab omnibus intelligi, vt pleræque ſententiæ Prouerbiorum, Eccleſiaſtæ, & Eccleſiaſtici, & faciliores & vulgatiores hiſtoriæ. Nouum autem teſtamentum, & pſalterium omnes addiſcant. Aliam expoſitionem apud eum vide. Baſilius verò pœnam irrogat negligentioribus in hoc ſtudio: *Si quis*, inquit, *integrâ corporis valetudine orationes facere, aut pſalmos memoriæ mandare neglexerit, excuſans excuſationes in peccatis, hic à reliquorum conſortio ſegregatus aut hebdomadam vnam ieiunato.* In Regulâ Pauli & Stephani pręſcribitur, vt qui pſalmos ediſcunt, dictatoribus ſuis auſcultẽt, & quæ didicerint, in horâ refectionis ex ore reddant. *Qui meditari neglexerit & non reddiderit, nec manducet vſque ad horam refectionis venturi diei.* Hinc non immeritò Ruſticum Monachum Hieronymus monet. *Numquam de manibus & oculis diſcedat liber* (pſalmorum ſcilicet, ſequitur enim) *diſcatur pſalterium ad verbum.* Idemque ad Lætam: *Diſcat primò pſalterium: His ſe canticis auocet.* Atque vt ſciamus *diſcat* ibi eſſe ediſcat, ſiue memoriæ mandet, recenſitis pluribus libris, ſubiungit: *Cumque pectoris ſui cellarium his opibus locupletauerit, mandet memoriæ Prophetas.* Et Caſſiodorus tirones Chriſti primum pſalmos diſcere ſuadet. Regula Ferreoli: *Omnis qui nomen vult Monachi vindicare, pſalmos totos memoriter teneat, neque ſe quacumque excuſatione defendat quo minùs ſancto hoc ſtudio capiatur.*

A ORATORIVM. Art. 80. *Quænam præcipuè ediſcerent.* B Baſil. in animaduerſ. art. 1. *Alia ad hoc probandum.* Cap. 15. C Hieron. Epiſt. 4. Idem epiſt. 7. Caſſiod. præfat. inſtit. diuin. lect. D Reg. Ferr. c. 11.

Exempla Monachorum, qui pſalmos memoriâ tenuerunt.

Nec præceptis tantùm, ſed exemplis etiam confirmatur. Hieronymus enim ita ſcribit: *Scripturas legimus, pſalmos ediſcimus, Euangelia tenemus, Prophetas ediſſerimus. Solent Monachi hoc inter ſe habere certamen, vt plures ediſcant ſcripturas, & in eo putent ſe eſſe meliores ſi plures edidicerint.* Hinc in vitis Patrum ſenex quidam ait: *Scripturas omnes didicimus, ex corde Dauid conſummauimus.* Et Simeon Stylites in Monaſterium admiſſus, primis quatuor menſibus Pſalterium ex integro memoriæ commendauit. Malchus captiuus Monachus de ſe ita loquitur. *Orabam iugiter, canebam pſalmos, quos in Monaſterio didiceram.* Climacus quoque refert Mennam Monachum foris redeuntem ante pedes Abbatis pro benedictione proſtratum, pſalterium omne ceciniſſe, quod indicio eſt eum memoriter tenuiſſe, nec enim librum habebat, quod alij facilè vidiſſent, qui tamen arbitrabantur eum tunc tem-

Hieron. in Pſal. 133. Lib. 5. vit. Patr. libello 10 num. 91. E Vit. Patr. lib. 1. Ibid. Climac. grad. 4.

Digitized by Google

ORATORIVM. Metaph. apud Sur. 5. Ianu. *In tirocinio eos diſcebant.*

temporis dormiuiſſe. S. Virginem Apolli- A narem ſcribit Metaphraſtes parentibus dixiſſe. *Cupio ire in Monaſterium, & audire ſanctas ſcripturas, & videre Regulā Monaſticam. Rurſus eos rogabat, vt vnam adducerent Monacham, vt eam doceret pſalterium & legere. Paucis verò poſt diebus adduxerunt ad eam Monachas, quæ eam docuerunt Pſalterium, & legere ſcripturas.* Hieronymus in epitaphio Paulæ ſcribit, eam Hebraicè pſalmos memoriâ tenuiſſe ac decantaſſe. Inſignis hac in parte fuit diligentia S. Theodori Archimandritæ, B qui volens Pſalterium ediſcere, magno cum labore vſque ad ſextūdecimum pſalmum edidicit, ſed decimumſeptimum nullo modo percipere poterat. Quamobrem cùm in oratorio propinquo S. Chtiſtophori meditādo commoraretur, & non poſſet addiſcere, humi proſtratus Dominū obſecrabat, vt ſe ad pſalmos facilè memoriæ commendandos idoneū redderet. Clemens autem Deus id illi pręſtitit, deinceps enim facilè & commodè paucis diebus totum Pſalterium memoriæ commendauit.

Sur. in vit. 22. April. *Theodorus orat pro memoriâ.*

Benedictini Pſalmos memoriter ſciuerunt. Fauſt apud Sur. in vitâ 15. Ianuar.

Vt verò ad noſtros reuertamur, minimè C mihi dubium eſt primos Ordinis noſtri Patres pſalmos omnes memoriâ comprehendiſſe. S. Maurum lego plerumq; quinquagenos, *ſæpè etiam centenos pſalmos, nonnumquam verò totum ex ordine pſalteriū ante nocturnalem compleuiſſe Synaxim.* De S. Wolſtano noſtro hæc vitæ auctor: Poſt modicum ſomnum ſurgēs, Pſalterium dicebat: aſcenſo equo, Pſalterium incipere, nec pauſam, niſi ad finem, facere conſueuit. Vbicumque iaceret, ſtaret, vel ambularet, ſemper in ore pſalmus, ſemper in corde D Chriſtus. S. Sequanus ab ipſâ infantiâ Deo adhæſit: Puer Pſalterium memoriter didicit, nec priùs comedebat quàm Pſalterium ex integro recitaſſet. Ita nimirùm futuro Monachatui præludebat, & intellexerat fortaſſe hanc Monachorum conſuetudinem. Sed paſſim omnes Monachos Pſalterium memoriter nouiſſe, illi ſine dubio ſupponūt, qui operi manuum pſalmorum cantum miſcendum ſuadent. In hoc numero Auguſtinus, Caſſianus, & in noſtro Ordine S. Dunſtanus inter cetera pręſcri- E bit: *Vt cum decantatione canonici curſus & Pſalterij operentur quod eis iniungitur, vſque dum audiunt ſignum ad induendum.* Et viguit ſanè in Ordine noſtro ſæculis aliquot memoriter pſallendi conſuetudo: nam in peruetuſto codice, qui ritus Monaſterij noſtri Affligenienſis (quod tum Cluniacenſium formā ſequebatur) deſcribit, hęc leguntur: Notandū quod in feſtis, quæ proprios cantus habent, Diaconi & iuniores ad primam lectionem ſimul conueniunt, & in inferioribus formis ante Seniores reſident,

Apud Sur. 15. Ianuar.

Menard, lib. 2. obſeruat. 19. Septemb.

In opere manuum pſallebant.

Auguſt. de oper. Monach. Caſſian. lib. 2. cap. 14. & l. 3. c. 2.

Etiam in Conuentu memoriter officium dixerunt.

Rituale Affligen. c. 1.

quibus adferuntur duo Antiphonaria, in quibus ea quæ decantanda ſunt, decantēt, eò quòd quidam eorum his nondum memoriter affirmatis, quidam verò tardioris ingenij, ea, ſine libris expeditè nequeant decantare, quibus ſacriſta ſufficiēter prouidet de candelis. Ex quibus colligas non modo pſalmos, ſed totum etiam officium memoriter decantari ſolitum, quod alicubi etiamnum in vſu eſt.

QVARTÒ & vltimò, probatur hæc conſuetudo, quod inter cetera, quæ Sacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum, in Decreto expreſsè nominetur *Pſalterium*, & ſacerdotis nomen vix in eo conſtare dicatur, qui illud ignorauerit. Narrat Theodorus Lector Archiepiſcopum Leonem in more habuiſſe, vt neminem in ſacrum Ordinem accenſeret, qui Pſalterium neſciret. Prodit etiam Nicephorus Gennadium Conſtātinopolitanum, qui non priùs Pſalterium ſedulò in ore habuiſſet, ordinare Sacerdotem noluiſſe. Ex hoc ergo capite Benedictinis quoq; pſalmi ediſcendi erāt, quòd ad Sacerdotium ex ijs ſubinde eligerentur, & poſteriorihus ſæculis omnes paſſim hoc ordine initiarentur. Addamus his iam olim definitum, omnem qui ad Epiſcopatus prouehendus eſt gradum, modis omnihus Pſalterium noſſe debere, vt ex hoc & omnis Clerus, qui ſub ipſo fuerit, ita moneatur & imbuatur. Quare S. Gregorius Papa Ruſticum Diaconum, qui in Epiſcopū electus fuerat, eò quòd pſalmos ignoraret, ordinari vetuit, niſi priùs diligenter inquiſitum eſſet, quantos pſalmos minus teneat. Idemque Gregorius Andreæ Scholaſtico ita ſcribit: *Sed nec Ioannem Presbyterum pſalmorum neſcium præſumpſimus ordinare, quia hac enim res minùs ſui profectus habere ſtudium demonſtrabat.*

Sacerdotes olim tenebantur ſcire pſalterium. Diſt. 38. cap. Qui ipſis. Theod. in collect.

Nicephor. l. 15 Hiſt. cap. 23.

Diſt. 38. cap. Omnes Pſallentes. *Nec in Epiſcopos ordinabantur, qui neſciſſent.* Gregor. lib. 12. regiſt. epiſt. 6.

Idem lib. 4. Epiſt. 45.

Fuit hæc ergo præteritorum ſæculorum laudabilis conſuetudo. Hæc Cleri, Monachorumque circa pſallendi ſtudium diligentia, vt officio ſuo non ſatis reſpondere videretur, qui pſalmos ignoraret. Neque verò nimium id videri debet, cùm Baſilius auctor ſit, laicos paſſim pſalmos memoriter tenuiſſe. *Pſalmis*, inquit, *incipientibus primum erudiri, elementaris eſt inſtitutio, infantium tutelaris protectio, conſiſtentium in ætatis flore decus & ornamētum, ſenum ſolamen, denique mundus eſt mulieribus exornandis appoſitiſſimus. Neque enim è promiſcuâ plebe & ijs, qui ad Scripturarum indaginem toti reſident, vnus aliquis vnquam facilè comperietur, qui hinc à nobis abiens præceptum vllum Apoſtolicum aut Propheticum mandarit: Pſalmorum verò eloquia & domi cantillant omnes, & medio in foro ſecum conferunt.* Et alibi ebrium perſtringens, ait: *Cantus profanos exerces,*

Laici olim etiam pſalmos norant. Baſil hom. in Pſal. 1.

Quoi inter operandum cantillabant. Homil. 14. de ebrietate.

Digitized by Google

Hieron. epiſt. 17.

exerces, oblitus hymnorum & pſalmorum quos didiciſti. Et Hieronymus teſtatur in villulâ Chriſti Bethleem extra pſalmos ſilentium fuiſſe, aratorem ſtiuam tenentem Alleluia decantaſſe, ſudantem meſſorem pſalmis ſe auocaſſe, & curuâ attondentem vitẽ falce vinitorem, aliquid Dauidicum ceciniſſe, hæc in eâ Prouinciâ fuiſſe carmina, has, vt vulgò dicitur, amatorias cantiooes, hunc paſtorum ſibilum, hæc arma culturæ. Hęc ille. Quæ attuliſſe operæpretium fuerit, vt ſicubi laudabilis illa etiamnum vigeat cõſuetudo, congrua habeant motiua, vt morem hunc retineant ac conſeruent.

Strabo lib. de reb. Eccleſ. cap. 25.

Fuit verò noſtris tam ſolemne pſalmos memoriter decantare, vt miretur Walafridus Strabo ducentis ante ſua tempora annis raros fuiſſe, qui ex memoriâ pſallerent, eoſque hoc nomine tum celebratos, quod iu ordine ſuo omnibus paſſim videbat eſſe commune. *In tantum*, inquit, *vel cantilena, vel pſalmodia memoriter exercendæ vſus erat rarus apud priores, vt de nouiſſimis penè Romanorum Præſulibus, & qui nec ducentis annis noſtra tempora præceſſerunt, quaſi memorabile quiddam & ſingulare ſcribatur, ſi qui eorum in rebus prædictis eminentiores ceteris viderentur. Hormiſda enim in ordine 54. Clerum compoſuit, & pſalmis erudiuit. Leo 82. & Benedictus poſt eum proximus, Itemque Sergius 86. Pſalmodia, & Cantilenæ ſcientiâ floruiſſe dicuntur. De Gregorio autem III. velut inauditum quiddam & nouum refertur, quod omnes pſalmos memoriter tenuerit. Vbi datur intelligi paucos priorũ ita pſalterium didiciſſe. Solebant enim pſalmos æquè vt ceteras ſcripturas partim etiam lectitando, ſuis officijs inſerere.* Hactenus ille. Ex quo tandem videas confirmari, quod hactenus probare nitebamur, morem Ordinis noſtri eum fuiſſe, vt pſalmos memoriter decantarent. Vnde in Regulâ Magiſtri vocantur *Fratres Pſalterati*, qui Pſalterium memoriæ mandarunt. Quod patet ex cap. 57. *Si verò in viam longiorem dirigatur, codiculum modicum aliquibus lectionibus de monaſterio ſecum portet: vt quauis horâ in via repauſauerit, aliquantulum tamen legat; Ita tamen ſi fuerit Pſalteratus. Si verò non fuerit, tabulas à maiore ſuperpoſitas pſalmis ſecum portet, vt ad refectionem prandij, aut ad manſionem quando applicuerit aliquantulum quantum occurrerit, tamen meditetur, vt quotidie Regula reddat quod ſuum eſt*: nimirùm diuini officij penſum à Regulâ præſcriptum. Retinuerunt autem Carthuſiani acceptam à Benedictinis Pſalterij diſcendi conſuetudinem: & olim in S. Franciſci Ordiue multa admodum memoriter fuiſſe recitata, ex S. Bonauenturâ colligimus, qui ait: *Addiſcendum eſt diuinum officium, maximè in principio diligenter. Et licet de toto officio & Ordinis eius vſu ſeu forma, notitiam habere oporteat, ſunt tamen quædam communia, ſcilicet officium B. Mariæ Virginis, & mortuorum, commune de Sanctis, cum pſalmis, hymnis & ceteris omnibus ad illud ſpectantibus, lectionibus tantùm exceptis: Prima, Completorium, & pretioſa, Capitula & preces, ſuffragia horarum ferialium, abſolutiones, & benedictiones*, quæ in matutinis dicuntur, *hymni feriæ, laudumq́; pſalmi & cantica, Benedictio quoque menſæ cum gratijs, nec non & pſalmi primæ Dominicalis, omnes etiam pſalmi à centeſimo nono vſque ad vltimum, niſi totum quod magis expedit diſcatur Pſalterium, ſunt corde tenus addiſcenda, & menti per exercitium crebrius imprimenda.*

Celebres habiti qui Pſalterium memoriâ tenebant.

In quibus Pontifices aliquot.

Pſalterati fratres, qui Reg. Mag. cap. 82.

Lectiones deſcribebãt foras ituri.

Minores plura olim memoriter recitabant.

Bonauent. Spec. diſc. p. 1. c. 14.

ORATORIVM.

DISQVISITIO III.

An ſimplici, an modulatâ voce pſallendum?

Duplex in Eccleſiâ pſallendi forma.

Auguſt. lib. 10. Confeſſ. cap. 33.

DVPLICEM viguiſſe olim in Eccleſiâ Dei pſallendi formam, auctor eſt Auguſtinus, qui immoderatiùs, vt ait, cauens fallaciam carnalis delectationis, quæ ex audito cantu conſurgere poteſt, nimia errabat ſeueritate, *Vt melos omne cantilenarum ſuauium, quibus Dauidicũ pſalterium frequentatur ab auribus ſuis remoueri vellet atque ipſius Eccleſiæ.* En primum pſalmodiæ modum, qui liquidâ voce, & ſuaui modulatione ac melodiâ perficiebatur. Alterum verò ita exprimit: *Tutius mihi videtur, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſæpè mihi dictum commemini; qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuncianti vicinior eſſet quàm canenti.* Vbi vides probari ſanctiſſimo Antiſtiti ſimplicem illum atque æquabili vocis tenore prolatum cãtum. Vtrumq́ue porrò pſalmodiæ genus hodieq́ue à Religioſis Ordinibus frequentatur, priùs enim illud harmonicum, & muſicis notis modulatum melos in vſu eſt monaſticis pleriſque Ordinibus. Poſterius illud nonnulli poſteriores Ordines receperunt, in quibus ſunt Patres Capucini, Carmelitæ Diſcalceati, & Clerici Regulares Theatini, & Minimi, quibus S. Franciſcus de Paulâ præſcribit, vt *abſque notulis perſoluant diuinum officium.*

Prima, melodica.

Secunda, ſimplex.

Vtramque vſurpant Religioſi.

Regula Minimorum cap. 4.

Et S. Benedictus eam ſuis præſcribit.

Cap. 17. Reg.

Sanctus verò BENEDICTVS vtrumq́ue genus ſuis præſcripſit, & peculiari quadã phraſi, quam hîc explicandam ſumpſimus, in Regulâ expreſſit. Diſtinguit enim modũ pſallendi *cum Antiphona*, contra modũ pſallendi *in directum.* Nam de diurnis agẽs horis, id eſt, *Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completorio*, præſcribit: *Si maior congregatio fuerit, cũ Antiphonis; ſi verò minor, in directũ pſalletur. Veſpertina autẽ ſynaxis quatuor pſalmis cum Antiphonis terminetur. Completorium au-*

tem

ORATORIVM.

tem trium pſalmorum dictione terminetur. Qui pſalmi directaneè ſine Antiphonâ dicendi ſunt.

Num. 31. *Et alij Regularum conditores.*

Nota fuit & hæc diſtinctio Cæſario Arelatenſi in Regula Monachorum, vbi ait: *Poſt hoc dicant matutinos directaneum Exaltabo te Deus meus, & Rex meus. Deinde in ordine totus Matutinarius in Antiphonis dicatur.* Ita ille. Quem imitatus eſt eiuſdem ſedis Epiſcopus S. Aurelianus in Ordine pſallendi, in quo ſæpè occurrit *dicatur directaneus*, ſcilicet pſalmus & dicatur *cum Antiphona*, vel *Alleluia*. Regula quoque Magiſtri: candem phraſim repræſentat. Et Breuiarium B Ambroſianum in laudibus immediatè ante hymnum ſemper habet pſalmum, quem vocat *Directum*, & ab vtroque choro ſtante dicitur, communiter, & non alternatim.

Cap. 45.

Quid pſallere cum antiphonâ.

Verùm quid hiſce vocibus ſignificetur, nunc exponendũ. *Cum Antiphonis* pſallere pleriſque, qui de Eccleſiaſticis officijs ſcripſerunt, idem eſt atque alternis pſallere. Vnde Iſidorus Antiphonas ex eo dictas aſſerit, *quia duo chori alternatim concinunt, & viciſſim reciprocãdo melodiarum cantus alternant, quaſi duo Seraphim, duoque teſtamenta inuicem ſibi conclamantia.* C Inſtitutionem hanc B. Ignatio Antiocheno Epiſcopo & Martyri pleriqúe tribuunt, qui, vt refert Socrates, *Vidit Angelorum choros SS. Trinitatem hymnis & Antiphonis collaudantes.* Sed vt in Chronico ait Sigebertus. *Ambroſius Epiſcopus ritum canendi Antiphonas, primus ad Latinos tranſtulit à Græcis, apud quos hic ritus iam inoleuerat ex inſtituto Ignatij Antiocheni.*

Iſidor. de Eccleſiaſt. offic. lib. 1. cap 7. — *Alternatim iuxta aliquos.* — Socrat. lib. 6. cap. 8. — Sigebert. anno 387.

Alia S. Benedicti mẽs.

Verùm hæc de reciproco, ſiue alterno D cantu ſignificatio non eſt ad mentem S. BENEDICTI. Aliter proinde *Antiphona* notionem explicat Amalarius. *Antiphona*, inquit, *inchoatur ab vno vnius chori, & ad eius Symphoniam pſalmus cantatur per duos choros; ipsâ enim Antiphonâ coniunguntur ſimul duo chori.* Hæc ille. Dicitur ergò *Antiphona*, id eſt, vox ex aduerſo reſpondens, non quod chorus choro reſpondeat, ſed quod ipſa ſententia, vel breuis gnome, quæ pſalmo præcinendo præponitur, & integre poſt pſalmum decãtatur, quaſi ex aduerſo pſalmis reſpondeat, veluti alterius generis E cantilena, eo ſcilicet modo, quo lectionibus reſponſoria reſpondent. Rectè verò obſeruauit Ioannes Belethus, *Antiphonas eſſe quaſi quaſdam cãtilenas ad animorum recreationem diuinis laudibus inſertas.*

Amalar. lib. 4. de offic. eccleſ. c. 7. — Belet. in Rational. cap. 23.

Qui ea phraſi intelligit cantum harmonicum.

Cùm igitur Antiphonæ haberent ſuaue ſonantem melodiam, & exiſterent veluti claues & indices ad quorum modulationem ſequens pſalmus cantaretur; (tonus enim pſalmi ex tono Antiphonæ deſumitur) voluit S. BENEDICTVS per *pſalmodiam cum Antiphonâ* deſignare eam diuini officij A partem, quæ fit cum notâ & melodico concẽtu, quod ipſe ſatis indicat, cùm enim dixiſſet: *Modulatus, vt ſuprà diximus ſex pſalmis*, idipſum paulò poſt exprimens, ait: *Poſt quas lectiones ſequantur ex ordine alij ſex pſalmi cum Antiphonis ſicut anteriores.* Vnde manifeſtum eſt, *cum Antiphonâ pſallere* idem S. BENEDICTO eſſe, atque pſalmos modulari, quod ex Caſſiano fortaſſis didicerit, qui agens de diuerſo modo pſallendi, ait: *Quidam vicenos, ſeu tricenos pſalmos, & hos ipſos Antiphonarum protelatos melodijs & adiunctione quarumdam modulationum debere dici ſingulis noctibus cenſuerunt.*

Cap. 11. — *Secutus fortè Caſſianum.* Lib. 2. inſtit. cap. 2.

Pſallere in directum eſt ſine notis canere. — Cap. 12. Reg.

Iam verò haud erit difficile explicatu, quid ſit *in directum pſallere*, ſiue *directaneè*, quod ipſe S. Pater exponit *ſine Antiphonâ*, hoc eſt, ſine notis, modulatione aut tono: ita vt æquali vocis tenore, rectè omnia abſque aſcenſu vel deſcenſu pronuncientur.

Nicephor. lib. 9. hiſt. cap. 16. — *Harmonici corruperũt hunc ritum.*

Hic potrò modus valdè antiquus eſt. Nam vt tradit Nicephorus, *Cùm iam per tria à Chriſto nato ſæcula ſimplex cantus, ſiue potius recitatio, nulla modulationis fuco permiſta, Chriſti populos nutriuiſſet; ecce tibi Harmonius quidam Bardeſani hæreſiarchæ hæretici filius, mali corui malum ouum, cùm ſuapraua dogmata muſicis numeris includeret, & multi ex Syris propter verborum venuſtatem, & ſonorumſuauitatem demulſi, paulatim hæreſes imbiberent; B. Ephræm ea re cognitâ, carmina Catholicam fidem reſonantia veneficis Harmonij verſibus oppoſuit, clauo ſcilicet clauum trudens, Ea itaque ſuaui vocum ſonorumque flexu accommodata Syris audienda prabuit & canenda. Ab eoque poſteriores Eccleſiæ Cantores, modulorũ formul is mutuati, magis atque magis eas auxerunt, & propagarunt.* Sic ille.

Qui olim valdè viguit. — Iſidor. de eccl. offic. lib 1. cap. 5. — *Ab Angelo oſtenſus.* — Caſſian lib. 2. inſtitut. cap. 5. — Auguſt. Epiſt. 119. — *In Africâ notus.*

De directo cantu Iſidorus quoque teſtimonium perhibet: *Primitiua*, inquit, *Eccleſia ita pſallebat, vt modico flexu vocis faceret pſallentem reſonare, ita vt pronuncianti vicinior eſſet quàm canenti.* Idipſum in Alexandrinâ Eccleſiâ S. Athanaſium inſtituiſſe, ſuprà ex Auguſtino commemorauimus. Et Angelus ille, qui Ægyptijs Monachis, vt refert Caſſianus, pſallendi formam ſuo exemplo præmonſtrauit, *vndecim pſalmos diſtinctos* contiguis verſibus parili pronuntiatione cantaſſe ſcribitur, & *duodecim* ſub alleluia reſponſione conſummaſſe. Catholicas in Africâ eccleſias planum huc & æquabilem ſeruaſſe canendi ritum, ſignificat Auguſtinus; *Ad ſuauem*, inquit, *& modulatam melodiam pleraque in Africâ Eccleſiæ membra pigriora ſunt: ita vt Donatiſtæ nos reprehendant, quod ſobriè pſallimus in eccleſiâ, diuina carmina Prophetarum.*

Ex dictis hactenus patet Legiſlatorem noſtrum vtrumque pſallendi modum am-

plexum

Google

plexum eſſe, ſuiſque commendaſſe; vt proinde qui alterutrum ſequuntur, eius ſe auctoritate & exemplo valeant tueri.

DISQVISITIO IV.

Quæ in diuino officio indirectum dicenda?

NE pro arbitrio quiſq; ſuo, nunc hâc, nunc illâ vteretur pſallendi formâ, accuratè ſatis S. BENEDICTVS præſcripſit, quænam illa ſint directaneè, ſiue abſque Antiphonâ liceat pronuntiare. Illa autem cum aliorum reſpectu pauca admodum ſint, hinc ſcilicet colligemus reliquam omnem pſalmodiam cum Antiphonarum modulatione perſoluendam. Quod vno verbo hîc monuiſſe ſuffecerit.

Directaneè dicuntur.

1. *Deus in adiutorium. & Domine labia.*

PRIMÒ igitur, indirectum dicũtur *Deus in adiutorium meum intende.* &c. Deinde tertiò, *Domine labia mea aperies,* & pſalmus tertius. Conſtat hoc ex communi vſu & conſuetudine Ordinis; tum etiam quod S. BENEDICTVS non præſcripſerit hæc ad modulos cani, ſed contra magis inſinuauerit ſine modulatione pronuntianda, cùm ait *in ſecundo ter dicendum eſt: Domine labia, &c. cui ſubiungendus eſt tertius pſalmus*, non ait cum Antiphonâ. Hæc enim ſunt quędam veluti præludia & præparationes ad reliquam pſalmodiam. Videtur autem non ſatis congruum, vt hæc decantentur, & ſubſequens pſalmus *Venite* dicatur in directum, & poſteà hymnus cum pſalmis cantetur. Crediderim tamen apud Cluniacenſes alioſq; cum aliquâ modulatione etiam iſta decantata fuiſſe.

Dubium de Inuitatorio.

SECVNDÒ, dubium aliquod eſſe videtur de Pſalmô 94. *Venite exultemus*, an ſcilicet in directum, an cum Antiphona dicendus. Nam de eo ita S. P. *Poſt hunc pſalmus 94. cum Antiphona, aut certè decantandus.* Ita habent MSS. & impreſſa exemplaria, excepto quòd duo excuſa legant: *aut certè indirectè decantandus.* Et Bernardus Caſſinenſis illud verbum, *decantandus*, exponit, *in directum, ſine tono & Antiphonâ.* Ex quibus colligitur, ex mente S. BENEDICTI poſſe hunc pſalmum aliquando cani, aliquando in directum pronunciari. Quando autem hoc vel illo vtendum ſit modo, quis nobis aperiet? Aſſerit verò idem Bernardus Gallicanos Monachos hunc pſalmum in æſtate canere indirectum, addit Boërius: Cùm faciunt de feriâ, & in nocturnis vigilijs vnicam lectionem dicunt. Burſfeldenſes verò ſpecialiùs hæc determinant. *Sciendum*, inquiunt, *quod pſalmus nonogeſimus quartus, id eſt, Venite exultemus Domino, indirectum dicitur omni tempore quo breuis tantùm lectio recitatur, ad nocturnum, excepto tempore paſchali & hebdomadâ Pentecoſtes: ſex enim poſterioribus diebus, quibus duodecim leguntur lectiones, & etiam tres extra dictum tempus paſchale, cum Antiphonâ dicitur: quam vſualiter Inuitatorium appellamus. Ipſo autem tempore paſchali, quod in craſtino finitur Pentecoſtes, cum Alleluia quotidie decantatur.* Cluniacenſes quantum colligere licet ex peruetuſto libro Guilielmi Abbatis Aſſligenienſis de obſeruatione Regulæ S. BENEDICTI, videntur pſalmum *Venite* ſemper decantaſſe. Antiquum verò Cerimoniale Congregationis S. Iuſtinæ ſatis inſinuat hunc pſalmũ numquam fuiſſe decantatum, ſecundùm eorum ritum.

Quod quidam in directum cecinerunt.

Buhsfeld in ordinario diuin. offic. cap. 9.

ORATORIVM.

Alij cum notis.

Part. 1.

Cerimonial. S. Iuſt. p. 1. cap. 13.

Pſalmus 66. dicitur in directum.

TERTIÒ, in principio Matutinorum, ſiue vt vſitatiùs loquimur Laudum, tam in feſtiuis quàm feriatis diebus Pſalmus 66. *Deus miſereatur noſtri*, ſine antiphona indirectum dicitur, vt præſcribit Regula cap. 12. & 13. Cauſſa ſtatuendi ea fortaſſis fuerit, quòd pſalmus hic inſtar procœmij, aut cuiuſdam præambuli ſit ad ipſas laudes, ſicut *Domine quid multiplicati* ſunt, ad vigilias nocturnas. Quare S. Pater vult eum dici *ſubtrahendo modicè*, vt priuatis diebus, quando Matutinum à nocturnis vigilijs diuiditur, *omnes occurrant ad quinquageſimum* pſalmum.

Completorium quoq;

QVARTÒ, Completorium per totum annum directaneè ſine antiphonâ dicendum cap. 17. præſcribitur. Ea fortaſſis ratione, quòd mœrorem luctumq; requirere tẽpus illud videatur; iuxta illud: *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Nam ſtatim in principio de peccatis noſtris noſmet accuſamus, dicentes *Confiteor.* Omnibuſq; dicitur: *In cubilibus veſtris compungimini.* Aut fortaſſis voluerit S. Pater officiũ hoc miuùs eſſe ſolemne, & vtcumque breue, quod circa crepuſculum veſpertinum non magno labore abſolueretur: pręſertim cùm voluerit ita cœnæ aut collationis horam tẽperari, *vt lumine lucernæ non indigerẽt reficientes.* Dixi autẽ minus ſolemne, & breue voluiſſe S. Patrem hoc officium facere, quia, vt ex Caſſiano cõſtat, olim tantùm ſolemnia erant Ægyptijs Monachis Vigiliæ nocturnæ & ſynaxis veſpertina, quam excipiebat Collatio circa veſperũ, aut inclinãte iam die fieri ſolita: quare & ſub idem tempus S. BENEDICTVS veterum Monachorum ſtudioſus imitator, ſuis voluit Patrum Collationes prælegi. Cui appendicis fortè loco adiunxerit Completorium, veluti totius diei clauſuram, omneſque voluit intereſſe, *vt omnes*, ait, *in vnum poſiti compleant.* Ægyptij autem Monachi nõ videntur Completoriũ habuiſſe: ac proinde noluerit S. BENEDICTVS illud eſſe prolixius.

Pſal. 29.

Pſal. 4.

Quod olim minus ſolemne.

Reg. c. 41.

Reg. c. 42.

Nec protrahendum putauit S. Benedictus.

ORATORIVM.

Collationes quando iuxta ipſum legenda.

Nec verò admodum decebat, ne noctis partem aliquam hoc officium occuparet. Nam Collationes legi voluit vel poſt cœnam, quæ fiebat *ad ſeram:* vel in diebus ieiuniorum paruo interuallo poſt veſperas; quare & tunc ſatis ſerò collatio legebatur. Reficiebant enim ad Nonam, quæ nobis eſt Tertia pomeridiana: abſolutâ autem refectione, (vt capite 48. dicitur) *vacabant lectionibus ſuis aut pſalmis; ſed paruo* (vt cap. 42. loquitur) *interuallo:* quo elapſo, mox accedebant ad lectionem Collationis. Ob has igitur, vt dixi, rationes, ſiue coniecturas, voluerit S. BENEDICTVS Completorium ſemper dici ſine antiphonâ, & indirectum.

Reg. Mag. cap. 42.

Regula tamen Magiſtri, attendens illud eſſe vnam ex ſeptem diurnis horis, præſcribit reliquarum inſtar ſemper cum antiphonâ dici.

Cerimonial. S. Iuſt. p. 1. cap. 20.

Cerimoniale S. Iuſtinæ de Paduâ, vult ex Abbatis pendêre arbitrio, quando cantandum, quando verò illud ſolùm legendum.

Prima, Tertia, Sexta, & Nona quando dicantur in directum. Cap. 17.

QVINTÒ agens B. Pater de quatuor diurnis horis, Prima, Tertia, Sexta, & Nona, ait: *Si maior fuerit Congregatio, cum Antiphonis, ſin verò minor, indirectum pſallantur.* Conceſſum id fortè eâ conſideratione, quod apud Ægyptios *exceptis veſpertinis ac nocturnis congregationibus, nulla per diem publica ſolemnitas celebraretur*, vt ait Caſſianus.

Caſſian. lib. 3. c. 2.

Sed officia Tertiæ, Sextæ & Nonæ, ſimul cum manuali opere, ſeu laborando in cellulis ſuis priuatim perſoluebant. Quamuis autem Legiſlator noſter, vt ex cap. 48. conſtat decreuerit certis horis, præmiſſoque ſigno hæc officia in oratorio perſolui, prout etiam fiebat in omnibus Palæſtinæ & Meſopotamiæ Monaſterijs, habuit tamen hæc ipſa minùs ſolemnia, eaque extra oratorium, & in agro ſubinde perſolui indulget.

Quod ſi in agro, multò leuius exiſtimauit eaſdem, in paruâ congregatione dici abſque notis in Oratorio. Quibus accedat, in minori congregatione vno alteróve ægrotante, vel negotijs quibuſdam, quæ à choro eum eximant, occupato, vix ſupereſſe qui in choro cum Antiphonis canere poſſint. Cùm autem per diem magis ingruant negotia quàm de nocte, hinc fortaſſis hanc indulgentiam ad quatuor has dumtaxat diurnas horas reſtrinxit.

Quid de alijs Horis ſtatuat S. Benedictus.

Nam de Nocturnis, Matutinis, & Veſperis agens, nullam maioris vel minoris congregationis fecit diſtinctionem. Boërius tamen fauorem hunc ampliauit, & ad omnes, vt videtur, totius officij horas extendit. Ait enim: *Dulcis Magiſter, & dulcis eius traditio. Reſpexit enim quod minor congregatio plus laboret in pſallendo, quàm maior: quod enim pluribus committitur, leuius expletur. Ne igitur nimio labore paucos opprimat in pſallendo, hinc eos releuat à cantus proclamatione.* Et hæc quidem ſunt, quæ ex ipsâ Regulâ in directum dicenda.

Constitut. Valliſolet. Barcin. impreſſæ c. 51. *Quando Vigilias decantēt Valliſoletani.*

Ceterùm Congregationes pleræque alia quædam ſine Antiphonâ dici decreuerũt. Valliſoletana ita ſuis Cõſtitutionibus præſcribit: Cùm prolixior totius nocturni officij decantatio, eam, quam Regula requirit, impediat attentionem, quò illud deuotius perſoluatur, ordinamus integrum matutinum ſolummodo canendum in feſto Natiuitatis & Epiphaniæ Domini, in Purificatione B. Mariæ, Tranſitus S. P. N. BENEDICTI, in Annuntiatione B. Virginis, officium tenebrarum triduo ante Paſcha, in Reſurrectione & Aſcenſione Domini, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Ioannis Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, Tranſlationis S. BENEDICTI, S. Iacobi Patroni Hiſpaniæ, Aſſumptionis & Natiuitatis B. Virginis, omnium Sanctorum, & in feſto Patroni cuiuſque Monaſterij, & illius Sancti, cuius corpus, vel principalis ibidem aſſeruatur reliquia. In alijs feſtis quatuor Capparum priuatarum, & in Dominicis, in quibus incipitur aliqua hiſtoria, cantatur inuitatorium, hymnus, duodecimum Reſponſorium, Te Deum laudamus, & Euangelium.

Quando Laudes decantent.

Laudes verò in quatuor feſtis Capparum principalium cantantur à capitulo & deinceps. In omnibus alijs quatuor Capparum diebus cantatur Antiphona ad Benedictus cum oratione, & in feſtis ac Dominicis quæ habuerint proprias. Diurnæ horæ omnes cantantur.

Caſſinenſes pauca cum notis pſallunt.

Antiquum S. Iuſtinæ Cerimoniale plura indirectum dici præſcribit, & plerumque vult à Prælati pendere arbitrio, an cantu, an ſine notis pſallendum.

Quæ decantent Reformati in Lotharingiâ, &c.

Monaſticum Cerimoniale Congregationis SS. Vitoni & Hydulphi præſcribit, *Venite exultemus* ſemper dici interdictum, excepta nocte Natiuitatis Domini, in Commemoratione omnium defunctorum, & exequijs fratrum. Cantantur quoque omnes Lectiones, cùm plures dicendæ ſunt, & in feſtis duodecim lectionum, Abſolutiones, Benedictiones, Te Deum laudamus, Te decet laus, Euangelium cum oratione. In feſtis verò 1. vel 2. Claſſis in Breuiario enumeratis, nec non Conceptionis B. Virginis, & S. Scholaſticæ, vltra prædicta, Hymnus nocturnorum, & Laudes à Capitulo vſque ad Benedicamus Domino incluſiuè canenda ſunt. Antiphonæ autem, pſalmi, & cantica nocturnorum, & pſalmi Laudum ſemper dicuntur indirectum,

præter-

præterquam in triduo ante Paſcha. De reliquis quiſque ſuæ Congregationis conſulat vſum.

DISQVISITIO V.

An à ſingulis Pſaltis, an verò alternis Choris Pſalmi iuxta S. BENEDICTVM *dicendi?*

Apud Ægyptios Monachos vnus ſolus pſallebat.
Caſſ. lib. 2. Inſtitut. cap. 5.

ET ex hoc capite gemina rurſus pſallendi forma priſcis vſitata reperitur. Vnor eſt, quam tradit Caſſianus, *quâ vnus* [B] *in medium pſalmos Domino cantaturus exurgit ſedentibus cunctis (vt eſt moris nunc vſque in Ægypti partibus) & in pſallentis verba omni cordis intentione defixis.* Poſtea autem particulariùs exponit, quot pſalmos pſaltæ ſinguli decantarent: *Prædictũ*, inquit, *duodenarium pſalmorum numerum ita diuidunt, vt ſi duo fuerint fratres, ſenas pſallant; ſi tres, quaternos; ſi quatuor, ternos. Quo numero numquam minus in congregatione decantant; ac proinde quantalibet multitudo conuenerit, numquam amplius pſallunt in ſynaxi, quàm quatuor fratres.*

Cap. 11.

Alternus cantus ab S. Ignatio traditus.
Socrates lib. 6. cap 8. Niceph. li. 13. cap. 8.

Alter pſallendi modus eſt, cum alternis, vt nunc vbique fit, canitur choris: quod quidem vetus inſtitutum Socrates, Nicephorus, Photius in Bibliotheca, & Walafridus Strabo B. Ignatio Antiocheno Epiſcopo acceptum ferunt, qui cùm viſionem vidiſſet Angelorum ſanctam Trinitatem hymnis alterna voce decantatis collaudantium, formam canendi eâ viſione expreſſam Eccleſiæ Antiochenæ tradidit, quæ inde ad alias dimanauit. Theodoretus [D] autem id tribuit Flauiano & Diodoro Monachis, qui tempore Conſtantij Imperatoris floruerunt. *Hi*, inquit, *primi pſallentium chora in duas partes diuiſa, hymnas Dominicos alternis canendos tradiderunt. Quæ res primùm incepta Antiochiæ vbique peruaſit, & ad vltimas orbis terræ oras peruagata eſt.* Quod idem habet etiam Suidas in verbo χορός. Meminit & reciprocæ huius modulationis Baſilius: *Et nunc quidem in duas partes diuiſi alternis ſuccinentes pſallunt.* Et [E] mox: *Deinde vni ex ipſis hoc muneris dato, vt quod canendum eſt, prior ordiatur, reliqui ſuccinunt, atque ita pſalmodiæ varietate, precibuſque ſubinde interſertis noctem ſuperant.*

Tribuitur & alijs.
Theod. l. 2. hiſt. c. 24.

Baſil. epiſt. 63 ad Cleric. Neocæſar.

Latè viguit in Oriente.

Atque hoc pſallendi more vſos tunc fuiſſe Ægyptios, vtramque Libyam, Thebæos, Palæſtinos, Arabes, Phœnicas, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & omnes denique, apud quos vigiliæ ac preces, communeſque pſalmodiæ in pretio erant. Quod quidem videatur Caſſiano contrarium, niſi cum Francolino dicas hunc loqui de ſolo Monachorum ritu, Baſilium verò de totius populi & Clericorum more, vt ex ipſorum verbis ſatis conſtat.

Francol. de hor. Cano. cap. 2. nu. 6.

[A]

ORATORIVM.

Sed ad Latinam tranſeamus Eccleſiam, & quis in ea alternum induxerit cantum, videamus. Tribuitur id communiter S. Ambroſio, ſic enim ſcribit præter alios S. Iſidorus: *Antiphonas Græci primum compoſuerunt, duobus choris alternatim concinentibus, quaſi duo Seraphim, duoque quoque teſtamenta inuicem ſibi conclamantia. Apud Latinos verò primus Beatiſſimus Ambroſius conſti-* [B] *tuit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum vſus increbuit.* Sed audiendus hic potiſſimum, qui cum Ambroſio vixit Auguſtinus. Is, cum retuliſſet pijſſimum fletum ſuum, in hymnis & canticis ſuaue ſonantibus Eccleſiæ Dei, quibus acriter ſe ſentiebat commotum, mox ſubijcit. *Non longè cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius cum Iu-* [C] *ſtina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſſâ, qua fuerat ſeducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in Eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſeruo tuo. Ibi mater mea ancilla tua ſollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore ſpiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbatâ. Tunc hymni, & pſalmi, vt canerentur ſecundum morem orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt, & ex illâ in hodiernum diem multis iam ac penè omnibus gregibus tuis per cætero orbis imitantibus.* Clariùs etiam paulò in vita eiuſdem Ambroſij Paulinus. *Hoc in tempore*, inquit, *primùm Antiphonæ, hymni, ac vigiliæ in Eccleſiâ Mediolanenſi celebrari cœperunt, cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diem non ſolùm in eâdem Eccleſiâ, verùm per omnes penè Occidentis partes manet.* Accedat ad hæc, quod Damaſus Papa, vt Romanum loquitur Breuiarium, *ſtatuit, vt quod pluribus iam locis erat in vſu, pſalmi per omnes Eccleſias die noctuque ab al-* [E] *ternis canerentur; & in fine cuiuſque pſalmi diceretur, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.*

S. Ambroſius vulgatiſsimus in Occidente.

Iſid. lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 7.

Auguſt. lib. 9. confeſſ. c. 7.

Occaſione perſecutionis Arianæ.

Damaſi de hoc decretum.

His ità ſuppoſitis, quæſtio eſt, vtram pſalmodiæ formam S. BENEDICTVS elegerit, ſuiſque præſcripſerit? Deſcriptum à Caſſiano adamaſſe ritum, videri queat, quòd cum in alijs ſæpiùs ſequatur, quodque de pſalmodia agens, ita loquatur, ac ſi vnus ſolus pſalmos decantaret. *Si quis*, inquit, *dum pronuntiat Pſalmum aut Reſponſorium, aut Antiphonam, vel Lectionem, fallitur.* Et alibi: *Pſalmos autem vel Antiphonas*

Quã pſalmodiæ formam præſcripſerit S. Benedictus.

Cap. 45.

Cap. 47.

ORATORIVM. Argumentum pro ſingulari. Cap. 63.

poſt Abbatem ordine ſuo quibus iuſſum fuerit, imponant. Iterum: *Ergo ſecundùm ordines, quos conſtituerit* (Abbas) *vel quos habuerint ipſi Fratres, ſic accedant ad pacem, ad communionem, ad pſalmum imponendum, in Choro ſtandum.* Quem locum repræſentans Regula cuiuſdam Patris, quæ veluti paraphraſis quędam eſt Regulæ S. BENEDICTI, ait: *In curſu poſiti, prout ab Abbate fuerint ordinati ad Pſalmum canendum, vel ad lectiones recitandas, vel etiam ad communicandum, euntes ſuum ordinem ſeruent.* Vbi vides quòd S. BENEDICTVS dixit, *ad pſalmum imponendum*, redditum, *ad pſalmum canendum.* Quod conſorme eſt dicto iſti S. Hieronymi: *Dicas pſalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quæritur.* Idipſum obſeruabant Tabenneſiotæ, vt liquet ex prçfatione S. Hieronymi ad Regulam S. Pachomij: *Quicumque autem monaſterium primus ingreditur, primus ſedet, primus ambulat, primus pſalmum dicit.* Ex Regulâ Macarij & aliorum Patrum, *Ordo iſte teneatur, nullus priorem in monaſterio ad ſtandi vel pſallendi ordinem præſumat præcedere.* Rurſus quod S. BENEDICTVS ait, *Priuati autem à menſæ conſortio iſta erit ratio, vt in oratorio pſalmum non imponat, neque lectionem recitet, vſque ad ſatisfactionem.* Eadem Regula cuiuſdam Patris ſic exprimit. *Sicut à menſâ ſuo loco priuatur, ita & in Eccleſiâ ſegregetur, vt in loco, in quo antea fuit, nec pſalmum cantet, nec vllum ordinem teneat.* Idem confirmatur ex Regulâ S. BENEDICTI: *Ita ſanè vt pſalmum, aut lectionem, aut aliud quid non præſumat in oratorio imponere.* Vbi τὸ, *imponere*, ait eruditiſſimus Menardus, non ſignificat incipere: nam lectio non incipitur à Lectore, vt eam chorus proſequatur. *Imponere* ergo hoc loco eſt dicere, pronunciare, ſiue id fiat cantu, ſiue recitatione. Quod & alibi idem Auctor tradit, pluribuſque confirmat. Nec caret hæc ſententia ſuâ probabilitate. Nam & poſt S. BENEDICTVM apud Monachos hæc pſallendi ratio obſeruata fuit. Præſcribit enim S. Aurelianus: *Vt in ordine pſallendi vicibus ſibi ſuccedant Monachi.* Et S. Fructuoſus: *Qui priùs conuerſus fuerit, &c. prior pſalmum dicat in choro, prior conſiſtat, hebdomadam prior faciat, manum in menſâ priùs extendat.*

Reg. cuiuſdam c. 22.

Ex Monachorum vſu.

Hieron. ad Ruſtic.

Cap. 6.

Et quibuſdam verbis S. Benedicti.

Cap. 24.

Reg. cuiuſdam c. 19.

Cap 44.

Imponere, quid apud eundem.

Menard. Conc. Reg. cap. 54. § 1.

Aurelian. in Regul. Monach. cap. 22.

Fruct. in Reg. c. 23.

Probabilius eſt S. Benedictum elegiſſe cãtum alternum.

Neq; tamen minùs probabilem arbitror alteram ſententiam de alterno cantu, à S. BENEDICTO vſurpato; nam ſi ille ex Auguſtini & Paulini aſſertione, à Mediolanenſi ad omnes Occidentis Eccleſias dimanauit, ſi Damaſus ſtatuerit pſalmos per omnes eccleſias die noctuq́ue ab alternis cani; quis dubitet S. BENEDICTVM, qui Romæ habitans hunc vſum, quãuis adoleſcens, videre potuit, etiam in ſuis introduxiſſe monaſterijs? Præſertim cùm in alijs quoq́ue Romanum non rarò imitatus ſit officium, ritu Ægyptiorum prætermiſſo. Et quod hîc ex Damaſi inſtitutione dicitur, vt ſingulis pſalmis ſubiungeretur *Gloria Patri*, id non tantùm ex vſu obſeruauerit, ſed etiã Regulæ auctoritate præſcripſerit; cùm tamen apud Orientales, Caſſiano teſte, hic glorificationis hymnus non in clauſurâ Pſalmi, ſed in fine Antiphonarum diceretur. Sicut igitur hoc ex Romanâ aſſumpſit conſuetudine, ita & de reciproco cantu credere fas eſt. Neque dixeris, apud Clericos tantùm, & non apud Monachos alternum cantum fuiſſe vſitatum. Nam Theodoretus Caſſiano æqualis de Abraamis Monachi ſimulq́ue Carrarum Epiſcopi viuendi ratione agens, ait: *Noctu enim quadraginta hymnos, quos inter ſe inuicem loquendo & reſpondendo* (hoc eſt alternatim canendo, inquit Caracciolus) *dicunt, implebat.* Idem Theodoretus ſcribit Iulianum Sabam docuiſſe diſcipulos ſuos, *intus quidem communem Deo offerre hymnodiam, poſt auroram autem duos ſimul exire in ſolitudinem: & vnum quidem flexis genibus offerre eam quæ Domino debetur, adorationem, alterum verò ſtantem Dauidicos pſalmos canere quindecim. Deinde operis factâ commutatione, alterum quidem ſurgentem canere, alterum verò humi procumbentem, adorare, & id à mane vſque ad crepuſculum faciebant. Ante occaſum autem ſolis, in antro paululum quieſcentes, hi quidem hinc, illi verò illinc, omnes verò vndequaque in antrum conueniebant, & hymnos veſpertinos ſimul Domino offerebant.* Vbi vides vtramq́ue pſallendi formam expreſſam. Nam quod hîc dicitur, hymnos veſpertinos ſimul Domino offerebant. Caracciolus ita repræſentat: *Poſt verò, omnes reuerſos in antrum* ALTERNATIM *canere Deo hymnos veſpertinos.* Sed & Nazianzenus agens de Monachis, reciproci cantus meminit:

Ad imitationem officij Romani.

Caſſian. lib. 2. Inſtitut. cap. 8.

Occurritur obiectioni.

Theodor. in Philotheo c. 17.

Carac. notis ad cap. 1. conſt. cleric. regul. ou. 10.

Theodor. Philotheo cap. 2.

Monachi etiam alterne cecinerunt.

Probatur pluribus auctoritatibus.

Nazianz. Iambico 18.

Noctúne cernis vt canat laudes Deo
Naturæ vterq́ue ſexus oblitus ſuæ?
Quot, quamq́ue Sancti? cernis Angelicum chorum,
Qui nunc ſimul, nunc vicibus alternis *canit,*
Partim deorſum poſitus, & partim ſupra;
Sine fine ſummi concinens laudes Patris?

Non vnum apud Monachos pſaltem eceiniſſe, ſed plures vel omnes ſimul, illa S. Ephræm admonitio oſtendit: *Si in domo Domini, ad diuinum ſpiritalemq́ue cultum conſtiteris, in pſalmodijs te alacrem, promptumq́ue præbeto. Si autem tacueris, tacebo & ego, tacebit & proximus; vnde neceſſariò, cantum ceſſare neceſſe ſit, Sed quæſo hoc abſit. Qui enim principem aliquem*

Ephræm tom. 1. de vit. ſpirituali ou. 16.

Google

aliquem vel regem, ex theatro fauſtis latiſque acclamationibus excipiunt, videantque interea aliquem ſibi adſtantem cum ſilentio, neque ſimul cum illis contentâ voce acclamantem; hunc quaſi loco eiuſcemodi iudicantes indignum, ex eo deturbant.

Idem ex Climaco clarè oſtenditur. Climac. grad. 4.

Climacus quoque diligens Caſſiani lector, & S. BENEDICTO ætate poſterior, inſinuat Monachos coniunctis ceciniſſe vocibus. Nam cùm dixiſſet, qui in *fratrum cœtu verſatur, non tantum ex pſalmorum cantu, quantum ex precibus proficere.* Eius rei hanc reddit rationem: ἡ γὰρ σύγχυσις, ψαλμοῦ διάλυσις. Quod Raderus vertit: *Vocum enim confuſio, pſalmorum cõfundit intellectum.* Quæ autem vocum cõfuſio vno dumtaxat pſallente? Alibi referens dæmonum verſutias & moleſtias, quas pſalmodiæ tempore

Idem grad. 18.

Monachis faceſſunt. *Alij,* inquit, *nos ad præcipitandas pſalmorum verſus ex ignauiâ impellunt: alij vt tardiùs cum quadam delectatione pronunciemus hortantur. Alij denique quaſi linguam & os obſiderent, impediunt nos, & os occludunt, vt ægrè labia aperiamus, dum pſalmis vacamus.*

Qui plurium ſimul concinentium meminit.

Vbi vides eum multitudinis numero vti, quaſi ſignificaret non vnius, ſed omnium eſſe poſſe pſalmorum verſus præcipitare, vel tardiùs pronũciare, vel ægrè labia aperire. Poſteà ſubdit: *Si cum multis pſallas, non poteris contemplari ſine imaginum formis. Sit tibi ad occupandam mentem ſacrorum eloquiorum quæ recitantur meditatio: aut etiam certa precatio dum expectas, quoad alter verſum finiat.* Vbi ad marginem annotauit Raderus: *Alternis enim canebant, vt hodie paſſim in Eccleſijs.* Quamquam Michael Iſſeltius hæc referat ad ſolitariam pſallendi formam à Caſſiano, lib. 2. deſcriptam.

Reg. Paul. & Steph. cap. 6.

Regula Pauli & Stephani: *Initium pſallentium in choro priores qui in eis ſtant, incipiant. Aut ſi eis aduerſatur infirmitas, incipiant, quibus iuſſerit Pater. Quibus incipientibus, mox omnes, ſi fieri poteſt, in prima, aut ſecunda ſyllaba pariter, vnanimiter, & vno ore ſubiungant: vt non ſit diſſonantia cantantium.*

Rationes pro hac ſententiâ. Prima.

Atque hæc, vt probaremus, alternum à Monachis etiam frequentatum cantum: qui ſi à S. BENEDICTO non fuit præſcriptus, aut ſaltem ſeruatus, ſequetur inde iam nuſquam toto orbe ſeruari pſalmodiæ rationem, quâ vſus ſuo tempore eſt noſter Legiſlator; imò tot iam ſæculis Benedictinos aliâ vſos pſallendi formâ, quàm Regula præſcribit. Quod ſanè mirum videtur.

Secunda.

Deinde ſi vno pſallente, iuxta Ægyptiorum Monachorum ritum, reliqui tacentes auſcultabant, quid cauſſæ eſſe dicemus, quod cùm toties, & à tot diuerſis viris ſanctis & illuſtribus tentata ſit reformatio Ordinis noſtri ad primæuum Regulæ vſum & ſpiritum, non le-

A gamus (quod equidem ſciam) vnum extitiſſe, qui hanc pſalmodiæ formam reſtituerit? Nullus deinde profertur, qui ſcripſerit, quis primus Benedictinis fuerit auctor, vt alternatim canerent, quod veriſimiliter aliquis litteris conſignaſſet.

ORATORIVM.

Tertia.

Sic namque legimus, à quo, & quo tempore in eccleſiam Aueniõenſem introductus ſit alternus cantus. In vitâ enim S. Agricoli à vetuſto auctore deſcripta legitur. *Voluit etiam horas canonicas, & di-*

Extat in Chronolog. SS. Lerin.

B *uina officia deinceps in eadem eccleſiâ* (Epiſcopatûs) *eodem modo quo ſolerent in Monaſterijs,* ALTERNIS *videlicet cantibus recitari, nondum enim in his partibus inualuerat ille mos, quem aliquot ante annos Damaſus Pontifex Maximus innexerat.* Vbi vides Monachis priùs vſitatam fuiſſe alternam pſalmodiam, eamque hic Sanctus in Lerinenſi didicerat Monaſterio, quod à Sancto Mauro Benedictinam formam accepit.

Probatur ex ipſo S. Benedicto.

Videamus autem nullâne nobis contra C ſingulares pſaltas ipſe Pater BENEDICTVS argumenta ſuppeditet, adeoque communem & reciprocum approbet cantum. Libellus ei adſcriptus, & inſcriptus: *Ordo qualiter fratribus in Monaſterio religioſè ac ſtudioſè conuerſari ac Domino militare oportet,* ita præſcribit: *Quando in choro ad pſallendum ſtant, conſonâ voce, & corde pſallant, & illi incipiant verſum, qui præ ceteris vtilius poſſunt; & vt ad primam aut ſecundam ſyllabam, ceteri conuenire poſſint, iuuenculi pronunciantes voce.* Sed quia ambigua huius D libelli auctoritas, videamus quid ipſa dicat Regula.

Primò.

Reg. cap. 19.

An non diuerſum ab eo, quem Caſſianus præſcripſit, ritum innuit, cùm de diſciplinâ pſallendi ait: *Sic ſtemus ad pſallendum, vt mens noſtra concordet voci noſtræ.* Ex quo loco & alijs colligebamus fratres pſalmodiæ tempore ſteriſſe.

Secundò.

Deinde cum cap. 9. dictis pſalmis iubeat omnes ſedere in ſcamnis, antea cum pſallerent, ſtabant. At Caſſianus ſcribit, vno pſallente ſtante, reliquos omnes ſediſſe. Cùm ergo Sanctus BENE-E DICTVS ſignificet omnes ſteriſſe, ſignum eſt omnes ſimul pſalmos ceciniſſe, nam ſi voluiſſet illos vnum pſallentem dumtaxat attendere; ſeſſionem illis Ægyptiorum exemplo indulſiſſet. Aut ſanè, quemadmodum ibidem dicit, *Legantur viciſſim à fratribus in codice tres lectiones,* ita facillimum ei fuiſſet dicere, canant viciſſim pſalmos, & ſicut ibi iubet Cantorem dicere *Gloria,* ita alicubi ſaltem nominaſſet pſaltem in medio aliorum pſalmos concinentem.

Tertiò.

Præterea cùm dicit: *Mens noſtra cõcordet voci noſtræ:* an non communem inſinuat pſalmodiam? Alioqui dicẽdum videbatur:

ORATORIVM.
Argumenta pro ſingulari.
Cap. 63.

poſt Abbatem ordine ſuo quibus iuſſum fuerit, imponant. Iterum: *Ergo ſecundum ordines, quos conſtituerit* (Abbas) *vel quos habuerint ipſi Fratres, ſic accedant ad pacem, ad communionem, ad pſalmum imponendum, in Choro ſtandum.* Quem locum repræſentans Regula cuiuſdam Patris, quæ veluti paraphraſis quędam eſt Regulæ S. BENEDICTI, ait: *In curſu poſiti, prout ab Abbate fuerint ordinati ad Pſalmum conendum, vel ad lectiones recitandas, vel etiam ad communicandum, euntès ſuum ordinem ſeruent.* Vbi vides quòd S. BENEDICTVS dixit, *ad pſalmum imponendum*, redditum, *ad pſalmum canendum.* Quod conforme eſt dicto iſti S. Hieronymi: *Dicas pſalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quæritur.* Idipſum obſeruabant Tabenneſiotæ, vt liquet ex pręfatione S. Hieronymi ad Regulam S. Pachomij: *Quicumque autem monaſterium primus ingreditur, primus ſedet, primus ambulat, primus pſalmum dicit.* Ex Regulâ Macarij & aliorum Patrum, *Ordo iſte teneatur, nullus priorem in monaſterio ad ſtandi vel pſallendi ordinem præſumat præcedere.* Rurſus quod S. BENEDICTVS ait, *Priuati autem à menſæ conſortio iſto erit ratio, vt in oratorio pſalmum non imponat, neque lectionem recitet, vſque ad ſatisfactionem.* Eadem Regula cuiuſdam Patris ſic exprimit. *Sicut à menſâ ſuo loco priuatur, ita & in Eccleſiâ ſegregetur, vt in loco, in quo antea fuit, nec pſalmum cantet, nec vllum ordinem teneat.* Idem confirmatur ex Regulâ S. BENEDICTI: *Ita ſanè vt pſalmum, aut lectionem, aut aliud quid non præſumat in oratorio imponere.* Vbi τὸ, *imponere*, ait eruditiſſimus Menardus, non ſignificat incipere: nam lectio non incipitur à Lectore, vt eam chorus proſequatur. *Imponere* ergo hoc loco eſt dicere, pronunciare, ſiue id fiat cantu, ſiue recitatione. Quod & alibi idem Auctor tradit, pluribuſque confirmat. Nec caret hæc ſententia ſuâ probabilitate. Nam & poſt S. BENEDICTVM apud Monachos hæc pſallendi ratio obſeruata fuit. Præſcribit enim S. Aurelianus: *Vt in ordine pſallendi vicibus ſibi ſuccedant Monachi.* Et S. Fructuoſus: *Qui priùs conuerſus fuerit,* &c. *prior pſalmum dicat in choro, prior conſiſtat, hebdomadam prior faciat, manum in menſâ priùs extendat.*

Reg. cuiuſdam c. 22.
Ex Monachorum vſu.
Hieron. ad Ruſtic.
Cap. 6.
Et quibuſdam verbis S. Benedicti.
Cap. 24.
Reg. cuiuſdam c. 19.
Cap 44.
Imponere, quid apud eundem.
Menard. Conc. Reg. cap. 34. § 2.
Aurelian. in Regul. Monach. cap. 22.
Fruct. in Reg. c. 23.

Probabilius eſt S. Benedictum elegiſſe cãtum alternum.

Neq; tamen minùs probabilem arbitror alteram ſententiam de alterno cantu, à S. BENEDICTO vſurpato; nam ſi ille ex Auguſtini & Paulini aſſertione, à Mediolanenſi ad omnes Occidentis Eccleſias dimanauit, ſi Damaſus ſtatuerit pſalmos per omnes eccleſias die noctuque ab alternis cani; quis dubitet S. BENEDICTVM, qui Romæ hàbitans hunc vſum, quã-

A uis adoleſcens, videre potuit, etiam in ſuis introduxiſſe monaſterijs? Præſertim cùm in alijs quoque Romanum non raró imitatus ſit officium, ritu Ægyptiorum prætermiſſo. Et quod hîc ex Damaſi inſtitutione dicitur, vt ſingulis pſalmis ſubiungeretur *Gloria Patri*, id non tantùm ex vſu obſeruauerit, ſed etiã Regulæ auctoritate præſcripſerit; cùm tamen apud Orièntales, Caſſiano teſte, hic glorificationis hymnus non in clauſurâ Pſalmi, ſed in fine Antiphonarum diceretur. Sicut B igitur hoc ex Romanâ aſſumpſit conſuetudine, ita & de reciproco cantu credere fas eſt. Neque dixeris, apud Clericos tantùm, & non apud Monachos alternum cantum fuiſſe vſitatum. Nam Theodoretus Caſſiano æqualis de Abraamis Monachi ſimulque Carrarum Epiſcopi viuendi ratione agens, ait: *Noctu enim quadraginta hymnos, quos inter ſe inuicem loquendo & reſpondendo* (hoc eſt alternatim canendo, inquit Caracciolus) *dicunt, implebat.* Idem Theodoretus ſcribit Iulianum Sabam docuiſſe diſcipulos ſuos, *intus quidem commu*-C*nem Deo offerre hymnodiam, poſt auroram autem duos ſimul exire in ſolitudinem: & vnum quidem flexis genibus offerre eam quæ Domino debetur, adorationem, alterum verò ſtantem Dauidicos pſalmos canere quindecim. Deinde operis factâ commutatione, alterum quidem ſurgentem canere, alterum verò humi procumbentem, adorare, & id à mane vſque ad crepuſculum faciebant. Ante occaſum autem ſolis, in antro paululum quieſcentes, hi quidem hinc, illi verò illinc, omnes verò vndequaque in antrum conueniebant, & hymnos veſpertinos* D *ſimul Domino offerebant.* Vbi vides vtramque pſallendi formam expreſſam. Nam quod hîc dicitur, hymnos veſpertinos ſimul Domino offerebant. Caracciolus ita repræſentat: *Poſt verò, omnes reuerſos in antrum* ALTERNATIM *canere Deo hymnos veſpertinos.* Sed & Nazianzenus agens de Monachis, reciproci cantus meminit:

Noctúne cernis vt canat laudes Deo
Natura vterque ſexus oblitus ſuæ?
Quot, quamque Sancti? cernis Angelicum chorum,
E *Qui nunc ſimul, nunc* vicibus alternis *canit,*
Partim deorſum poſitus, & partim ſupra;
Sine fine ſummi concinens laudes Patris?

Non vnum apud Monachos pſaltem ceciniſſe, ſed plures vel omnes ſimul, illa S. Ephræm admonitio oſtendit: *Si in domo Domini, ad diuinum ſpiritalemque cultum conſtiteris, in pſalmodijs te alacrem, promptumque præbeto. Si autem tacueris, tacebo & ego, tacebit & proximus; vnde neceſſariò, cantum ceſſare neceſſe ſit. Sed quæſo hoc abſit. Qui enim principem*

aliquem

Ad imitationem officij Romani.
Caſſian lib. 2. Inſtitut. cap. 8.
Occurritur obiectioni.
Theodor. in Philotheo c. 17.
Carac. notis ad cap. 7. conſt. clerc regul. nu 10.
Theodor. Philotheo cap. 2.
Monachi etiam alterna cecinerunt.
Probatur pluribus auctoritatibus.
Nazianz. Iambico 18.
Ephræm tom. 1. de vit. ſpirituali nu. 16.

Digitized by Google

aliquem vel regem, ex theatro fauſtis lætiſque A *acclamationibus excipiunt, videantque interea aliquem ſibi adſtantem cum ſilentio, neque ſimul cum illis contentò voce acclamantem; hunc quaſi loco eiuſcemodi iudicantes indignum, ex eo deturbant.*

Idem ex Climaco clarè oſtenditur. *Climac. grad. 4.*

Climacus quoque diligens Caſſiani lector, & S. Benedicto ętate poſterior, inſinuat Monachos coniunctis ceciniſſe vocibus. Nam cùm dixiſſet, qui in *fratrum cætu verſatur, non tantum ex pſalmorum cantu, quantum ex precibus proficere.* Eius rei hanc reddit rationem: ἡ γὰρ σύγχυσις, ψαλμοῦ B διαλύσις. Quod Raderus vertit: *Vocum enim confuſio, pſalmorum cõfundit intellectum.* Quæ autem vocum cõfuſio vno dumtaxat pſallente? Alibi referens dæmonum verſutias & moleſtias, quas pſalmodiæ tempore

Idem grad. 18.

Monachis faceſſunt. *Alij*, inquit, *nos ad præcipitandos pſalmorum verſus ex ignauiâ impellunt: alij vt tardiùs cum quadam delectatione pronunciemus hortantur. Alij denique quaſi linguam & os obſiderent, impediunt nos, & os occludunt, vt ægrè labia aperiamus, dum pſalmis vacamus.*

Qui plurium ſimul concinentium meminit.

Vbi vides eum multitudinis C numero vti, quaſi ſignificaret non vnius, ſed omnium eſſe poſſe pſalmorum verſus præcipitare, vel tardiùs pronũciare, vel ægrè labia aperire. Poſteà ſubdit: *Si cum multis pſallas, non poteris contemplari ſine imaginum formis. Sit tibi ad occupandam mentem ſacrorum eloquiorum quæ recitantur meditatio: aut etiam certa precatio dum expectas, quoad alter verſum finiat.* Vbi ad marginem annotauit Raderus: *Alternis enim canebant, vt hodie paſſim in Eccleſijs.* Quamquam Michael Iſſeltius hæc referat ad ſolitariam D pſallendi formam à Caſſiano, lib. 2. deſcriptam.

Reg. Paul. & Steph. cap. 6.

Regula Pauli & Stephani: *Initium pſallentium in choro priores qui in eis ſtant, incipiant. Aut ſi eis aduerſatur infirmitas, incipiant, quibus iuſſerit Pater. Quibus incipientibus, mox omnes, ſi fieri poteſt, in primo, aut ſecunda ſyllaba pariter, vnanimiter, & vno ore ſubiungant: vt non ſit diſſonantia cantantium.*

Rationes pro hâc ſententiâ. *Prima.*

Atque hæc, vt probaremus, alternum à Monachis etiam frequentatum cantum: qui ſi à S. Benedicto non fuit præſcriptus, aut ſaltem ſeruatus, ſequetur inde iam nuſquam toto orbe ſeruari pſalmodiæ rationem, quâ vſus ſuo tempore eſt noſter Legiſlator; imò tot iam ſæculis Benedictinos aliâ vſos pſallendi formâ, quàm Regula præſcribit. Quod ſanè mirum videtur.

Secunda.

Deinde ſi vno pſallente, iuxta Ægyptiorum Monachorum ritum, reliqui tacentes auſcultabant, quid cauſſæ eſſe dicemus, quod cùm toties, & à tot diuerſis viris ſanctis & illuſtribus tentata ſit reformatio Ordinis noſtri ad primæuum Regulæ vſum & ſpiritum, non legamus (quod equidem ſciam) vnum extitiſſe, qui hanc pſalmodiæ formam reſtituerit?

ORATORIVM. *Tertia.*

Nullus deinde profertur, qui ſcripſerit, quis primus Benedictinis fuerit auctor, vt alternatim canerent, quod veriſimiliter aliquis litteris conſignaſſet. Sic namque legimus, à quo, & quo tempore in eccleſiam Aueionenſem introductus ſit alternus cantus. In vitâ enim S. Agricoli à vetuſto auctore deſcripta legitur. *Voluit etiam horas canonicas, & diuina officia deinceps in eadem eccleſiâ* (Epiſcopali) *eodem modo quo ſolerent in Monaſterijs, ALTERNIS videlicet cantibus recitari, nondum enim in his partibus inualuerat ille mos, quem aliquot ante annos Damaſus Pontifex Maximus inuexerat.*

Extat in Chronolog. SS. Lerin.

Vbi vides Monachis priùs vſitatam fuiſſe alternam pſalmodiam, eamque hic Sanctus in Lerinenſi didicerat Monaſterio, quod à Sancto Mauro Benedictinam formam accepit.

Probatur ex ipſo S. Benedicto.

Videamus autem nullàne nobis contra ſingulares pſaltas ipſe Pater Benedictus argumenta ſuppeditet, adeoque communem & reciprocum approbet cantum. Libellus ei adſcriptus, & inſcriptus: *Ordo qualiter fratribus in Monaſterio religiosè ac ſtudiosè conuerſari ac Domino militare oportet*, ita præſcribit: *Quando in choro ad pſallendum ſtant, conſonâ voce, & corde pſallant, & illi incipiant verſum, qui præ ceteris vtilius poſſunt; & vt ad primam aut ſecundam ſyllabam, ceteri conuenire poſſint, iuuenculi pronunciantes voce.* Sed quia ambigua huius libelli auctoritas, videamus quid ipſa dicat Regula.

Primò. *Reg. cap. 19.*

An non diuerſum ab eo, quem Caſſianus præſcripſit, ritum innuit, cùm de diſciplinâ pſallendi ait: *Sic ſtemus ad pſallendum, vt mens noſtra concordet voci noſtræ.* Ex quo loco & alijs colligebamus fratres pſalmodiæ tempore ſtetiſſe.

Secundò.

Deinde cum cap. 9. dictis pſalmis iubeat omnes ſedere in ſcamnis, antea cum pſallerent, ſtabant. At Caſſianus ſcribit, vno pſallente ſtante, reliquos omnes ſediſſe. Cùm ergo Sanctus Bene-E dictus ſignificet omnes ſtetiſſe, ſignum eſt omnes ſimul pſalmos ceciniſſe, nam ſi voluiſſet illos vnum pſallentem dumtaxat attendere; ſeſſionem illis Ægyptiorum exemplo indulſiſſet. Aut ſanè, quemadmodum ibidem dicit, *Legantur viciſſim à fratribus in codice tres lectiones*, ita facillimum ei fuiſſet dicere, canant viciſſim pſalmos, & ſicut ibi iubet Cantorem dicere *Gloria*, ita alicubi ſaltem nominaſſet pſaltem in medio aliorum pſalmos concinentem.

Tertiò.

Prætereà cùm dicit: *Mens noſtra cõcordet voci noſtræ:* an non communem inſinuat pſalmodiam? Alioqui dicẽdum videbatur:

ORATORIVM.

Mens noſtra concordet voci pſallentis, prout Miſſæ officio aſſiſtentes monere ſolemus, vt voci celebrantis & intentioni ſuum coniungant affectum.

Quartò. Cap. 43.

Adhæc, cum Regula dicat de eo, qui poſt Gloriam primi pſalmi diurnis horis occurrerit, vt in vltimo ſtet, nec præſumat ſociari *choro pſallentium*, ſatis, indicat non vnum ſolùm, ſed totum cecinisse chorum.

Quid Chorus. Iſidor. Orig. l. 6. cap. 19. Lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 3. Cap. 7.

Et quidem *Chorum*, inquit, *pſallentium*, non auſcultantium. *Chorus*, ait Iſidorus, *eſt multitudo in ſacris collecta, & dictus eſt, quòd initio in modum coronæ circa aras ſtarent, & ita pſallerent.* Idemque alibi: *Choros Moyſes poſt tranſitum rubri maris primum inſtituit, & vtrorumque ſexuum diſtinctis claſſibus ſe ac ſororem præcinere Deo in Choris carmen triumphale perdocuit. Antiphonas* verò ait Græcos *primùm compoſuiſſe duobus choris alternatim concinentibus.*

Cantorum præfecti dicti domeſtici.

Hinc olim erant duo Cantorum præfecti, alter qui præeſſet dextro Choro, alter qui ſiniſtro, quos Ioannes Epiſcopus Cypri apud Meurſium in Gloſſario vocat *Domeſticos.* Vt euidens putem Chorum pſallẽtium non ſignificare vnum, ſed plures ſimul concinentes.

Quintò. Cap. 17.

Sed & illud quod B. Pater de diuinis horis agens, ait: *Si maior congregatio fuerit, cum Antiphonis; ſi verò minor, indirectum pſallantur.* Noſtram hanc ſtabilire crediderim ſententiam: cur enim minor congregatio pſallat indirectum, niſi quia illi difficilius eſt in tono, & cùm notis cantare, præſertim ſi ob varias occupationes quoſdam cõtingat choro abeſſe.

Cur directaneè canat minor congregatio. Boër. in cap. 17.

Vnde Boerius ait: Ne nimio labore *paucos opprimat in pſallendo, hic eos releuat à duobus, ſcilicet breuitate, quia ſine Antiphonis, & à cantus proclamatione, quia indirectum pſalmi pſalluntur.*

Cui conſentit & Turrecremata, dicens ideò permitti vt indirectum pſallantur, ne nimio labore fatigentur. At vero, ſi vnicus tantùm ſolebat pſallere, reliquis auſcultantibus, non apparet quâ ratione minor congregatio magis grauaretur in cantando, aut quomodo ſubleuetur indirectum pſallendo: hoc enim grauamen vel ſolatium tantùm concerneret ipſos pſaltas.

Alternus cantus S. Benedicto placuit.

Quàm autem reciprocus cantus ſanctiſſimo Legiſlatori placuerit, vel inde colligas, quod in Benedictionibus ſeptimanarijs coquinæ & Lectori menſæ impendendis voluerit ab ipſis ter dici verſum, eumdemque tertiò repeti ab omnibus.

Cap 35. & 38. Cap 58.

Eodem modo præſcribit, vt Nouitius recèns profeſſus incipiat hunc verſum: *Suſcipe me Domine*, &c. *quem verſum omnis congregatio tertiò reſpondeat, adiungentes Gloria Patri.* Quis hîc non videat exemplar alterni cantus?

Soluuntur argumenta oppoſitæ ſententiæ.

Sed videamus vt prioris ſententiæ rationibus occurrendum. Ad primam autem auctoritatem facilis eſt reſponſio, & illum cenſeri *pſalmum pronuntiare*, qui eum cum alijs pronuntiat, nec minùs obnoxium ſatisfactioni aut pœnæ, quàm ſi ſolus pronuntians erraſſet.

Quid ſit falli in pronunciatione pſalmi.

Vel intelligitur: *Si quis dum pronuntiat pſalmum*, id eſt, dum incipit primum pſalmi hemiſtichium. Cui expoſitioni fauet Bernardus Caſſinenſis apud Boërium, qui explicans illud, quod hîc ſequitur: *Infantes pro tali culpâ vapulent*, ait: *Dicunt antiqui, quòd infantes ſolent pronuntiare principium cuiuſlibet pſalmi, qui mos in Cluniaco, & quibuſdam alijs monaſterijs adhuc ſeruatur. Et tunc ſi fallunt pueri, quia faciunt alios fallere, flagellantur. Græci etiam hunc retinent morem, quod vnus habet coram ſe pſalterium, & dicit medietatem verſus, vel partem vſque ad punctum indirectè ſine cantu, & Chorus idem repetit cum melodia canendo.* En quid ſit falli, dum quis pronuntiat pſalmum.

Imponere an ſit idem quod canere.

Auctoritates reliquæ vrgent verbum IMPONERE, idem eſſe quod *canere*, adeoque pſalmum poſt Abbatem, vel iuxta ordinem, quem quiſque habuerit, Imponere, non eſſe illum incipere, ſed totum decantare.

Eſt inchoare. Regul. cap. 24. *Ex mente Interpretũ Regulæ.*

Reſpondetur, quamuis Regula cuiuſdam Patris illud *Imponere*, reddat *Canere*, alij tamen conſtanter dicunt eſſe inchoare. Boerius exponens illud: *Priuati autem à menſæ conſortio, iſta erit ratio, vt in oratorio pſalmum, aut antiphonam non imponat. Imponat*, inquit, *id eſt, ſolus vel per ſe incipiat, vel intonet.*

Cap. 44.

Rurſum ad illa Regulæ verba: *Ita planè vt pſalmum, aut lectionem, vel aliud quid non præſumat in oratorio Imponere. Imponere*, ait, *id eſt, incipere, talis enim* (ſecundùm Bernardum Caſſinenſem) *non debet niſi cum alijs mixtim pſalmum aut lectionem legere, reſponſorium aut antiphonam decantare.*

Turrec. ad cap. 44.

Turrecremata ſimiliter: *Imponere*, accipit pro incipere.

Alia interpretatio.

Boërius verò ad cap. 47. aliam ſuggerit interpretationem vt in his verbis: *Pſalmos autem vel antiphonas poſt Abbatem ordine ſuo, quibus iuſſum fuerit, Imponant*; Idem ſit *imponant*, quod commendent ad imponendum, id eſt, incipiendum. Et cap. 63. cùm dicitur quod ſecundum ordines quos habuerint, accedant *ad pſalmum imponendum*: Hoc intellige, inquit, *de antiphonâ quæ pſalmum præcedit.* Quod ſequitur etiam Turrecremata.

Imponere etiam eſt decantare.

Non grauatè tamen conceſſerim *Imponere* non tantùm eſſe incipere, ſed etiam totum ex integro decantare. Vtroq; enim modo accipit Ordo Romanus, agens enim de die Sancto Paſchæ, ait: *Ad introitum* IMPONIT *Cantor Antiph. Reſurrexi.* Et paulò pòſt: *Mox incipit prior Schola antiphonam ad introitum.* Vbi vides hæc duo *imponere* &

incipere

incipere æquipollere. In Ordine verò ad Monachum faciendum ita habeat: *Tunc Abbas imponat benedictionem veſtimentorum, dicens hanc orationem.* Vbi clarum eſt, *Imponere*, idem eſſe quod recitare. Atque ita dicerem, *Imponere* in Regulâ S. BENEDICTI pro re natâ, vel exigentiâ materiæ modò ſumi pro *inchoare*, vt imponere pſalmum, antiphonam, vel reſponſoriorum: modò accipi pro recitare, vt quando dicitur *Impone lectionem.*

Vtrimque accipitur in Regula.

DISQVISITIO VI.

Quâ diſciplinâ pſallendum?

AD pſallendi modum, quem hoc Tractatu proſequimur, ſpectat eiuſdem diſciplina, ſiue inſtitutio, vt decenter, honeſtè, & deuotè opus Dei peragatur. Vigilauit & in hanc rem pro dignitatis ſuæ merito ſanctiſſimi Patriarchæ noſtri pia ſolicitudo. Deſcripta enim per aliquot capita diuini officij ratione, mox ſubdit caput XIX. *de diſciplinâ pſallendi.* Hanc enim requiri in ſacris precibus, ex S. Cypriano fortaſſe didicerit, cuius hæc verba: *Sit autem orantibus ſermo & precatio cum diſciplinâ quietem continens & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare: placendum eſt diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis.* Quam enim hîc memoriæ objicit diuinam præſentiam, eandem etiam vrget noſter Legiſlator dicens: *Vbique credimus diuinam eſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos & malos: maximè tamen hoc ſine aliquâ dubitatione credamus, cum ad opus diuinum aſſiſtimus.* Quare autem tunc magis hoc credendum? rationem reddit Bernardus: *Licet, inquit, ſemper videamur, ſed nunc etiam præſentamus & oſtendimus nos quaſi facie ad faciem cum Deo loquentes.* Et vbi, quæſo, magis inueniatur Deus, quâ in domo Dei, vnde Salomoni dixit: *Sanctificaui domum hanc, quam ædificaſti, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum: & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.*

S. Benedictus cum diſciplinâ pſallendum monet.
Cypr. lib. de orat. Domin.
Ex motiuo diuinæ præſentiæ.
Cap. 19.
Bern. ſerm. de 4. mod. orandi.
3. Reg. 9.

Ex hâc autem Dei præſentiâ quod conſequens eſt, ſummam exigit erga ſubliminiſſimam illam maieſtatem reuerentiam. *Ideò*, inquit, *ſemper memores ſimus, quod ait Propheta: Seruite Domino in timore.* Ex timore autem oritur reuerentia. Vnde Angelicus Doctor: *Revereri Deum, eſt actus doni timoris.* Quid autem ad pſalmodiam facit hic verſiculus? nimirùm quia ſeruitium ſanctum, quod profeſſi ſumus, magnâ ex parte implemus, cùm diuinis laudibus aſſiſtimus, & ipſum eſt ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ, quod vniuerſorum Domino ſerui eius perſulucre tenemur. Ad hunc verò timorem & profundam reuerentiam concipiendam, optimum erit iuxta S. BENEDICTI monitum *conſiderare qualiter oportcat nos in conſpectu Diuinitatis & Angelorum eſſe.* At quanta maieſtas illius, qui infinitus, immenſus, terribilis ſuper omnes Deos, quem cœlum pauet, Cherubim adorant, ſol & luna mirantur; quo loquente, defluunt montes, terra concutitur; cuius in conſpectu mûdus omnis eſt velut gutta roris antelucani, aut ſtilla ſitulæ, & verbo vt abſoluam, nihil? Præclarè Bernardus, & velut explicans hunc locum: *Oportet*, inquit, *nos orationis tempore curiam intrare cæleſtem; illam vtique curiam, in qua Rex regum ſtellato ſedet ſolio, circumdante innumerabili & ineffabili beatorum ſpirituũ exercitu. Vnde & ipſe, qui viderat, quia maiorem numerum non inuenit; Millia, ait, millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude ſua procedens, & repens ranuncula vilis? Quàm tremundus, quàm ſupplex, quàm denique humilis & ſolicitus, & toto intentus animo maieſtati gloriæ, in præſentia Angelorum, in concilio iuſtorum, & congregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio.*

Qua ſummam requirit reuerentiam.
Pſalm. 2.
S. Thom. 2. 2. q. 81. art. 2.
ORATORIVM.
Quanta Dei maieſtas.
Bernard. de 4. mod. orandi.
Ita nos extat ad deuotè precandum.
Dan. 7.

Vrget prætereà S. BENEDICTVS illum ex Dauide verſiculum: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Angelos enim orationis tempore ad nos aduolare, choris pſallentium ſe miſcere, preces noſtras Deo offerre, paſſim Patres & pij ſcriptores tradunt. Et verò eos obſeruatores & notatores pſallentium quandoque vidit S. Bernardus, nam vt ſcribitur in Exordio Ordinis Ciſtertienſis; Intererat aliquando nocturnis vigilijs Pater Sanctus, ea puritate, & deuotione, quâ ſemper ſolebat, Deo tantùm notâ, & ſibi. Cumque moroſa pſalmodiæ modulatio, vigilias protelaret, aperuit oculos Pater ſanctus, & ecce reſpiciens, vidit ſingulos Angelos, iuxta ſingulos Monachos ſtantes, & quod quiſque eorum pſallebat in ſchedulis, modo Notariorum, tam diligenter excipientes, & notantes, vt nec minimam ſyllabam, quantumcumque negligenter prolatam, omitterent. Scribebant verò diuerſo modo: nam quidam eorum ſcribebant auro, alij argento, & nonnulli atramento, aliqui etiam aquâ: quidam verò penitus nihil ſcribebant. Spiritus autem, qui hæc reuelabat, intelligentiam quoque diuerſitatis Scripturæ cordi eius inſpirabat. Qui enim auro ſcribebant, feruentiſſimum in Domini ſeruitio ſtudium, & abſolutam cordis intentionem, in his quæ pſallebantur, ſignificabant. Qui autem argento, minorem quidem feruorem, puram tamen pſallentium deuotionem

Item Angelorum præſentia.
Pſal. 137.
Exord lib. 2. cap. 3.
Qui obſeruant & notant pſallentes, vt S. Bernardus vidit.
Scribunt diuerſo modo.
Explicatur illa ſcriptio.

ORATORIVM.

nem declarabant. Qui autem atramento, continuum quorumdam bonæ voluntatis ſtudium in pſalmodia, licet nõ cum multâ deuotione notabant. Sed qui aquâ ſcribebant, exprimebant eos, qui ſomnolentiâ, ſeu pigritiâ preſſi, vel vanis cogitationibus à ſe abducti, videntur quidem aliquid ſonare, ſed cor eorum longiùs abſtractum, prorſus non concordat voci. Et, ó mira Dei clementia! ſicut enim nullum malum impunitum, ita nullum bonum, quantumcumque modicum, erit irremuneratum.

Somnolentos & diſtractos redarguunt. Ceterùm illi, qui nihil ſcribebant, lamentabilem quorumdam cordis duritiam redarguebant, qui obliti profeſſionis ſuæ, & timoris Dei immemores, aut letali ſomno pronâ ſe voluntate immergunt, aut certè vigilãtes, clauſo ore, vanis, & noxijs cogitationibus, non ex infirmitate, ſed ex volũtaria intentione occupantur, & in conſpectu Domini cõtra legis preceptũ, apparere vacui non pertimeſcunt. Pater itaque ſanctus, qui hæc videbat, recordatus ſentẽtiæ illius. *Hebr. 2.* *Quoniam omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt, in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis*, ſicut proficientium congratulabatur feruori, & labori, ſic paterno pietatis adfectu, deficientium miſerabatur tepiditatem. Et inde, vt piè quidã *Bernardi acris ad reuerentiam adhortatio.* ſuſpicantur, acris illius ad reuerentiã, vigilantiã, & alacritatem excitatio: *Bern. ſerm. 7. in Cant.* *Quod pſallentibus, inquit, dignanter ſancti Angeli admiſceri ſoleant, quid eo manifeſtius, quod Pſalmiſta ait:* *Pſal. 67.* *Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum?* *Pſal. 137.* *Vnde & dicebat: In conſpectu Angelorum pſallam tibi. Doleo proinde aliquos veſtrûm graui in ſacris vigilijs deprimi ſomno, nec cæli ciues revereri, ſed in præſentia principum tamquam mortuos apparere, cùm veſtra ipſi alacritate permoti, veſtris intereſſe ſolemnijs delectentur; vereor ne veſtram deſidiam quandoque abominantes cũ indignatione recedant, & incipiat vnuſquiſque veſtrûm ſerò cum gemitu dicere Deo:* *Pſal. 87.* *longè feciſti notos à me; poſuerunt me abominationem ſibi.* Et mox: *Eapropter attendite principes veſtros cum ſtatis ad orãdum, vel pſallendum, & ſtate cum reuerentia & diſciplina.* Hæc Bernardus.

Deſcribitur ab eodem pſallendi diſciplina. Sed quàm pſallendi inculcat diſciplinã, & reuerentiam, eam alibi luculenter admodum deſcripſit, vt proinde à Religioſis Ordinibus paſſim recepta, & legibus confirmata ſit. *Carth. Stat. antiq. p. 1. cap. 29. Burſf. ordin. diuin. offic. c. 1. Theat. cõſt. p. 1. c. 1.* Nam eius verbis præſcribunt Carthuſiani. Burſfeldenſes, Theatini. Sic autem ait: *Moneo vos dilectiſſimi, purè ſemper ac ſtrenuè diuinis intereſſe laudibus. Strenuè quidem, vt ſicut reuerenter, ita & alacriter Domino aſſiſtatis. Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non* *Bern. ſerm. 47. in Cant.* *fractis & remiſſis vocibus muliebre quiddã balbã de nare ſonantes, ſed virili, vt dignum eſt, & ſanitu, & affectu voces ſancti Spiritus depromẽtes. Purè verò, vt nihil aliud dum pſallitis, quã quod pſallitis cogitetis.* Sed quid prætereà obſeruandum? Pergunt Carthuſiani, eoſque ſecuti Burſfeldenſes: *Pſalmodiam non multum protrahamus, ſed rotundâ & viuâ voce cantemus. Metrum & finem verſus ſimul intonemus, & ſimul dimittamus. Punctum nullus teneat: poſt punctum bonam pauſam faciamus. Nullus ante aliũ incipere, & nimis currere præſumat, aut poſt alios nimium trahere, aut punctum tenere: ſimul cantemus, ſimulque pauſemus, ſemper mutua auſcultantes.* *Exprimuntur quædã particularius.* Ita illi. Auctor eſt Climacus malignos dæmones ad contrarium nos impellere. *Dæmones ad contrarium impellunt.* *Alij, inquit, per ſummã deſidiam feſtinare nos in verſuum pronũtiatione impellunt. Alij contra pſalmodiam protrahere, voluptatis cauſſâ hortantur. Nonnumquam verò ori aſſidentes noſtro, ita illud claudunt, vt vix aperiri poſſe videatur.* *Climac. grad. 18.*

DISQVISITIO VII.

Quá mentis attentione pſallendum?

NE de eorum Monachi ſorent numero, de quibus per Prophetam conqueritur Dominus: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me;* *Iſai. 29.* optimè ſtatuit S. BENEDICTVS. *S. Benedictus cõmendat attentionem in pſalmodia.* *Sic ſtemus ad pſallendum vt mens noſtra concordet voci noſtræ:* Similiter monuerant S. Baſilius, *ne diſſonans ſit à ſono vocis tuæ ſenſus tuus: ſed in linguæ verba vigil intendat.* *Baſil. in admonit.* Et S. Ambroſius: *Et alij Patres.* *Non de labijs tantũmodo tua procedat oratio, animo totus intende, intra in receſſum pectoris tui, totus ingredere, nõ te perfunctorium videat ille cui placere deſideras. Videat quia ex corde oras, vt te ex corde orantem dignetur audire.* *Ambr. lib. 6. de Sacrament. c. 8.* Eadem mẽs Auguſtino: *Pſalmis & hymnis cũ oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in voce.* *Auguſt in reg. cap. 9.* Et S. Iſidorus: *Monachus hoc meditetur corde, quod pſallitur ore.* *Iſidor. cap. 6 Reg.* Regula Magiſtri: *Quod ſonat in voce, ipſum ſit in mente pſallentis.* *Reg. Magiſt c. 47.* *Pſallamus ergo voce & mente communiter, dicente Apoſtolo: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* *1. Cor. 14.*

Requiritur proinde ad Canonicas preces attentio, quam Sancti Patres paſſim inculcant, præſertim Cyprianus: *Quando, inquit, ſtamus ad orationem, vigilare & incumbere ad preces tota corde debemus, cogitatio carnalis omnis & ſæcularis abſcedat, neque quidquam tunc aliud animus, quàm id ſolùm cogitet, quod precatur.* *Cyprian. lib. de orat. dominica.* Et rurſus: *Quæ ſegnitia eſt alienari, & rapi ineptis cogitationibus, & profanis cum Dominum deprecaris, quaſi ſit aliud, quod magis debeas cogitare, quàm quod cum Deo loqueris? Quo modo te audiri à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias. Vis eſſe Deum memo-* *In eos, qui diſtractè orant.*

Digitized by Google

A *memorem tui, cùm rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis? hoc eſt ab hoſte in totum non cauere, hoc eſt quando oras Deum, maieſtatem Dei negligentiâ offendere; hoc eſt vigilare oculis, & corde dormire.* Sic ille.

Quæ attentio neceſſaria.

Sed quænam attentio neceſſaria? multipliciter enim à Doctoribus diuidi ſolet: attendere enim poſſumus ad verba tantùm, ad ſenſum verborum ſiue litteralem, ſiue ſpiritualem & myſticũ: vel ad Deum

Eius variæ ſpecies.

nobis præſentem, Chriſtumque horarum myſterijs repræſentatum: vel ad res quæ petũtur, v.g. caſtitatem, humilitatem, charitatem, diuinam gratiam, æternam gloriam. Ita S. Thomas, Caietanus, & plures alij. B

S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 3. Caiet. V. horæ nu. 9.

Quæ ſit formalis.

Rurſus attentio alia eſt formalis, ſiue actualis; alia virtualis. Formalis dicitur, cùm quis actu & re ipsâ conſiderationem detinet circa vnam ex quatuor iam enumeratis. Virtualis verò eſt, quæ cenſetur manere ex vi & ratione propoſiti, quo quis ſe applicuit ad orandum, volens vno ex quatuor illis modis attendere. Hæc moraliter perſeuerat donec vel expreſsè vel implicitè reuocetur.

Quæ virtualis.

Sufficit vna ex ijs.

Hiſce poſitis cõmunis Doctorum ſententia eſt, quamlibet ex prædictis attentionem ſufficere, ad præcepti de horis Canonicis adimpletionem, quamuis tantùm eſſet virtualis; ſaluberrimum tamen conſilium eſt, per inferiorum attentionum modos, tamquam gradus quoſdam, ad ſuperiorem diuinamque contemplationẽ niti. Quinimò vt iuxta S. BENEDICTI monitum, mens noſtra concordet voci noſtrę, optimum omninò fuerit ad verborũ ſenſum attendere, ex quo ſuauiter pij in Deum affectus excitentur. Et qui verba non intelligit, poſſet cum intentione orandi Deum vtiliter coniungere deſiderium glorificandi Deum per illa verba, ſecundùm ſenſum quem in illis intendit Spiritus ſanctus, & honorandi myſterium, quod illa horâ celebratur, atque inſuper petendi ea quæ vel verbis iſtis exprimuntur, vel quæ S. mater Eccleſia per ea à ſuis miniſtris vult poſtulari. Hoc pacto etiam rudiorum & idiotarum pſallentium mens concordat voci. Qualis verò vel quanta mẽtis euagatio attentionem impediat, pluribus tractant Scholaſticæ & Theologiæ moralis explicatores.

Sed Monachus niti debet ad perfectiora.

ORATORIVM. Quid ſit pſallere ſapienter. Pſal. 46.

Quoniam autem B. Patriarcha nos Dauidicis verbis monet: *Pſallite ſapienter,* ſeriò quoque cogitandum quâ ratione S. Patris voto faciamus ſatis, aut ſaltem quàm proximè accedamus. Voluit ſiquidem vt ipſius pſalmodiæ dulci cibo mens noſtra reficeretur, & guſtaret quàm ſuauis ſit Dominus. Optimè id expreſſum à Magno Baſilio, qui facta interrogatione, *quid eſt, Pſallite intelligenter?* Reſpondet: *Prorſus quod eſt in cibis ſenſus cuiuſque cibi, hoc in verbis ſacroſanctarum litterarum eſt intelligentia. Guttur enim,* inquit, *eſcas guſtu dijudicat:* B *mens autem intelligendi verba diſcernit. Si quis igitur ad vim verbi cuiuſque animo etiam ita ſimul afficiatur, quemadmodũ guſtatu ad qualitatem cuiuſq; cibi, prorſus hic mandato illi ſatisfacit, quod eſt, Pſallite intelligenter.* Sic enim propiùs accedit ad Hebraũ verbum משכיל *maſchil,* id eſt, *in intelligentiâ.* Græcè συνετῶς, id eſt, *intelligenter;* attenta mente, inquit noſter Genebrardus, cum attentione eorũ, quæ canuntur, non linguâ tantùm & inſtrumentis, ſed etiam corde ac animo: vt ſi pſalmi non intelliguntur, linguaque Hebraicâ, Græcâ, Latina, aliaue ab earum imperitis per modum precis enuncientur, C Deus ſaltem iugiter habeatur ante oculos, & credantur huiuſmodi precationes ſanctiſſimas Dei laudes, & veneranda continere myſteria. Sed alij noſtrum *Sapienter* referunt, vt dixi, ad diuinæ dulcedinis ſaporem in pſalmis deguſtandum. Quomodo autem id fiet, niſi adſit formalis ſiue actualis ad ſenſum verborum, vel Deum ipſum, aut aliquid in Deum excitans attentio? poteſt quidem meritoria & impetratoria eſſe oratio, quamuis tantùm virtualis adſit intentio: ſed vt Spiritus S. pinguedine D repleatur anima, requiritur deuotio & attenta conſideratio. Piè in hanc rem Bernardus: *Cibus in ore, pſalmus in corde ſapit, tantùm illum terere non negligat fidelis & prudens anima, quibuſdam dentibus intelligentiæ, ne ſi fortè integrum glutiat, & nõ manſum, fruſtretur palatum ſapore deſiderabili, & dulciori ſuper mel & fauum.* Expendit autem Rufinus quinquies repetitum τὸ *pſallite, vt videlicet,* inquit, *viſum, auditum, guſtum, odoratum & tactũ vertamus in bonum vſum.* Hugo Cardinalis: Innuit pſallamus corde, ore, opere, conſuetudine, finali perſeuerantiâ.

Baſil. Reg. breu. 279. Seu intelligenter. Iob 14.

Cum attentione mentis.

Et diuinæ dulcedinis guſtu.

Quæ ab attentione dimanat. Bern. ſerm. 7. in Cant.

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATVS V.

DE QVANTITATE PSALMODIÆ.

EXPLICATIS *quibuſdam diuini officij qualitatibus, nunc eiuſdem quantitatem, ſiue durationem, & quæ eò ſpectant conſiderabimus: de quâ inquirendum*, Primò, *Quàm prolixa pſalmodia in Benedictinis Monaſterijs olim ſeruata?* Secundò, *Quæ prolixioris Pſalmodiæ cauſſa?* Tertiò, *Quid de prolixiori Pſalmodiâ quidam cenſuerint?* Quartò, *Num Benedictini rectiùs Romano, an verò Monaſtico in perſoluendis horis Canonicis vtantur Breuiario?* Quintò, *Liceátne Abbati præſcriptos à* S. BENEDICTO *mutare pſalmos?* Sextò, *An ſingulis pſalmis iuxta mentem* S. BENEDICTI *interiectæ Orationes?*

DISQVISITIO I.

Quàm prolixa pſalmodia in Benedictinis Monaſterijs olim ſeruata?

Sancti in Dei laudibus aſſidui & feruentes.

QVAMVIS totius diuini officij formam, & pſalmorum numerum exactè ſatis Legiſlator noſter deſcripſerit, ea tamen fuit multorum Sanctorum ad Deum laudandum aſſiduitas & feruor, vt menſurâ Regulæ non contenti longiſſimam prorſus pſalmodiam ſuis præſcripſerint. Operæ pretium verò fuerit illius ideam quandam hîc repræſentare, vt noſtri diſcant breuiores illas horas ad amuſſim Regulæ in Monaſtico-Breuiario Paulì V. auctoritate editas tantò diligentiùs, & honeſtiori pausâ perſoluere, quãtò certius cognouerint Maiores ſuos multò prolixioribus officijs perpetuò ferè in tẽplo detentos.

Pſalmodia S. Columbani quàm prolixa. Reg. S. Columb. cap. 7.

Sanctus igitur Columbanus hunc ferè (quantum ex obſcuris Regulæ illius verbis colligere licet) pſalmorum numerum indixit: In nocturnis vigilijs Sabbati ac Dominicæ ſeptuaginta quinque ſub vno curſu cantabantur pſalmi, ita vt totum pſalteriũ duabus his noctibus expleretur. Reliquis ferijs in hieme dicebantur 36. pſalmi, in vere, æſtate, & autumno 24. pſalmi. Sed creſcentibus decreſcentibus diebus ſenſim terni accedebant, vel decidebant ſemper pſalmi. Ad diurnas horas terni pſalmi cum operum interpoſitione *ſtatuti ſunt, cum verſiculorũ*, inquit, *augmento* (preces eas fuiſſe intelligo) pro omni populo Chriſtiano, pro Sacerdotibus, & reliquis A Deo conſecratis gradibus, pro eleëmſynas facientibus, pro pace regum, & nouiſſimè pro inimicis. Ponit deinde ad initium noctis duodecim pſalmos, quos Veſperarum & Completorij horas impleſſe ſuſpicor, cùm apud Caſſianum Ægyptijs Monachis totidem pſalmi pro veſpertinâ ſynaxi decreti ſint. Addit deinceps, ad medium noctis duodecim ſimiliter pſalluntur, ad matutinum verò bis deni, biſque bini, id eſt 24. Sed fortè idem hoc eſt cum eo quod B ſuprà dixerat ad vigilias aliquando 36. aliquando 24. dici pſalmos. Atque hæc de pſalmodia S. Columbani, quæ tranſſcripta eſt in Regulâ Donati.

In Vigilijs. *Ad Horas.* *Et Veſperas.* Caſſian. lib. 2. inſtit. cap. 6.

Cluniacenſium pſalmodia. Ioan. lib. 2. vitæ S. Odonis

Cluniacenſes porrò iam inde à S. Odonis tempore admodum addicti fuerunt prolixioribus pſallendi modis. Nam cùm Antiphonæ officij S. Martini breuiores ijs viderentur, vellentque officium nocturnũ ad lucem vſque protendere, vnamquamque Antiphonam per ſingulos pſalmorum C verſus repetendo canebant, atque ideo rogarunt B. Odonem, vt longiores ijs componeret. Quantum verò diuinum officium ex morâ pſallendi & interſtitio, quod in medio verſuum faciebant, prolongaretur, ſatis conſtat ex Petro Venerabili, qui remedium aliquod ſtuduit adhibere. Statuit enim, vt omnes verſus regularium horarum, exceptis hymnis, *ſub vna & mediocri repauſatione decantentur: ita vt vniuerſorum voces ſimul cæſuram, verſus finiant, & poſt mediocrem*

In modo & quantitate prolixa. Petrus Venerab. in Statut. num. 1.

diocrem repauſationem, ſimul quoque aliam incipiant. Mediocrem (inquit) *vocaui, ad diſtinctionem illius, quam quidam facere ſolent, in cuius interuallo orationem Dominicam, id eſt, Pater noſter ſæpè bis, quandoque ter olim ipſe conſummaui.* Hæc ibi.

Particularius expenditur.

In particulari autem prolixitas Cluniacenſis officij ex peruetuſto Affligenienſis Monaſterij noſtri codice colligitut, ex quo breuiter hæc, quæ vltra communem canonicarum horarum menſuram dicere ſolebant, annotaui.

Ante vigilias.

In primis tres otationes faciebant ante matutinum, Primam, & aliquas horas, & ante nocturnas vigilias recitabant quindecim pſalmos graduum, cùm precibus & collectis:

Poſt omnes Horas Pſalmi familiares.

Omnibus horis ſubiungebant binos, aliquando etiam ternos aut quaternos pſalmos, quos vocabant *familiares*. Poſt Primam in Capitulo pro animabus eorum, quorum nomina fuerãt recitata, dicebãt ſex pſalmos cum tribus orationibus.

Officium B. V.

Habebant inſuper quotidie paruum officium B. Mariæ, & quando non erat feſtum duodecim lectionum, ſemper dicebatur officium defunctorum. Poſt nocturnos quoque ſeptem pſalmos, Litaniam maiorem & minorem dicebant. Omitto hîc plerumque duo Sacra decãtari conſueta. Communia quoque SS. ſuffragia ad Laudes & Veſperas magno numero adiuncta.

Lectiones prolixiſſimæ.

Lectiones nocturnorum adeò prolixas, vt ijſdem durantibus accenſâ lucernâ Circuitor quidam, ſeu vt ipſi vocabant, *Circator*, dormitabundos ſingillatim per ſedilia obſeruaret. Fuit ſanè magnum hoc Cluniacenſium officium.

Petrus Venerab. lib. 2. miracul. c. 4.
Matthæus Cardinalis ſtrenuè hæc perſoluit.

Quod etiam Petrus Venerabilis teſtatur, dum ſcribit Matthæum Epiſcopum Albanenſem iam Cardinalem nihil de monaſtico rigore remiſiſſe, totum illud ingens diuini officij penſum, cui aſtriguntur Cluniacenſes, ſtrenuè quotidie perſoluiſſe, vix à templo diuelli poterat: ita vt Papa ſæpiùs quereretur eum tardiùs ad curiam venire. Omitto pluries quam bis repeti ſolete introitum Miſſæ, & alia nonnulla augmenta, inter quæ & illud eſt, quod S. Petrus Venerabilis ſtatuit, vt ſex diebus infra Octauás Aſſumptionis S. Virginis Matris Domini, & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, duodecim lectiones ad maiorem Miſſam legerentur.

In Statut. num. 50.

Pſalmodia S. Dunſtani.
Dunſtan. in regul. concord. cap. 1.
In quibuſdam prolixior Cluniacenſi.

Sanctus verò Dunſtanus pleraque quæ Cluniacenſes dicere conſueuerunt, ſuis quoque præſcripſit, cùm aliquo tamen augmento, nã ad ternas illas orationes mox ab ingreſſu eccleſiæ dicendas voluit recitari ſeptem pſalmos pœnitentiales, in prima ſcilicet oratione tres priores pro ſeipſo; in ſecunda duos ſequentes pro Rege, Regina, & familiaribus; in tertia verò A duos poſteriores pro fidelibus defunctis.

ORATORIVM.

Poſt Laudes dici eundũ ſcribit ad Matutinales Laudes de omnibus Sanctis; decantando Antiphonam ad venerationem Sancti, cui porticus ad quam itur dedicata eſt. Omnibus diebus feſtiuis ſiue quotidianis miſſâ finitâ præſcribit dicendum pro Rege pſalmum: *Exaudiat te Dominus*; & pro Regina: *Ad te Leuaui*, conſequentibus precibus & oratione congruâ. Finito Completorio rurſus iniungit ternas orationes, in quibus quinque aſſignantur dicendi B pſalmi, & tertiò Pater noſter.

Lantfranci Pſalmodia qualis.
Lantfranc. in Statut. cap. 1.

Lantfranci Statuta vix differunt à S. Dunſtani, niſi quod à Kalendis Nouembris vſque ad quintam feriam ante Paſcha priuatis diebus velit dici ante officia nocturna 30. pſalmos, incipiendo ab *Ad Dominum cum tribularer*, vſque, *Omnis laudet Dominum.* Primi decem pro defunctis ſine *Gloriâ*; ſequẽtes decem pro Congregatione; bini cum vna *Gloria*, extremi decem pro familiaribus & benefactoribus, & hi bini cum vnâ Gloriâ, ſinguli cum preci- C bus, & Collectis ſuis.

Orationes & pſalmi ante Horas à quo inſtituta.
Menard l. 2. obſeruat. 11. Febru.

Orationes autem illæ & pſalmi ante diuinum officium in Angliâ & apud Cluniacenſes obſeruati, antiquiores ſunt ipſius Cluniacenſis Monaſterij primâ fundatione. Inueniuntur enim inſtutæ à S. BENEDICTO Indæ & Anianæ Abbate, quem Ludouicus Pius cunctis regni ſui monaſterijs præfecit, vt quemadmodum in Gothiâ & Aquitaniâ ceteris norma Salutis fuerat; ſic & in Franciâ eſſet. Hic autem, vt Ardo in eius vita ſcribit, multa alia D Statuta adiecit, de ijs rebus, quæ à Regulâ non præcipiuntur, & tamen neceſſaria videntur ad diſciplinæ conſeruationem.

Benedictus Anianæ quadam diuino officio addidit.

Inter hæc autem ponit: Vt fratres ſurgentes aquâ luſtrali ſe perſundãt, & cuncta altaria cum reuerentiâ percurrant, & ſic demum ad ſua loca accedant. Iniungit autem & 15. pſalmos ante officium decantandos; ante Primam, rurſus altaria circumiri inſtituit, atque etiam poſt Completorium, ſed ita vt hiemis tempore decem priùs canant pſalmos, æſtate verò quinque. Ad E primũ altare dici voluit Orationem Dominicam & Symbolum, ad cetera Orationem Dominicam, vel ſua confiteantur delicta. Has igitur, vt auctor ait, *tres conſtituit orationis vices, vt hi, qui torpore pigreſcunt, & orare faſtidiunt, ſaltem compulſi agant, quæ libenter nolunt, & conſtitutas non præſumant relinquere horas.* Mortuus eſt autem hic vir ſanctus anno 821.

Carthuſienſes imitati prolixam Benedictinorum Pſalmodiam.

Noſtrorum verò prolixam in pſalmis recitandis diligentiã Carthuſianus quoque imitatus eſt Ordo, qui ante nocturnum officium vigilias quaſdam celebrant, eaſque

pſalmis

ORATORIVM. Carthuſ. in antiq. ſtatut. p. 1. c. 41. §. 5.

pſalmis recitandis aut ſpiritualibus exercitijs impêdir Vigiliæ autem hæ, exceptis duodecim lectionum feſtis, ab idibus Septembris ſenſim paulatimque creſcunt, ita vt in Kaleudis Nouembris perfectè 50. pſalmis, non nimis feſtinè cantaudis, ſufficiant, & tam diu durant, vſque ad Februarij Kalendas: Inde verò vſque ad cœnam Domini, paulatim decreſcendo ad tantum ſpatium contrahuntur, vt Matutinis B. Mariæ ſufficiant. Ex quo vſque ad idus Septēbris in eâdem quantitate perſeuerant.

DISQVISITIO II.

Quæ prolixioris Pſalmodiæ cauſſa?

NON inutile fuerit tam prolixæ Pſalmodiæ cauſſas indagare, ne temerè quis introductam à SS. viris fortaſſis exiſtimet. Probabiles igitur eius rei rationes, & pias coniecturas adferemus.

I. *Regula Abbatibus id concedere videtur.* Cap. 18.

PRIMA ſit, quod ipſe Legiſlator noſter eam quodammodo facultatem Abbatibus tribuerir, vt vltra menſuram Regulæ ad pſalmodiam aliquid adijcere poſſent, ita enim ait: *Hoc præcipuè commonentes, vt ſi eui fortè hæc diſtributio pſalmorum diſplicuerit, ordinet, ſi meliùs aliter iudicauerit.* Vnde & Theodemarus Carolo Magno ſcripſit: Nec credendum eſt B. P. BENEDICTO diſplicere, ſed potiùs gratum eſſe, ſi quis ſupra id, quod ille propter amorem Dei in laudibus inſtituit, adijciendum eſſe curauerit. Nam & de pſalmorum canendorum per ſingulos ſeptimanæ dies diuiſione, ſi cui melius viſum fuerit, quàm ipſe B. Pater inſtituit, ab ipſo habet licentiam, vt melius æſtimauerir, canere.

Theodem. epiſt. ad Carol. M.

II. *Stimulum addit ad perfectiora.* Cap. 18.

SECVNDA cauſſa ex eodē Regulæ fonte promanans, hæc eſt, quòd S. BENEDICTVS omninò volēs, *vt omni hebdomadâ pſalterium ex integro numero centum quinquaginta pſalmorū pſallatur, & Dominico die, ſemper à capite repetatur ad vigilias*, ſtimulū & calcar ſubdiderit, quo ad vlteriora ſuos perurgeret, *Quia*, inquit, *nimis iners deuotionis ſuæ ſeruitium oſtendunt Monachi, qui minus pſalterio cum canticis conſuetudinarijs per ſeptimanæ circulum pſallūt: cùm legamus SS. Patres noſtros vno die hoc ſtrenuè impleuiſſe, quod nos tepidi vtinā ſeptimanâ integrâ perſoluamus.* Horum enim Patrum indefeſſam in pſallendo cōmemorans ſtrenuitatem, quid aliud facit, quàm vt ad eorumdem imitationem diſcipulos ſuos impellat? Sed quinam hi SS. Patres, qui pſalrerium vno die recitarunt? Perez noſter air in libro de Romanis Pontificibus legi, pſalterium Dauidicum ante Miſſæ celebrationem olim quotidie recitatum, prout videre licet in Dionyſio, Caſſiano, & Hieronymo. Ad vitandum nihilominus prolixitatis faſtidium, recitationē pſalterij in recitationem alicuius verſus Pſalmi à Gregorio Magno commutatam eſſe, ait Clictouæus. Ita ille. Quæ ſuâ non carēt difficultate, nam S. Dionyſius tantùm ait: *Pſalmorum ſancta modulatio, quæ omnibus fermè ſacerdotalibus myſterijs iungitur, & ſubſtantiæ ratione cohæret, ſummo omnium principalique myſterio* (Miſſæ) *deeſſe non debuit.* Caſſianus verò air. Die Dominico vnam tantummodo Miſſam ante prandium celebrari: *in quâ pſalmorum atque orationum* ſeu lectionum, pro ipſius collectę vel communionis Dominicæ reuerentiâ ſolemnius aliquid ac propenſius impendatur. Ex quibus liquet, nō loqui hos Patres de inregro pſalterio, ſed aliquot tantùm pſalmis recitandis. Quod autem ex libro de Romanis Pontificibus allegatur, ita apud Anaſtaſium Bibliothecarium legitur: Hic, Cæleſtinus, fecit multa conſtituta, & conſtituit, *vt centum quinquaginta pſalmi Dauid ante ſacrificium pſallerētur antiphonatim, quod ante non fiebat; ſed tantùm recitabantur Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, & ſanctum Euangelium, & ſic miſſæ fiebant.* Quæ verba Rhabanus Maurus, Berno Augienſis, Rupertus Tuitienſis, alijque tranſcripſerunt. Ea autem non ita intelligenda arbitror quaſi totum pſalterium ex integro recitandum eſſet, ante miſſæ ſacrificium (vt quidam intellexerunt, inter quos etiam Baronius videtur fuiſſe, qui in Indice tomi 5. hunc locum deſignans, poſuit pſalterium ante miſſam canendum. Et Bellarminus, qui air Cæleſtinum non inſtituiſſe vſum canēdi vnum verſiculum, vt nunc facimus, ſed vt pſalmi Dauidis 150. antiphonatim cancrentur. Sed intelligenda ea ſunt, quod ex ſtatuto Cæleſtini integer aliquis pſalmus ex toto pſalrerio ad introitum olim cantaretur, vt aliquos ſcripſiſſe Radulphus Tungrenſis air. Et Honorius Auguſtodunenſis in Gemmâ animæ ait, Cæleſtinum pſalmos ad introitum miſſæ cantari inſtituiſſe. De quibus Gregorius Papa poſtea antiphonas ad introitum miſſæ modulādo compoſuit. Vnde adhuc primus verſus eiuſdem pſalmi ad introitum cantatur, qui olim totus ad introitum cantabatur. Amalarius tamen verba illa allegans: Vt pſalmi Dauid 150. ante ſacrificium pſallerentur antiphonatim ex omnibus, ita exponit: *Vt ex omnibus pſalmis excerperet antiphonas, quæ pſallerētur in officio miſſæ.* Et Micrologus ait: *Antiphonam ad introitum dici Cæleſtinus Papa in ordine quadrageſimus quintus inſtituit.* Atque ita intelligit eundē locum Gauantus: Nihil ergo ad quotidianam totius pſalterij recitationem allegati aucto-

Quinam SS. Patres, pſalterium quotidie dixerint.

Sententia Perez. Clictou. l. 1. propugn. eccleſ. c. 5. num 6. Dionyſ. lib. eccleſ. hierarch. p. 3. cap. 3. Caſſian. lib. 3. cap. 11. *Minus probabilis.*

Anaſtaſ. in Cæleſt. *Cæleſtinus non ſtatuit ante miſſam dici totum pſalterium.*

Rhaban. de inſtit. Cleric. l. 1. c. 32. Berno de reb. quæ ad miſſ. ſpect. cap. 1. Rupert. Tuit. de diuin. offic. lib. 2. c. 21. *Vt quidam opinati ſunt.* Bellarm. l. 2. de miſſa cap. 16. *Senſus verborum Cæleſtini.*

Radulph. propoſ. 23. Gemma anim. c. 87. lib. 1.

Amalar. de eccleſ. offic. lib. 2. cap. 5.

Microlog. de eccleſ. obſeruat. c. 1. Gauant. p. 1. cap. 8. rubr. in miſſ. Rom.

auctores adferunt; nec ad hunc morem qui probari non poteſt, S. BENEDICTVS reſpexit. Ad quos igitur? Ad Ægyptios illos crediderim Patres, quos Caſſianus ſcribit enormem pſalmorum numerum inſtituere certaſſe, & alios quinquagenos, alios ſexagenos pſalmos, nonnullos verò ne hoc quidem numero contentos, excedi eum debere cenſuiſſe. Qui & ab eiſdem ita inceſſanter, operationem manuum exerceri ſcribit, *vt pſalmorum quoque vel ceterarum ſcripturarum meditatio nunquam penitus omittatur. Cui preces & orationes per ſingula momenta miſcentes, in his officijs, quæ nos ſtatuto tempore celebramus, totum diei tempus abſumunt.* Atque de his S. Patrem noſtrum intelligeudum Alardus Gazęus cenſuit. Noſtros verò Patris ſui verbis admonitos ſtuduiſſe ex hoc capite plures pſalmos decantare, facilè colligere eſt ex vitis Sanctorum noſtrorum, quos inter primogenitus ſanctiſſimi P.N. diſcipulus S. Maurus ſemper nocturnos præuenire hymnos attentiùs ſolebat, plerumque quinquagenos, ſæpe etiam centenos pſalmos, nonnūquam verò totum ex ordine pſalterium ante nocturnalem, conſummans ſynaxim. Et S Placidus non diebus, non noctibus à pſalmodiâ ceſſaſſe ſcribitur: Sed & Petrus Damiani, vt plures alios prætercam, pſalterij lectionem quotidianam latâ lege ſanciuit, agens enim de Congregationis ſuæ Inſtitutis, ita ſtatuit: *Pſalterium autem vnuſquiſque frater quotidie vnum decantet, ſi verò pro defunctis vult addere, vel totum pſalterium, vel medium, ſiue ſaltem tertiam partem, aut ex toto dimittere, eiuſdem fratris relinquatur arbitrio. Dum tamen meminerit omnem pſalmodiæ ordinem, viuentium ſcilicet & mortuorum, ſicut in Monaſterijs actitatur, expleat.* Nec prætereundam hanc Regulæ particulam putauerunt Patres, Camaldulenſes, qui in Declarationibus ſuis anno 1572. ita conſtituerunt: *Hortantur præterea omnes, ac ſingulos, vt lectionem pſalterij* (vltra debitas horas) *frequentare ſtudeant, ita vt bis ſaltem ſingulo quoque menſe ipſum pſalterium integrè dicatur, ſiue legatur ab vnoquoque Monacho. Cùm ob multas Sanctorum feſtiuitates ſingulaquoque hebdomadâ id fieri in diuinis officijs ordinatè nullo pacto queat.* Sed reliquas cauſſas prolixæ pſalmodiæ diſcutiamus.

S. Benedictus deſignans hic Ægyptios Patres. Caſſian. lib. 2. c. 5. Lib. 3. c. 2. Gaz. notis ad Caſſ. l. 2 cap. 6. *Benedictini, qui plures pſalmos dixerunt.* Fauſtus in vitâ apud Surium 15. Ianuar. Gordian. in vitâ. Petr. Dam. opuſc. 15. cap. 18. *Et quotidie totum Pſalterium.* Camald. c. 18 Reg. *Quod Camaldulenſes hodie.*

III. *Ad conſulendum fragilitati humanæ.* Petr. Dam. lib. 6. epiſt. 5.

Tertia igitur eſt, quam S. Petrus Damiani adfert, commendans diſciplinam Cluniacenſium, quam in eorum monaſterio ſeruari præſens ipſe aſpexerat, ad quos in hæc verba ſcribit: *Porrò autem, cùm tam diſtrictum, tamque frequentem ſanctæ veſtræ conuerſationis ordinem recolo, non adinuentionis humanæ ſtudium, ſed S. Spiritus magiſterium ineſſe perpendo. Nam tanto erat in ſeruandi ordinis continuâ iugitate prolixitas: tanta præſertim in eccleſiaſticis officijs protelabatur inſtantia: vt in ipſo cancri, ſiue leonis æſtu, cùm longiores ſunt dies, vix per totum diem vnius ſaltem vacaret horæ dimidium, quo fratribus in clauſtro licuiſſet miſcere colloquium. Hoc autem tam continui laboris exercitium ad hoc eſt, vt reor, ſolerti ſatis, ac prouido magiſterij arte prouiſum: vt leuium atque infirmorum fratrum fragilitatem reprimat, & delinquendi propemodum occaſionem tollat, quatenus etiamſi velint, præter cogitationem, peccare vix poſſint. Fragilium igitur imbecillitati conſulitur, dum in perſoluendo continui ordinis penſo totum, non modò diurni, ſed & nocturni temporis ſpatium profligatur. Nam & ipſe omnipotens Deus hoc humanæ ſalutis, vti dignatus eſt argumento; cum populo per deſerta gradiens, tot mandata propoſuit; operaſum videlicet atque inexplicabile tabernaculum fabricari, diuerſa ſibi ſacrificia per tot cerimonias ac ritus offerri, ipſum caſtrorum ordinem, ſiue reſidentium, ſiue commeantium tam artificioſa, quàm myſtica varietate diſtingui, quatenus dum ſeſe in his iugiter exerceret, reſolui carnalis plebs ad idola colenda non poſſet.* Hæc ille.

ORATORIVM. *Quam exigui nunquam otiari.*

IV. *Ad compenſandum relaxationem.* Opuſc 10. cap. 7.

QVARTAM cauſſam ex eodem accipe, quæ eſt, vt pſalmorum prolixitate ea quæ ſuborta erat circa ciborum quantitatem aut qualitatem relaxatio, aliquouſq; compenſaretur. *Apud Gallias*, inquit, (*vt ſpecialis viri relatione didicimus*) *religioſi cœnobiorum Patres videntes pleroſque fratrum traditam à B. BENEDICTO menſuram refectionis excedere, nec ſe poſſe intra præſcriptum regularis diarij limitem cohibere, cautum duxerunt: vt conſtitutis quibuſque horarum officiis, & alios adhuc pſalmos apponerent; quatenus victus remiſsioris exceſſum augmento valeant compenſare pſalmorum.*

V. *Vt Monachi æmulentur cæliciues.* Ambroſ. epiſt 82. Baſil. epiſt. 1. Hieron in pſal. 115. *Per laudem perennem.*

QVINTA cauſſa non improbabili coniecturæ ſubnixa, hæc eſt, vt cæleſtis Ieruſalem æmula Monachorum corona continuas laudes Deo decantaret. Hæc nempe, vt Ambroſius dixit: *Angelorum militia eſt, ſemper eſſe in Dei laudibus.* Cum quibus & noſtras voces vt admitti Deus iubeat, ſupplices deprecamur. *Quid autem beatius atque felicius*, ait Baſilius, *quàm Angelorum choros in terris imitari?* Agnouit ſimilitudinem hanc triumphantis Eccleſiæ & monaſtici chori S. Hieronymus: *Sicut Martyres*, inquit, *laudant Dominum in regione viuorum, ita Monachi, qui die & noctu pſallunt Domino, debent habere eandem pietatem Martyrum; ſiquidem ipſi Martyres ſunt. Quod enim faciunt Angeli in cælis, hoc Monachi faciunt in terris.* Hinc fuère quondam Monachi Acœmetæ, id eſt, inſomnes, vel non dormientes dicti, quorū hoc ſtudium, perpetuis hymnis numquam non Deum laudare, de qui-

ORATORIVM. * ſuprà lib. 1. Tract. 5. diſq. 9.

bus in * Notitiâ Regularum diximus. Imitati id ſunt noſtri, qui in ſuis monaſteriis LAVDEM, vt vocant, inſtituerunt PERENNEM, quos ibidem recenſuimus.

DISQVISITIO III.

Quid de prolixiori Pſalmodiâ quidam cenſuerint?

Pietas ſenſim intepeſcit.

QVÆ viri ſancti ſancto fine fecerunt, vel inſtituerunt, non inutilia prorſus cenſenda ſunt. Sed quia refrigeſcente charitate, poſteri in eorum feruorem vix aut ne vix quidem ſuccedunt, facilè contingit, vt quæ olim rationabiliter fiebant, ea ſuccedentibus temporibus locum habere non poſſint. Quod quidem vel tum maximè accidit, cùm vltra menſuram primæ inſtitutionis plures aliæ obſeruantiæ adiiciuntur. In hoc genere habenda eſt prolixior illa pſalmodiæ ratio iam explicata, quam vti cenſuræ noſtræ ſubiicere non putaui; ita quid de eâ alij viri magni ſenſerint, minimè duxi reticendum.

Bernardi iudicium de prolixiori pſalmodiâ.

Bernardus, vel quiſquis auctor eſt epiſtolæ ad Fratres de Monte Dei, ita ſcribit: *In præueniendis nocturnis vigiliis, non expedit multitudine pſalmorum obruere intellectum, & exhaurire ſpiritum, vel extinguere. Sed quamdiu ſobrius inuenitur, pietati aſſiciendus eſt, & ſuo itinere dirigendus ad Deum, donec dilatato corde currere incipiat vſque ad finem operis Dei.* Quibus verbis perſtringere videtur Cluniacēſes pſalmos quoſdam ante vigilias recitantes.

Bleſenſ. epiſt. 86.

Petrus Blēſenſis, S. Bernardo coæuus Cluniacenſes ob pſalmorum prolixitatem liberè admodū taxat. Carthuſianum enim quendam, qui ad eos tranſire volebat, his verbis admonet: *Quid, quæſo, dulcedinis aut deuotionis inuenies apud eos, quibus verſa eſt in nauſeam numeroſa, atque confuſa iteratio, & farſura pſalmorum. Paulus dicit: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Si pſallentibus non adſit deuotio, licet eundem pſalmum millies repetant, non eſt hic pſalmus iucunda decoraque laudatio. Doctrina Salomonis eſt: Fili ne iteres verbum in ore. Cumque alibi dicat: Omnis labor hominis in ore ipſius, vereor ne hoc eis nimis periculosè aptetur; labor labiorum ipſorum operiet eos.*

Perſtringit eamdem Petrus Bleſenſis. 1. Cor. 14. Eccl. 7. Eccl. 6. Pſal. 139.

Mitigat tamen hanc cenſuram ſcribens ad Abbatem de Eueſham, qui eam ægrè tulerat. *Fateor*, inquit, *quod pſalmodiæ prolixitas ſi ex deuotione procedit, ſaluberrima eſt, ſi acediam habet ſociam, occupatio tamen eſt honeſta: & ſi vagos excurſus mentis omninò non reprimit, per eam ſaltem ſtudiis honeſtioribus aſſueſcit.* Ita ille.

Bleſ. epiſt. 97. *Sed moderatè.*

Petr. Cant. verb. abbreu. cap. 7.

Petrus Cantor Pariſienſis, qui ante quingentos ferè vixit annos, ita ait: Quædam etiam (traditiones) præ multitudine generant eas A implere volentibus, faſtidium & acediam, cùm ſcriptum ſit: quia *Maledictus omnis, qui facit opus Dei negligenter.* Et Hieronymus: *Melius eſt vnum pſalmum cum hilaritate mentis decantare, quàm centum in triſtitiâ & acedia, quia hilariter pſallentem & orantem diligit Deus, non ex triſtitiâ, vel neceſſitate.* Abſit igitur ex præſcripto multiplicare matutinas, pſalmos, vel preces, niſi adſuerit deuotio. Et alibi: Propter orationis faſtidium periculoſæ ſunt traditiones datæ, de multitudine horarum & pſalmo- B rum decantandorum. Dicit autem multitudinem Matutinarum, vel horarum, quia vltra canonicum officium recitabant aliqui non tantùm horas Beatæ Mariæ, ſed etiam de omnibus Sanctis, de SS. Trinitate, de Cruce, & ſimiles.

Faſtidio & acedia quidam obnoxiam facit. Letem. 48. Cap. 126.

Sed aliorum præterea iudicia audiamus. Humbertus Ordinis Sancti Dominici quintus Magiſter Generalis iſta de multiplicatis pſalmorum officiis habet: Beatus BENEDICTVS (vt habetur in eius Regulâ) ad ocioſitatem vitandam animæ inimicam, lectioni C omni tempore aliquam partem diei dandam eſſe decreuit: reliquam verò partem diei labori manuum deputauit, exceptis Dominicis diebus, in quibus voluit, vt omnes vacarent orationi & lectioni. Quidam verò ſenſum ſuum rectitudini Regulæ præponentes, in quibuſdam monaſteriis neglectâ lectione & dimiſſo labore, diuinum officium adeò prolongauerunt, quod ferè totum diem in eo occupauerunt: in quo multùm videntur erraſſe, & à Regulâ temerè deuiaſſe: cùm in eâdem D Regulâ dicatur, vt in conuentu indebitè non prolongetur oratio. Ipſi voluerunt facere viuarium ſine aquâ ſapientiæ ſalutaris, non attendentes illud Iſaiæ: *Computreſcent piſces ſine aquâ, & morientur in ſiti.* Addit deinceps incommoda prolixioris pſalmodiæ.

Humb. in prologo in lib. de erudit. relig. Cap. 48. *Quid ſentiat Humbertus de prolixis officiis.* Iſai. 50.

Deſcribit incommoda talis pſalmodiæ. *Primum.* Cap. 20.

PRIMÒ, inquit, Beatus BENEDICTVS de eo qui orando cum Deo loquitur, ait quòd debeat loqui *cum reuerentiâ, & puritate, & deuotione.* Qualis verò reuerentia eſt, quando ille qui orat, propter prolixitatem ora- E tionis tædio affectus, Deo dorſum vertit; cum deprecetur Deum vt ſibi intendat, ipſe tamen nec Deo, nec ſibi intendit? Cum aliquis orando totâ die cum Deo loquitur, vix eſt quod irreuerentia non admiſceatur.

Secundum. Matth. 21.

SECVNDÒ, pſalmorum multitudine vel orationis prolixitate intellectus grauatur, & deuotio ſpiritus exhauritur. Ficulnea habens folia & non fructum, ad maledictionem Saluatoris eſt areſacta: Sic qui totâ die folia verbalis orationis habent in ore, multoties inueniuntur aridi à gratiæ humo-

humore: & vbi ſunt verba plurima vocalis orationis, frequenter ibi eſt egeſtas deuotionis.

Tertium.

TERTIÒ, cùm identitas ſit mater faſtidij; Monachi qui ſoli vacant orationi, vt frequenter ſunt faſtidioſi & acedioſi, vnde parum gratum eſt Deo ſeruitium eorum. Hieronymus: *Melior eſt quinque pſalmorum cantatio, cum cordis puritate ac ſerenitate, & ſpirituali hilaritate; quàm pſalterij modulatio cum anxietate cordis & triſtitiâ.* Hæc & plura alia Humbertus. Illud autem Hieronymi teſtimonium citatur in Decreto, ex Regulâ Monachorum apud eundem.

De conſecrat. diſt. 5. cap. *Non mediocriter.*

Turrecremata queritur ex hâc negligi laborem & lectionem.

Subiungo huic ex eâdem Dominicanâ familiâ doctiſſimum Cardinalem Turrecrematam, qui ad caput 48. Regulæ ita ſcribit: Conſiderandum, inquit, quod ex his quæ iam dicta ſunt de diſtributione horarum diei, lectionis, & laboris, & orationis, manifeſtum eſt, quantum aberrent, & temerè deuient ab intentione, & inſtitutis Regulæ beatiſſimi Patris BENEDICTI, qui tempus aſſignatum lectioni, & labori totum in oratione expendunt; ſicut quidam faciunt, qui ſenſum ſuum rectitudini Regulæ, & Sanctorum Patrum prudentiæ præponentes, in quibuſdam monaſteriis neglectâ lectione, & dimiſſo labore diuinum officium adeò prolongarunt; quòd ferè totum diem in eo occupant. In quâ re quàm manifeſtè contra mentem beatiſſimi Patris, & eius Regulam veniant, facilè eſt videre vnicuique, qui eius Regulam etiam parum legit. Ioannes Mauburnus non dubitat lapſum cuiuſdam Ordinis in eam cauſſam referre, quòd ſe totum diuinis officiis eouſque manciparit, vt duæ, ternæ, vel plures Miſſæ cantarentur in die. Idem alibi fuſiſſimè reprehendit orationum vocalium multiplicitatem & prolixiorem pſalmodiam. Deinde Bonartius: Aduertendum, inquit, nos nullo modo probare velle prolixam nimiùm pſalmodiam, ita vt Cœnobitis nihil ferè temporis ſuperſit, ad animum lectione ſacrarum litterarum paſcendum contra inſtitutum veterum Patrum, qui Ordines Religioſos fundarunt, & pſalmodiam lectione, meditatione, & opere etiam manuum interpolandam cenſuerunt, vt patet ex D. BENEDICTI cap. 48. Videat ergo Cœnobiarcha, ne ſui Religioſi ſimul cum cantu & voce totum etiam proferant ſpiritum ſuum, quod Salomon ſtulto tribuit, & ne deuotionis internæ dulcedinem exhauriant. Atque hi omnes extra noſtrum Ordinem iſta ſcripſerunt.

Mauburn. roſet. ſpirit. part. 1. diſt. 2. art. 2. c. 3. *Ordinis cuiuſdam lapſus eodem relatus.*

In inuitator ad exercit. pietatis.

Bonart. l. 1. de hor. canonic. cap. 13. nu. 19.

Videtur eſſe contra veterum inſtituta.

Bern. in ſpec. part. 1. cap. 5.

Operæpretium verò fuerit, & ex noſtris aliquos audire. Bernardus Caſſinenſis

A Abbas breuiter itâ prolixam pſalmodiam perſtringit: Sicut B. BENEDICTVS nos attentos eſſe monuit ad deuotionem orationis, ita nos occupatos eſſe voluit in ſtudio lectionis. Non enim congruum eſſe videtur totum tempus in pſalmodiâ occupare, orando & cùm Deo loquendo, & numquam intendere lectioni voluntatem Domini, & eius beneplacitum audiendo. Sicut enim Deus in audiendo non eſt ſurdus orantem, ſic nec in docendo eſt mutus legentem.

ORATORIVM. *Quid Benedictini dicant de prolixâ pſalmodiâ.*

Bernardus Caſſinenſis eam non probat.

B B. autem BENEDICTVS ad tria voluit Monachum occupari, quia identitas eſſet mater faſtidij. Voluit enim eos occupari certis horis opere Dei, aliis horis lectione, aliis manuum labore. Guido Iuuenalis acriter ſatis perſtringit eos, qui officio Sancti BENEDICTI aliqua ſuperaddiderunt: Vtinam, inquit, longè pauciora dicerentur, eo ritu quo dici debent, amputatis penitus ceteris, quæ P. N. BENEDICTI definitioni fuerunt pro animi voluntate adiecta. Cùm enim Legiſlator

Acriùs eam perſtringit Guido Iuuenalis. Vindict. Reform. monaſt. lib. 3. cap. 7.

C noſter totum diuini cultus officium ad vnguem nobis præſcripſerit, quid aliud addere præſumimus, aut quidquam detrahere? quaſi verò ipſe Spiritu Sancto plenus, aut ſuperfluus fuerit, aut diminutus. Nos verò pingues & obeſi, lyncei magis ſimus quàm ipſe. Cùm tamen idem S. Pater dicat in Regulâ, Domino vniuerſorum cum omni humilitate & puritatis deuotione ſupplicandum eſſe, noſque non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lacrymarum exaudiendos.

D Pergit porrò in particulari quædam recenſere, quæ nimis longum reddidere officium. De pſalmis, inquit, tam multis ante nocturnas vigilias dicendis, non quidem Angeli magiſterio, neque Legiſlatoris aut Patrum decreto ſtatutis quid Bernardus ſentiat, audiamus. *In præuenien dis*, &c. vt ante citauimus. Ac deinceps ait, emanaſſe litteras Apoſtolicas, quibus delegatis reformationis tribuitur facultas reſecandi omnes officij prolixitates, atque idipſum officium reducendi ad id

Sigillatim quædam perſequitur. Cap. 9.

Cap. 10.

E quod eſt à S. Patre BENEDICTO in Regulâ determinatum. Ex talibus ſiquidem ſuperfluitatibus maxima ex parte deformatio proceſſit Ordinis monaſtici. Vtinam ea quæ ſunt Regulæ, pro officio dicerentur, neque inuentitia vnquam admitterentur, ceteriſque obſeruantiis regularibus cuſtodiendis opera nauaretur. Præclarè nimirum ageretur cum Ordine monaſtico, & cùm monaſteriorum fundatoribus. Hactenus ille.

Regulæ officium ſufficere ait.

Verùm ne omninò aſymbolus hîc habear, lubet diſquirere cur non prolixius officium S. Pater noſter inſtituerit, cùm

Cur S. Benedictus nō inſtituerit talem pſalmodiam.

ORATORIVM.

Maub. in Inuitat. ad Rolet ſpiritual. conuall. 10.

ſucceſſores eius idipſum tam variè cenſuerint augendum: & quidem contra eius, vt apparet, mentem. Nam vt Ioannes Mauburnus obſeruauit: Orationem in conuentu, quæ vtique vocalis erat, omnimodè abbreuiandam iuſſit in Regulâ ſuâ Pater BENEDICTVS. Nimirùm imitari voluit Ægyptiorum Monachorum priſcum & ab Angelo traditum morem. Nam cùm principio vnuſquiſque pro ſuo feruore enormem pſalmorum numerum (Caſſiani verba ſunt) *inſtituere pro animi ſui virtute certaret, eſſetque inter eos pro religionis Regulâ piæ contentionis ſancta diuerſitas, vnus in medium pſalmos Domino cantaturus exurgit, qui cùm duodecim pſalmos conſummaſſet, ab vniuerſorum oculis repentè ſubtractus eſt, utque hinc venerabilis Patrum ſenatus intellexit Angeli magiſterio fratribus generalem canonem non ſine Domini diſpenſatione conſtitutum, quem decreuerunt deinceps ſeruandum.* Hoc ipſum igitur quaſi pro certâ regulâ ſibi aſſumpſit Sanctus BENEDICTVS; noluit autem plurium pſalmorum adiectione ſuos prægrauare, memor ſcilicet quid generaliter, vt ibidem Caſſianus loquitur, plenitudini fratrum poſſibile eſſet, in qua neceſſe eſt infirmorum quoque partem maximam reperiri, quibus ſe quàm maximè Legiſlator noſter accommodare voluit. Nam dum prolixior eſt pſalmodia, contingit non rarò vt fratres ſupputantes reſiduorum pſalmorum numerum, ad finem tendere feſtinent; de refectione potiùs laſſi corporis cogitantes, quàm orationis vtilitatem & commoda requirentes. Illud enim omnibus modis Patres iſti prouidebant, ne cui tædium generaretur prolixitate pſalmorum, adeoque faſtidium ſynaxeos ob nimietatem incurreret. Non enim multitudine verſuum, ſed mentis intelligentiâ delectabantur: illud totâ virtute ſectantes: *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Ideoque vtilius habent decem verſus cum rationabili aſſignatione cantari, quàm totum pſalmum cum confuſione mentis effundi, vt idem habet Caſſianus.

Quia ſequatur Caſſianum. Caſſian. lib. 2. cap. 5.

Nec faſtidium adſerre voluit. Ibid. cap. 7.

Quod ex prolixitate generatur.

Ibid. cap. 11.

Hanc verò laudabilem diſcretionem Angelus ſanctum Pachomium docuit, qui cùm conſtituiſſet, vt diurnæ orationes duodecim fierent, & veſpertinæ duodecim, & nocturnæ totidem, & Pachomius diceret paucas eas orationes eſſe, reſpondit Angelus: *has conſtitui, quas poſſent infirmiores abſque labore perficere: cæterùm qui perfecti ſunt, hac lege non indigent. Apud ſe namque in propriis conſtituti cellulis, orare non deſinunt, qui puritate mentis & diuinâ contemplatione paſcuntur.* Ita auctor vitæ. Similiter Sanctus BENEDICTVS moderatum pſalmorum præſcribens numerum, imbecillioribus conſuluit: fortioribus autem tempus & occaſionem ſupererogandi non negauit.

Angelus Pachomianus diſcretam pſalmodiam præſcripſit. In vitâ S. Pachom. cap. 22.

Voluit etiam Sanctus BENEDICTVS aliis exercitiis ſuum tribui tempus, lectioni præſertim & manuum labori, quibus ſi tantum, quantum Sanctus BENEDICTVS cap. 48. temporis aſſignat, tribuatur, clariſſimè apparebit, non potuiſſe adeò prolixam ſeruari pſalmodiam. Vnde Caſſinenſes ad idem caput dicunt: Noſtris diebus occupationes maiores antiquis temporibus Monachis excreuiſſe tam in diuinis officiis, quàm circa fraterna obſequia: & hiemis tempore diei breuitatem vix permittere Monachis diuini officij debitum exſoluere.

S. Benedictus aliis exercitiis tẽpus quoque dedit.

Hinc primi Ciſtertienſes cùm iuxta puritatem Regulæ viuere vellent, nonnulla à diuino officio, quæ ab aliis dicebantur Monachis, hoc titulo reiecerunt, quòd in Regulâ de illis nihil eſſet expreſſum. Quare Petrus Abaelardus Sancto Bernardo obiicit, quod preces, quæ poſt ſupplicationem & Orationem Dominicam ab Eccleſiâ vbique celebrantur, & ea quæ ſuffragia Sanctorum dicuntur, omninò reiecerint. Quod nulla Beatæ Mariæ ſicut nec aliorum Sanctorum fiat commemoratio; quod Symbolum Apoſtolorum ad Primam & Completorium non dicerent. Hæc autem vt ipſemet inſinuat Abaelardus, faciebant, *quòd tenori Regulæ crederent concordare.*

Primi Ciſtertienſes nihil diuino officio addidere.

Abael. epiſt. 5.

DISQVISITIO IV.

Num Benedictini rectiùs Romano, an verò Monaſtico in perſoluendis Horis Canonicis vtantur Breuiario?

PRO Romano officio facere videtur eiuſdem dignitas, & totius ſanctæ Matris Eccleſiæ conſuetudo, cui valdè decorum eſt omnes Religioſos Ordines conformari, vt, nimirùm, *Deus* (verba ſunt Clementis VIII.) *in Eccleſiâ per vniuerſum orbem diffuſâ vno & eodem orandi & pſallendi ordine à Chriſti fidelibus ſemper laudetur, & inuocetur.* Quare olim in Concilio Veneto ſub Leone I. ita ſtatutum legimus: *Rectum quoque duximus, vt vel intra Prouinciam noſtram ſacrarum, & ordo pſallendi vna ſit conſuetudo, vt ſicut vnam cum Trinitatis confeſſione fidem tenemus, vnam & officiorum Regulam teneamus, ne variatâ obſeruatione, in aliquo obſeruatio noſtra diſcrepare credatur.* Similia decreuerunt alia deinde

Argumenta pro vſu Romano.

I. *Ab vniformitate.* In bullâ Breuiario Romano præfixa.

Anno Domini 453. cap. 15.

inde ſecuta Concilia, Bracarenſe I. cap.1. & refertur diſt.12. cap.*Placuit*, item Toletanum XI. Can.3.

II. *Ex S. Benedicto. Cap. 18.*

II. SECVNDÒ, ipſe Pater BENEDICTVS necdum Romano officio, ſed alteri etiam cuicumque portam aperit, cùm ait: *Si cui fortè hæc diſtributio Pſalmorum diſplicuerit; ordinet, ſi melius aliter iudicauerit.*

Benedictus Biſcopus Pſalmodiã Romanam ſuis tradidit.

III. TERTIÒ, Sanctus BENEDICTVS Biſcopius, vt in eius vitâ inter addenda ad ſecundam Tabulam Trophæorum Anglicanorum Eduardi Mahew habetur, ex profeſſo Romam petiit, vt illius Eccleſiæ pſalmodiam addiſceret, ſuoque deinceps præſcriberet Monaſterio: de quo ita Beda: *Ordinem cantandi, pſallendi, atque in eccleſiâ miniſtrandi, iuxta morem Romanæ inſtitutionis ſuo Monaſterio contradidit, poſtulato videlicet, atque accepto ab Agathone Papâ Archicantore Eccleſiæ Beati Apoſtoli Petri, & Abbate Monaſterij Beati Martini, Ioanne; quem ſui futurum Magiſtrum Monaſterij, Britannias Romanum Anglis addoceret. Qui illò perueniens non ſolùm viuâ voce, quem Romæ didicit Eccleſiaſtica diſcentibus tradidit; ſed & non pauca etiam litteris mandata reliquit, quæ hactenus in eiuſdem Monaſterij bibliothecâ memoriæ gratiâ ſeruantur.*

Beda in vita Bened. Biſcop.

In Galliâ non ſeruarunt Benedictinam pſalmodiam.

IV. QVARTÒ, longior atque diuerſa à Sancti BENEDICTI inſtitutione pſalmodia paſſim introducta fuit in Galliâ, aliiſque locis: vt conſtat ex dubitatione Caroli Magni, qui ambigebat an iſta diuerſitas cum regulari Benedictinorum formâ ſatis conſtaret. Quare eam Theodemaro Caſſinenſi Abbati diſſoluendam propoſuit. Cuius quidem reſponſio, quam ipſiuſmet verbis hîc dabimus, aliud pro Romano Breuiario argumentum continet. Sic enim ſcribit: *Si quem autem mouet, quare Beatus* BENEDICTVS *æſtatis tempore, quotidianis diebus ad nocturnale officium vnam tantum de veteri teſtamento lectionem legi præcepit, cognoſcat necdum eo tempore in Romanâ Eccleſiâ, ſicut nunc leguntur, ſacræ Scripturæ lectiones fuiſſe; ſed poſt aliquod tempus hoc inſtitutum eſſe, ſiue à Beato Papâ Gregorio, ſiue (vt ab aliis affirmatur) ab Honorio. Quâ de re noſtri maiores inſtituerunt, vt ſic in noſtro ſacro cœnobio, quod iuxta ſanctum illius corpus inſtitutum eſt, tres quotidianis diebus æſtiuo tempore ex veteri teſtamento lectiones in codice legantur, ne à ſanctâ Eccleſiâ Romanâ diſcrepare videremur, nec enim credendum eſt, hoc B. P.* BENEDICTO *diſplicere: ſed potiùs gratum eſſe, ſi quis ſuprà id, quod ille propter amorem Dei in laudibus inſtituit, adiiciendum eſſe curauerit. Nam & de pſalmorum canendorum per*

In epiſt. ad Carol. Magnum. *Nec improbauit Theodemarus Caſſinenſis Abbas.*

Allegatâ S. Benedicti conceſſione.

A *ſingulos ſeptimanæ dies diuiſione, ſi cui melius viſum fuerit, quam ipſe Beati Pater inſtituit, ab ipſo habet licentiam, vt melius æſtimauerit canere. Nec debent cogi Monachi (ſi tamen veſtro ſapientiſſimo cordi ita placet) qui nunc Romano modo pſallunt, iuxta inſtitutum ſacræ huius Regulæ pſalmos diuidere: ſed poſſunt (ſi vobis ita videtur) ſolito more canentes, arctioris vitæ normam ſuſcipere.* Id eſt, non proptereà æſtimabuntur minus perfectè Regulam cuſtodire, ſi in B hoc tantum differant, quod alio modo pſalmodiam diuidant, quàm Regula diſponit.

ORATORIVM.

V. *Ex Capitulo Aquiſgranenſi.* Cap.8 ann. Chriſt.789. to.2 Concil Gal.

V. QVINTÒ, confirmationem hæc accipiunt, ex eo quòd in Capitulari Aquiſgranenſi ſub Carolo Magno ſtatuatur: *Monachi vt cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale, vel gradale officium peragant, ſecundùm quod beatæ memoriæ Genitor noſter Pipinus Rex decretauit, vt fieret; quando Gallicanum cantum tulit ob vnanimitatem Apoſtolicæ ſedis, & ſanctæ Dei Ec-* C *cleſiæ pacificam concordiam.* Atque hæc pro officio Romano.

Benedictini rectiùs vtuntur Breuiario Monaſtico.

His tamen non obſtantibus ad propoſitam quæſtionem reſpondendum cenſeo, rectiùs omninò à Benedictinæ Regulæ profeſſoribus eam pſallendi teneri formam, quam beatiſſimus eorum Legiſlator præſcripſit. Ille enim, etſi non néſcius eſſet, quænam ſuo tempore Romanæ Eccleſiæ pſallendi ratio eſſet, peculiari tamen Spiritus Sancti inſtinctu, vt ex citandis poſteà patebit auctoribus, a- D liam prorſus Ordini ſuo præſcripſit. Vnde integra duodecim capitula Regulæ ſuæ, huic vni rei impendit, vt officium diuinum ordinet atque diſponat. De Canticis verò, quæ in laudibus Matutinis decantanda ſunt, ait: *Vnumquodque die ſuo ſicut pſallit Eccleſia Romana dicatur.* Quòd ſi in reliquis Romani officij morem ſeruari voluiſſet, id ſine dubio inſinuaſſet. Cur autem peculiare officium Monachis ſuis præſcripſerit ex iis, quos ſubiicimus, teſtibus & rationibus clarum euadet.

Ex mente Legiſlatoris.

Cap. 13.

Cur is peculiare officium præſcripſerit.

E *Primus* teſtis ſit Walafridus Strabo, Augiæ Abbas, qui ante annos circiter octingentos ſic ſcribit: *Eſt etiam ille ordo officiorum laudabilis, quem B. P.* BENEDICTVS *Monachis conſtituit obſeruandum, ſcilicet, vt qui propoſito à ceteris diſcernuntur, etiam continua ſeruitutis penſo, aliquid amplius ceteris perſoluere ſtudeant. Quam diſpoſitionem ideò à Paſtoribus Eccleſiarum non interdici putamus, quia & vicina eſt auctoritati Romanæ: & quia B. Gregorius vitam egregij Patris* BENEDICTI *deſcribens, Regulam ab eo conſcriptam,*

Walafr. lib. de reb. Eccleſ. cap.25.

Rationes Walafridi.

in quâ

ORATORIVM.

Occurrit quibuſdam deſidioſis.

in quâ idem officiorum ordo habetur, collaudans ſuâ auctoritate, ſtatutis eius fauere videtur. Sunt tamen, qui, neſcio, quâ præſumptione, non eâ velint conſtitutione vti, volentes pigritiam vel proteruitatem ſuam illo excuſare permiſſu, quo ſanctiſſimus vir per humilitatis ſuæ magnitudinem videtur concedere, vt ſi cui diſplicuerit diſtributio eius quam fecit pſalmorum, ordinet: ſi aliter melius iudicauerit, quaſi quidam melius poſſint, ſuoque ordini congruentius inuenire, quàm ille, qui ſpiritu omnium Sanctorum dicitur plenus fuiſſe.

Rupert. lib. de diu. offic. cap. 1. *Rupertus defendit officium Benedictinum.*

Teſtis ſecundus ſit Rupertus Abbas Tuitienſis, qui hæc habet: *Quamuis ea, quæ ſuprà dicta ſunt* (de Romani nimirum officij ratione) *rationem habeant theoricam, noſtri tamen, id eſt, Monachici Ordinis, atquè authenticam non debent immutare Regulam. Et licet Beatus Gregorius, qui ſtationes ordinauit, & penè omnem Cleri decorem digito Dei doctus expoliuit, habitu Monachico præfulſerit, nec ſi tamen monachico tenenda ſunt Ordini conſuetudines huiuſmodi, quas pontificali potiùs officio tradens, inferioris, id eſt, actiuæ vitæ procuratoribus inſtituit. Numquam enim ſancti Patres talem habuere conſuetudinem, vt contraria vel pugnantia præciperent.*

Auctoritate Magni Gregorij.

Præceperat autem ante illum Beatus BENEDICTVS, *qui (vt ipſe aſſerit beatus Gregorius) ſpiritu omnium iuſtorum plenus fuit, vt Dominicâ die numquam minùs quàm duodecim lectionibus ad vigilias nocturnas legantur. Similiter & de ceteris regularibus horis vniuerſalem abſque vllâ exceptione canonem ſuo præſcripſerat Ordini. Non ergo credendum eſt, quòd beatus Gregorius, cum actiuæ vitæ ordinem inſtitueret, ad quem ſe deſcendiſſe in ſuis deplorat Epiſtolis, ſuperiorem, id eſt, contemplatiuæ vitæ ordinem ex aliquâ parte in contrarium deflectere voluerit. Rectiùs itaque ſuam quiſque tenet Ordo Regulam, iuxta illud: Eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.* Ita optimè prorſus Rupertus, cui ſuccedat

Honorius Auguſtodunen. idem facit.

Honor. in Gemmâ animæ lib. 2. cap. 28.

Tertius teſtis Honorius Auguſtodunenſis: *Porrò*, inquit, *diuinum officium à B.* BENEDICTO *ordinatum penè idem ſignificat, præſertim cùm ad idem, videlicet ad laudem Dei, & ad iuſtorum præconia tendat. Hoc ideò ab Eccleſiâ eſt receptum, quia ab illo, qui omnium iuſtorum ſpiritu plenus fuit, eſt prolatum, & ab Apoſtolici Pontificis ſcilicet Gregorij auctoritate roboratum.* Idem auctor:

Ibid. c. 65.

S. Gregorius approbauit officium Benedictinum.

Quæritur, cur Sanctus BENEDICTVS *aliter Monachis horas ordinauerit, quàm mos Eccleſia habuerit, vel cur præcipuus Apoſtolicorum Gregorius hoc ſuâ auctoritate probauerit. Sed ſciendum eſt, hoc ſapientiſſimâ diſpoſitione* A *prouiſum, vt puto à viro pleno ſpiritu omnium iuſtorum, ſcilicet vt contemplatiua vita ſicut habitu, ita etiam officio ab actiuâ diſcerneretur, & monaſticæ diſciplinæ religio hoc priuilegio commendaretur. Vnde beatus Gregorius omni ſapientiâ præditus, perpendens virum Deo plenum cuncta ſub prædictâ ſignificatione ordinaſſe, iure legitur ea ſuâ auctoritate roboraſſe, licet enim pſalmos permutauerit*, &c. Pergit deinde auctor totam Benedictini officij rationem myſticè exponere, quod ipſum egregiè quoque præſtitit S. Petrus B Damiani, opuſc. 10.

Beleth. in explic. diu. offic. c. 23.

Laudatur idipſum ab aliis.

Quartus teſtis ſit Ioannes Belethus, Theologus Pariſienſis, qui à quadringentis annis vixit; Beatus BENEDICTVS, ait, multò aliter noctis officium inſtituit. Non quòd à ſuperiori Eccleſiæ inſtitutione diſſentiat, ſed ob aliam cauſſam, quemadmodum ſtatim dicemus. Nec ſanè in quodam ei eſt contradictum, ſed quidquid feciſſet, fuit approbatum & corroboratum à Beato Gregorio. Cùm enim hic vir ſanctiſſimus eſſet, & qui à Spiritu C ſancto illuminatus verè habebatur, creditum fuit quòd alio pacto officium non inſtituiſſet, niſi idem à Spiritu ſancto accepiſſet. Beatus itaque BENEDICTVS ad perfectioris vitæ culmen aſpirans ſex pſalmos in nocturno primo cantari, & quatuor Lectiones cum quatuor reſponſoriis inſtituit, totidemque in ſecundo, vt per hoc nobis duplicem vitam contemplatiuam & actiuam innueret.

Radulphus quoque de Riuo Tungrenſis Decanus in lib. de Canonum obſeruan- D tiâ, crebrò Benedictinum officium cum laude commemorat, illudque aliis ad imitandum proponit.

Rationes pro eodem retinendo.

Ex his porrò aliiſque teſtimoniis hæ rationes pro Benedictino Breuiario aut retinendo aut reſumendo deduci poſſunt.

Prima.

Prima, quia B. P. BENEDICTVS (cuius ſine dubio apud ſuos maxima debet auctoritas) id voluit Ordini ſuo eſſe peculiare, vt proprium haberet officium, quantumuis non ignoraret aliam eſſe Roma- E næ Eccleſiæ pſallendi formam, vti diximus. Cuius rei duas cauſſas aſſignat Honorius, quarum prior eſt, vt ſcilicet contemplatiua vita ſicut habitu, ita etiam officio ab actiuâ diſcerneretur. Altera, vt monaſticæ diſciplinæ religio hoc priuilegio commendaretur.

Secunda.

Secunda ratio. Benedictina pſallendi forma non modò ab vniuerſali Eccleſiâ ſemper tolerata fuit, verumetiam à præcipuo eiuſdem Doctore & Præſule ſancto Gregorio, Apoſtolicâ auctoritate fuit pro-

probata, Monachiſque conuenientior iudicata.

Tertia.

Tertia, Sanctus BENEDICTVS à Spiritu ſancto illuminatus ex eiuſdem inſtinctu horas Canonicas ſuis ordinaſſe creditur, quare ne à ſpiritu Patris ſui deuient filij, æquiſſimum omninò eſt, vt illum horas perſoluendi modum mordicus retineant, quem ab eodem acceperint.

Quarta ratio.

Quarta, Cùm Monachi perfectiorem viuendi Regulam ſequantur quàm Clerici, conueniens erat, vt qui propoſito à ceteris diſcernuntur, etiam continuæ ſeruitutis penſo, aliquid amplius ceteris perſoluant, quod in nocturno officio à Sancto BENEDICTO ordinatum fuit, in quo ſemper duodecim pſalmos præſcribit; veteri nimirum Ægyptiorum Monachorum exemplo. Eundem morem alij monaſtici Ordines paſſim ſecuti ſunt, placuitque in primis Carthuſienſi, qui vti in aliis, ita etiam in hoc S. BENEDICTVM imitari glorioſum duxit.

Quinta ratio.

Quinta, Accedat his exhortatio & ſpiritualis liberalitas Summi Pontificis Pauli quinti, qui Breuiarium Monaſticum recitantibus, eadem priuilegia, gratias, & indulgentias, ac peccatorum remiſſiones conceſſit, quæ Pius quintus Breuiarium Romanum recitantibus indulſerat.

Sexta.

Sexta ratio ex eo deducitur, quod Abbates, & Præſidentes generales Congregationum ſub Regulâ Sancti BENEDICTI militantium cenſuerint omnes regulares perſonas obedientiæ ſuæ ſubiectas in virtute Spiritus ſancti & ſanctæ Obedientiæ, ſub formali præcepto obligandas, vt deinceps ad publicè priuatimque diuinum officium recitandum, Monaſtico hoc Breuiario vterentur, abolitis penitus aliis omnibus, quibus anteà vtebantur, vt habetur in litteris datis Menſe Maij 1612. quæ in Breuiariis ipſis impreſſæ habentur.

Septima. Decretum Congregationis ſacrorum Rituum.

Pro *Septimâ* & vltimâ ratione annecto iudicium, imò decretum Congregationis ſacrorum Rituum, his verbis expreſſum. *Sacra Rituum Congregatio cenſuit & declarauit, omnes Monachos & Moniales, qui, & quæ militant ſub Regulâ Sancti* BENEDICTI, *poſſe & debere vti Breuiario Benedictino, nuper de mandato ſanctiſſimi D. N. Pauli V. Papæ edito pro omnibus Religioſis, qui militant ſub Regulâ ſancti Patris* BENEDICTI: *non obſtante quod aliqui exempti in præteritum vſi fuerint Romano, vel alio Breuiario.* Et ita declarauit die 24. Ianuar. 1616. Et ſubſignatum erat A. Mar. A Epiſcopus Port. Cardinalis Gallus. I. P. Mucantius Secret. Congregationis.

ORATORIVM.

Atque hæc pro Monaſtici Breuiarij vſu, vel retinendo, vel denuo reſumendo, vti opinor, ſatis erunt, illudque omnibus perſuaſiſſimum fore, quod Strabo ſuprà dixit, nihil melius, nihilque Ordini noſtro congruentius ab vllo inueniri poſſe, quàm quod inuenerit ille, qui ſpiritu omnium Sanctorum dicitur plenus fuiſſe.

Soluuntur in contrarium allegata.

Nunc verò ea quæ in contrarium al- B lata ſunt, diſſoluamus. Atque in primis quod de Romani officij dignitate ac eleganriâ dictum eſt, non admodum noſtro officio monaſtico repugnat, quod ſuam quoque decentiam, concinnum ordinem ac venerandam habet antiquitatem, & monaſtico ſtatui congruentius à viris ſanctiſſimis iam inde ab aliquot ſæculis iudicatum eſt.

Varietas in precando Eccleſiam exornat.

Bonart l. 1. de Hor. Canon. c. 18.

Neque hæc pſallendi varietas deformitatem in Eccleſiâ Dei introducit, ſed eam mirum in modum exornat, often- C ditque vnam illam Chriſti ſponſam circumdatam varietate admodum venuſtâ atque decorâ. Tantum enim abeſt, inquit Oliuerius Bonartius, vt vel fidei vel religioni repugnet, quin potiùs Eccleſiæ Dei pro diuerſitate locorum, temporum, perſonarum, non exiguo ſit ornamento, vt namque in republicâ ciuili diſſimilium morum, rituum, conſuetudinum vel maximè decori eſt varietas, ita & Hierarchiam Eccleſiaſticam hæc in precando & pſallendo qualiſcumque D diuerſitas exornat. Addamus his Benedictinam pſallendi formam à Gregorio aliiſque Pontificibus approbatam fuiſſe, & à Pio quinto toleratam, & quod his amplius eſt, à Paulo quinto non tam approbata, quàm ad formam Breuiarij Romani reſtituta eiuſdemque auctoritate edita eſt.

In quibus conueniat Monaſticum Breuiarium cum Romano.

Quòd ſi quis illud Monaſticum Breuiarium cum Romano contulerit, adeò illud ab eo parum diſſentire inueniet, vt in omnibus ferè conſentiat: materiaque to- E ta ſit Romana, forma verò Benedictina. Quâ re factum eſt, vt ab vniuerſalis Eccleſiæ pſalmodiâ non ita longè abiremus, & ad decorem Ordinis noſtri proprium haberemus officium, eo modo ordinatum, quo ſanctiſſimus Pater noſter illud in ſuâ Regulâ deſcripſit. Peculiare verò officium Ordini ornamento eſſe, etiam aliarum Religionum probant exempla, quæ etſi non ita à ſuo Inſtitutore præſcriptam habeant diuini officij rationem atque Benedictini, propriis tamen Breuiariis vti gaudent,

ORATORIVM.

dent, quæ tamen quoad formam magis cum Romano conſentiunt, adeoque facilius cum illo ſuum officium commutare poſſent.

Monachi olim à Clericis diſtincto officio vſi.

Bracar. I. cap. 1.

Quin imò valdè antiquum videtur in Eccleſiâ fuiſſe, vt Monachi ritum officij diuini haberent à ſæcularibus Clericis diſtinctum. In Concilio enim Bracarenſi I. vbi ita ſtatuitur: *Placuit omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis & veſpertinis officiis teneatur*, ſtatim de monaſtico officio ſubiungitur. *Neque monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſticâ Regulâ ſint permixta.* Alias ergo tum habebant monaſteria pſallendi conſuetudines, quas cum Regulâ Clericorum noluerint permiſceri: & fortè illa pſallendi conſuetudo, quam Monachi tenebant, ea ipſa fuerit de quâ agimus, quam

Quando hoc cœperit.

ſcilicet Sanctus BENEDICTVS præſcripſit; illa enim in Matutinis vel Veſpertinis officiis maximè ab aliarum Eccleſiarum ritu diſſidet. Et Concilium hoc celebratum fuit Anno. Chriſti 563. tempore Ioannis Papæ III. annis nimirum viginti à Beati BENEDICTI obitu, cùm Ordo iam ſatis eſſet dilatatus: ipſo enim ſanctiſſimo Patre adhuc viuente, dicebat Sanctus Maurus, quod fundator tot Monaſteriorum Deo acquiſiuiſſet multa millia perfectorum Monachorum. Poterat ergo iam tum nota ſatis eſſe Benedictina pſallendi norma, quàm tot Monachi ſeruabant, adcò vt Synodus eam noluerit ſæcularium Clericorum officio permiſceri, ſed ſolis Monachis relinqui.

Reſpõdetur ad Theodemarum.

Ad Theodemari epiſtolam (ſi tamen ea genuina ſit, & ambigere video Menardum) fatendum eſt eum probabili ratione ita ſenſiſſe, atque acceptâ à Regulâ licentiâ, non illicitè vſum, ſiue in pſalmodiâ ſtatuendâ, ſiue in Regulâ explicandâ, cui Romanum officium oſtendit non eſſe contrarium. Verùm cum paſſim Abbates tempore Caroli Magni aliter pſalmos diuiderent, quàm Sanctus BENEDICTVS inſtituerat, viſa eſt tandem diſſonantia illa officij inter Monachos eiuſdem Inſtituti, qui vnius moris in domo Dei babitare & pſallere deberent, valdè inconueniens, & non toleranda. Quare ſub eius

Synodus Aquiſgran. imperauit off. in Monaſticum.

Conc. Aquiſgran. can. 3.

filio Ludouico Pio in Concilio Aquiſgranenſi hæc diuerſa pſallendi ratio ſublata eſt. Conuenientes ſi quidem præcipui monaſteriorum Abbates, ita decreuerunt: *Vt officium quod in Regulâ Sancti* BENEDICTI *continetur celebrent Monachi.* Hoc eſt, vt reiectâ illâ varietate pſalmodiarum, quam varia monaſteria ex Regulæ permiſſione ad Abbatum ſuorum arbitria ſibi aſſumpſerant, illa ſolùm diuiſio pſalmodiæ ab omnibus ſeruaretur, quæ in ipsâ Regulâ per Sanctum BENEDICTVM ordinatur: quod Lambertus Schafnaburgenſis, huius Concilij mentionem faciens, ita effert: *Et præceptum eſt, vt omnes Monachi cantarent curſum Sancti* BENEDICTI. Eadem babet Regino Prumienſis Abbas circa eadem tempora. Atque ita diſſolutæ manent, quas attulimus contra Benedictinum officium rationes.

Schafnab. de reb. Germ. anno 814.

DISQVISITIO V.

Liceátne Abbati præſcriptos à Sancto BENEDICTO *mutare pſalmos?*

EX ipsâ conſtat Regulâ, quot & qui pſalmi ſingulis horis dicendi. Verùm quia modeſtiſſimus Legiſlator monuit, *vt ſi cui fortè hæc diſtributio pſalmorum ab ipſo facta diſplicuerit, ordinet ſi melius aliter iudicauerit.* Et ex hoc capite, vt vidimus, Theodemarus Carolo Magno Romanum pſallendi vſum permiſit, & in hunc locum Smaragdus ait: *Hanc autem pſalmorum diſtributionem, non totum officium Beatus* BENEDICTVS *in iudicantis poſuit arbitrio, hoc præcipuè commonens, vt qui vult hanc pſalmorum diſtributionem ſecundùm ſuam tenere diſpoſitionem, teneat: qui autem aliter melius iudicauerit, illam tenens iſtam ſine culpâ dimittat.* Ex eodem fundamento Vir eximiè varièque doctus infert, nullam feriam, nullam horam Benedictini officij publici poſtulare pſalmorum numerum determinatum. Deinde verò Rubricas Benedictini officij iuxta mentem ſanctiſſimi Legiſlatoris digerens, ſingulis officiis aſſignat pſalmos quot, & quos determinauerit Abbas: ſimiliter Lectiones & Reſponſoria ab eodem determinata. Quamuis autem Doctor ille fateatur, omnes Benedictinorum Congregationes in pſalmodiâ ſequi otdinem à Regulâ præſcriptum, & quæ arbitraria reliquit Pater ſanctus, ea iuxta quod communes Breuiarij impreſſi Rubricæ determiuarunt, iam paſſim legi; negat tamen hanc Abbatum auctoritatem mutandi, diminuendi, alterandi pſalmos, Cantica, Lectiones, Reſponſoria, poſſe limitari vel à Generali Abbate, vel Capitulo, ſed id ſolius eſſe Romani Pontificis: qui ſi reprobaret hunc Regulæ articulum, in quo conceditur Abbatibus pſalmorum mutatio, determinatio Canticorum, &c. reptobatio huiuſcemodi reſpi-

Cap. 18.

Videtur id licitum eſſe

Docti viri pro eâdem ſententiâ argumenta.

reſpiceret, inquit, profeſſuros Monachos, ſed non profeſſos. Quòd ſi Pontifex concederet alicui ſeu Abbati, ſeu Generali Capitulo auctoritatem iubendi Abbatibus, ne à communibus rubricis Breuiarij diſcedant, tale priuilegium reſpiceret ſolùm profeſſuros. Ita ferè ille.

Auctori non ſatisfactùs.

Verùm ne facilem his, certumq́ue omninò præbeam aſſenſum, nonnulla ſunt quæ remorantur.

I.

Quia inſignes Scriptores cenſent nihil in Pſalmodiâ immutandum.

Primò, Quamuis illata Sancti Benedicti verba videantur liberam aliter diſponendi pſalmos facultatem concedere; plerique tamen diſſuadent, ne quis eâ vtatur, aut mutationem aliquam inducat, ſiue quod ex humilitate potius ita locutus fuerit Legiſlator, ſiue præ reuerentiâ illi debitâ, ſiue ad ſeruandam in toto Ordine vniformitatem. Hinc Walafridus Strabo *præſumptionem & proteruitatem* vocat quiddam melius, *Ordiniq́ue congruentius velle inuenire, quàm ille, qui ſpiritu omnium Sanctorum dicitur plenus fuiſſe.* Et Smaragdus allatis verbis ſubiungit: *Nos autem hortamur eum, qui ſecundùm hanc promiſit ſe viuere Regulam, in quantum valet, firmiter teneat, & conſeruet eam.* Sic & Bernardus Caſſinenſis Abbas, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis: *Siue cauſâ humilitatis, ſiue cauſâ conceſſionis hoc verbum dixit Magiſter noſter; tutius eſt vt nullus Abbas vel Monachus illam ſibi præſumptionem aſſumat, quod aliter diſponat ipſum ordinem pſalmodiæ, quàm ipſe hic diſpoſuit, qui ſpiritu Dei plenus erat.* Hæc Bernardus, quæ totidem pænè verbis Turrecremata Commentario ſuo inſeruit. Et ſanè cùm non vtcumq́ue dixerit Sanctus Benedictus, *Si cui diſplicuerit, ordinet aliter,* ſed expreſsè addiderit, *ſi melius iudicauerit,* quis quæſo adeò temerarius erit filius, vt tanti Patris, ſuum præferat iudicium?

Walafrid. lib. de eccl. off. cap. 25.

Smarag. in cap. 18.

Bern. Caſſ. apud Boër. in cap. 18.

II.

Quia Rubrica huius Doctoris non ſunt iuxta mentem S. Benedicti.

Secundò, digeſtæ ab illo Scriptore Rubricæ videantur potius dicendæ ex permiſſione, quàm *iuxta mentem* Sancti Benedicti factæ. Nam quæ illi circa pſalmodiam mens eſſet, nouem ex ordine capitibus clariſſimè expoſuit: ſed ne ſuo pluſculum videretur tribuiſſe iudicio, humilem illam clauſulam modeſtiſſimus Pater ſubiecit, eo ferè modo, quo conſultationibus Doctores ſubſcribere ſolent: *Ita ſentimus, ſaluo meliori iudicio* Quâ formulâ vti non cenſentur improbare, aut reuocare quæ ſcripſerant, ſed aliis ſuum quoq́ue relinquere iudicium: ita Sanctus Benedictus his verbis diſpoſitum à ſe ordinem pſalmodiæ non voluit abrogare, ſed ex humilitate aliis quoq́ue deferre. Alioqui nouem illis præcedentibus capitibus nihil egiſſet, aut totum hac clauſulâ videretur eneruatum. Vnde mirari liceat in concinnandis iſtis Rubricis non poſitam primo loco ipſam Sancti Patris de pſalmis diſpoſitionem, & deinde ſubiunctum, *vel ſi aliter melius iudicauerit Abbas.*

ORATORIVM.

III.

Quia orietur confuſio, ſi Abbates pro libitu pſalmos diſponant.

Tertiò, ſi mordicus quis velit hanc pro arbitrio mutandi pſalmos Prælatis à Regulâ indultam facultatem tueri, intelligendam putauerim pro vnicâ dumtaxat vice, nimirùm vt certum pſalmodiæ modum Abbas ſemel ſuis decernat, quem deinceps inuariatum teneant. Quantæ enim confuſionis eſſet ſingulis diebus, nunc hoc nunc illo pſallere modo, pro cuiuſuis Abbatis arbitrio? Et in tantâ varietate vix vnum Monaſterium cum altero conueniret. Quod tamen fatendum eſſet fieri ex diſpoſitione Sancti Benedicti, nihil certi præſcribentis, ſed ſuâ inſinuatâ ſententiâ Abbatis arbitrio vniuerſa relinquentis. Ex quo manifeſtum eſſet illud conſequi, quod Pius V. *prauam* vocat *conſuetudinem, quâ Epiſcopi priuatum ſibi quiſq́ue Breuiarium conficerent, & illam communionem vni Deo vnâ & eâdem formulâ preces & laudes adhibendi, diſſimillimo inter ſe ac pænè cuiuſque Epiſcopatus proprio officio diſcerperent.* Idipſum enim de ſingulis affirmari poſſet monaſteriis, ſi nullus certus eſſet pſalmorum numerus, aut modus à Sancto Benedicto præſcriptus, qui tamen non neſcius erat, quanto ſtudio priſci illi Monachorum Patres ſtuduerint olim vniformem omnibus pſallendi tradere modum, vt pluribus videre eſt apud Caſſianum.

Pius V. in bullâ breu.

Caſſian. lib. 2. c. 5. & ſeq.

IV.

Quia hæc licentia videtur abrogata.

Qvartò, exiſtimauerim Abbates in Aquiſgranenſi Synodo congregatos voluiſſe multiformem, quæ irrepſerat, pſallendi rationem abolere, cùm decreuerunt; *Vt officium quod in Regulâ Sancti* Benedicti *continetur, celebrent Monachi.* Quaſi dicerent, non id quod quiſq́ue deſignauerit Abbas, ſed quod iis conſtat pſalmis, quos nominatim præſcripſit Sanctus Benedictvs. Et hos Canones teſtatur Leo Oſtienſis perinde ſeruatos, ac Regulam Sancti Benedicti. Proinde in eâdem Synodo ſtatutum eſt, *vt Alleluia in Septuageſimâ dimittatur*, cùm Regula permittat dici vſque ad Quadrageſimam.

Concil. Aquiſgran. can. 3.

Ibid. can. 30.

V.

Primi Ciſterſienſes nihil in his innouarunt.

Qvintò, Fuit quoq́ue hæc prima primorum Ciſtertienſium cura, vt Regulam S. Benedicti per omnia obſeruarent: & hinc *Charta Charitatis* caput 1. de vniformitate Ordinis in moribus & cantu, decernit: *Vt mores, & cantum, & libros omnes, ad omnes horas diurnas & nocturnas, & omnes Miſſas neceſſarios, ſecundùm formam morum*

ORATORIVM.

rium & librorum Noui Monaſterij poſsideant, quatenus in actibus noſtris nulla ſit diſcordia, ſed vnâ charitate, vnâ Regulâ, ſimilibuſque moribus viuamus. Charta autem Charitatis in Capitulo Generali promulgata, à ſummis Pontificibus Calixto II. Eugenio III. Anaſtaſio, & Hadriano IV. confirmata ſuit. Hæc ipſa vniſormitas rurſus inculcata & præſcripta ſuit in Capitulo Generali ſub Rainardo, anno Chriſti 1134. in quo inter cetera decretum: *Vt libri ijdem, quantum dumtaxat pertinet ad diuinum officium, idem victus, idem veſtitus, ijdem denique mores per omnia inueniantur.* Et mox: *Miſſale, Epiſtolare, textus, Collectaneum, Graduale, Antiphonarium, Regula, Hymnarium, Pſalterium, Lectionarium, Kalendarium, vbique vniformiter habeantur.* Vt autem vnitas morum & cantus ſecundum formam in Ciſtertio præſcriptam, & continuato vſu ſancita praxis à poſteris ſeruari poſſet, *Liber Vſuum* concinnatus fuit: qui vel Sanctum Bernardum, vel Stephanum probabiliter habet auctorem, & eodem ferè tempore, quo Charta Charitatis editus dicitur. De quo Angelus Manrique: Quicumque fuerit ingentis nominis auctor, opus conſecrat potiùs, quàm commendat. Vt niſi cauſſa ſubſit vrgentiſſima, nihil in eo liceat immutare, nihil addere, nihil præterire, citra piaculum. Ex quibus videas in Ordine Ciſtertienſi eam, quæ ex Regulâ videbatur conceſſa ordinandi & mutandi pſalmos, licentiam ſtatim fuiſſe ſublatam, & nihil magis curatum, quàm vt in omnibus omnes eſſent conformes.

Conſtat ex Chartâ Charitatis.

Manriq. to. 1. Annal. Ciſterc. anno 1119. & tom. 2. an. 1152. 1151. 1156.

Liber Vſuũ hoc fine ſcriptus.

Idem an. 119. cap. 6. n. 8.

Et ad ſeruandam vniformitatem.

Vnde quod dici poſſet, ſtantibus iiſdem libris & cantu, poſſe ab Abbate pſalmos alterari, ſi die Dominicâ canatur officium feriæ ſecundæ, ingenioſè potiùs excogitatum videtur, quàm quod ita expediat fieri; & quid hoc aliud eſſet, quàm notabilem nouitatem ſponte inducere? Vnde & prædictus Scriptor ait: *Cantica mutari à Prælatis vidi, Pſalmos alterari non vidi, poſſunt tamen, licet non ſit in vſu; nam priuilegia, quæ non præiudicant alteri, nequeunt per non-vſum amitti.* At magnum ſatis ego video præiudicium, ſi diuerſa pſallendi ratio, ex cuiuſuis Abbatis arbitrio contra communem Ordinis vſurpetur ritum, quod tanto molimine excludere voluêre Ciſtertienſes. Nec immeritò: ſi enim nihil agere debeat Monachus, *niſi quòd communis Monaſterij Regula, vel Maiorum cohortantur exempla;* quis non dicat ſimiliter, nihil agendum Abbati, niſi quòd communis Congregationis Regula, & Maiorum in eâ cohortantur exempla? Proinde tam Burſfeldenſe, quàm S. Iuſtinæ Cærimoniale hanc vniformitatem maximè vrgent, & eodem, ni fallor, ſpectant quæcumque in variis Congregationibus edita ſunt Ritualia, vt ſcilicet qui eiuſdem ſunt propoſiti, eodem pſallant ordine, modo & ſpiritu, vt vnanimes vno ore benedicant Dominum.

Quã neceſſaria.

Reg. cap. 7.

ad cuiuſuis Ordinis decorem.

VI. SEXTÒ, Hoc ipſum voluerunt Abbates, & Præſidentes Generales Congregationum ſub Regulâ Sancti BENEDICTI militantium, qui, vt vidimus, *in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ Obedientiæ ſub formali præcepto* mandant vſum Breuiarij Monaſtici Pauli V. auctoritate recogniti, abolitis penitus aliis omnibus. Quod & ſacra Rituum Congregatio declarauit. Quibus, vt mihi quidem videtur, ſatis præſcriptum eſt libertati illi de mutandis pſalmis. Dicere porrò, non eſſe penes hos Generales auctoritatem ita obſtringendi ſuos ſubditos, an non eſt eos erroris, & vſurpatæ iuriſdictionis arguere? Obligationem autem ad eos tantùm transferre, qui poſteà emittent profeſſionem, contra præcipientium mentem eſt: abolent enim de facto alia Breuiaria, & huius vnius impetant vſum: & ſacra Congregatio expreſsè ait: *Non obſtante, quod aliqui exempti in præteritum vſi fuerint Romano vel alio Breuiario.*

Vrget mandatum Præſidentium Generaliũ Ordinis.

Quod ſubditos obligat.

Iam, quod dicebatur, Romano Pontifice reprobante illam mutandi pſalmos auctoritatem, reprobationem huiuſmodi non profeſſos reſpicere, ſed profeſſuros; non vſquequaque ſtringit. Nam profeſſio monaſtica non eximit Monachos à poteſtate & obedientia Pontificis, ac proinde poteſt illis, iuſta occurrente cauſa imponere leges ſtatui eorum conuenientes. Nec obſtat, quod ſint contra Regulam, quia Pontifex diſpenſando poteſt eam Regulæ obligationem tollere, ſicut fatetur auctor de abſtinentiâ à carnibus, quam legitimâ Pontificis auctoritate ſupponit ſublatam. Nec refert, quòd non promiſerint obedire, niſi ſecundùm Regulam permittentem mutare pſalmos de licentiâ Abbatis. Primò, quia profeſſus eſt quiſque ſecundùm Regulam, quæ ſubiacet diſpoſitioni Pontificis, nec nouum vt aliquid à Regulâ permiſſum, aut non ſatis determinatum, ab eo determinari aut reuocari. Secundò, vnuſquiſque in eo monaſterio aut Congregatione profeſſionem emiſit, in quâ nullus erat vſus aut conſuetudo mutandi pſalmos, vt licentiæ huic iam præſcriptum videatur: nec poſſit magis in vſum reuocari, quoad profeſſos, quam abſtinentia à carnibus, vt hic Auctor fatetur. Tertiò, quia Regula non præcipit, ſed nudè tantùm permittit vt pſalmi dicantur iuxta Abbatis arbitrium. Quartò, ſi hæc mutandi liber-

Diluuntur alia obiectiones.

Et cõfirmatur noſtra ſententia.

libertas admittatur, longiſſimè recedetur A ab adamatâ tantopere in eiuſdem Inſtituti profeſſoribus vnitate & vniformitate morum ac rituum. Quare exiſtimauerim virum eruditum magis oſtendere voluiſſe, quid ex verbis S. Benedicti poſſit conſequi, quàm quod talis variationis praxim in aliquo Ordine probaret.

DISQVISITIO VI.

An ſingulis Pſalmis iuxta mentem S. Benedicti *interiecta Orationes?*

Caſſian lib. 2. cap. 7. *Ægyptij Monachi pſalmis preces inſerebant.*

SOlebant Ægyptij Monachi poſt ſingulos pſalmos, aut prolixiorum pſalmorum inciſiones, breuem orationem partim ſtando, partim genuflectendo facere, quem ritum explicans Caſſianus, ait: *Finita pſalma non ſtatim ad incurnatianem genuum carrnunt, ſed antequam flectant genua, pauliſper arant, & ſtantes ſupplicatiane maiorem temporis partem expendunt. Itaque puncto* C *breuiſſimo procidentes humi, vel adorantes tantum diuinam clementiam, ſummâ velocitate conſurgunt. Et rurſus erecti expanſis manibus eodem modo, quo priùs ſtantes orauerant, ſuis precibus intentiùs immorantur.* Et paulò poſt: *Cùm autem is qui orationem collecturus eſt, è terrâ ſe erexerit, omnes pariter, eriguntur.*

Athanaſ. tract. de virgin. *Quod & alij imitati.*

Eiuſdem ritus meminit S. Athanaſius: *Ad quemlibet pſalmum preces, & genuum flexio cum lacrymis addatur.* Et poſt Sanctum Benedictvm Iſidorus Hiſpalenſis: *Poſt conſummatianem ſingulorum pſalmorum praſtrati amnes humo pariter, celeriterque ſurgentes pſalmos ſequentes incipiunt.* Regula Fructuoſi: D *Sanè in omnibus ſingularum horarum orationibus nocturno & diurno tempore ad amnem pſalmorum finem gloriam cantantes praſtrantur in terram, eo ſcilicet ardine, vt nemo prius ſeniore aut incuruetur, aut iterum ſurgat: ſed omnes ſummâ æqualitate ſurgunt, extenſiſque ad cælum palmis aranda perſiſtant.* Eiuſdem ritus ſæpe meminit Regula Magiſtri.

S. Iſidor. c. 6. Reg. Fructuoſ. c. 3. Reg.

Reg. Magiſt. cap. 13. 24. 33. 36. 48. 56.

Eius ritus hodierna veſtigia.

Hunc porrò orandi modum Eccleſia retinet & repræſentat in quatuor temporibus, & in maiori hebdomadâ, quando Sacerdos dicit, *Oremus*. Et Diaconus, *Flectamus genua*. Subdiaconus hodie *leuate*. E Nam poſt illud *Flectamus genua*, antequam diceretur *Leuate*, per aliquod temporis ſpatium nixis genibus ſecretò orabant, admoniti verò per τὸ *leuate*, ſtantes audiebant Sacerdotis orationem, ſiue Collectam, quod patet ex libro Sacramentorum Sancti Gregorij Papæ feriâ 4. maioris hebdomadæ, vbi ita præſcribitur: *Dicit Diaconus Flectamus genua. Poſtquam orauerint, dicit. Leuate.*

ORATORIVM. *De duratione genuflexionis poſt pſalmos.*

A Sed quantò tempore durabat illa Monachorum, de quâ agimus, genuflexio? Exponit hoc in ſuo Pœnitentiali Sanctus Columbanus: *In cammuni*, inquit, *amnes fratres omnibus noctibus in tempore orationum in fine omnium pſalmorum genua in oratiane, ſi non infirmitas carporis obſuerit, flectere æquo animo debent, ſub ſilentio, dicentes: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina: quem verſiculum poſtquam ter in oratione decantauerint, æqualiter a flexiane* B *orationis ſurgant.* Sed Caſſianus vocat punctum breuiſſimum, quo *humi procidentes velut adorantes tantùm diuinam clementiam, ſummâ velocitate conſurgunt.* Et pendebat ex arbitrio illius, vt vidimus, qui orationem erat collecturus. Ad ritus proinde pleniorem notitiam, notandum præter ſecretam orationem & genuflexionem à Præſide chori quoque dictam Collectam ad ſingulos pſalmos. Primum quidem, vt exiſtimo, prout orationem collecturo memoria aut pietas ſuggerebat: deinde etiam conceptis ac præſcriptis Collectarum C formulis. De his Radulphus de Riuo ait: *Ab initio diuinum officium omnimodè conſtitutum erat in ipſis pſalmis, abſque hoc quod aliqua cantarentur, ſed cuilibet pſalmarum Alleluia cum oratione adiungebatur. Et huiuſmodi orationes in antiquis Pſalteriis reperiuntur elegantes.* Sic ille.

Definitur à S. Columbano.

Apud alios erat arbitraria.

Radulph. lib. de can. obſeru. propoſ. 12.

An ritus hic à S. Benedicto præſcriptus?

Ritu hoc modo explicato, quæritur an ille tempore ſancti Benedicti in eius monaſteriis ſeruatus, aut à Regulâ præſcriptus? Aſſerit hoc eruditus ſcriptor, Hugo Menardus, qui ad illa Sancti Benedicti verba: *In conuentu tamen omninò breuietur oratio, & facto ſigno à Priore amnes* D *pariter ſurgant.* Locus, inquit, Sancti Benedicti intelligendus eſt de breui illâ oratione, quæ fiebat à Monachis ad finem cuiuſque pſalmi adhibitâ genuflexione. Et quod ſequitur: *Facto ſigno à priore pariter ſurgant*, exponit: nempe ad reliquam orationem & pſalmodiam perſequendam. Itaque hæc ſurrectio non eſt intelligenda de exitu. Nam infrà cap. 52. dixit S. P. Benedictvs, *Expleto opere Dei omnes cum ſummo ſilentio exeant, & agatur reuerentia Deo.* E At hoc loco nihil ſimile præcipit. Hanc verò explanationem confirmat, quod B. Benedictvs in ſuâ Regulâ veterum Patrum inſtituta fuerit ſecutus, & maximè ea, quæ à Caſſiano ſcripta ſunt. Deinde, quod quædam ab antiquis enucleatius explicata, tamquam Monachis trita ac vulgaria ab eo tantùm veluti perſtricta, & leui quodam penicillo fuerint adumbrata. Vt ſunt, inquit, maximè orationes & genuflexiones in pſalmorum interſtitiis; quæ iam pridem in Oratoriis Monachorum aut

Menard ad cap. 16. Conc. Reg. § 1.

Reg c. 20.

Aſſerit quidam, & variis probat argumentis.

ORATORIVM.

aut propter eorum teporem, aut propter A diuinorum officiorum multiplicitatem & prolixitatem obſoluerunt. Sic ille, qui & alibi eandem ſententiam inculcat.

Oppoſita ſententia adſtruitur.

At vereor, vt hoc omnibus queat perſuaderi. Nam quis non miretur, cum S. BENEDICTVS tam clarè ſua explicet, nullam eum intercalarium harum orationum expreſſam feciſſe mentionem, præſertim cùm non deſuerit occaſio id faciendi? Cùm enim dicit: *Prima hora dicantur tres pſali ſingillatim, & non ſub vnâ Gloriâ*, vel aliquos pſalmos diuidendos in duas Glorias, quam B facilè fuiſſet hîc adiicere, poſt Gloria, faciendum breue interuallum, quo fiat genuflexio & oratio. Omitto alia circa officium diuinum minutatim expreſſa, de his verò orationibus altum prorſus ſilentium. Quæ enim Menardus allegat S. BENEDICTI verba: *In conuentu tamen omninò breuietur oratio*, nimis obſcurè mihi inſinuant hanc orationem poſt ſingulos inſtituendam Pſalmos.

Cap. 17. Reg.

Quæ oratio in conuentu breuianda? Prima reſponſio Boëry.

Quænam igitur illa breuianda in conuentu oratio? Non vna hîc omnium reſ- C ponſio. *Primò* enim, Petrus Boërius ait, eſſe eam *orationem conuentualem & ſecretam; quæ ſingulis horis præponitur, priuſquam Deus in adiutorium incipiatur, quæ ſigno vel aliquo ſonitu per Abbatem, vel Priorem facto incipit & finit.* Vel intelligitur, inquit, *de ternâ oratione, quæ fit ante nocturnas vigilias, aut horam quæ immediatè præcedit commune capitulum, & finitis Completoriis.* Sed hoc non eſt ex Regulæ inſtituto, ſed ſuperadditum à S. Benedicto Anianæ Abbate, vt alibi dicemus.

Secunda Bernardi Caſſinenſis.

Secundò, Bernardus Caſſinenſis intelligit de eâ oratione, quam de conſuetudine quilibet apud ſe certis horis cum toto conuentu facit. Turrecremata verò tempus determinans, addit: Sicut in fine officij Religioſi proſtrati, aut inclinati, ſoliti ſunt facere orationem aliquam, vſque ad ſignum, quod fit à Prælato. Et probabile mihi videtur tempore S. BENEDICTI diuino officio expleto mentalem aliquam aut ſecretam in conuentu inſtitutam orationem, quod innuit S. Gregorius, cùm referens E hiſtoriam caſtigati à S. BENEDICTO Monachi, qui orationis tempore vagabatur, ait: *Cùm conſtituta hora expleta pſalmodia ſeſe fratres in orationem dediſſent.* Prout latiùs in Commentatio ad S. BENEDICTI vitam expendimus.

Greg. lib. 2. Dial. cap. 4.

Tertia Ioan. Craeſbeeck.

Tertiò, Ioannes Craesbeeck hunc locum explicans, ait: Vult S. BENEDICTVS, vt orationes quæ præſcribuntur, & imponuntur conuentui, ſiue Canonicæ illæ ſint, & ordinariæ, ſiue extraordinariæ ob certam aliquam cauſſam inſtitutæ, breues ſint; facto que ſigno à Præſide omnes pariter ſurgant, & exeant templo. Omitto alios Interpretes, ex quibus neminem vnum vidi, qui de orationibus & genuflexionibus pſalmis ſingulis ſubiungendis locũ exponeret.

Soluuntur in contrarium dicta.

Vt autem ceteris à Menardo allatis ſatisfaciamus, dicendum S. Legiſlatorem, etſi ſępius Caſſianum ſequatur, non tamen ſemper. Plura enim diuino officio (vti etiam Menardus fatetur) præter antiquorum Monachorum conſuetudinem addidit. Harum verò intercalarium precum, nulla in totâ Regulâ ſatis manifeſta mentio. Quod verò ait, orationes has & genuflexiones in pſalmorum interſtitiis iam pridem propter Monachorum teporem, aut diuinorum officiorum prolixitatem exoleuiſſe, optaſſem vt earumdem vſum apud eos, qui iuxta S. BENEDICTI Regulam pſallere conſueuerunt, magis comprobaſſet. Etſi enim Regulæ S. Fructuoſi, Columbani, & Magiſtri de iis ſcribant, ſatis tamen conſtat has longè aliam ſecutos pſallendi formam, quam S. BENEDICTVS præſcripſerit, vt proinde id factum non fuerit ex eiuſdem ſancti ordinatione.

Menard. ad cap. 17. Reg.

Confirmatur noſtra ſententia.

Et verò ſi ritus hic tempore S. BENEDICTI fuiſſet vſitatus, & ab ipsâ Regulâ præſcriptus, mirum ſanè videri queat, tam exiguam eius apud auctores fieri mentionem, cùm tamen de tribus orationibus & quindecim pſalmis, aliiſque præter S. BENEDICTI inſtitutionem diuino officio adiectis plures meminerint. Iam cum tot extiterint Reformationes, non legi has orationum interpoſitiones ab vllo fuiſſe reſtitutas, aut explicatas. Cùm enim (vt Breuiarium Monaſticum habet) *familia Cluniacenſis Regulæ conuenienter viuere aut mori cuperet*, quis ambigat S. Odonem hanc ceremoniam in vſum reuocaturum fuiſſe, ſi eam putaſſet à Sancto BENEDICTO ſeruatam, aut Regulæ verbis quantumuis obſcuris incluſam, cùm præſertim, vt ibidem dicitur, *theſauros in Regulæ obſeruatione latentes Monachis explicuerit?* Quid, quod idem S. Odo vigiliarum excubias ante corpus S. Martini cum aliis Eccleſiaſticis celebrans, cùm Antiphonæ officij eiuſdem breues eſſent, & vnamquamque Antiphonam per ſingulos pſalmorum verſus repetendo canerent, quo ad lucem vſque officium protenderetur prolixiores ab iis rogatus compoſuerit Antiphonas?

Ex Cluniacenſium obſeruantiâ.

Breuiar. Monaſt. in feſt. S. Odon.

Et facto S. Odonis.

Ioan Monach vitæ S. Odon. lib. 1.

Verùm ſi ex mente S. BENEDICTI nouiſſet, poſt ſingulos pſalmos inſtituendam orationem ſecretam cum genuflexione & collectâ, quis non videat hoc pacto non difficulter potuiſſe totam noctem diuinis inſumi officiis? Hiſce enim pſalmorum interuallis, ſi pluſculum temporis fuiſſet

tribu-

A tributum, facillimum erat totũ noctis ſpatium hac pſallendi formâ tranſigere. De primis Ciſtertienſibus Sigeberti continuator hæc ſcribit: *Rectitudinem Regulæ ſupra cunctum vitæ ſuæ tenorem ducentes, tam in Eccleſiaſticis quàm in ceteris obſeruationibus Regulæ vigilijs ſunt adæquati ſeu cõformati.* Hi ergo & has orationes ſingulis, vt arbitror, ſubieciſſent pſalmis, ſi id credidiſſent à S. Legiſlatore noſtro præſcriptum: Obijcit enim S. Bernardo æmulus eius, Petrus Abaelardus inter cetera, *quòd preces, quæ poſt ſupplicationem & orationem Dominicam ab Eccleſiâ vbiq; celebrantur, & ea quæ ſuffragia Sanctorum dicuntur, omninò abiecißent*, quòd nullam facerent commemorationem S. Mariæ, nec ceterorum, quod *Alleluia* in Septuageſima non intermitterent, & alia ſimilia, idque ait eos feciſſe, quòd *rationi plurimum & tenori Regulæ crederent concordare*. Et poſteà ſubdit: *Quæ omnia cum omnibus in magnam admirationem veniant, cur hæc ſcilicet veſtra nouitas totius Eccleſiæ vſui apud vos præferatur, nec tamen ab inſtitutione veſtrâ ideò receditis, nec quid alij murmurent curatis: quia id rationabiliter vos facere confiditis, quos inſtitutio Regulæ nouum opus de veteri facere compellit.* Sic ille. Quæ ſi vera, & vſque adeò illis decretum erat ad litteram ſeruare Regulam, omnibuſ alijs ablegatis: quis exiſtimet hanc ab illis neglectam orandi & pſallendi furmam, ſi Regulæ erat conformis.

Robert. de Monte ad ann. 1107.

Primi Ciſtertienſes ignorarunt hanc pſallendi formam.

Petr. Abaël. epiſt. 5 pag. 249.

Qui Regulam ad litteram obſeruabant.

His & illud accedat: quod ſi admittamus ita ex Regulâ perſoluendum officium, fateri ſimul cogemur, nuſquam toto orbe terrarum hoc tẽpore ſeruari præſcriptam à S. BENEDICTO pſallendi methodum: quin imò eam iam ab aliquot ſæculis exoleuiſſe. Sed & illud meritò quis inquirat, vbi, & quando abrogata ſit? Quis eam, quæ modò viget, ſubſtituerit, aut quâ occaſione introducta ſit?

ORATORIVM. Alia ratione.

B Vnde exiſtimem ſanctiſſimo Legiſlatori, quod hoc punctum concernit, Romanam potiùs placuiſſe conſuetudinem, nec ipſe fortaſſe Menardus magnopere contradixerit, cùm alibi concedat S. P. BENEDICTVM, iuxta aliorum morem, huiuſmodi collectas ſeu orationes, quæ iuxta Caſſianum ad finem cuiuſque pſalmi dicebantur, reieciſſe ad finem cuiuſque horæ, ita vt plures dicerentur non vna: atque ob eam rationem dixiſſe S. BENEDICTVM: *Miſſæ ſint*; non, *Miſſa ſit*. Miſſas enim Smaragdũ ſecutus C probabiliter interpretatur Collectas, vel orationes, quæ in fine à Sacerdote dicuntur. Sed vt iam miſſas faciamus has *Miſſas*, de quibus poſteà, ſubdit deinceps Menardus, ideò S. BENEDICTVM, cùm agit de Nocturnis & Matutinis, nullam harum Miſſarum facere mentionem, ſed tantùm dicere; *Et completum eſt*: quod ob iſtarum prolixitatem horarum in eis plures huiuſmodi collectas noluerit recitari.

Menardus alibi pro hac ſententia.

Menard. ad c. 14. Concord. append. 8.

TRACTATVS VI.

DE NOCTVRNIS VIGILIIS.

A GENERALIORIBVS *ad magis particularia ſenſim deſcendentes, diuini officij partes ordine percurremus, Tractatum hunc Nocturnis conſecrantes vigilijs.* Prima *igitur Diſquiſitio erit, cur diſtinctò à Romanâ Eccleſiâ more Nocturnum officium S. Pater incipiat?* Secunda, *Cur verſus*, Domine labia mea aperies *tertiò repetendus?* Tertia, *Cur tertius Pſalmus ante Inuitatorium dicatur?* Quarta, *De Inuitatorio & Pſalmo* Venite. Quinta, *Quid Ambroſianum?* Sexta, *De Pſalmis, & quot in Nocturnis Vigilijs?* Septima, *Vt nocturnorum claudenda Pſalmodia, & de lectionibus ſubſequentibus.* Octaua, *Qualiter Dominicis diebus vigiliæ agantur?*

ORATORIVM.

DISQVISITIO I.

Cur diſtincto à Romanâ Eccleſiâ more nocturnum S. BENEDICTVS inchoet officium?

IPSVM Nocturni officij exordium iuxta præſcriptam à S. BENEDICTO pſalmodiæ rationem, nonnihil differt ab vſu Breuiarij Romani: præſcribit enim, *vt præmiſſo in primis verſu, Deus in adiutorium meū intende, Domine ad adiuuandum me feſtina: in ſecundo ter dicatur: Domine labia mea aperies, & os meum annūtiabit laudem tuam.* Romanum verò officium hunc poſteriorem verſum priori illi præmittit. Sed quænā huius diuerſitatis cauſſæ aut coniecturæ probabiles? Plures occurrūt, quarum

Cap 9.

Prima cauſſa.

Prima ſit, vt omnium Canonicarum horarum vnum idemq; eſſet exordium: Nam quod in Completorio dicatur *Confiteor*, & verſus, *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter*, non fit ex præſcripto Regulæ.

Secunda, ex vſu veterum Monachorum. Walafr. lib. de reb. Eccleſ. cap. 25.

Secūda, quod ita fortaſſis apud Monachos ante ipſius ætatem eſſet vſitatum, & ab illis hunc ritum acceperit. Quod quidem inſinuat Walafridus: *Sanè Verſum, qui in capite omnium (præter Miſſas) Officiorum, quæ Horis Canonicis exhibētur, dici ſolet, id eſt: Deus in adiutorium meum intēde, & reliqua, Patres antiqui ſuis Collationibus videntur ſtatuiſſe, omnibus non tantùm officijs, ſed etiam operibus præmittēdum, vt inuocatio diuinæ opitulationis, initio cuiuſlibet actionis aſſumpta, faciliorem faciat & poſtulandi conſtantiam, & obtinendi virtutem.*

Tertia, ex vtilitate verſus, Deus in adiutoriū. Caſſ. coll. 10. cap. 10.

Tertia, quod legiſſet Abbatem Iſaac, apud Caſſianum vnicuique Monacho ad iugem Dei memoriam tendenti tradidiſſe hāc formulam pietatis: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum feſtina. Hic namq; verſiculus*, ait, *nō immeritò de toto Scripturarum excerptus eſt inſtrumento. Recipit enim omnes affectus quicumque inferri humanæ poſſunt naturæ, & ad omnem ſtatū atque vniuerſos incurſus, propriæ ſatis & competenter aptatur. Habet ſiquidem aduerſus vniuerſa diſcrimina inuocationem Dei, habet humilitatem piæ cōfeſſionis, habet ſollicitudinis ac timoris perpetui vigilantiam, habet conſiderationem fragilitatis ſuæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præſentis ſemperque aſtantis præſidij.* Et plures alias huius verſiculi virtutes ibidem proſequens, ait cōtra dæmonum infeſtationes eſſe inexpugnabilem murum, impenetrabilem loricam, munitiſſimū clypeum. Cùm autē dæmones maximè orātes infeſtent, meritò ab hoc verſu orationis ſuę ſumūt exordium. Quare ibidem Iſaac ſubiungit: *Hic tibi expergefacto primus occurrat, is te vigilante cogitationes anticipet vniuerſas, iſte te de tuo ſurgentē cubili curuationi genuū tradat;*

Quo dæmones fugantur.

A *atq; illinc deinceps ad omne opus actusq; deducat, hic te omni tempore proſequatur.* Hæc cùm S.P. legerit, quis ambigat quin hinc propterea dixerit Nocturnarū Vigiliarum omniumq; aliarum Horarum ſumendum exordium?

Quarta, quia ſine Dei adiutorio nihil poſſumus: Duraud. in rat. diu. off. lib. 5. cap. 2.

Quarta eſt, quam tradit Guilielmus Durandus, & ex illo Turrecremata his verbis: Monachi ex inſtitutione S. P. BENEDICTI dicūt primò in Nocturnis horis: *Deus in adiutorium meum intende.* Et poſtcà, *Domine labia mea aperies.* Quia ſine Dei adiutorio nec B cor, nec labia ad ipſius laudē aperiri valent. Proinde in laudem gloriæ gratiæ Dei hic verſus præmittitur, vt humillimâ cōfeſſione proteſtemur quod Auguſtinus ait: *Nos niſi adiuuante illo, ſine quo nihil poſſumus facere, os non poſſe aperire. Aperit* autem *os ita iubendo, vt nemo poſſit, niſi ipſe id faciat adiuuando, cui dicitur labia mea aperies.* Cōſentaneum id eſt pietati & humilitati S. BENEDICTI, qui ita diſcipulum ſuum admonet; *Quidquid agendum inchoas bonum, à Deo perfici inſtantiſſimâ* C *oratione depoſcas. Et quod minùs habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominum, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrare.*

Auguſt. lib. 2. contra duas epiſt. Pelag.

In Prolog. Reg.

Quinta, ante S. Benedictum Deus in adiutoriū non præponebatur Horis.

Quinta ratio eſſe poſſit, quod ante tēpora S. BENEDICTI in Romano Officio Horis canonicis nondū præponeretur verſus ille, *Deus in adiutorium meum intende*, aut *Domine labia mea aperies*, aut certè necdum erat hic inter eos ordo, vt *Domine labia* præcederet, & alter ſubſequeretur. Scribit enim Lorinus: Auctorem ritus non reperio, vt exor- D diamur Matutinas horas ab iſtis verbis, *Domine labia.* Vnde nec in Ambroſiano officio reperitur. Et Amalarius Fortunatus, agens de nocturnali officio, ait: *Dicimus primò, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam: Deinde ſequitur Gloria.* Vbi nihil dicit de verſu *Deus in adiutorium*, vt etiam obſeruauit Gauantus, vnde colligas olim fortè non fuiſſe dictū. Quamuis enim Walafridus (vt vidimus) inſtitutionem præmittēdi *Deus in adiutorium* Horis Canonicis re- E ferat ad antiquos Patres, intelligēs quæ dicuntur à Caſſiano, id tamen Lorinus nō arbitratur ſatis certum, quia, inquit, generaliter adhibendum præcipit (Abbas Iſaac) ad omnia; nec in Tropario Græcorū, vel apud vllum alium ſcriptorē Græcū extat huiuſmodi ritus vllum indicium. Sic ille. Quod quidem cōfirmari poteſt ex eo, quod Faſciculus tēporum tradat Gregorium Magnum inſtituiſſe, vt ante horarum initia diceretur *Deus in adiutorium.* Cui ſententiæ adſtipulatur Pa-

Lorin. in Pſal. 50.

Amalar. de eccleſ. offic. lib. 4. cap. 9.

Gauant in Rubr. breuia. lect. 5. cap. 4.

Lorin in Pſal. 69.

Quis huius inſtitutionis auctor.

Digitized by Google

Pamel. an not. 13. in lib. Cyprian. de orat. dom. Polydor l. 6. de inuẽt. ret. cap. 2. Wion lig. vit. lib. 1. cap. 12. Nauarr. de orat. cap. 3. num. 64.

tur Pamelius, Genebrardus ante Commentarium ſuum in Pſalmos, Polydorus Vergilius, & Arnoldus Wion, dicens eum id ex imitatione ordinationis S. BENEDICTI vniuerſæ Eccleſiæ pontificiâ auctoritate prçcepiſſe. Non potuit ergò S. BENEDICTVS in Nocturni officij exordio cum Romano cõuenire vſu, ſi is tum tẽporis necdum fuerit receptus, ſed poſtea introductus. Nauarrus tamen ritus huius auctorem facit Damaſum ſuaſu Hieronymi. Sed epiſtola illa Hieronymi ad Damaſum, quæ tomo 1. Cõciliorum habetur, vt commentitia & adulterina merito exploditur, vt poſt Cardinalem Baronium Seuerinus Binius annotauit.

Baron ann. 325. nu. 175. Binius to. 1. in epiſt. Damaſ.

DISQVISITIO II.

Cur verſus, Domine labia mea aperies *tertiò repetendus?*

IN hoc preterea diſcrepat Benedictinum officium à Romano, quod tertiò dicat, *Domine labia mea aperies*. Cuius quidẽ cauſſas vel congruentias hîc lubet expendere.

Domine labia, dictus verſus apertionis. Reg. Mag. cap. 44.

Præmittendum tamen, quòd ſicuti conſueta hæc pſalmorum clauſula *Gloria Patri, & Filio*, &c. ab antiquis dici ſolet VERSVS GLORIFICATIONIS, ita manuſcripta Regula Magiſtri *Domine labia mea aperies* nũcupat VERSVM APERTIONIS. Congruè omninò. Nam & cerimoniam, quâ Sacerdos accedentis ad baptiſmum nares & aures tangit, dicens *Epheta*, id eſt, *Adaperire*, Ambroſius vocat *apertionis myſterium*. Idemque ait: *Ergò quid egimus ſabbato? nempe Apertionem. Quæ myſteria celebrata ſunt? Apertionis*. Quia autem nihil aperitur, niſi quod fuit clauſum pulchrè notat Hugo de S. Victore, eumque paraphraſticè exponens Oliuerius Bonartius, nos ideo dicere, *Domine labia mea aperies, & os meum*, &c. quia in Completorio nos Deo commendauimus, & ora concluſimus ſinguli quodammodo in ſingulis ſepulchris quieſcentes, & Deo ſoli aſtantes, cui nõ ſunt verba neceſſaria, ſed cogitationes nouit; at quia nocte iterum conuertimur ad Dominum labijs confitendum, precamur eum, vt labia noſtra aperiat. Notum eſt S. BENEDICTVM ſuis preſcripſiſſe, *vt poſt Completorium nemo loquatur*, itaque clauſa ora non reſerãtur niſi ab illo, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit, ad quem ſuſpirantes dicimus; *Domine labia mea aperies*. Regula porrò Magiſtri peculiarem præſcribit ritum, quo veſperi oris noſtri ianuæ claudantur; vult enim vt Abbas dicat: *Eja fratres monete vos, vt expletis omnibus, non ſit occaſio vnde loqui cogamur. Iam enim hora eſt vt nos Domino commendemus, & finitis omnibus diei officijs intran-* A *tes noctem, pariter os noſtrum loquendi claudatur ad requiem, & oculi ad ſoporem. Ergo vbi hæc omnia cùm adhuc loquendi, & aliquid imperandi licentia tribuitur fuerint adimpleta, factis Completorijs, in vltimo dicãt hunc verſum Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantia labijs meis, mox ingrediantur ſilentium, & ſuis ſe collocent lectis. Et tanto ſilẽtio redigantur, vt vſque ad Nocturnos putetur nullus ibi eſſe de fratribus. Ideò enim poſt Completorios tacere debemus, vt meritò in nocturnis primo dicamus Domino, Domine labia mea aperies, & os meum an-* B *nuntiabit laudem tuam.* Sic ille.

Ambr lib. de ijs qui init. myſt cap. 1. Lib. 1. de Sacram c. 1. Hugo Victor. lib. 2. de offic eccleſ cap. 8. Bonart de hor. Can l. 1 c. 30. n. 11. *Poſt Completorium claudimus ora.* Cap Reg. *A Deo in Vigilijs reſeranda.* Reg. Mag. cap. 30. *Ritus quo Monachi id peragebant.*

ORATORIVM.

Ioannes verò Belethus agens de hoc verſu, ait, In eo tangi religionem ſacerdotum primitiuæ Eccleſiæ, qui cũ irent cubitum, ſignaculo crucis ſe muniebãt, vocem comprimentes ad tempus vſque matutinum; & tunc demum vocibus in laudem Dei prorumpebant. Tetigit & hunc ritum Honorius Auguſtodunenſis, non minùs piè, quàm eleganter ita ſcribens. *Signa militibus per tubas dantur, Chriſtianis ſigna campanis dantur, qui quaſi milites conuenientes Imperatorem ſalu-* C *tant, dum per verſum: Domine labia mea aperies, laudes Chriſti inchoant. Dum enim in nocte dormitum eunt, ſignaculo crucis quaſi ſigillo ſe muniunt, quæ nunc aperiunt, dum ora in nocte clauſa ad laudem Dei ſoluunt.* Sic ibi. Reſpõdet huic pietati Breuiarij Romani atque etiam Monaſtici Rubrica, præſcribens, vt Hebdomadarius ad verba *Domine labia mea aperies* pollice os ſibi ſignet, ſignaculo crucis veluti claui quâ antea erat concluſum rurſus reſerans, & virtute Crucis Chriſti donũ orationis cælitus demitti obſecrans atque pro- D teſtans. Notat prætereà doctiſſimus noſter Genebrardus, veteres Hebræorum Patres in tractatu *Berachoth* decreuiſſe hunc verſum in cuiuſq; precationis principio commemorari, quoniam commodus eſt ad mẽtis præparationem impetrandam. Atque hæc de verſu apertionis.

Beleth in explic. diu. offic c. 24. *Sacerdotes olim accubituri cruce ſe ſignabãt, & tacebant.* Honor. in gem. anim. lib. 2. c. 1. *Breuiarij rubrica hunc faciens.* Genebr. in Pſal. 50.

Cur autem S. P. BENEDICTVS tertiò prçſcribit repetendum? An quia Nocturnæ Vigiliæ totius diuini officij principium ſunt, & maximæ apud Monachus ſolemnitatis, qui potiorem ijs noctis partem im- E pendunt, voluerit eaſdem celebriori præambulo, & trinâ verſus huius repetitione cohoneſtare? Hac enim ratione & ſilentium à Completorio non parum redditur venerabilius, quando id non niſi petito Dei auxilio relaxatur. Nimirùm ſic cùm feriâ ſextâ Paraſceues extincta ſunt omnia luminaria, &, poſtridie Sabbato ſancto de nouo igne candela accenditur, Diaconus tertiò cantat: LVMEN CHRISTI. Similiter ALLELVIA à Septuageſimâ intermiſſum, ac veluti ſepultum; ternâ decantatione Sacerdotis hoc ipſo die reuiuiſcit, & Eccleſię vſui reſtituitur. Ita dixerim ſolemniter re-

Cur Benedictini ter dicant, Domine labia. 1. *Propter Vigiliarum ſolemnitatem.* *A ſimili.*

ORATORIVM. cludi ora canentium Deo; clauſa priùs in Completorio.

II. *Ne quis ſeriùs veniat.* SECVNDÒ. Voluitne hanc ad nocturnas vigilias Paraſceuem ternâ hac repetitione paulò prolixiorem reddere, vt ita minor eſſet occaſio veoiendi ſetiùs poſt Gloriam Pſalmi, *Venite exultemus, quem propter hoc omninò protrahendo & moroſè voluit dici?* Regula ſanè Magiſtri præſcribens itidem tettiò à ſingulis dici, *Domine labia mea aperies*, Abbate tamen inchoante, hanc reddit rationem, *vt ne quis frater modicè tardius ingreſſus, ab hâc poſtulatione verſus frandetur.* Cap. 43. Reg. Reg Mag. cap. 32.

III. *Ad recolendum trinã Chriſti orationem.* TERTIÒ. An trinâ hac tepetitione Monachis in memoriam voluerit renocari nocturnam Chriſti Domini orationẽ in horto, in quâ prolixiùs perſeuerans, tertiò eumdẽ ſermonem repetiuit? Nam & nocturnas Monachorum vigilias hãc Saluatoris noſtri oratiooem repræſentare & honorare nonnulli tradũt. Theodorus Peltanus: Reſpondẽt, inquit, tribus illis interpolatis vicibus, quibus Chriſtus Dominus in hotto orauit. Peltan lib. de Orat. cap. 8.

IV. *Ad excitandum pietatis affectũ.* QVARTÒ. An Orationis perſeuerantiam & effectus vehementiam ternâ repetitione iocolcare voluit; nam repetitiones indices ſunt affectus: in Miſſæ ſacrificio, vt ſupplicãtis incitetur affectus, tertiò dicimus, *Mea culpa, Kyrie eleiſon, Agnus Dei, Domine non ſum dignus.* Et feriâ ſexta Paraſceues tertiò cantatur, *Ecce lignum crucis.* Fuerunt autem S. BENEDICTO cumptimis charæ & familiares hæ repetitiones: ita enim eundem huoc verſum tertiò vult à Lectore meoſæ Beoedictionem petente, ficut & à Seruitoribus ſeptimanam ingredientibus tertiò dicitur, *Deus in adiutorium*, & ab egrediẽtibus *Benedictus es Domine Deus.* Ab eo qui vota emittit, ter dici vult, *Suſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum*, &c.

V. *Ad imitationem Triſagij.* QVINTÒ. An hoc fortè commendauit, vt Benedictini, qui habitu ſuo (vt alibi dictũ) ſex alas Seraphim repræſentant, cæleſtes illos Seraphim imitentur in terra, & ſicut illi Triſagion ſanctiſſimæ Trinitati decantant, dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; ita & hi ſanctiſſimam Trinitatem cui pſallunt, verſu tertiò repetito ſupplicitet iooocent. Smaragdi Abbatis hîc ſenſus eſt: *Sicut*, inquit, *pro reuerentiâ ſanctæ Trinitatis, ter dicitur ſanctus: ita & in hâc ſupplicatione, ter apertionem labiorum, ab ipsâ ſanctâ precatur Trinitate, vt poſt labiorum apertionem dignè poſſit os ſeruorum Domini, annuntiare Domino laudem.* Ita ille. Piè igitur, atque vt reor, non ſine fructu licebit has repetitiones ſingulis ſanctiſſimæ Trinitatis accommodate perſonis, hoc aut ſimili modo. Iſaiæ 6.

Triplex hæc repetitio precibus expreſſa.

Ad Deum Patrem. *Ad Deum Patrem.* Cùm non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, & fortaſſis iniquitas oppilauit os meum; rogo te ſancte Pater, Omnipotens æterne Deus, vt tu, qui muti ac ſtupidi iumenti os aperuiſti; & qui labia Iſaiæ Prophetæ per Seraphim calculo mũdaſti ignito, labia quoque mea aperias, vt os meum annuotiet laudem tuam. Num. 22. 28. Iſaiæ 6. 7.

Ad Filium. *Ad Filium.* Fili Dei, verbum Patris, æterna ſapieotia, qui aperis os mutorum, & linguas infantium facis diſertas, tu ô Verbum infans, labia mea aperias, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Ad Spiritũ ſanctum. *Ad Spiritũ ſanctum.* Spiritus ſancte Deus, qui ſcrutaris corda & renes, qui noniſti quod ooo eſt ſermo in lingua mea, & quod nemo poſſit dicere, *Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto*; humiliter te oro, vt ſicut in linguis igoeis Apoſtolis apparuiſti, verbis vt eſſẽt profluí, & charitate feruidi, ita & nũc meo illabere pectori: accende lumen ſenſibus, infunde amorem cordibus, ſermone ditans guttura, vt dum pſallo, pſallam ſpiritu, pſallam & mente, & non tam loquar ego, quàm Spiritus Patris loquatur in me, & per me, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. 1. Cor. 12.

DISQVISITIO III.

Cur tertius Pſalmus ante Inuitatorium dicatur?

VERSVM Apertionis proximè excipit Pſalmus tertius, qui etiam non dicitur in officio Romano. Cur autem in Monaſtico, ipſi Inuitatorio præmittatur, hanc Guilielmus Durandus exiſtimat cauſam, quod in eo dicatur, *Ego dormiui, & ſoporatus ſum: exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Vt videlicet in ſenſu accommodatitio id quilibet de ſe proununtiet Religioſus, qui à ſomno excitatus ad laudandum Dominum ſurrexit. Notum ſiquidem eſt propter vnum verſum feſto alicui conuenientem ſæpius iotegrum dici pſalmum. *Quorundã rationes.* Durand. lib. 5. ratio. cap. 3. nu. 32.

Paulò aliter Cardinalis à Turrectemata: Ideò, inquit, iſte tertius pſalmus, qui de reſurrectiooe Domioi digeſtus eſt, vt ibi: *Ego dormiui, & ſoporatus ſum*, &c. præmittitur, vt dum Monachus in eo de reſurrectione Domini audit, peruigilem ſe & deuotum in totâ vigiliâ cuſtodiat, & ad reddendas laudes Creatori ſuo, depulsâ ſomnolentiâ, ſe puriſſimum reddat.

Alij non paulò probabiliùs primum huius pſalmi attendentes verſum: *Domine, quid multiplicati ſunt qui tribulant me; multi inſurgunt aduerſum me:* afferunt hunc idcircò hic recitari, quia aduerſatium nobis iofidias otatiooe dæmonum commoueſaciat, & contra eorum multiplices iofidias diuinum imploret auxilium. Ita ferè Boerius, Perez, & MS. Commẽtarius Columbaoi Vranex, & alter Iacobi Marquais Abbatis S. Martini Toroaci Commentarius itidem calamo exaratus. Vt autem magis appateat hinc dæmo- *Probabilior eſt, dici hũc pſalmum contra dæmonum inſidias.*

dæmonum aduerſus Monaſticam pſalmodiam odium; inde diuinæ gratiæ poſtulandi neceſſitas, lubet hoc punctum nonnihil explanare, vt inde appareat quàm meritò S. P. BENEDICTVS tertium hunc pſalmum præſcripſerit recitari.

Prat. ſpir. cap.152.

Refert Pratum ſpirituale, Abbatem Marcellum quaſi de alio ſene morante in Schiti narraſſe, quòd nocte quadam ſurrexerit, vt pſalmos ex more caneret, cumque pſallere cœpiſſet, audiuit vocem buccinæ quaſi bellicum clangentis, turbatuſque ſenex cogitabat dicens: *Vnde hoc in loco vox buccina perſtrepit? milites hic non ſunt, bellum hinc abeſt.* Et cùm iſta ſecum volueret, dæmon propè illum veniens dixit ei; *vtique bellum eſt. Si ergo oppugnari ac repugnare non vis, vade, dormi, & non oppugnaberis.* Idemque dicebat: *Credite mihi filioli, nihil ita perturbat, concitat, irritat & contra nos dæmones commouet ſicut perpetua pſalmorum meditatio.*

Qui conueniunt ad pſalmodiã,

Vt Monachos infeſtent.

Sed fraudes aſtumque cacodæmonum optimè cognouit & explicauit Climacus. *Obſeruemus,* inquit, *diligentius, & inueniemus cùm inſonuit ſignum ſpiritualis tubæ, viſibiliter quidem congregari fratres, inuiſibiliter verò conuenire inimicos.* Quorum machinationes & fraudes carptim à nobis alibi delibatas ordine recenſet. Macarius quoque Alexandrinus apud Rufinum, non diſſimiles dæmonum fratribus in choro illudentium technas vidit.

Climac. grad.18.

Eorũ fraudes variæ.

Vit. Patr. lib.2.

Quæ cùm ita ſint, quis non videat contra tam varias diabolicæ verſutiæ fraudes meritò præſcribi, vt quà poſſumus voce exclamemus: *Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me, multi inſurgunt aduerſum me?* Quis non humiliter Dominum inuocet, dicens: *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum?* Quis non confidens de præſenti Numinis adiutorio, dicat: *Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus. Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſâ: dentes peccatorum contriuiſti.*

Quæ hoc pſalmo eluduntur,

Vel illud tandem circa hunc Pſalmum alicui occurrere poſſet, decretam fortaſſis à S. BENEDICTO eius recitationem, vt præter ſupradictas congruentias paulò productius ſpatium eſſet, antequam inuitatorium & Pſalmus *Venite exultemus* ſolemni cantu inchoaretur, vt ita pauciores ob tardiorem occurſum publico negligentium loco ſe ſiſtere debeant. Nimirùm ita S. Pater de ſimili Pſalmo 66. *Deus miſereatur noſtri*, qui Matutinis Laudibus præmittitur, ordinauit, *vt dicatur ſine antiphonâ ſubtrahendo modicè, vt omnes occurrant ad quinquageſimum, qui cum Antiphonâ dicatur.* Atqui tertius hic, de quo agitur, etiam ſine antiphona dicitur, & ſubſequens *Venite exultemus cum antiphonâ, aut certè decantandus*, vt S. Pater ait; & in vtroque caſu non petit vltimum locum, niſi qui poſt *Gloriam*, illius *Miſerere*, vel *Venite*, occurrerit, quare hunc pſalmum omninò *protrahendo & moroſè* voluit dici. Similis conſideratio occurrit circa initium Completorij, cui præmittitur lectio Collationum, quam S. Legiſlator paulò longiorem inſtituit, *vt omnibus in vnum occurrentibus per hanc moram lectionis, ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat, atque ita omnes in vnum congregati compleant.* Ex his proinde, vt dicebamus, colligere probabiliter licet eandem S. BENEDICTO fuiſſe mentem in præmittendo Pſalmo aliquo ante Inuitatorium, quæ illi fuit in hiſce duobus caſibus. Et cùm ob allatas anteà rationes commodiſſimus huic inſtituto appareret Pſalmus tertius, idcirco ille ad hoc fuerit aſſumptus.

Alia coniectura, vt ſpatiũ aliquod eſſet ante inuitatorium.

Reg. c.13. *Confirmatur.*

Reg. cap 9.

ORATORIVM.

Reg c. 43.

Similis conſideratio ante completorium.

Reg. c.42.

DISQVISITIO IV.

De Inuitatorio & Pſalmo Venite.

POST tertium, de quo diximus, pſalmum, ſubiungit S. Legiſlator: *Poſt hunc Pſalmus nonageſimus quartus cum Antiphonâ, aut certè decantandus.* Per *Antiphonam* autem intelligit *Inuitatorium*, vt in Ordine Romano etiam vocatur: *Infra albas Paſchæ ſuper Venite dicitur Antiphona, Surrexit Dominus verè.* Amalarius vtrumque coniungens, vocat INVITATORIAS ANTIPHONAS. Regula Magiſtri, *Reſponſorium hortationis.* Dicitur & *ſonus* in officio Moſarabo S. Iſidori: *Sonus eſt Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro.* Inuitatorium autem, Petro Damiani auctore, ita dictum eſt, *quia per hoc ad Dei laudes fidelium populus inuitatur.* Et Amalarius: *In eo communis cætus fratrum conuocat omnes degentes vndique, vt excitentur, & veniant ad confitendum Domino iuxta quod verſus ſecundus ſonat Inuitatorij, Præoccupemus faciem eius, inquiens, in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei.*

Cap 9.

Inuitatorij varia nomina.

Ord Rom. c de vig. Paſch

Amal lib. de Ordin. Antiph. c. 69. & 70.

cap.44.

Cur ita dictum

Petr Dam. lib de Dominus vobiſ cap 7.

Amalar. lib. 4. de eccleſ. oſt cap. 9.

Quod autem ſpectat ad pſalmum *Venite exultemus*, is ſanè & ante S. BENEDICTVM in diuini officij exordio recitatus fuit. Teſtatur ſiquidem Athanaſius, Chriſtianos ad principium precum inuitantes inuicem & adhortantes, clamare ſolitos verba huius pſalmi, in quo, vt Auguſtinus ait, *inuitat Dauid ad magnas epulas exultandi, non ſæculo, ſed Domino.* Et Amalarius: *Inuitatorius eſt pſalmus Venite exultemus Domino. Illo conuocantur fratres in vnum, & docentur quid agere eos oporteat poſtquam conuenerint. Hunc pſalmum audiui Conſtantinopoli in Eccleſiâ S. Sophiæ in principio Miſſæ celebrari.*

Eius vſus ante S. Benedictum.

Athanaſ. ſer. de Deiparâ.

Amalar. de Ordin Antiph. c. 21.

Quia autem, vt vulgo dici ſolet:

Dimidium facti, qui benè cœpit habet:

Pſ Venite exultemus fortiter & cum affectu canendus.

ORATORIVM.

Maximè ſtudendum eſt Monachis, vt in principio operis Dei magno affectu, & ſincerâ deuotione totum hunc pſalmum, cum intercalari verſu inuitatorio decantent. Per verba autem *Venite exultemus Domino*, primò ſe inuicem inuitant, excitant & exhortantur ad exultationem ſpiritus, & ad iubilationem vocis: non enim rectè iubilamus voce, niſi priùs mens excitata ſit in Deum per internam lætitiam & admirationem. Vnde & de Domino ſcriptum eſt, *Exultauit ſpiritu, & dixit; Confiteor tibi Pater.*

Luc. 10.

Angeli Deo laudes canunt.

Bern ſerm 7. in Cant.

SECVNDÒ. Angelorum opus eſt diuinas laudes decantare, vnde Bernardus: *Quod pſallentibus dignanter ſancti Angeli admiſceri ſoleant; quid eo manifeſtius, quod Pſalmiſta ait: Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum? Vnde & dicebat: In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Quod aliqui dicunt eſſe perinde ac ſi è regione Angelorum chorum contempletur, cui reſpondēdum ſit & concinendum. Nam vt Chryſoſtomus ait: *Cùm Angelis ſtamus, cantamus, hymnos dicimus.* Licebit proinde iuxta hanc doctrinam per verba *Venite exultemus Domino*, inuitare ſanctos Angelos, vt quoniam nobis pſallentibus adſunt, nobiſcum iubilent Deo ſalutari noſtro. Neque verò nimia hęc cenſeri debet præſumptio, quando etiam Eccleſia commemorans, quod *per Chriſtum diuinam maieſtatem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates*, ſubiungere nos docet: *Cùm quibus & noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur.* Pro praxi igitur notandum, quod nouem vicibus in Inuitatorio hoc pſalmo dicamus, *Venite adoremus*, vel quid ſimile, adeoque poſſe nos in ſingulis repetitionibus inuitare ſingulos Angelorum choros, verbi gratiâ:

Chryſoſt. homil. 24. in Acta Apoſt.

Inuitandi, vt nobiſcū iubilent.

Praxis ad nouem Choros.

1. Angelos.
2. Archangelos.
3. Principatus.
4. Poteſtates.
5. Virtutes.
6. Dominationes.
7. Thronos.
8. Cherubim.
9. Seraphim.

Praxis inuitandi Sanctorum Ordines.

TERTIÒ. Poſſent eodem modo inuitari Sanctorum Ordines, vt ſuas noſtris laudationes admiſceant, quò diuinæ Maieſtatis auribus ſint gratiores, vt illos nobiſcum habeamus in opere Dei cooperatores, quorum aliquando ſperamus iungi conſortio, & in ſæculum ſæculorum cum ijs diuinam laudare Maieſtatem. Dicat ergò ijs pius Aſceta: *Magnificate Dominum mecum; & exaltemus nomen eius in idipſum.* Et inuitet in repetitione.

Pſal. 33.

1. Omnes SS. Patriarchas & Prophetas.
2. Omnes SS. Apoſtolos, Euangeliſtas, & Diſcipulos Domini.
3. Omnes SS. Innocentes.
4. Omnes SS. Martyres.
5. Omnes SS. Pontifices & Confeſſores.
6. Omnes SS. Doctores.
7. Omnes SS. Sacerdotes & Leuitas.
8. Omnes SS. Monachos & Eremitas.
9. Omnes SS. Virgines & Viduas.

Et internas animæ potentias.

QVARTÒ. Inuitandæ ſunt omnes interiores animæ vires, vt coniunctim Deo benedicant, illi exultent, iubilent, illi confiteantur, coram illo procidant, illumque deprecentur. Ita Climacus ſcribit conſideraſſe ſe *quendam ex fratribus ad pſallendum attentiùs adſtantem, atque in principio maximè hymnorum veluti ad quoſdam nutibus ſuis & facie loquentem: ſe verò rogaſſe, quid ſibi mos ille, & nutus ille vellet, aperiret. Illum verò prodeſſe illi cupientem dixiſſe: Ego, Pater Ioannes, cogitationes meas & mentem atque animum colligere à principio Collectæ conſueui, & eam conuocatis eis acclamare, venite adoremus, & procidamus Chriſto Regi ac Deo noſtro.* Ex his videre licet, quo ſenſu etiam qui ſolus officium recitat, dicere poſſit, *Venite exultemus Domino.* Et quia hæc Religioſis cumprimis opto deſeruire, ſubiungo piam deuoti Dionyſij Carthuſiani horum verborum paraphraſim: *Venite* mentis affectu, & ſi opus eſt etiam corporis greſſu, quatenus mēte & corpore adunati, agamus quæ ſequuntur. *Venite*, qui diſtatis a Deo per reprobam vitam: *Venite*, inquam, id eſt, ad ea quæ ſequuntur, vos prępārate per humilem confeſſionem & ſatisfactionem iniquitatū veſtrarum. *Venite*, ó omnes deuoti ac religioſi, id eſt, à diuerſis ac multis rebus, quæ non ſunt neceſſariæ, mentes veſtras abſtrahite, & ad illud vnum, quod ſolùm neceſſarium eſt accedite. *Venite* per fidei contemplationem, per ſpei certiſſimam prę̄ſtolationem, per charitatis feruorem. *Venite* per puritatem mentalem, per laudem vocalem, per conuerſationem laudabilem. *Venite* cognoſcendo, diligendo, & operando.

Climac. grad. 4.

Pia paraphraſis inuitatorij.

DISQVISITIO V.

Quid Ambroſianum?

INVITATORIO Pſalmo immedaitè ſubiūgendum præſcribit S. Pater AMBROSIANVM, cuius deinceps in alijs capitulis ſubinde mentionem facit.

Sed quæras, quid hoc ſit? Reſpondetur, certum eſſe deſignari hymnum. Capite enim 18. ait: *Digeſto ordine pſalmorum veſpertinorum, reliqua, id eſt, lectiones, reſponſoria, hymni, verſus, vel cantica, ſicut ſuprà taxauimus, impleantur.* Suprà autem dixerat: poſt pſalmos, *Apoſtoli lectio recitanda eſt: inde reſponſorium, Ambroſianum, Verſus, Canticum de Euangelio.*

Per Ambroſianum intellige Hymnum.

Cap. 17.

uangelio. Vbi loco hymni *Ambroſianũ* poſuit, vt facilè appareat hæc duo S.P.N. Synonyma eſſe. Conſentiunt interpretes paſſim: & Walafridus ait: *In officijs quoque quæ* B. BENEDICTVS *Abbas omni ſanctitate præcipuus, ordinauit, hymni dicuntur per horas canonicas, quos* AMBROSIANOS *ipſos nominans, vel illos vult intelligi, quos confecit Ambroſius, vel alios ad imitationem Ambroſianorum compoſitos.* Et ante eum Hiſpalenſis Iſidorus: *Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, vir magnæ gloriæ in Chriſto, & in Eccleſiâ clariſſimus Doctor, copioſiùs in huiuſmodi carmine claruiſſe cognoſcitur, atque inde hymni ex eius nomine Ambroſiani vocantur, quia eius tempore primùm in Eccleſiâ Mediolanenſi celebrari cœperunt: cuius celebritatis deuotio dehinc per totius Occidentis eccleſias obſeruatur.* Hęc ille. Quæ noſter Rhabanus Maurus ad verbum deſcripſit. Et Berno Augienſis Abbas: *S. Pater* BENEDICTVS *iubet nos Monachos ad omnes regulares curſus celebrare hymnos, quos ille vocat Ambroſianos.*

Ex mente interpretum. — Strab. cap. 25. de reb. eccleſ. — Iſidor. lib. 1. de Eccleſiaſt. offic. cap. 6. — *Ab Ambroſio ſic dicitur.* — Rhaban. de inſtit. Cleric. lib. 2. cap. 49. — Berno in libell. de reb. ad miſſ. ſpect. cap. 2.

Sed quærat hîc curioſior aliquis, an ergò B. Ambroſius primus hymnos compoſuerit? Reſpondetur alios præceſſiſſe; apud Latinos Hilarium; apud Græcos Hierotheum, vt teſtis eſt Areopagita, qui & ex ijs nonnulla citat. Philo Iudæus loquens de Chriſtianis Therapeutis, S. Marci diſcipulis: *Non ſolùm,* inquit, *contemplantur, ſed etiam cantica, & hymnos in Dei laudem componunt.* Et paulò pòſt: *Tum exurgens vnus hymnum canit in Dei laudem, vel recèns à ſe factum, vel pridem ab aliquo priſcorum Vatum.* Verùm quod maius eſt, vt cum Toletano concilio loquar: *de hymnis canendis, & Saluatoris & Apoſtolorum habemus exemplum. Nam & ipſe Dominus hymnum dixiſſe perhibetur, Matthæo Euangeliſtâ atteſtante: Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apoſtolus ad Epheſios ſcribit, dicens: Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus.* Atque ibidem excommunicatione plectuntur, qui hymnos reijcere fuerint auſi. Conſtatque ex Euſebio ante annos mille trecentos in Concilio Antiocheno damnatum fuiſſe Paulum Samoſatenum, quia pſalmos & hymnos, quos Chriſtiani illius ſæculi in Chriſti honorem decantabant, tamquam recentiores, & à viris memoriæ nouæ compoſitos exploſerat. Fuerunt ergò & ante Ambroſium Hymnographi plures, ſed ab eo *Ambroſiani* ideò dicuntur hymni, quod poſt Theodoſij Iunioris tempora (verba ſunt Radulphi Tungrenſis) à beato Ambroſio apud Latinos, & ad Miſſam & ad alias horas diuinas, cantus publicus cũ hymnis metricis eſt introductus. Vnde in Chronicis legitur, quod Ambroſius ritum Antiphonarum in eccleſiâ canendarum primus à Græcis tranſtulit ad Latinos. Hic etiam poſt Hilarium hymnos canendos primus compoſuit.

An is Hymnos primus compoſuerit. — Dionyſ. de diu. nom. cap. 4. — Philo lib. de vitâ contempl. — *Plures ante eum hymnographi.* — Conc. Tolet. 4. c. 12. — Matth. 28. — Epheſ. 5. — Euſeb. l. 7. hiſt. cap. 24. — *Quo ſenſu dicantur hymni Ambroſiani.* — Radulph. propoſit. 12.

Iterum quærat aliquis. An hymnos à poſterioribus Auctoribus editos S. BENEDICTVS à ſuo officio excluſerit, Prudentij nimirum, Sedulij, Venantij Fortunati, Gregorij, Pauli Diaconi, Bernardi, S. Thomæ, aliorumque? Reſpondetur proculdubio illos ab eo admiſſos, qui Eccleſiæ Romanæ ſe conformare ſtudebat. De hymnis autem poſt S. Ambroſium compoſitis hæc Synodi Turonenſis II. Anno 570. celebratæ ſanctio eſt: *Licet hymnos Ambroſianos habeamus in canone, tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui, qui digni ſunt formâ cantari, volumus libenter amplecti eos præter ea quorum Auctorum nomina non fuerint in limine pranotata: quoniam quæ fide conſtiterint, dicendi ratione non obſtant.*

Porrò hymnorum Auctores poſt Clichtouæum & Carthuſianum annotauit Bartholomæus Gauantus in commentario ad Rubricas Breuiarij Romani.

ORATORIVM. — *An S. Benedictus poſteriores hymnos excluſerit.* — Cap. 24. — Gauant. ſect. 5. c. 6.

DISQVISITIO VI.

De Pſalmis, & quot in nocturnis vigilijs dicendi?

HYMNVM excipiunt Pſalmi, diuini officij potiſſima pars, vt vel hinc PSALMODIA paſſim vocetur. Hanc enim ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio, in Conuentibus Eccleſiaſticis primas partes obtinuiſſe, S. Pauli docemur teſtimonio. *Cùm conuenitis,* inquit, *vnuſquiſq; veſtrûm pſalmum habet.* Et ad Epheſios: *Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino.* Et Auguſtinus ait: *De hymnis & pſalmis canendis & ipſius Domini, & Apoſtolorum habemus documenta, & exempla & præcepta.* Et ſanè diuina pſalmodia militantis Eccleſiæ conſolantis in hoc exilio abſentiam ſuam à Spõſo cæleſti ſuaue canticum; hymnodiæ illius filia, quæ canitur aſſiduè ante ſedem Dei & Agni, Clericorum pijſſima occupatio & quotidianus iubilus Monachorum. Quærit Chryſoſtomus & admiratur, *cuius rei gratiâ præ ceteris veteris inſtrumenti nouique Scripturis librum Dauid ſic adamarunt omnes Chriſtiani, atque hunc ſolum ore voluerunt verſari? Omnes enim hunc odoriferi vnguenti loco circumferimus ore. In Eccleſijs pernoctantibus, & primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid. Diluculò quæruntur hymnorum modulationes, & primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid. Si pompæ in funeralibus defunctorum, & primus, & medius, & nouiſſimus eſt. Si telo in virginum domibus agitur, & primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid. O rem inauditam! Multi qui litterarum experimenta minùs ſumpſêre, neque ipſis edocti principijs, totũ Dauid in pectore conſeruant: neque in vrbibus ſolùm*

Pſalmodia antiquiſſima. — 1. Cor. 14. — Epheſ. 5. — Auguſt. Epiſt. 119 ad Ianuarium cap. 18. — *Laus & commendatio.* — Chryſoſt. homil. 6. de pœnit. — *Pſalterium manibus omnium teritur.*

ORATORIVM.

lum atque Eccleſijs ſic per omne tempus, per omnem ætatem fulget ſed in foro medio, atque ipſâ in ſolitudine, & in habitabili terrâ certatim Deo ſacras ſtationes excitat. In Monaſterijs ſanctus, choris angelicarum acternum, & primus, & medius, & nouiſſimus David. In Cœnobijs virginum greges Mariam imitantium, & primus, & medius, & nouiſſimus eſt. In deſertis viri crucifixi colloquentes Deo, & primus, & medius, & nouiſſimus David. Et omnes quidem homines naturali noctis ſomno altè premuntur, ſoluſque David inſtat, atque ipſos Dei ſeruos in angelicas turmas congregans, excitat totâ mente: terram in cælum vertit, & Angelos homines facit. Hactenus ille.

Monachorum præſertim & Virginum.

Cur præ alijs Scripturis vſurpetur.

Radulph. propoſ 8. & 9.

Bonart. l. 3. de hor. can. c. 13.

Cur autem præ reliquis Scripturis ſacris Eccleſia potiſſimùm *Pſalmos* vſurpet, doctè explicant Radulphus de Riuo, Cardinalis à Turrecremata Tract 75. in Reg. S. BENEDICTI, qui octo huius rei adfert rationes, quas nonnihil illuſtrat Bonartius.

Pſalmi 12. aſſignati Vigilijs à S. Benedicto.

Sed iam diſquirendum, quot in Nocturnis Vigilijs Pſalmi dicendi? Ijs S. BENEDICTVS duodecim conſtanter aſſignauit tam in Dominicis & feſtis, quàm in ferialibus diebus, quibus duo abſoluuntur Nocturni. In Dominicis autẽ & feſtis additur tertius Nocturnus, ſolis conſtans Canticis. Romanum verò officium hanc pſalmodiæ quantitatẽ in feriali quoque ſeruat officio, & primo nocturno Dominicæ.

Quæ huius rei cauſſa & origo.

Caſſian. l. 2. Inſtitut. c 4. & ſeq.

Sed quænam duodenarij huius numeri origo & cauſſa? Explicat eam pluribus Caſſianus, dicens ob hoc per vniuerſam Ægyptum & Thebaidem tam in veſpertinis, quàm in nocturnis ſolemnitatibus hunc Pſalmorum numerũ cuſtoditum, quia non humanâ adinuentione, ſed angelico Magiſterio Patribus olim fuiſſet traditus, prout ſuprà retulimus. Et ex cauſsâ eumdem numerum in vigilijs nocturnis ſeruandum cẽſuit S. BENEDICTVS: quo etiam ipſas duodecim noctis horas iuxta eam ſupputandi rationem, quâ æuo S. BENEDICTI vtebantur, metimur & celebramus.

An tres Nocturni olim ſimul dicti.

Opportunè autem hîc quæri poſſit, an tres Nocturni, qui in Dominicis feſtiſque occurrunt diebus, diſtinctis temporum interuallis olim recitati, vt ita quatuor noctis vigilijs, quæ ſingulæ trium horarum ſpatio cõputantur, & militaribus reſpondẽt excubijs, totidem diuinæ laudis reſpõderint officia; tribus ſcilicet vigilijs tres Nocturni, & quartæ vigiliæ Laudes: an verò continuato tractu, vt nunc fit, & S. BENEDICTVS decreuit, Nocturni fuerint perſoluti? Reſpondet autem S. Thomas: *Antiquitus*, ait, *dicebantur Nocturna diuiſim ſecũdum tres vigilias noctis; nunc autem dicuntur ſimul.* Eandem tuentur ſenteutiam Ioannes Belethus, Guilielmus Durandus, Thomas Waldẽſis, Nauarrus, Francolinus. Citari pro eâ ſolent

Aliqui tenent diuiſim.

Tho lect. 6. in c. 14. 1. Corinth. Beleth. de diuin offic. c. 20. Dur. rat. l. 5. c. 3.

Hieronymus epiſt. 22. Ambroſius lib. 7. in Lucam, Iſidorus de eccleſ offic. c. 19. & 22. ſed non conuincere oſtẽdit Bonartius. Maniſeſtius ergò teſtimonium producimus ex MS Regulâ cuiuſdam Patris, in quâ ſub finem ſic dicitur: *Tribus conuentibus diei, totidemque noctis tempore in eccleſiâ conueniendum. Tres pſalmi in vnoquoque conuentu diei canendi ſunt, duodecim verò in nocturnis conuentibus cantabuntur, præter illam miſſam, quæ celebratur ortu ſolis.* Clarius S. Columbanus in ſuâ Regulâ: *Sunt*, inquit, *quidã Catholici, quibus idem eſt canonicus duodenarius pſalmorum numerus, ſiue per breues, ſiue per longas noctes, ſed per quaternas in nocte vices hunc canonem reddunt, ad initium noctis, ad mediumque eius, pullorũ quoque cantus, ac matutinum; qui curſus ſicut in hieme paruus alijs videtur, ita in æſtate ſatis oneroſus, & grauis inuenitur, dum crebris in noctis breuitate expeditiopibus, non tam laſſitudinem facit, quàm ſatigationem.*

Wald. de Sacram. c. 14. Nau. de hor. can. c. 3. num. 28. Franc. c. 1. nom. 4.

Debili fundamento.

Bonart l. 1. de hor can. c. 21.

Solidiora proferuntur teſtimonia.

Reg. Columb. c. 7.

Quæ hîc S. Benedicti mens?

Verùm quia pro hac ſententiâ vix alios reperire eſt auctores, ideò alij cenſent continuâ ſerie duos in ferialibus (vel iuxta Romanos vnum) & tres in Dominicis & Feſtis, dictos Nocturnos, atque ita S BENEDICTVS ex veterum imitatione Monachorum diſpoſuit.

DISQVISITIO VII.

Vt Nocturnorum claudenda Pſalmodia, & de Lectionibus ſubſequentibus.

Quæ poſt Nocturnos dicenda.

Cap. 9.

QVID poſt cuiuſque Nocturni abſolutam Pſalmodiam agendum, his verbis S. Patriarcha explicat: *Dictis*, inquit, Pſalmis, *dicto verſu, benedicat Abbas, & ſedentibus omnibus in ſcamnis, legantur viciſſim à fratribus in codice ſuper analogium tres Lectiones: inter quas & tria Reſponſoria canantur.* Quæ nobis nunc ordine illuſtranda & explicanda.

1. *Verſus.*

PRIMO, ait dicendum *verſum*, breuis autem ſententia, quæ poſt antiphonam vltimi pſalmi ſubijcitur, vocatur verſus, quia vt Amalarius ait, per eum *reuertitur mentis intentio in aliam intentionem, quaſi quadam compoſitio officialis diſponens iter mentis ſuaui cantilenâ, de vno affectu ad alterum: v g. de pſalmodiâ ad lectionem*, Additque: *In multis Eccleſijs in principio verſus vertit ſe chorus ad altare.* Et alibi: *Verſus hoc habet ſingulare, vt excitet corda cantantium ad requirendum faciem Domini in oratione.* Durandus verò ait, ſignificare nos ſi fortè diuerſi abierimus, per vanas diſtracti cogitationes propter pſalmodiæ prolixitatem, ad Deum reuerti debere, vel certè ad cor redeundum eſſe ſecundùm diuerſa verſiculorum ſignificata. Sed quia hæc myſtica ſunt, ſimpliciùs ad litteram arbitror vocis etymologiam inde ſumptam, quòd alicuius

Quid iſte tropologicè.

Amalar. lib. de ord. antiph. c. 1.

Id lib. 4. c. 45 de eccl. offic.

Dur. lib. 5. rat. c. 2 nu. 40.

Quid propriè & litteraliter.

aliciuus pſalmi *verſus* dicatur, cuius prius hemiſtichium, vnus, quem eapropter *verſicularium* dicunt, proouotiet ſolus, & poſterius totus reſpoodendo ſubiungat chorus: nam eodem modo vocat verſum, *Deus in adiutorium.*

II. *Abſolutio, de quâ nihil S. Legiſlator.*

SECVNDÒ. Verſum hunc io Breuiarijs ſequitur oratio Dominica præter prima verba, *Pater noſter*, & vltimam clauſulam ſecretò, dicenda, breuiſque precatio, quæ dicitur *Abſolutio*, de quibus nihil Regula, vt vel ab alijs adiecta, vel quod ex vſu niſi ſatis conſtaret, S. Pater noo putarit de ijs peculiarem facere mentionem. Animaduertere interim licet, in his eã, de quâ ſuprà egimus, precãdi formulã, quã ſingulis pſalmis apud Ægyptios ſubiectam ſcripſit Caſſianus, vtcumque ſeruari. Etenim & hîc *antequam flectant genua, pauliſper orant*, nimirũ dum dicũt verſum: *& ſtãtes in ſupplicatione maiorem temporis partem expẽdunt*, proquo dicitur oratio Dominica. Deinde qui orationem collecturus eſt, è terrâ ſurgit, dicitque Collectã, quæ in Eccleſiaſtico officio, ideò, vt crediderim, vocatur *Abſolutio*, quod Pſalmodiam abſolnat: quamquam alij hæc putent, tanquam pręparatiooem referri ad audiendam ſubſequentem lectionem, qnia, vt Rupertus noſter ait, *rogare debemus Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam & vt aperiat cor noſtrum in lege ſuâ, & in præceptis ſuis, ne ſemen verbi Dei quod audituri ſumus, aut volucres comedant, aut ſpina ſuffocent, aut duritia petræ fruſtratâ radice ſupplantet.*

Caſſian. lib. 2. cap. 7.

Vnde dicta Abſolutio.

Rup. lib. 1. de diu. off. cap. 12.

III. *Abbas benedicit Lectores.*

TERTIÒ, ait S. Legiſlator: *Benedicat Abbas*, quod intelligit Smaragdus de Abſolutione iam dictâ, ſic enim ait: *Poſt verſum à cantante dictum, dicat Abbas: Precibus omnium Sanctorum ſuorum ſaluet & Benedicat nos Dominus, vel aliquam eiuſmodi Benedictionem* Crediderim verò intelligẽdum de Benedictione, quæ ſingulis præmittitur lectionibus, cùm lector dicit, *Iube Domne benedicere*, de quâ & in Aquiſgranenſi ſynodo decretum: *vt lector ſtando Benedictionem petat*. Et quia S. BENEDICTVS dicit. *Benedicat Abbas*, ibidem quoq; ſtatuitur: *Vt Abbas, Præpoſitus, vel Decanus quamuis presbyteri non ſint, Lectoribus Benedictionem tribuant.*

Concil. Aquiſg. can. 67.

Can. 62.

Cur petatur Benedictio.

Quorſum autem petatur, vel detur hæc *Benedictio*, plures ſuot cauſſæ.

Primò. Rupert. lib. de diuin. offic. c. 12. Rom. 10.

Prima eſt, quam tradit Rupertus, *quia nemo niſi miſſus aut permiſſus officium prædicandi vſurpare debeat. Quomodo enim prædicabunt*, ioquit Apoſtolus, *niſi mittantur?*

Secundò. Honor. Auguſtod. lib. 1. c. 20.

Alteram cauſſam aſſignat Honorius Auguſtodunẽſis in Gemma animæ: *Quia Chriſtus*, inquit, *conuocatis Apoſtolis benedictione eos repleuit, dum eis poteſtatem ſuper omnia dæmonia dedit, & eos regnum Dei prædicare miſit.* Alibi autem.

Tertiò. Lib. 2. c. 23.

Tertiam rationem hãc reddit: Quod cùm intermiſſio pſalmodiæ mentis refectionem deſignet, lectiones ſint diuerſa fercula quibus operarij ad inuicem reficiuntur. Benedictiones quæ præcedunt, religioſorũ benedictiones præferunt, quibus cibum benedicit. Reſponſoria quæ poſt lectionem canuntur, ſunt laudes quę ſumpto cibo ſoluuntur.

ORATORIVM.

Quartò. Petr. Dam. lib. de Dominus vobiſc. c. 2.

Quartam ratinnem aſſignat Petrus Damiani, vt nimirum veniam & facultatem legẽdi petat, atque ita humilitatis officium exerceat: *Lecturus*, inquit, *magnæ humilitatis gratiâ, non à ſacerdote ſed ab eo, cui Sacerdos inſerit, ſe poſtulat benedici, dicens: Iube Domne benedicere. Sacerdos autem, vt tantæ humilitati vicem reddat, nõ ſubiecto cuiquam benedicendi delegat officium, non per ſemetipſum, benedictionem dare præſumit, ſed prius, vt à Deo, qui eſt ſuper omnia benedictus, prærogetur, expoſcit.*

De antiquitate huius ritus.

A quo tempore autem hic ritus inualuerit, uon memini præcisè ab Auctoribus notari, illud ioterim conſtat antiquum valdè eſſe: nam in manuſcriptis Græcorum Patrum homilijs, & Sanctorum hiſtorijs plerumque præfiguntur hęc verba: εὐλόγησον πάτερ, *benedic pater.* quòd factum Gretſerus arbitratur ex more publico, quod homilias vel res geſtas Sãctorum lecturus in Eccleſiâ, priùs benedictionem à Sacerdote vel Epiſcopo peteret. Quare pleriſque etiam S. Ephrẽm Syri ſermonibus hęc verba prępoſita videmus, quia conſuetudine receptũ erat ſermones S. Ephrẽm publicè in Eccleſiâ pronuntiare. Teſtis S. Hieronymus de viris illuſtribus.

Gretſer. in orat. Alex. de Crucis Inuent. Tom. 2. de Cruce.

IV. *Sedent omnes Lectionum tempore.*

QVARTÒ pergit S. Pater: *Sedentibus omnibus in ſcamnis, legantur viciſſim à fratribus in codice ſuper analogium tres lectiones.* Vbi notandum Lectiones audiri à ſedentibus in ſcamnis, ſiue vt alibi loquitur, *reſidentibus cunctis diſpoſitè, & per ordinẽ in ſubſellijs*; quod ex priſco vſitatum ritu. Scribit enim Caſſianus, vno pſallente cuoctos ſedilibus humillimis inſediſſe. Diſcipulorum autẽ eſt, vt ſedentes lectionem audiãt, quod quieſcendo & ſedendo anima fiat ſapiens, iuxta, Ariſtotelem. Hinc Magdalena *ſedens ſecùs pedes Domini, audiebat verbum illius.* Et eâdem ex cauſſa ſedetur ad Epiſtolam quẽ ritum etiam ex Apoſtolo diſcas, qui ait: *Quod ſi alij reuelatũ fuerit ſedenti prior taceat.* In quæ verba Eſtius: Sedentem vocat exiſtentem in numero auditorum. Mos enim erat, vt audientes ſederent, loquentes ſtareot. Quod & hodie ferè ſeruatur in Eccleſiæ conuentibus.

Cap. 11.

Caſſian lib. 3. c. 12.

Ratio aſſignatur. Ariſtot. 7. Phyſic.

Luc. 10.

1. Cor 14.

V. *Lectiones viciſſim legendæ.*

QVINTÒ. *Legantur*, inquit, *viciſſim*, id eſt, inuicem ſuccedentibus ſibi diuerſis fratribus. Nam ſi vnus dumtaxat legeret, ſufficeret ſemel dixiſſe, *Iube Domne benedicere*, & vnica beoedictio. Obtentâ enim ſemel legendi veniâ, alia opus non eſt eidem Fratri. Benè

ORATORIVM. Burſfeld. in ordin. c. 8.

tri. Benè proinde Burſfeldenſes: *Numquam in officio hoc* (videlicet nocturno regulari) *nec vnus plures legere debet lectiones: niſi forſan ob fratrum ad legendum idoneorum paucitatem. Quod ſimiliter in officio defunctorum obſeruandum eſt.* De duodecim verò Lectionum diebus ita deinceps ſtatuunt. *Partitâ Congregatione totâ legere & cantare debentium in tres ordines, id eſt, in infimum, medium, & ſupremum, talis in ordinandis lectionibus conſideratio habeatur, vt in duodecim lectionibus ſi maior fuerit congregatio, ita videlicet vt numerus fratrum ad legendum idoneorũ excedat numerum lectionum,* B *de quolibet ordine in æquali deputentur numero, in quantum cõmodè fieri poterit, & ordo quilibet ſuo correſpondeat nocturno. Et obſeruet cui incumbit ordinare tabulam, vt non ſemper iidem legant ſed viciſſim ſecundum tempus, nunc iſti, nunc illi ſint ſupportati de quolibet ordine. Sin autẽ minor congregatio fuerit, vel adæquata numero lectionum, nõ opus ordinatione: quia ordine ſuo ſinguli & etiam Prior legere debet.* Eodem modo Carthuſiani: *In officio duodecim lectionum, qui inferior eſt ordine, primam lectionem legit, & ſinguli per ordinem ſingulas: in officio* C *trium lectionum, terni lectiones legimus: vnus de inferioribus primam, de mediocribus ſecundam, & de ſuperioribus tertiam.*

Præſcriptũ id ab aliis Congregationibus.

Carthuſ. 1. part. ſtatut antiq. c. 15. num 14. Num. 28.

VI. *Quid ſit Analogiũ, ſuper quo legitur.* Iſid Orig. lib. 15 c. 4.

SEXTÒ. Lectiones leguntur *ſuper* ANALOGIVM. Quid autem illud? audi Iſidorum: *Analogium inde dictum quod ſermo inde prædicetur: nã λόγος Græcè ſermo dicitur, quod & ipſum altius ſitum eſt.* Inde Boetius: Analogium locus altus ſupra chorum, vbi ſtant libri ſanctæ prædicationis, vt ſunt Legendarij & Lectionarij, qui continent ſermones SS. Doctorum. Intelligũt ergò vel ſuggeſtum, D vel librorum repoſitoriũ: ſed manifeſtum eſt accipi pro pulpito, pluteo. Gloſſæ Iſidori: *Lectrum, Analogium, ſuper quo legitur.* Rurſus: *pulpitum, Analogium, lectrum.*

VII. *Ex quibus codicibus ſumantur Lectiones.*

SEPTIMÒ. Ex quibus codicibus legendæ Lectiones, S. Pater aperit: *Codices autem legantur in vigilijs tam veteris Teſtamenti, quam noui diuinæ auctoritatis: ſed & expoſitiones earũ, quæ à nominatiſſimis Doctoribus orthodoxis, & catholicis Patribus facta ſunt.* Vbi animaduertis materiã lectionum nocturnarũ à S. P. aptè determinari, & eumdem hodieq; vigere in E Eccleſiâ Dei morem, vt primò legantur Scripturæ ſacræ, deinde Sermones, & Homiliæ Patrũ, quibus & vitæ adduntur Sanctorum. Ægyptij Monachi duodecim Pſalmis lectiones geminas adiungebant, vnam veteris, & aliam noui Teſtamẽti. Ex eccleſiaſticâ autem cõſuetudine Lectiones terminantur cum clauſula: *Tu autem Domine miſerere nobis:* reſpondetque Chorus: *Deo gratias.* Quod ceu vulgo notum S. BENEDICTVS forte prætermiſerit.

Caſſ. lib. 2. cap 6.

Tu autem Domine.

VIII. *Poſt ſex pſalmos dicuntur Lectiones.*

OCTAVÒ, notanda quædam differentia Monaſtici officij à Romano. Hoc enim tres A Lectiones recitat in fine pſalmorum; illud autem in medio, decantatis ſcilicet ſex pſalmis, vt hic S BENEDICTVS expreſsè ſtatuit. Cur autem ita decreuit? ne prolixior videretur nimis continuata pſalmodia, ſed quies aliqua Lectionum interpoſitione concederetur, quæ quidem neceſſaria videri poſſit, quod Pſalmi à ſtantibus dicerentur. Et legerat, cauiſſe Ægyptios, ne prolixitate pſalmorũ tædium generaretur. *Semper enim,* vt alibi ait Caſſianus, *æquanimius qualibet fatigatio ſuſtinetur, & ſine faſtidio labor impenditur, ſi interiecta ei viciſſitudo quædam, vel operis* B *immutatio qualiſcumq; ſuccedat.* Et in Concilio Laodiceno ſtatuitur: *Non oportere pſalmos in conuentibus contexere, ſed in vnoquoque pſalmo interiecto ſpatio, lectionem fieri.* In quẽ locum Balſamon: *Cùm pſalmi vno contextu ex antiquâ traditione legerentur, & populus qui congregabatur, ex eo moleſtiâ afficeretur, ſtatuerunt Patres non eſſe pſalmos in Eccleſiaſticis congregationibus vno contextu dicendos, ſed aliquo intercedente lectionem eſſe faciendam, vt aliquantulum quieſcat populus, & rurſus canat.*

Caſſ. ibid. cap. 11.

Lib 3. c. 11. *Ad vitandum longiorũ pſalmodiæ faſtidium.*

Laod. can. 17.

C NONÒ. Benedictino officio peculiare eſt, quod, vt S. P. loquitur, *A Paſcha vſque ad Kalendas Nouembris, omnis (vt ſuprà dictum eſt) pſalmodiæ quantitas teneatur: excepto, quòd Lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minimè legantur: ſed pro ipſis tribus lectionibus, vna de veteri Teſtamento memoriter dicatur.* S. BENEDICTI inſtitutionem obſeruant quoque Carthuſiani: nam in ſtatutis Guigonis ita legitur: *A Pentecoſte vſque ad Nouembris Kalendas, vna, niſi feſtum interſit, lectione ſicut ceteri Monachi contenti ſumus.*

IX. *In æſtate dicitur vna tantùm Lectio.* Cap. 10.

Stat. Guig. cap. 5.

D DECIMÒ. Quot in Benedictino officio leguntur lectiones, totidẽ iis ſubijciuntur *Reſponſoria.* In Romano autem, cùm dicitur *Te Deum laudamus*, vltima lectio caret Reſponſorio: & penultimo dicitur, *Gloria Patri.* Notat tamen Radulphus, alias nationes dictum modum non ſequi. Similiter quod noſtri diebus infra Octauas pſalmos recitẽt feriales, cum duobus Nocturnis, tribus lectionibus, & omiſſo *Te Deum*; idquoque idem auctor alijs ſcribit vſitatum: per octauam, inquit, S. Trinitatis & Sacramenti, E ſeruetur Nocturnus ferialis cum ſolâ antiphonâ competentiori, Reſpõſoria dicantur ſecundum ordinem, nec *Te Deum, nec Gloria in excelſis* dicatur. Vide eumdem propoſitione 19.

X. *Benedictini tot habent Reſponſoria quot Lectiones.*

Radulph. propoſ. 15.

Propoſ. 16.

VNDECIMÒ. Quod in ſecundo Nocturno officij trium lectionum, vel vnius, ſex pſalmi dicuntur cum *Alleluia*, idemque fiat in Canticis tertij Nocturni, decreuit id S. Pater ex imitatione ſeruati ab Ægyptijs ritus, quem Angelus eos docuerat, qui cùm vndecim pſalmos cantaſſet, duodecimum ſub *Alleluia* reſponſione conſummauit. Nam quo magis ad auroram lucemque diei, quæ

XI. *Pſalmi ſecundi Nocturni dicuntur cum Alleluia.*

Caſſian. lib 2. cap 5.

Chri-

Chriſtum denotat, appropinquamus, eo officium ſit ſolemnius. Et hinc tertium Nocturnum ceteris eſt celebrius.

XII. *Sequitur Capitulum.*

DVODECIMÒ. Secũdi Nocturni pſalmos, & quod diximus Alleluia, *Lectio Apoſtoli ſequitur, ex corde recitanda.* Breuis hæc lectio eſt *Capitulum*, vt vulgò dicitur, quod *lectionis* nomine S. BENEDICTVS paſſim vocat.

Quid ſit recitare ex corde. Bonau. ſpec. p. 1. cap. 14.

Ex corde autem recitare, eſt dicere memoriter & ſine libro, quod Græcis eſt ἀπὸ στήθους λέγειν, ἀποστηθίζειν, & Gallis *par cœur*: S. Bonaueutura extulit *cordetenus*. *Sunt*, inquit, *cordetenus addiſcenda, & menti per exercitium arctius imprimenda.* Occurrit hæc phraſis in Vitis Patrum: *Alter* EX CORDE *duos Prophetas maiores lectoris ordine recitauit* Item: *Scripturas omnes didicimus*, EX CORDE *Dauid conſummauimus.*

Vit. Patr. l. 3. libell. 4. num. 57. Ibid. libell. 10 num. 91.

An alia Capitula memoriter dicenda. Radulph. propoſ. 13.

Quia autem hoc ſecundi Nocturni Capitulum & lectionem breuem in æſtate S. BENEDICTVS ex corde voluit recitari, exiſtimauit Radulphus omnia alia Capitula eodem modo recitanda. Sed id non liquet, cùm de Capitulis id neutiquam Legiſlator aſſeruerit.

DISQVISITIO VIII.

Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur?

Ignat. epiſt. ad Magneſ.

QVANTÒ ferialibus diebus ſolemnior eſt Dominicus, quẽ S. Martyr Ignatius vocat *reginam & principem omnium dierũ*; tantò celebriori cultu & religione proſequendus eſt. Hinc quæ in eius officio recitanda, peculiari capite S. Legiſlator expoſuit.

I. *Dominicâ ſurgendum temperius.* Cap. 11.

PRIMÒ autẽ ait. *Dominico die temperius ſurgatur ad Vigilias.* Vbi Menardus annotanit, in cod. MS. maiori S. Germani legi, *Temporius*. Latinâ magis voce, quâ vſus Ouidius:

Ouid. lib. 14. Metam.

——— *modò ſurgis Eoo*
Temporius cælo: modò ſerius incidis vndis.

Colum. lib. 9.

Columella etiam: *Ante crepuſculum propter cibi ſpem, temporius ad officinam redeant.* Verùm cùm exemplaria paſſim legant *temperius*, eademque vox occurrat cap. 48. quo dicitur. *Agatur nona temperius*; crediderim hanc S. BENEDICTI eſſe lectionem: & Boërius ait: *Temperius* dictum ſecundùm vulgare regionis Monaſterij Caſſinenſis, in quo fuit hæc Regula edita. Verũ & alibi ſic locutos alios conſtat. Auguſtinus: *Pſalmos matutinos* TEMPERIVS *voluimus cõſummare*. Extulit & hanc vocem Ericus Altiſiodorenſis:

Quæ vera hic Regula lectio?

Aug. ſerm. 107. de tẽpor.

Temperius ſumpſiſſe cibum fortaſſè voluptas Qualemcumque foret.

Eric. carm. de S. Germano.

Magiſter in Regulâ: *Tempore æſtatis temperius eſt Lucernaria inchoanda.*

Magiſt. in reg. c. 36.

Ratio ſurgendi citius.

Cur autem Dominicâ citius vel temperius ſurgendum? nimirùm quòd propter huius diei eminentiam auctum ſit nocturnum officiũ, in quo 12. Lectiones, totidem Reſponſoria, tria Cantica, Te Deum Laudamus, & Euangelium, præter ea, quæ in ferijs dicuntur, recitantur. Sed & alij Dominicæ officium fecêre prolixius. Habent enim Romani (vt nihil nunc dicamus de nouem Lectionibus & octo Reſponſorijs) octodecim hîc Pſalmos. Cæſarius Arelatenſis cùm ad vigilias à menſe octobri vſque Paſcha duos nocturnos, & tres miſſas preſcripſiſſet, *Omni Dominicâ*, inquit, *ſex miſſas facite. Prima miſſa ſemper Reſurrectio Legatur, dũ Reſurrectio legitur, nemo ſedeat perſ... miſſas dicite.* Similiter Regula Aurelian. *Dominica omni tempore & in æſtate & in hieme ... nocturnos ſex miſſæ fiant*, id eſt, lectiones. Iſidori Regula, in Dominicis diebus vel feſtiuitatibus Martyrũ ſolemnitatis cauſsâ ſingulas ſuperadijciendas miſſas ſtatuit. S. Columbanus nocti Dominicæ ac Sabbati ſub vno curſu 75. ſigillatim aſſignat pſalmos; ita vt totum pſalterium intra duas ſupradictas noctes abſoluatur. Vbi vides vel pſalmis vel lectionibus Dominicæ augeri officium.

ORATORIVM.

Dominicæ officium cetera prolixius.

Cæſar. in Monaſt. R. ... & ... Aurel. in ... Iſidor. Reg. ...

Columb. in R. g. c. 7.

II. *Habet tres Nocturnos.*

SECVNDÒ. Dominicis feſtiſque diebus peculiare, quod habeant tertium Nocturnum tribus conſtans Canticis, quod ideò forſitan fecerit S. P. quia in Ambroſiano officio illis diebus abſque vllis pſalmis inuenerit tria dici Cantica, ſingula in ſingulis nocturnis, quod idem fit in feſtis & octauis. Voluerit autem ſua tria Cantica duodecim pſalmis velut ad ſolemnitatis augmentum adijci. Iſidorus Hiſpalenſis in quotidianis officijs vigiliarum poſt recitationem pſalmorum ordinat tres dici miſſas pſalmorum, quartam Canticorũ, quintam matutinorum officiorum: Vt clarum fit, & alijs placuiſſe Cantica ante Matutinas Laudes.

Regula Iſidor. cap 6.

III. *Dicitur Te Deum laudamus.*

TERTIÒ. Quod vel maximè celebritatẽ Dominicæ diei cohoneſtat, eſt canticum *Te Deum Laudamus*. Alcuino noſtro inſcriptum *hymnus Dominicalis*. Amalarius tamen ſcribit ſe interrogaſſe Romanæ Eccleſię Magiſtrũ, *an canerẽt per dominicas noctes Te Deum laudamus. Reſponſum eſt tantum in Natalitijs Pontificum cani.* Ita olim. At nunc & in Dominicis, & ſanctorũ feſtis tam à Romanis, quam ab alijs dicitur.

Alcuin lib. de offic per ferias. Amalar. in prolog. Antiph.

Etiam in Aduentu & Quadrageſimâ.

Noſtri porrò ordinationi Patris ſui mordicus inhærentes, ne quidem intermittunt in Dominicis Aduentus & Quadrageſimæ. De quâ re, vt Glaber ſcribit, cùm inter Epiſcopos in Concilijs Galliæ & Italiæ congregatos incidiſſet quæſtio, & tam Abbates quàm Monachos interpellaſſent, *reſponderunt ſe pro nullâ re illud agere, niſi ex* B. BENEDICTI *nominatiſſimi atque excellentiſſimi Patris præceptione: cuius etiam actus, ſimul que dicta à ſummo*

Glab. lib. 3. hiſt c. 3.

ORATORIVM

à ſummo Romanorum Pontifice videlicet Gregorio haberentur deſcripta, ac laudabiliter roborata. His denique cōperti Epiſcopi vſus Monachorum, authentico ex more viguit.* Cæſarius Arelatenſis *Te Deū Laudamus* dici iubet ad matutinas laudes. Aurelianus in ordine pſallendi: *Omni ſabbato ad Matutinos; Cantemus Domino, & Te Deum laudamus.* Ambroſio & Auguſtino hic hymnus adſcribitur in Breuiario Romano, Ambroſiano, Monaſtico, & alijs, diciturque in baptiſmo S. Auguſtini ab vtroque ex tempore cōpoſitus, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis, quod ex Dacij Epiſcopi Mediolanenſis chronico communiter adſtruitur; Verùm Menardus noſter in Notis ad Sacramentarium S. Gregorij, certum ait, hoc Chronicon non eſſe huius Dacij, quod probari non poſſit vllum ab eo Chronicon ſcriptum, & non redoleat ſtilū illorum temporum, contineat etiam quædam falſa. Ita ille. Gauantus quoque hoc Chronicon non eſſe Dacianum ait, ſi eruditioribus credatur Mediolanēſibus, qui melius cenſent, totum hymnum vni Ambroſio deberi, cùm ille dialogiſmo careat. Additque: In Breuiario MS. Collegij Aniciani de Vrbe antiquiſſimo legi pro titulo, *Hymnus S. Abundij*: de quo peritiores cōſului, qui tamen adhuc ignorant, quis ille poſſit eſſe. Quare ante S. BENEDICTVM, & Teridium S. Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi diſcipulum, qui de hoc hymno in ſuis Regulis locuti ſunt, nullus veterum illius mentionem fecit. Aliam dubitandi rationem ſuggerit Lorinus, quod verſus ille, *Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos & extolle illos vſque in æternum*, paulò aliter legatur in Pſalterio Romano, & ab Auguſtino, quàm habeat noſtra editio: cum qua tamen concordant hymni verba: nec alio modo pſalmi verſiculum vſurpaturi videntur fuiſſe hi ſancti, quàm qui tum vſitatus eſſet. Verùm, vt ipſe ſubijcit Lorinus, adeò receptæ traditioni propterea contradici non debet, aitque ſe deprehendiſſe, non rarò longè aliter Ambroſium & Auguſtinum legere textum pſalmorum, quàm ſit in Ambroſiano pſalterio. Monet Boërius, cum deuotione & tremore hunc hymnum decantandum, *quoniam in eius decantatione, vt dicunt ſancti, cæli aperiuntur.* Cæleſti viſione id olim piè cuidam Sanctimoniali in Saxoniâ fuiſſe oſtenſum refert Paulus Polus, & ex eo Anacletus Siccus.

*Antiquo. Cæſar. in Reg. Monach. c. 21.

Agitur de auctore huius hymni.

Dac lib. 1. cap. 10.

Menard. pag. 400.

Gauant. in rubr. Breu. ſect. 5. c. 19.

Quidam ſoli Ambroſio tribuunt

Aliud dubium. Lorin. in Pſal. 27.

Non facilè recedendum à traditione.

Polus Rational. bor. canon. c. 8. Sicc lib. 2. Hymnod.

Lubet porrò circa glorioſum hunc, vt Rupertus noſter nominauit, hymnum, & alia quædam annotare. Quod Gauanto videtur *Sanctus, Sanctus* &c. eſſe vnus verſus, & ab vnâ parte Chori totus dicendus; mihi non vſquequaque probatur, cùm Seraphinos Iſaiæ 6. alternis cecinisse auctores tradant. Audi Cyrillum Alexandrinum: *Gloriam decantant Seraphim, idque alternis vicibus, non quia defatigantur, vt ego quidem arbitror, ſed honore ſibi mutuo cedunt, & viciſſim doxologias ac laudationes cantitant. Omnia enim ſupera ordinatè fiunt ac decenter.* Damaſcenus etiam docet, ab his Seraphinis Eccleſiam didiciſſe chorum, id eſt, modum alternis canendi & pſallendi. Sanchez, Cornelius & alij dicunt eos ἀντιφώνως, id eſt, alternis vocibus cantaſſe, vti fit in choro pſallentium.

Rupert. l. 2. in reg. S. Ben. c. 7. *Obſeruationes peculiares in hunc hymnum.*

Cyrill. lib. 1. in Iſai.

Sanctus, Sanctus, alternis dicendum.

Damaſcen. tract. de Triſagio.

Cur autem in hoc hymno Apoſtoli præponuntur Prophetis, quibus ſunt poſteriores? fortaſſe quòd Paulus dixerit Deum poſuiſſe *in Eccleſiâ primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores.* Pamelius verò ſcribit SS. Ambroſium & Auguſtinum in hoc cantico imitatos Cyprianum dicētem: *Illic Apoſtolorum glorioſus chorus: illic Prophetarum exultantium numerus: illic Martyrum innumerabilis populus.*

Cur Apoſtoli præponantur Prophetis.

Pamel. in lib. Cypr. de immortal.

Verſum illum, *Tu rex gloriæ Chriſte* & reliquos ſequentes ſolebat ad eleuationem S. Hoſtiæ dicere S. Thomas Aquinas, vt annotauit Clichtoueus.

Clicht. in Elucid. l. 2.

Iam verò ad verſiculum, *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti virginis vterum.* S. Odilo ex ardentiſſimâ deuotione, quâ in beatam Dei genitricem flagrabat, in terram ſe proſternebat, per corpus oſtendens, quibus deſiderij cæleſtis in mente facibus æſtuaret, vt auctor eſt Petrus Damiani. Sed & alij ad eadem verba corporis inclinatione cœli reginā venerari ſoliti; vt vel hac cauſsâ crediderim in Statutis Carthuſianorum decerni, vt *Te Deum laudamus* ſemper dicatur in Matutinis B. Mariæ. In hoc ſanè verſiculo venerari & adorare licet ſummam Chriſti propter nos humiliationem, quam expendens Guarricus Abbas, ait: *Omnium humanarum infirmitatum, vel iniuriarum, quas pro nobis pertulit diuina dignatio, ſicut tempore primam, ſic etiam humilitate ferè maximam exiſtimo, quod in vtero concipi, in vtero nouem menſium tēpore maieſtas illa incircumſcripta paſſa eſt contineri. Vbi enim ſic ſe exinaniuit, aut quando ita penitus à ſemetipſo defeciſſe viſus fuit? Tanto tempore nihil illa virtus manifeſtum operatur, nullo ſigno viſibili maieſtas, quæ clauſa latet, proditur.*

Quis ritus ad ℣. Tu ad liberandum &c. In vit. apud Sur. 1. Ianu.

Stat. antiq. p. 1. cap. 36. num. 12.

Expendēda hic Chriſti humiliatio. Guarr. ſer. 3. de Annunt.

Cum autem propriè loquendo non ſit aſſerendum diuinam perſonam ſuſcepiſſe hominem, vt probat S. Thomas, piè exponenda eſt hæc locutio, *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem,* & ſimiles aliæ, vt *dicamus hominem aſſumptum, quia eius natura eſt aſſumpta, & quia aſſumptio terminata eſt ad hoc vt filius Dei ſit homo*, vt ab eodem Angelico Doctore ſcriptum.

Obſeruatio Theologica. S. Thom. 3. p. q. 4. art. 3.

Denique ad verſum, *Te ergo quæſumus, tuis famulis ſubueni*, &c. genua flectuntur, pro quo Carthuſiani ſcribunt ſe habere tres quadragenas indulgentiarum.

Cap. 1. ſt. compil. nu. 55.

QVAR-

IV. *Legit Abbas Euangelium.*

QVARTÒ, Benedictino officio proprium A eſt, vt poſt Te Deum laudamus, *legat Abbas lectionem de Euangelio.* Quod olim & apud Clericos vſitatum fuiſſe, Perez ſcribit: optaſſem auctore aliquo id firmaſſet. Nec omninò ſine ratione: cùm enim Euangelij particula eiuſque expoſitio lecta fuerit, congruè ſubiungitur etiam textus. Deinde cum pleraque ex veteri teſtamento, aliiſve Scripturis minoris dignitatis quàm ſacrum ſit Euangelium recitata fuerint, ad lucis crepuſculum rectè legitur B Euangelium, quod tamquam dies nocti, tamquam lumen vmbris veteris legis ſuccedit, vt ipſis ſatis demonſtratur cærimoniis in hâc Euangelij lectione adhiberi ſolitis, de quibus audiendus Rupertus: *Choro illum iucunditatis concrepante & alternatim modulante hymnum Te Deum laudamus, antequam finiatur idem hymnus ingreditur ſacerdos ſacris indumentis redimitus, præcedente candelarum lumine, & ſacri thuris odore. Siue Abbas ipſe, ſiue alius quilibet Sacerdos ille ſit, Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam gerit, qui* C *ipſâ die quâ reſurrexit, ſerò ſtetit in medio Apoſtolorum, & dixit eis: Pax vobis.* Quem imitatur Sacerdos ante lectionem Euangelij dicens, *Dominus vobiſcum.* Addit S. Hildegardis três alias rationes, 1. vt omni tempore, videlicet tàm in nocte, quàm in die nuncium Dei audiendum & complẽdum, & per illud Deo ſeruiendum ſciamus. 2. vt audito Euangelio, Monachi illius Euangelij recordentur, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* 3. Vt ſi quis pro raritate D ſacerdotum, ſeu præ occupatione alicuius impedimenti, eo die Miſſam habere, vel Miſſæ intereſſe non poterit, lectum & auditum Euangelium ſibi ſufficiat. Sic illa. Sed vltimâ ratio vix videtur habere locum, cùm conſtet Dominicis diebus Monachos communicaſſe, quod citra Miſſæ ſacrificium non fiebat.

Cærimoniæ olim adhibitæ.
Rup. lib. 2. in Reg. S. Bened. c. 7.
Rationes, cur legatur Euangelium.
Hildeg. in c. 11. Reg.

Quo autem modo audiendum Euangelium, S. Pater explicat, *Cum honore & tremore ſtantibus omnibus.* Quod ab Apoſtolicâ deſcendit traditione, vnde apud Clementem Romanum: *Cùm legetur Euangelium,* E *Presbyteri & Diaconi, vniuerſuſque populus magno cum ſilentio ſtent.* Liturgia S. Marci: *State, audiamus S. Euangelium.* Similiter in Miſsâ S. Baſilij: *Legitur Euangelium ſtantibus omnibus cum timore & reuerentiâ.* Idem præſcripſit Anaſtaſius I. *Dum ſancta Euangelia in Eccleſiâ recitantur, ſacerdotes & ceteri omnes præſentes non ſedentes, ſed venerabiliter curui in conſpectu S. Euangelij ſtantes, Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.*

Quâ reuerentiâ audiendum.
Clem. lib. 2. Apoſt. Conſt. cap. 57.
Anaſt. epiſt. ad Epiſc. Germ. c. 1. de conſecr. d. 1. c. *Apoſtolica.*

Pergit S. BENEDICTVS: *Quâ perlectâ* (Euangelij lectione) *reſpondeant omnes,* A *Amen.* Quod hoc loco non *fiat*, ſed *verè* ſignificat: vt prædicta fideliter credere nos monſtremus, inquit Smaragdus. In veteri lege Moyſe mandata Dei promulgante, iubetur omnis populus dicere, *Amen.* Idipſum ad Euangelicæ legis pronunciationem reſpondendum S. Pater præſcribit. Vnde & in Miſsâ Mozarabum ſimiliter in fine Euangelij reſpondetur, *Amen*: idemque ad finem Epiſtolæ cuiuſcũque & prophetiarum præſcribitur reſpondendum. Et B Gulielmus Durandus ait: In quibuſdã Eccleſiis finito Euangelio dicitur *Amen.* Ioannes quoque Belethus: Lecto, inquit, Euangelio, quiſque dicere debet *Amen*, vel vt alij volunt, *Deo gratias.* Sed melius eſt vt dicatur *Amen*, ac nos cruce contra diabolum muniamus, ne ipſe ſermones Domini ex pectore noſtro rapiat. Sic ille.

Euangelio lecto dicitur Amen.
ORATORIVM.
Deut. 17.
Quid illud ſignificet.
Lib. 4. ration. c. 24.
Beleth. in expl. diu. off. c. 39.

V. *Subiungitur Te decet laus.*

QVINTÒ. Euangelium excipit hymnus, *Te decet laus.* De cuius auctore qui ſcripſerit, legi neminem. Solicitiùs autem quærenti occurrit Clemens Romanus *lib.* 7. C *Conſt. Apoſtolic. cap.* 49. vbi paruus hic hymnus ita exprimitur: *Te decet laus, te decet hymnus, te decet gloria Deum Patrem per Filium in Spiritu ſancto, in ſæculâ ſæculorum Amen.* Videtur autem trita Deum glorificandi forma, ad imitationem Regij Vatis concepta, qui pſalmũ 64. ita orditur: *Te decet hymnus.* Inuenitur & in Liturgiâ S. Ioannis Chryſoſtomi his verbis: *Quoniam decet te omnis gloria, honor, & adoratio, Patrem & Filium & S. Spiritum, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorũ amen.* Citatq; hanc Liturgia S. Pe- D tri à Lindano edita. Legitur quoq; ſed cũ modicâ varietate, in Miſsâ S. Iacobi, Fratris Domini, & in Liturgiâ S. Marci. Alludit ad hanc precem Auguſtinus, vel quiſquis auctor libri Meditationum cap. 32. & 33. Aptiſſimè autem S. Triadis glorificatio Euangelio ſubiungitur, quia per illud annuntiata eſt nobis fides S. Trinitatis; & ſicut in Miſsâ dicitur, *Laus tibi Chriſte;* ita toti Trinitati dicimus, *Te decet laus, te decet hymnus, tibi gloria.* Et quemadmodum Dominicis diebus dicto Euangelio dicitur E ſymbolum Apoſtolorum, vt per S. Euangelium corde credatur ad iuſtitiam, & per ſymbolum ore confeſſio fiat ad ſalutem; ita non minùs congruè ſubiicitur Euangelio confeſſio laudis, & doxologia S. Trinitatis, in quam credimus.

Quis huius hymni auctor.
Rectè dicitur poſt Euangelium.

VI. *Datur, ſeu dicitur Benedictio.*

SEXTÒ, vt dicit S. BENEDICTVS, *datâ Benedictione incipiant Matutinos.* Quænam autem hæc *Benedictio*? Columbanus Vranckx in MS. Commentario putat ſignificari, Benedictionem quæ datur cum incipiendo Matutinos dicitur, *Deus in adiutorium*, quòd tùm formetur ſignum crucis, per quod Benedictio dari conſueuit. Poſteà verò ait,

ORATORIVM. hac Benedictione deſignari pſalmum 66. A in cuius principio & fine dicitur, *Benedicat nos Deus*, ſed hoc minus, vt arbitror probabile. Perez verò ait, non eſſe *benedicamus* Domino, neque ſignum inchoandi matutinas laudes, neque ſupplicationem Litaniæ, ſed fortaſſis aliquam benè precandi ſeu benedicendi formulam, quâ nocturnum congruè abſoluatur officium; vt certè de facto abſoluitur oratione quæ poſt hymnum, *Te decet laus*, cantatur. Quibus vltimis verbis rem tetigit. Collecta enim, quæ huic hymno ſubiicitur S. Patri *Benedictio* dicitur, vt intellexit Gratianus B dicens: *Lectionem Euangelij ſimiliter Abbati ad legendum tribuit* (Regula) *quam ſubſequenti Oratione legere, ſimiliter ſacerdotalis officij eſt*. Hildegardis: *Datâ benedictione, ſcilicet in conſuetudinariâ Oratione*. Boërius: *Dictâ oratione, quæ dici poſt Euangelium conſueuit*. Burſfeldenſes: Et mox erecti non mutent facies donec incipiatur *Benedictio*, id eſt, *Collecta* immediatè ſequens. Sed antiquior omnibus Amalarius Fortunatus *Benedictionem* pro collectâ accipi nos docet. *Vtroque*, inquit, *nomine, id eſt, Benedictionis & Orationis, vocatur Oratio ſacerdotis. De Benedictione dicit Apoſtolus: Si benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicit Amen, ſuper tuam Benedictionem, quia neſcit quid dicas? Hanc Benedictionem vocat Ambroſius Orationem, dicens: Imperitus enim audiens quod non intelligit, neſcit finem orationis, & non reſpondet, Amen; id eſt, verum, vt confirmetur Benedictio.*

Quæ idem eſt quod Collecta.

16. q. 1. cap. Hinc eſt etiam.

Burſf. in ordin. cap. 9.

Amal. l. 2. de eccl. off. c. 9.

1. Cor. 14.

VII. SEPTIMÒ. Permittit S. Legiſlator ſi tardiùs ſurgant, aliquid de lectionibus breuiari aut reſponſoriis: non quidem quoad numerum, ſed quoad quãtitatem aut prolixitatem; quia vt Bernardus Caſſinenſis ait, in maioribus noctibus maiores lectiones recitari conſueuerunt. Hinc & Aurelianus S. BENEDICTVM imitatus, ita ſtatuit: *Si verò venerit, vt tardiùs ad Vigilias ſurgatur, quantum Abbati viſum fuerit, tantum legatur: quando ſignum fecerit, qui legit ſine morâ conſurgat, vt canonicus Miſſarum numerus poſſit impleri.* Nec mirum videri debet abbreuiatas olim Lectiones, cùm non ita earum quantitas eſſet definita. Legebant enim ex magnis illis, vt vocabant *Lectionariis*, caput aliquod S. Scripturæ, aut Homiliam alicuius S. Patris, vel vitæ hiſtoriam. Terminabant verò Lectionem ad libitum Superioris plauſu manus ſignum edentis, vnde ſi ſeriùs ſurrexiſſent, facile erat breuiare Lectiones. Quomodo autem abbreuianda Reſponſoria? *Si dicantur, magis properanter, vel cum minori notâ, vel indirectum*, ait Bernardus Caſſinenſis. Cur autem hoc caſu vel properandum, vel breuiandum officium? nimirùm vt Matutinæ Laudes præcisè tunc incipiantur, cùm

Breuiantur quædam ſi tardiùs ſurgant.

Aurel. in ordine Pſallendi.

Lectiones,

Et Reſponſoria.

Quæ huius rei ratio.

Aurora iam ſpargit polum,
Terris dies illabitur,
Lucis reſultat ſpiculum.

Vnde idem ſeruatum à Romanâ Eccleſiâ, auctor eſt Amalarius. *Vt reor*, inquit, *ſancta* C *Romana Eccleſia hoc ſpecialiter nobis inſinuat ſuam conſuetudinem. Ipſa enim quotcumque ordine vel numero lectionum viderit Matutinam præcedere, vt audiui, dimittit Nocturnale officium, & incipit Matutinale*, id eſt, Laudes.

Amal. de ordin. Antiph. c. 43.

VIII. OCTAVÒ. Qualiter in Natalitiis Sanctorum vigiliæ agantur, his verbis S. Pater deſcribit: *In Sanctorum feſtiuitatibus, vel omnibus ſolemnitatibus, ſicut diximus Dominico die agendum, ita agatur: excepto, quod pſalmi, aut antiphonæ, vel lectiones ad ipſum diem pertinentes, dicantur. Modus autem ſuprà ſcriptus teneatur.* Quod dicit, *ad ipſum diem*, non ad feriam occurrentem, vt quidam apud Boërium voluerunt, ſed ad feſtiuum vel ſolemnem refertur. Vnde peculiares pſalmi, ſicut & antiphonæ & lectiones, recitandi.

Quomodo Vigiliæ celebrentur in feſtis Sanctorum. Cap. 14.

TRACTATVS VII.

DE HORIS DIVRNIS.

A TENEBRIS *ad lucem, à nocturnis vigiliis ad Matutinum, ceteraſque horas pergimus diei, illâ quæ in his laudibus recitatur, prælucente ſententiâ;* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulemus. *Septem autem diurnas Horas enumerans* S. BENEDICTVS, *incipit à Matutinis, ipſumque complectitur Completorium. De his igitur Diſquirenda.*

Rom 13.

Primò, *Quid illo agendum interuallo, quod inter vigilias nocturnas & Matutinos inter-*

intercurrerit? Secundò, *Quæ in Matutinis Laudibus obſeruanda?* Tertiò, *Quid circa Minores diei Horas obſeruandum?* Quartò, *De Veſperis, & Completorio.*

ORATORIVM.

DISQVISITIO I.

Quid illo agendum interuallo, quod inter Vigilias nocturnas & Matutinos intercurrit?

Quid hic ſupponatur.

SVPPONIT quæſitum hoc Laudes, quas *Matutinos* S. BENEDICTVS nominat, ſeorſim à nocturnis vigiliis decantandas, vt ex Regulæ noſtræ capitibus 8. & 16. olim fieri conſueuiſſe, auctores paſſim tradunt. Et videri poſſunt Radulphus Tungrenſis, Hugo Victorinus, & Amalarius. Secutus autem eſt Legiſlator noſter Ægyptiorum Monachorum conſuetudinem, à Caſſiano non ſemel commendatam; poſt nocturnas enim Vigilias rurſus ſub auroram ad matutinam Synaxim conueniebant.

Radulph. propoſ. 14. Hugo in ſpec. eccleſ. cap. 3. & lib. 2. off. eccl. cap. 1. & 9. Amal. lib. de ord. antiphon. c. 7. Caſſian. lib. 2. cap. 12. & 13. & lib. 3. cap. 5.

Interuallũ in æſtate breuiſſimũ. Cap. 8.

Cùm autem à conſummatis Vigiliis vſque ad auroram plerumque tempus aliquod, & in hieme ſatis longum intercurrat, quæritur quid intereà Monachis faciendum? Diſtinctionem adhibet Legiſlator noſter, *A paſcha,* inquit, *vſque ad Kalendas Nouembris, ſic temperetur hora vigiliarum agenda* (id eſt pro ratione temporis modò acceleretur, modò tardiùs aſſignetur) *vt paruiſſimo internallo, quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito, mox Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.* Nimirùm vt breuius hoc tẽpore ob noctium breuitatem, voluit eſſe nocturnum officium, ita quoque contrahendum cenſuit ſpatium, quod à Vigiliis vſque ad Matutinas Laudes intercurrat. Sed quid reliquis menſibus agendum? *Hiemis,* inquit, *tempore, id eſt, à Kalendis Nouembris vſque ad Paſcha, quod reſtat poſt Vigilias, à fratribus, qui Pſalterij vel Lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur.* Nodum non parum implexum hæc verba habent. Vt quid enim fratribus, qui Pſalterij vel Lectionum indigent, Meditatio præſcribitur; cum lectio potius pręſcribenda videretur? Nam ſi quid inter pſallendum prætermiſſum, id non mente dumtaxat, ſed voce ſupplendum Doctores tradunt. Iam verò quid fratres illi agent, qui non egent pſalterij vel lectionum? an nihil his præſcripſit accuratiſſimus Legiſlator, qui Turrecremata teſte, tempus vſque ad vnum momentum diſtribuit? Vidit iam olim difficultatem hanc Guido Iuuenalis, & loco huic in traductione ſuâ Gallicâ lucem ac medicinã adferre volens, ſuſpicatur quendam irrepſiſſe in textum, & ab eo excidiſſe voculam *Niſi,* ità legendum putans: *Quod verò reſtat poſt Vigilias à fratribus (niſi qui pſalterij vel lectionum aliquid indigent) meditationi inſeruiatur.* Nam ſi hæc lectio non recipiatur, non declarauerit S. BENEDICTVS cui rei interſtitium hoc impendent illi, qui pſalterij vel lectionum non indigent. Ita ferè ille: qui tamen in textu nihil inſeruit, religione ni fallor ductus, quod τò *niſi* in antiquis codicibus minimè reperiſſet. Abeſt enim hæc particula ab omnibus MSS. & editis exemplaribus, quæ hactenus videre mihi contigit. Recentior tamen editio à Iacobo Ferragio adornata, τò *Niſi* textui inſeruit, ita enim legit: *Quod verò reſtat poſt vigilias, niſi à fratribus, qui Pſalterij vel Lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur.*

In hieme nullo tempore meditandum.

Monetur hic difficultas.

Quidam textui addunt niſi.

Contra codicum fidem.

Pariſiis anno 1627.

Quid pro ſe allegent.

Pro ſtabiliendâ autem hac lectione adducit primò ſuprà citatam lectionem Guidonis Iuuenalis, deinde alia verſio, inquit: *Si quid verò noctis reſtat poſt vigilias: à fratribus, (qui aliis non indigent) pſalmis vel lectioni aut meditationi inſeruiatur.* Ita in Regulâ impreſſa apud Simonem Colinæum, Pariſiis anno 1525. Addit deinde Cæleſtinum quendam Gallicè illud, *meditationi inſeruiatur,* ita explicare: Iuxta eorum indigentiam, id eſt, pro intellectus cuiuſque facultate, & deuotionis magnitudine. Regula quoque Italico idiomate pro Monialibus Benedictinis traducta ità habet: *Ma in quel tempo, che reſto dopo la Vigilia, ſi attende, & ſi ſerui ala Meditatione, eccepto le Sorelle che hanno ancora biſogno d'imparare alcuna coſa circa il Pſalterio, o Vero Lectioni.*

Et ratio, ſubdit Ferragius, hoc mõſtrat, quoniam ſi hoc tempus meditationi non inſumeretur, S. BENEDICTVS illud ad nullum opus ordinaſſet, quod nõ eſt credibile. Recentiores Gallicæ verſiones ità ferè exprimunt: Tempus à Matutinis reſiduum fratres, qui indigent, impendent illud meditando aliquid de pſalterio vel lectionibus ſuis.

Et ratiocinentur.

Verumenimverò vt meam de hoc loco ſententiam liberè enuntiem, videtur mihi tota difficultas ex verbo *Meditationis* ſubortа. Nam cùm illud nimis ſtrictè acceperint pro commentatione & mentis agitatione,

Auctoris ſententia. Tota difficultas orta ex verbo meditationis.

tione,

ORATORIVM.

tione, quæ ſolâ cogitatione abſquè voce fieri ſolet (meditari enim quibuſdam eſt quaſi medio animo verſare, vnde Plautus: *Prius ipſe mecum volo hic meditari:*) Hinc nimirum putauerunt, meditationem præſcribi iis, qui pſalterij vel lectionum non indigent, vel ipſam meditationem circa pſalmos vel lectiones inſtituendam. Ego verò putauerim meditationem hîc laxiùs ſumi, vt lectionem & ſtudium ediſcendi aliquid memoriter, complectatur. Omnibus proinde meditationem præſcribi: iis quidem qui pſalterij vel lectionum aliquid indigent, eam quæ fit legendo, memoriæ mandando, recitando. Aliis verò propriè dictam, quæ mentali oratione & piâ commentatione abſoluitur. Hanc ſententiam vtcumque Perez & Craeſbeeck inſinuant.

Quæ hic ſumitur pro lectione & ſtudio ediſcendi.

Probatur.

Ne autem horum, vel noſtra noua videatur ſententia, quâ meditari pro ediſcere & ſtudere accipimus, lubet eam nonnihil ex aliis auctoribus confirmare. *Primò* enim, Palladius de Serapione Sindonita ſcribens, ait eum præ *meditatione* ſcripturarum ore non ſiluiſſe.

Primò. Pallad. in Lauſiac. cap. 83.

Secundò, Regula Pauli & Stephani ſæpius *meditari* pro ediſcere accepit, vnum locum adſeribo: *Neque*, inquit, *ad meditandas litteras, vel pſalmos aut lectiones quiſquam ex ſuâ quaſi poteſtate præſumat.* Iſidorus quoque in Regulâ: *Poſt refectionem Nonæ operari oportet, aut legere, aut ſono vocis aliquid meditari*: Quid autem ſit ſono vocis meditari, optimè exponit Ambroſius: *Meditatione*, inquit, *mandatorum cæleſtium, operis boni vſus inoleſcet. Nam ſicut meditationi verborum, finis memoria eſt; vt quæ meditamur verba teneamus: ſic meditationis præceptorum cæleſtium, intentio vel finis, operatio eſt actuſque directus ad implenda præcepta diuina.*

Secundò. Reg. Paul. & Stephan. c. 6. 14. 16. 51.

Iſid. cap. 5.

Quid ſono vocis meditari. Ambroſ. ſerm. 6. in pſal. 118.

Tertiò Beda noſter de S. Aidano ex Monacho Epiſcopo agens, ita ſcribit: *In tantùm autem vita illius à noſtri temporis ſegnitiâ diſtabat, vt omnes qui cum eo incedebant, ſiue attonſi, ſiue laici* MEDITARI *deberent; id eſt, aut legendis ſcripturis, aut pſalmis diſcendis operam dare. Hoc erat quotidianum opus ipſius, & omnium qui cum eo erant fratrum, vbicumque locorum deueniſſent.* In quibus verbis iuxta Regulæ mentem *Meditari* expoſitum credo. Legiſlator enim noſter (quod *Quartò* loco notandum) in Cap. *De labore manuum quotidiano*, horas à diuino officio vacuas partim labori aſſignans, partim lectioni, poſteà ſubiungit: *Si quis verò ita negligens & deſidioſus fuerit, vt non velit, aut non poſſit* MEDITARI, *aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, vt non vacet.* Vbi *meditari* & *legere* pro iiſdem accipere videtur. Clariùs verò de Nouitio agens, ait: *Sit in cellâ Nouitiorum, vbi* MEDITETVR, *& manducet, & dormiat.* Quod exponens Turrecremata: Sub meditatione, inquit, comprehendit S. Pater lectionem, orationem, contemplationem, quibus ipſe probandus intendere debet. Et ante eum Smaragdus: *Meditetur*, inquit, *in Canticis & pſalmis & hymnis, ſiue in regularibus præceptis, quibus tradendus eſt obſeruandis.* Quæ proba eſt expoſitio. Nam ſi in cella Nouitiorum (in quâ decem menſibus tironi ex S. BENEDICTI præſcripto manendum) non niſi mentali vacet orationi, ignorabit proculdubio pſalmos, lectiones, Regulam, & pleraſque Ordinis cerimonias, quibus eum inſtructum eſſe oportet. Quid, quod pſalmi olim, & breues lectiones memoriter dicendæ eſſent, atque ideò indigebant iis ſtudere? Quare non dubitauit S. Hildegardis, hunc de quo agimus, locum, eo quo diximus modo exponere. Scribens enim ad illa Regulæ verba: *Deinde lectio vna Apoſtoli memoriter recitanda*, ait: *In hoc oſtendit* (S. BENEDICTVS) *quòd cùm fratres lectionibus & meditationibus inſeruiunt, ea quæ in diuinâ Scripturâ neceſſaria habent, memoriæ ſuæ commendent, ita vt cùm opportunum tempus inſtiterit, & cùm neceſſitas ſe immerſerit, abſque materiali ſcripto illa in medium proferant.* Hæc illa. S. Dunſtanus quoque hunc ſenſum innuit: *Nocturnali*, inquit, *peracto officio, fratribus pſalmodiæ deditis vel lectioni ſecundùm Regulæ præceptum, ſi qui indiguerint inſeruientibus, interuallum vſquequo luceſcat, cum magnâ vigilantiâ cuſtodiatur à lucis crepuſculo: dum adituus ſignum pulſauerit ad eccleſiam vniuerſi conueniant, factaque oratione Laudes pſallant matutinales.* Vbi illud, *pſalmodiæ deditis*, intelligendum de pſalmis memoriæ mandandis, aut eorumdem cantu addiſcendo, nam alia officia ſcribit iam finita. Colligitur id quoque ex Lanfranco, qui ait interualla incipere poſt Kalendas Nouembris, *& poſt nocturna familiares pſalmos, &c. ſedeant in choro. Infantes cum luminaribus in capitulo diligenter à Magiſtris cuſtodiantur canentes quod neceſſarium erit.* Monachi ergo in choro ſedentes, aut intermiſſa repetebant, aut pſalmos addiſcebant, aut ſedentes ſtudebant. Quare vult Priorem cum *Abſconsâ* accensâ per chorum ire ac videre quàm regulariter ſedeant, deinde per altaria & membra Monaſterij, ne fortè aliquis ibi dormiat. Si verò aliquem orantem inuenerit, ſilenter pertranſeat; ſi aliquem dormientem, euigilatum in chorum ſigno facto reuerti præcipiat. Vt nimirum ibi cum ceteris aliquid legat. Quod colligo ex Rituali noſtri huius Affligenienſis

Tertiò. Beda lib. 3. eccleſ. hiſt. gent. Anglor. c. 5.

Quartò, ex variis Regulæ locis. Cap. 48.

Cap. 58.

Et Interpretum commento.

Etiam S. Hildegardis. Cap. 13.

Stat. Dunſtan. cap. 2. *Quod & colligitur ex antiquis Statutis.*

Stat. Lanfr. cap. 1.

Quæ præſcribunt hoc interualla lectionem, & ſtudium.

nienſis Monaſterij, vbi ſimilia his quæ attulimus habentur, & ſubiungitur: Sed & ſi quis interim orare non vult, vadit in chorum, & ibi reſidet, donec pulſentur laudes. Ergo extra chorum, vt videtur, orabant, in choro ſtudebant. Quare hæc ſit textus noſtri paraphraſis. *Quod verò reſtat* (temporis) *poſt vigilias* (nocturnas) *à fratribus qui* (plerumque, vel magnâ ex parte *pſalterij vel lectionum aliquid indigent*, ſiue vt prætermiſſa repetant, ſiue vt pro ſequentibus officiis pſalmos aut lectiones memoriæ commendent) *meditationi inſeruiatur.* Ediſcant ſcilicet, & ſtudeant his pſalmis vel lectionibus.

Paraphraſis huius loci.

Nolim tamen excludere propriè dictam Meditationem, piamve commentationem, cùm hæc huic tempori ſit aptiſſima, & ferè iam exoleuerit conſuetudo pſalmos & lectiones memoriter recitandi, vt proinde illis ediſcendis tempus impendere, neceſſe non ſit. Matutinum verò tempus, vt Baſilius ait, *ad orationem delectum eſt, vt primi animi ac mentis noſtræ motus conſecrentur Deo, neque vllius rei curæ ante aditum ad nos demus, quàm nos in cogitatione de Deo oblectauerimus, ſicut ſcriptum eſt, Memor fui Dei, & delectatus ſum.*

Propriè dicta Meditatio non excluditur.

Quæ manè vtiliter inſtituitur.

Baſil. reg. fuſ. interrog. 17.

Porrò ſanctum BENEDICTVM etiam ſpiritualem meditationem verbis illis intellexiſſe, inſinuat Bernardus Caſſinenſis, dicens: *Poteſt hæc meditatio intelligi pro attentâ, ſi Deus dederit, contemplatione gehennæ ad timendum, gloriæ ad deſiderandum, Dei ad amandum, Sanctorum ad imitandum, & peccatorum ad fugiendum, confitendum & pænitendum.* Caſſianus quoque ſcribit Ægyptios Monachos, miſſa canonicâ celebratâ, vſque ad lucem vigilias extendere, *vt eos ſuperueniens lux matutina in feruore ſpiritus reperiat conſtitutos, & contra diurnam diaboli colluctationem ſpiritali meditatione firmatos.* Confirmari quoque hæc expoſitio queat ex libello illo, qui Sancto BENEDICTO tribuitur, & inſcribitur, Ordo qualiter fratribus in monaſterio religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet, in eo autem hæc habentur: *Poſt expletionem nocturnæ laudis, in illo interuallo ſummum ſilentium fiat, tam in voce, quàm in inceſſu, ſine ſono alicuius rei, vt liceat vnicuique ſine alterius inquietudine, peccata Domino confiteri, & veniam & remiſſionem pro ipſis flendo poſtulare.* Quin & Bernardus, ſiue Aëlredus Abbas, inſinuat mentali oratione impenſa nocturna hæc interualla, quæ beatiſſima non dubitat appellare: *Nónne cor noſtrum*, inquit, *ardens erat in nobis de Ieſu? Cùm ſub paupertate degeremus militiæ regularis, & ſtaremus ad pſallendum in nocturnis vigiliis, & poſt vigilias abſconditi incumberemus orationibus, illis beatiſſimis* INTERVALLIS, *quàm magna tunc in cordibus noſtris multitudo dulcedinis? Nónne nox erat illuminatio in deliciis?* Et ex Lanfranco ſuprà vidimus quoſdam extra chorum hoc interuallo oraſſe, & Rituale noſtrum Affligemienſe valdè pium exercitium huic interſtitio aſſignat. Expletis enim nocturnis, & vigiliis defunctorum, inſtituebatur proceſſio ad *S. Mariam*, & decantatis ſeptem pſalmis, quorum primus, *Verba mea*, &c. Conuentus recedebat, *non ad dormitorium*, inquit, *ſed ſinguli ad ſingula altaria tendunt ad vacandum orationi.* Fiunt autem illæ orationes ſuper genua, & non ſuper cubitos, vt alio tempore fieri eſt conſuetudo, & ſi plures ſint ante altare vnum, quilibet ita orationem ſuam peragit, vt alium orantem nullatenus inquietet.

Hanc iuxta quoſdam fortè intellexit S. Benedictus.

Caſſ. lib. 3. cap. 5.

Confirmatur.

Ex praxi Ciſtercienſium. Serm. de duob. diſc.

ORATORIVM.

Et huic fini tributa orationes.

Videri denique poſſint huic explicationi ſubſcribere ac ſe conformare Patres Valliſoletanæ ac Burſfeldenſis Congregationis, qui poſt Matutinum, orationem mentalem ac recollectionem præſcribunt. Sed & V. Mater Margareta d'Arbouze ordinat mentalem orationem hoc interuallo.

Quinam adhuc obſeruent. In conſtit. Valliſol. cap. 5. Burſfeld. in ordinar. diuin. off. c. 3.

Poſtremò circa hoc interuallum annotandum, quod etſi iam pleriſque locis illud vix ſeruetur, ſed Laudes immediatè Nocturnis ſubiungantur, ſeruatum id tamen fuit à Monachis Sancti Galli, vt conſtat ex vitâ Notkeri Balbuli, & tempore Sancti Dunſtani & Lanfranci, atque etiam à Caſſinenſibus, vt patet ex antiquis eorum Declarationibus Florentiæ impreſſis Anno 1520. vbi ſic legitur: Interuallum verò magnum inter nocturnos & laudes facimus à Calendis Nouembris vſque ad Purificationem beatiſſimæ Virginis Mariæ, niſi ſit feſtum duodecim lectionum. Interuallum quoque breue inter nocturnos & Laudes; reliquo tempore ſeruetur iuxta Regulam ſaltem in quadrageſimâ pro ſtationibus accipiendis. Burſfeldenſes quoque inſinuant competens interuallum inter Vigilias & Laudes reocendum. Optat autem in ſuo Commentario Columbanus Vranckx, ob reuerentiam Regulæ, Matutinas laudes à nocturnis vigiliis ſeparari. Idem ab aliquot ſæculis in votis erat ſancto Petro Venerabili, Cluniacenſi Abbati. Cùm enim ſtatuiſſet, vt Prima ante lucis ortum non diceretur, ne cantantes, *Iam lucis orto ſidere*, filij veritatis mendacium coram Deo proferrent, & ne à rebus verba Dominum precantium ac laudantium diſcordarent, ſubdit: *Si quis obiiciat, cur non & in ceteris in quibus conſimilis nota mendacij inuenitur, iſtud corre-*

Interuallū à quibus ſeruatum.

Ekkehard. in vit. Notk. c. 20.

Caſſin. ad cap. 8.

In ordinar. diuin. offic. cap. 3.

Aliis id in voto fuit.

Petr. Venerab. in Statut. art. 61.

ORATORIVM.

correctum non eſt, quando multâ adhuc nocte cantatur: Aurora lucis rutilat; Et, Aurora iam ſpargit palum. Et: lux intrat, albeſcit polus, & multa in hunc modum. Reſpondeo, vellem equidem valdè, vt talia cuncta, ſi cum pace fieri poſſet, apud noſtros, & vbique corrigerentur. Sed quia, vt æſtimo, hoc non poteſt fieri, verbis Magni Gregorij Papæ vtar, Si non poſſum de agro Dominico multos reportare manipulos, ſaltem paucos, ſaltem duos, ſaltem vnum feram. Ita ille. Ex quo videas iam olim Cluniacenſes interuallum illud non ſeruaſſe.

DISQVISITIO II.

Quæ in Matutinis Laudibus obſeruanda?

I. *Dicitur pſalm. 66. Cap. 12.*

DE his hæc prima Legiſlatoris conſtitutio: *In Matutinis Dominico die inprimis dicatur pſalmus 66. ſine Antiphonâ, indirectum.* Vbi ſe offert quæſtio, an non præmittendum *Deus in adiutorium*, &c. vt nunc Breuiaria præſcribunt? Aſſeruit id Boërius,* dicens Sanctum BENEDICTVM non curaſſe hoc exprimere ſingulariter, quia hoc fit in omnibus horis. Vnde in cap. 18. dicit: *In primis ſemper diurnis horis dicatur verſus, Deus in adiutorium meum intende, & Gloria.* Conſtat autem 16. capite Matutinum officium à Sancto BENEDICTO connumerari inter horas diurnas, quamuis fatendum ſit illo 18. capite nihil ſtatui de Matutinis. Vnde eruditiſſimus Menardus motus eâ particulâ *in primis*, quâ vſus eſt S. P. capit. 9. & 18. notat incipi Matutinos à Pſalmo 66. non à verſu, *Deus in adiutorium*, quod cùm de ceteris horis præceperit, nunquam de Matutinis expreſſit. Et ratio, inquit, eſt, quia duo primi verſiculi pſalmi 66. implicitè continent quidquid verſus *Deus in adiutorium* comprehendit. Benedictino autem officio peculiare eſt, quod pſalmus *Deus miſereatur noſtri* exordij loco Laudibus præmittatur. Romanum enim officium, tertio pſalmo ſub vnâ gloriâ coniungit. Congruè autem in Matutinis hic pſalmus dicitur, quia ſicut Sol incipit illuminare terram, ſic orandum vt mens noſtra illâ horâ illuminetur à Sole iuſtitiæ, ad cognoſcendam, & ſequendam viam veritatis. Aptè quoque tum petitur benedictio, quia vt eſt in libro Sapientiæ, *oportet præuenire ſolem ad Benedictionem.* Sed videamus quid deinde.

An non Deus in adiutorium præmittendum.

Non liquet.

Sap. 16.

II. *Pſalmus 50. cum Alleluia.*

Poſt quem, inquit S. Pater *dicatur quinquageſimus cum Alleluia.* Plures hîc indagant, cur *Miſerere* pœnitentialis pſalmus, fletui & dolori congruens, habeat Alleluia lætitiæ, & vt rationem inueniant, aſſignant in eo verba, quæ gaudium & exultationem inſinuent, vt illa: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Verumtamen exiſtimauerim propter reuerentiam Dominicæ Reſurrectionis, quæ dominicis colitur diebus, Alleluia præmitti. Paulus Diaconus ait: *Quia reliqui Pſalmi ferè omnes Alleluiati ſunt, ne hic ab aliis diſcrepet, canitur cum Alleluia.* Dicere quoque licet, propter ſequentem Pſalmum 117. *Confitemini Domino, quoniam bonus*, qui de Chriſti Reſurrectione eſt, & titulum habet *Alleluia* ab ipſo Dauide præfixum; communem tribus primis pſalmis Antiphonam eſſe Alleluia: Nam & Aurelianus in ordine pſallendi, & pſalmos *Confitemini*, & *Deus Deus meus*, Dominicis diebus ad Matutinos cum Alleluia vult dici. Duos autem hos pſalmos 50. & 117. Romani ad Laudes in Dominicis non dicunt, niſi à Septuageſimâ vſque ad Dominicam Palmarum incluſiuè, videtur enim Eccleſia hoc pœnitentiæ tempore imitari ritum Monachorum, quorum proprium eſt ſua, & aliorum peccata plangere.

Rationes huius inſtituti.

III. *Sequitur pſalmus 62.*

Sequitur deinde 62. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo*, Matutino tempori maximè congruens, adeoque à veteribus ad hoc vſitatus. Vnde S. Athanaſius præſcribit Virginibus, vt manè eundem Pſalmum recitent. Et Caſſianus: *De Matutinâ*, inquit, *ſolemnitate etiam illud nos inſtruit, quod in ipſâ quotidie decantari ſolet; Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et in matutinis meditabor in te.*

Athanaſ. Tract. de Virginit. Caſſ. lib. 3. cap. 3.

Ex veterum more.

Seruat autem Romana Eccleſia hunc morem, vt quotidie ad Laudes hunc pſalmum dicat. In Apoſtolicis Conſtitutionibus apud Clementem, iniungitur conuenire in *Eccleſiam ſingulis diebus manè, & veſpere ad canendum Pſalmos, & precationes in templo Domini faciendas, manè quidem recitando Pſalmum 62. Veſpere verò* 140. Chryſoſtomus quoque aſſerit decretum à Patribus, vt quotidie hi duo recitentur pſalmi, & 62. quidem vt accendat manè deſiderium in Deum.

Clem. lib. 2. cap. 59.

IV. *Quid Benedictiones. Cæſar. in Reg. Monach. n. 27. Gregor. de vit. Patr. cap. 6.*

Huic Pſalmo ſubiicit S. BENEDICTVS BENEDICTIONES, quo nomine tam Cæſarius Arelatenſis, quàm Aurelianus in ordine pſallendi appellant Canticum trium puerorum: quamquam vtrobique legatur in ſingulari *Benedictio.* Sic etiam appellauit Gregorius Turonenſis: cùm enim Gallus Epiſcopus moriturus interrogaſſet, *quid in Eccleſiâ Fratres pſallerent, audito quòd pſallerent* BENEDICTIONEM, *pſalma*

Canticum trium puerorum.

mo quinquageſimo , *&* BENEDICTIONE *decantatâ* , *Alleluiatico cum Capitello expreſſo*, *conſummeuit officium totum temporis Matutini.* Regula Magiſtri : *Dominicis verò* , *vel aliis diebus feſtis* , *vel ſi aliquis fuerit natalis Sanctorum* , *Benedictiones dici oportet.* Et mox : *Omnes antiphonæ* , *vel reſponſoria in ipſo die à Benedictionibus dictis* , *cum Alleluia dicantur.* Quod & alibi repetit.

Reg Mag. cap. 39.
Cap 41. & 45.

Hoc verò Canticum illucceſcente die Virginibus recitandum, præſcribit Athanaſius, & Alcuinus noſter mirificè extollit, vocatque hymnum laudibus omnibus laudabiliorem Deoque amabiliorem. *Hæc*, ait, *eſt illa ſingularis laus* , *melle & fauo dulcior* : *Hymnus videlicet quem tres Deo dilecti pueri* , *inter medias edaces flammas tripudiantes* , *luſerunt* , *id eſt* : Benedicite omnia opera Domini Domino. *De quo fidenter dico* , *quia ſicut dicimus ſancta Sanctorum* , *& Cantica Canticorum* : *Ita & iſte dici poteſt Hymnus Hymnorum.* Hunc diuinæ Maieſtati longè eſſe gratiſſimum, beato Theobaldo apparens tota Trinitas reuelauit, idque in ſuo obitu Fratribus patefecit, hortando vt ſæpius eundem hymnum canerent, addens ſe noſſe hominem, cui S. Trinitas apparuiſſet, eique indicaſſet hunc hymnum ſibi eſſe gratiſſimum, nec non & Angelis, totique curiæ paradiſi. Ita Menardus, in eius vitâ.

Alcuin. lib. de pſal. vſu p. 2.
Commendatur plurimùm.
Et Deo ſummè placet.
Men. lib. 2. obſeruat. 6. Iulij.

V.
Per Laudes intelligitur Pſalmus 148.

Canticum hoc excipiunt LAVDES, vt loquitur Sanctus BENEDICTVS, id eſt, Pſalmus 148. cum duobus ſequentibus, qui eadem ratione, quâ trium puerorum hymnus *Benedictiones*, vocantur *Laudes*, quòd in iis ſæpius repetatur, *Laudate*, & creaturę omnes ad laudandum Deum omnibus modis inuitentur. Nec nouum à primâ voce nomen pſalmis aut hymnis imponi, nam ſic pſalmi qui incipiunt, *Confitemini Domino quoniam bonus*, à primâ voce *Confeſſio*, vel *Confeſſiones* dicuntur: vt 1. Eſdræ 3. *Concinebant in hymnis & Confeſſione Domino.* Quod 2. Machab. 10. legimus, *In hymnis & Confeſſionibus benedicebant Dominum*, Gorion extulit : *Cum Cantico & hymno* , *& cum gratiarum actionibus* , *laudantes Dominum iuxta canticum Dauidis Iſraël* : *Quoniam in æternum miſericordia eius.* Ab his autem *Laudibus* totum Matutinale officium *Laudum* nomen accepit; nam quæ ab aliis adferuntur rationes, excogitatæ potiùs congruentiæ ſunt. Tres autem hos vltimos pſalterii Pſalmos ad Matutinam olim dictos ſolemnitatem, teſtis eſt Caſſianus: & tam in Romano, quàm Benedictino officio quotidie repetuntur. Illos ſubſequitur.

Vide Torniell. anno 1964.
Quid Confeſſiones.
Laudes vnde dictæ.
Caſſ. lib. 3. cap. 6.

Lectio de Apocalypſi vna ex corde, id eſt, capitulum illud, *Benedictio, & claritas*, &c. Reliqua aliunde conſtant. Atque hæc de laudibus diei Dominicæ.

Apoc. 7.

ORATORIVM.

VI.
Laudes feriales conſonant cum officio Romano.

In ferialibus verò diebus maxima eſt conſonantia Benedictini & Romani officij. In vtroque enim primo loco dicitur Pſalmum *Miſerere*, vt per ſingulos dies veniam peccatorum rogemus. De quo Caſſianus : *Per Italiam hodieque conſummatis matutinalibus hymnis quinquageſimus pſalmus in vniuerſis eccleſiis canitur*, *quòd non aliunde*, *quàm exinde tractum eſſe non dubito.* Nimirùm quòd, vt præmiſit, *in fine nocturnarum vigiliarum*, *quas poſt gallorum cantum ante auroram finire* Ægyptij Monachi *ſolent*, 50. *pſalmum & 62. & 89.* recitarent.

Caſſ. ſuprà.

Pauca excepta.
Apud Boër. in cap. 13. Reg. S. Bened.

Pro Pſalmo 2. & 3. Sanctus BENEDICTVS per ſingulas ferias carptim quoſdam elegit ex pſalterio, in quibus, vt Paulus Diaconus, & Bernardus Caſſinenſis annotauerunt, ſpecialis mentio fit Matutini temporis illuminationis, aut diluculi, & plerique etiam apud Romanos ad Laudes dicuntur, licet illi tertio loco ſemper dicant, *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* Deinceps verò cum Romano vſu prorſus conuenit : nam cùm pro vno pſalmo & Cantico Sabbato aſſignaſſet canticum Deuteronomij in duas, vt loquitur, diuiſum glorias, mox ſubdit : Nam *ceteris diebus canticum vnumquodque die ſuo de Prophetis*, *ſicut pſallit Eccleſia Romana*, *dicatur.* Et crediderim hanc ferè eſſe vetuſtiorem Romani officij citationem, quàm vix ante Sanctum BENEDICTVM legeris. Pergens verò, ait : *Poſt hæc ſequuntur Laudes*, id eſt pſalm. 148. cum duobus ſequentibus, vt dictum eſt. *Deinde lectio vna Apoſtoli*, id eſt, *Nox præceſſit*, &c. reliqua ex Breuiario clara ſunt.

Romani officio antiquitas.
Rom. 13.

Cùm autem hebdomadę dies S. Patriarcha hîc *Ferias* nominet explicanda breuiter eius vocabuli notio.

Quid feriæ.

Significant autem *Feriæ* tempus quo ceſſamus, aut vacamus ab operibus. Silueſter autem Papa Sabbati, & Dominici dici nomine retento, *reliquos hebdomadæ dies* FERIARVM *nomine diſtinctos*, *vt iam ante in Eccleſiâ vocari cœperant*, *appellari voluit*: *quo ſignificaretur quotidie clericos*, *abiectâ ceterarum rerum curâ*, *vni Deo prorſus vacare debere.* Ita Breuiarium Romanum.

Breu Rom. in Feſto S. Syluest.
Apud veteres.

FERIÆ autem apud veteres dicebantur dies feſti, à feriendis victimis, quæ tunc offerebantur, vt Feſto ſcriptum. Et inde Germanicum fieren / & Belgicum noſtrum vieren / feriari, diem feſtum agere. Quamquam Goropius ab igne, qui nobis vier / deducat, quia feſtis diebus ignes accendebantur, additque : Omnes itaque dies, aut potiùs omnes horæ nobis *Feriæ* ſint, ſemperque interno igne

Etymon à Germanis tractum.
Gorop. Hermath. lib. 7.

 flagre-

ORATORIVM.

flagremus, illius ſolius amore accenſi, qui ſe ſolum ex toto corde vult amari. Hoc ſibi cereorum flammæ, hoc lychni ſemper ardentes in templis volunt, hoc faces, hoc ignes diebus Feſtis fieri conſueti monent, vt nimirùm perpetuo illius amore flagremus, & ſurſum feramur, qui omnis lucis & caloris auctor eſt & conſeruator.

Cur ignes feſtis accendebantur.

DISQVISITIO III.

Quid circa minores diei Horas obſeruandum?

AB aurorâ ad diem, à crepuſculo ad ſolis ortum accedimus, vt illa explicemus officia, quæ ab Horarum numero denominata ſunt: *Primæ* ſcilicet, *Tertiæ*, *Sextæ*, & *Nonæ*, quibus addendum *Completorium*. Et has paruas horas ſolent nuncupare, maiores enim harum reſpectu ſunt Vigiliæ nocturnæ, Laudes, & Veſperæ; tum quòd harum officia ſint prolixiora, tum quòd plures habeant antiphonas: minores verò, vt Radulphus obſeruauit, dicuntur *ſub vnâ pſalmorum antiphonâ*. Imò in Ambroſiano officio non habent Antiphonas. Et Sanctus BENEDICTVS in minoribus congregationibus concedit in illis pſalmos dici directaneè ſine antiphonâ. Apud Ægyptios autem, vt annotauit Caſſianus, *exceptis veſpertinis ac nocturnis congregationibus, nulla per diem publica ſolemnitas celebrabatur*. Tertiæ enim, Sextæ, Nonæque officia, quæ in Palæſtinæ vel Meſopotamiæ aliiſque monaſteriis per diſtinctiones horarum, & temporis interualla cum admonitione compulſoris Domino perſoluuntur, hæc illi per totum diei ſpatium iugiter cum operis adiectione ſpontaneè priuatimque per cellulas celebrabant. Quod imitati Carthuſiani, Matutinam, Miſſam & Veſperas in Eccleſiâ canunt, Completorium verò & alias Horas in cellis.

Minores Horæ cur ſic vocatæ.

Radulph. propoſ. 10.

Olim non erant celebres.

Caſſian. lib. 3. cap. 2.

Carthuſ. part 1. Stat. antiq. c. 41. §. 24.

Eſt porrò paruis iſtis Horis commune, quòd tribus conſtent pſalmis, ſiue quòd à Primâ vſque ad Veſperas duodecim explcantur pſalmi, pro totidem diei horis; ſiue quòd per omnem Orientem, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ ſolemnitas ternis pſalmis quotidie finiretur, vt Caſſianus ait: Idem ſtatuit Iſidorus Hiſpalenſis, & Columbanus. Fuerunt verò, vt Caſſianus loquitur, quibus in ipſis quoque diurnis orationum officiis, id eſt, Tertiâ, Sextâ, Nonaque id viſum eſt, vt ſecundum horarum modum in quibus hæc Domino redduntur obſequia pſalmo-

Conſtant tribus pſalmis.

Iſidor. in Reg. Monach. c. 6. Reg. Columbo. c. 7. Caſſian. lib. 2. cap 2.

A rum etiam & orationum putarent numerum coæquandum: nonnullis placuit ſenarium numerum ſingulis Diei conuentibus deputari. Sed Aurelianus hunc numerum duplicauit.

Aurel. in Ord. pſallendi.

Vt autem ad particularia deſcendamus, quo primum tempore PRIMÆ officium in Eccleſiâ introductum ſit, hic paſſim auctores diſquirunt. Et quidem à S. BENEDICTO *Primam* expreſſè primùm nominatam tradunt. Rem ipſam præceſſiſſe certum eſt: tradit quippe Caſſianus ſuo B tempore, ſuoque in Monaſterio primitus inſtitutam alteram Matutinam orationem, diſtinctam ab illa, quæ Nocturnis ſubiungebatur vigiliis, & Laudes vocari ſolent, & nouam hanc Matutinam, quæ *Prima* noſtra eſt, tribus quoque ait pſalmis & orationibus celebratam. Sed vlteriùs quæras, an non ante Caſſiani tempora etiam *Primæ* officium fuerit in vſu. Adferunt nonnulli Clementis Romani locum, & Cypriani de oratione Dominicâ, Chryſoſtomi Homil. 59. ad C popul. Sed obſcuriora ſunt hæc teſtimonia, quæ ad Laudes Matutinas facilè poſſunt duci. Athanaſius tamen duplicis Matutinæ meminit orationis, diſtinguit namque orationem Matutinam, ſiue horæ Primæ ab eâ quæ diluculo fit. Cùm enim dixiſſet, *ſol oriens videat librum* (id eſt, Pſalterium) *in manibus tuis*, poſteà ſubiungit de oratione habendâ ſub noctis medium, & addit; *diluculò verò hunc pſalmum dicito: Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*, &c. Baſilius quoque vtriuſque D Matutinæ orationis mentionem facit, ac *Matutinum* quidem (tempus delectum eſt) *vt primi animi ac mentis noſtræ motus conſecrentur Deo*. Poſteà verò ſubiicit de horâ Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Veſperâ, & oratione, quæ primis noctis intendentibus fit tenebris, de tempore dimidiæ noctis, tandemque ait: *Poſt anteuertendum diluculum eſt, & ad orationem ſurgendum.* Quis hîc non videat omnes canonicas enumerari horas, principio ducto à *Primâ* vſque ad Laudes Matutinas?

Prima à S. Benedicto primùm expreſſa.

Caſſ. lib. 3. cap. 4.

Res tamen illo eſt antiquior.

Clem. lib 8. conſt. Apoſtol. c. 34.

Colligitur ex Patribus. Athanaſ. de Virgin.

Baſil. reg. fuſ. diſput. interrog. 37.

E Peculiare autem eſt Benedictino officio, quod per ſingulas ferias ad *Primam* diuerſos habeant pſalmos, cuius myſticam rationem tradit Honorius in gemmâ animæ. Cùm autem Romani pſalmum 118. quotidie ad paruas horas repetant, binos Octonarios pro vno pſalmo computantes, Sanctus BENEDICTVS Dominica & feria 2. eundem pſalmum expendit, pro ſingulis pſalmis ſingulos accipiens Octonarios, ſiue vt ipſe vocat *Capitula*. Reliquis autem per hebdomadam diebus ad *Tertiam*, *Sextam*, & *Nonam* ponit nouem

Benedictinus ſunt diuerſi pſalmi ad Primam.

Honor. lib. 2. c. 65. & ſeq.

Cap. 18.

ptimos

ptimos pſalmos ex Cantico Graduum.

Cur non habeant quotidie, Beati immaculati.

Cur autem multorum laudibus celebratum Pſalmum 118. noluerit quotidie repeti, hæ poſſunt eſſe coniecturæ. Prima, quòd pulcherrimum pſalmum, vt pluris fieret, noluerit quotidie repeti, ſicut pretioſiora ornamenta non ponuntur indies. Secunda, vitare voluerit illud, quod ex repetitione ſubnaſci poſſet, faſtidium, & nonnulla eſſet hîc variatio. Tertia, hoc pacto pſalmodiam reddiderit breuiorem, tum quia illi graduales pſalmi aliis diebus eſſent aſſignandi, adeoque pauciores potuiſſent diuidi in duas glorias: tum quod Romano more duo Octonarij pro vno computandi eſſent pſalmo. Voluit autem has Horas omnino eſſe breues, & videre eſt graduales hos pſalmos Octonariis illis verſuum numero ferè pares. Quarta, à beato Petro Damiani tradita eſt, *quod ad peragendum in Eccleſiâ Dei currentis officium, vterque pſalmus perpenditur concorditer inſtitutus. Nam prolixus ille pſalmus ſpecialiter gradientium iter non modò per myſticum dirigit Sacramentum, ſed in ipſâ etiam verborum ſuperficie* VIAM *frequentiùs ſonat: Canticum verò graduum eiuſdem viæ gradus perſpicui nominis expreſſione commendat.* An & hoc commendare voluerit, vt quotidie aſcenſiones in corde diſponentes, non modò viam mandatorum Dei ambulemus, ſed præſcriptos nobis humilitatis gradus aſcendere ſatagamus?

Aſſignantur variæ rationes.

Petr. Dam. opuſc. 10. c. 3.

Ceterùm de Agendâ Capituli, ſiue *Pretioſa*, ſequenti libro commodiùs tractabitur.

DISQVISITIO IV.

De Veſperis, & Completorio?

POSTREMAS dici horas hac diſquiſitione conſideraturis ſe *Primò* offert, earumdem cum primis congruentia & ſimilitudo. Veſperæ enim cum Matutinis Laudibus, quas diurnis horis accenſet Sanctus BENEDICTVS; Completorium cum Primâ magnam omninò habet conuenientiam. In Veſperis enim, vti & in Matutinis, expletis pſalmis dicitur Capitulum, Reſponſorium breue peculiaris vtrobique hymnus, Verſus, Canticum de Euangelio; in his *Benedictus*, in illis *Magnificat*, vtrobique altâ voce ſubiungitur Oratio Dominica. Completorium Benedictinum tribus æquè ac Prima conſtat Pſalmis. In vtroque officio dicitur *Confiteor*: Vtrumque lectionem habet breuem, Completorium in principio, Prima in fine, vt diei principium & finis ſimili quodammodo celebritate gauderet.

Congruentia Veſperarum cum Laudibus.

Completorij cum Prima.

SECVNDÒ, Vt de ſingulis ſeorſim dicamus. *Veſperæ* Ambroſio dictæ *hora incenſi*, aliis Patribus *Lucernaris*, vel *Lucernarium*, Græcis ἐπιλύχνιον. De quo officio cùm benè & plenè tractauerint Garſias Loayſa, Notis in Conc. Toletanum I. can. 9. & in Emeritenſe can. 2. Marcellus Francolinus, & ex noſtris Gazæus ad cap. 3. lib. 3. Caſſiani, & omnium exactiſſimè Hugo Menardus ad cap. 24. Concord. Reg. §. 2. manum hîc de tabulâ tollo, hoc tantùm adiiciens, probè à Menardo obſeruatum *Lucernarium* ſumi dupliciter: Primò, pro illâ precatione, in qua lumen accenditur ante Veſperas; Secundò, pro ipſâ veſpertinâ Synaxi, quæ à ritu luminis accendendi, antequam agatur, appellata eſt *Lucernarium.* Priori modo accipitur in Ambroſiano Breuiario, vbi poſito titulo ad Veſperas, dictoque Dominus vobiſcum, &c. mox ſubſequitur *Lucernarium*, quod eſt veluti reſponſorium breue, nam poſt duos verſus primus repetitur, & in his ſemper fit mentio illuminationis. Poſteriori modo accipitur ab Aureliano in Ordine pſallendi, vbi ſub Lucernarij titulo poſt Nonam Veſperas deſcribit, ſubiungitque Duodecimam, ſiue Completorium. Similiter ſumit Magiſter in Regulâ.

ORATORIVM Veſpera dicta Lucernarium

Ambroſ. l. 3. de Virgin.

Francol de temp hor. cap. 5, 12. & c. 17.

Cuius duplex ſignificatio.

Cap. 36. & 41.

TERTIÒ, quod pſalmorum in Veſperis ſpectat numerum, conſtat Legiſlatorem noſtrum, tam à priſco Ægyptiorum ritu, quàm à Romano diſcrepare. Illi enim duodecim, hi quinque decantant pſalmos, S. BENEDICTVS verò tantùm quatuor, ſiue quòd duodenarius ille pſalmorum numerus illi nimiùm videretur prolixus, minuſque cum aliis à ſe præſcriptis exercitiis conueniens: ſiue quod inſtitutæ à ſe Pſalmorum diſtributioni ita magis congrueret: adeoque tertiam partem Pſalmorum, quos veteres pſallebant Monachi, ſuis putauerit ſufficere; ſiue etiam quod in compenſationem reſiduorum pſalmorum ſucceſſerit Completorium, de quo nullâ apud Caſſianum mentio. Sanctus Petrus Damiani myſticam adſerens rationem. *In hoc*, inquit, *Veſpertinæ laudis officio per quatuor quos modulamur Pſalmos inſtruimur, vt erga quatuor virtutum cuſtodiam peruigiles excubemus.* Diſtantiam autem Monaſtici in Veſperis officij à Romano & Clericali, iam olim notauit Concilium Bracarenſe, relatum in Cap. *Conuenit*, vbi ſic legitur: *Placuit omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in Matutinis vel Veſpertinis officiis teneatur, & non diuerſæ ac priuatæ, neque Monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſticâ ſint permixtæ.* Quo loco, vt Radulphus obſeruauit, Matutinum officium appellatur, quod vocamus Laudes. Vtrobiq; ergo

Veſperæ conſtant quatuor pſalmis.

Rationes adferuntur

Myſtica. Petr. Dam. opuſc. 10. cap 4.

Differunt Veſperæ Monachorum à Clericorum.

De conſecrat. diſt. 5.

Radulph. propoſ. 14.

ORATORIVM.

ergo debet eſſe idem ordo pſallendi. *De Monachorum*, vt idem ait, *conſuetudine ideò dicit, quia in Benedictino officio ad Laudes ſunt quinque Pſalmi, & ad Veſperas tantùm quatuor.*

Pſalmi Veſperarum vnde incipiantur.

QVARTÒ. Quod ſpectat ipſos Pſalmos in Veſpetis dicendos per ſingulas ferias, notandum eos tam in Ambroſiano & Romano, quàm Benedictino officio inchoati à Pſalmo 109. *Dixit Dominus*. Pſalterium enim in duas diuiditur partes, vt notat Radulpbus, Prima protenditur vſque ad *Dixit Dominus* pro officio nocturnali: altera inde incipiens ad finem vſque progreditur, quamuis pro aliis horis aliqui ſint excerpti.

Radulph. propoſ. 10.

An in Feſtis dicendis de feriâ.

Reg. cap. 14.

Quæri hîc poſſet, an in Veſperis feſtorum 12. lectionum Pſalmi recitandi de feriâ, an verò de feſto? Nam cùm S. BENEDICTVS in natalitiis Sanctorum voluerit noctu legi Pſalmos, Antiphonas & Lectiones ad ipſum diem pertinentes, videtur id & in Veſperis, quæ non minus ſolemnes ſunt, pari ratione ſeruandum. Verùm cùm id in Regulâ expreſſum non ſit, vſu Ciſtertienſi, Carthuſiano, & Burſfeldenſi, dici ſolent ad Veſperas Pſalmi feriales. Quòd ſanè & Romanis olim vſitatum videtur, nam Radulphus ait: Pſalmi veſpertini quotidie ad pſalterij complementum continuari debent: ſaluo quod in Natiuitate Domini, de Apoſtolis, de ſancto Stephano in Antiphonatio Romano pſalmi cum antiphonis propriis babentur. Er quando Dominicales in bebdomadâ Paſchæ & Pentecoſtes, & in die Aſcenſionis perſoluuntur. Et alibi: Feſtiuitates, inqnit, aguntur Dominicali more', cum vtriſque veſperis. Ad priores Veſperas pſalmi feriales cum antiphonis ferialibus, ad ſecundas veſperas, omnes Antiphonæ de laudibus ſuper pſalmos feriales repetuntut: niſi feſtiuitas habeat ſpeciales, ſicut de Apoſtolis, & iuxta plurium vſum, de aliquibus aliis quidam ſeruant. Verùm in Monaſtico Breuiario Pauli V. auctoritate edito, in vtriſque veſpetis pſalmi ſunt Dominicales, ſiue de feſto, vt à Romaná Eccleſiâ, quàm fieri poſſet, minor eſſet diſtantia.

Sic eſt vſitatum quibuſdam.

Radulph. vbi ſuprà.

Etiam olim in officio Romano.

Propoſ. 18.

Nunc aliter ſtatutum.

De verſu, Dirigatur. *&c.*

QVINTÒ. Quod in Veſpetis Dominicæ & ſubſequentium feriarum, hymno ſubiiciatur hic verſus: *Dirigatur Domine oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo;* antiquam habet originem. Refert enim Clemens Romanus, fideles ſingulis diebus in eccleſiam Veſpere conueniſſe ad recitandum pſalmum 140. quod hodieque fieri in eccleſiis Orientis Lorinus ſcribit: in noſtris verò vice totius pſalmi dici ſecundum eius verſiculum, *Dirigatur Domine oratio*, &c. Chryſoſtomus quoque ait non temerè decretum à Patribus, vt pſalmus 140. diceretur quotidie, eſt enim *tanquam ſalutare aliquod pharmacum & peccatorum piaculum, vt quacumque ſordes aut maculæ fuerint à nobis toto die ſuſceptæ, dum vel in foro, vel domi vel quocumque alio loco verſamur, eas cùm ad Veſperum peruenerimus, per ſpiritale hoc carmen abſtergamus.* Sic ille. Sed à Veſperis ad *Completorium* accedamus. De quo,

Clem lib. 2 conſtit. Apoſt c. 59. *Pſalmus 140. olim celeberrimus.*

Lorin in pſal 62.

Chryſoſt. in pſal. 140.

Nomen Completorij primùm in Regulâ S. Benedicti.

SEXTÒ Notandum, eodem ferè modo atque de Primâ diximus, loquendum: nimirùm vocabulum ante non cognitum, primùm inueniri in Regulâ S. P. N. BENEDICTI, qui etymon eius ſatis indicat, videlicet, quod per illud totius diei curſus, & diuinorum officiorum pēſum compleatur. Vnde ipſe Legiſlator ait: *Omnes ergo in vnum poſiti compleant*. quod Smaragdus exponit, *Completorium cantent*. Sic & Fructuoſus: *Priuſquam compleant, liber legatur*. Et ſatis patet, quia mox in Regulâ ſequitur, *exeuntes è Completorio*, &c. In Regula cuiuſdam ad Virgines, Iſidoro, aliiſque dicitur *Completo*. Res ipſa autem S. BENEDICTO eſt vetuſtior: cuius ſcilicet expreſſe meminerit Baſilius, nam cùm de Veſperis dixiſſet, *Completo iam die pro iis omnibus, quæ in eo dato nobis fuerint, felicitérve nobis euenerint, gratiarum actio ſuccedet*, &c. poſteà ſubdit: *Tum autem primis ſe iam noctis intendentibus tenebris, ſequetur petitio, vt quies, quam ſumus capturi, inoffenſo & ab omni perturbatione ac vitio libero ſit.* Innuit & *Completarij* orationem Ambroſius, virginibus ſic ſcribens: *Solemnes orationes cum gratiarum actione ſunt deferendæ horâ incenſi* (id eſt Veſperarum) *cum denique cubitum pergimus*, en Completorium. De lectione autem *Collationis*, vt vocant, quæ Completorio immediatè præmittitur, infrà agendum erit.

Cap. 42.

In reg. c. 5.

Reg. Cuiuſ. cap. 6.

Sed res eſt antiquior.

Baſil reg. fuſ. diſp. 37.

Ambroſ. lib. de Virgin.

Pſalmi in eo ſemper iidem.

SEPTIMÒ, iidem in Completorio quotidie repetuntur pſalmi, tam in Romano, quàm in Benedictino officio, niſi quod illud ſecundo loco habeat ſex priores verſus pſalmi 30. *In te Domine ſperaui*, Quos S. BENEDICTVS omiſit, vt Completorium aliis paruis Horis æquaretur, & ſolemnitate Veſperis cederet. Quâ conſideratione crediderim ab eo etiam prætermiſſum canticum *Nunc dimittis*, & præſcriptum, vt pſalmi ipſi dicerentur in directum, vt tantò citiùs fratribus liceret cubitum concedere. Quod probatum video Radulpho, qui ſcribit, *Excellentiori vſu, pſalmi Completorij directanei ſunt cum Alleluia, & ad canticum Antiphona collocatur.*

Radulph. propoſ. 14.

Congruè dicuntur ante noctem.

OCTAVÒ, Tres illi Completorij pſalmi aptiſſimi prorſus quæ nocturnæ præmittantur

tantur quieti. In primo enim cum Chriſto A
Pſalm. 4.
quierem poſcimus, dicentes: *In pace in idſum, dormiam & requieſcam.* Io codem & iam inſinuatur veſpertinum conſcientiæ examen: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, In cubilibus veſtris compungimini,* & indeeſt quod ei præmittatur confeſſio generalis. Pſalmum verò 90. *Qui habitat*, ad Completorium neceſſariò dicendum, aſſerit Baſilius,
Baſil. reg. fuſ. diſp. 37. Hieron. Epiſt. de vit. pſalm.
& Hieronymus appellat *Orationem nocturni temporis*, quam etiam recitari vult horâ Sexta aduerſus dæmonium meridianum. Carthuſianus notat meritò recitari in Cõpletorio contra inſidias noctis, & tentario- B nes dæmonum. Vltimus pſalmus, *Ecce nunc Benedicite*, ob illum verſum potiſſimum
Pſal. 133.
dicitur, *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & Benedicite Dominum:* ſub noctem enim benedicendus Deus pro omnibus, quæ toto illo die nobis præſtitit beneficiis.

Denique addit S. BENEDICTVS, vt poſt A pſalmos dicatur *hymnus eiuſdem horæ, lectio vna, verſus, Kyrie eleiſon, & Benedictio.* De quâ Canones Aquiſgranenſes: *Vt Benedictio poſt Completorium à Sacerdote dicatur.*
ORATORIVM. De Benedictione quæ fine datur. Can. 48.
Aptè omninò: nam cùm Dauid exhortatus eſſet Leuitas, vt benedicerent Dominum, iiſdem præſcribit benedictionis formulam, dicens: *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.* Vt poſtquam ex proprio officio ſuo benedixerint Dominum, populi quoque memores eidem etiam *benedictionem* impertiant, aut ſanè hanc ipſe Propheta ſuis verbis omnibus appre- B catur. Atque hæc *Benedictio* vna eſt ex decem cauſſis, propter quas Turrecremata
Turrecrem. tract. 107. in Reg. S. Bened.
dicit vtile à Completorio non abeſſe, quod ſcilicet in illâ horâ quædam fiant, quæ effectum gratiæ conferant, ſicut eſt aſperſio aquæ Benedictæ, & *Benedictio Patris*, ſcilicet Prælati, quæ ad conſecrationem valet, ſecundùm illud Eccleſiaſtici: *Benedictio patris firmat domos filiorum.*
Eccli. 3.

TRACTATVS VIII.

DE QVIBVSDAM HORARVM PARTIBVS.

IVRNAM Horarum abſoluimus periodum; ſuperſunt minores quædam officij diuini particulæ, vel orandi formulæ, quæ in ſingulis propemodum occurrunt Horis. Eas porrò in hunc congeſſimus Tractatum, ne earum interpoſitâ explicatione Horarum interpolaretur conſequentia. Prima *proinde Diſquiſitio indagat, Quid Alleluia.* Secunda, *Cur Kyrie eleiſon Orationibus ſiue Collectis præmittatur?* Tertia, *Cur ante Collectam recitanda oratio Dominica, & in Laudibus & Veſperis altâ voce?* Quarta, *Cur nullam de Collectis ſiue Orationibus mentionem fecit* S. BENEDICTVS? Quinta, *Quid illud fiant Miſſæ?*

DISQVISITIO I.

Quid, & quibus temporibus dicendum Alleluia?

DVO hæc vt ſimul explicemus, dicendum primò de voce, quæ in ſacra Scripturâ, & præſertim in pſalmis non rarò occurrit. Omiſſis autem
Alleluia ſignificat Laudate Deum.
pluribus non ſatis aptis interpretationibus, norunt linguæ ſacræ periti ſignificare *Laudate Deum.* Vnde Dionyſius Areopagita:
Dionyſ. Eccl. Hier. c. 4. part. 3.
Porrò ſacrum diuinitus inſpiratorum Prophetarum melos, aiunt qui Hebraicè norunt, laudem Dei ſignificare, ſiue Laudate Dominum. Et Iu- C ſtinus Martyr: *Nos Deum*, inquir, *collaudantes, vtimur voce Hoſanna, & Alleluia; Alleluia autem, id eſt, collaudate concinnè.* Græcè ὑμνοῦσι μετὰ μέλους τὸ ὄν. S. verò Epipha-
Iuſtin. qu. 50. ad Orthodoxos.
nius morem hoc canticum in Eccleſia dicendi proueniſſe putat ex Aggęo Prophetâ, qui primus omnium cantauit *Alleluia*,
Epiph. lib. de prophet. vitâ & interitu c. 10.
cùm nouam templi ſtructuram vidit, idque ſecundum Tobiæ Prophetiam, qui de Ieruſalem ait: *Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius ſternentur, & per vicos eius*
Tobiæ 13. 22.

ALLE-

Digitized by Google

ORATORIVM.

A ALLELVIA *cantabitur*. Quin imò & Ioannes in cæleſti Ieruſalem audiuit vocem turbarum multarum dicentium, *Alleluio*. Etſi autem in Græcam Latinamque linguam hęc dictio transfundi potuerit, tamen propter ſanctiorem auctoritatem, Auguſtino teſte, integra manſit, dulcius enim in Hebraico ſuo fonte ſapit. Vnde Lindanus exponens titulum Pſalmi 118. ait, quamuis *Alleluio* ad verbum ſonet *Laudate Deum*, hoc tamen modo reddi non poſſe, nec verti debere: qui aliam, inquit, longè vim apud B Hebræos habet *Allelu-ia*, quam apud Latinos, *Laudate Deum*. hoc eſt enim exhortantis, vel excitantis ad Deo laudes reddendas: illud verò magis eſt præ gaudio & gratulatione acclamantis, & ex laude Dei exultantis, ouantis, ſiue potiùs iubilantis. Vim enim habet magis interiectionis, vt Latini Grammatici appellant, quàm verbi: hoc eſt, magis vehementem animi affectum ſonat, quàm rem aliquam nudam aut actionem. Sicuti & illud *Hoſanno*, Latinis quidem ſonat, *ſaluum fac, libera, ſalua*: C ſed emphaſi multò maiore dum aduerbiaſcit, ſiue potiùs dum interiectionis indolem induit, quemadmodum & videre eſt in illis voculis Latinis, Amabo, Sodes, Quæſo, & ſi quæ huiuſce generis alia: quæ aliter dum naturam Interiectionis ęmulantur, quendam affectum exprimunt, quàm ſi tamquam verba intelligantur, quę actionem aut paſſionem, aut aliud ſimile humanæ menti repræſentent. Huiuſmodi iudicium eſt de hâc voce *Allelu-jo*, quæ piorum Dei cultorum vſu indolem magis reſpicit Interiectionis, quàm verbi: vt D planè affectum aliquem verbis vix explicabilem exprimat in celebrandas Dei Opt. laudes erumpentis, exultantis, iubilantis. Scrarius quoque ait *Hallelu* valere. *Laudate*, non tamẽ ſimpliciter, ſed cùm quodã gaudij ſenſu, cum iubilo & cantu, cum lætitiâ & admodũ intensè, prout Hebraica etiam coniugatio ſecum adfert. Nomen verò *Iah*, vnum eſt ex decem Dei nominibus, vt ait Hieronymus. Id quidam à timendo, alij ab eſſendo deducunt, in quibus videtur S. Iuſtinus, qui vertit Τὸ ὄν. Lindanus verò citato loco, ſubindicat vocabulum IA Chriſto Dei filio tribui tamquam Creatori. Teſtatur enim Ioannes Apoſtolus, iſtud epinicion *Alleluia* Chriſto eccleſiæ ſponſo & Agno Victori fuiſſe à viginti quatuor Senioribus acclamatum. Huic ſuffragatur quod S. Hieronymus epiſtolâ quadam ad Damaſum data ſcribit: *Vbi autem Deus & homo honorabili voce decantatur, Allelu-IA ſemper cum omnibus pſalmis affigatur.*

Apoc. 19. *Non poteſt ſatis emphaticè in aliam verti linguam.* Auguſt. lib. 2. de doctr. Chri. cap. 10.

Magis vim interiectionis habet, quam verbi.

Quid Hallelu, Scrar. in Tob. 13. q. 2.

Quid Iah ſignificet. Hieron. epiſt. 136.

Apoc. 19.

Iam vt *Secundum* expendamus, quo nimirum tempore in officio dicendum, id S. A BENEDICTVS ita expreſſit. *A ſancto Paſchâ vſque ad Pentecoſten ſine intermiſſione dicatur* ALLELVIA, *tam in Pſalmis quàm in reſponſoriis.* Vetus hæc Eccleſiæ eſt conſuetudo iam inde ab Apoſtolico ſæculo vſitata. Nam Auguſtinus ait, *diebus Quinquageſimæ*, hoc eſt, à Paſchâ ad Pentecoſtem vbique cantari *Alleluia*. De alio verò tempore tradit varium fuiſſe morem Eccleſiæ, & S. Gregorius, *vt Alleluio hîc* (in Romanâ Eccleſiâ) *diceretur extra Pentecoſtes tempora, de* B *Hieroſolymorum Eccleſiâ ex B. Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditur tractum.*

Quando dicendum Alleluia.

Reg. cap. 15.

Auguſtin. Epiſt. 119. cap. 17. Idem epiſt. 86.

Gregor. lib. 7. Epiſt. 64.

Sed quid de reliquo tempore? S. Patrem audiamus: *A Pentecoſte*, inquit, *vſque ad caput Quadrageſimæ, omnibus noctibus cum ſex poſterioribus pſalmis tantùm ad nocturnos dicatur. Omnis verò Dominica extra Quadrogeſimã, Cantico, Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nonaque, cum* Alleluia, *dicantur*. Hîc autem quæras, cur vſque ad caput Qnadrageſimæ velit dici *Alleluia*, cùm Eccleſia Vniuerſalis illud intermittat in Septuageſimâ, nam vt ait C Leo IX. à Septuageſimâ quando lapſus protoplaſti in Eccleſiâ recitatur, *Alleluia* nouem hebdomadibus intermittimus, ſcilicet vſque in Paſcha: vbi Chriſtus reſurgens à mortuis triſtitiam noſtram in gaudium vertit, & Alleluia nobis reddidit. Mirè autem hîc ſe torquet Rupertus Tuitienſis, aitque aliquos (Ciſtertienſes credo) textum Regulæ ad litteram ſeruare. Sic autem loquitur: *Nam quia* S. BENEDICTVS *dixit vſque in caput Quadrageſimæ ſiue omni Dominicâ extra quadrageſimam, per horas* D *dicatur Alleluia, ipſi non obſeruant illud, quod Romana ſanxit, & vniuerſalis, præter eos, obſeruat Eccleſia. Videlicet vt à ſeptuageſimâ dimittatur Alleluia, ſed vſque in feriam ſecundam, ſiue Dominicam illam, quæ vocatur quadrageſima, pro eâdem ratione, quâ anteriores dicuntur, quinquageſimo, ſexageſimo, & ſeptuageſima, dicitur Alleluia; caput quadrageſimæ non aliud eſſe volentes, niſi iam dictam Dominicam, ſiue ſuccedentem illi feriam ſecundam.* Deinde verò iudicium ſuum ſubdit: *Mihi*, inquit, *omninò ſanius ac rationabilius videtur, caput Quadrageſimæ, ſeptuageſimam intelligere, quàm ab vniuerſalis Eccleſiæ ſanctâ verè & my-* E *ſticâ conſuetudine propter huiuſmodi dictionem recedere.* More ſuo deinde ſubnectit myſticas rationes, ob quas Septuageſima dici poſſet caput Quadrageſimæ, tandemque concludit. Quid igitur? *Numquid Spiritus ſanctus, quo & beatus* BENEDICTVS *plenus exiſtens, & Patres Apoſtolici ſine dubio aſpirati, tempora (ſicut iam dictum eſt, & meliùs quàm dicere aut intelligere poſſimus, ordinauerunt, mutabilis aut diuerſæ eſt intentionis, vt tibias ſua muſicæ perſtans, diſſonantiam iſtam in vnâ*

Cur ex præſcripto S. Benedicti dicatur vſque ad Quadrageſimam.

Leo de cõſecrat. diſt. 1. Cap. Si duo.

Rupert. lib. 2. In Reg. S. Bened. c. 13. *Reſponſio Ruperti.*

Qui Septuageſimã ſtatuit Quadrageſimæ caput.

Ibid. c. 14.

vna tantummoda fecerit de Alleluia, quibus temporibus debeat dici? Reuerà multò ſanius eſt, magiſque propter pacis chariatiſque cuſtodiam expedit, caput Quadrageſima (vt ſuprà iam dictum eſt) *Septuageſimam intelligere, quam Beatum* BENEDICTVM *diſſentientem ab Eccleſiâ Romanâ vſu diſſano demonſtrare.* Sic Rupertus, quem ſequi videtur Ioannes Durantus, citans enim Sancti BENEDICTI verba, *A Pentecoſte vſque ad caput quadrageſima*, id eſt, *vſque ad Septuageſimam*, omnibus noctibus cum ſex poſterioribus pſalmis &c. idem ante eum dixerat Turrecremata: vſque ad capur quadrageſimæ, inquir, id eſt, vſque ad Septuageſimam, in quâ more antiquorum erat principium & caput ieiunij.

Et alij cum illo.
Durant. lib. 2. de rit. Eccleſiæ c. 20.

Non rectè.

Sed nimiùm torta videtur hæc explicatio, nec ſcio an vſquam Septuageſima caput quadrageſimæ vocetur. Quare aliam ſolutionem inſinuat Rupertus; nimirùm non illicitè hac in parre à Regulâ recedi, quando eius faciendi S. BENEDICTVM liceat habere ſuffragatorem. *Nan ſimus*, inquit, *ita incauti adulatares cuiuſlibet Sancti, vt quaſi auctaritate eius diſſentiamus à ceteris, praſertim cùm idem ſapè dictus Pater de maioribusquoque licentiam dederit ordinandi aliser, quàm ipſe ordinauerit; exempli gratia cùm dicit: Quod ſi cui hac Pſalmorum diſtributio fortè diſplicuerit, ordinet, ſi meliùs aliter iudicauerit.* Hæc Rupertus, cuius argumentum, tãtò eſt efficacius, quòd nõ Abbatis vnius, aur paucorum iudicio hæc olim mutatio facta ſit, ſed ad totius Eccleſiæ fiar exemplum & conformitatem. Optimè enim Conuentus Aquiſgranenſis ſanciuit, *vt Alleluia in Septuageſimâ dimittatur.* Cuius decreti Smaragdus Abbas mentionem facit, dicens: *Quamuis beatus* BENEDICTVS *à Pentecaſte vſque ad caput quadrageſima cum ſex paſterioribus pſalmis iubeat ad nocturnos dicere Alleluia; placuit tamen Synada in Francorum regno congregata, vt ſicut Romana principes Eccleſia in ſeptuageſimâ dimittunt Alleluia; ita dimittant & Manachi, qui in eodem regno ſunt conſtituti.* Radulphus tamen Tungrenſis ait: *Benedictini autem & Ambroſiani ſeruant Alleluia vſque ad Dominicam Quadrageſima.* Et ſic etiam in nouiſſimo Breuiario Ambroſiano à S. Carolo edito legitur Sabbato ante Dominicam primam Quadrageſimæ, dimittendum *Alleluia*, & aſſumendum eius loco, *Laus tibi Domine.* Quod autem Benedictinos ſpectat, *Alleluia* retinuit Vſus Ciſterrienſis. Vnde eſt illa Abaelardi in S. Bernardum exprobratio: *Alleluia nec in Septuageſimâ communi Eccleſia more intermittitis, ſed vſque ad Quadrageſimam retinetis.* Retinuerunt, aut poſteà reſumpſerunt Burſfeldenſes.

Alia eiuſdem Ruperti ſolutio.

Qui ſtatuerint Alleluia in Septuageſimâ retinendum.
Concil. Aquiſgran. can. 30.

Radulph. propoſ. 16.

Quidam adhuc tamen retinuerunt.
Vſus Ciſt. cap. 10. & 13. Abaël. epiſt. 3.

Burſfeld. ordin. c. 5.

Sed quæras, cur S. BENEDICTVS Romanæ Eccleſiæ formam non fuerit ſecutus? Reſpondet Rupertus, quia quo tempore beatus BENEDICTVS Regulam ſuam ſcripſit, necdum ſic ordinata erant tempora in Eccleſiâ Romanâ, ſiue ſtationes, & ſacra totius anni officia, quæ beatus Papa Gregorius illuſtrium Patrum præclariſſimus, ac Deo dilectiſſimus, maximè ordinauit. Sic ferè ille. Et rectè quidem Nam Sanctus Auguſtinus inſinuat tantùm in quadrageſima intermitti *Alleluia*. Et Cõcilium Toletanum IV. *Cognouimas quoſdam Hiſpania Sacerdotes, qui in Quadrageſima diebus Alleluia decantant, quad deinceps interdicimus fieri, ſtatuenses vt in omnibus pradictis quadrageſima diebus (quia tempus eſt non gaudij, ſed mœroris) Alleluia non decantetur.* Et Iſidorus Hiſpalenſis, qui concilio iſti præſedit, ita ait: *In Africanis autem regionibus non omni tempore, ſed tantùm dominicis diebus, & quinquaginta poſt Domini Reſurrectianem Alleluia cantatur, pro ſignificatione futuræ reſurrectionis & lætitia: Verùm apud nos ſecundùm antiquam Hiſpaniarum traditianem, præter dies ieiuniorum vel quadrageſimæ, omni tempore canitur Alleluia Scriptum eſt enim, Semper laus eius in ore meo.* Ex quo colligitur, non fuiſſe vniuerſalem morem ſuſpendendi *Alleluia* in Septuageſimâ. Et videtur tantùm poſt S. BENEDICTI tempora in Eccleſiâ introductum. Nam de Gregorio Magno ita Romanum Breuiarium, *Conſtituit, vt extra id tempus, quod continetur Septuageſima & Paſcha,* ALLELVIA *diceretur.*

ORATORIVM
Cur S. Benedictus non ſit ſecutus vſum Romanum.

Auguſt. in Pſal. 110.

Conc. Tolet. 4. can. 11.

Quando in Hiſpaniis ſuſpenſum Alleluia.
Iſidor. lib. 1. de eccleſ. offic. c. 13.

Pſal. 33.

Quod aurem in Septuageſimâ intermittatur *Alleluia*, hanc Alcuinus noſter reddit rationem. *Ideò auctor officij noſtri Septuageſimam poſuit in officijs noſtris, vt hoc tempore à delicijs abſtinenda, oſtenderemus in noſtrâ canuerſatione, qualiter per amne tempus ſaculi viuere debeant, qui poſt baptiſmum peccatis ſe alienant à caleſti Ieruſalem. Nam quod poſt ſeptuaginta annos papulus de captiuitate reuertitur, quis non videat paſt eualuta tempora, qua ſeptenario dierum numera tranſcurrunt, etiam nobis, id eſt, Eccleſia Dei, ad illam caleſtem Ieruſalem, ex huius ſaculi peregrinatiane redeundum? Quapropter Alleluia illo tempore non cantatur apud nos, nec Gloria in Excelſis Deo, qua ſunt cantica caleſtia. Dicit enim Pſalmus: Quomoda cantabimus canticum Domini in terrâ alienâ?* Hæc ille. Sed piè & eruditè, atque adeò fuſè id expendit Sanctus Auguſtinus, ad quem, ne in myſterijs conſectandis fortè nimius videar, Lectorem meum remitto.

Cur in Septuageſimâ dimittatur.
Alcuin lib. de diu. off. cap. de Septuageſ.

Pſal. 136.

Auguſt in Pſal. 148.

Quærit autem Stephanus Durãtus, cùm *Alleluia* ſignificet *laudate Deum*, & nullo tempore laudatio Dei ceſſare debeat, cur à Septuageſimâ vſque ad Paſcha præmittatur? accedit, quòd eo tempore ſingulis

Cùm nunquam ceſſandum à laude.
Durant lib. 2. de rit. eccleſ. cap. 2.

ORATORIVM. Reſponſio Auguſtini. Auguſt. in Pſal. 106.

dicbus Eccleſia in diuinis officijs concinat, *Laus tibi Domine Rex æternæ Gloriæ:* quod nihil aliud eſt, quam *Alleluia.* Reſpondet verò ex Auguſtino dicente, quòd *Alleluia* nobis cantare certo tempore ſolemniter moris ſit, *ſecundùm Eccleſiæ antiquam traditionem, idque non ſine Sacramento. Et certis quidem diebus cantamus Alleluia, ſed omni die cogitamus. Sic enim hoc verbo ſignificatur Laus Dei, & ſi non in ore carnis, certè in ore cordis,*

Pſal. 33.

Semper laus eius in ore meo. Sic Auguſtinus. Ex quo inferas diebus Septuageſimæ cogitandum quidem *Alleluia*, non tamen can- B tandum, ne vt dicit Sapiens: *Muſica in luctu*

Eccli. 22. Amalar. l. 4. de Eccleſiaſt. offic. cap. 2.

importuna ſit *narratio.* Aliam porrò rationem ſuggerit Amalarius Fortunatus, quia cùm Latina lingua humilior ſit Hebræâ, admonemur nos debere informari ad humiliorem conuerſationem in tempore Septuageſimæ, quàm alio tempore.

De eius vſu extra diuinum officium.

Atque hæc de vſu huius vocis in diuino officio. Ceterùm coronidis vice ſubiungere nonnulla lubet de eiuſdem vſurpatione extra Eccleſiæ officia. Nam *Alleluia* altiùs decantato Moniales ad Syna- C xim conuocari ſolitas, Auctor eſt Hieronymus; qui etiam in funere decantatum commemorat; *Sonabant*, inquit, *pſalmi & aurata tecta templorum reboans in ſublime quatiebat Alleluia.* Olim quoque balbutientes infantes blæſo ore ſacrum illud melos ſubmurmurabant. Sic iterum Hieronymus loquens de Lætæ filiâ, *Quis crederet*, inquit, *vt Albini Pontificis neptis de repromiſſione Martyris naſceretur, vt præſente & gaudente auo paruulæ adhuc lingua balbutiens Chriſti Alleluia reſonaret?* Et inferiùs: *Cùm Auum viderit, in pectus eius tranſiliat, nolenti Alleluia* D *decantet.*

Hieron. in vitâ Paulæ. In Epitaph. Fab. Idem epiſt. 7.

Mira energia. Baron. anno Domini 429.

Sed miram quoque energiam cæleſte hoc canticum obtinuiſſe legimus. Refert enim Conſtantius Epiſcopus, & ex eo Baronius, Britannos preſſos ab hoſtibus, monitu S. Germani inclamantes *Alleluia*, inſignem de eis obtinuiſſe victoriam. Cùm enim omnes vnâ voce conclamarent *Alleluia*, hoſtile, ait, agmen terrore proſternitur, & ruiſſe ſuper ſe non ſolùm rupes circumdatas, verùm etiam ipſam cœli ma- E chinam contremiſcunt. Hæc vox, *Alleluia* cælitus quaſi aſpirata animauit olim Chriſti athletas ad Martyrium, acerbiſſimaque tormenta cum gaudio ſubeunda. Vide acta S. Felicis, Fortunati, & Achillei Martyrum. Publicam quoque lucem hac voce *ab Angelis auditâ, extinctam ſcimus ex Sancti Gregorij vitâ. Quin & illud addam, quod Sozomenus de Olympio Ethnico quodam Philoſopho refert. Hic cùm concubio noctis ſubaudiuiſſet Alexandriæ in templo Serapidis quemdam *Alleluia* cantantem, & foribus clauſis, & con- A ſtante quiete neminem conſpexiſſet, ſed tantummodo vocem audiſſet eundem pſalmum modulantem, præſagium intellexit Serapidis templum in Eccleſiam Chriſtianorum conuertendum.

Animat SS. Martyres. Sur. 23. April. Sozomen. lib 7. c. 15. Boni euentus index.

Non abſimile eſt quod Franciſcus Aluarez in Æthiopicâ legatione refert ad Torretanam ditionem Cœnobium viſi Religioſorum, *Alleluia*, ab hoc euentu nuncupatum. Aſceta vixerat in viciniâ vigilijs, ieiunijs, & orationibus aſſiduè vacans; is à beatis mentibus in cœlo audierat ſæpiùs ingeminari *Alleluia* B ſuauiſſimo concentu, eaque voce ad præfectum Monaſterij relatâ, illi auctor extitit Monaſterij tum inchoati hoc nomine appellandi, vt *Alleluia* diceretur. Atque hæc ſatis de vnâ hâc voce.

Aluar. c. 43. Monaſteriũ Alleluia dictum.

DISQVISITIO II.

Cur Kyrie eleiſon *Orationibus, ſiue Collectis præmittatur?*

Regi. cap. 9. Ritus dicendi Kyrie eleiſon antiquus.

PECVLIARE etiam noſtris temporibus C Benedictino officio eſſe videtur, quod omnes horæ per *Kyrie eleiſon*, ſiue vt Sanctus BENEDICTVS vocat, *Litaniæ ſupplicationem*, terminentur: quod Romana Eccleſia tantùm in ieiuniorum diebus facit. Sed ritum hũc Monaſticum eſſe antiquum, & officio congruentem, facilè erit oſtendere. Videtur enim Sanctus BENEDICTVS hunc ritum ex Ambroſiano didiciſſe officio, nam Radulphus Tungrenſis ait: *Ambroſianum quotidie in paruis horis dumtaxat poſt Lectiunculam, quam Capitulum dicimus, habet Reſponſorium breue, Verſiculum, Kyrie eleiſon* D *ter, Pater noſter, cum precibus & Collectâ. Benedictinum autem ſimiliter habet ad omnes horas: ſed ad paruas nullum dicit Reſponſorium.*

Radulph. propoſ. 14. Propoſ. 20.

Et rurſus agens de officio B. Mariæ, *Laudabili*, inquit, *more in hoc officio fiunt quadam ſuppletiones, vt quia in Ambroſiano & Benedictino ad horas dicitur Litania, Kyrie eleiſon, (quam quotidie tantùm in Completorio & Primâ dicimus.) Ideò in hoc officio ſuppleatur, vt ad paruas horas more Benedictino poſt Capitulum abſque Reſponſoriolo dicatur verſiculus, & ad ſin-* E *gulas horas ante orationem dicatur Romano more Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, Dominus vobiſcum.*

A Romanâ Eccleſiâ olim obſeruatum. Conc. Vaſenſ. can. 2.

Sed & Romanos olim eundem hunc ſeruaſſe ritum, ex Scriptoribus colligi poteſt. Nam de Matutinis Laudibus & Veſperis ita Concilium Vaſenſe II. ſub Leone Magno celebratum, ait: *Et quia tam in ſede Apoſtolicâ, quam etiam per totas Orientales atque Italiæ prouincias, dulcis & ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, vt Kyrie eleiſon frequentiùs cum grandi affectu, ac compunctione dicatur, placuit etiam nobis, vt in omnibus eccleſijs noſtris iſta conſuetudo ſancta, & ad Matutinum,*

tutinum, & ad Miſſas, & ad Veſperam, Deo propitiante intromittatur. Sic ibi. Idipſum

Amalar. lib. 4. de eccleſ. offic. c.23.

clarius probatur ex Amalario dicente: *Habemus ſcriptum in Romano Ordine, vt non dicatur Kyrie eleiſon, ſiue Christe eleiſon ad vllum curſum in memoratis diebus* (infrà Octauam Paſchæ) *ſed ſine retractatione cantemus: Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in eâ.* Ex quo ſequitur, alijs diebus dici ſolere: prout in Benedictino præſcribitur officio.

Ratio cur præmittatur orationi Dominicæ.

Alibi verò idem Amalarius oon taotùm notat omnibus peractis officijs ſequi *Kyrie eleiſon* ante orationem B Dominicam, vt & in matutinali & veſpertinali ſynaxi; ſed eius rei rationem quoque reddit,

Idem lib. 2. c. 6.

Quia, inquit, *ante omnem orationem ſpecialem Sacerdotum, neceſſe eſt præcedere miſericordiam Domini, propter tres cauſſas. Vna eſt, vt ſerenetur mens Sacerdotis ad ea intendenda quæ ore dicit: Altera, vt dignus ſit loqui Deo, quantum ad naturam humanam pertinet. Tertia, quod ſi tædio aliquo corporali affectus ſpiritus ſine mente orauerit, Dominus non in furore ſuo reſpiciat ſuper illum, ſed in iudicio miſericordiæ.* Et alibi ſcribit, C

Idem lib. de Antiph. cap. 1.

Kyrie eleiſon prologum eſſe ſolere orationis Dominicæ. Noo diſſimiliter Honorius

Honor. Gemma animæ lib. 2. cap. 61.

Auguſtodunenſis: *Kyrie eleiſon, Christe eleiſon ob tres cauſſas dicitur. Primò, vt ſuperflua cogitatio, quæ pſallentibus obrepſit, dimittatur: Secundò, vt ſequens oratio Sacerdotis exaudiatur: Tertiò, vt Dominica oratio quaſi quâdam præfatiunculâ ornata intentiùs dicatur.*

Benedictini rectè hunc ritum retinent.

Sed etſi nunc Romana Eccleſia illud intermittat, rectè tamen Monachi ex inſtitutione Sancti BENEDICTI frequentant, D

Cap. 12.

qui vocat *Litaniam*, vel *ſupplicationem Litaniæ*, id eſt, *Kyrie eleiſon.* Ex Miſsâ porrò Magni Baſilij patet *Litaniam* ſumi pro voce *Kyrie eleiſon*, in eâ enim habetur *Litania* prima & ſecunda, io quibos populus ad ſingulas pæne orationes reſpondet, *Kyrie eleiſon.*

Quoties Kyrie à quibuſdam dicatur.

Vnde Cluniacenſes, vt ſe audiſſe teſtatur Boerius, dicunt ſexies *Kyrie eleiſon*, & ter *Christe eleiſon*, atque ita nouies, vt in Miſſa. In Ambroſiano autem officio tertiò dicitur *Kyrie eleiſon* in matutinis poſt ſingulas Antiphonas pſalmorum: duodecies poſt hymnum ad Laudes, & aliàs ſæpius. E Cùm autem Monachi dicti ſiot ἱκέται, id eſt, *ſupplices*, minimè mirandum, ſi conueniat illis crebra & per ſingulas horas repetita ſupplicatio.

Cur Eccleſia retineat has Græcas voces.

Sed quid cauſſæ eſſe dicemus, quod Latina Eccleſia retineat Græcas has voces? Triplex occurrit ratio. *Prima*, vt declaretur in nouo teſtamento ab omni populo Deum benedici, eiuſque miſericordiam inuocari, nec vllam omninò eſſe diſtinctionem Iudæi & Græci, vt Apoſtolus

Rom. 10.

probat. In Synagogâ autem veteris legis A vnâ linguâ Deus laudabatur; quia vni tantùm populo peculiariter erat cognitus:

ORATORIVM. Pſal. 75.

Notus enim in Iudæâ Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Secunda, vt ijs linguis Dominum benedicamus, quæ io titulo Dominicæ crucis velut conſecratæ fuerunt. Ex Hebræâ enim linguâ cantamus *Alleluia*, & *Amen*; ex Græca, *Kyrie eleiſon*; Latinâ peragitur totum officium. *Tertia* huic loco propria: Quia preces in quarum capite *Kyrie eleiſon* collocatur, primùm Græci compoſuere, vt ait Iſidorus.

Iſidor. de eccl. offic. cap. 9.

B Quantæ autem virtutis hæc Græca verba ſint, diuinitus oſtenſum eſt.

De efficacia Kyrie eleiſon.

Decantato enim *Kyrie eleiſon*, Henricus Auceps Hungaros vicit, vt tradit Krantzius. Refert quoque Matthæus Raderus, oculatus teſtis, locuſtarum agmina hac ſupplicatione fugata.

Krantz lib. 3. Metrop. Saxon. c. 8. Rader. not. ad Aulam S. cap. 14.

Sed plenum affectus, & dulcium lacrymarum illud eſt, quod Glaber de Sancto Henrico Imperatore pluribus refert, ſed compendio hiſtoriam accipe. Obſederat is Troiam Apuliæ vrbem, & acceptâ noo modicâ ab obſeſſis C clade, iurarat excidio oppidi eam ſe vlturum. Illi exſpectato nequidquam Græcorum auxilio, cum ſe premi & arctari ſentiunt, nouo belli genere expugnandum ſibi Imperatoris animum cenſuerunt. Innocentem puerorum turbam duce Monacho ac Crucem præferente, ad Cæſarem ablegant iuſſos lamentabili voce *Kyrie eleiſon* ingeminare. Audit ille, ſtupet ad inſolitam imbellemque paruulorum aciem, illacrymat, & infantium oratorum non tam eloquentiâ, quam lugubri cantu ſuperatus, D in has voces erupit: *Miſereor ſuper turbam*, oblituſque iniuriarum, in gratiam ciues certis conditionibus recepit.

Denique, vt hoc coronidis vice addam, à voce *Kyrie eleiſon*, Teutones deſumpſerunt ſuum **leyſſen**, quo natalitia deſignant cantica, in quibus crebrò repeti ſolet *leiſon*, & *Kyrie eleiſon*, vt in ſuo etymologico obſeruauit Kilianus.

Leyſſen vnde dictum.

DISQVISITIO III.

Cur ante Collectam recitanda oratio Dominica, & in Laudibus ac Veſperis altâ voce?

HORAS omnes B. BENEDICTVS concludi vult oratione Dominicâ, cum hac tamen diſtinctione, vt in Matutinis, ſiue Laudibus à Priore, ſiue Superiore altâ dicatur voce.

Reg. cap. 13.

Vtriuſque cauſſam hîc indagamus, cùm in Romano officio id noo niſi in ieiuniorum fiat diebus.

Oratio Dominica aliarum epilogus.

Quod autem oratio Dominica omnium horarum ſit epilogus, eam

 ratio-

ORATORIVM.

rationem tradit S. Hildegardis : *Quoniam Legiſlator noſter, orationem Dominicâ oratione pretioſiorem non inuenit, per quam diuinum ſeruitium terminetur.* Sic illa. Affirmans Sanctum BENEDICTVM non inſtituiſſe vt ſubſequeretur, prout modò fit, Collecta.

Durand. in Rat. diuin. offic. lib. 5. cap. 2.

Aitque Guilielmus Durandus, in primitiuâ Eccleſiâ poſt quamlibet horam altâ voce abſque aliâ oratione dictam fuiſſe orationem Dominicam, quod adhuc, ait, eccleſia Lateranenſis dicitur obſeruare. In officio quoque Mozarabico (vt teſtatur Eugenius Robleſius, ſingulis horis abſolutis adijcitur *Pater noſter* altâ voce. Sanctus BENEDICTVS verò tantùm in Matutinis Laudibus, & Veſperis dici voluit alta voce, cui cõforme videtur Statutum Concilij Gerundenſis anno 517. celebrati, in quo ſic præſcribitur : *Ita nobis placuit, vt omnibus diebus poſt matutinas & veſpertinas oratio Dominica à Sacerdote proferatur.* Intelligit autem Durandus & Nauarrus ex huius Concilij Statuto in fine ſingularum horarum orationem Dominicam dici debere, quod mihi non videtur. Quod verò ait, *poſt Matutinas*, id Gauantus interpretatur de fine Nocturni, ſiue Matutini, ſi diuidatur à Laudibus. Exiſtimem verò Concilium intelligere Matutinas, eodem quo Sanctus BENEDICTVS modo; Laudes nimirum, Vigilias nocturnas ſubſequentes, & quæ cum veſperis magnam habent ſimilitudinem. Iam quod deinceps dicitur : *Oratio Dominica à Sacerdote proferatur*, non de ſecretâ huius orationis pronuntiatione, quæ poſt Collectam fit, accipiendum puto; ſed de publicâ, quæ elatâ voce, nam illa ſecreta dicitur ab omnibus, non à ſolo Sacerdote. Crediderim proinde eodem modo hoc à Concilio præſcriptum, quo id factum à S. BENEDICTO, qui voluit dici à Priore, cuius nomine hîc Abbas intelligitur. Suo id tempore in Monaſterio Caſſinenſi in diſſuetudinem abijſſe, ait Bernardus Caſſinenſis, additque Boërius : *Hebdomadarius hanc orationem apud nos dicere conſueuit.*

Robl. de vit. Franc. Ximen. c. 24.
Dicitur altâ voce in Laudibus & Veſperis.
Gerund. can 10.
Durand l. 5. ration. diuin offic. cap. 2. nu. 6.
Nauarr de orat. & hor. can. cap 10. num. 16.
Gauant. Comment. in rub. breuiar. ſect. 5. cap. 1. nu. 3.
Explicatur locus Conc. Gerundenſis.

Duplex huius inſtitutionis cauſſa.
Durand. l. 5. cap. 3. num. 34.

Sed cauſſas inſtitutionis huius videamus, & quidem Durandus duas reddit, quarum *prior eſt propter ſimplices, qui eam non intelligunt aut obliuiſcuntur. Poſterior, propter verſutos, qui ſpinam odij gerentes in corde, fratres odiunt, nolentes dicere : Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc igitur dicere compelluntur in publica, vt purgentur ab illo vitio, tam in fine noctis, id eſt, matutinis Laudibus, quàm in fine diei, id eſt, Veſperis, vt noctem aut diem non pertranſeant ſine reconciliatione fratris. In alijs autem horis non dicunt ſublatâ voce, quia ſæpè contingit fratri fratrem iraſci, & quodam furoris impetu commoueri, qui licet ſtatim animum non cohibeat, exſpectandus tamen eſt ad veniam, ſufficit enim ſi ſol non occidat ſuper iracundiam eius.* Sic ille. Cuius poſterior tantùm cauſſa menti Sancti BENEDICTI reſpondet. Neque enim tam ignari ſunt Monachi, vt publicâ illâ recitatione orationem Dominicam addiſcere debeant, qui ſoliti totum pſalterium memoriæ commendare. Sic enim dicere liceret & vniuerſo clero altâ voce recitari *Pater noſter* in Quadrageſimâ & diebus ieiuniorum, imò toti Eccleſiæ quando cantatur in Miſſâ ante communionem. Clarè autem ſe explicat Legiſlator : Planè agenda matutina, *vel veſpertina non tranſeat aliquando, niſi in vltimo ordine Oratio Dominica omnibus audientibus dicatur à Priore, propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri ſolent, vt conuenti per ipſius orationis ſponſionem, quâ dicunt, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab huiuſmodi vitio. Ceteris verò agendis vltima pars eius orationis dicatur, vt ab omnibus reſpondeatur : Sed libera nos à malo.* Propter animorum ergo concordiam Dominica recitatur oratio, vnde Gemma animæ agens de Miſſæ ſacrificio, ait : *Ideò Pater noſter altâ voce cantatur, vt communicaturi alterutrum offenſas dimittenda per pacem reconcilientur.*

Prima rejicitur.
Cap. 13. Reg.
Verba S. Benedicti pro hoc ritu.
Gemma animæ lib. 1. cap. 108.

Illuſtrantur. Primò.

Sed vt Sancti BENEDICTI verba nonnihil illuſtremus, PRIMÒ, ait recitandam Orationem Dominicam *propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri ſolent.* Quo loco *Scandalum* non accipitur pro offendiculo, & occaſione ſpiritualis lapſus aut ruinæ, ſed pro diſſenſione, iurgio, rixâ, vt ſatis innuunt ſequentia, *purgent ſe ab huiuſmodi vitio*, iracundiæ nimirum, rancoris, contentionis & diſſidij. Et hâc notione ſumunt ſcriptores. Gregorius Turonenſis : *Orto iterum inter Reges ſcandala*, &c. Clariùs alibi : *Nam hi perpetrata ſcelere, ad Burdegalenſem ciuitatem venientes, orta ſcandalo vnus alterum interemit.* Capitulare Caroli Magni : *Si in hoſte, aut infra regnum noſtrum litigatio aut ſcandalum inter quaſcumque perſonas; videlicet maiores aut minores ortum fuerit.* Ferreolus de Monachis qui diſcordes fuerant : *Quibus poſt longum ſcandalum pacificare in occulto non liceat, ſed ſit earum reconciliatio publica, quorum fuit diſcordia manifeſta.*

Quid hîc ſcandalum.
Greg. Turon. hiſt. Franc. lib. 3 cap. 6.
Idem lib 5. cap 10.
Lib. 1. Capit. tit. 89.
Reg Ferr. cap. 19.

SECVNDÒ, *ſcandalorum ſpinas* dixit, nam etiam illæ in agro dominico oriuntur, & inter fratres iurgia pullulant. Homines enim ſunt, & humana patiuntur. *Deiferi quidam ſanctorum Patrum dixerunt*, inquit Leontius, *Angelorum quidem eſt nullatenus litigare, ſed in omnimodâ & perpetuâ pace conſiſtere : hominum verò eſt altercari quidem, ſed ſtatim reconciliari : dæmonum autem*

Secundò, Homines ſubinde iraſcuntur.
Leont in vitâ Ioan. Eleem. cap. 14.

eſt liti-

eſt litigare, & totum diem tranſire irreconciliatos.

Tertiò, Quid, cõuenire.

TERTIÒ, ſubijcit S. Legiſlator: *Vt conuenti per ipſius orationis ſponſionem.* Vbi *conuenire* idem eſt, quod interpellare, in ius vocare. Nonius Marcellus: *Conuenire, interpellare.* M. Tullius: *Non dubitat, quin ipſe, ſi Verrem conueniſſet, æquitate cauſſa, auctoritate ſuâ commouere hominem poſſit.* Lucillius:

Tull. act. 2. in Verrem.

Lucill lib. 29.

Hæc tu conuentus, *tela inſidiaſq; locaſti.*

Ioan. Eleëmoſynarij inſigne factum.

Leont. cap. 38.

Ita virum principem iram ſeruantem conuenit, & ad reconciliationem adduxit S. Ioannes Eleëmoſynarius: Cùm enim miſſam coram eo celebrans, perueniſſet ad illum ſermonem, quo dicitur: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, innuit domeſtico Patriarcha, vt taceret. Siluit ergo & Patriarcha. Et remanſit princeps ſolus, dicens verſum: *Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus* Et ſtatim conuerſus ſanctus, dicit ei manſuetâ voce: *Vide in quali terribili horâ quid dicas Deo.* Tanquam ab igne cruciatum ferens prædictus princeps, cecidit in faciem ad pedes ſancti, dicens: *Quæcumque iuſſeris Domine, faciet ſeruus tuus.* Et reconciliatus eſt inimico ſuo ex tunc cum omni veritate. Sic refert Leontius Epiſcopus. Conuenit & his verbis Moniales Hincmarus Remenſis, vt concordiam ijs perſuaderet. *Scitis*, inquit, *quia Regula, quam profeſſæ eſtis, propter ſcandalorum ſpinas, quæ oriri in Monaſterio ſolent, orationem Dominicam in Matutinis & Veſpertinis officijs, ita vt omnes illam audiant, à Priore orari præcipit, vt timentes conuenientiam, quâ dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, omnem rancorem de corde noſtro pellamus.*

Principem inimico reconciliat.

Flodoard. lib. 3. hiſt. Rem. c. 27.

Quid conuenientia.

Conuenientiam intelligit pactum, inquit Colueuerius, ſeu concordatum, aut iuridicam conuentionem. Reſpicit enim ad pactum orationis Dominicæ. Verùm ſignificantior eſt vox *ſponſionis*, quâ pactum hoc expreſſit Sanctus BENEDICTVS, & ante eum beatiſſimus Martyr Cyprianus, ita ſcribens: *Addidit*, inquit, *legem, certâ nos conditione &* SPONSIONE *conſtringens, vt ſic nobis peccata dimitti poſtulemus, ſecundùm quod & ipſi debitoribus noſtris dimittimus.* Quo reſpexiſſe diceres Sedulium, qui poëticè rem explicat & illuſtrat:

Sponſionis verbum ſignificãtius.

Cyprian in orat. Domin.

Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoq; laxemus: proprij nam cautio verbi
SPONDENTES *manifeſta tenet, grauinſque ſoluti*
Nectimur, alterius ſi ſoluere vincla negamus.

Notantur qui prætereunt, Sicut & nos dimittimus.

Sed vide hominum ſtultitiam & temeritatem. Fuêre enim nonnulli, qui cùm iniurias condonare nollent, ſtudioſè prætéribant illa verba, *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Quos ita perſtringit Caſſianus: *Cùm in Eccleſiâ hæc oratio* (Dominica) *ab vniuerſâ plebe concinitur, hunc locum taciti prætermittunt, ne ſcilicet ſemetipſos obligare potiùs, quàm excuſare ſuâ profeſſione videantur, non intelligentes quod fruſtra cauillationes has iudici omnium prætendere moliantur.* Probat etiam Salmeron, & ex eo Cornelius, recitandam hanc particulam, nec peccare eos qui dimittere nolunt, & illam dicunt.

ORATORIVM. Caſſia. collat. 9. c. 22.

Salmeron. to 5 tract. 11.

Quartò, tollenda diſſidia.

QVARTÒ, ex huius ſponſionis vi ſequitur, quod maximè optandum, *vt purgent ſe ab huiuſmodi vitio.* Incredibile enim dictu, quàm dedeceat & indignum ſit quorum in choro concordare conuenit voces, eorum corda & voluntates ab inuicem diſcrepare. Auguſtinus ſanè non veritus eſt dicere, Pſalmum amicitiam congregare, adducere in concordiam diſcrepantes, reconciliare inimicos. *Quis enim*, inquit, *vltra inimicum dicat eum, cum quo vnam ad Deum pſalmi emiſerit vocem? Ex quo intelligitur quia quod omnium bonorum maximum eſt, charitatem pſalmus inſtaurat, coniunctionem quandam per conſonantiam vocis efficiens, & diuerſum populum vnius chori per concordiam conſonâ modulatione conſociant.* Nam vt alio loco idem dixit: *Chorus Concordiam ſignificat, quæ in charitate conſiſtit.* Et: *Chorus laudat Deum; quando laudat eum pacata ſocietas.* Alibi: *Chorus eſt conſenſio cantantium. Si in choro cantemus, concorditer cantemus.* In choro cantantium quiſquis voce diſcrepauerit, offendit auditum, & perturbat Chorum. Idem porrò ſanctiſſimus Pater vel ex hoc capite quod Religioſi ſimul pſallant & orent, vrget, vt faciles ſint in condonandis iniurijs: *Si*, inquit, *inuicem ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes veſtras, quas vtique quantò crebriores habetis, tantò ſanctiores habere debetis.* Mox ſubdit: *Quæ non vult dimittere ſorori, non ſperet accipere orationis effectum.* Remiſſionem ſcilicet peccatorum, quam petimus dicendo: *Dimitte nobis debita noſtra.*

Auguſt. prolog. in explanat. pſal.

Pſalmus ad concordiam excitat.

Et chorus. Auguſt in tit. Pſal 87 Idem in Pſal 150. & 149.

Facilè condonandum.

Auguſt. in Reg. ſiue epiſt 109. c. 8.

Maximè dum legitur Oratio Dominica.

Auctor proinde fuerim Religioſis noſtris, vt dum hęc recitatur oratio, ſeriò & ex animo dimittant inuicem offenſiones, quæ ſubinde etiam in Religioſa congregatione, dum ſuo quiſque in ſenſu abundat, oriri ſolent. Nam vt S. Leo ait: *Dicentes, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, duriſſimis nos vinculis alligamus, niſi quod profitemur, impleamus. Si enim dimiſeritis* (inquit Chriſtus) *peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra, ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.*

Leo ſerm. 5. in quadrag cap. 4.

Matth. 6.

Inſtitutio hæc S. B. probata.

S. BENEDICTI porrò hanc inſtitutionem probaſſe & quodammodo confirmaſſe videtur

ORATORIVM. Lib 8. Reuel. S. Birgit, cap. 5.

detur ipſe Chriſtus in Regulâ Saluatoris apud S. Birgittam, vbi ita præſcribit: Omni die ſigno facto ad veſperas, ſorores conueniant ad inuicem, & primò dexter chorus legat vnum *Aue Maria*, & inclinans ſe alteri choro profundè, dicat: *Indulgete nabis propter Deum, & piiſſimam matrem eius Mariam, ſi vas verba, vel facta, ſigno, vel matu offendimus, nos enim, ſi in vobis eſt aliquod delictum cantra nos libentiſſimè dimittimus*. Et altero choro ſimiliter inclinante, & legente, veniamque petente; ſic accedant ad Veſperas.

DISQVISITIO IV.

Cur nullam de Collectis, ſiue Orationibus mentionem fecit S. BENEDICTVS?

MIRVM videri nonnullis poſſet S. BENEDICTVM, qui exactiſſimè diuini officij horas omoes, partes, rituſque deſcripſit, nuſquam expreſsè meminiſſe orationum, quæ *Collectæ* cõmuoiter ſolent appellari.

Collectarū vſus antiquus.

Exiſtimant proinde illas poſterioris eſſe temporis, nec tum fuiſſe in vſu, quod C præcedenti diſquiſitione Durandus aſſeruit.

Fuiſſe tamen antiquam conſuetudinem, vt in eccleſiaſticis conuentibus diceretur Oratio aliqua, ſatis conſtat ex Caſſiano dicente:

Caſſian. lib. 2. inſtitut. cap. 7.

Cùm autem is, qui Orationem collecturus eſt, è terrâ ſurrexit omnes pariter eriguntur. Fiebat autem hęc à Superiore, nam cap. 10. ait: *Nulla vax, abſque Sacerdotis precem cancludentis auditur*.

Breues erant.

Fuiſſe verò ſuccinctam inde colligimus, quòd Ægyptij Patres, vt ibidem dicitur, præceperint orationem *celeri fine can- D cludi, vt inſidiantis diaboli iacula, qua infligere nobis tunc præcipuè, cùm aramus, inſiſtit, ſuccinctâ breuitate vitarent*.

An certâ formulâ expreſſa.

An autem hæc oratio certâ fuerit formulâ expreſſa, an pro orantis arbitrio & affectu ad Deum directa, haud ſatis affirmare queo. Alios alibi habuiſſe cõpoſitas in hanc rem orationes, ſenſimque earum creuiſſe oumerum, auctor eſt Walafridus,

Walafrid. de reb. eccleſ. c. 22. *Quomodo à ſanctis Patribus introducta.*

quem de his ſuis differentem verbis iuuerit audire. *Oratianes*, inqoit, *quas Collectas dicimus, quia neceſſarias earum petitiones compendioſa breuitate colligimus, id eſt, conclu- E dimus, diuerſi auctores, vtcumque videbatur congruum, canfecerunt. Salebant enim non ſolùm inter officia Miſſæ, verumetiam in olijs arationibus conuenientibus, & collocutionibus, quo ceteris ad erant eminentiores, breui oratione apus cõcludere. Quod & in Sanctorum Patrum exemplis agnoſcimus, dum alij alias honorificentiæ cauſâ, orationes colligere poſtulabant. Et venerabilis Doctor Auguſtinus, in quibuſdam ſermonibus ſuis ad populum, ita terminauit locutianem, vt diceret extremo, Conuerſi ad Dominum.*

Sub finem Concionu.

(Habetur illa oratio in fine Enarrationum S. Auguſtioi in pſalmos, & annotatur, quòd eam poſt ſin- A gulos ſermones atque tractatus pſalmorũ dicere conſueuerit. Concluditur autẽ ſicut nuoc ſolent Collectæ: *Per Ieſum Chriſtum filium ſuum Dominum noſtrum.*) *Vbi intelligitur, oratione ſubiunctâ communem petitionem ad Dominum direxiſſe: ſicut etiam nunc ſolent Sacerdotes in concluſionibus nocturnæ vel diurnæ Synaxeas, orationes breues, id eſt, Collectas ſubiungere. Sunt enim tales, vt non alibi, quàm circa ſacrificij celebratianem, ſint dicendæ. Sunt verò alia, quibus & in afficia Miſſæ, & nan minus in alijs locis, poſſumus vti. Creſcente autem (ſicut B prædiximus) religionis cultu diuinæ, creſcebat etiam paulatim oratianum & officiorum Eccleſiæ compaſitia, multis & ex ſummâ ſcientiâ, & ex mediocri, & ex minimâ addentibus, quæ congrua rebus explicandis videbantur. Ideoque credimus Cõcilijs, Carthaginienſi & Mileuitano ſtatutum, vt preces & orationes à quibuſdam compoſitæ, niſi probatæ fuiſſent in Concilia, non dicerentur.*

Collectarū numerus ſenſim creuit.

In Concilio autem Carthaginienſi III. ita ſtatuitur:

Carthag. cap. 23.

Vt nemo in precibus vel Patrem pro Filia, vel Filium pro Patre nominet. Et cùm altari aſſiſtitur, ſemper ad Patrem dirigatur oratio. Et C quicumque ſibi preces aliunde deſcribit, nan eis vtatur, niſi priùs eas cum inſtructioribus fratribus cantulerit.

Debebant approbari.

Mileuitanum verò ita præſcribit:

Mileuit. cap. 12.

Placuit etiam & illud, vt preces vel orationes ſeu miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue Commendatianes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omninò dicantur in Eccleſiâ, niſi quæ à prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in ſynodo fuerint, ne fortè aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.

Collecta cõpoſita à S. Ambroſio.

Vtrique huic Synodo interfuit S. Augu- D ſtinus. Ambroſius quoque Epiſcopus, vt Gemma animæ habet, *Oratianes conſtituit*. Et in Miſſali Romano multæ ſunt illius, quas ſuis locis indicat Gauantus, Radulphus quoque ait: *Deus, qui ad principium huius diei*. Item: *Actianes noſtras*, & *Dirigere* eſſe orationes Ambroſianas. Gelaſius deinde Papa, vt habet Sigebertus, *Sacramentorum præfationes & Oratianes cautè & limato ſermonè fecit*.

Gemma animæ lib. 1. cap. 87. Comment. in Rubr. Miſſ. Rom. Radulph. propoſ. 14. *Et ab alijs.* Sigebert. 487.

Walafridus autem ait, *tam à ſe quàm ab alijs compaſitas preces, dicitur ordinaſſe. Galliarum eccleſiæ ſuis orationibus vtebantur, quæ ad- E huc à multis habentur. Et quia tam incertis auctoribus multa videbantur* * *incerta, & ſenſus integritatem non habentia, curauit B. Gregarius rationabilia quæque caadunare, & ſecluſis his, quæ vel nimia, vel inconcinna videbantur, campoſuit librum, qui dicitur Sacramentarum.* Ita Strabo.

* inſerta

Collecta dicta olim ad Horas Canonicas.

Quamuis autem citati auctores potiſſimùm de Miſſæ Collectis ſiue Orationibus agere videantur, eadem tamen de horarum orationibus accipienda ſunt. Nam quæ in Miſsâ recitatur Oratio, eadem ad horas canonicas dicitur. Exſtat verò Canon Concilij Agathenſis ſub Symmacho de Matutina-

Conc. Agathen. can. 30.

rum,

rum,vel Veſpertinarum Collectis, ita præſcribens: *quia conuenit Ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtudendum eſt, ſicut vbique ſit vt poſt Antiphonas, Collectiones per ordinem ab Epiſcopis vel Presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantentur diebus omnibus, & in concluſione Matutinarum, vel Veſpertinarum, & Miſſarum, poſt hymnos capitella de pſalmis dicantur; & plebs collectâ Oratione ad veſperam ab Epiſcopo cum benedictione mittatur.*

Cur S. Benedictus nõ meminerit.

Hoc verò Concilium cum ante cõditam B S. BENEDICTI Regulã anno 106. fuerit celebratum, & ante illud, vt vidimus, Orationum viguerit vſus, quæri poſſit, cur harum nullam S. Pater fecerit mentionẽ? Reſpondet S. Hildegardis: *In fine Nocturnarum, matutinarum, diurnaliumq́ue diuini ſeruitij horarum, poſt Kyrie eleiſon Dominicam orationem dicendam manifeſtat, vbi dicit: ceteris verò agẽdis, vltima pars eius orationis dicatur; vt ab omnibus reſpondeatur: Sed libera nos à malo, & ibi Collectam dicendam eſſe non oſtẽdit, quia dicto ſcilicet. Sed libera nos à malo: dicit, & ſic finiãtur vigiliæ nocturnæ. Et iterum: Et complctũ eſt. Et iterum.* C *Miſſæ ſunt, nulla Collecta deſignata, quatenus faſtidiũ orantibus tollatur, & ne præmiſſa oratio Dominica in neglectum ducatur, quoniã Orationem Dominicâ Oratione pretioſiorem non inuenit, per quam diuinũ ſeruitiũ terminetur.* Addit Perez ex Auguſtino orationẽ Dominicam talem eſſe apud Deum, vt ſi rectè & congruenter oramus, nihil aliud dicere poſſimus, quàm quod in illa eſt. Hæc enim oratio compendioſis verbis omnes ſpecies orationis continet. Mirum proinde non eſt S. BENEDICTVM D ſepoſitis alijs orationibus (de quibus generalis nondum per Eccleſiam increbuerat vſus) Dominicæ tantùm adhæſiſſe. S. quoque Cæſarius Arelatenſis in Regulâ Monachorum de diuino agens officio, & S. Aurelianus in ordine pſallendi, quem Regulæ ſuæ ſubiunxit, harum orationum, ſiue *Collectarum* non meminerunt. Iſidorus verò Hiſpalẽſis Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperas concludi vult *Oratione.*

Propter Orationis Dominicæ dignitatem & plenitudinem.

Perez in c.13. Reg.

Et alij nihil de Collectis tradiderũt.

Iſid. Reg. Monach. cap 6.

DISQVISITIO V.

Quid illud, Fiant Miſſæ?

S. Benedictus Miſſæ nomen à Caſſiano mutuatur.

NON ſemel de officij terminatione Legiſlator noſter agens, ait, *Miſſæ ſint*, &: *fiant Miſſæ.* Mutuatus eſt hanc phraſim, vt alias plures, à Caſſiano, apud quam frequẽtiùs occurrit vt: *Necdum benè finito pſalmo, in orationem procumbere feſtinamus, ad celeritatem Miſſæ quantocyus properantes.* Et capitis 13. hæc eſt epigraphe: *Quare poſt Miſſam nocturnam dormire non oporteat?* Rurſumq́ue: *Miſſa Canonica celebrata vſq́ue ad lucem, poſt hæc vigilias extendunt.* Et de ſerò veniẽte ait: *Quod* A *ſemetipſum admiſcere pſallentibus non auſus congregationis Miſſam ſtans pro foribus, præſtoletur.* Et cap. 8. *Contenti ſomno, qui nobis poſt vigiliarum Miſſam vſque ad lucis indulgetur aduentum.* Et paulò pòſt: *Niſi poſt vigiliarum Miſſam ſomni quantulumq́ gustauerit.*

Caſſian. lib. 2. cap. 7.

Lib. 3. c. 7.

Cap. 7.

ORATORIVM.

Verùm cum *Miſſa* vocabulum plures habeat ſignificationes, quærunt viri docti, quid in his Caſſiani locis, & conſequenter S. BENEDICTI, *Miſſa* ſignificet? Et quidem Petrus Ciaconius Caſſianum editurus, ex Vrbe de hâc voce Iacobũ Gretſerum conB ſuluit. Ille verò ſuum iudicium Alphonſo Salmeroni per litteras cõmunicauit, eiuſq́ue ſententiam requiſiuit. Tres verò hi viri longè doctiſſimi ſinguli hîc ſuas habent ſententias.

Quid ſignificet apud vtrumque.

Ex epiſt. Salmeron. to. 16 ſubiunctis.

PRIMÒ, Gretſerus, propriè *Miſſam* accipi pro ſacroſancto Euchariſtię ſacrificio contendebat, quod non minus noctu quàm luce olim offerri conſueuerit. Minùs ſanè probabiliter, nam vt Caſſianum tantiſper relinquam, non poteſt hæc explicatio omnibus S. BENEDICTI locis accommodari. C Nam cap. 17. non tantùm poſt Primam & Tertiam, ſed etiam poſt Veſperas, & Completorium, ait, *Fiant Miſſæ.* Notiſſimum autem eſt nec toties à S. Patre præſcribi offerendum ſacrificium, illudq́ue poſt meridiem celebrari non ſolere.

Gretſeri ſententia.

SECVNDÒ, Ciaconius *Miſſæ* vocem apud Caſſianum vſurpari vult pro diuini officij celebratione, quod olim Monachi die & nocte recitare ſolebant; pro quâ ſententiâ Salmeron addit: Principio putabam *Miſſam* rectè accipi iuxta morem Hebræum pro D ſacrificio ſpontaneo: at preces, & orationes, quæ Deo exoluuntur, per metaphorã aptè ſacrificia & oblationes vocari poſſunt, iuxta illud: *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* In Cõcilio Agathenſi c. 30. & citatur cap. *Conuenit*, ſtatuitur vt *in concluſione matutinarum, vel veſpertinarum Miſſarum poſt hymnos capitula de pſalmis dicantur.* Apud Græcos quoque ἀπόλυσις non tantùm miſſionem ſeu abſolutionem Liturgiæ, aut ſacrificij miſſæ ſignificat, ſed cuiuſcumq́ue officij & diuini cultus. Curopala- E ta: μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τῆς λειτουργίας καὶ τῶν ἑσπερινῶν. *Poſt abſolutionẽ Liturgiæ & Veſporarum.* Quare malè Iunius reſtrinxit ad ſolum ſacrificium, vertens: *Solutâ verò Liturgiâ.*

Petri Ciaconij.

Et Salmeronis.

Pſal 140.

De conſecr. diſt. 5.

Quid apolyſis apud Græcos.

TERTIÒ, Smaragdus noſter per *Miſſas* intelligit orationes officij, *quæ à nobis completa, Deo ſunt miſſæ: quia in illius honore ſunt celebratæ. Alter, oratione, id eſt, collecta, quæ in fine curſus à Sacerdote dicuntur, Miſſa, id eſt, Deo tranſmiſſa vocantur. A Sacerdote enim mittuntur, ſed à Deo excipiuntur. Hinc & Leuita, ſolemnitate aliquâ in Eccleſiâ celebratâ, eleuatâ voce;* Ite, Miſſa eſt: *populo clamat, hoc eſt, ſolemnitas eſt completa, & per Sacerdotis miniſterium iam Deo*

Smaragdi interpretatio de Miſsâ.

Smaragd. in cap. 17.

ORATORIVM. Et aliorum Commentariorum.

eſt miſſa. Hæc Smaragdus, quem ſequitur Bernardus Caſinenſis, dicens: *Orationes, quas in fine horarum dicimus, vel ſunt preces, oratio Dominica vel ſubſequens oratio ſpecialis ipſius horæ vel diei, cum cõcluſione debitâ Miſſæ nominantur. Vnde quod dicit:* Et Miſſæ fiãt, idem *eſt ac ſi diceret, poſt Kyrie eleiſon orationes fiant, quæ ad Dominum mittantur.* Eodẽ modo Turrecremata; *Miſſæ ſint*, id eſt, dicantur orationes, quæ *Miſſæ* dicuntur hîc à S. Patre, eò quòd in illis ad Deum expreſſè preces mittamus, dicentes: *Oremus. Omnipotẽs, ſempiterne Deus.* Vel: *Deus qui.* vel huiuſmodi. Similia habet Craesbeeck. Sed minùs vt videtur probabiliter; quia nihil, vt Perez annotauit, hîc præſcribitur dicendum, quod S. Pater proculdubio expreſſiſſet, prout expreſſit Kyrie eleiſon, & orationem Dominicam. Omitto plures ſentire tempore S. BENEDICTI collectas, ſiue orationes necdum fuiſſe in vſu; de quo proximè dictum.

Turrecr. in cap. 17.

Minùs probabilis.

Vera ſententia. Miſſa hîc ſumitur pro miſſione. Bellarm. l. 2 de Miſſâ c. 1.

QVARTÒ, probabiliſſimum eſt, & maximè genuinum, *Miſſam* accipi pro miſſione, ſiue dimiſſione, id eſt, abeundi facultate. Ita Salmeron citata Epiſtola. Bellarminus, Cuyckius & Gazęus ad librum 2. Caſſiani. Perez ad cap. 17. Regulæ. Mittere enim & miſſum facere ſignificare dimittere, ſatis vulgatum eſt, Et notæ ſunt militares miſſiones, vel honeſtæ, quæ emeritis ab Imperatore cõcedebantur; vel ignominioſę, cùm propter ſcelus inſigne ſacramento ſoluebantur, vel denique ob aliquam cauſſam.

Remiſſa pro remiſſione. Tertull. lib. 4. contra Marcion. cap. 18. Cyprian. l. de bono patientiæ. Idem epiſt. 10.

Remiſſam ſanè pro remiſſione Tertullianus extulit: *Diximus de remiſſâ peccatorum.* Quem imitatus eſt ſuo more Cyprianus: *Dominus*, inquit, *baptizatur à ſeruo, & remiſſam peccatorum daturus, ipſe non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere*, Idem: *Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſam, ſed reus eſt æterni peccati.*

Sacrificium quomodo dicatur Miſſa.

Viri autem docti Euchariſticum ſacrificium *Miſſam* dixere, vel quòd in eo cathecumeni poſt Euangeliũ, vel populus in fine dimitterentur, Diacono pronuntiante *Ite, Miſſa eſt.* Hac notione Miſſam à Caſſiano & S. BENEDICTO dici, Bellarminus aſſerit. Quare quod ille dixit *Vigiliarum Miſſa*, idem eſſe videtur atque dimiſſio fratrũ peractis vigilijs; & *Miſſa nocturna*, dimiſſio poſt celebratos nocturnos, cùm quiſque Monachorum dato ſigno ad cellulam ſuam reuertebatur, vt Gazæus annotauit. Quamquam & pro ipſo officio accipi inconueniens non ſit, vt alibi diximus.

Probatur noſtra ſententia.

S. verò BENEDICTVS ſeipſum ſatis explicauit. Nam quod aliquoties dixit, & *Miſſæ ſint*, id capite 9. dixit: *& ſic finiantur vigiliæ nocturnæ.* & cap. 12. *& completum eſt.* S. Gergorius, vt pleraſque Regulæ noſtræ retinuit phraſes, ita & hanc in Antiphonario feria VI. Paraſceues expreſſit: *Et fiant Miſſæ.*

A Vbi Pamelius ad marginem annotauit: Ex poſtremâ hac clauſulâ colligere eſt, cur *Miſſa* nuncupetur, nempe à dimittendo populo.

Corollariũ.

Coronidis loco, vt alios nonnullos auctores illuſtremus, lubet hîc ſubiungere quintam vocabuli *Miſſæ* interpretationem. Propoſuerat Salmeroni Gretſerus locum hunc Iſidori in Regulâ Monachorum: *In quotidianis officijs vigiliarum primùm tres pſalmi canonici recitandi ſunt, deinde tres Miſſæ pſalmorum, quarta Canticorum, quinta Matutinorum* B *officiorum. In Dominicis verò diebus, vel feſtiuitatibus Martyrum ſolemnitatis cauſſâ ſingulæ ſuperadijciendæ ſunt Miſſæ.* Hunc autem locum ita Salmeron interpretatur: In quotidianis Vigiliarum officijs, quæ noſtris tribus nocturnis reſpondent, tres pſalmos canonicos recitandos eſſe; (id eſt conſuetos & ordinarios) in quolibet nocturno, quibus decantatis cum ſuis Lectionibus & Reſponſorijs, quod per Synecdochen intelligi volunt, dabatur licentia abeundi. Cumque in ſingulis fieret miſſio, ex tribus Nocturnis C colliguntur tres *Miſſæ*, ſiue miſſiones. Quarta porrò Canticorum erat, hoc eſt, Laudũ, vt puto; quia Laudes maximè Cantica cõtinent. Sequitur officium Matutinorum, quod in Matutinâ, ſiue aurorâ celebratur, quam puto Primam apud nos appellari, quâ completâ fiebat quinta *Miſſa*, ſiue miſſio. poſtremò, quod addit Iſidorus, in officio diei Dominicæ vel in feſtiuitatibus Martyrum ſingulas alias adijciendas Miſſas, intelligo vel Tertiam, Sextam, & Nonam horas ſimul celebrari ſolitas, & vnâ miſſione terminatas, quod alijs diebus pro feſtis nõ ob- D ſeruabatur, vel præter illas quinque Miſſas iam explicatas, ſolitos fuiſſe conuenire ad templum ad orationem vel vocalem, vel mentalem ad aliquod tempus nocturnum, quo completo fiebat miſſio. Et quod ait ſingulas Miſſas ſuperadijciendas, intelligo alteram in Dominicam, alteram in Martyrũ ſolemnitatibus, quas alijs diebus ſeruare nõ conſueuerant. Hactenus Salmeron.

Quinta nominis Miſſæ interpretatio. Reg. Iſid. cap. 12.

Salmeronis ſententia de Miſſis S. Iſidori in Regulâ.

Putat eſſe miſſionem ab Horis Canonicis.

Reijcitur.

Sed, quod pace religioſiſſimi & doctiſſimi viri dixerim, videtur hæc nimis ad formam Romani trahere officij. Arbitror enim E Iſidorũ peculiare Monachis præſcripſiſſe officium, vti & S. BENEDICTVS, Cæſarius Arelatenſis, Aurelianus, & Columbanus fecerunt. Quare allegatum locum ita interpretor. *In quotidianis vigiliarum officijs primùm tres pſalmi canonici recitandi ſunt, deinde tres Miſſæ pſalmorum*, id eſt, tres lectiones tribus pſalmis reſpondentes. *Quarta Canticorũ*, hoc eſt, vt dicantur tria Cantica, quæ pſalmorum modo decantantur, ſicut S. BENEDICTVS pro tertio aſſignauit nocturno, quẽ forſitan voluit imitari. *Quintâ Matutinorum officiorum*, id eſt, poſt Cantica ſubijciatur officium

Iſidorus per Miſſas intelligit Lectiones.

ficium

ficium Matutinorum, id eſt Laudum; vti à Caſſiano, S BENEDICTO, Cæſario Arelatenſi, & Aureliano vox Matutinorum vſurpatur. *In Dominicis verò diebus, vel feſtiuitatibus Martyrum, ſolemnitatis cauſſa ſingula adijciendæ ſunt Miſſæ.* intelligo vt vel adijciatur vna lectio, ſiue de homilia Dominicæ, ſiue de paſſione Martyris, quæ *Miſſa* dicitur, vel vt ſex dicantur lectiones: quomodo S Cæſarius ait in Regulâ: *Omni Dominicâ ſex Miſſas facite.* Et Aurelianus: *Dominica anni tempore, & in æſtate & in hieme poſt nocturnos ſex Miſſæ fiant.*

Probatur noſtra aſſertio. Sed iam, vt id, cuius gratiâ hæc adducta ſunt, explicemus, probandum eſt apud hos auctores *Miſſam*, non dimiſſionem à Choro vel oratorio ſignificare, ſed lectiones, quæ ideo videntur *Miſſæ* dictæ, quod intermitteretur, ſiue tantiſper dimitteretur pſalmodia. vt *Miſſæ* hæ ſint, quaſi intermiſſæ. Nam

I. *Ex Iſidoro ipſo.* Iſidor orig lib. 6. c. 19. Iſidorus ait: *Lectio dicitur, quia non cantatur vt pſalmus vel hymnus, ſed legitur tãtum: Illic enim modulatio, hic ſola pronuntiatio quæritur.* Eſt ergo lectio quædam intermiſſio, & quies à pſalmodia: cum omnibus tacentibus & audientibus vnus legit, Hinc ipſis lectionibus immediatè præmittitur Abſolutio, quæ eſt velut pſalmodiæ abſolutæ cõcluſio & terminatio.

II. *Cæſario Arelatenſi.* Reg Cæſarij num. 20. Explanatio autem hæc erit manifeſtior, ſi aliorum Sanctorũ eodem modo loquentium verba expendamus. Cæſarius Arelatenſis in Regulâ Monachorum: *Vigilias à menſe Octobri vſq. ad Paſcha, duos nocturnos faciant; & tres Miſſas,* Quid autem illud ſit, explicando ſubdit: *Ab vnâ Miſſâ legat frater folia tria, & orate: legat alia tria, & leuent ſe.*

III. *Ex Magiſtri Regulâ.* Cap. 46. Confirmatur eadem explicatio ex antiquâ Regulâ Magiſtri, quæ habet: *Eo ordine* A *quo Miſſæ à Clericis celebrãtur, id eſt, cùm minor Clericus Apoſtolum perlegerit, ſequitur maior Diaconus Euangelia ſancta lecturus.* ORATORIVM.

IV. *Ex Ordine pſallendi S. Aureliani.* Similiter Aurelianus ad finem Regulæ de ordine pſallendi ait: *Ad librum facite Miſſas tres.* Si quæras quid hoc ſit? Audi ipſum ſe explicantem: *Vnus frater legat paginas, aut ſi ſi ſtimè tres, aut quatuor, quomodo menſura fuerit libri. Si minutè ſcriptus, aut minori forma ternas paginas, ſi minor quatuor & fiat oratio. Iterum legat tantum fiat alia oratio. Tertio legat idem tantum, & ſurgite.* Et mox: *Iterum legat alius frater &* B *ſic impletis tribus Miſſis, dicite Matutinos canonicas.* Idem ruſſus. *In natali Domini & in Epiphania tertia hora noctis ſurgite Dicite vnum nocturnum, & facite ſex miſſas de Iſaiâ Prophetâ. Iterum dicite ſecundum Nocturnum; & legantur aliæ ſex de Euangelia In Epiphania ita. In primo vnum nocturnum, deinde de Daniele Propheta facite illas ſex Miſſas & Nocturnos, & ita de Euangelio ſex. In Martyrum feſtiuitatibus tres aut quatuor Miſſæ fiant. Primam Miſſam de Euangelio legite, reliquas de paſſionibus Martyrum. Omni ſexta feria poſt duodecimam ſex Miſſæ ad* C *librum legantur, & poſt nocturnos tres.* *Et clariſſimè*

V. *Ratione.* Ex omnibus his locis non difficulter euincitur *Miſſas* apud hos auctores non ſumi pro dimiſſione a choro, moleſtiſſimum enim fuiſſet ſexies abire & redire ad diuinum officium, cùm quidam etiam dubitent, an diſtinctis interuallis ſinguli à ſe inuicem Nocturni & à Laudibus in Eccleſiâ Dei aliquando fuerint decantati. Si enim minus congruens humanæ videatur infirmitati ter quaterque in nocte ſomnum interrumpere, vel certè totam noctem inſomnem ducere, quantò difficilius fuiſſet crebriores à choro facere dimiſſiones?

TRACTATVS IX.

HOROLOGIVM,

SIVE

De Horarum Canonicarum, aliorumque Monaſticorum Exercitiorum tempore.

SAPIENTER *admodum dixit ſapientum rex, & regum ſapientiſſimus*: Omnia tempus habent: *Et*: Omni negotio tempus eſt & opportunitas. *Significans ſapientis eſſe, non confusè, ſed omnia ſuo agere & tempore & loco. Rectè Boetius:* *Omnia ſuo tempore agenda.* Eccleſ 3. Eccleſ. 8. Boet lib 1. de conſol met. 6.

Signat *tempora* proprijs
Aptans officijs Deus;
Nec quas ipſe coërcuit,

Miſceri

ORATORIVM.

Miſceri patitur vices.

Ambroſ. octoo. 4. in pſal. 118.

Canonicarum igitur Horarum officia, aliaque Exercitia Monaſtica conuenientibus exequenda ſunt temporibus. Nam vt Ambroſius ait, Scire quid facias, & ordinem neſcire faciendi, non eſt perfectæ cognitionis: offendunt plerumque præpoſtera. *Sanctiſſimus proinde Legiſlator noſter exactam volens in ſuo Ordine haberi temporum obſeruantiam, de diuinis officijs agens, ait*: Omnia horis competentibus compleantur. *Et de alijs exercitijs deinde ſubijcit*: Certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum: certis iterum horis in lectione diuina. *Eaſque horas minutatim ibidem aſſignat. Et alio loco ait*: Horis competentibus dentur quæ danda ſunt, & petantur quæ petenda ſunt, vt nemo perturbetur, neque contriſtetur in domo Dei.

Cap. 47. Cap. 48. Cap. 51.

Cur Oratorio adiunctum hoc Horologiũ.

Quemadmodum igitur templis addi ſolent turres, in quibus æs campanum ad conuocandum populum, & Horologium ad ſignificandas horas haberi ſolet; ita ne quid huic noſtro deeſſet Oratorio; *lubuit illi adiungere* HOROLOGIVM MONASTICVM, *in quo diuinorum officiorum, & regularium exercitationum tempora ad Legiſlatoris noſtri mentem deſignarentur*. Primò itaque *conſiderabimus, Quo modo veteres Horarum ſpatia agnouerint, & diſtinxerint?* Secundò, *Quâ ratione apud Monachos Horæ obſeruatæ?* Tertiò, *De quibus Horis loquatur* S. BENEDICTVS? Quartò, *Quâ horâ ad Nocturnas Vigilias ſurgendum?* Quintò, *Quæ aliorum officiorum tempora?* Sextò, *Quo tempore dicendæ Veſperæ, & Completorium?* Septimò, *Quot, & quibus horis vacandum Lectioni & Labori?*

DISQVISITIO I.

Quomodo veteres Horarum ſpatia agnouerint & diſtinxerint?

TRACTATVRI de ſtatis temporum interuallis, quibus Legiſlator noſter quotidiana Monachorum exercitia adimpleti voluit, rem altiùs repetentes, nonnulla præmittemus, quæ Horarum Horologiorumq; cognitionem concernunt. Vt autem varias vocis *Horæ* deriuationes atque etymologias prætereamus, notat Macrobius, Solem apud Ægyptios *Horum* vocatum, *ex quo*, inquit, *& horæ viginti quatuor, quibus dies noxq; conficitur, nomen acceperũt, & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur*. Obſeruatum verò à Ioſepho Scaligero, veteribus has diei partes, quas *horas* vocamus non fuiſſe ſtatim in vſu. ὥρα, inquit, tẽpus actuum quotidianorum notabatur, vt cùm dicebant, ὥρα δόρπου, ὥρα δείπνου. Latinis verò tempeſtas dicebatur. In legibus Decemuirum Atticis fuit: *Sol occaſus ſuprema tẽpeſtas eſto*. Idem cẽſeat de veteribus Hebræis, qui diei nullas partes, quàm mane, meridiem & veſperam norant: & ita dies diuiditur Pſalmo LV. commate 18. Arabibus, Perſis, & reliquis Orientis gentibus non horologijs, ſed naturalibus matutini, meridiani & veſpertini temporis interuallis diem notare etiam hodie cõſuetudo manet. Plinius quoque ſcribit ſerius Romæ poſita horologia. *Duodecim tabulis*, inquit, *ortus tantùm, & occaſus nominatur, Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo Conſulum id pronunciante, cùm Curio inter roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet talem ſolẽ. A columnâ aneâ ad carcerem inclinato ſidere, ſupremam pronuntiauit. Sed hoc ſerenis tantum diebus vſque ad primum Punicum bellum*. Scaliger rurſus: Diem, id eſt, τὸ νυχθήμερον, in viginti quatuor horas partiri, & Græcorum eſt commentũ, & longè poſt tempora Solonis in Heliotropijs Græcorum notatum, & tandem ſub Romanorum imperio ad Iudæos à Romanis tranſlatum. Addit Matthias Martinius: Certum eſt, neque Platonis, Ariſtotelis, & æqualium ſæculo, neque aliquanto poſt tempore has diei partes, quas *horas* vocamus, fuiſſe in vſu. Quare vocabulum ὥρα in antiquorum illorum ſcriptis illâ notatione legi non potuit. Ideo Pollux lib. 1. voces recenſens, quibus diei noctiſque partes deſignantur, dictionis ὥρα non meminit.

Hora etymon.

Macrob. lib. 1. c. 21.

Scalig. de emendat. temp. lib. 1.

Priſci non per horas diem metiebantur.

Sed tribus interuallis.

Plin. lib. 7. cap. 60.

Scalig lib. 1. de emendat. temp.

Quando, & a quibus dies in 24. horas ſectus.

Martin. in diction. Philolog. v. hora.

Iam vt de horologijs, ſiue eâ ratione quâ tranſacta horarum ſpatia cognoſcebant, ſermonem inſtituamus, videntur olim ex corporis vmbrâ horarum collegiſſe menſuram. Heſychius explicans ἑπτάπους σκιά, docet, veteres pedibus vmbras dimenſos, ex ijs *horas* cognouiſſe. Ideo tempus cœnæ nominantes modò hanc, modò illam pedum menſuram nominabant. Certam enim horam

Ratio metiendi horas ex vmbrâ corporis.

ram non habebant, ſed, prout cuique libitũ erat, maturius, tardius inuitatos adeſſe iubebant. Decem pedum στοιχεῖα multi meminerunt: atque ea quidem maximè ordinaria procurãdo corpori hora fuit. Pollux: *Ex vmbrâ,* inquit, *conijciebant tempus eundi ad cœnam, quam & στοιχεῖον vocabant, & feſtinare oportebat, cùm decem pedum ſignum eſſet.* Hinc Venerabilis Beda libello de menſurâ, horologij methodum deſcripſit, quâ ſingulis menſibus ex numero pedum, quem habet vmbra humani corporis, colligatur quota ſit diei hora. Idem porrò accuratiùs poſtea ab alijs præſtitum.

Pollux lib. 6. cap. 8.
Beda to. 1.

De Machinâ verò, ſiue inſtrumento quo horæ dignoſci poſſent, ita Plinius: *Vmbrarum rationem, & quam vocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri diſcipulus; primuſque horologium, quod appellant ſciotericon, Lacedæmone oſtendit.* Sed falli hunc auctorem, docet Cornelius à Lapide. Meminit enim Scriptura *horologij Achaz*, id eſt, iuſſu Achaz, Patris Ezechiæ conſtructi. Achaz autem ducentis pænè annis præceſſit Anaximenem. Horologia hæc dicta ſunt *Solario*, quod ſole ſplendente, ſtylo vel pinnula vmbram faciente, horas denotent. hinc lepidè apud Plautum Paraſitus:

Quis Horologium inuenerit.
Plin. lib. 2. cap. 76.
Cornel. in c. 38. Iſaiæ v. 8.
Dicta Solaria.
Plaut. in Boetia.

Nam me puero vterus hic erat ſolarium
Multo omnium iſtorum optimum, & veriſſimum,
Vbi iſte monebat eſſe, niſi cùm nihil erat.
Nunc etiam quod eſt, non eſtur, niſi ſoli lubet.
Itaque adeò iam oppletum eſt oppidũ ſolarijs.

Cùm autem ſolaria hæc ſtatuerentur in publico foro, ſiue alio loco; oportebat ad cognoſcendas horas illò ire; propterea, vt Caſaubonus obſeruauit, in beatorum ædibus vnius ſeruorum propria & peculiaris cura fuit, horas obſeruare, & nuntiare. Dictus hic Athenæo, λαβάργυρος ὡρολογητής, *Mercenarius horarum nuntiator.* De eodem ſignificandi horas officio Martialis:

Serui habebant qui horas nuntiabant.
Caſaub. ad lib. 9. Athenæi c. 17.
Athen. lib. 9. cap. 17.
Martial. l. 8. epig. 68.

Horas *quinque puer nondum tibi nuntiat, & tu*
Iam conuiua mihi, Cæciliane, venis.

Sed nemo non videt moleſtam & perdifficilem fuiſſe hanc agnoſcendarum horarum rationem: nubilo enim cælo horæ declarari non poterant. Succeſſerunt proinde aquatilia, vnde Cicero: *Quid igitur,* inquit, *cõuenit cùm ſolarium vel deſcriptum aut ex aquâ contempleris, intelligere declarari horas arte, non caſu.* Alibi vocat *Clepſydram.* Caſſiodorus deſcribit: *Horologium, vbi ſolis meatus ſine ſole cognoſcitur, & aquis guttantibus horarum ſpatia terminantur.* De inuentore verò ita Plinius: *Scipio Naſica collega Lænati, primus aquâ diuiſit horas æquè noctium ac dierum. Idque horologium ſub tecto dicauit, anno vrbis D. XCV.* Vitruuius verò ait horologium ex aqua Cteſibium Alexandrinum primùm reperiſſe. Quemadmodum verò ex eo quòd aqua per exile foramen ſenſim & quaſi furtim deſtillabat, horologium hoc Clepſydra dicta eſt, ita per analogiam vocarunt alij *Clepſammidium* horologiũ, quo metimur horas per effluxum arenæ, κλέπτειν enim eſt furari, ἄμμος, arena.

Horologia aquatica.
Cicero lib. 2. de nat. Deor.
Idem 2. Tuſcul.
Caſſiod. l. 1. epiſt. 46.
Plin. lib. 7. cap. 60.
Quis eorum inuentor.
Vitru. lib. 9. cap. 9.
HOROLOGIVM.
Clepſydra.

Quæ porrò ex vmbris, vndiq; iam attulimus horologia, ea viſui dumtaxat inſeruiunt, addamus nunc aliud auribus, audituque perceptibile, quod naturæ auctorem conſtruxiſſe Deum, fateri neceſſe ſit. Enimuerò Gallus gallinaceus naturale veluti exhibet horologium, de quo Virgilius:

Galli naturale Horologium exponitur.
Virgil. in Moreto.

Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

Et Ouidius:

Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram.

Dictus Prudentio *Ales diei Nuntius*, Ambroſio: *Præco diei.* Plinius verò ait: *Proximè gloriã ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; ſomno natura genuit. Norunt ſidera, & ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum ſole enim cubitum, quartaq; caſtrenſi vigilia ad curas laboremque reuocant. Nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq; venientem nuntiant cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum.* Hæc ille. Notat porrò Vlyſſes Aldrouandus veteres Gnomonibus horarijs nondum repertis, noctis deliquium & acceſſum diei metitos eſſe: etenim initium à primâ mediæ noctis inclinatione ordiebantur, proximumque tempus Gallicinium vocabãt, quòd eo tempore lucem multò ante præſentiens incipiat canere. Tertium conticinium, cùm & auis conticeſcat, & homines vnà conquieſcant. Quartum diluculum manè, cùm clarus iam dies eſſet ab exorto ſole. Amant hunc cantorem milites, quia in caſtris illo, vice pariter horarij gnomici vtuntur. Nam cùm ſtatis horis vigilias mutare cogantur, hoc indice noctis interualla diſcriminant, quare bellicis curribus aliquando ſingulis, ſingulos gallos alligant. Quamuis verò veteres eorum cantu tempora ſua diuiderent, haud tamen ideò credendum eſt ea tam exactè & minutim diſtinxiſſe, vt horarum pulſus facit, ſed circiter idem tẽpus ferè auem occinuiſſe. Duplex autem celebratur Galli cantus, alter ſtatim poſt ſextam noctis horam, de quo Iſidorus: *Dies inchoat ſecundùm Romanos à mediâ nocte: vnde & tunc Gallicinium eſt, quorũ vox diei oſtendit præconiũ, quando & Meſonyctius afflatus ſit.* Alter galli cantus, qui magis propriè & ſimpliciter appellatur Gallicinium, fit poſt decimam noctis horã in quartâ & vltimâ vigiliâ, tunc enim

Plin. lib. 10. cap. 21.
Ratio diſtinguendi noctè apud veteres.
Aldrou. Ornithol. lib. 14.
Gallum amant milites.
Duplex eius cantus.
Iſidor. lib. 5. Orig. cap. 30.

Ales diei nuntius
Lucem propinquam præcinit.

De hoc Virgilius.

Virgil. in Moreto.

Iam nox hibernas iam quinq; peregerat horas,
Excubitorq; diem cantu prædixerat ales.

Et Mar-

HORO-LOGIVM.

Et Martialis:

Martial. l. 14. epigr. 191.

Surgite, iam vendit pueris ientacula piſtor,
Criſtataque ſonant vndique lucis aues.

Duplicem porrò hunc galli cantum innuit Iuuenalis:

Iuuen. Satyr. 9.

Quod tamen ad cantum galli facit ille ſecundi,
Proximus ante diem campo ſciet.

per cantum galli ſecundi intelligens ſecundum galli cantum. Et clariùs Rupertus Tuitienſis ait: *Profundâ nocte gallus rariores atq; productiores cantus edere ſolet; viciná verò die crebriores atq; citatiores.*

Rupert. lib. 1. de diuin. offic. c. 10.

Horologium ferreum omnibus praſtat.

Et his quidem modis olim temporum interualla, certaſque dignoſcebant horas: quas ſequentibus deinde ſæculis accuratiùs & faciliùs cognoſcere licuit. Poſtquam enim admirabile illud noſtri æui adinuentum eſt ferreum horologium, multis imparibus magnitudine, rotis inſtructum (quæ nexæ inter ſe geminis conuertuntur ponderibus) ac mundum, cœlum, cœli motus, ſiderum conuerſiones, acceſſus, receſſuſque ſolis ac lunæ, tempora refert, diem noctemque metitur, horas eiuſque partes minutiaſque diſtinguit, celebri decantataque ſphæra nihilo inferius Archimedis; facili negotio, & certiſſimo licet horarum agnoſcere menſuram quam oculis index, auribus campanæ ſonitus indicat. Pulchro carmine hanc horariam machinam celebrauit Famianus Strada.

Eius deſcriptio.

Strada lib. 2. proluſ. 3. hiſt.

DISQVISITIO II.

Quá ratione apud Monachos horarum ſpatia obſeruata?

DISQVIRIMVS hîc, quomodo Monachi, cùm ferrea, quæ deſcripſimus, necdum exſtarent Horologia, horarum dimenſiones agnouerint. Et quidem breuiter dici poſſet, vſurpaſſe illos ea media, quibus tum temporis reliqui vtebantur homines. Sed operæpretium fuerit hæc particulariùs annotaſſe, vt accuratam eorum hac in re ſolicitudinem & diligentiam vtcumque cognoſcamus.

I. *Monachi noctu horas ex ſtellis obſeruabant.*

PRIMÒ igitur, quoniam maxima difficultas erat nocturnas horas certò cognoſcere, inuenio illos ſiderum curſum obſeruaſſe. Quod luculenter exponit Caſſianus: *Is*, inquit, *cui religioſi conuentus commonitio, vel ſynaxeos cura committitur, non paſſim, vt libitum eſt, nec prout nocte fuerit expergefactus, aut opportunitas eum ſomni proprij ſeu inſomnij coarctauerit, fratres etiam ad quotidianas vigilias exſuſcitare præſumit. Sed quamuis eum conſuetudo diuturna, hora ſolita euigilare compellit, tamen ſolicitè frequenterq; ſtellarum curſu præſtitutum congregationis tempus explorans, ad orationum eos inuitat officium, ne in vtroque inueniatur incautus, ſi vel oppreſſus ſomno ſtatutam*

Caſſian lib. 2. cap. 17.

A *noctis tranſgrediatur horam, vel eandem dormiturus, atque feſtinus ad ſomnum anticipet, & non tam officio ſpirituali, vel quieti omnium deſeruiſſe, quàm requiei ſuæ ſatisfeciſſe credatur.* Hactenus ille. Eundem morem & in alijs regionibus, & ſequentibus temporibus obſeruatum prorſus veriſimile eſt. In relatione de miraculis S. Hugonis Cluniacenſis, qui obijt anno Chriſti 1108. ita inter cetera ſcribitur: *Tunc verò omni diſſimulatione & tarditate remotâ ſurgit Sacriſta. Cucullâ induitur miriq; odoris fragrantia tangitur. Mox memor* B *officij ſui, exiuit vt videret aſtra & cognoſceret, ſi eſſet hora pulſandi, cognouit, & concitus rediji.*

Quod multis ſæculis durauit.

In Bibliothec. Cluniacenſ. pag. 448.

II. *Conſulebãt corporis vmbram, & gnomones.*

SECVNDÒ, conſuluiſſe Monachos ſerenis diebus proprij corporis, aut erecti factique in eum vſum ſtyli in ſciotherico horologio vmbrarum proiectiones, credere fas eſt. Cœlo verò nubilo, veterũ more, clepſydris vſos. Vtrumque adhibuit Caſſiodorus in inſtructiſſimo ſuo Viuarienſi Monaſterio, cui celebrem admodum bibliothecam, & lucernas ſibimet nutrientes incendiũ adorC nauerat, qui de horarijs inſtrumentis ita loquitur: *Sed nec horarum modulos paſſi ſumus vos vllatenus ignorare, qui ad magnas vtilitates humani generis noſcuntur inuenti. Horologium vobis vnum, quod ſolis claritas indicet, præparaſſe cognoſcor; alterum verò aquatile, quod die nocteque horarum indicat quantitatem, quia frequenter nonnullis diebus ſolis claritas abeſſe cognoſcitur, miroque modo aqua in terris peragit, quod ſolis flammeus vigor deſuper modulatus excurrit. Hæc ergo procurata ſunt, vt milites Chriſti certiſſimis ſignis admoniti, ad opus exer*D*cendum diuinum quaſi tubis clangentibus euocentur.* Cùm autem huiuſmodi machinæ Romę in vſu eſſent, idque Legatorum ſuorum relatu Gundibaldus Burgundionum Rex intellexiſſet, petijt à Theodorico Rege ſimilia ſibi tranſmitti. Scripſit proinde Theodoricus, vel eius nomine Caſſiodorus Boëtio Matheſis aliarumque artium peritiſſimo, vt duo horologia faceret. Vnum, *in quo ſtylus diei index, per vmbram exiguam horas conſueuit oſtendere.* Secundum, in quo *præter ſolis radios hora dignoſcitur, noctes in partes diuidens,* E *quod vt nihil deberet aſtris, rationẽ cœli ad aquarum potiùs fluẽta cõuertit, quorum motibus oſtendit, quod cælum voluitur.* Vtrumq; porrò ritè fabrefactum eidem Gundibaldo Theodoricus deſtinauit. Et de eorumdem vſu ait: *Ordo vitæ confuſus agitur, ſi talis diſcretio ſub veritate neſcitur. Belluarum quippe ritus eſt, ex ventris eſurie horas ſentire, & non habere certum, quod conſtat humanis vſibus contributum.* Ex quibus colligas, non vbique paſſim nota fuiſſe vel Sciotherica, vel aquatilia horologia, vel Clepſydras; harum tamen in Gallijs viguiſſe vſum, ex Sidonio Apollinari colligas, qui tempus iuſtare curandi corpora,

Caſſiodor. de diuin. lect. c. 30.

Caſſiodori Horologia duo pro Monachis.

Theodericus talia mittit Gũdibaldo.

Caſſiodor. variar lib. 1. epiſt. 45.

Idem epiſt. 48.

Eorum vſus non ita frequens.

Sidon. lib. 1. epiſt. 9.

ſe ſcribit

ſe ſcribit monitum à nuntio *per ſpatia Cleþſydræ horarum incremēta ſeruante.* Ruſumq; de quodam ait: *Cuius ipſa ſic denique ſpatia vitæ cuſtodiebantur, vt per horarum diſpoſitas clepſydras explicarentur.*

Ibid. epiſt. 13.

III. Monachi Galli cantu horas cognoſcebant. Marc. 13. 31.

III. TERTIÒ, obſeruaſſe veteres Monachos ad horarum cognoſcēdam menſuram Galli cantum, facilè ſibi perſuadebit, qui cōſiderauerit in Euāgelijs ab eo certum denominari tēporis ſpatium. Dominus enim dicit: *Vigilate ergò, neſcitis enim quando Dominus domus veniat: ſerò, an media nocte, an Galli cātu, an manè.* Et Prudentius hymnos per horas diei decantaturus, auſpicatur à Galli cantu, hoc eſt, interprete Antonio Nebriſſenſi, *à media nocte quam Varro Gallicinium vocat. Nam mediâ nocte inclinante Gallus propè ſemper canit.* Et Clemens Romanus: *Precationes facilè manè, horâ tertiâ, ac ſextâ & nonâ, & veſpere, atque ad gallicantum.* Regula Magiſtri expreſſe ait: *Omni ſabbato debent in monaſterio exerceri vigiliæ à ſera vſque dum ſecundo fuerit gallus auditus.* Exemplum verò occurrit apud Theodoricum Abbatem S. Trudonis in vitâ S. Rumoldi, à recētiore vitæ illius deſcriptore Domino Ioanne van Wachtendōck, Metropolitanæ Mechlinienſis Eccleſiæ Decano, ita breuiùs enarratum. Circa prædictam S. Rumoldi ædem conuenerant id temporis aliquot virgines Deo dicatæ, Regulam S. Auguſtini profitentes, quæ cuſtodiæ ædis & reliquiarum Sancti Martyris adhibitæ, noctu diuque, alternis ibidem modulabantur: à quibus exordiū ſumpſere Religioſæ ſancti Victoris, in Blpenberch, Nonnæ ten Haen, à miraculo nominatæ. Inter has vna erat appellata Gerlindis, quæ ſonandarum campanarum officium habebat. Illa, quo diligentiùs illis ſonandis, & tempori diſtribuendo inuigilaret, Gallum ſibi noctu nutrierat monitorium. Quo à vulpe aliquando abrepto, & in ſiluam tranſportato, virgo accurrit, & damni querelam in S. Martyrem reijcit, ac ait: *Aut mihi reddatur Gallus, aut matutinis careat Rumoldus.* Et ecce mora nulla vulpes redit, gallumque à ſe captum oculis mirantium viuum deponit. Sic ibi. Sed & alibi ſimilia, ni fallor, occurrunt exempla.

Prud. Cathemer.

Clem. lib. 8 conſtit. Apoſtolic. cap. 34.

Reg. Mag. cap. 49.

Wachtendonck cap. 13. vit. S. Rumold.

Exemplo confirmatur.

IV. *Difficilis modus noſcendi horas ex quantitate pſalmodiæ.*

IV. QVARTÒ, difficillimus modus intelligēdi nocturnæ vel etiā diurnæ pſalmodiæ tempus is mihi videtur, quem horarum ſignificatori commendat S. Petrus Damiani: *Pſallendi*, inquit, *ſibi faciat conſuetudinem, ſi diſcernendi horas quotidianam habere deſiderat notionem, vt quandocumq; ſolis claritas, ſiue ſtellarum varietas nubium denſitate non cernitur, illic in quantitate pſalmodiæ quam tenuerit, quoddam ſibi velut horologium metiatur.* Similiter cap. 28. ait: *Priorem optimè vigilias prædicare, qui poſt longum pſalmodiæ decurſum, ſignum excitandis fratribus pulſat.* Ita ille. Cuius præcepto cre-

Petr. Dam. opuſc. 13. cap. 17.

Non tamen inuſitatus.

diderim multos olim paruiſſe, & de Adolio Tarſenſi hæc habet Palladius: *A veſpera vſque ad illud tempus quo congregabatur fraternitas in Oratorijs, in Oliueto, in colle Aſſumptionis vnde aſcendit Ieſus, perpetuò ſtabat pſallens, & orans, & ieiunabat; & ſiue pluebat, ſiue grandinabat, manebat immobilis. Impleto autem tēpore conſueto, excitatorio malleo, pulſabat cellas omnium eos congregans in Oratoria.*

HOROLOGIVM.

Pallad. Lauſiac. cap. 104.

Has aliaſque noſcendi temporis rationes excogitarunt Monachi, antequam inuenta eſſent, quæ iam paſſim vulgata ſunt ferrea rotiſque inſtructa horologia. Quæ quidem ab ipſo inuentionis eorum exordio noſtros ſibi cōparaſſe Monachos, probabiliter credi poteſt. Traditur autem Silueſter II noſtri Ordinis Monachus horologij Mechanici inuentor, de quo Monachus continuator Bedæ: *Gerbertus Monachus Floriacenſis fit Archiepiſcopus Remenſis, vbi componit horologium Mechanicum, Organa hydraulica.* Quod de eodem tradunt Vincentius Belluacenſis, S. Antoninus in Sūma hiſtoriali, Thomas Bozius, lib. 22. de ſignis eccleſiæ Dei cap. 5. Diſcutit verò Arnoldus Wion, de quonam horologio auctores hi loquantur, atque intelligendum de hydraulico, ſiue aquatili, quod etſi Vitruuio notum fuerit, cùm tamen compoſitionis illius ratio poſtmodum vel temporum iniuriâ, vel hominum incuriâ obliuioni fuerit tradita, eam ingenio ſuo & doctrina Gerbertum rurſum reparaſſe, & redintegraſſe. De horologio autem Mechanico, ait, non poſſe intelligi, in promptu eſt, cùm ſimile referatur miſiſſe Aarō Perſiæ Rex, Carolo Magno Franciæ Regi, annis ferè ducentis, vel centum ſeptuaginta ante Silueſtrum. Ita ille. Quale autem fuerit illud horologium, deſcribit Aimoinus his verbis: *Fuerūt præterea munera præfati Regis, pallia ſerica multa & pretioſa, & odores atque vnguenta, & balſamum, nec non & Horologium ex aurichalco, arte mechanicâ mirificè cōpoſitum. In quo duodecim horarum curſus ad Clepſydram vertebantur cum totidem æneis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & caſu ſuo ſubiectum ſibi cymbalum tinnire faciebant: additis in eodem eiuſdem numeri equitibus, qui per duodecim feneſtras, completis horis exibant, & impulſu egreſſionis ſuæ totidē feneſtras, quæ prius apertæ erant claudebant: nec non & alia multa erant in ipſo horologio, quæ nunc enumerare longum eſt.* Sic ibi.

Silueſter 2. mechanici Horologij inuentor.

Contin. Bed. lib. 2. c. 14.

Vincent. ſpec. hiſt. l. 24. cap. 98.

Antonin. part. 1.

Wion lign. vitæ lib. 3. cap. 72.

Seu potius reparator.

Aimoin. de geſt. Francor. lib. 4. cap. 95.

Horologiū Carolo M. miſſum, quale.

Quamuis autem elegans & affabrè factū fuerit hoc horologium, quod tanto Imperatori à Rege dono mittebatur; non tamen artificium & induſtriam noſtrorum Horologiorum aſſequebatur, quorum Auctorem ignorari, Polydorus Vergilius teſtatur.

Polyd. de inuent. rer. l. 2. c. 5.

HORO-LOGIVM.

DISQVISITIO III.

De quibus horis in temporum deſignatione loquatur S. BENEDICTVS?

Varia ratio numerandi horas.

NON vna apud omnes nationes oumerandi horas eſt ratio. In Italia euim horologia à ſole occidente, vſque ad ſolem iterum occidẽtem, perpetuo curſu viginti quatuor horas deſignant. Extra Italiã verò, atque, vt loquitur Polydorus Virgilius, totus ferè Occidens horologia habet, quæ bis in die duodenas horas indicãt, ita vt ſemper duodecima hora in media nocte & in meridie notetur. Vtraque hæc Horologia ſibi inuicẽ opponit & expeodit Nauarrus. Sunt & aliæ horæ antiquæ, quæ ab ortu ſolis incipiẽdo vſque ad eius occaſum numerabãt horas duodecim diei, & rurſus ab occaſu ſolis vſque ad eius ortum, duodecim horas noctis. Quæritur proinde, de quibus horis in ſua Regula S. BENEDICTVS agat? Et quidem cũ Italus in Italiâ vixerit & ſcripſerit, Italorum rationẽ ſecutũ fuiſſe, credi poſſe videtur. Reſpondemus tamen numeraſſe eum horas non eo, quo nũc in Italiâ fit modo, qui recẽtior videtur, ſed quo illius tempore & in Italiâ & alibi paſſim vtebantur, quod vel vno exemplo fiet manifeſtũ. Præſcribit enim prãdium ſumẽdum horâ ſextâ, in meridie ſcilicet, ſed in Italia Meridies eſt hora 17. vel 19. pro tẽporum varietate. Rurſum cùm ſemel comeditur, vult horã refectionis eſſe Nonã, quæ in Italia eſſet 20. vel 22. Ex quo ſimul probatur, neque vſum eũ illis quibus nũc extra Italiam paſſim vtũtur horarũ denominationibus. Meridies eoim illis eſt, nõ ſexta, ſed duodecima hora. Reſtat proinde vt dicamus S. Patrẽ numerare horas ab ortu ſolis, à quo deinceps ſupputãdo, ſexta hora toto anno finitur in meridie. Atque hęc veterũ erat numcrandi horas ratio.

Polydor. ibid.

Nauarr. in Enchir. de hor. canon. c. 3. nu. 37.

S. Benedictus iuxta veteres diſcreuit horarum tempus.

Explicatur hic modus.

Vt autem hoc meliùs intelligatur, ſciendũ eſt, quòd ſicuti dies naturalis in viginti quatuor partes ęquales diuiditur, quæ vocantur horæ æquinoctiales: ita dies artificialis diuiditur in duodecim horas inęquales, & nox ſimiliter. Vnde dicebat Dominus: *Nonne duodecim horæ diei ſunt?* Cur autẽ hæc adinuẽta ſit partitio, ita tradit Ioannes Pierius in Hieroglyphicis, Sunt, inquit, qui veliot, ex cœli dimenſione, quæ ſecundùm muſicam rationem in duodecim partes diuiſa fertur, horas itidẽ duodecim adinuentas. Aſtronomi enim diem & noctẽ, quotquot alteruter horarũ noſtrarum fuerit, in horas ipſi ſuas duodecim ſingulos partiuntur. Sic ille. Hyginus quoque ita ſcriptum reliquit. *Priores,* inquit, *Aſtrologi, cùm omnes res ad duadecim partes reuocarent, vt menſes & horas, & latitudinem ſignorum, ita & ſigna, per quæ res omnes ſignificantur, duodecim eſſe voluerunt.* Ab his duodecim ſignis, vt tradit Clauius, horas olim inſtituerunt, nam cùm ſex ſigna cæleſtia qualiber die, & totidẽ qualibet nocte oriãtur, cuilibet medietati voius ſigni ſupra horizoutem emergenti horam adſcripſerunt. Neque ſatis congruum erat ſingulis ſignis horam tribuere integram, ita coim ſex horas dumtaxat cõſtituiſſent, tam in die, quàm io nocte qualibet, eaſq́; longiores quã par eſt, effeciſſent. Habebant porrò inęquales horæ hanc commoditatem, quod ipſa horæ denominatione ſignificetur, quãta pars diei artificialis iam tranſacta ſit, & quot adhuc partes reſtent, & quia Sexta ſemper incidit in Meridiem, facillimè quoque cognoſcitur, quanto interuallo meridies abſit vel iam præterierit.

Ioan. 11.

Pier. lib. 6. Hieroglyp. cap. 4.

Horæ à 12. ſignis inſtitutæ.

Hygin. Aſtronomicon. lib. 4.

Clau. Gnomon. lib. 1. ſtatim in principio.

Varia habent nomina.

1\. *Dicuntur inæquales.*

Hæ autẽ horæ varijs ſolent appellari nominibus. PRIMÒ enim, dicũtur *inæquales*, nõ quidẽ quòd vnius diei vel noctis horę inter ſe eſsẽt inęquales, ſed hoc triplici reſpectu. Primò, quod niſi ęquinoctij tempus ſit, ſint inæquales cõparatione ad horas nocturnas eiuſdem diei. Secundò, cõparatione ad horas alterius diei, niſi ipſa dies cũ altera eſſet æqualis. Tertiò, comparatione ad horas noſtras ęquinoctiales, quarum vnaquæque eſt vigeſima quarta diei naturalis pars, conſtãs 60. mioutis. Inęquales verò horę modò plura, modò pauciora cõtinẽt minuta, excepto tempore vtriuſq́; æquinoctij. Prout igitur nunc dicimus dies creſcere, & æſtate eſſe lõgiores, hieme breuiores; ita olim loquebãtur de horis. Vnde Auguſtinus: *Hora brumalis æſtiua horæ comparata minor eſt.* Et Martialis æſtiuam horam pro longiſſima poſuit:

Hora æſtiua longior hibernis.

Auguſt. lib. de vera relig. c. 41.

Martial. lib. 12. epig.

Otia Priſce breui poteris donare libello,
Hora nec æſtiua eſt, nec tibi tota perit.

Plautus verò hibernam horã pro breuiſſimâ ponit: Sic enim apud illum Simo ait:

Plaut. Pſeud. act. 5. ſcen. 2.

Credo equidem, potaſſe te, ſcelus, Maſſici montis vberrimos quatuor
Fructus ebibere in hora vna. Hibernâ addito,

reſpõdet Pſeudolus. Eodẽ modo Virgilius æſtiuos mẽſes vocat tardos, quod tum longior ſit diei lux, & cõſequeoter duodecima eius pars horam conſtituens, ſic autem ait:

Virg. 1. Georg.

Anne nouum tardis ſidus te menſibus addas.

Et rurſus de hiemalibus diebus & noctibus agens illis celeritatem, his verò tarditatem tribuit.

Ibid.

Quid tantùm hiberni properẽt ſe tingere Soles
Oceano, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Contra Boetius æſtiuæ noctis horas appellauit Agiles.

Boët. lib. 1. metro 5.

Tu cum feruida venerit æſtas
Agiles noctis diuidis horas.

Sic apud Vitruuium legas *horas æquinoctiales*, id eſt, mediocres, noſtriſque pares. *Horas in Cancri ſigno Solſtitiales* pro longiſſimis. *Horas* denique *brumales* pro breuiſſimis. Idemq́ue, vt hoc per tranſennam adijciam, modũ deſcribit,

Vitruu. lib. 9. cap. 9.

Modum faciẽdi aquea Horologia.

deſcribit, quo conficiaotur aquatilia horologia, quæ ſingulis diebus deſignent horarum proprietates, prout ſol per ſiderum ſpatia vadens dilatat, cõtrahitve dies & horas. Quod ſanè miratus ſum, pręſertim cùm ſcribat Ioannes Noniomagus, rotarum ferrearum machinas ad temporales horas accommodari non poſſe; Ego verò oinimè dubito ingenioſiſſimos noſtri tẽporis Mathematicos præſtare id facilè poſſe, quinimò & pręſtitiſſe conſtat. Nam io artificioſiſſimo Pragenſi horologio, quod totius anni reuolutiooem cum recto curſu ſolis & B lunæ aſſignationem Kalẽdarij & feſtorum, aliaque admiranda continet, inter cetera quoque habet ortum & occaſum ſolis, & duodecim ſignorũ Zodiaci, numerum item horarum triplicium, videlicet integri & dimidij horologij, atque horarum *inæqualium*, ſeu planetariarum, omni tempore concordantium, qnas horas oſtendit vna eademq; manus, ſeu index, qui mobilis exiſtens cum ipſo ſole de voo ſigno Zodiaci in aliud per vnum gradum ſiogulis totins anni diebus tranſit, vt ex Georgio Bruin in Praga recitat Simon Maiolus. C

Nonioma. in cap. 2. Bedæ de temp. rat.

Deſcriptio Pragenſis Horology.

Maiol. colloq. 23.

II. *Dicuntur Horæ Planetariæ.* Rhodig. antiq lect. lib 7. cap. 9.

SECVNDÒ, vt ait Cælius Rhodiginns: Sũt qui has horas *Planetarias* nuncupent, quoniam ſinguli planetæ dominantes inferiora hæc diſponant ſingulis horis inæqualibus. Hinc ſinguli hebdomadę dies nomen acceperunt ab eo planeta, qui prima illius diei hora dominium obtinet. Quo autem id fiat ordine, vide apud Clauium. Ioannes autem Xiphilinus ex libro 36. Dioois in Pompeio ſcribit, huoc ordinem dierum inſtitntum eſſe ab Ægyptijs, quos dicit prædictum ordinem in plaoetis conſtituiſſe. D

Clau in c. 1. Sphæræ Ioan. a Boſco.

III. *Naturales.*

TERTIÒ, vocãtur hæ horæ *naturales*, quia natura magiſtra homines didicerunt per tales horas diſtingui dominia Planetarum.

IV. *Temporales.*

QVARTÒ, horas has inæquales vocant Græci καιρικὰς, & χρονικὰς, temporales, quia ſecundùm variationem temporum, nempe dierum, & noctium, ipſæ quoq; variantur.

V. *Horæ Hebræorum.*

QVINTÒ, Quibuſdam vocãtur horæ Hebræorum, quòd Hebræi ab ortu vſque ad occaſum ſolis duodecim oumerarent horas, vt patet *Ioan.* 11. *& Matth.* 20. vbi paterſamilias dicitur exijſſe primo mane circa horam tertiam, circa ſextam, nonã & vndecimam, vt conduceret operarios in vineam ſuam. E Cùm ſerò autem factum eſſet, dicuntur illi, qni circa vndecimam venerant, tãtùm vnâ horâ laboraſſe, ab vndecimâ ſcilicet vſque ad duodecimam, quę vltima diei artificialis hora eſt. Hiuc Rhodiginus docet ſalſo ſcõmate à M. Craſſo exceptũ Deiotarum Regem extremã iam ſenectute cõfectum, nouam tamen vrbem exſtruẽtem, cui dicebat, *Quid hoc rei eſt, duodecima iam tibi tantum non inſtat hora, & nouam nihilominus vrbẽ ædificare*

Rhodig. ſuprà.

Duodecimâ horâ ædificare, quid.

A *pergis?* Quod adagij inſtar vſurpari poſſe ait in eos, qui cùm ad vitæ peruenerint vmbilicum, magnificũ & pręcellens quid ſtruere meditantur. Animaduertere quoque licet has horas in Chriſti paſſione, & in Actis Apoſtolorum ab Euangeliſtis nominari.

HOROLOGIVM.

VI. *Eccleſiaſtica.*

SEXTÒ. Sunt qui horas has putent appellandas ſacras, vel Eccleſiaſticas, quòd nimirùm Eccleſia opus Dei, & quodlibet diuinũ officium attribuat vni ex his horis, & ex ijs officiũ ſuum habeat nomeu. Exempli cauſâ, officium Primæ ſic appellatum eſt, quòd B labente prima diei hora, & iam lucis orto ſidere, ſit celebrandum. Similiter dicitur officium Tertiæ, Sextę, Nonæ, quia recitãdũ labentibus Tertia, Sexta & Nona horis.

VII. *Antiqua.*

SEPTIMÒ. dicuntur à nonnullis horæ *antiquæ*, quod ſcilicet priſcis temporibus vbique ferè gentium in vſu eſſent.

Horarum inæqualiũ antiquitas.

Quare ne quis exiſtimet S. BENEDICTO peculiare fuiſſe hiſce vti horis, annotãdum eas olim omnibus ferè locis, & pręſertim apud Monachos vſu fuiſſe receptas, vt ex hiſtoricis alijſq; Scriptoribus manifeſtum C eſt. De Italiæ priſcâ conſuetudine, clariſſimum teſtimonium habemus à Martialis Epigrammate, quo cuilibet horæ ſuum attribuit officium:

Mart. lib. 4. Epig 8.

In Italiâ.

Prima *ſalutantes, atque altera continet hora.*
Exercet raucos Tertia *Cauſidicos.*
In quiotam *varios extendat Roma labores,*
Sexta, *quies laſſis*, ſeptima, *finis erit.*
Sufficit in nonam *nitidis*, octaua *palæſtris*,
Imperat exſtructos frangere nona *toros.*
Hora libellorũ decima *eſt, Eupheme, meorum,*
Temperat ambroſias cum tua cura dapes.
D *Et bonus ætherio laxatur nectare Cæſar,*
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos; greſſu timet ire licenti
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.

Ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

Clem. Roman. Recogn. lib. 6.

Sed vt ethnicis prætermiſſis, Eccleſiaſticos deinceps allegemus auctores, inſignis locus eſt apud Clemeotem Romanum, qui hanc ſupputãdi rationem apertè indicat. *Vbi*, inquit, *veris tempus longiorem fecerit diem, neceſſe eſt vt nox breuior fiat, ſi quis ergo ſtudiorũ cauſâ, noctis aliquid occupare deſiderat, non in omni tẽpore eaſdem horas obſeruare debet ad vigilãdum,* E *ſed eadem temporis ſpatia, ſiue breuior, ſiue lõgior ſit nox, dormiendo conſumere, & curare magnopere, ne præſumens ex his ſpatijs, quæ habere ad ſtudendum ſolet, addat ſomno, & vigilandi tempus imminuat.* Cur autem oon omni tempore eædem horæ ad vigilandum obſeruari debent, niſi quia ſunt inæquales? Cùm enim æſtate breuiores ſiot horæ nocturnæ, eædẽ verò hieme longiores; precauere vult, ne, ſi ijſdem horis in hieme quibus in ęſtate dormiatur, æquo plus temporis ſomno tribuatur, & minùs vigiletur. Conſtat enim ſeptẽ horas hibernas & inæquales ſubinde octo vel nouem æquinoctialibus reſpondere.

HOROLOGIVM. In Hiſpaniâ.

De Hiſpaniâ teſtis eſt Prudentius, qui in hymno poſt ieiunium

Prudent. Cathemer. hym. 8.

Nona ſubmiſſum rotat horâ ſolem,
Partibus vixdum tribus euolutus,
Quarta deuexo ſupereſt in axe
Portio lucis.

Iſidor. in Reg. cap. 5.

Iſidorus quoque Hiſpalenſis conformiter Regulæ S. BENEDICTI deſignans lectionis & laboris horas, eas *Tertiæ, Sextæ, Nonæ* nominibus appellat, & refectionis tẽpus aſſignat horæ *Nonæ*. Et cap. 8. ait: *Primâ autem horâ codices ſinguli diebus petantur.* Regula S. Fructuoſi Epiſcopi, cùm egiſſet de Canonicis horis, ſubiungit: *Et ſuis horis peculiaribus, id eſt ſecunda, quarta, quinta ſeptima, octaua, decima, & vndecima orare non pigeant, qualiter ſeptem & octo Salomonis congruat dictum, da partẽ ſeptem nec non & octo*, &c. Septem autem intelligit horas iã enumeratas, octo verò horas canonicas, quas ibidem hoc modo enumerat: Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Mediũ noctis, Gallicinium, vbi prætermiſſum videtur Cõpletorium. Eaſdẽ orationis horas nominat Regula alterius Fructuoſi, deſignans horam Nonã ad veſcendum cùm ſemel reficitur; nam de prãdij tempore ait: *Si reficiendum ad Sextam eſt peracto officio Sextæ ab oratione pergant ad menſas, refectiq; congruè, iterum factâ oratione quieſcant, & fiat ſilentium vſque ad horã Nonam.* Quod autẽ dicit quieſcant, intelligit dormitionem meridianam, quam Hiſpani ab horâ Sextâ vocant *Sieſta*, ſicut dormire circa meridiem, eiuſq; calorẽ declinare vocãt, *Seſtear*, & *Seſteador*: & *Seſteadero* locus, vel domus æſtiua eſt, quo ſe recipiunt, ad calorem declinãdum. A ſimili denominatione colligimus Germanis & Teutonibus eundem olim morem denominãdi horas fuiſſe vſitatum. Nam à *Nona* hora, legitimum prandẽdi tempus, vt Victor Giſelinus ait, vulgus noſtrũ Flãdrorum, **Noene**/ appellat; quo tamẽ nomine per abuſionem meridiem intelligunt. Hinc **Noenmael** eſt prãdiũ, **Noen ſlaepken**/ meridiatio **Noenſtonden**/ horæ meridianæ, **Voor-noen** ante meridiem, **Naer-noen**/ à meridie.

Reg. Fruct. c. 10. — Reg. alterius Fruct. Cap. 2. Cap. 5. Cap. 6. — Quid Hiſpanorum Sieſta. — Vnde Flandrorum Noene. Giſelin. ad hym. 8. Cathem. Prudent.

In Angliâ. Bedâ de menſur. horolog.

In Angliâ eodem modo computaſſe, conſtat ex Bedâ, qui ait, Menſibus Ianuarij & Decembris humani corporis vmbrã pedes viginti nouem efficere, quod non ſubſiſtit, niſi de primâ poſt ortũ ſolis, & de vndecimâ ante ſolis occaſum intelligas. Et ſimiliter de omnibus alijs vmbrarum menſuris, quas ſingulis horis quouis mẽſe ibidem aſſignat. Libro quoque de ratione computus ait: *Si omnes anni dies duodenis horis computentur, æſtiuos neceſſe eſt dies longioribus, brumales verò breuioribus horis includi.*

Cap. 2.

Galli Horis inæqualibus vſi. Auſon. in Ephemer.

In regno Galliæ viguiſſe eundem morem, colligitur ex Auſonio, qui canit:

Soſia prandendũ eſt, quartã iam totus in horam
Sol calet; ad quintã flectitur vmbra notam.

Et Sidonius Apollinaris ſcribit, ſe competenter vocatum ad prandium hora quinta digrediente. Idem ſcribit, horam tertiam diuinæ rei fuiſſe tributam. Plura occurrent alibi, nam vereor ne in re non admodum difficili nimius fortaſſe in producendis Auctoribus fuiſſe videar.

Sidon. lib. 2. epiſt. 9. Idem l. 5. epiſt. 17.

DISQVISITIO IV.

Quâ Horâ ad nocturnas Vigilias ſurgendum?

VOLENS B. Pater magnam nocturni tẽporis partem diuinis laudibus conſecrare, vt indicet quotâ ad illas horâ ſurgendum, totum anni ſpatium in duo tẽpora partitur. Prius à Kalẽdis Nouembris vſque ad Paſcha, quod *hiemale* vocat: alterum à Paſcha vſque ad ſupradictas Kalendas Nouembris, quod æſtiuum vocari poteſt. De priore ait: *Hiemis tempore, id eſt, à Kalendis Nouembris vſque ad Paſcha, iuxta conſiderationem rationis, octauâ horâ noctis ſurgendum eſt, vt modicè amplius de mediâ nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgãt.* Locus ſanè intricatus & obſcurus, pro cuius elucidatione præmittendum cum Cardinali Turrecremata octauam hãc horam eſſe poſt mediam noctem, & per cõſequens non accipiendam ſecundum ordinem horarum noctis cuiuſlibet menſis: ſed ſecũdum proportionem ad tempus Kalendarum Nouembris, & hoc eſt quod S.P. dicit, *iuxta conſiderationẽ rationis*, ſumptæ ſcilicet à Kalendis Nouembris. Quo ſuppoſito mentem S. BENEDICTI indagemus.

Quando hiemis tempore ſurgendum ad Vigilias. Cap. 8.

I. Smaragdi ſententia. Smaragd. in hunc loc.

PRIMÒ. Smaragdus ait, *Iſtud, modicè amplius de mediâ nocte, poteſt intelligi hora ſeptima noctis tota & octaua dimidia. Tunc pulſato ſigno, omnes pariter ſurgant, & ſic illa quæ reſtat dimidia hora de octauã inter ſignorum explicetur interualla: vt ab hâc horâ nonâ noctis, inchoetur pſalmi laus nocturna. Nam & in alio loco ſic dicit: Poſt ſextam ſurgentes à menſa, pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio, & agatur Nona temperius inchoante octaua hora. Vbi oſtendit, ſeptima diei tota, & octaua dimidia hora dormire. Talis & hic mihi videtur eſſe ſenſus poſitus, vt poſt ſex noctis horas pauſetur, adhuc ſeptima tota, & octaua hora dimidia. Et interuallo ſignorum facto quaſi hora dimidia incipientes à Nona hora noctis, alacres animo & corpore non pigro diuinæ laudis officium reddant Domino Ieſu Chriſto.* In quibus verbis cũ ait, vt nonã noctis inchoetur, laus nocturna, intelligendũ non de nonã elapſã, ſed labẽte, & poſt octauã iam iam incœpta.

II. Bernardi Caſſinenſis Abbatis. Apud Boër. in c. 8. Reg.

SECVNDÒ. Clariùs ſe explicat Bernardus Caſſinenſis: *Conſiderato, inquit, quòd Nouember habeat 14. horas in nocte, diuidas noctem per medium, & remanent in qualibet parte noctis ſeptem horæ. Factâ autem iam octaua hora, modicè erit ampliùs de mediâ nocte. Satis enim*, ſubdit

poſteà

pnſteà, *modicum amplius eſt dimidia hara, vel parum plus.* Verùm hîc non S. BENEDICTI, ſed æquinoctiales aecepit horas.

III. *Congregationis Valliſoletana.*

TERTIÒ. Congregatin Hiſpanica, vt eiuſdem aliquando Generalis, Antonius Perez ſcribit, horam octauam noctis intelligit dimidiam prorſus noctem, quia à Kalendis Nouembris intereſt octo horarum ſpatium à prima vſque ad mediam noctem, vtique à quarta hora pomeridiana vſque ad horam duodecimam. Sed manifeſtum eſt, tum non pauſari paulò ampliùs de mediâ nocte.

Non ſatisfacit.

Nee omninò ſatisfacit quod idē ſcribit auctor, B modicum pro nihilo reputari, quia vt hoc diſſimulemus, hora quinta pomeridiana adeundi eſſent lecti, vt ſeptem eontinuæ horæ tribuerentur nocturnæ quieti. Qund ſi ſeriùs cubitū eant, & expletis vigilijs rurſus dnrmiant, id teſtatur Smaragdus eſſe cōtra mentem S. BENEDICTI, quamquam id in pleriſque Congregatinnibus licitè fiat; ſatendum tamen non eſſe hanc octauam deſignatam à S. BENEDICTO, vt Burſfeldenſes, qui & ipſi mediâ nocte ſurgunt, admittunt dieentes, ſe eōſtitutam in Regula ſurgendi ad vigilias nocturnas boram non irrationabiliter anticipare. Et Alardus Gazæus fatetur non eſſe regularem, id eſt, Regulæ noſtræ eonformem morem ſurgendi ad Nocturnos ante mediam noctem.

Mediâ nocte ſurgere, non eſt conforme Regula. Burſfeld. Ordin. diu. c. 3. Gazæ. ad Caſſ lib. 3. cap. 3.

IV. *Sententia noſtra.*

QVARTÒ. Vt iuxta horas S. BENEDICTI, vel inæquales ſupputemus, habitâ, vt dictū eſt, ratione noctis quæ eſt circa Kalendas Nouembris, cùm nox tum ſit 14. horarum æquinoctialium, quælibet noctis inæqualis eſt 70. minutorum, cumq́ue ſolis occaſus tum ſit hora noſtra quinta verſpertina; hora octaua noctis inæqualis in Belgieis noſtris horologijs incidet in ſecundam & 20. minuta poſt mediam noctem: & tune à ſomno ſurgendum iuxta S. BENEDICTVM. Si iam hinc ſubduxeris pro ſomno ſeptem horas æquinoctiales, perueniés ad horam veſpertinam ſeptimam & 20. minuta, mediam noctis partem. Ac proinde ſi aſſignetur hora dormitionis ipſa ſeptima, *modicum amplius de mediâ nocte* à S. BENEDICTO requiſitum, erit ſpatium 20. minutorum. Si aſſignetur quadrans ante ſeptimam, erit 35. ſi medium ſeptimę, erit 50. minutorum: qund ſanè modicum reſpectu medię noctis vocari iure poteſt. Et hæc nobis viſa eſt commodiſſima locum hunc explicandi ratio. Quam confirmant Declarationes Patrum Caſſinenſium editæ Florentiæ anno Domini 1520. quæ ſie habent. *Quia inter potiſſimas virtutes diſcretio commendatur, propterea declaramus ſufficere omni ætati omnique naturæ horas ſeptem ad dormiendum. Ideo iuxta naſtram antiquam obſeruantiam hiemis tempare poſt Completorium fratres vacent orationi peculiari, omni tempore vſque ad dormitionem; & hora prima noctis pulſetur pro dormitione: quâ pulſatâ habeant fratres ſpatium dimidiæ hora. Paſt illam dimidiam boram, damus boras ſeptem ad dormiendum, quibus tranſactis ſurgentes circa octauam boram, dicimur ſurgere iuxta Regulam.* Sic ibi.

Horâ ſecundâ poſt mediam noctē ſurgendum. *Probatur ex Caſſinenſibus.* Caſſin. ad cap. 8. HOROLOGIVM.

Et praxi aliarum Congregationum.

Et hæc eſt praxis deriuatarū à Caſſinenſibus Congregationum in Gallia, Lotharingia, Burgundia, & Belgio: ſic & à Ciſtertienſibus obſeruari, aſſerit D. Ioannes Caramuel. In quibus circa ſeptimam veſpertinam concedunt dormitum, & excitantur hora ſecunda poſt mediam noctem.

Menard in c. 23 Conc. Reg. §. 1. *Expoſitio Menardi ad hanc ſatis accedit.*

R. P. Hugo Menardus S. BENEDICTI verba exponens, paululū velut retrocedens ęquinoctij autumnalis tempus conſiderat, aitq́ue, ſi Completorium circa horā noſtram ſeptimam veſpertinam dicatur, & ei ſemihoræ ſpatium impendatur, indulgeaturq́ue hreuis mora ad quædā neceſſaria peragenda, fiet eopia Monachis ad lectulos ſe recipiendi vno quadrante eireiter ante horam ſecūdam noctis, hoc eſt, ante noſtram octauam veſpertinam: & ſie ſurgendo horâ noctis octauâ, hoc eſt nocturna noſtrâ ſecūdâ, C pauſabūt modicè ampliùs de mediâ nocte, hoe eſt ſex horas cum quadrante circiter. Credidit ergo ſex tātùm horas & quadrantem nocturnæ quieti à S. BENEDICTO aſſignatas. Verùm ſi eirca boram ſextam poneret recitari Completorium, cum noſtro eomputu planè eonueniret. Malui tamen reſpicere ad Kalendas Nouembris, propter ipſum Regulæ textum, & quod ita expoſuerit Bernardus Caſſinenſis.

Quando in æſtate ſurgendum ad vigilias.

De poſteriori autem tempore ita ſtatuit S. Legiſlator: *A Paſcha autem vſque ad ſupradictas Kalendas Nauembris, ſic temperetur hora* D *vigiliarum, vt paruiſſimo interuallo (quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant) cuſtodito, mox Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt ſubſequantur.* Sic & Baſilius poſtquam de nocturnâ alternáque pſalmodiâ egiſſet, ſubdit: *Illuceſcente iam die pariter omnes velut ore vno ac corde vno canfeſſionis pſalmum Domino offerunt.* Hildegardis ait olim ſic hane horam à Monachis celebratam, *vt laudes iam decantantes diem illuceſcentem viderent.* Cùm autem hîc nullam eertam quâ ſurgendum ſit, deſignet E horam, ea deſumenda venit ex tempore Matutinis laudibus aſſignato, quas dici voluit *incipiente luce*, durante nimirùm erepuſculo Matutino.

Baſil. Epiſt. 63.

Videtur ad medium ſecunda.

Varius eſt autē ortus erepuſeuli. Nam & in Aprili & Auguſto eſt circa quartam, vel ad medium; in Maio, Iunio, & Iulio paulò ante, vel poſt tertiā. Vnde ſi nocturnis vigilijs duæ circiter tribuantur horæ, incipi in æſtate pnſſent ad medium ſecundæ, & laudes matutinæ ad medium quartæ. Nam et ſi crepuſculum citiùs incipiat, cùm tamen non ita præcisè eius initium appareat, & canonicarum horarum deſignatio rudiori

modo

HOROLOGIVM. *De tempore Laudum.* Franc. de tem. hor. Can. cap. 5.

modo & ſecundùm aliquam latitudinem accipienda ſit; rectè dicentur Laudes cani incipiente luce, quamuis iam crepuſculum per dimidium horæ durauerit. Teſtatur ſiquidem Francolinus, competenti horâ nocturnos in Eccleſiâ celebrari, ſi in fine tertię vigiliæ, vel in principio quartæ recitentur, ita vt Laudes ante ſolis ortum in clarâ auroræ luce finiãtur. Tum quoque competens ſomni tẽpus inuenietur, ſi ad medium octauæ Fratres cubitum concedant: habebunt enim vſque ad medium ſecundæ ſex horas, nam ſeptima, quæ deeſſe videretur, hoc tẽpore meridiationi impẽditur. Idemque erit, ſi circa octauam incumbatur, & ſurgatur horâ ſecundâ, nam in hiſce parum pro nihilo reputatur.

Quid temporis ſomno tribuatur.

Occurritur obiectioni.

Neque dictis obſtat, quòd ita in æſtate adhuc cum luce, in hieme verò poſt vnam alteramque horam tenebrarum lectum adeamus; quia nuſquam definiuit S. BENEDICTVS ſtatim cum tenebris, vel non ante illas lectum adeundum. Quod ſi voluiſſet, vix congruum tempus dormitioni in æſtate ſuppeteret, in hieme verò pluſculum ſupereſſet. Et experientia docet id commodè fieri non poſſe. Vnde Magiſter definit, in æſtiuo tempore adhuc altiùs ſtante ſole, Lucernaria inchoari propter breues noctes, *vt prolixo æſtus labore laſſis Fratrum membris de lucentis adhuc diei ſpatio repauſationis ſomnus addatur.*

Mag. Reg. cap. 44.

Hora ſecunda rectè ad ſurgendum aſſignata.

Hinc prætereà apparet, ſi per totum annum vna certa, & ſtata hora qua ad nocturnos veniendum accipi deberet, optimè deſignari horam ſecundam poſt medium noctis, quia reuera quatuor ferè menſibus, vt vidimus, illâ ſurgendum eſt, reliqui octo menſes non niſi quadrante aut ad ſummum mediâ horâ ab hoc tempore diſtant.

Cur ita ſtatuerit S. Benedictus.

Octauam autem noctis horam S. BENEDICTVS aſſignauit, tum quia integrum, nec vllatenus interruptum indulgere voluit ſomnum; tum quia ſecundũ veterem vſum Romanum tertiæ vigiliæ aſſignãt officium nocturnũ, vt cùm pluribus auctoribus tradit Francolinus. Idemque in Tabulis pro nocturno officio ſemper ponit finem tertiæ vigiliæ. Ordo Romanus antiquus agens de feriâ quintâ maioris hebdomadæ, ait: *Eadem nocte ſurgũt ad vigilias horâ noctis octauâ:* Hæc autem, vt conſtat, media eſt in tertia vigilia: Vnde Thomas Waldenſis ait: Monachi albi, & ceteri Religioſi in tertia noctis vigilia galli cantum obſeruant.

Francol. vbi ſuprà.

Ordo Roman. de diuin. offic.

Lib. de Sacramental. cap. 14. nu. 4.

Soluitur obiectio.

Sed obiectionem mouet Turrecremata: Videtur, inquit, illud quod dicitur: *Mediâ nocte ſurgebam,* &c. contradicere ei quod dictum eſt in Capitulo octauo, quod hiemis tempore ſurgẽdum eſt ad vigilias octauâ horâ, vt modicè ampliùs mediâ nocte pauſetur. Reſpõdetur, quòd medium inter aliqua dicitur duobus modis: aut per ęqualem diſtantiam terminorum, aut per interpoſitionem in terminos. Medietas noctis in dicto Prophetę dicitur medietas per interpoſitionem inter partes extremas noctis, ſecũdùm quam medij rationem cùm octauâ horâ ſurgitur, mediâ nocte ſurgitur: Hæc ille.

DISQVISITIO V.

Quæ aliorum officiorum tempora?

VIx vlla in his deſignãdis occurrit difficultas, nam vel ſuis nominibus, vel hymnis, qui decantãtur, tempus ſuum indicant. MATVTINVM enim oriente MATVTA, id eſt, aurorâ, albeſcenteque iam polo Deo perſoluendum ſuâ appellatione manifeſtat. Et hinc in eo canitur:

Matutini, ſeu Laudes dicenda in Aurorâ.

Lux intrat, albeſcit polus
Caliga terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo,
Rebuſque iam color redit
Vultu nitentis ſideris.

Et rurſum:

Aurora iam ſpargit polum
Terris dies illabitur, &c.

PRIMÆ officium celebrãdum durante ſpatio primæ horæ diei artificialis, ſole horizontem noſtrum iam ingreſſo, vt ipſo profitemur hymno, canentes:

Prima, orto ſole.

Iam lucis orta ſidere.

Nec obſtat, quòd initium diei artificialis ſubinde ſumatur à crepuſculo matutino; quia illud initium non nominatur prima illius diei hora, ſi diei artificiali ſolùm horas duodecim tribuamus, alioqui eſſent horæ 13. imò & 14. ſi vtrumque ijs accenſeretur crepuſculum. Initium autem diei ſumi à *Prima,* profitetur eccleſia, cùm in oratione dicit: *Domine Deus omnipotens, qui ad* PRINCIPIVM *huius* DIEI *nos peruenire feciſti.* Peculiare autem eſt *Primæ,* quòd ſtatim exorto ſole celebretur, ſicut Completorium occidente. Vnde Magiſter ait: *Prima debet dici iam pungentibus radijs ſolis. Nam initium & finem diei ſol nobis iuſtè oſtendit, qui abſceſſu ſuo tenebras introducit.* Et S. BENEDICTVS ſatis clarè Primæ tempus expreſſit, cùm ait: *A Paſcha vſque ad Kalendas Octobris* MANE *exeuntes à Prima.* Mane autem nõ tantùm crepuſculum matutinum ſignificat, ſed etiam tempus quod eſt ſtatim ab ortu ſolis: Vnde Marci 16. dicitur: *Et valde Manè vna Sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole.*

Magiſt. in reg. cap. 14.

Tempus hoc S. Benedictus expreſſit.

Reg. cap. 48.

Quod verò ad praxim ſpectat, ſtatuunt Caſſinenſes vt *à Paſcha vſque ad Kalendas Octobris,* & 14. Septembris, *pro Prima pulſetur in ortu ſolis. A Kalendis Octobris,* Idibus Septembris, *vſque ad caput Quadrageſimæ Prima pulſetur in aurora: in Quadrageſima circa ortum ſolis.*

De praxi. Caſſin. ad c. 48. Reg. editionis primæ anno 1540.

Burſfel-

Ord Burſf. cap. 5.

Burſfeldenſe ordinarium *Primam* vult dici horâ quintâ, aut paulò pòſt, hiemis tempore. Alij, qui ſtatam toto anno ſeruant horam, determinant ſextam matutinam.

Tempus Tertiæ, Sextæ, Nonæ.

De Tertia, Sexta, & Nona vt ſimul agamus, in memoriam reuocandum, veteres diem in quatuor diſtribuiſſe ſtationes, quarum quælibet tres horas complectebatur, vt auctor eſt Cenſorinus: vnaquæque verò ab vltima denominabatur. Vnde prima ſtatio terminabatur horâ Tertiâ; ſecunda, Sextâ; tertia, Nonâ; quarta, Veſperâ. Quare hic exurgit quæſtio, an horis illis labentibus, an verò iam elapſis, id eſt, initio horæ ſubſequentis eatum officium recitandum ſit? Franciſcus Suarez ait Tertiã pro oratione incipere currere finita tertiâ horâ diei; Sextã finitâ ſextâ, & ſimiliter Nonam: quod probat à communi loquendi vſu. Nam quando actio aliqua vel lectio vel oratio hora tertia vel quarta fieri dicitur, ſemper inchoatur finitâ tali horâ ſecundùm curſum diei naturalis. Eamdem ante ipſum ſententiam tenuerunt Nauarrus, Enchir. de hor. can. c. 3. Couaruuias l. 4. var. reſol. c. 20.

Cenſor lib. de die Natal. c. 22.
Quando præciſè dici debeant.
Suar. tom. 2. de relig. l. 4. c. 3. n. 6. & c. 15. n. 5.

Baronius verò & Bellarminus volunt hæc officia recitari horis illis, à quibus denominantur, labentibus. Sed audiendus hîc exactiſſimus auctor Marcellus Francolinus: Dicendum, inquit, eſt quòd debitum tempus horæ canonicæ recitandæ eſt, vt intra ſpatiũ horæ diei ſibi reſpondentis, non extra illud, eo videlicet tranſacto & finito recitetur. Quòd ſi adhuc magis præciſè quæras, in quanam parte illius ſpatij recitanda ſit hora canonica, in principio, an in fine, cùm ſatis longum ſpatium ſit vnius horæ diei, quã recitationis vnius horę canonicæ. Reſpondeo, quòd in quacumque parte horæ recitetur, dummodo tota recitatio intra ſpatium illud compleatur, rectè & ſuo tempore recitata cenſebitur. Sed ſi fieri poſſit, vt cum finitur hora diei, finiatur etiam ſimul tota recitatio horæ canonicæ, tunc rectiſſimè, & iuſtiſſimè facta recitatio quantum ad temporis circumſtantiam pertinet, dici debet: exceptâ tamẽ Primâ hora canonica, quæ ſtatim poſt ortum ſolis incipienda eſſet. Hactenus ille. Quem ſequuntur Bonartius, Ganantus, & alij. Et probatur ex S. Cypriano, qui ad finẽ Tract. de oratione Dominica ait: *Prima hora in Tertiam veniens conſummatum numerum Trinitatis oſtendit; itemque ad Sextam quarta procedens declarat alteram Trinitatem, & quando à ſeptima Nona completur per ternas horas, Trinitas perfecta numeratur.* Vbi ſignanter notandum, quod ait, Prima hora in Tertiam veniens, &c. nam ſi hora quarta Tertia recitanda foret, & Sexta horâ ſeptimâ, & Nona hora diei decimâ; iam non Trinitas, ſed quater-

Baron. ann. Chriſti 34. Bell. tom. 3. l. 1. de bon. oper. c. 11.
Labente hora à qua denominantur.
Franc. c. 10.
In quâ eius parte.
Probatur auctoritate. Bonart. l. 1. cap. 14. de hor. canon. Ganant. in Rub. Breu. ſect. 1. c. 5.

A nitas horis Canonicis deſignabitur. Chryſoſtomus quoque loquens de ſui temporis Monachis, *Tertiam*, ait, *Sextam*, *Nonam*, & *Veſpertinas orationes celebrant*, & in quatuor partes diem diſpertiti, dũ ſingulæ IMPLENTVR, pſalmodijs & hymnis Deum venerantur. Idem confirmatur ex Ordine pſallendi Aureliani Arelatenſis Epiſcopi, nam hymnum Tertiæ dicit inchoari,

Iam ſurgit hora Tertia.

Hymnum Sextæ

Iam Sexta ſenſim voluitur.

B Nonæ:

Ter hora trina voluitur.

Horologium. Chryſoſt. homil. 59. ad pop.

Accedit & ratio, quia iuxta alteram ſententiam non reſponderent officia horis à quibus denominantur. Recitaretur enim Tertia horâ quartâ, quę pertinet ad horam orationis ſequentem, Sextam ſcilicet: & Sexta celebraretur ſeptimâ, quæ pertinet ad Nonam. Nona diceretur decimâ pertinente ad Veſperas.

Et ratione.

Quæras autem quomodo trium horum officiorum tempora deſignauerit S. BENE-C DICTVS, aut quando ex eius mente ſint celebranda? Reſponſio videtur ex capite 48. Regulæ eruenda, in quo dum totum anni tempus partitur, & hæc officia ſuum oportet obtinere locum. Quando itaque ait: *A Paſcha vſque ad Kalendas Octobris manè exeuntes à Prima vſque ad horam penè quartã laborent*: videtur ad medium quartæ labor intermittendus, vt tum celebretur *Tertia*: Sicuti cũ ſubdit: *Ab hora autẽ quarta vſque ad horã quaſi Sextam lectioni vacẽt*; illud Quaſi Sextam, innuit ante Sextã diei horam cõpletam, recitandũ Sextæ officium. Tertia proinde hoc D tẽpore videretur dicenda, iuxta Nauarri, & Suarez ſentẽtiam, hora tertia plenè exacta, & quarta iam ad finem vergente. Et hęc eſt explicatio Bernardi Caſſinenſis apud Boërium: Nota, inquit, quod à mane, ſcilicet à principio ſolis ortus vſque ad plenam Tertiam iuxta hanc regulam inſiſtet fratres labori. Nam hora tertia ſole aſcendente laborare fratribus eſſet graue, maximè tempore æſtiuo. Sic ille. Sed enim quid vetat dicere, ſuo tempore, id eſt, labente & nondum exactâ horâ tertiâ, eius officium decantatum, E idque vel in ipſo laboris loco, vel adito interea oratorio, & reſumpto poſtea vſque ad horam pæne quartam labore? quod quidem hac coniecturâ videri queat non improbabile: nam S. Pater omninò ſolicitè voluit ſtata pſallendi ſeruari tempora, monuitque, *qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant horæ conſtitutæ*. Et credibile eſt Legiſlatorem noſtrũ hac in parte S. Baſilij veſtigijs voluiſſe inſiſtere, qui ait: *Tertia verò hora* (delecta eſt) *vt in eâ ad orationem ſurgatur fratreſque omnes in vnum congregentur, licet alij in alijs operibus ſint occupati*: mox addit: *atque*

Quando iuxta S. Benedictum hæc officia recitanda.
De Tertiâ, tempore æſtiuo.
Quorumdam ſententia.
Proponitur alia non improbabilis.
Cap. 50.
Confirmatur. Baſil. reg. fuſ. diſp. 37.

HOROLOGIVM.

ità denuo ad intermiſſa apera redeatur. Quòd ſi foris aliquos vel propter operum, vel propter locorum naturam eo tempore abeſſe longiùs contigerit; quàm vt vnà cum reliquis præſta eſſe poſſint, ij vbicumque fuerint, ea neceſſariò ibi exequi debẽt, quæ cõmuniter ſtatuta ſunt, nihil hæſitantes omninò. Quia vbi ſunt duo vel tres congregati in namine mea, inquit Dominus, ibi in media eorum ſum. Similiter Regula Ternantenſis: *Æſtatis tempore matutinis ex more completis, & Primâ dictâ omnes apera, quæ iubentur, aſſumant. Deinde Tertiâ celebratâ, ad expedienda, quæ ſuſcepta fuerant, reuertantur.* Aliarum verò Regularum conditores *Tertiam* ipſam æſtiuo tempore laboris terminum fecerunt. Iſidorus Hiſpalenſis: *Æſtate enim à mane vſque ad horam tertiam laborare oportet: à Tertia verò vſque ad ſextam lectioni vacare.* Et Fructuoſus: *Verno vel æſtate, dictâ Primâ commaneantur Decani à Præpoſita ſua quale opus debeant exercere; atque illi reliquos fratres. Tum demum data ſigna, ſumptis ferramentis cangregentur in vnum, factaq́; oratione pergent recitantes ad opus vſque ad horam diei tertiam: reuertenteſq́; ad Eccleſiam Tertiâque celebratâ, reſidentes ſuis locis ſtudeant lectiani vel orationi.* Atque hæc dicta ſunto, vt Tertiam ſuo tempore veroſimili ratione aſſignemus. Nam *Sexta* officium paulò ante ipſam dicendum ſatis ex textu colligitur. De Nona verò ita ſtatuit: *Agatur Nana temperius mediante octaua hora*, quod ſanè eſt intra ipſum Nonę terminum, quæ ſeptimã, octauam, & nonam complectitur. Sed quid illud *mediante octauâ horâ?* Smaragdus ait, *aſtendit ſeptimâ diei totâ & octauâ dimidiâ dormire.* Poſt medium ergò octauæ, excitatis fratribus, & dato vtroque ad Nonam ſigno, fiet officium illud *Nonæ* circa, vel in ipſa octaua hora. Bernardus Caſſinẽſis: *Sic intellige, vt in illo medio, quod eſt inter dimidiã octauam & inceptionem Nonæ, ſurgant fratres, & Nonam decantent.* Poſt medium ergo octauæ, excitatis fratribus, & dato vtroque ad Nonam ſigno, hora ipſa Octaua (quę media eſt inter dimidiam octauæ, & inceptionẽ Nonæ horæ diei) celebrandum erit officium Nonæ. Quæ expoſitio confirmari poteſt, quòd ſacræ Scripturæ interpretes ita ferè exponant illud Ioannis 7. *Iam mediante die feſto,* id eſt, feſto iam ad medietatem elapſo. Nam cùm ſolemnitas octo dierum ſpatio celebraretur, die quarta, quæ medium eſt, Chriſtus aſcendit in templum. Textus Syrus & Arabicus habent: *Cùm autem dimidiati eſſent dies feſti.* Dicetur ergò Nona ſatis cõgruè, quamuis nonnihil anticipetur, ſiue vt S. Benedictvs loquitur, *agatur temperius*, nimirũ in primo quadrante horę nonæ, cùm aliàs diceretur in vltimo, vt cum ipſo fine ac ſonitu horæ nonæ, eius quoque officium abſolueretur.

Reg Ternant. c. 10.

Ex alijs Regulis, quæ Tertiam laboris finem faciunt.

Iſid in reg. Mon cap. 5.

Fruct. Reg. cap 6.

De Sextâ, & Nonâ.

Cap. 48.

Quid illud, mediante octauâ horâ.

Smaragd in cap. 8. Reg.

Explicatur locus Scripturæ.

De hiberno tempore ita ſtatuit Legiſlator: *A Kalendis Octobris* (id eſt die 14. Septembris) *vſque ad caput Quadrageſimæ vſque ad horam ſecundam plenam lectioni vacent: horâ ſecunda agatur tertia.* Quod exponens Bernardus Caſſinenſis, ait: *Tertia incipiente hora, pulſatur ad Tertiam & cantatur: nam regulariter non eſt hora anticipanda, ſed circa finem horæ eſt qualibet hora decantanda: ſed ex cauſſa eſt ordinatum hic, vt horâ non completâ dicatur Tertia.* Quid verò deinceps faciendum, declarat cùm ſubdit: *Vſque ad Nonam omnes in opus ſuum laborent, quod eis iniũgitur.* Vbi cùm non fiat mentio Sextæ, intelligendum eam ſuo tempore celebrandam, intermiſſo tantiſper & inde reſumpto labore vſque ad primum ſignum horæ Nonæ.

Vt tempore hiberno horæ dicendæ.

Bern. Caſſ. apud Boet. in c. 48.

Iam quod reſtat Quadrageſimale tempus, ita diſtribuit: *In Quadrageſima verò diebus, à mane vſque ad tertiam plenam, vacent lectionibus ſuis.* Ac proinde ſub initiũ quartæ horæ cantanda Tertia, paulò poſt ordinarium tempus. Sextæ verò & Nonæ officia correſpondentibus ſibi horis, labore, vt in ſimilibus diximus, intermiſſo & reſumpto.

Et in Quadrageſima.

Atque hæc de harum horarum tempore, quantũ ex Regulæ textu colligi poteſt. Cũ autẽ poſterioribus ſæculis augmenta quædam acceſſerint ad diuiuũ officium, laboris tẽpus abbreuiatum fuit, ita tamen vt viciſſitudo lectionis, operis manualis, & diuini officij recitatio, quantum quidem fieri poterat, ad præſcriptum S. Benedicti proximè accederet, vt videre eſt in Statutis S. Dunſtani, Lanfranci, vſu Ciſtertienſi, antiquo Rituali Affligenienſi, Conſtitutionibus Caſſinenſium & Burſfeldenſium.

Vt poſterioribus ſæculis hæ celebratæ.

DISQVISITIO IV.

Quo tempore dicendæ Veſperæ, & Completorium?

IN deſignando legitimo horum officiorum tempore nõ prorſus Auctores conueniunt. Quidam enim veſperis horam, vndecimam, & Completorio tribuunt duodecimam: alij hanc Veſperis, & Completorio primam noctis aſſignant horam. Satis autem cõuenit à Veſpero, ſiue Heſpero ſidere, quod decedente ſole exoritur, vocari *Veſperam*, & propriè primam noctis partem poſt occaſum ſolis ſignificare. Vnde Virgilius:

Variant hic auctores.

Veſpera unde dicta.

Virg. 1. Æneid.

Ante diem clauſo componet Veſper *olympo.*

& Ambroſius in hymno veſpertino:

Grates peracto iam die,
Et noctis exortu preces,
Votis reos vt adiuues,
Hymnum canentes ſoluimus.

Clarius in Sacris litteris: *Immolabis Phaſe Veſpere ad Solis occaſum.* Item: *Veſpere autẽ ſacta*

Deuter. 16.

Marc. 1.

cùm

cùm occidiſſet ſol,afferebãt ad eum malè habentes. Subinde tamen latiùs ſumitur, vt ſignificet tempus multò ante vel poſt Solis occaſum. Sed quod ſpectat eccleſiaſticum officium, tempus eius incipit fluere ſtatim poſt Nonam. Hinc in ipſa cantamus:

Quo tempore recitanda.

Largire clarum Veſpere.

Prima ſententia.

& complectitur decimam, vndecimam, & duodecimam, & in harũ qualibet officium dici poteſt. Sed in quanam propriè? in vndecima ponit Ioannes Belethus, Turrecremata, Henricus Cuyckius in elucidat. alphabet. in Caſſian. V. *Lucernalis hora*, Et Caſſianus diſertè ſcribit, vndecimâ *lucernalem* horam ſignari. Vide Francolinum de temp. hor. canon. c. 19. 20. & 21.

Beleth. ration. c. 29. Turrecr. tract. 73. in reg. S. Ben. Caſſ. lib. 3. c. 3.

Secunda.

Alij propriam Veſperarũ horam ponunt duodecimam, quinimo hoc nomine Veſperas deſignari inuenias. Athanaſius: *Duodecima hora maiorem facies ſynaxim*, Concilium Turonenſe 2. *Patrum ſtatuta præceperũt, vt ad Duodecimam duodecim pſalmi dicantur cum Alleluia. Si ad Duodecimam duodecim Pſalmi, cur ad Matutinum non item duodecim explicentur.* In Regula Fructuoſi *Duodecima atque Veſpera* pro vna eademque hora coniunguntur, & deinde ſubditur: *Nocturno igitur tẽpore prima noctis hora ſex orationibus celebranda eſt.* Poſteà ſubdit, quomodo vadant ad cubilia. Et S. Columbanus ad initium noctis ponit duodecim pſalmos. Per initium noctis intelligens Completorium, ex quo colligi datur Veſperas dictas horâ diei duodecimâ. Accedit & his analogia, quæ eſt inter Matutinas Laudes & Veſperas, itemque Primam inter & Completorium. Quemadmodum igitur Laudes vltimâ noctis horâ ritè Deo perſoluuntur, ita & veſperæ poſtremâ diei horâ paulò ante ſolis occaſum congruè celebrantur. Et ſicut Prima orto ſole primâ diei dicitur horâ; non ſecùs Completorium primâ noctis dependatur horâ.

Athanaſ. de virginit. Turon. 2. can. 19. *Duodecima pro veſperis ſumpta.* Fruct. cap. 2. Reg. Columb. in Reg. c. 7.

Quæ ſententia ex his probabilior.

In hâc ſentẽtiarum diuerſitate illud meritò dicendum videtur, apud aliquos primam, apud alios ſecundam obtinuiſſe ſententiam, & diuerſimodè apud diuerſos hæc officia celebrata. Quod noſtram ſpectat Regulam, non omnino liquet vtra ſententia ſequenda, niſi quòd æſtiuo tempore ſi horâ duodecimâ dicerentur Veſperæ, cæna fieri deberet primâ noctis horâ, & Completoriũ ſecundâ, adeoque tum notabiliter contrahendum eſſet ſomni tempus, nec Laudes dicerentur incipiẽte luce. Videtur proinde hoc tempore vndecimæ horæ aſſignandum veſpertinum officium, quod etiam toto anno probabiliter ex ſententia Franculini, ſeruandum. Cum autem S. BENEDICTVS ſcribat: *Sed & omni tempore, ſiue cœnæ, ſiue refectionis hora ſic temperetur, vt cum luce diei fiant omnia*: fatetur Oliuerius Bonartius, ijs verbis ſignificare S. Patrem veſperas ſuo in Ordine ante duodecimam fuiſſe peractas priuſquam accenderentur lumina. Smaragdus quoque Regulæ commentator, *Completorium* vocat nomine *Duodecima*, quaſi propriam illius deſignaret horam. S. Aurelianus cũ deſcripſiſſet Lucernarij officium, ſubijcit: *Ad Duodecimam in primis directaneus paruulus: Sol cognouit occaſum ſuum.* Vbi Duodecimam pro cõpletorio poſuit, ſicut Lucernarium pro Veſperis. In hymno etiam dicimus: *Te lucis ante terminum*: non autem, Te poſt diei terminum. Quamuis non neſciam reſponderi poſſe, Completorium dici ante lucis terminum, quia abſoluatur ante finem crepuſculi veſpertini, cùm adhuc lux crepera, id eſt, dubia eſt, tantum ſcilicet habens luminis, quantum caliginis.

Statuitur tempus Veſperarum ex Regula.

HOROLOGIVM. *Item Completorij.* Smaragd. in cap 16. Aurel in Ord pſallendi.

DISQVISITIO VII.

Quot, & quibus horis Vacandum Lectioni & Labori?

S. BENEDICTVS pretioſi temporis verus æſtimator, tribus omnino exercitijs illud à Monachis ſuis impendi voluit. 1. Operi Dei. 2 Operi manuum. 3 Lectioni. *Certis*, inquit, *temporibus occupari debent fratres in labore manuum; certis iterum horis in lectione diuina.* Videtur proinde vnicuique ſuorum dicere: FILI CONSERVA TEMPVS, & in eo

Temporis habenda ratio. Cap. 48. Eccli. 4.

Nunc lege, *nunc* ora, *nunc cũ feruore* labora.
Sic *erit* hora *breuis, & labor ipſe leuis.*

Proinde cùm in hoc Horologio diuini officij iam aſſignauerimus horas, vt particularis totius temporis diſtributio ſimul & ſemel oculis obijciatur, Labori Lectioniſque horas hîc quoque cõſiderabimus; quas quidem digito ſuo S. Pater demonſtraturus, annum in tria partitur tempora, Æſtiuum, Hibernum, & Quadrageſimale.

S. Benedictus annum in tria partitur tempora.

I. *In æſtate Labor præmittitur Lectioni.* Ibid.

De *Primo* ait: *A Paſcha vſque ad Kalendas Octobris, manè exeuntes, à prima vſque ad horam penè quartam laborent quod neceſſarium fuerit. Ab hora autem quarta vſque ad horam quaſi ſextam, lectioni vacent.* Vbi quod labor lectioni præmittatur, ex Ægyptiorũ profluxit inſtituto, de quibus Hieronymus: *Omni die completis opuſculis, Lectioni vacant.* Similiter & Regula à SS. Patribus prolata: *Vſque ad horã opus ſuum paratus ſit, & vſque ad horam nonam quidquid iniunctũ fuerit ſine murmuratione, aut hæſitatione perficiat.* Et eamdem diſtributionem videre eſt apud Iſidorum. Vigebat Regulæ obſeruatio ſatis accurata tempore S. Dunſtani, totâ enim æſtate, primâ & capitulo abſoluto, manibus laborabãt vſque ad primum ſignum Tertiæ: *Tertia verò & Miſſa ſubſequente celebrata* (verba ſunt S. Dunſtani) *vti Regula præcipit, ſedentes in clauſtro fratres vacent lectioni, vſque dum mediante hora quinta primum ſignum Sextæ fuerit auditum.*

Hieron. epiſt. 22. Cap. 1. *Veſtigium huius obſeruantiæ.* Iſid. Reg. cap. 1. Cap. 6.

Google

HORO-LOGIVM. II.
In hieme præmittitur Lectio Labori.
Stat. Dunſtan c.t.

De *ſecundo*, Autumnali & hiberno tēpore hæc habet Regula. *A Kalendis Octobris vſque ad caput quadrageſimæ, vſque ad horam ſecundam plenam lectioni vacent: & vſque ad Nanam omnes in opus ſuum laborēt, quod eis iniungitur.* Idem ad verbum ſtatuit S. Dunſtanus, ſed hoc tempore non admodum multū lectioni tribuitur, nam ſi cum ipſa hora prima decantetur officiū Primæ, vix media hora reſtat vſque ad ſecundam. Verùm cōpenſatur hoc pomeridiano tempore, quo nullum opus manuum iniungitur. Ita enim Regula B præſcribit: *poſt refectionem autem, vacent lectionibus ſuis, aut pſalmis.* Sed nec hoc ſpatium vltra horam, aut circiter protendi potuit.

III.
Quid in Quadrageſima.

Tertiâ, In Quadrageſimæ diebus à mane vſque ad tertiam plenam vacent lectionibus ſuis: & vſque ad decimam plenam, aperentur quod eis iniungitur: Vbi ſeſquihora lectioni impenditur: Manè enim Prima decantatur, quæ mediam minimùm horam requirit; atque ita quod reſtat ad tertiam vſque plenam, id eſt auditam, nō niſi horam cum dimidia efficit. Cùm autem iuxta horas Planetarum,

Æſtate æquè multū ac hieme labori datum.

quas ſequitur S. BENEDICTVS, diurnæ horę C in ęſtate longiores ſint, in hieme breuiores; facilè apparet æquali ferè tempore, ſi non ampliùs, laboratum æſtate quā hieme. Etſi enim brumali tempori ſeptem laboris aſſignentur horæ, æſtiuo autem non niſi quatuor, aut ſummum quinque; hę tamen quia longiores facilè æquant, vel etiā excedunt ſeptem illas breuiores, vt ad oculum videre eſt in tabulis illis, quas ponit Francolinus. Lectionis verò tempus hieme breuius videtur. Quod autem in æſtate Labor præeat Lectionem, in hieme præcedat, valdè ordi-

Hieme Lectio rectè Labori præmiſſa.

D natè decretum eſt. Hieme enim propter tenebras ſtatim à Prima decantata, labor vix fieri poteſt; In æſtate autem à Prima vſque ad Tertiam tantus calor non eſt, vt laborantem valde poſſit impedire; circa meridiem autem cum maior ſit æſtus, illis horis me-

Reg. Mag. cap. 50.

liùs aſſignatur lectio, vt Regula Magiſtri inſinuauit, quæ & alteram cauſſam addit, vt ipſo nimirum labore ſomnum excutiant, qui infeſtare eos poſſet, quod paucioribus horis quàm hieme dormiuerint, in cuius cōpenſationem meridiana dormitio à Re- E gula eſt indulta.

In Ferijs nō celebrabant Sacrum.

Ex hoc autem Labori & Lectioni aſſignato tempore, illud, quod aliàs quoque monuimus, facilè colligitur, feriatis diebus non conueniſſe fratres ad decantandum vel audiendum Sacrum: alioqui enim operi aut lectioni tantum temporis impendi non potuiſſet, quantum hîc præſcribitur; tantùm igitur Dominicis & feſtiuis diebus, inſtar veterum Cœnobitarum, ad miſſæ ſacrificium conuenerint. Miſſæ enim non fit mentio niſi in capite 35. & 38. ex quibus intelligitur Dominicis & ſolemnibus diebus

A fuiſſe celebratam. Et cū illis laborare nefas ſit, totum tempus ab officio diuino & orationibus vacuum ex S. Patris mente piæ impendendum lectioni, vnde ait: *Dominico* Cap. 48. *die lectioni vacent omnes.* Quod ab Ægyptijs mutuatum, de quibus ijſdem pænè verbis Hieronymus: *Dominicis diebus orationi tātùm & Lectioni vacant.*

De horâ prandij & cœnæ.

Ad plenam Horologij noſtri abſolutionem & exercitiorum in ſingulas horas aſſignationem dicendū ſupereſt, Quibus horis oporteat reficere fratres, quod cùm infrà in B *Refectorio* expendatur, hîc tantùm ipſius Legiſlatoris verbis breuiter adijciemus.

A ſancto Paſcha vſque ad Pentecoſten, ad Sextam reficiant Fratres, & ad ſeram cœnent. Cap. 41.

A Pentecoſte autem tota æſtate, ſi labores agrarum nō habent Monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat, quartâ & ſextâ feriâ ieiunent vſque ad Nanam: reliquis verò diebus ad ſextam prandeant.

Ab Idibus Septembris, vſque ad caput Quadrageſimæ, ad Nanem ſemper reficiant Fratres.

C *In Quadregeſima verò vſque ad Paſcha, ad veſperam reficiant.*

Verùm, vt quæ hactenus de horis, officijs, & exercitijs diſſeruimus, vnico repræſentaremus aſpectu, ſubijcimus hîc

HOROLOGIVM MONASTICVM VNIVERSALE,

in quo quocumque anni tempore, quouis loco, qui intra duos polares circulos non ſit cōprehenſus, totius diei officia & exercitia ſuis aſſignantur horis. Nec ſine antiquitatis D exemplo. Nam in veteri MS. codice Bibliothecæ Corbeienſis exſtat Horologium ad humani corporis vmbrā per ſingulos menſes, horas, eo quo & Beda olim exhibuit modo, deſignans. Cui hęc addita verba. *Studeant ſummopere Canonici prædictas horas vigilantiſſimâ curâ cuſtodire, & in his diurnum officium humiliter ac deuotè perſaluere. Max enim vt datum fuerit ſignum, feſtinatò omnes ad Eccleſiam conueniant, ſigna certis temporibus pulſent.*

Edidit Menard. Not. ad Sacram. S. Greg. Beda de rat. temp.


E Delineaueram & ego mihi primum tabellam quandā ad gradum eleuationis poli 51. ſub quo degimus, in qua tam æſtiuo, quā hiberno ac Quadrageſimali tēpore, diurna nocturnaque officia, ſuis, iuxta S. BENEDICTI Regulam aſſignabātur horis planetarijs, noſtriſque ijs reſpondentibus. Cùm verò eam examinandam obtuliſſem *D. Michaëli Florētio Langrena* Catholicę Maieſtatis Coſmographo exactiſſimo: probauit ille quidem noſtrū iſtum conatum; verùm ad eius abſolutionem, dolebat quod in vno effeceram gradu, non ſimiliter præſtitum in ceteris: quod illud & vtilius, & paruo etiam

ſtudio

ſtudio fieri potuiſſet. Noſtro proinde roga-
tu, Horologivm hoc Monasticvm Vniversale conſtruxit, cuius hîc explicationem ſubijcimus.

Primo, tribus ſupremis lineis eorumque interuallis, illa tripartiti, vt diximus, temporis officia repræſentantur diurna:
A duabus extremis vel infimis lineis nocturna. Illis autem ſubijciũtur, his ſuperponuntur duodecim horæ inæquales, Latinis numeris expreſſæ. HOROLOGIVM.

Secvndo, pro vlteriori totius *Horologij* huius explicatione, quod hac figurâ breuius repræſentatur,



notandum in ea ad oculum exhiberi artificialium dierum, noctiumque quantitatem, ſolis ortum & occaſum, & inæqualium horarum toto anno durationem. A B C triangulum exhibet diei artificialis in 12. horas diuiſi, quæ numeris, vt diximus, Romanis, iuxta lineam A B notantur, incipientes à linea A C, quæ orientalem Horizontẽ (vbi ſol manè horâ Primâ oritur) deſignat; finientes verò ad lineam B C Horizontem ſcilicet occidentalem, vbi ſol veſperi cum duodecima hora occumbit. Ab vniuſcuiuſque horæ puncto lineæ ductæ ſunt, quæ omnes in C velut centro colliguntur: ita vt idem triangulus A B C per meridianum D C in duos diuidatur triangulos, quorũ ſinguli ſemidiurnum exhibent ſpatium, vt qui A D C notatus eſt, ſex horas antemeridianas, qui B D C totidem pomeridianas complectatur. Sex deinde horæ ante mediam noctem comprehenduntur triangulo C E B vti ſex aliæ poſt mediã noctem altero triãgulo C F A quarum numeri iuxta lineam E F adſcribuntur.

Tertio, in medio per diei noctiſque triangulos ductus eſt Æquator, ſiue linea Æquinoctialis H M in 24. noſtras, ſiue æquales horas diuiſa. Quarũ numerus cifris ſub ipſa linea adſcribitur, incipiendo ab hora prima poſt mediam noctem, vſque ad duodecimam in meridie, à quo idem numerus reſumitur vſque ad duodecimã noctis. Singulæ autem harum æquinoctialium horarum in ſex diuiduntur particulas, quarum quælibet eſt 10. minutorum.

Qvarto, linea Meridiana C D & mediæ noctis B E & A F (quæ vnam eamdemque conſtituunt) ſimiliter in 24. diuiſæ ſunt partes, iuxta maiorem differentiam, quam longior dies vel nox habere poteſt intra Arcticum & Antarcticũ circulum. Cùm enim dies vel nox in alterutro horum circulorũ verſus polum eſt 34. horarum, in oppoſito illius tantum eſt vnius momenti, vt mani-
B feſtè apparet in centro C vbi ſe omnes horarum lineæ colligunt; idipſum intellige de nocturnis horis, quarum lineæ coëunt in centro A & B quod vnum idemque eſt.

Qvinto, ad numerum cuiuſque horæ, linearum A F D C & B E ductæ ſunt lineæ cum Æquinoctialis H M paralelę, quæ planetariarum horarum lineas in partes inæquales interſecant: numerus verò vnicuique interſectioni adſcriptus, tempus deſignat, quo iuxta communes noſtras horas earundemque minuta, tam poſt meridiem,
C quàm poſt mediam noctem, vnaquæque hora planetaria incipiat. Si autem conſiderentur numeri ſeptimæ horæ, ſiue primæ poſt meridiem, aut mediam noctem adiuncti; deprehendetur quantitas cuiuſque horæ planetariæ.

Sexto, ad orientalem Horologij huius oram iuxta lineam A F adſcripta ſunt 12. ſigna Zodiaci in 30. gradus diuiſa. Ad occidentalem verò poſiti ſunt 12. menſes cum ſuis diebus, prædictis Zodiaci ſignis re-
D ſpondentes: adeò vt diebus ſingulis videri poſſit, in quo lineæ eclipticæ gradu ſol ſit. Nam ſi animus eſt id cognoſcere æſtiuis menſibus, ſiue à Martio vſque ad Septembrem, accipienda ſunt ſigna gradus & numeri introrſum notati: Sin autem mẽſibus hibernis, à Septẽbri ſcilicet vſque ad Martium, vtendum numeris, gradibus & ſignis ad lineam A F extrorſum collocatis. Exempli gratiâ: aues ſcire, in quo gradu ſol ſit
E primâ Auguſti, excipe circino diſtantiam illius diei ab Æquinoctiali M & ſine vlla tranſpoſitione alterum circini pedem deduc ab A ſurſum, & inuenies gradũ nonum ſigni ♌ Leonis. Non autem gradum 12. ſigni ♊ ſiue Geminorum, quamuis ex oppoſito ſe exhibeat, hoc enim ſignũ introrſum, illud, vti & Auguſtus, extrorſum ponitur.

Septimo, ad Orientem & Occidentem ductæ ſunt lineæ, his notis A G F G E B N

HORO-LOGIVM. in 62.$\frac{1}{2}$.inæquales gradus partitæ,quæ vniuerſas globi terreſtris regionū locorumq́; longitudines cōprehendunt, ijs tantùm exceptis, quæ ſunt ſub vtraque Zona frigida. Mediantibus autem hiſce gradibus, Inſtrumentum hoc efficitur Generale, ad quouis tempore & loco minutim cognoſcendam quantitatem dierum noctiumq́ue artificialium, & Planetariarū horarum:adhibitis tamen curuis ex G & N progredientibus lineis,& ad gradus dieſq́; linearū A F & B E productis, quod exemplis fiet planius.

Ad cognoſcendam in quacumq́ue latitudine longiſſimi, vel breuiſſimi diei quantitatem, pariterq́; cuius durationis tum ſit quælibet hora Planetaria, ad vulgares horas & minuta reducta.

Colloca circinū in ea latitudine lineæ A G B N quâ locus tuus diſtat ab Æquatore, ſiue ad eum gradum, quo polus vltra Horizontem eleuatus eſt. Ponamus iam id eſſe ad latitudinem graduum 60. Diducas circinum ab eo puncto vſque ad Æquinoctialem G H ſiue M N immotoq́ue altero circini pede, alterum pone in Meridiana linea C D in puncto Æquinoctialis K ſurſum, longiſſimum diem reperies 18. horarum, minutorum 30. Quod ſi eundem circini pedem parallelā cum Æquinoctiali promoueas vſque ad lineam horæ VII; ex minoribus partitionibus colliges quamlibet horam diurnam, eſſe vnius horæ, & 32.$\frac{1}{2}$. minutorum. Si deorſum circinum deprimas à K ad C inuenies breuiſſimum diem 5.horarum & 30.minutorum. Promoto autem circino ad lineam horæ VII. apparebit quamlibet horam planetariam eſſe 27.$\frac{1}{2}$. minutorum. Ad 50.gradum latitudinis in æſtate longiſſimus dies habebit 16. horas, & minuta 12.quælibet hora Planetaria erit vnius horæ & 21.minutorum. Hieme dies A erit horarum 7.minutorum 48.hora planetaria 39.minutorum. Et ſic in alijs.

Modus inueſtigandi cuiuſuis diei noctis & Planetariæ horæ quantitatem in quacumq́ue latitudine.

Fert animus fortaſſis noſſe, quot vulgarium horarum ſit primus dies Maij in latitudine graduum 50. Quære lineam incuruam reſpondentem Kal. Maij: (quæ ſi de- B ſit, tu tibi imaginatione eam effinge intra duas viciniores) & aduerte vbinam hæc incurua rectam, quæ eſt latitudinis, interſecet: tum circino longitudinem interſectionis ab Æquinoctiali M N ſurſum vſque ad 50.gradum latitudinis merire: reduc dein circinum non diductum ad punctum K in Meridiano altero pede oſtendet horas 14.& 25.minuta, quantitatem illius diei, eritque hora planetaria vnius horæ, & 12.minuto- C rum, largè. Nox 9.horarum, & 35.minutorum, eiuſq́ue hora ferè 48. minutorum. Sin autem 60.gradum latitudinis accipias, erit dies artificialis horarum 15.minutorum 45. hora planetaria, vnius horæ communis, & ferè 19.minutorum: Nox tum horarum 8. minutorum 15. Hora planetaria minutorum 40.& ſic de alijs.

Notandum denique, quod exiſtentes ad Auſtrum lineæ Æquinoctialis, triangulo D diurno A B C vti debeant pro nocturno, vt linea meridiana C D efficiatur mediæ noctis, & A F & B E meridiei: B C efficiat orientalem, & A C occidentalem horizontem. Exhibētur hîc etiam ſeptem ſigna planetarum, vt cognoſci poſſit quis ex ijs horis ſingulis præſit. Quod ſcies, ſi primæ diei artificialis horæ tribuas planetam à quo denominatur, & deinceps ſingulis horis aſſignes eum, qui ex ordine ſequitur planetam. Ordo autem prout in tabula expreſſus eſt, incipit à Saturno, deſcendendo.

S I T

NOMEN DOMINI

BENEDICTVM

EX HOC

NVNC, ET VSQVE IN

SÆCVLVM.

MONA-

MONASTICARVM

DISQVISITIONVM

LIBER OCTAVVS:

CAPITVLVM,

SIVE

DE CVLPIS ET POENIS.

Congregate vos in domum Diſciplinæ. Si de ſacro conuentu correptionum cenſura ſubtrahitur, diſciplinæ vigor funditus eneruatur, & Religio tota deſtruitur. *Petr. Damiani, Opuſc.* XLVI. *cap.* 4. Eccli. 51.

ARGVMENTVM.

QVOD ſacra pagina Eſther Reginam feciſſe tradit, quæ coram Aſſuero Rege comparitura, *ingreſſa eſt cuncta per ordinem oſtia*, idipſum Lectoribus meis quos per huius operis ſpatioſum deduco Cœnobium, faciendum deinceps propono. Eſther. 15. A primo veſtibulo varia iam luſtrauimus loca, & ipſum tandem Oratorium ingreſſi, Cœnobitas pſallentes, & religioſam operis Dei contemplati ſumus celebrationem. Primarium hocce ſeruorum Dei exercitium. Vt verò & reliqua per ordinem cognoſcamus, quid reliquum, niſi vt expleto opere Dei, cum ſummo ſilentio, & reuerentia Deo exhibita exeuntes, ponè ſubſequamur, vel etiam lateri hæreamus; vt monaſticæ exercitationis, quæ in ſingulis fit locis, formam propius intueamur? *Tranſitus ab Oratorio ad Capitulum.* Quò autem Eccleſiam manè egreſſi ſe conferunt, niſi ad piacularem exedram, quam vſitato apud eos alioſque Eccleſiaſticos vocabulo CAPITVLVM vocare conſueuerunt? Eſt ſanè illud Monaſticæ Reipublicæ tribunal, neruus diſciplinæ, quotidianarum præuaricationum lauacrum ſimul & remedium, & ſalubre quoddam

CAPITVLVM. ac leue huius vitæ purgatorium. Erratis carere, ſolius Dei eſt; nos homines pro humanâ fragilitate in multis offendimus. Sed facilis Eius commendatio. offenſæ remiſſio, ſi propriæ accuſationis remedio, & ſuſceptâ à Superiore pœnitentiâ velut ſalutari antidoto, ſanitati anima reſtituatur. Hug. Vict. lib. 2. de clauſtr. animæ cap. 11. Inde eſt quod Hugo de S. Victore *Capitulum* vocat Stabulum, in quod Samaritanus introducit vulneratum, infundens vinum & oleum, fomentum ſcilicet conſolationis, & aſperitatem correptionis. Et poſteà ait: *Capitulum eſt officina Spiritus S. in quâ Filij Dei congregantur, vt ei reconcilientur. Hæc eſt domus vicina Paradiſo. De domo etenim confeſſionis fit tranſitus ad beatitudinem æternæ pacis.* Hæc eſt domus diſciplinæ, in quâ commiſſa alibi peccata expiantur. Vt miDæmon Capitulum horret. nimè mirùm ſit, ſi eam diabolus dicatur horrere. Nam ad illam à B. Dominico, vt legimus, aliquando ductus, cum horrore quodam In vitâ S. Domin. l. 2. c. 12. apud Sur. 5. Aug. refugit. *Iſte*, inquiens, *locus mihi tartarus eſt. Si quid enim alibi lucrifeci, eius hîc facio iacturam. Hîc namq; admonentur fratres, hîc confitentur, hîc accuſantur, hîc verberantur, hîc abſoluuntur. Quâ cauſsâ locum hunc præ ceteris abominor, planeq; deteſtor.* Quàm verò cacodæmoni inuiſa hæc domus, tam grata beatis Angelis, qui gaudent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Quinque autem Tractatibus hic liber abſoluitur. *Primus* eſt, De actu Capitulari. *Secundus*, De iudicio Culparum. *Tertius*, De Culpis & Pœnis. *Quartus*, De Excommunicatione Culparum. *Quintus*, De Diſciplinis. Libro autem hoc dilueidamus Regulæ Benedictinæ capita XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XLIV. XLV. & XLVI. Alia quæ ad Capituli diſciplinam ſpectare videntur, vt XXX. De pueris qualiter corripiantur. & XLIII. De tardè ad opus Dei & menſam occurrentibus, ſuo loco expoſuimus, & infrà opportunè declarabimus.

TRACTATVS I.

DE ACTV CAPITVLARI.

IVDICIALIS fori, quòd in monaſticâ exercetur republica, actus omnes, qui ſub Agendorum Capituli nomine comprehendi ſolent, primo hoc Tractatu recenſebimus, & inſtitutionis rationes cauſſaſq; explicabimus. Primò *igitur diſquiremus, Quid Capitulum, & vnde dictum?* Secundò, *Quæ inibi fiant?* Tertiò, *Quæ eorum, quæ ibidem fiunt, rationes?* Quartò, *De Commemoratione Defunctorum?* Quintò, *Quis vſus Tabulæ quæ in Capitulo recitatur?* Sextò, *Cur inſtituta Culparum denunciatio?*.

CAPITVLVM.

DISQVISITIO I.

Quid Capitulum? Vnde dictum?

Capituli notio.

Clem. in agro. Benedictin c. 5.

VT libri huius epigraphen explicemus, notandum in Eccleſiaſticis libris frequentiſſimè occurrere vocem *Capituli*, eâ notione, vt locum in quo Monachi vel Canonici conueniunt, ſignificet, quâ voce vtitur etiam Clemens V. & Benedictus XII. in Benedictinâ. Occurrit in Concordiâ Regulari S. Dunſtani, in Statutis Lanfranci, apud S. Petrum Damiani, Hugonem de S. Victore, alioſque paſſim. Catholicon verò Ioannis Genuenſis exponit *Capitulum* eſſe paruum illum locum, in B quem cōueniunt Clauſtrales, quo nomine etiam ipſa Congregatio Clauſtralium appellatur. Vbi Iudocus Badius annotauit, *Capitulum* pro loco quo conuenitur non vſurpatū à Doctis. Quod vti verum exiſtimo, ita à Monachis originem huius nuncupationis petēdam non dubito. Vnde Amalarius Fortunatus, agens de horâ primâ ait: *Mos inoleuit, vt per monaſteria Deo deuota legatur lectio in Capitulo.* Cōcilium Aquiſgranenſe: *Vt ad Capitulum primitus Martyrologiū legatur.* Et: *Vt ad Capitulum lectio tradatur.* C Quid, quod & apud priſcos illos Monachos *Capituli* nomen & res ipſa nota videatur. Palladius enim de Oxyrynchi Monachis agens, ita habet: ἔγμον δὲ ϗ τῆς πόλεως ἐν ναοὶ, ϗ τὰ καπιτώλια τ͂ μοναχῶν. vbi Meurſius καπιτώλια exponit *Capitula*, vel loca vbi congregatur Monachi, & *Capitulares*, vt vulgò loquūtur. Deeſt porrò hoc caput Palladio Roſweydi.

A Monachis ortum habet.

Amal. lib. 4. de off. eccl. cap. 2.

Conc. Aquiſg. can. 69. & 70.

Vnde ſit dictum.

Sed quâ de cauſsâ locus hic *Capitulum* dictus, an quod ibi capita Religioſorum & D Canonicorum, ſiue Primores Eccleſiaſtici conſideant? Viſum ita Matthiæ Martinio in Lexico Philologico, quâ ratione Genuēſis Capitolium deriuat à *Capitulo*, quòd ibi, inquit, cōueniebant Senatores, ſicut in *Capitulo* Clauſtrales: vel quòd ibi conueniebant capita Ciuitatis. Sic & Haymo noſter Capitulum appellauit *Capitolium: In celebribus,* inquit, *locis eorum, vt in tēplo, & Synagogâ, & Capitolio, non ſit aliquis eorum, qui inhabitet.* Et Honorius Auguſtodunenſis: *Religioſi* E *Prælatum de Eccleſiâ ſequentes in Capitolium congregantur.* Etymologiam hanc etſi improbare nolim, exiſtimo tamē aliunde Cœnobiticam hanc exedram *Capitulum* dictā, quòd ſcilicet in eâ Capitulum aliquod Regulæ prælegeretur, & ſubinde etiam exponeretur, ſic enim & Genuenſis: Capitulum dictum, quod capitula ibi exponantur. Notiſſimum ſiquidem eſt, manè poſt Primam recitatam, antequam fratres exeant ad laborē, iam olim aliquod Regulę Capitulum iis fuiſſe prælectum. Moris huius meminerunt Fuldenſes Monachi in libello ſupplici Carolo Magno porrecto, vbi ita ſcribunt: *Quam mane, quando in vnum conuenimus, & Capitulum de Regulâ coram fratribus legebatur, exurgentes poſt lectionem, ter verſum, Deus in adiutorium meum intēde, adiuncta Gloria Patri, cantantes, flexis genibus Pſalmum quinquageſimum cecinimus, ſimul cum verſibus & Collectâ.* Eiuſdē quoq; meminit Smaragdus Abbas, ita ſcribens: *Et quia mos eſt Monachorum, vt Regulam* B. BENEDICTI *ad Capitulum legant quotidie matutinum, volumus vt iſte libellus ad eorum Capitulum legatur veſpertinum.*

Lexico V. Capitulum.

Capitolium. Haymo in pſal. 68.

Gemma animæ l. 2. cap. 61.

Capitulum à Regulæ capitulo ibi lecto dictū.

Antiquit. Fuldenſ. l. 3. cap. 12.

Smaragd. præfat in Diad. monach.

Ab huius itaque Capituli lectione, ad quam in deſignatum conueniebant locum, crediderim *Capituli* nomen ipſi loco, cùm alioqui anonymus eſſet, inditū, & reliqua quę in eo gerebantur, vt culparū, quæ fieri ſolet accuſatio, proclamatio, correptio, correctio, ſiue pœnitentiæ alicuius impoſitio, *Capituli* nomine nuncupata fuiſſe. Et hinc forſitan natæ illæ phraſes: Dare alicui *Capitulum*, vel accipere *Capitulū*, pro reprehendere, caſtigare verbis & mulctis. Quod & Goldaſtus obſeruauit, ad Ekkehardum Iuniorem: Quia, inquit, in Monaſteriorum & Collegiorum *Capitulis* plerumq; vitioſi emendabantur, delinquentes corrigebantur, nata Germanorum phraſis, **einen kapitelen** / aut etiam **kapitel leſen** / pro obiurgare ac corrigere.

Capitulum pro correptione.

Ekkeh. de caſ. Monaſt. S. Galli cap. 9.

Etiam Germanicè.

Quia autem in eodem loco ea quæ ad Cœnobiticum ſpectant regimē ſolent tractari, hinc ipſa Monachorū comitia, Conuentus, ſiue Synodi, vocari forſitan cœperint *Capitula* generalia, Prouincialia, annua, prout iam paſſim videmus vſu obtinuiſſe. Imò hanc etymologiam ceteris præfert Goldaſtus, nempè, inquit, *Capitulum* eſt concilium vel ſenatus Principum ac primorum regni, ciuitatis, aut collegij alicuius. Hinc *Capitularia* dicta leges, quæ in *Capitulo* communi primorum conſenſu conſtituuntur & ordinantur. Hæc noſtra de huius vocis etymologiâ opinio & coniectura.

Capitula pro Synodis.

Neque tam alienum videri debet, vt ab eo, quòd in aliquo fit loco, locus ipſe nomē accipiat. Sic in ſcholis Claſſes dicuntur Poeſis, Rethorica, Logica, Phyſica, quòd hæc ibi doceantur. In Monaſteriis ablutio pedum, itemq; locus vbi eâ ſolet exerceri, vocatur *Mandatum*, à primâ Antiphonæ, quæ decantatur, voce. In quibuſdam locis,

Exercitium ſubinde locis nomen tribuit.

CAPITVLVM. *Obedientiæ pro Prioratibus.*

vbi Martyrologium & quę ſequuntur, nec in templo, nec in Capitulo cantantur, ſed in aliqua parte clauſtri, ſolet eadem pars vocari *Pretioſa*. Sic Prioratus vocati *Obedientiæ*, quod qui ibi habitarēt, maiori Monaſterio obedirent. Vnde illud: *Vrbanus Epiſcopus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, in quorum parochiis Prioratus & Obedientiæ eccleſiæ Cluniacenſis exiſtunt*. Plura de hàc voce *Obedientia* vide apud Sirmondum. Simili ergo modo à lecto vel expoſito Capitulo, ipſe locus in quo id fiebat, *Capitulum* fuerit appellatū.

Sirmond. ad epiſt. 7. l. 4. Goff. Vindoc.

DISQVISITIO II.

Quæ in Capitulari fiant loco?

Agenda Capituli, quid.

TOTVM id quod in Capitulari vel legitur, vel tractatur loco, vno vocabulo *Agenda Capituli* nuncupari ſolet, itaq; præfert titulus in Collectario Burſfeldēſi. Dicitur porrò Capitulare hoc officium ea notione, quâ S. P. BENEDICTVS dixit, *Agenda Matutina, vel Veſpertina non tranſeat*. Et de aliis horis. *Ceteris verò Agendis*. Sed hāc vocem ſuperiori expendimus libro. Vt porrò ſciatur quidnam ſit Agenda Capituli: Notandum lectionē Martyrologij, verſum *Pretioſa*, & reliqua quæ deinceps in Breuiariis poſt orationē Primæ, conſuetamq; clauſulam *Benedicamus Domino*, ſubiiciuntur, non eſſe partē horę Primæ, ſed diſtinctū quoddam officium illi per modum appendicis adiectū, vt expreſsè teſtatur Durandus in Rationali diuinorum officiorum, plerumq; enim poſt Primam dici ſolet. Non eſſe autē partem Primæ, vel inde patet quod paſſim Scriptores dicant, finita Prima dici Martyrologium. Burſfeldenſes: *Omni tēpore Prima regulari finita, itur ad locū Capitularem*. Patet quoq; ex eo quòd Prima B. Mariæ Virginis, quæ dicenda eſt poſt Primam maioris officij, iuxta Rubricas tam Romani quàm Monaſtici Breuiarij ante Martyrologij lectionem dicatur. Quibus accedit, quod in Monaſteriis non tantùm alio loco, ſed alio etiam tēpore Martyrologiū reliquaq; ſubinde legantur; ita vt longo ſatis interuallo poſt Primam recitētur. Vſus Ciſtertienſis, & Cærimoniale S. Iuſtinæ antiquum prę-ſcribunt, vt poſt Primā ſequatur Miſſa Matutinalis, & poſt illam fiat *Capitulum*. Iuxta Cluniacenſiū conſuetudines, prout in peruetuſto noſtri Monaſterij legitur Rituali: à Kal. Octob. vſque ad Paſcha priuatis diebus finita Prima cum Pſalmis familiaribus dicūtur ſeptem Pſalmi cum Litania maiori. Expleta Litania tenetur ſpatiū, in quo priuatæ Miſſæ celebrantur; quibus peractis datur ſignū ad diurnos calceos induendū; & poſt modicum interuallum pulſatur ad Tertiam, quâ finita cum Pſalmis familiari-

Reg. c. 23.

Martyrologium & Pretioſa non ſunt pars Primæ. Durand l. 5. cap. 5. n. 18.

Burſfeld. Cęrim diſt. 1. cap. 4.

Probatur variè.

Vſus Ciſt. cap. 70. Cærim. S. Iuſt antiq. p. 1. cap. 16.

Ritual. Aff. MS. p. 1. cap. 2.

A bus celebratur Miſſa matutinalis, poſt Miſſam verò pulſatur ad *Capitulū*. Similia prę-ſcribunt Statuta S. Dunſtani & Lanfranci. Prædicatores verò finitis Matutinis Capitulū celebrant, & Martyrologium cum reliquis legunt. Ex quibus conſtat Martyrologij, vt dicebamus, recitationem non eſſe partem Primæ, ſed diſtinctū quoddam officium. Hinc intelligi poteſt quid illud ſit quod in Rubricis, & Breuiario tam Monaſtico quàm Romano dicitur: *Ad abſolutionē Capituli legitur lectio breuis, vel dicitur Capitulum Nonæ*. Ad quæ verba plurimi hæſita-

Statuta Dunſtani cap. 1. Statut. S. Lanf. c. 1. §. Conſtitut. Prædicat. diſt. 1. c. 6.

Quid illud, ad Abſolutionem Capituli.

B runt, cùm enim de fine Primę, & Capitulari conuentu nihil ſcribat Romanū Breuiarium, ſed immediatè ſubiungat Martyrologium; hinc obſcurū admodum relinquebatur, quid illud eſſet, *ad Abſolutionem Capituli*. Significat autem agendam hanc, ſiue ſiue totū actum capitularē terminari, ſiue abſolui per lectionem breuem, quæ ideò dicitur legi ad abſolutionem Capituli. Eodem modo exponēda abſolutio, quæ in ſingulis Nocturnis dicitur, antequam Lector petens benedictionem dicit, *Iube Domne benedicere*, ſignificat enim abſolutā Nocturni

Quid nocturnorum Abſolutio.

C illius pſalmodiam. Sic Caſſiano Comeſtio vocatur abſolutio ieiunij. Apud Græcos quoque ἀπολυτίκιον, vt Meurſius obſeruauit, vocatur oratio, aut formula, quâ populus poſt Liturgiam dimittebatur. Crebrò occurrit in Triodio, Liturgiis Chryſoſtomi, atque Baſilij. Et ἀπόλυσις dicebatur vltimus dies cuiuſq; feſti, quod tunc in illud quaſi ſolueretur. Sed quod Capitulum abſoluatur, cum aliqua lectione, quæ inde *abſolutio Capituli* dicta ſit, ſimilitudinem quandam habet cum Miſſæ ſacrificio, in quâ poſtquā dictum eſt, *Ite Miſſa eſt*, ſubſequitur lectio

Caſſ. coll. 29. c. 4.

Meurſ. in Gloſſ.

Abſolutio pro Ite, Miſſa eſt.

D Euangelij S. Ioannis. Nam illud *Ite, Miſſa eſt*, abſolutio quoque vocatur in *Commentario de actione Miſſarum* ab Anonymo, ante annos plus minus mille collecto, & a Lindano cum S. Petri Liturgiâ edito, ita enim habet: *Finitis verò omnibus, adſtanti & obſeruanti populo Abſolutio datur, inclamante Diacono: Ite miſſa eſt. Miſſa ergo nihil aliud intelligitur quam dimiſſio, id eſt, Abſolutio*. Quæ totidem verbis habentur apud Alcuinum.

Alcuin. de diu. off. cap. de cel miſſ.

Iam verò cur poſt poſt dimiſſionem à ſacrificio lectio legatur, idem Epiſcopus Lindanus in annotationibus ad Liturgiam

Cur Lectio poſt Miſſam legatur.

E S. Petri explicat. Inuenimus in antiquiſſimis Græcorum Liturgiæ formulis, poſt ἀπολυτικὸν, quod nos dimiſſorium dicamus, à miſſione populi, ſiue à dimittēdo poſt peractum ſacrificium populo, pios Patres legiſſe quædam quæ appellant ὀπισθεν, quaſi dicas lectionem, quæ poſt eſt recitanda: alij reddendum contendunt vaticinium, quod olim aliqua legebatur Prophetia poſt abſolu-

abſolutum Chriſtianũ ſacrificium, ad pios populi diſceſſuri animos in fide conſtabiliendos, ſed quod poſtremò recitabatur, qualis Latinis eſt ſequentia S. Euangelij, vt continuationem diuini redoleat officij. Sic enim in Liturgiâ D. Simeonis Syracuſani exſtat, quæ Treueris oſtẽditur, ante annos minimum 800. deſcripta. Sic ille. Eodem prorſus modo Monachis à Capitulo ad laborem ituris Regulæ caput prælegitur, vt pium quidpiam habeant quod in opere manuali ruminent, & legem ſub quâ Deo militant, mente reuoluant.

Quæ in Capitulo aguntur. Radulph. propoſ. 14.

His iam præmiſſis reſpondendũ quænam in Capitulo fieri oporteat. Clarè Radulphus de Riuo: *In officio,* inquit, *Capituli, quod fit poſt Primam ſiunt tria. Primò, memoria Sanctorum in recitatione Martyrologij, cum verſu Pretioſa, & Capitulo Sancta Maria. Secundò, memoria defunctarum in anniuerſariis recitandis, cum Miſerere mei Deus, & Collectis. Tertiò, quia tunc ad labores diurnos præparari debemus, adduntur preces congruentes, dicendo ter, Deus in adiutoriũ. Et contra* B. BENEDICTVM *cap. 55. agunt, qui huic verſui triplicato quidquam addunt. Deinde ter Kyrie eleiſon. Pater noſter cum verſu, & Reſpice, & Oratio, Dirigere, Ambroſiana.* Sic ille; qui dum ſcribit cõtra B. BENEDICTVM cap. 55. agere, qui triplicato verſui quidquam addunt; memoriâ lapſus eſt: nihil enim de his, quæ in Capitulo dicuntur precibus, illo vel vllo Regulæ capite tradit S. BENEDICTVS. Omnes tamẽ Capituli preces & actus prout hodieq; ſeruantur, deſcribuntur à S. Dunſtano in Concordiâ regulari. Nam poſt orationem *Dirigere,* ſubiungitur verſus, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini* (quẽ nunc vt exprimitur in Breuiariis, Benedictio ſubſequitur) *iterùm autem reſidentibus,* inquit S. Dunſtanus, *legatur Regula, vel ſi dies feſtus fuerit, Euangelium ipſius diei, de quâ lectione à Priore prout Dominus dederit, dicatur. Poſt hoc quicũque ſe reum alicuius culpæ agnoſcit, veniam humiliter poſtulans, petat indulgentiam.* Sed primus ipſe non eſt, qui Regulæ lectionem Capitulari actui ſubiecit, nam in Aquiſgranenſi Conuentu decretum eſt, *vt ad Capitulum primitus Martyrologium legatur, & dicatur verſus: Deinde Regula, aut homilia quælibet legatur, deinde Tu autem Domine dicatur.* Cauſſa verò Decreti huius fuit, quod ea conſuetudo videretur intermiſſa. Nam Carolo Magno ſupplicantes Monachi Fuldenſes vt liceat eis orationum, & pſalmodiæ modum tenere, quem Patres eorum habuerant, inter cetera & hoc ponunt: *Manè, quando in vnum conuenimus, Capitulum de Regulâ coram fratribus legebatur.* Et fundamentum habet in Regulâ hæc lectio, vult enim Legiſlator ipſe *Regulam ſæpius in Congregatione legi, ne quis fratrum ſe de ignorantiâ excuſet.*

Statut S. Dunſtan. cap. 1. *Quàm antiquum ſit ibi Regulam legi.*

Concil. Aquiſg. n. 69.

Antiquit. Fuldenſ. l. 3. cap. 12.

Reg. c. 66.

CAPITVLVM. *Ordo recenſetur eorum quæ in Capitulo ſunt.*

Verùm vt per recapitulationem quæ in Capitulo peraguntur, ordine enumeremus, ea hæc potiſſimùm ſunt.

1. Recitatio Martyrologij, & inuocatio Sanctorum per Orationem, *Sancta Maria, & omnes Sancti.*
2. Præparatio ad laborem per verſum, *Deus in adiutorium,* & quæ ſequuntur.
3. Lectio Regulæ.
4. Commemoratio defunctorum, & benefactorum Ordinis.
5. Pronuntiatio Officialium, & ordinatio eorum quæ agenda ſunt, quæ ex tabulâ recitari ſolent.
6. Culparum accuſatio, & pœnitentiæ pro eis impoſitio.

Hæc in Ordine noſtro iam olim practicata hodieq; pluribus ſeruantur locis, quãuis vbiq; non eo quo deſcripſimus ordine, quorum rationes deinceps explicandæ.

DISQVISITIO III.

Quæ eorum, quæ in Capitulo aguntur, probabiles rationes? Cur ibi inſtituta Martyrologij Lectio?

Summa agendorum in Capitulo. Honor. in Gemmâ animæ lib. 1. cap. 61.

POTISSIMAS Capituli actiones myſticè explanans Honorius Auguſtodunenſis ita diſſerit: *Solent Paſtores loca mutare, & greges ad alia paſcua minare. Hoc Religioſi imitantur, dum Prælatum de eccleſiâ ſequẽtes in Capitolium congregantur. Ibi Dei animalibus ſal ad lambendum datur, dum eis in Martyrologio paſſio vel vita Sanctorum pronuntiatur. Opilio verò eis quaſi pabulum ponit, dum per verſum Pretioſa patientiam Sanctorum proponit. Deinde diuinum auxilium ter per Deus in adiutorium inuocat, vt grex Dei periculum animarum euadat. Deinde quaſi ouile benedicit, dum eos dirigi & ſanctificari in lege Dei poſcit. Poſt hæc lectione reficiuntur, & tunc ſinguli in operâ quaſi vineæ cultores diriguntur.* Hæc ille.

I. *Legitur Martyrologium.*

Sed vt de ſingulis aliquid dicamus, PRIMVM locum obtinet lectio Martyrologij, cuius quidem plures ſunt cauſſæ.

Greg. lib. 2. moral. c. 1. *Eius rei cauſſæ. Prima.*

Prima eſt, vt *ex geſtis Sanctorum,* Gregorio dicente, *ad imitationem corda prouocentur infirmorum. Cumq; illorum victricia facta* (Eccleſia) *commemorat, contra vitiorum prælia, debilia noſtra confirmat, fitque verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante ſe poſitos tot virorum fortium triumphos videt.* Et Auguſtinus: *Solemnitates Martyrum, exhortationes Martyriorum ſunt: vt imitari non pigeat quod celebrare delectat. Qui ſanctos Martyres, vel in quantum potuerit, noluerit imitari; ad eorum beatitudinem non poterit peruenire.* Præclarè proinde Baſilius: *Quemadmodum pictores cùm ad imaginem ex imagine pingunt,*

Aug. ſer. 47. de ſanct.

Baſil. epiſt. 1. ad Greg. Nazianz.

CAPITVLVM.

pingunt, frequenter ad exemplar reſpicientes, lineamenta inde ad ſuum opificium transferre contendunt: ſic oportet eum, qui ſtudet ſeipſum omnibus virtutis partibus perfectum efficere, ad ſanctorum hominum vitas, velut ad ſtatuas nobiles & actuoſas oculos intendere, atque illarum bona per imitationem ſua facere. Hinc de S. Epiphanio Ticinenſi Epiſcopo Ennodius: *Pingebat actibus ſuis paginam, quam legiſſet. Quod libri docuiſſent, vita ſignabatur.*

Ennod. in vitâ Epiphanij.

Secunda, ad arguendum teporê noſtrum.

Secunda cauſſa eſt, vt ex heroicis Sanctorum factis de noſtrâ negligentiâ & tepore B confundamur. Hæc enim confuſio ad pœnitentiam, & vitæ emendationem excitat. Etenim vt Gregorius XIII. ait: *Habet Sanctorum innocentiæ, charitatis, fortitudinis, ceterarumque virtutum commemoratio ſtimulos quoſdam acerrimos, quibus tum maximè incitamur, cùm illorum propoſitis exemplis, noſtram deſidiam agnoſcimus; quamque procul ab illorum laude & perfectione abſumus, cogitamus.*

In Bullâ ad Rom Martyrol.

Tertia.

Tertia cauſſa eſt, vt occurrentibus ſingulis diebus plurium Sanctorum ſolemnitatibus, congruum eis honorem, cultum & venerationem impendamus. C

Quarta.

Quarta, vt ipſo illo die, quo cæleſtem patriam triumphantes ingreſſi ſunt, eorumdem ferventius imploremus auxilium, & ad eorum ſuſpiremus conſortium.

Quinta. Molan. l. de Martyrol. cap 14.

Quintam cauſſam Religioſis propriam ex Dionyſio Carthuſiano adfert Molanus, dicens: In Capitulis Religioſorum, antequam culpæ recognoſcantur, ſeu proclamentur, fieri lectionem, in Martyrologio, quatenus fratres Martyrum ſanctorum exemplo ad patientiam animentur, etiamſi abſque ſuâ culpâ redarguantur, aut proclamentur. D

Obſeruationes circa lectionem Martyrologium. Vſus Ciſt. cap 70. Bursfeld in ordinar. diuin. c. 11. Greg. XIII. in bull. præfix Martyrol. Rom.

Ceterùm vt quædam circa Martyrologii lectionem explicemus, notandum olim ſecundum vſum Ciſtercienſem & Bursfeldenſem præmitti ſolere, *Iube Domne benedicere*, lectorique benedictionẽ impenſam.

Sed quia Rubricis Martyrologij Romani (quod Gregorius XIII. omnibus aliis amotis in peragendo diuino officio tantùm voluit vſurpari) præſcribitur, vt Lector non petat benedictionem, ſed abſolutè incipiat à Kalendis, hinc etiam in monaſterijs prætermittitur illa benedictionis poſtulatio. E

Cur autem ante memorias Sanctorum recitentur Kalendæ, Nonæ, vel Idus, & quaotitas lunæ, doctiſſimè expoſuit Cardinalis Baronius, notis ad primum diem Ianuarij. Iam quod toto Martyrologio, in Breuiario & Miſſali toties occurrit, vt dies migrationis SS. ex hâc vitâ, dicatur *Natalis*, eius rei plures rationem reddiderunt. In primis Petrus Chryſologus, *Natalem*, inquit, *Sanctorum cùm auditis chariſſimi, nolite*

Cur dies tranſitus dicatur Natalis. Chryſolog. ſerm. 129.

A *putare illum dici quo naſcitur in terram de carne, ſed de terrâ in cælum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delitias non fluxas, ſed fortes, & ſtabiles & æternas, de mundanis riſibus ad coronam & gloriam. Tales natales dignè Martyrum celebrantur.* Similiter Euſebius Gallicanus, ſiue Cæſarius: *Beatorum Martyrum paſſiones*, inquit, *natales vocamus dies, quando eos Martyrij vita, & gloriæ fides dum ingerit morti, genuit æternitati, & perpetua gaudia breui dolore parturit. Meritò planè dicendi natales dies, per quos illi qui fuerant in hanc fragilitatis humanæ miſeriam, ſubitò renaſcuntur in gloriam, vitæ perennis initium de morte ſine ſumẽtes. Etenim ſi dies natales vocamus quibus in hanc lucem in delictis & doloribus naſcimur ad dolores, iuſtiùs iſti celebrantur natales, quibus Sancti ex corruptibili luce in nouam illam futuri ſæculi veniunt claritatem, & filij hominum in adoptionem diuinæ paternitatis aſcendunt.* Nicolaus Papa in Epiſtolâ ad conſulta Bulgarorum hæc habet: *Natus dicitur, qui ex hac vitâ migrauit: quomodo enim vſitato modo dicitur naſci, quando quis ex vtero materno procedens in hanc lucem exit; ſic quoq; iure natus appellari poteſt, qui liber ab huius ſæculi tenebris, ad lucem pertingit viuentium. Pro quâ ergo re aptè conſuetudinem tenet Eccleſia, vt ſolemnes beatorum Martyrum vel Confeſſorum Chriſti dies, quibus ex hoc mundo ad regionem migrauerunt viuorum, nuncupentur Natales: ſed & eorum ſolemnia, non funebria, tamquam morientium, ſed (vtpote in verâ vitâ naſcentium) Natalitia vocitentur.* Hæc ibi. Breuiter Paulinus:

Euſeb. homil. 50. de Geneſ.

Sancti cælo naſcuntur, dum hic denaſcuntur.

Nicolaus in epiſt. cap. 5. in fine.

Venit feſta dies cælo, celeberrima terris,
Natalem *Felicis agens, quâ corpore terris*
Occidit, & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris.

Paulin Natal 3. de S. Fel.

Radulphus Flauiacenſis ſic exponit: *Cùm putantur conſumpti* (iuſti) *oriuntur vt luciferi. Inde eſt, quod Sanctorum obitus Natalitia vocari eccleſiaſticus vſus obtinuit: quia quod ſunt infanti anguſtiæ materni vteri ad huius aëris libertatem, hoc eſt iuſtis huius conuerſationis ærumna ad futuræ gloriæ amplitudinem.*

Radulph. l. 4 in Leuit. c. 2.

Sic quod mireris, feria quinta in Cœnâ Domini dicta eſt *Natalis Calicis*. Eligius Nouiomenſis Epiſcopus: *Vacatur hæc dies Cœna Domini, vocatur & Natalis Calicis; & meritò talibus præfulget vocabulis.* Paſchaſius Radbertus: *Hoc indicium in Natali Calicis mox excipitur.* Lactantius teſtatur gentilium Deorum feſta etiam *Natales* dicta: *Ludorum*, inquit, *celebrationes Deorum feſta ſunt: ſiquidem ab Natales eorum, vel templorum nouorum dedicationes ſunt conſtituti.*

Quid Natalis Calicis. Elig. hom. 10. Radbert. de Corp. & ſang. Dom. Lact. lib. 6.

Finito Martyrologio ſubiungitur, *Pretioſa*, & conſequenter *Sancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis*. Quod etiam dicitur ab iis, qui Martyrologium non legerunt. Olim ſiquidem dicebatur, *Iſti & omnes*

Pretioſa poſt Martyrologium.

Ord. Burſfeld cap. 11.

omnes Sancti, vt habet ordinarium Burſfeldenſe.

II. *Cur ter dicatur, Deus in adiutorium.* Amalar. l. 4. de Eccleſ. off. cap. 2.

Secundò, verſus *Deus in adiutorium* tertiò repetitus, & quæ deinceps ſequuntur, præparatio quædam ad laborem, & diuini auxilij imploratio eſt. Vnde Amalarius Fortunatus agens de Primâ ait: *In præſenti curſu precamur Dei adiutorium ad opera agenda. Operemur primò, & doceamus poſteò in curſu tertiæ horæ.* Congruè autem id fit hoc tempore, quia vt ſanctus Pater præſcripſit, *A Paſchâ vſque ad Kalendas Octobris manè exeuntes à primâ vſque ad horam penè quartam laborent quod neceſſarium fuerit. A Kalendis Octobris vſque ad caput Quadrageſimæ* idem labor præſcribitur à tertia finitâ vſque ad horam nonam, de quo aliàs pluribus.

Reg. c. 48.

III. *Cur Regula legatur in Capitulo.*

Tertiò, Lectio Regulæ eâ cauſsâ adhibetur, vt laboris tempore eius fratres meminerint, eamque ſubinde rumineut: cùm enim per ſingulos dies, & in omnibus diurnis exercitiis Regulam ſeruare debeant, meritò illa in ipſius diei exordio Cœnobitis prælegitur. Hinc in antiquiſſimâ Regula Pauli & Stephani: *Regulæ Patrum ideò nobis aſſiduè leguntur, vt eorum ſanctis exhortationibus, interiorem accommodantes auditum, & diſciplinæ concipiamus amorem dulciſſimum, & Domino per omnia adiuuante vitæ ipſorum exemplo ſequamur.* Amalarius: *Mos inoleuit, vt per monaſteria Deo deuota legatur lectio in Capitulo, quatenus hi, qui diebus ac noctibus occupati ſunt in ſeruitio Domini, non ſint ſine lectione. Auidi ſunt cæleſtis pabuli: non ſe poſſunt continere, quin omni horâ, quantumcumque ſit, manducent de cibo ſcripturarum.* Plura de Regulæ lectione, eiuſque expoſitione, quæ in Capitulo à Præſide fieri ſolet, diximus libro 2. quibus hoc dumtaxat adiecerim, Benedictum Anianæ & Indæ Abbatem loco expoſitionis Regulæ librum ſuum ſuppoſuiſſe, de quo hæc Ardo vitæ auctor: *Fecit denique librum ex Regulis diuerſorum Patrum collectum, ita vt prior B.* Benedicti *Regula cunctis eſſet, quem omni tempore ad collectam matutinam legere iuſſit, vt oſtenderet contentioſis nulla friuola caſſaque à B.* Benedicto *edita fore, ſed ſuam ex aliorũ fultam eſſe Regulã.*

Reg. Paul. & Steph. c. 41.

Amal. lib. 4. de Eccleſ. off. cap. 2.

Olim etiam explicabatur. Tract. 8. diſq. 4. & 6.

Menard. obſeruat. lib. 2. 12. Februar.

DISQVISITIO IV.

De Commemoratione defunctorum.

Commemoratio defunctorũ quàm vetus. Antiquit. Fuldenſ. c. 3. lib. 12.

EX his quæ in Capitulo fieri diximus, quartum nobis hac diſquiſitione diſponẽdum, nimirùm cur fiat commemoratio, ſiue recitatio nominum defunctorum; de quâ notandum antiquam ſatis eſſe, eiuſque mentionem fieri in Fuldenſium Monachorum ſupplici libello Carolo Magno porrecto, in quo dicunt ſe poſt Regulæ le-

A ctionem pſalmum quinquageſimum cum verſibus & collecta canere ſolitos. In Statutis S. Dunſtani præſcribitur, vt ſurgentes à Capitulo, canant quinque pſalmos pro defunctis: *Verba mea, Domine ne in furore, 1. Dilexi quoniam. Credidi. De profundis.* De hâc portò lectione poſt Radulphum Tungrẽſem, ità ſcribit Molanus: Poſt Martyrologij lectionem, legitur etiam nonnullis locis ex libro obituum ſeu defunctorũ, ſeu anniuerſariorum. Nonnulli eum dictione Latino-Græca *Mortilogium* nomi-
B nant, vt ſit alluſio ad Martyrologium, ſignificetque librum mortuorum. Eſt enim liber qui continet anniuerſarios dies confratrum, & potiſſimùm benefactorũ. Exigit autem pietas, vt eorum ſaltem in anniuerſario die aliqua fiat commemoratio. Porrò non eſſe Nouitios huiuſmodi anniuerſariorum dies, teſtis eſt Beda, qui refert Oſwaldi Regis depoſitionis diem annotatam fuiſſe in codice defunctorum, quem etiam *Annalem* vocat. Ab eo tamen tempore, occaſione apparitionis, quam Be-
C da ibidem refert, *pleriſque locis annuatim cœpit eiuſdem Regis ac militis Chriſti natalitius dies Miſſarum celebratione venerari.* Vnde tunc eum transferre oportuit ex libro defunctorum, in libro Sanctorum.

CAPITVLVM. Statuta Dunſtani cap. 1.

Radulph. propoſ. 12. Molan. lib. 1. de Martyrol. c. 9.

Dicta Mortilogium.

Anniuerſariorum antiquitas. Beda lib. 4. hiſt. Angl. cap. 14.

Eodem modo in antiquo Affligenienſis noſtri Monaſterij Necrologio, S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus deſcriptus habetur eodem die, quo in Romano occurrit Martyrologio. Et Bonifacius Lauſanenſis Epiſcopus 19. Februarij, qui inter Sanctos recẽſetur à Molano, Menardo, Henriquez,
D &c. Albertus item Leodienſis Epiſcopus & Martyr 24. Decembris libro Obituum noſtrorum adſcriptus, ſed in Martyrologio Romano 21. Decembris legitur.

Quidam Sancti libro obituum inſcripti.

In hâc porrò Defunctorum Commemoratione præſcribunt Burſfeldenſes, vt impenſa Monaſterio beneficia, & facienda pro eis ſuffragia, ſi ſpecialia ipſis adſcripta fuerint, etiam recitentur. Cuius rei antiqua occurrunt exempla; inter cetera illuſtre eſt, quod ex libro Obituum eccleſiæ Chriſti Cantuariæ Statutis Lanfranci ſubiungitur in fine operis inſcripti Apoſtolatus Benedictinorum in Angliâ, ex quo hęc de-
E ſumpſimus: *Obiit Ludouicus Rex Francorum piiſſimus, frater & benefactor noſter, qui deuotionis obtentu, ad S. Thomam viſitans Cantuariam venit, & ſuper tumbam S. Thomæ ad opus conuentus Cantuariæ, centum modios vini per quandam cuppam auream obtulit in perpetuam eleemoſynam annuatim, in Caſtellario Piſiaci recipiendos.* Suffragia verò, quæ eidem addicunt Regi, ita datis ad eundem litteris annuè relegendis exprimunt. *Sanè de communi voluntate & aſſenſu omnium noſtrum,*

Beneficia defunctorũ recitata. Ordinat. Burſfeld. cap. 11.

Exemplum in Ludouico Franciæ Rege.

CAPITVLVM. *Suffragia ipſi à Monachis impenſa.*

vos, & Dominam Reginam, heredemq́ veſtrum, & veſtros, beneficiorum Contuarienſis eccleſiæ participes, plenius eſſe conceſſimus. Inſuper adiecimus, quod ſingulis diebus debeat vnus de fratribus noſtris, ſpecialiter pro vobis, & Dominâ Reginâ, hærede veſtro, & veſtris, in vitâ veſtrâ Miſſam de Spiritu S. celebrare. Sacerdotes etiam, cum ceteris fratribus inferioris ordinis in celebratione Miſſarum, & maximè in perceptione corporis & ſanguinis Domini, tenentur quantum ad hoc Deus eos inſpirauerit, memoriam veſtri, veſtrorumque facere. Ad hoc tres Monachos ad præſens ſpecialiter pro vobis facimus, qui debeant toto tempore vitæ ſuæ, pro veſtrâ & Dominæ Reginæ, veſtriq́ filij, veſtrorumque ſalute Dominum iugiter implorare. Cùm verò dies obitus veſtri nobis innotuerit, fiet pro vobis ſeruitium ſicut pro vno Archiepiſcopo Contuarienſis eccleſiæ. Hoc eſt, ſinguli Sacerdotes triginta Miſſas, alij verò inferioris Ordinis decem Pſalteria dicent, præter ipſum officium quod in conuentu generaliter fiet. Procuratio etiam vnius Monachi per totum illum annum dabitur vni pauperi, facti anni vniuſcuiuſq́ reuolutione, cùm dies anniuerſarij veſtri aduenerit, fiet in conuentu pro vobis officium ſpeciale. Singuli etiā Sacerdotes ſingulas Miſſas celebrabunt, cum ceteris, quæ ibi fient beneficijs, & orationibus. Vt autem nullâ obliuione deleri debeant in poſterum, hæc omnia in Martyrologio noſtro ſcribi fecimus, & ſingulis annis, die recordationis veſtræ relegendo ſtatuimus.

Et eleëmoſyna.

Plura ſimilia tam quoad benefactores, quàm eos qui ius fraternitatis obtinuerint, ſuggerit libellus de Alamannicæ eccleſiæ fraternitatibus à Goldaſto editus. Ex quo, quod primo occurrit loco, confraternitatis inter Monaſterium S. Galli & Augienſe hîc tibi repræſentamus exemplar. Anno 800. tempore Caroli Magni, vtrimque conuentum & inſtitutum, *vt quandocumque frater aliquis obierit, & loco vel ſenioribus ibidem commorantibus annunciatum fuerit, eo die Presbyteri tres Miſſas, & ceteri fratres pro eo pſalterium ac celebrationem vigiliæ decantent, communiſq́ oblatio ab omnibus fiat. Item in die ſeptimo 30. pſalmos, trigeſimo autem Presbyteri omnes pro eo vnam miſſam, & ceteri 50. pſalmos impleant. Ceterùm vigilias pro defunctis in capite ſingulorum menſium ex more iugiter celebremus, in quibus vigiliis omnium ſimul defunctorum fratrum, qui in noſtro cōſortio coadunati ſunt, commemoratio fiat: eoque die commemoretur & nomen nuper defuncti, fiatq́ oblatio omnium fratrum ſimul tam pro illo, quàm & generaliter pro omnibus. Et poſt hæc vnuſquiſque Presbyter cantet vnam miſſam, & ceteri fratres 50. pſalmos. Præter hæc quoq́ ſemel in anno ſub die 18. Kal. Decembris commemoratio omnium ſimul fiat pro annuali ſingulorum videlicet defunctorum memoria, ipſoque die Presbyteri ternas miſſas, & ceteri fratres pſalterium decantent, ac celebratio vigiliæ communiſque oblatio ab omnibus fratribus fiat.* Poſt 145. annos pactum hoc renouatum fuit, additumque: *Quando obitus alicuius ex vtrouis monaſterio ad alterum fuerit indicatus, ab illo die annono ſicut vni è fratribus, pro illo quoq́ ex integro per totos 30. dies pauperibus tribuatur,* &c. Additurque: *Et vt hæc ſaluberrima pactio nullo modo à poſteris noſtris ignorantiâ aut negligentiâ vlterius omittatur, placuit nobis vt in libello Regulæ noſtræ litteris commendetur, & frequentiùs in conuentu congregationis recenſeatur.*

Gold. Alaman. antiq. tom. 2. p. 2. pag. 180.

Formula veteris fraternitatis inter Monachos.

Quæ mortuis impenderent.

Circa hæc autem nonnulla ſunt annotanda. PRIMÒ enim, mirum ſanè eſt, quod hic dicitur, 18. *Kal. Decembris ipſo die Presbyteri ternas Miſſas, ceteri fratres pſalteriū decantent:* vbi ternæ ſingulis Miſſæ vnoq́; die celebrandæ videntur aſſignari, ſicuti anteà expreſsè ait vnā Miſſam cui opponit 50. pſalmos. Cùm ergo integrum indicat reliquis pſalteriū, opponit illi ternas Miſſas. Et quidem licuiſſe olim plures vno die celebrare Miſſas, ex Walafrido colligas, qui poſita interrogatione, *Vtrùm ſemel, vel ſæpius in die offerre conueniat?* ait diuerſitatē hic quandā inter Sacerdotes oboriri ſolere, dum quidā *ſemel tantùm in die Miſſam celebrari vult; alius verò bis, ter, vel quoties libet, eadem myſteria in die iterare congruum putat. Et fortaſſe conſuetudinem ſuam inde confirmandam exiſtimat, quia Romanorum vſus habet, duas vel tres interdum vnius ſolemnitatis facere Miſſas: vt in Natiuitate Domini Saluatoris, & aliquorum feſtis Sanctorum,* Additque: *Fidelium relatione virorum in noſtram vſque peruenit notitiam, Leonem Papam (ſicut ipſe fatebatur) vnâ die ſeptem vel nouem Miſſarum ſolemnia ſæpius celebraſſe.*

Explicatur. I. Sacerdotes ter vno die celebrabant.

Walafr. de reb. eccleſ. cap. 21.

Quod olim non infrequens.

Quod ait de feſtis Sanctorum, in Ordine Romano, & apud Alcuinum lego tres Miſſas celebrari in feſto S. Ioannis Baptiſtæ: vnam in vigiliâ, duas in die Natiuitatis. Et in libro Sacramentorum S. Gregorij Papæ, prout noſter Menardus edidit, IV. Kal. Iulij in Natali S. Leonis Papæ, & vigiliâ Sanctorum Petri & Pauli, ita præſcribitur: *Quando Apoſtolicus duas Miſſas celebrat vnâ die, inter eas non lauat os, niſi poſt officium: ſed abſque interuallo finitâ priore incipitur altera.* In quæ verba Menardus: Pontifex aliquando duas Miſſas, aliquando vnam pro ſuâ deuotione faciebat. Olim enim vni Sacerdoti plures Miſſas canere licebat. Atque vt idem obſeruauit, antequam inſtituta eſſet Cōmemoratio S. Pauli, (cuius auctorem faciunt S. Gregorium) vtraque ſolemnitas in die S. Petri agebatur, quo die Papa bis olim ſacris operabatur, primò in Baſilicâ S. Petri, ſecundò in Baſilica S. Pauli, vt liquet ex Prudentio:

In magnis feſtiuitatibus.

Tranſty-

Prudent. Periſteph. carm. 2.

Tranſtyberina prius ſoluit ſacra peruigil Sacerdos,
Mox huc recurrit, duplicatq́; vota.

II.

De annonâ defuncti pauperibus data.

SECVNDÒ. Notandus antiquus vſus prębendi integram annonam defuncti fratris pauperibus: quem vides hîc à ſeptingentis annis piè admodum viguiſſe; & multò etiam luculentiùs, quàm legerim vſpiam. Quod enim hic de elargiendâ triginta diebus portione dicitur, id duo hæc ſibi inuicem præſtabant Cœnobia ex confœderationis pacto: in eo autem in quo defunctus vixerat, aut ſepultus erat monaſterio, B *annona illi quondam viuenti ſtatuta ad anniuerſarium eius diem, & inde vſque in trigintâ ſeptem dies pro eo in eleëmoſynam ad plenè tribuebatur.* Sed priùs illud communiter in noſtro Ordine defuncto exhiberi ſolet fratri, vt patet ex Statutis Lanfranci: *Triginta quoque diebus, aut pluribus, ſi Abbas ordinauerit, panem vnum cum potu & regularibus cibis, eleëmoſynarius accipiat.* Burſfeldenſes: *Vſque ad completum tricenarium pro eo præbendâ pauperibus erogetur.* Caſſinenſes: Ordinamus, quòd in Monaſterio in quo frater deceſſit, C ponantur quotidie in loco, vbi ſedere ſolitus erat ad menſam in refectorio omnes cibi & vinum, ſicut ſingulis fratribus datur, ac ſi viueret: quæ poſtmodum dentur in eleëmoſynam alicui pauperi vel pluribus pro animâ defuncti, aut tantumdem ſicut Superior ordinauerit vſque ad 30. dies. Idem ferè præſcribunt Valliſoletani in Hiſpaniâ.

Per integrũ annum.

Stat. Lanfr. cap. 24.

Hodie minus datur.

Burſfeld. in Ordinar. cap. 74.

Caſſin. ad cap. 73.

Vall. Cærim. cap 67.

III.

Quid ſit ſcribi in Regulâ.

Rouer. in illuſtr. Reoam. n. 166.

TERTIÒ, elucet hinc quid ſit *ſcribi in Regulâ*, de quo Rouerius; Solemne fuit, vt in Monaſteriorum Capitulis liber proſta- D ret, in quo deſcripta eſſet in primis S. BENEDICTI Regula, tum Kalendarium, deinde Martyrologium; atque extremo loco Catalogus Monachorum obeuntium, ac benefactorum, quibus anniuerſaria ſacra impendenda eſſent. Erat ergo ſcribi in Regulâ, Catalogo illo contineri alicuius nomen. Quod quidem in Alamannicis his fraternitatibus non ſemel occurrit. Sic & Guidoni de Noers conceſſum à Reomaenſibus, *vt audito eius obitu & comperto, nomen eius in Regulâ cum nominibus fratrum ſcriberetur.* E Alij, vt & Burſfeldenſes, vocant hoc *ſcribi in Martyrologio.*

Vel in Martyrologio.

Verumenimverò vt conſcribi in Regulâ vel Martyrologio poſſent, tranſmittebantur, vt hodieque etiam fit, mortuariæ ſchedæ obitus diem denunciantes, quæ vbi adueniſſent, in Capitulo legebantur. Priſco ſanè ritu, cuius ſcilicet exſtant exempla in S. Bonifacij epiſtolis. Scribens enim Aldberio Abbati, petit orari *pro dormientium fratrum animabus, quorum*, inquit, *nomina gerulus harum litterarum demonſtrabit.*

Ritus mittendi Schedas mortuarias valdè vetus.

Boniſac. epiſt. 24.

CAPITVLVM. Ib. ep. 74.

A S. Lullo ita ſcribit Cineheardus Epiſcopus: *Nomina quoque Presbyterorum veſtrorum, Diaconorumque, ac Monachorum, vel Monacharum, ſiue ceterorum quæ miſiſtis per Monaſteria & per Eccleſias noſtræ diœceſis, direximus ad celebranda pro his Miſſarum ſolemnia, & orationum ſuffragia. Idipſum facere veſtram ſanctitatem ſuppliciter exoramus pro eis, quorum nomina vobis habemus dirigenda, & nominatim cum perſonis ſuis ſcribenda.* Similia vide epiſt. 84. 95. in qua dicitur: *Nomina fratrum, quæ ad nos miſiſti, cum nominibus huius* B *Monaſterij fratrum dormientium in Chriſto ſcripta continentur.* Bonifacius ipſe ab Optato Caſſinenſi Abbate, eiuſque congregatione familiaritatem fraternæ charitatis, *cum alternatim nomina defunctorum mittentur*, petit. Epiſtola verò 108. aliud non eſt quàm formula mittendi antiquitus hæc defunctorum fratrum nomina, quam hîc adſcribere viſum fuit.

Ex Epiſtolis S. Bonifacij eruitur.

Epiſt. 106.

Formula ſchedarum.

PRECATORIVM

* *Memorandi Fratrum defunctorum.*

* id eſt, memoriam faciendi.

C *Sanctis & Venerabilibus Fratribus * Ill. Præpoſito, omnibuſque ſibi in Chriſto ſubiectis fratribus ex Monaſterio Ill. in Chriſto ſalutem.*

* Ill. vel eſt videlicet, vel N.N.

Direximus itaq́; fratrum noſtrorum nuper defunctorum nomina, vt eorum in veſtris ſanctis orationibus ſolito more memoriam habeatis, & ad cetera deinceps Monaſteria eadem nomina ſcripta dirigatis, ſicut & nos facimus, quoties de vobis, ſiue de ceteris Monaſteriis, defunctorum fratrum nomina veniunt. Hoc eſt, & reliqua.

In Alemannicis fraternitatibus habetur D hæc formula:

Alia formula.

Fratribus in Chriſto dilectis nos fratres de Monaſterio S. Galli ſalutem. Intimamus caritati veſtræ obitum fratris noſtri N. defuncti, pro cuius animâ ſolitas preces agere dignamini.

Statuta S. Dunſtani ita decernunt: Mittatur etiam epiſtola ad vicina quæque monaſteria eiuſdem depoſitionis denunciatura diem, vt iſte ſit ſenſus.

Stat. Dunſtan. c. 10.

E *Dominus N. Abbas Monaſterij N. cunctis ſanctæ Eccleſiæ fidelibus tam Prælatis, quàm & ſubditis. Cùm cunctos maneat ſors irreuocabilis horæ; notum vobis eſſe cupimus de quodam fratre noſtro N. quem Dominus de ergaſtulo huius ſæculi vocare dignatus eſt, die N. pro quo obſecramus obnixè, vt ſitis ſtrenui interuentores ad Dominum, ſentiatque in interuentione quibus fuerat vnitus in Ordinis communione.*

Porrò vſus Ciſtercienſis ita habet:

Vſus Ciſt. cap. 98.

Forma Breuium pro defuncto ſcribendorum.

Prima Auguſti obijt in Monaſterio N.

Nonnus

CAPITVLVM.

Nonnus N. de N. Sacerdos & Sacriſta eiuſdem N. pro cuius animâ veſtras precamur orationes ex charitate, & orabimus pro veſtris.

Cur hîc inſerta.

Deſcribere libuit has formulas, vt ex ijs appareat veterum Monachorũ in his conſcribendis modeſtia: cùm alij nunc in his Breuibus prolixa texant elogia. Monent Burſfeldenſes, Cantoris eſſe, Breuia *pro defunctis mittenda ſcribere, & ab alijs miſſa in Capitulo recitare.*

Burſf. diſt. diſt. 2. c. 6.

DISQVISITIO V.

Quis vſus Tabulæ, quæ in Capitulo recitatur?

Vſus tabulæ celebris apud Monachos.

IN monaſticis conſtitutionibus non infrequens mentio eſt *Tabulæ* & *Tabularij*, ſiue notatoris in Tabulâ. Nam ſecundum veterem Cluniacenſium, Ciſtercienſium, Caſſinenſium, Burſfeldenſium, aliarumque congregationum conſuetudinem, poſt lectionem Regulæ, antequam pronunciatur Commemoratio defunctorum, legitur in Capitulo *Tabula*, in quâ quæ hebdomadatim à certis officialibus ſiue chori ſiue cõuentus obeunda ſunt miniſteria, ordine deſcribuntur, nihil vt in Ordine Religioſo fiat inordinatũ. Nam vt rectè dixit Chryſoſtomus: *Nihil æquè ædificat, vt ordo rectus. Non ſolùm autem in ſpiritualibus, ſed etiam in aliis omnibus hoc videtis. Nam ſiue in Choro ſiue in nauigio, ſiue in curru, ſiue in caſtris ordinem confundas, & maioribus ſuo loco eiectis, in illorum ordinem minora induxeris, omnia corrumpis.* Idemq; alibi Monachorum & Cœnobiorum ordinem commendans: *Ibi*, inquit, *veluti quadam ex Regulâ & librâ, cuncta diligentiſſimè ordinata ſunt. Nulla ibi inæqualitas, ceterùm ordo ſummus & moderatio, & conuenientia.*

Chryſoſt. hom. 37. in Corinth. 14.

Ordinatè omnia facienda.

Idem lib. 3. aduerſ. vitup. vit. monaſt.

Tabulæ vſus ex S. P. colligitur.

Cap. 47. Reg.

Fundamentum huius obſeruantiæ ex ipſis S. P. BENEDICTI verbis exſculpſit Cardinalis Turrecremata. Exponens enim id quod Legiſlator ait: *Pſalmos autem vel Antiphonas poſt Abbatem ordine ſuo quibus iuſſum fuerit, imponant*, ita ait: Hoc loco videtur nobis S. Pater deſcribere officium Tabularij. Debet enim frater conſtitui in conuẽtu, qui diſcretè & ordinatè ſciat deſcribere fratres, qui apti ſunt ad incipiendum Pſalmos & Antiphonas, & cantandum reſponſoria, & legendum lectiones, ſicut in feſtis, ſiue in profeſtis diebus.

Cuius ſit eam ordinare.

Cærim. S. Iuſt part. 1. cap. 4.

Ad quem verò ſpectet hanc Tabulam ordinare, quo illa affigenda ſit loco, qui in eâ deſcribendi, Cærimoniale S. Iuſtinæ ita exponit: *Habeat Sacriſta Tabulam in Choro vel iuxta, prout Prælatus ordinauerit, in quâ ſecundùm ordinationem Superioris tales Officia-*A *les, qui poſſunt ipſo officia benè & ædificatoriè complere, habeat deſcriptos ordinatè & diuiſim per choros. Primò Hebdomadarios officij; Secundò Cantores; Tertiò, Succentores; Quartò, Antiphoniſtas. Tabulam hanc ſemper ordinet Sabbato antequam pulſetur Tertium ſignũ Veſperarum.* Sic ibi. Olim tamen in Caſinenſi Monaſterio Tabula in Capitulo ſuſpendebatur, vbi nimirum recitari debebat. Anno ſiquidem 1064. ſub Deſiderio Abbate, vt refert Leo Oſtienſis, cùm fulmen Mona-
B ſterium inuaderet, & loca quædam atque etiam homines incenderet, *in Capitulo Officiales excidit Tabulas, ipſumque Tabularium quaſi mortuum reddidit.*

Leo lib. 3. Chron. Caſſin. cap. 21.

Vetus forma deſignandi officiales.

Formam verò, quâ antiquitùs Officiales deſignabantur, ſiue in chartâ, ſiue in Tabulâ, colligere licet ex cærimoniâ pronuntiandi Officiales hedomadarios in Monaſterio Caſinenſi, quæ viguit ante trecentos annos, tempore nimirum Bernardi eius loci Abbatis, quam adfert noſter Wion, eſtque talis:

Wion lign. vit. l. 2. c. 62.

C *Cærimonia ſacri Monaſterij Caſsinenſis facta per D. Bernardum Abbatem Caſsinenſem.*

Vicarius ordo poſtulat, vt in hâc futurâ hebdomadâ canat Nonnus Amicus Miſſam, Epiſtolam Frater Deſiderius legat. Euangelium, Reſponſorium & verſum frater Vincentius canat: Lectionem memoriter frater Thomas legat; Lucernam frater Andreas procuret: Coquinæ ſeruitium Nonnus Remigius cum fratre Macario faciat; Lectionem ad menſam frater Antonius legat; ad Collationem vel ad Capitulum frater Maurus legat: ad ſeruitium Eccleſiæ Nonnus
D *Iacobus cum fratre Baſilio miniſterio ſuccedat*, Sic ibi.

Hæc eſt autem formula, quæ manè in Capitulo Sabbatinis diebus (vt habet vetus Rituale Affligenienſe) ſolet recitari. Quid autem facere par ſit, qui ad aliquod officium deſignantur, ita exponit vſus Ciſtercienſis. Finitâ lectione Regulæ, Lector *accipiens Tabulam legat Breue, ſi ipſo die legendum fuerit. Quòd ſi Supprior Capitulum tenet, & qui legit Prior ipſius fuerit, ſi eum pronuntiauerit, fratrem eum nominet: & ſic etiam ſe-*
E *ipſum nominet. Et dum Breue recitatur, qui nomen ſuum intellexerit inclinet. Qui autem hebdomada aliqua adſcripta fuerit, ſi intelligat ſe illam propter quamlibet incommoditatem non poſſe complere, poteſt inde miſericordiam in præſenti capitulo quærere, nam extra non licet.*

Ritual. Affligen. part. 1. cap. 12.

Quid agendum deſignatis.

Matricula pro tabulâ.

Notandum porrò Tabulam hanc etiam *Matriculam* vocari. Petrus enim Boërius de Monachis agens, ait: *Tabularios reſpicere, vt deſcribant in Matriculâ, qui & quid cantari oporteat.* In iure autem Canonico ſcribitur ad Primicerium ſpectare, vt Matriculam

Diſtinct. 25 Cap. perlectis.

culam ipſe diſponat, quod Gloſſa expo- nens, ait: *Faciat ſcribi quid quilibet Canonicus legere debeat.* Et lib. 1. Decretalium ſimiliter præſcibitur, *vt ipſe* (Primicerius) *donet lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent.* Eſt autem Matricula catalogus, deſcriptio, index, numerus. Diminutiuum à Matrix. Eſt enim quaſi Matrix perſonarum annotatarum, vnde in vitâ S. Silueſtri legitur, quòd habebat nomina viduarum & orphanorum in matriculâ ſuâ ſcripta. Concilium Agatenſe meminit Matriculæ Eccleſiæ: *Reſcripti,* inquit, *in Matriculâ gradum ſuum, dignitatemq; ſuſcipiant.*

Lib. 1. Decret. tit. 25. cap. vt Primicer.

Quid ea.

Concil. Agath. can. 2.

Sed ad quem ſpectat hoc Matricularij vel Tabularij officium? S. Iuſtinæ Cærimoniale Sacriſtæ, vt vidimus, illud tribuit. Statuta S. Lantfranci ita habent: *Ipſius* (Cantoris) *eſt omnes fratres in Tabulâ ad omnia officia annotare non conſiderato conuerſionis ordine, aut voluntate eorum, ſed ſecundum quod ei viſum fuerit, honeſtatem aut ædificationem in hoc vigilanter conſideranti.* Ciſtertienſes, Burſfeldenſes, Valliſoletani idem hoc munus Cantori aſſignant. Cluniacenſes olim, vt ex vetuſto Rituali Affligenienſi parct, hanc curam Armario, & Subarmario committebant: *Armarius,* inquiunt *ſpecialem tabulam apud ſe retinet, cui inſcripti ſunt per ordinem quid quilibet in ſingulis officijs ſunt acturi, & illos per ſingulas hebdomadas Subarmario prænominat, vt ſciat quos ad qualibet officia ſcribere debeat in Tabulâ, quæ diebus Sabbati in Capitulo recitatur.* Nouiſſimè Patres Diſcalceati curam conſcribendi hanc Tabulam officiorum communium iniungunt Supriori, vbi non ſit alius ab ipſo Magiſter Nouitiorum, ſeu Profeſſorum: ſi enim ſit, ad Magiſtrum pertinet, ijdemque Regulas & formam conſcribendæ per ſingulas hebdomadas Tabulæ ibidem ſubiungunt.

Officium tabularij quidam tribuunt Cantori.

Stat. Lanfr. cap. 5.

Bibliothecario.

Diſcalc. part. 1. cap. 5. §. 2. *Subpriori.*

Ceterũ à Monachis ad Canonicos quoque obſeruantia hæc tranſiiſſe videtur. Nã in Concilio Baſileenſi ita ſtatutum: *Vt cuncta in Domo Dei ordinatè procedant, & quilibet ſciat quid ſibi agendum imminet, ſtatuatur Tabella aliqua, continuè pendens in Choro, in quâ quid per vnumquemque ex Canonicis, vel alijs beneficiatis in ſingulis horis per hebdomadam aut maius tempus, legendum cantandumve ſit, ſcribatur. Qui autem ſecundùm quod ibi deſcriptus fuerit, facere per ſe vel alium neglexerit, pro quâlibet horâ diſtributiones vnius diei amittat.* Simile Decretum pro omnibus quorumcumq; Ordinum Religioſis edidit Clemens VIII. ita præſcribens: *Quò verò omnia ordinatè peragantur, appendatur Tabella in loco conſpicuo vniuſcuiuſque conuentus, in quâ diſtinctè annotetur, quid ſingulis horis cuiuſque diei quilibet frater præſtare debeat, vt certo quoque ſigno præmonitus, maiore animi præparatione ſuo muneri ſatisfacere poſſit.* Hęc Clemens Pontifex: quæ Paulus V. confirmauit, eademque nouiſſimè S. D. N. Vrbanus Papa VIII. anno 1624. innouauit.

Vſus tabulæ Canonicis præſcriptus.

Conc. Baſil. ſeſſ. 21. c. 7.

Clem. VIII. in Bul. pro reform. regul. anno 1596. n. 39.

CAPITVLVM.

DISQVISITIO VI.

Cur inſtituta apud Monachos culparum accuſatio, ſiue proclamatio?

POſtremus Capituli actus eſt, culparum vltronea accuſatio, vel proclamatio, correptio, & correctio. Nam vt quælibet benè inſtituta Reſpublica ſuum habet Tribunal, ad quod legum tranſgreſſores citari ſolent, vt iuxta ſententiam iudicis pro delictis ſatisfaciant: non ſecus Religioſis deſeruit Capitulum, in quo ipſi accuſatores & rei, Superior iudicis agit partes, ſententiamque pronuntiat. Antiquiſſima porrò Capitularis huius actus, ſiue religioſi iudicij cõſuetudo eſt, omnium ferè Regulis inſinuata. S. enim Pachomius in ipſo Regulæ ſuæ limine pœnas deſcripſit negligentibus in Collectâ & in veſcendi loco infligendas, vultque reos *increpationis ordinem ſuſtinere.* Alibi verò modum correptionis ita deſcribit: *Omnis correptio ita fiet, vt diſcincti ſint qui corripiuntur, & demiſſis manibus, & humiliato capite emendaturos ſe promittentes vitia, in quibus arguuntur, veniam deprecẽtur.* Capituli diſciplinam non obſcurè Baſilius inſinuat, cum in Regulis breuioribus docet, *quâ mente irrogatam ſibi animaduerſionem ſuſcipere aliquis debeat, qualiſq; ſit qui aduerſus illum, à quo obiurgatus eſt, offenſionem ſumit.* Et alias ſcribit: *Vt qui communis diſciplinæ fuerit moderator, is cum magnitudine culpæ pœnam etiam commetiatur.*

Iudicij capitularis antiquitas.

Pachom. num. 78. *Ex priſcorũ Regulis.*

Baſil. Reg. breu. 158. & 159.

Idem ſer. 1. de inſtitut. Monach.

Caſſianus quoque ſcribit, culpam cunctis in vnum congregatis fratribus publicâ dilui pœnitentiâ, nec vlli licere cum illo orare, qui fuerit ab oratione ſuſpenſus. quod ſine dubio per Superioris fiebat ſententiam. S. Auguſtinus exceſſuum correctionem iuxta Regulam ſuam fieri debere ſatis declarat, dum Superioribus interdicit veniam poſtulare *quando neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis dicere verba dura compellit, & in eo modum exceſſerint.* Idemque ait: *vt cuncta ſeruentur, & ſi quid ſeruatum non fuerit, non negligenter prætereatur, ſed emendandum corrigendumque curetur.* Cæſarius Arelatenſis mẽtionem facit excommunicationis, quæ in Capitulo infligi ſolet. Idemque in Regulâ Sanctimonialium ait: *Quæ pro qualibet culpa admonetur, caſtigatur, corripitur, arguenti reſpondere penitus non præſumat.* Eandem conſtitutionẽ habet S. Aurelianus cap. 38. qui præcedentibus quoque

Caſſian lib. 2. de inſtit. c. 15. & c. 16.

Reg Aug. c. 8.

Cap. 9.

Cæſar in Reg Monach n. 23. Num. 11.

Digitized by Google

manſuetudinis, & patientiæ proſecerimus. Vnde Abbas quidam Climaco dixit: *Nonnumquam ij, qui videntur eſſe probatiſſimi, & laboris patientiſſimi, ſi ad tempus negligantur, atq́; iam vt virtutibus præditi à Prælata non corripiantur, ſine probris atque iniurijs afficiantur, ea quæ in eis inerant modeſtia & talerantia deſtituentur. Nametſi bona frugifera, pinguiſq́; terra eſt, canſueuit tamen aqua, id eſt, ignominiæ defectus illam infructuoſam, ac ſilueſtrem efficere, ſpinaſque fornicationis & noxiæ ſecuritatis in ea germinare. Hoc non ignorans magnus ille Apoſtolus Timotheo ſcribit: Inſta, inuehe, argue illos opportunè, importunè.*

Climac. grad 4.

1. Tim. 4.

Sextò, ad conſeruationem Religionis.

Sextò, culparum reprehenſione & punitione communis Ordinis diſciplina conſeruatur, vnus enim dum plectitur, reliqui in officio continentur. Ideoq; Paulus monebat: *Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant.* Et Sapientis verbum eſt: *Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus.* Tibullus:

CAPITVLVM.

1. Cor. 5.

Prouerb. 21. 11.

——— *felix quicumque dolore*
Alterius diſces poſſe carere tuo.

Quinimò hoc diſcrimen notauit Bonauentura inter reformatos & relaxatos Ordines, quòd in his tranſgreſſiones non ita vt illis corrigantur: *In hoc,* inquit, *differunt laudabiles Religiones, & iam dilapſæ, nō quòd nullus peccans in laudabilibus reperiatur ſed quòd nullus impunè peccare ſinatur, & peccādi aditus ſtudioſè præcludantur, & incorrigibiles & alios inficientes eliminentur, & boni foueantur & diligantur, vt perſeuerent, & in melius ſemper perficiant.*

Bonauent. de ſex alis Seraph. c. 3.

TRACTATVS II.

DE IVDICIO CVLPARVM.

Ex ijs, qui in Capitulari loco communiter exerceri ſolent actibus, poſtremus ille de regularium præuaricationum accuſatione & punitione pluribus deinceps nobis erit pertractandus, vt forma iudicij, quod in Monaſtico hoc agitur tribunali, faciliùs poſſit cognoſci. Primò *itaque quærimus, Quibus diebus facienda Culparum denunciatio?* Secundò, *Quænam in Capitulo circa Religioſorum culpas peragatur?* Tertiò, *Quo animo accipienda correptio?* Quartò, *Quæ circa culparum proclamationem obſeruanda?* Quintò, *Quâ prudentiâ delinquentes corripiendi?* Sextò, *Quis in corripiendo ſeruandus modus?*

DISQVISITIO I.

Quibus diebus facienda Culparum denunciatio?

Cvm ſepties cadat iuſtus, & nemo ſit qui non aliquando peccet; quo facilior atque frequentior eſt lapſus, eò citiùs recurrendum ad remedium. Inde eſt quod ad locum capitularem Religioſi quotidie pergant: à quo ne quidem Dominicis aut feſtis diebus ſecūdum aliquos eſt exceptio. Nam S. Dunſtanus agendam Capituli deſcribens, cùm dixiſſet, *Legatur Regula,* addit: *Vel ſi dies feſtus fuerit, Euangelium ipſius diei.* Et poſteà: *Iſta verò omnia quæ diximus, poſt Tertiam his temporibus agenda, Dominicis diebus omni tempore ante Tertiam agantur.* Lanfrancus quoque ponit, *Omni die* Fratres omnes ad Capitulum conueniſſe, prout etiam Burſfeldenſes.

Capitulum quotidie olim celebratum.

Stat. Dunſtan. cap. 1.

Stat. Lanfr. cap. 19.

Burſf. diſt. 1 c. 4.

Etiam Dominicis diebus.

Verùm an culparum proclamatio etiam feſtis Dominiciſq́; diebus celebrata fuerit, ſicut reliqua quæ in Capitulo dicûtur, meritò addubites. quòd ſolenitatis reuerentia, & Dominicę reſurrectionis gaudium lugubriores hos pœnitentiæ actus videatur excludere: quemadmodum ſacris Canonibus vetitum, ne Dominico die ieiunetur. Sed S. Odonis vita nos edocet, etiam Dominico die cuiuſdam peccata ad Capitulum fuiſſe *delata, & recitata.* Qui dum ea defenderet, vir ſanctus dixit: *Hodie dies Dominicus eſt, ideo nullus contriſtari debet, & ideò iſta diſcuſſio ſuſpendatur in craſtinū.* Et verò apud Ægyptios Dominicâ celebratum Capitulū, conſtat ex Caſſiano referēte de liuido quodam fratre, qui in cella S. Paphnutij die Dominico ad eccleſiam progreſſi codicē ſuum inter palmarum folia abſconderat. Cumq́ue celebrata omnis ex more fuiſſet ſolemnitas, querelam S. Iſidoro coram cunctis fratribus

Apud Cluniacenſes.

Ioan. lib. 2. vit. S. Odon.

Et Ægyptios Monachos.

Caſſia collat. 18. c. 15.

bus

CAPITVLVM.

bus detulit. Paphnutius autem veluti furti A crimen agnoſceret, ſatisfactioni ſe totum tradidit, locumq́ue pœnitentiæ ſupplici- ter poſtulauit. Narrat Palladius, in monte Nitriæ habitaſſe ad quinque millia viro- rum; veniſſe autem ad Eccleſiam Sabbato ſolùm & Dominico; octo autem presby- teros eccleſiæ illi præfuiſſe, in quâ, *quam- diu viueret primus, nullus alius offerret*, *nec* IVDICARET, *nec haberet ſermonem.* Iudicium autem illud capitulare noſtrum, vti reor, præſerebat forum. Nam lego ibi fuiſſe tres palmas, ex quibus vnaquæq́ue habe- B bat flagellum ſuſpenſum. *Et eſt vnum*, in- quit, *ad caſtigandos Monachos qui delinquunt, alterum verò ad puniendos latrones, ſi quando inciderint; tertium verò ad corrigendos eos, qui fortè veniunt, & in aliqua delicta incidunt: adeò vt quicumq́ue delinquunt, & conuincun- tur meruiſſe vt dent pœnas, palmam amplectan- tur, & tergo plagas præfinitas accipiant, & ſic dimittantur.* Quod ex inſtituto S. Macarij eſſe, ex eius patet Regulâ, in quâ dicitur: *Si quis non emendatur doctrinâ, virgis purge- tur.* Carthuſiani eremiticæ vitæ æmulan- C tes inſtitutum, *Dominica poſt Primam Capi- tulum* tenent, vt habent Statuta Guigonis. Regula Alberti Patriarchæ Ierosolymita- ni Eremitis de Monte Carmelo præſcri- pta, ita ſtatuit: *Dominicis quoque diebus, vel alijs, vbi opus fuerit, de cuſtodiâ Ordinis, & de animarum ſalute tractetur: vbi etiam exceſ- ſus & culpæ fratrum (ſi quæ in aliquo deprehen- ſæ fuerint) charitate mediâ corrigantur.* Caſſi- nenſes noſtri: Vltimò legitur vna lectio Regulæ, & datur benedictio, more Roma- næ curiæ, & audiuntur culpæ, præterquam D in Dominicis diebus, vel feſtis de præcepto Eccleſiæ.

Pallad. Lauſ. c. 7. Forma capitularis fori apud Nitriæ Monachos. Tria flagella. Macar. in reg. ou. 27. Carthuſiani & alij Dominicâ Capitulum tenent. Stat. Guig. cap. 7. Reg. Albert. c. 10. Caſſin. ad cap. 17. n. 1.

Placet multis huic actui Feriam ſextam conſecrare, in quâ Saluator noſter, inno- cens agnus pro nobis accuſatus, iudicatus, flagellis cæſus, & turpiſſimâ morte con- demnatus eſt. Regula Monacharum S Hie- ronymo perperam adſcripta ſic habet: *Non pudeat ſingulis hebdomadis ſextâ feriâ, quo die Saluator opprobria, & mortem pro homine ab homine pertulit, vnamquamq́ue Sororum, ſuam vitam coram omni cœtu ſororum diſcutere, & E de commiſſis contra præcepta vel Regulam, ſe proprio ore criminari, ac diſciplinam ſubire.* Sic ibi. Valliſoletana Congregatio in Hiſpaniâ regulariter tenet Capitulum fetijs ſecun- dis & ſextis, niſi in illis occurrat feſtum quatuor capparum, aut de præcepto. Id- ipſum quoque ſeruatur in Congregatione SS. Vitoni & Hidulphi.

Multi feriâ ſextâ. Reg. Monach. c. 9. Exceptio. Cærimon. Valliſ. c. 60.

DISQVISITIO II.

Quænam in Capitulo circa Religioſorum culpas peragantur?

CVM iuxta S. BENEDICTI mentem non diſſimulanda ſint peccata delinquen- tium, ſed mox vt cœperint oriri radici- tus amputanda; huic potiſſimùm rei ille Capituli ſubſeruit actus, quo culpæ de- B teguntur, & cum charitate puniuntur; ne, quod abſit, facilitas veniæ incenti- uum præbeat delinquendi. Quæ autem circa regularium tranſgreſſionum mani- feſtationem & correctionem in Capitulo conſueuerunt fieri, & ſingularum Con- gregationum Conſtitutionibus, vel Cære- moniarum libris explicata reperiuntur. In genere autem notare licet, quatuor potiſ- ſimùm actus eſſe, qui in hoc iudiciali Clau- ſtralium foro poſſunt exerceri.

Cap. 2. Correptionum neceſſitas.

Primus eſt, ſpontanea delictorum ſuo- C rum accuſatio, & veniæ petitio. *Secun- dus*, excipere alterius de ſe factam pro- clamationem. *Tertius*, audire correptio- nem ſuperioris, & iniunctam acceptare exſequique pœnitentiam. *Quartus*, alte- rius ex charitate & zelo Ordinis maniſe- ſtare, ſiue proclamare culpas. Apud om- nes tamen non æquè vſitati omnes qua- tuor; neque enim in Cætimoniali S. Iu- ſtinæ, neque in Declarationibus Caſſi- nenſium quidquam habetur de faciendâ in alterum vel ſuſtinendâ proclamatione. Quinimò ad cap. Regulæ 70. quo Sanctus D BENEDICTVS ait: *Nulli liceat quempiam fra- trum ſuorum excommunicare, aut cædere; ad- dunt* in Declarationibus: *Sed nec etiam* PRO- CLAMARE, *aut increpare ſiue corripere tam Profeſſum quàm Nouitium, ſeu Commiſſum.* Sed ſi quis aliquid correctione dignum in ali- quo cognouerit, volunt hoc Prælato aut ſenioribus intimari: permittunturq́ue, vt frater fratrem delinquentem charitatiuè humanis verbis & cum humilitate admo- nere poſſit

Quatuor circa culpas in Capitulo fiunt. Caſſinenſes abſtinent proclamatione.

Verùm vt de his ordine agamus, Statu- E ta Lanfranci, vſus Ciſtercienſis, Cærimo- niale Burſfeldenſe præſcribunt, vt lectis omnibus quæ in Capitulo legi ſolent, di- cat Præſes Capituli: *Loquamur de Ordine noſtro.* De quo nihil Caſſinenſes. Pergunt verò Burſfeldenſes: Mox qui ſe in aliquo reum nouerit, ſurgens veniat in medium, ibidem pronus ſe in terram proſternens, & ita iaceat ſiniſtro plus incumbens lateri, manibus ſimul & pedibus decenter ad in- uicem combinatis. Interrogatus autem à Præſide, *Quid dicis?* Reſpondeat; *culpam meam.* Et ad iuſſum Præſidentis erectus

Stat. Lanfr. cap. 19. vſus Ciſt. c. 70. Burſf. diſt. 1. cap. 4. Ritus dicendi culpas.

ſtans

ſtans in eodem loco diſcooperto & parum A inclinato capite, ſimpliciter abſque omni palliatione, voce clarâ cõfiteatur negligentias ſuas. Apud Caſſinenſes non proſtrati, ſed genuflexi culpam dicunt. Proſtratio tamen videtur antiquior, & Monaſticæ humilitati conformior; quam in hoc actu ſatis inſinuat S. Dunſtanus: *Poſt hoc*, inquit, *quicumq; ſe reum alicuius culpæ agnoſcit veniam humiliter poſtulans, petat indulgentiam. Omnis autem frater, pro quacumque cauſſa increpatus ab Abbate, vel à quolibet Priore, antequam verbum aliquod proferat, veniam petat. Et dùm à Priore* B *interrogatus fuerit, quæ ſit cauſſa pro qua veniam poſcit, reſpondeat, atque ſuam profiteatur culpam, dicens, mea culpa, Domine: dehinc iuſſus erigat ſe: nam ſi aliter egerit, culpabilis iudicabitur*. Vbi quod ait, iuſſus erigat ſe, quid aliud quàm inclinatũ aut proſtratum fuiſſe ſignificat? Quod clariùs & multò ante expreſſum in Canonibus Aquiſgranenſibus: *Vt cum à quocumque priore ſuo increpatus, quis eorum fuerit, mea culpa, primò dicat: Deinde proſternens ſe illius pedibus cum cappa, ſi habuerit, veniam petat.* Quod quidem ſumptum ex C Regulâ, vbi clariſſimè: *Si quis autem frater pro quauis minima cauſſa, ab Abbate, vel à quocumque priore ſuo corripiatur quolibet modò, vel ſi leuiter ſenſerit animum Prioris cuiuſcumque contra ſe iratum, vel commotum, quamuis modicè; mox ſine mora tamdiu proſtratus in terra ante pedes eius iaceat ſatisfaciens; vſque dum benedictione ſanetur illa commotio.* Cùm autem in Capitulo ex profeſſo inſtituantur culparum correptiones, ibi potiſſimùm hic Regulæ textus opere exercendus. Et ſanè ex veterum Ægyptiorum ritu, hæc ſe humi- D liandi forma deſcendit: Caſſianus enim varias Monachorũ recẽſens culpas, *quæ ſpiritali*, vt loquitur, *animaduerſione* vel *increpatione* plectantur, *negligentiam*, inquit, *ſuam publicâ diluet pœnitentiâ, cunctiſque in ſynaxi fratribus congregatis tamdiu proſtratus in terram veniam poſtulabit, impetraturus eam, cùm iuſſus fuerit Abbatis iudicio de ſolo ſurgere*. Alibi vocat *ſubmiſſam in terram pœnitentiam*.

Stat. Dunſtãn cap. 1.

Reus proſterni debet.

Probatur.

Concil. Aquiſg. can. 13.

Cap. 71.

Ex Regulâ S. Benedicti.

Sic fecerũt veteres Monachi. Caſſ. lib. 4. cap. 16.

Lib. 2. c. 16. & 3. c. 7.

Quoniam autem hoc ritu, venia de more petebatur; hinc apud Monaſticos ſcriptores, VENIÆ dictæ ſunt proſtrationes, genu- E flexiones, incuruationes, illæ quidem longiores, hæ breuiores. Vnde in Pœnitentiali S. Columbani occurrit longâ veniâ: *In eccleſia dum duodecim pſalmos, ad duodecimum canũt, proſtratus nullum membrum mouens pœniteat.* Et Regula cuiuſdam ad Virgines: *Poſt impletum curſum prolixâ veniâ ante cœtum ſororum egredientium ſatisfacere.* Hinc Græcis dictæ μετάνοιαι, inclinationes. Harum autem aliæ μεγάλαι dicebantur, aliæ μικραί. Magnæ erant, cùm quis toto corpore, ſine genuum tamen inflexione, ad terram ferè vſque ſe inclinaret: μικραί, cùm tantùm ceruicem, &

Quid Veniæ apud ſcriptores Monaſticos.

Reg. ad Virg. c. 8.

Quid apud Græcos metanœa. Vide Gloſſ. Meurſij.

caput, aliquo vſque. Roſweydus ad vit. Baſilij ait iſto ſæculo βάλλειν μετάνοιαν, fuiſſe genuflectere, honoris cauſsâ ad alicuius pedes ſe abijcere, & venerabundo animo proſternere, benedictionem petere. Occurrit in vitâ S. Chryſoſtomi, quam citat Damaſcenus, βαλὼν μετάνοιαν τῷ Ἰωάννῃ, *Ioanni venerabundus ad pedes accidens*. Agnouit & hanc ſalutandi formam S. BENEDICTVS, eamque in Regula ſic expreſſit: *In ipſa autem ſalutatione, omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus, ſiue diſcedentibus hoſpitibus, inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terra; Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur.* Quod autem de capitis & ceruicis inclinatione dictum eſt, is alter ritus eſt à priſcis vſitatus Monachis, cùm ſuas agnoſcerent culpas, aut à ſuperioribus increparentur. Pachomius: *Soluet cingulum & inclinatâ ceruice, manibus ad inferiora depreſſis, ſtabit ante altare & à principe Monaſterij increpabitur.* Et rurſus: *Omnis correptio ita fiet, vt diſtincti ſint, qui corripiuntur, & demiſſis manibus, & humiliato capite emendaturos ſe promittentes vitia, in quibus arguuntur, veniam deprecentur.* Regula Magiſtri: *Humiliato ad genua capite, ſe de cetero promiſerit emendari.* Ex quibus videas antiquis etiam vſitatam illam inclinationem, quæ paſſim fit ad *Gloria Patri*, & ad Collectas tempore diuini officij.

CAPITVLVM. In notis num. 34.

Damaſcen. orat. 1. de imag.

S. Benedictus eam adhiberi voluit. Cap. 53.

Inclinati Monachi, dum arguerentur.

Reg. Pach. art. 1.

Art. 78.

Reg. Mag. cap. 13.

Quâ autem formulâ ſpontaneâ ſui accuſatio, & de quibus facienda culpis, proprijs ſingularum Congregationum ritualibus ſolet exponi. Ad pietatis autem exercitium iuuerit cumprimis, vt in hoc tribunali conſtitutus ſe Deo ipſi, cuius ſuperior vicem gerit, cogitet adſiſtere. *Non indignum putes*, ait Climacus, *adiutori ac magiſtro tuo, tamquam Deo, vultu animoque dimiſſo culpas tuas confiteri.* Et verò fuit cùm Chriſtus ipſe ſe in Capitulo præſentem manifeſtare dignatus fuit. Hildebrandus enim S. R. E. Archidiaconus, Pontifex mox futurus, quadam die ſedens in Capitulo cum B. Hugone Fratrum negligentias, pietatis gladio corrigente, aſpexit Dominum IESVM præſentem, prædictoque Patri aſſidentem, eique de ſingulis quid agere deberet, ſuggerentem. Aſſiſtens ergo Chriſti vicario, rei perſonam ſe nouerit ſuſtinere, & ad inſtar illius ſe gerat. Vnde rurſum Climacus: *Etiã dum confiteris, habitu, ſpecie, cogitatione, vt condemnatus reus, dimiſſis in terram luminibus: atque ſi fieri poteſt, Magiſtri aut medici, vt Chriſti, pedes lacrymis riga.*

In Capitulo cogitanda Dei præſentia.

Climac. grad. 4.

Chriſtus adeſt S. Hugoni fratres corrigenti. Hugo in Act. S. Hugonis.

Clim. vbi ſuprà.

DISQVISITIO III.

Quo animo accipienda correptio?

SECVNDVM Capitularis huius iudicij nunc expendemus *actum*, ad quem PRI-

MÒ

CAPITVLVM I.

I. *Correptio patienter admittenda.*

mò ſpectat, patienter, & abſque vlla animi perturbatione excipere alterius in nos factam proclamationem, ſicut etiam (qui tertius aſſignatus erat actus) Superioris, vel Capitulo præſidentis increpationem, & correptionem. Quod quidem Spiritus ſanctus S. Scripturæ ſententijs expreſſit. *Auris*, inquit Salomon, *quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium commorabitur. Qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis*. Et Siracides: *Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus*. Contrà verò: *Qui odit correptionem minuetur vita*. Quod & Sapiens expreſſit: *Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus: & eum ſanitas non ſequetur*. Benè proinde Chryſoſtomus; *Qui arguitur non ægrè ferat; medicina enim non in inimicitia res eſt. Si enim medicos, cùm vrunt, nemo in ius vocat, licet ſæpe aberrent: quin vſti, ſectique in tantis etiam doloribus, beneficos illos eſſe ſibi putant, qui tantam perturbationem ſuſcitarunt: quanto magis æquo animo perferre caſtigationem, caſtiganti ſicuti velut medico intentum eſſe decet?* Sic ille. Medicam autem hanc manum, vt à superiore ſibi adhiberi plerique facilè patiuntur; ita ægrius accipi ſolet, ſi ab æquali, vel inferiori vulnus attrectetur. Refugit enim latens ſuperbia corripi, & ex odio id fieri plerumque ſuſpicatur. Sed, vt Sapiens ait, *Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis*. Vnde, vt rectè à Petro Damiani dictum: *Quiſquis ſapiens eſt, auſteritatis illata duritiam animæ ſuæ vulneribus deputat medicinam*. Proinde non dubitauit idem, Deſiderium Abbatem Caſſinenſem ita admonere: *Fraternæ correctionis zelum noli moleſtè ferre, ſed gratulabundus amplectere, ac velut certæ curationis antidotum in animæ languentis interiora diffunde*.

Prou. 15. — Eccli. 10. — Eccli. 19. — Prou. 29. — *Probatur à ſimili.* — Chryſoſt. hom. 44. in 1. Cor. 16. — *Quidam ægrè ferunt ab æquali moneri.* — Prou. 17. — Petr. Dam. opuſc. 46. c. 2. — Idem lib. 2. epiſt. 11.

II. *Indignatio & excuſatio procul ablegentur.*

SECVNDÒ, cauendus omnis ſiue ad paternam, ſiue ad fraternam admonitionem indignationis motus, impatientia, oblocutio, & excuſatio. Vnde in Capitulo ex monaſtica diſciplina non loquendum, niſi ad ſui accuſationem, & reſpondendum imperanti vel interroganti Præſidi. Hinc in Regula Orientali Statutum: *Frater, qui pro qualibet culpa arguitur, vel increpatur, patientiam habeat, & non reſpondeat arguenti ſe, ſed humiliet ſe in omnibus, & emendet*. Et Regula Donati: *Quæ pro qualibet culpa monetur, caſtigatur, corripitur, arguenti reſpondere non præſumat. Quod ſi fecerit, regulari ſubiaceat diſciplinæ*. S. Columbanus: *Excuſationem proferens cum ſimplicitate, quando in aliquo diſcutitur, & non dicit ſtatim veniam petens, mea culpa, pœnitet me, quinquaginta percuſſionibus*. Itemque: *Excuſans ad veniam, quinquaginta percuſſionibus*. Vbi ad veniam, intelligo, cùm A ſtat in iudicio in quo venia petitur. Rurſus: *Si quis veniam nō petit, aut dicit excuſationem, duos dies vnum paximatium & aquam*, ſupple tantùm ſumat. Grauior cenſura eſt, quæ habetur in Regula cuiuſdam Patris: *Si quis tardior ad veniam inuentus fuerit, ſiue aliqua verba religioni contraria, ſiue pro excuſatione delicti ſui protulerit, mittendus eſt in carcerem, & pœniteat ſecundum quod iudicauerit ſenior, vſquequo corrigatur*. Licuiſſe autem olim in noſtro Ordine, acceptâ, vt loquuntur, veniâ; & corpore in terram proſtrato breuiB ter facti cauſſam reddere, S. Odonis factum edocet, qui humi proſtratus veniam petijt, dicens dormitorij lumen ſibi potuiſſe ſufficere. Et Vindocinenſis Cardinalis filios & fratres ſuos inſtituit, quomodò, vel cui, in Capitulo accuſati reſpondere debeant. *Is*, inquit, *qui accuſatus fuerit, aduerſus ſuum accuſatorem verbis quibuſlibet non contendat: ſed vnde accuſatur ſoli Abbati, vel eius Priori humiliter atque veraciter reſpondeat. Liceat vnicuique qui accuſatur, aut humiliter culpam agnoſcere, vel ſi culpabilis minimè fuerit, C ſe non audacter ſed patienter excuſare. Ordinationem iſtam à Deo potiùs, quàm à nobis pro pace & quiete animarum & corporum fratrum noſtrorum factam, ſi quis ſcienter violauerit, præter præſentium plagas virgarum, ſeptem continuatis diebus abſque indulgentia cibus ei detur ſolummodo panis & aqua*. Sic ille.

Pœna in ſe excuſantes decreta. — Reg. Donati cap. 22. — Columb. in Pœnit. — *Quomodo licitum in Capitulo loqui, & patienter excuſare.* — Lib. 1. vit. S. Odonis. — Goffr. Vindoc. opuſc. 11.

III. *Reus debet culpā agnoſcere.*

TERTIÒ, quod ex prioribus ſequitur, agnoſcenda culpa, præſertim ſi vera ſubſit. Perfectionis autem eſt, etiam cùm nulla ſubeſt, humiliter accuſationem admittere, & inſtar rei ſe habere: nam ſi vſquam, ſanè D in Capitulo conuenit paratum eſſe ad opprobria, *& quibuſlibet irrogatis iniurijs, tacitâ conſcientiâ patientiam amplecti*, vt S. Pater loquitur. Quâ in re notatu digna eſt Iſaiæ Abbatis doctrina: *Si aliqua in re, vel iure, vel iniuria ab aliquo reprehenſus fueris, ne perturberis, ſed pœnitentiam age, Ignoſce, inquiens, mihi non faciam ampliùs*. Quod quidem B. Petrus Damiani velut boni Cœnobitæ notam aſſignat: *Quiſquis eſt*, inquit, *cui regularis vitæ feruor inæſtuat, correptiones libenter amplectitur: & tunc etiam, cùm innocens E eſt, ſuis reprehenſionibus delectatur. Non vt eum conſcientia peccaſſe remordeat, ſed quoniam hoc prodeſſe cæteris audientibus ſperat, vt vnde ipſe innocens, & mundus arguitur, alij, vel lapſi, vel lapſuri fortè, corrigantur*. Sic S. Paphnutius innocens, furti poſtulatus, ſe non excuſauit, ſed tanquam reus veniam orauit, & pœnitentiam exſoluit, vt pluribus refert Caſſianus. Sic Marina virgo inter viros Monachum profeſſa, ſub Marini nomine, fornicationis accuſata, & ab Abbate correpta, dixit: *Peccaui Pater, pœnitentiam ago*. Sed poſt mortem ſexu detecto, innocentia eius

Cap. 7. grad. 4. — *Imò inſons.* — Iſai. orat. 3. — Petr. Dam. opuſc. 46. cap. 4. — *Quod eſt magnæ perfectionis.* — *Et à ſanctis factitatum.* — Caſſia. collat. 18. c. 15. — Vit. Patr. lib. 1.

apparuit,

apparuit, quam Deus miraculis declarauit. Non minùs illuſtre eſt, quod his verbis narrat Rufinus: *Fuit quidam frater in Monaſterio, nomine Eulalius, nimis gratiâ humilitatis ornatus. Si quid igitur, vt ſolet, culpabile admiſiſſent fratres negligentiores, excuſantes culpas ſuas, ſupradictum fratrem aſſerebant eſſe culpabilem. Cumque argueretur à ſenioribus fratribus, non negabat, ſed proſternebat ſe in terram, & adorans eos, ſe dicebat peccaſſe, & negligenter feciſſe. Cùm autem iterum ac frequenter accuſarent eum, & ſecundum Regulam Monaſticam biduana ac triduana ieiunia ei indicerentur, ille omnia patienter tolerabat.*

Ruf. lib. 3. vit. Patr. num. 29.

IV. *Pœnitere debet correptus, & ſe emendare.* Eccli. 20.

QVARTÒ. Suſcipienda ab eo qui corripitur, indicta pœnitentia, & ſeria inſtituenda erratorum emendatio, vt culpæ correptionem eiuſdem ſequatur correctio. *Quàm bonum eſt*, inquit Siracides, *correptum manifeſtare pœnitentiam! Sic enim effugies voluntarium peccatum.* Per pœnitentiam enim oſtendes te non voluntariè, ſed ex humana infirmitate, vel ignorantia peccaſſe; defendendo, facies illud planè voluntarium. Deinde, effugies voluntarium peccatum: quia per pœnitentiam à peccato voluntariè admiſſo liberaberis, eiuſque culpa & pœna tibi pœnitenti à Deo condonabitur.

V. *Diligere corripientem.* Prou. 9. Greg. lib. 10. Moral. c. 3.

QVINTÒ. Exercendus ſiue erga ſuperiorem ex auctoritate, ſiue erga fratrem ex zelo Ordinis corripientem amor. *Argue ſapientem*, inquit Sapiens, *& diliget te.* In eundem ſenſum Gregorius: *Recti de quibuſdam quæ ab eis non rectè geſta ſunt, correptionis vocem miniſterium charitatis æſtimant.* Cur autem charitas impendenda corripienti? 1. quia veræ charitatis actum exercet, tuum tibi oſtendens errorem, tuam deſiderans emendationem. 2. vulneribus tuis, vt dictum, adhibet medicinam. 3. Opus miſericordiæ ſpiritualis tibi exhibet, nam vt ab Auguſtino rectè dictum, *Qui corripit, atque aliqua emendatoria pœna plectit; eleemoſynam dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati.* Et hinc meritò correctori tamquam benè de nobis merito referendæ gratiæ. Vnde rurſus Salomon: *Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum; magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.* Hinc piè Religioſos noſter admonet Trithemius: *Si verus es Monachus, etiam pro te accuſantibus ora. Verus enim Dei amator, ampliùs proclamantem ſe diligit, & ei ſemper eodem die aut orationem aliquam, aut ſpeciale obſequium impendit.*

Tribus ex cauſis. August. in Enchir. c. 72. Prou. 28. Trithem. in exercit. Monach.

DISQVISITIO IV.

CAPITVLVM.

Quæ circa culparum proclamationem obſeruanda?

CVLPARVM, quæ in Capitulo fiunt, denunciationes, ſiue mutuæ fratrum accuſationes vſitato inter Cœnobitas vocabulo PROCLAMATIONES dici ſolēt, quarum vſus iam olim receptus apud Carthuſianos, Præmonſtratenſes, Prædicatores, Carmelitas, Eremitas Auguſtinianos, vt ex ſingulorum Conſtitutionibus manifeſtum eſt. A noſtro, ad alios Ordines hunc ritum profluxiſſe, omninò veriſimile eſt, eius enim expreſsè meminit Liber vſuū Ciſtertienſis Ordinis, S. Bernardi æuo conſcriptus. Agit & Goffridus Vindocinenſis S. R. E. Cardinalis de illis, *qui*, vt loquitur, *de alijs in Capitulo clamores faciunt*, vel, *de quibus clamores fiūt.* Pluribus quoque Statuta Lanfranci. Supponit hunc vſum Petrus Damiani, cùm Ariprandum, ſpiritualis militiæ tironem inſtruens, ita ait: *Vnum præ ceteris caue, ne correptiones aliquando grauiter feras, ne qualibet occaſione redargui à tuis quoque erubeſcas. Quod videlicet huius loci tam familiare eſt, atque natiuum: vt qui* * *corripitur fugit, nobiſcum habitare non poſſit. Ad hoc enim homo de ſæculo, magiſterio regularis diſciplinæ ſubmittitur, vt rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat, aſpera correptionis lima detergat.* Viguiſſe item æuo S. Odonis, ex eius colligitur vita. Nam & ipſe ſanctus ob leuem aut nullam culpam, & alius quidam Monaſtica reprehendens ſigna, in Capitulo ab alijs accuſati leguntur. Ex Pœnitentiali S. Columbani eadem conſuetudo eruitur, ſtatuit enim, *vt proferens correctionem contra correctionem, hoc eſt, caſtigans caſtigantem ſe, tribus ſuperpoſitionibus*, ſupple poniatur. Nihil autem hoc aliud eſt, quàm quod Lanfrancus dixit: *Clamato, ſuper eum à quo clamatus eſt, in ipſo Capitulo clamorem facere non licet.* Pergit Columbanus: *Qui abſcondit aliquod crimen videns in fratre ſuo, vſque dum corrigatur de alio vitio, vel de ipſo, & tunc profert illud aduerſus fratrem; tribus ſuperpoſitionibus.* Voluit ergo primà occaſione proferri. Inter Pœnas incerti auctoris Baſilio adſcriptas, & hæc legitur: *Si quis caruerit benedictione, & contriſtatus caſtigantem caſtigauerit, aut contradicens non ſuſceperit, excommunicetur.* Sed quid de S.P.N. BENEDICTO dicemus? videtur ſanè & ille has Proclamationes agnouiſſe, earumque approbaſſe praxim; nam cùm de eo, *qui in aliquibus rebus leuibus*, delinquit, ſtatuiſſet, *vt veniens continuò ante Abbatem vel congregationem*, ipſe vltrò ſatisfaceret, & proderet delictum ſuum, mox ſubdit: *Dum per alium cognitum fuerit,*

Proclamationes, quid, & apud quos in vſu. *Manarunt à benedictinis.* Vſus Ciſt. cap. 70. Goffrid. opuſc. 21. Stat. Lanfr. c. 19. Petr. Dam. opuſc. 46. * correptus. *Vſitata apud Cluniacenſes.* Lib. 1 & 2. vit. S. Odonis. *Et alios.* Stat. Lanfr. cap. 19. Pœnæ nu. 18. *Eruta ex S. Benedicti verbis.* Reg. cap. 46.

CAPITVLVM.

maiori ſubiaceat emendationi. Hunc antè *alium* Bnerius vocat *proclamatorem delicti, per quem ſuperiori reuelatum, vel in Capitulo reus accuſatus fuerit & proclamatus.* Ex quibus vtrumque colligitur Regulæ noſtræ non aduerſari, ſed maximè conſonas eſſe has proclamationes, quarum antiquitatem adſtruere placuit, ne recens videatur inuentum, aut legi Chriſti de fraternâ correptione, & præuia admonitione ſecreta contrarium. Nam earum patrocinium Angelicus ſuſcipiens Doctor, ait, *conſuetum eſſe in Religionibus, quòd in Capitulis aliqui proclamentur de culpis, nullâ ſecretâ admonitione præmiſſâ. Sed huiuſmodi,* inquit, *proclamationes fieri de aliquibus leuibus, quæ famæ non derogant: vnde ſunt quaſi quædam commemorationes potiùs oblitarum culparum quã accuſationes vel denunciationes.* Quæ quidem S. BENEDICTO conſentanea ſunt: qui, dum de vltroneâ ſui accuſatione, vel alterius denunciatione agit, lemma hoc capiti præfixit: *De ijs qui in rebus leuibus delinquunt:* & talia ſunt quæ ibidem enumerat, in labore, vel in quocumque loco aliquid delinquere, aut frangere quidpiam, aut perdere, vel excedere.

Buer. in cap. 46.

Non ſunt contra Regulam.

S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7.

Et leges fratres corripiunt.

Cap. 46.

Quo modo autem, & quâ diſcretione culparũ proclamatio inſtituenda, ne diuerſorum hîc Ordinum aut Congregationum Statuta coaceruem, omniũ inſtar eſſe poſſunt, quæ noſtri in hunc modum præſcripſere Burſfeldenſes. Cùm Capitulum ad hoc inſtitutum ſit, vt illic ſtabiliatur firmamentum religionis, renouetur ſtudium diuinæ ſeruitutis, vitia corrigantur, virtutes inſtituantur: ipſum agendum eſt cum ſumma reuerentia, cum diuino timore, ac fraterna charitate. Igitur fratres in proclamando ſe mutuo, diſcreti ſint. Caueat qui proclamat, ne hoc faciat ex auerſione vel rancore; ſed affectuoſo fraternæ dilectionis amore: non ex paſſione, cum quadam animi indignatione, ſeu cordis amaritudine; ſed pia magis compaſſione, in ſpiritu lenitatis: & ita honeſtè & modeſtè in proclamando ſe gerat, vt nec voce nec nutu, aut ſigno aliquo appareat. Quidquam indecens in proclamante, vel diſtortum, vnde poſſit perturbari proclamatus, aut ſcandalizari circumſedentes puſilli. Quinimò, dulci quodam affatu, & vultu placido & ſereno, oſtentet ipſe ſe diligere fratrẽ, quem tam benignè, ſolius ſalutis gratiâ proclamat. Nulla vnquam proclamatio fiat, niſi præſumatur veriſimiliter, per eam ad principalem finem eius, id eſt, fratris emendationem poſſe perueniri. Prætereà videat proclamans, vt non niſi nudam in proclamãdo proferat rei veritatem, & ne ex ſolâ ſuſpicione, vel ex incerto quemquã proclamet: ſed quæ certiſſimè ex viſu vel auditu ipſe nouit: ſi tamen talia ſint, vt publicari ea li-

Quomodo inſtituenda Proclamatio.

Burſfeld. diſt. 2. c. 3.

Fiat ex vera charitate.

Habenda ratio veritatis.

A ceat, & ne debeant abſque correctione ſub ſilentio præteriri. Non verbis vtatur contumelioſis, corroſiuis aut conuitioſis: nec tale aliquid proclametur, in quo notari poſſit turpitudo, aut vnde riſus excitari poſſit. Quinimò, ſi quis illic neglectâ honeſtatis modeſtiâ, loqui cœperit quod non decet: ei ab eo qui Capitulo præſidet, ſilentium citiùs imponatur. Deinde ſubijciunt; Valdè enim cauendum eſt, ne crimen vel factum quodlibet tale in quempiam proclametur, aut aliàs prodatur, ordine fraternæ corre-
B ctionis prætermiſſo, vnde ſuæ famæ detrimentum patiatur; ſi aliàs occultum ſit, vel non ſit adeò diuulgatum, quod iuxta Apoſtoli ſententiam, peccans veniat coram omnibus arguendus. Hæc ibi.

Nec vulgãda ſecreta crimina.

Quia autem nimis verum eſt illud, *Veritas odium parit;* & inuidioſum videtur aliorum detegere culpas, attẽdant fratres apud quos hęc obtinet cõſuetudo, ne alienæ culpæ reticentia eidem ſe peccato inuoluant. Hinc ſuos Bernardus exhortans, ait: *Nemo vitia palpet, peccata diſſimulet nemo, nemo dicat:*
C *Numquid cuſtos fratris mei ego ſum? Nemo, quod in ſe eſt, æquanimiter ferat, cum viderit Ordinem deperire, minui diſciplinam. Eſt enim conſentire, ſilere, cùm arguere poſſis. Et ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat & conſentientes.*

Periculosè negligitur Proclamatio.

Bern. ſerm. in Natiuit. S. Ioan.

Proclamationis verò hanc formulã præſcribit Trithemius: *Dilectus Frater noſter hoc vel illud commiſit, rogo quatenus emendare ſe propter Dominum velit.*

Formula proclamandi.

Trithem. in exercit. Monach.

Qui denique hoc proclamanti ſuggerit monitum: *Si contra fratrem tuum te ſenſeris aliquâ indignatione commotum, melius eſt procla-*
D *mationem ad tempus intermittere, quàm te alieno vulnere tam crudeliter ſauciare.* Sic ille.

DISQVISITIO V.

Quâ prudentiâ delinquentes corripiendi?

NON minima officij Superioris, ſiue Prælati cuiuſcumque pars eſt, delinquentes ſiue publicè in Capitulo, ſiue priuatim, corripere, & opportunam pro exceſ-
E ſibus inferre cẽſuram. Quæ res vt cum fructu fiat, magnâ opus eſſe prudentiâ & dexteritate, quotidianâ diſcimus experientiâ: Quòd enim tam frequentes correptiones & inflictas pœnitentias, tam exigua, vt dolentes animaduertimus, plerumque ſequatur emendatio, id nõ rarò inde euenit, quòd imperitè, nec ſuo tempore & loco adhibita ſit correctio: vt non immeritò regum ſapiẽtiſſimus conceſſâ ſibi quiduis à Deo poſtulandi optione, nõ aliud petierit quàm ſapientiam. *Dabis,* inquit, *ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malũ.* Intelligebat ſiquidem magnâ

Superior prudenter corripiat ſubditos.

3. Reg. 3.

opus

Bern. ſerm. 49 in Cant. *Virtus ſine diſcretione fit vitium.*

opus eſſe ſapientiâ & diſcretione, ad homines regendos. *Tolle enim diſcretionem*, inquit Bernardus, *& virtus vitium erit.* Nam fortitudn, quæ regenti adeſſe debet, degenerabit in aſperitatem; ſuauitas in remiſſionem; zelus in furorem; compaſſio vertetur in conniuentiam. Patientia ſine diſcretione, audaciam & conſuetudinem gignet peccandi. Cùm autem Regula noſtra, Magni Gregorij elogio, ſit DISCRETIONE præcipua: hãc in ſuperiore corripiente præcipuè requiſiuit. Vnde diſertè ait: *Oderit vitia, diligas fratres. In ipſa autem correptione prudenter agat.* Oderit, inquit, vitia; nihil enim maiori odio dignum quàm vitia, quæ ſeparant à Deo: non autẽ odio proſequendus vitioſus, ſed amore, & ex illo corrigendus. Nimirùm *quem diligit Dominus, caſtigat; flagellat autem omnem filium quem recipit.* Hinc in Leuitico præceptum: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatũ.* Vbi in verbo *fratris* innuitur dilectio, & dilecti adiungitur correptio. Vnde & in Eccleſiaſtico dicitur: *Corripe amicum ne fortè non intellexerit, & dicat, non feci: aut ſi fecerit, ne addat facere.* Diligendi igitur fratres, diligẽdi amici, nec tamen propter dilectionem deſerenda correptio peccati, quod odio habetur. Correptio enim non odij ſed amoris actus eſt. Vnde Auguſtinus: *In corripiendo filio, quamlibet aſperè numquam profectò paternus amor amittitur.* Et Ambroſius: *Quando caſtigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas.*

Cap. 64. *Odio habẽda vitia.* — Hebr. 10. — Leuit. 19. — *Non perſona, quam argum.* — Eccli. 19. — Aug. epiſt. ad Marcell. — Ambr. ſer. ad vinc. Petr.

Quatuor in correptione obſeruanda. Cap. 64.

Suppoſitâ autem fratrum dilectione, & vitiorum odio, vult inſuper S. Pater, *vt in correptione prudenter agat.* Hæc autem prudentia in eo cõſiſtere videtur, vt corripere ex officio volens, quatuor has conſideret circumſtantias ab ipſa Regula ſatis indicatas, perſonæ ſcilicet, cauſſæ, tẽporis, & modi. Expendat, inquam, Quos, Quamobrem, Quãdo, & Quomodo corripiat; ne alicuius ex his defectu vigorem correptionis eneruet. Sed de his ſigillatim agendum.

I. *Qui ſit, qui corripiendus.* 2. Tim. 4.

PRIMÒ, autem, perſonarum, quibus adhibenda correctio, cõſiderationem clariſſimè explicat S. BENEDICTVS. Apoſtolicam enim illam ſententiam, *Argue, obſecra, Increpa*, tribus hominũ generibus ab Abbate vult applicari, & primo loco recẽſet *Indiſciplinatos*, quos ait *duriùs arguendos.* Sed quinam *indiſciplinati?* carentes diſciplinâ, eruditione, inſtructione debitâ. Paulus Diaconus à Boërio citatus, tribus modis ponit aliquem dici indiſciplinatum. 1. *Qui non intelligens, aut verecundans excommunicationem cupidine iterum labitur.* 2. *Qui intelligens & verecundans excommunicationem, conſuetudine tamen peccati, licet quodammodo nolens, labitur.* 3. *Qui ſiue intelligas, ſiue non verecundetur ſiue non, dicit ſe nolle accipere diſciplinam.* Ego verò, ſubdit

Qui ſint indiſciplinati.

A Boërius, intelligo qui verbis & exemplis corrigi nolunt. *Inquietos* verò, exponit Turrecremata propriè dici poſſe, qui curioſitate agitati, ſecum conſiſtere non poſſunt: ſed modò intus, modò extrà, modò in porta, modò cum extraneis, modò in locutorio cũ fratribus; modò in hoſpitio cum hoſpitibus, modò in infirmitorio cum infirmis: modò in horto, modò in coquina ſunt, & ſic de alijs locis. Cur autem hos tales vult duriùs argui? quia ſuo exemplo alios prouocatum eunt ad relaxationem, & Ordinẽ B perturbant. Quare Sanchez ait: ſi Religioſus nollet vnquã ſeruare ſilentium, nec orare nec modeſtè incedere, & ingrederetur omnium Religioſorum cubicula, & ſimilia religionis ſtatuta tranſgrederetur, eò quòd ſingula ad culpam per ſe non obligant, abſq; dubio perturbaret grauiter totam Religionem, & ſe in eo ſtatu conſtitueret, vt oporteret tanquam incorrigibilem eum expellere. Sic ille. Meritò proinde arguendi, cùm & Paulus dicat: *Corripite inquietos.*

CAPITVLVM. *Qui inquieti.* Torrecr. Tract. 11. in Reg. — *Cur duriùs arguendi.* — Sanchez to. 1. oper. mor. l. 6. c. 1. num. 18. — 1. Theſſ. 5.

Ad alterum genus hominum tranſiens S. C Legiſlator: *Obedientes*, inquit, *& mites, & patientes, vt in melius proficiant, obſecrare* debet Abbas. *Hi tales*, vt à S. Bonauentura obſeruatum, *cùm deliquerunt, mox aut intus moti à ſpiritu, aut foris correpti ab homine, ad pœnitentia remedium confugiunt. His cum clementiæ fomentis medicus ſpiritualis remedia ſatisfactionis ſic temperata debet adhibere; quibus, & ſatisfaciant Deo de offenſis, & proximo de ſcandalo, vt ceteri peccare magis timeant, & tamen propter leuitatem remedij ipſos non pœniteat, ſe pœnitentiæ ſubmiſiſſe.*

Quomodo mites & obedientes corrigendi. Bonau. de ſex alis, cap. 7.

D De tertio hominum genere ſic ait: *Negligentes & contemnentes, vt increpet & corripiat, admonemus.* Iam verò cùm vitioſorum correctio & verbis fiat & verberibus, quibus hæc aut illa impendenda, ita explicat: *Honeſtiores quidem atque intelligibiles animos, primâ vel ſecundâ admonitione verbis corripiat: improbos autem, & duros corde, ac ſuperbos, vel inobedientes, verberum vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coerceat: ſciens ſcriptum, ſtultus verbis non corripitur.* Boërius hìc diſtinguens verberum, & corporis caſtigationem, illam ait eſſe virgarum ſeu flagellorum E coercitionem; hanc, incarcerationem, vel nimia ieiunia.

Improbi & inobedientes verberibus emendandi. Cap. 2. — Prou. 23.

SECVNDÒ. Diſcretio Superioris in eo elucet, vt attendat cauſſam, propter quam cenſuram inferat: neque enim inæquales culpæ æquali omnes plectendæ ſunt pœnâ, ſed vt S. Pater ait, *Secundùm modum culpæ, excommunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura.* Notum hoc Venuſino vati, qui monet:

II. *Attendat Prælatus cauſſam correptionis.* Cap. 23.

——— Adſit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Nec ſcuticâ dignum horribili ſectere flagello.

Horat. lib. 1. Sat. 3.

CAPITVLVM.

ſcuticæ & ferulæ leuiſſima erat animaduerſio, ac ferè priuata, in pueros atque impuberes exerceri ſolita. In flagellis verò maior & atrocitas & ignominia erat. Spectandum igitur quale peccatum ſit quod reprehenditur, an communitati valde noxium, an relaxationi viam ſternat, an malo exemplo & contagio alios inficiat, an ex conſuetudine ſæpiùs perpetratum, an verò rariùs, & ex infirmitate vel caſu.

III. *Et tempus opportunū.*

TERTIÒ. Conſideret diſcretus ſuperior QVANDO corripiendum, & tempus præſtoletur opportunum. Hæc voluit S. BENEDICTVS, (Reg. cap. 2.) cùm Abbatem docuit *Miſcere temporibus tempora.* Quod illuſtrans Bernardus, (Bern. ſerm. 2. de Reſur.) ait; *Habeat mens noſtra ſpiritum diſcretionis, vt miſcēs aptè temporibus tempora, opportunè amulari, & nihilominus ignoſcere ſciat. Samaritanus ſit, cuſtodiens & obſeruans quando oleum miſericordiæ, quando vinum feruoris exhibeat.* Benè Turrecremata (Turrecr. Tract. in Reg.): Non indifferenter omni tēpore arguendus aut increpandus quiſque eſt. Erit profectò tempus loquendi vni, & tacendi alteri: erit tempus arguendi, & non increpandi: tempus obſecrandi, & non obiurgandi quæ varietas poteſt accipi & reſpectu diuerſarum, & reſpectu earumdem perſonarum. Hic ſcilicet locum habet illud Pittaci Mitylenæi vnius è ſeptem Græciæ ſapientibus: *γνῶθι καιρὸν, noris tempus*; ſiue opportunitatem. (*Correptio medicinæ comparata.*) Quid correptio, niſi medicina? Quid ſuperior, niſi medicus? *Nihil in morbis*, ait Seneca, (Senec. conſol. ad Albin.) *magis periculoſum quàm immatura medicina.* Appoſitè Ouidius:

——— Medici quoque tempora ſeruant.

Et rurſus: (Ouid. 1. de remed.)

Temporibus medicina valet; data tempore proſunt,
Et dant non apto tempore vina nocent.

Hinc Gregorius: (Gregor. p. 2. cur. Paſt. c. 10.) *Nonnulla vel apertè cognita, maturè toleranda ſunt, cum videlicet rerum minimè opportunitas congruit, vt apertè corrigantur. Nam ſecta immaturè vulnera deterius inferueſcunt, & niſi cum tempore medicamenta conueniant, conſtat proculdubio quòd medendi officium amittant.* (*Subinde differenda.*) Si quis enim furente paſſione aliquem admoneat, quid aliud quàm oleum camino addiderit? Laudata Abigail, (1. Reg. 25.) quæ Nabal maritum ebrium non reprehendit, niſi poſtridie cùm digeſſiſſet vinum. Deus ipſe primum quaſi Capitulum celebrans, protoplaſtos non corripuit, niſi poſtquam cognouiſſent ſe eſſe nudos, & præ confuſione abſconderent ſe à facie Domini. (Geneſ. 3.) Sępius igitur parcēdum, & punitio in commodius tempus differenda. (*Et ea prorſus abſtinendum.*) Nonnumquam etiam diſſimulandum, & à cura prorſus abſtinendum.

Curando fieri quædam maiora videmus (Ouid. lib. de Ponto Eleg. 7.)
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Quid? quod & ipſe Deus nōnumquam diſſimulet: hæc enim illius apud Prophetam verba: *Mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens, & quaſi non videns.* (Iſaiæ 57.)

DISQVISITIO VI.

Quis in corripiendo ſeruandus modus?

INTER circumſtantias, quas Prælato ſeruandas prudentia dictat,

IV. *Modus in correptione tenendus.*

QVARTÒ loco modum enumerauimus, qui nobis ſeorſim hîc explicandus. Hunc porrò S. BENEDICTVS ita deſcribit. (Cap. 64.) *In ipſa correptione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas.* Nimia correptio cenſeri queat, cùm culpa vltrà meritum & plus æquo exaggeratur. Cùm inter increpandum opprobria adduntur & conuitia; cum idem nimis crebrò & ad nauſeam vſque repetitur; cùm acerbioribus verbis acriores accedunt pœnæ. Hæc enim delinquentis animum frangunt, & in deſperationem ſubinde præcipitant. (*Vitandus exceſſus.*) Deinde ad hunc exceſſum euitandum, monet, vt Abbas ſuam fragilitatem ſemper ſuſpectā habeat. Cōformiter prorſus Apoſtolo dicenti: (Galat. 6.) *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, cōſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.* Propriæ enim fragilitatis memoria efficiet, vt modeſtiùs & benigniùs alios corripiat, eorumque defectus patientiùs toleret. Monet id magnus Gregorius: (Gregor. lib. 23. mor. c. 8.) *Conſideremus*, inquit, *quia aut tales ſumus, quales nonnullos corrigimus; aut tales aliquando fuimus, etiamſi diuinâ gratiâ operante non ſumus: vt tantò temperantius humili corde corrigamus, quantò noſmetipſos verius in his quos emēdamus, agnoſcimus.* Addit S. Pater: (*Adagium S. Scripturæ explicatur.* Iſai. 42. Matth. 12.) *Meminerit calamum quaſſatum non conterendum.* Quod ex Iſaia & Euangelio deſumptum, ſignificat Chriſtū ſequiores aliorum mores patienter tuliſſe, nec inſultaſſe illis, qui quaſi confracti erant. Vſurpatur Adagium hoc, inquit Delrio, (Delr. Adag. S. Scriptur. 771.) de crudelibus, qui miſeris addunt miſerias, & afflictos affligunt, & qui cœperunt ruere, eos porrò præcipitant. Sic exponit Chaldæus, & pertinet ad ſæculares magiſtratus ac Prælatos qui fragilibus nequeunt ignoſcere, in hoc Chriſto diſſimiles qui placabilis & veniam dare ſolitus. Puſillanimes proinde, timidi, & exulcerati ingenij, cautę tractandi ſunt & manſuetè, præſertim ſi dolorem oſtendant, ne abundantiori fortè triſtitia abſorbeantur.

(*Vitanda etiam nimia indulgentia.*) Vt autem in correptione vitandus exceſſus, ita ſuperiori cautè proſpiciendum, ne in alterum labatur extremum, peccetque defectu & nimiâ remiſſione, ſiue indulgentia; hanc ita proſcribit S. BENEDICTVS: *neque diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox vt cæpe-*

cæperint oriri, radicitus ea (vt præualet) amputet; A *memor periculi Heli Sacerdotis de Silo.* Statuitur autem tam à Græcis quã Latinis Patribus, quos ſigillatim receſet Franciſcus de Mendoza, hic Heli tamquam ſpeculum ignaui, deſidis & remiſſi ſuperioris. Cuius nobis & pœna & culpa proponitur, vt vtramque vitare diſcamus. Quamuis autẽ Heli filios ſuos admonuerit, quadruplex tamen in ipſa eius admonitione deprehẽditur peccatum.

Heli ſpeculum remiſſi ſuperioru.
Mend. in l. 1. Reg. 2. annot. 21.
Peccauit admonendo filios.

1. *quia nimis ſera.*

Primum, quia ſera nimis fuit, cùm iam inueterata eſſet tot filiorum ſcelera, quę ille aut ignorabat aut diſſimulabat, cùm ſtatim monendi & caſtigandi eſſent, nec ſemel tantũ, B ſed frequentius. Secundum fuit, quòd non redarguerit publica peccata publicè, ſed priuatim & ſecretò. Tertium, quòd nimis lenis fuerit & blanda correptio, cũ debuerit eſſe ſeuera. Vnde ſcriptura ait, quòd filios, quos nouerat, *indignè agere, non corripuerit,* quaſi blandior correptio nulla eſſet. Nam ex Hebrço verti poteſt, *Non fuit obſcurus ad eos;* ſiue: *Non fuit in rugas contractus,* quia non toruo, & minaci, ſed hilari & benigno vultu increpauit. Adde, quod nec eos grauioribus C verbis perſtrinxerit, ſed leniter tantùm palpauerit. Vnde Rupertus: *Heli nullã ſæuiens magiſtri diſciplinã, ſolaſque patris ſeniles balbutiens blãditias, Nolite, inquit filij mei,* &c. Idemque alibi: *Nouerat indignè agere filios; & non dignè zelando ſecundum legem corripuit eos; ſed cũ blanditijs nimiùm paternis imò penè femineis.*

2. *quia non publicè.*
3. *quia nimis blandè.*
1. Reg. 3.
Rupert. in hunc loc.
Idem in 2. Apoc. 11. 18.

4. *quia ſine verberibus.*
Chryſoſt. l. 3. adu. vituper. vit. Monaſt.
Ephræm in Apolog. Heli.
Leo epiſt. 76.

Quartum, quòd verbis tantùm, non ſupplicijs in eos animaduerterit. *Minas*, inquit Chryſoſtomus, *addere debuerat, & à ſuo conſpectu amouere, & verberibus afficere, multoque illis grauius & durius inſtare.* S. Ephræm: *Hic,* inquit, *Sacerdos, cùm poſſet coërcere, pro nihilo* D *hanc eorum iniquitatem duxit, nullamque eis, quâ refrenarentur, diſciplinam dedit, nõ alapam, non verba duriora.* Grauiter S. Leo: *Abijcienda prorſus peſtifera hæc à ſacerdotali vigore patiẽtia eſt, qua ſibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.* Quod confirmat exemplo Heli, qui diuinæ iuſtitiæ pœnas dedit; *Quia,* inquit, *ſegni indulgẽtia diſſimulauit plectere peccatores.* Denique S. Petrus Damiani: *Heli,* inquit, *ſacerdotij dignitate detruditur, dum non intentat filijs verbera, ſed blanditur.*

Petr. Dam. l. 6. epiſt. 3.

Vt S. Benedictus his malis occurrat.
Cap. 2. *Primò.*

E Hæc peccata Heli, quibus peritus animarum medicus S. BENEDICTVS totidem Aphoriſmos antidoti loco oppoſuit. *Primò* enim contra tardam correptionem ait: *Neque diſſimules peccata delinquentium: ſed* MOX *vt cæperint oriri, radicitus ea, vt præualet, amputet.* Vbi notandum τὸ *mox,* ne cunctatione ſuâ Superior *permittat nutriri vitia,* vt alibi S. Pater loquitur. Benè Hieronymus: *Dum paruus eſt hoſtis, interfice: nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in ſemine.* Et Cyrillus Ieroſolymitanus: *Priuſquam floreat, radicitus erue malum; ne ſi à principio neglexeris, poſtea nequidquam incidas, & ignem magis excites.*

Cap. 64.
Hieron. epiſt. 22.
Cyrill. Catech. 2.

CAPITVLVM.
Secundò.
Cap. 70.

Secundum quoque elidit S. Legiſlator, cùm ait: *Peccantes coram omnibus arguantur, vt ceteri metum habeant.* Quod quidem de publicis intelligitur culpis. Et ipſa Capituli diſciplina nihil aliud eſt, vt vidimus, quàm publica ſui accuſatio, & quæ eam ſequitur correptionis admiſſio. Tertiò, remiſſam & nimis lenem correptionẽ excludit, cùm indiſciplinatos & inquietos, iubet *durius argui.* At verò, ne nimia aſperitas animũ fortè frangat, & ipſa correptio fiat corruptio, prudẽter monet, *vt ſuperior miſcens terroribus blandimenta, dirum magiſtri, pium patris oſtendat affectum.* Hinc illæ Gregorij voces: *Curandum eſt, vt rectorem ſubditis & matrem pietas, & patrẽ exhibeat diſciplina.* Et paulò pòſt: *Erga ſubditos ſuos ineſſe Rectoribus debet & iuſtè cõſolãs miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. Miſcenda ergo eſt lenitas cum ſeueritate, faciendũ quoddam temperamentum ex vtraque, vt neque multâ aſperitate exulcerẽtur ſubditi, neque nimiâ benignitate ſoluantur.* Remiſſior fuit Heli: auſterior Roboam: & illi quibus Propheta ait: *Vos autem cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.* Vis autem videre miſcẽtem terroribus blandimenta? diuinum attende Paulum, qui Corinthijs ſcribit: *Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis?* Prudenter ſanè Ioſue egit cum Achao ſuaniter eum primò adducens ad peccati confeſſionem, eique dicens: *Fili mi da gloriã Domino Deo Iſrael.* Poſt humilem verò illius confeſſionẽ, pronũtiauit in eum ſententiam: *Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus,* &c.

Tertiò.
Cap. 2.
Miſcenda lenitas cum ſeueritate.
Gregor. 2. part. Paſt. c. 6.
Ezech. 34.
1. Cor. 4.
Ioſue 7.

Quartò.

Quarto Heli defectui, quo verbis tantũ, ſed nullis pœnis in filios animaduertit S. P. obuiam iuit, cũ expreſſè decreuit, *ſuperbos, vel inobediẽtes verberum vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coërcendos.* & rurſum: *Si quis Frater frequenter correptus pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correctio; id eſt, vt verberum vindicta in eum procedat.*

Cap. 28.

Correptio omnis cum charitate fiat.
Auguſt. in Pſal. 102.

Verùm hæc, vt & alia quæ adduximus hactenus, vult S. BENEDICTVS cũ *Charitate* fieri. *Prudenter*, inquit, *& cum charitate ea amputet; prout viderit cuique expedire.* Id ipſum non vno loco charitatis igne inflammatus inculcat Auguſtinus, cuius hic vnam alteramque cape ſcintillam: *Quid ergo inquis? dormiet diſciplina, auferetur omnis correptio? non auferetur. Quid enim de luxurioſo filio facturus? non caſtigabis, non verberabis? ſeruum & ipſum tuum ſi malè viuentem videris, non pœnâ aliquâ, non verberibus refrenabis? Fiat hoc, fiat, admittit Deus, imò reprehendit ſi non fiat, ſed animo dilectionis fac, nõ animo vltionis.* Et paulò pòſt: *Qui fortè pertinet ad gubernationem tuam, vindica, coerce cum dilectione, cum charitate, attendens ſalutem æternam, ne cum parcis carni, anima pereas.*

CAPITVLVM. Idem in epiſt. ad Galat. 6.

perat. Idem alibi corripiendi praxim explicans, ait. *Numquam alieni peccati obiurgandi ſuſcipiendum eſt negotium, niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquidò nobis coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere. Quidquid enim lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas* A *corrigentis. Dilige, & dic quod voles, nullo modo maledictum erit quod ſpecie maledicti ſonuerit, ſi memineris ſenſeriſq; te in gladio verbi Dei liberatorem hominis eſſe velle ab obſidione vitiorum.* Plura eodem loco recenſet ſuperioribus, & quibuſcumq; correctionis munus obeuntis perquam vtilia.

TRACTATVS III.

DE CVLPIS, ET POENIS.

Cap. 7. grad. 12.

REVM *ſe agnoſcit, qui vel culpam ſpontè fatetur, vel obiectam non diluit, aut excuſat. Humilitati id, quá omnes Monachorum actiones imbui par eſt, vel maximè conſentáneum. Hinc diuinus Magiſter noſter præſcripſit, vt non tantùm quot hebdomadis aut quotidie, ſed* reum ſe omini horâ de peccatis ſuis exiſtimás Monachus, iam ſe tremendo iudicio Dei præſentari exiſtimet: *Conuicto autem & condemnato in iudicio reo, pœna ſubeunda eſt. Quamobrem hic de Monaſticis Culpis & Pœnis deinceps agendum, de quibus* Prima *erit diſquiſitio, Quæ Culparum diſtinctio?* Secunda, *Quam variæ earum Pœnæ?* Tertia, *quales pœnæ quæ reo aliquid auferunt?* Quarta, *quale pœnitentiæ genus ſit Superpoſitio?*

DISQVISITIO I.

Quæ Culparum Diſtinctio?

Stoicorum & Nouatianorum error. Cyprian. epiſt. 12.

DECANTATVM Stoicorum Paradoxum, imò & damnata Nouatianorum hæreſis fuit, Delicta omnia paria iudicare, nec vllum inter ſcelus & Erratum diſcrimen facere. Sed naturali hoc rationi, & diuinis repugnat legibus. Nam in veteri teſtamento, pro peccatorum varietate varias legimus pœnas, nunc grauiores, nunc leuiores, quod in omni republica ſemper ſeruatum, & legibus decretum, vt ipſis pœnis delicti grauitas non rarò agnoſcatur. Qui monaſticas inſtituère reſpublicas, & in hanc partem ſoliciti, inter eas, quæ accidere poſſunt, præuaricationes, diſcrimen poſuerunt cum quibus mulctari deberent pœnis, ſigillatim expreſſerunt. Quod quidem in Regula S. Pachomij, & Baſilij ſatis apparet, qui & iam habet peculiares *Animaduerſiones aduerſus Canonicos & Canonicas delinquentes*, quæ breuioribus Regulis ſubijciuntur. Inter opera eius repertæ atque inſertæ ſunt *Pœnæ incerti Auctoris*, inſcriptione carentes. Caſſianus, diuerſarum quoq; correptionum regulas tradẽs, culpas leuiores à grauioribus, & vtriuſq; generis aliquot exempla recẽſet, atque etiam vtri- A que generi diuerſam pœnam, & correctionem ab illis Patribus ſtatutam & adhibitam cõmemorat; leuioribus nimirùm ſpiritualem, grauioribus corporalem: quam rurſus duplicem facit, alteram verberum, ſiue plagarum, alteram expulſionis è monaſterio. Altera S. Columbani Regula (vti alias quoque diximus) quid aliud quæſo eſt, quã quod titulo præfert, *liber de quotidianis Pœ-* B *nitentijs Monachorum*? in quo etiam quædam ex Caſſiano expreſſa.

Scriptores monaſtici diſcrimen ponunt inter culpas.

Caſſ. lib. 4. cap. 16.

Oſtenditur ex S. Benedicto. Reg. cap. 24. 25 & 44. Lanfr. ſtat. c. 17.

S. verò BENEDICTVS leuiores & grauiores culpas diſtinguens, pro vtriſque ſatisfaciendi modum præſcribit, quem pro æui ſui more exponit Lanfrancus. Et hinc nata, paſſimque nota in Ordine noſtro Regularium criminũ diſcrimina: quorum ſingulæ pænè Congregationes particulares texunt C ſillabos. Vetus Affligenienſe noſtrum Rituale diſtinguit culpas *grauiſſimas, grauiores, graues, leues, & leuiores*, iiſque proprias aſſignat pœnas. Cærimoniale S. Iuſtinæ à minoribus culpis ad maximas gradum faciẽs, ponit leuiores, leues, graues, grauiores, & grauiſſimas. His ſimilia reperire eſt in Conſtitutionibus aliorum Ordinum.

Et varijs Cæremonialibus. Rit. Affig. part. 1. Cærim. S. Iuſt part. 5.

DISQVI-

DISQVISITIO II.

Quàm variæ Culparum Pœnæ?

Pœnæ in remedium culparum ſtatuta.

VT morbis varia ſunt remedia, ita culpis diuerſæ ſtatutæ ſunt pœnæ tanquam earum antidota. Vnde Bernardus obſeruantiam regularem diuidens in pręcepta & remedia, *Præceptis*, inquit, *inſtituitur vita contra peccatum, remedijs reſtituitur poſt peccatum, innocentia. Regulares namque terminos etſi ſæpe deliquerit, non euadit, qui cenſuræ ex Regula diſciplinam non ſubterfugit. Pars ſiquidem Regulæ eſt regularis correctio, & in ea reperitur non ſolùm bonæ vitæ inſtructio, ſed etiam emendatio prauæ. Inueniuntur in ea & præcepta Obedientiæ & inobedientiæ remedia, vt ne peccando quidem à Regula recedatur.* Lubet proinde pręſcripta à varijs Regularum conditoribus pœnarum pharmaca hîc vno aſpectu velut in officina quadam exhibere. Pœnæ autem pro noſtro inſtituto ſic nôn incongruè diuidi poſſe videntur, vt quædam ſint, quæ vel adferunt aliquem laborem, dolorem, infamiam: vel C auferunt delinquenti communem victum, fratrum ſocietatem in certis actibus, vel gradum aut locum acquiſitum, vel ius Monaſterij, de quibus dicemus ſigillatim.

Bernard de præcept. & diſp. c. 16.

Earum diuiſio.

I. *Laborem adferentes.*

PRIMÒ. Laborem adferunt illæ pœnæ, quæ penſum aliquid legendi, ſcribendi, aut faciendi, mulctæ loco iniungunt. Communiſſimum autem apud Monachos eſt, pſalmos, aut orationes pro pœnitentia iniungere. Climacus ad Paſtorem: *Iubetur hic, priuſquam ſe quieti daret, pſalmorum odaria pronunciare quinquaginta, ille triginta, alius centum;* D *centies aliquis in genua procumbere, alius ſeſſitando ſomnum capere; horam alius lectioni tribuere, per idem tempus alius precibus inſiſtere.* S. Columbanus ait pręſcribi alijs viginti quatuor pſalmos in ordine, alijs quindecim, alijs duodecim. Et recurrit ibidem crebrò pſalmorum pœnitentia Eodem modo iniuncta ſubinde ſcriptio, ſiue libri alicuius vel partis deſcriptio: Vnde quidam frater ad calcem libri à ſe exarati hunc pro coronide ſubiecit verſiculum:

Clim. lib. ad Paſt. c. 14.

Vt prolixius orare.

Columb. in Pœnitent.

Scribere.

Explicet iſte liber, à pœna ſum modò liber.

E

Haurire aquam.

Huc etiam ſpectant haurire aquam, ſecare & ferre ligna, ſtercorare hortum, moleſtiora & viliora ad tempus ſubire officia. Regula cuiuſdam ad Virgines: *Focos in ſchola pœnitentes ſi fuerint, binæ & binæ per hebdomadas faciant. Similiter ad caput ſororum lauandum per ſingula ſabbata vel balneorum vſus per feſtas ſolemnitates præparent, vt ſi ſint alia extrema facienda pœnitentes faciant, vt dum mente humili & contrito corde hæc propter timorem Domini faciunt, ab omnipotentis Dei miſericordia celerius à ſuis delictis lauētur.* Climacus deſcribens pœnitētiæ locum *Carcerem* appellatum, in quo

Reg. ad Virg. c. 12.

Climac. grad. 4.

A delinquentes ſinguli ſeorſum claudebantur, ait; *Præfectum perpetuam ferè orationem ab his qui ſibi ſeruandi tradebantur, exegiſſe. Erant illis etiā ad acediam vitādam plurima palmarum folia.* Palmarū porrò vſus priſcis illis Monachis multiplex ac familiaris fuit: nam & victū & veſtitum, & variorū operum eis materiam ſuppeditabat. Sozomenus de Dorotheo Anachoreta. *Noctu autem folia palmarum nectebat texturâ tortili, & ex illis ſportulas faciebat, quibus victum ſibi ſuppeditaret.* Ac de Stephano infrà: *Tamen opus facere, foliaque palma-* B *rum manibus texere, complicareque non deſtitit.*

CAPITVLVM.

Folia palmarum nectere.

Sozom. lib. 6. Hiſt. cap. cap. 29.

Stare longo tempore.

Inter laborioſas pœnitentias recenſeri etiā poteſt, cùm alijs ſedentibus alicui in pœnā iniungitur ad tempus ſtare. Nota S. Pachomio hęc caſtigatio, qui delinquenti iniungit in Collecta & in loco conuiuij ſtare. Idem dormiturientē exhortationis tempore ſurgere iubet, & tamdiu ſtare donec Prępoſito videbitur, vt ſedeat: vult etiam, vt qui locutus fuerit, vel riſerit veſcendi tempore, in eodem loco mox increpetur, & ſtet donec alij ſurgant de veſcēdo. Diuturnæ ſtationis exemplum habet Climacus, apud quem inuenitur etiam tam prolixa proſtratio donec recitatum eſſet pſalterium. In Stabulēſi Monaſterio viguiſſe conſuetudinem, qua ſub Cruce longo tempore ſtarent delinquentes, ex S. Lamberti diſcimus hiſtoriâ, qui gelidiſſimâ nocte ſub illa diutiſſimè ſtetit.

Pachom. art 2. 117. 121.

Art. 8.

Art. 11.

Climac. grad. 4.

Sur. 17. Septemb. in vit. cap. 10.

II. *Pœna dolorem inferentes.*

SECVNDÒ. Dolorem inferunt verbera virgis, flagellis, vel fuſtibus impacta. Milites olim pleriſque ex his puniti. Lampridius in Alexandro: *Si quis militum de via in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubijciebatur, aut virgis, aut cōdemnationi.* vbi fuſtium pœna (vt notat Lipſius) leuior illâ virgarum. Sed vt de Monachorum caſtigatione agamus, iam ſuprà ex Palladio diximus, in Nitriæ monte tria ex tribus palmis flagella caſtigandis delinquentibus pependiſſe. Inuenitur autem in ipſis Monachorum Regulis ſancita virgarum inflictio, vſu quoque ipſo probata. S. Pachomius de eo qui fratres ad peccandum ſollicitat, & ſimpliciorum animos peruertit, *ſeparabunt,* E inquit, *eum extra Monaſterium, & verberabunt eum ante fores triginta nouem.* Intelligit Gazæus triginta nouem plagis, ſiue verberibus, videntur enim ſpectaſſe exemplum Apoſtoli, qui quinquies quadragenas vna minus, id eſt, triginta nouem plagas à Iudęis accepit. Quorſum enim triginta nouem Monachi ad vnum verberandum concurriſſent? Caſſianus grauiores culpas plagis ait emendari, vel expulſione. Similiter apud Iſidorum in Regula Monachorum, *grauior culpa diurnâ excommunicatione purgatur, & flagellis emendatur.* Concilium Veneticum: *In Monachis quoque par ſententiæ forma ſeruatur.*

Lipſ. de Milit. Roman. lib. 5. Dialog. 18.

Art. 87.

Per virgarum inflictionem.

2. Cor. 11.

Caſſian. lib. 4. cap. 16.

Iſidor. cap. 17 in Reg. Monach.

Quà in Monachos plurimi animaduertunt.

Venet. Concil. can. 6.

Digitized by Google

ſeruetur: quos ſi verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus ſtatuimus coerceri. Noſter porrò Legiſlator vagum Monachum, ab oratione ſe ſubducentem virgâ percuſſit, & emendauit. Crebra autem in Regula occurrit corporalis caſtigationis mentio, capite enim 28. nominat *acriorem correctionem, id eſt, verberum vindictam, & plagas virgarum.* Alibi vocat *vindictam corporalem*, [a] vel *regularem*, [b] vel *maiorem vindictam*, [c] & *emendationem.* [d] Vtitur etiam nomine *diſciplinæ*, [e] *regularis diſtrictionis*, [f] & *grauiſſimæ.* [g] Non tradi autem hanc diſci- B plinam verbis, ſed verberibus, patet ex capite 65. vbi de præpoſito agens, *admoneatur*, inquit, *verbis vſque quater, ſi non emendauerit, adhibeatur ei correctio diſciplinæ regularis.* Idemque ſtatuit, *vt nulli liceat quemquam fratrum ſuorum cædere, niſi cui poteſtas ab Abbate data fuerit.* Diſcrimen autem quod inter Iuniores & Seniores à S. BENEDICTO ſcribit Statutum Prædicans quidam Lutheranus apud Gretſerum, necdum in eius Regula deprehendere potui, aut ab alijs memini obſeruatum. Ait autem: *Nõ malè à San-* C *cto* BENEDICTO *ſtatutum, vt Iuniores Monachi virgis cædantur, ſeniores verò flagellis caſtigentur, fieri enim poſſe, vt tali ſupplicio dæmon quiſpiam pellatur, & rebelles ad officium reuocentur.*

Cap. 28. — a Cap. 23. & 71. b c. 67. & 70. c cap. 45. d 46. e 54. f 34. g 55. — Cap. 70. — Gretſ. Apologet pro diſcipl. lib. 1. cap 16. Prædicaos fol. 176.

Vt autem conſtaret caſtigationis menſura, definierunt nonnulli quot verberibus certorum criminum rei plectendi eſſent. Triginta nouem plagas ad veteris legis præſcriptum Pachomius, vt vidimus, irrogari vult. Imitatus eſt Cæſarius Arelatenſis, de quo Cyprianus eius diſcipulus: *Solebat vir Sanctus id accuratè obſeruare, vt nemo* D *ex illis qui ipſi parebant, ſi pro culpa ſua flagellandi eſſent, ampliùs triginta nouem ictibus ferirentur: Ita tamen vt ſi quis in graui culpa eſſet deprehenſus, permitteret, vt poſt dies paucos vapularet iterum.* Frequentiſſimum eſt in pœnitẽtiali S. Columbani, qui tale, vel tale quid fecerit, ſex, vel duodecim percuſſionibus emendetur. Aliquando etiam quinquaginta & centum plagis coërceatur. *Minutas verò pœnitentias* (vt ibidem habetur) *iuxta menſam ſi ſcierit, Præpoſitus menſæ imponat, &* E *ampliùs viginti quinque percuſſiones ſimul non dentur.*

Verberum numerus definitus. — Surius 27. Auguſt.

In Ordine S. BENEDICTI quales tempore Petri Damiani infligi ſoleant diſciplinæ, & quæ leues haberentur, ex ipſomet ad Petrum Cerebroſum Monachum ſcribente diſcimus: *Dic*, inquit, *obſecro frater, vt cum pace bona loquar, deteſtaris illas, quæ ex more fiunt in Capitulo diſciplinas? Damnas fortaſſis & hoc, quod ſæpe fratri de leui qualibet offenſione confeſſo, vicenas fortaſſe, vel vt multum quinquagenas verberum plagas ſubire præcipimus? ſed quia diſciplina iſta ad tolerandum* A *leues ſunt & exiguæ, atque inter fratres regulariter aſſuetæ, perſpicuum eſt, quia non derogas, non reprehendis, ne contra communem ſancti Ordinis conſuetudinem venire videaris.* Regula S. Fructuoſi Epiſcopi præſcribit, vt qui deprehenſus fuerit ſolus cum ſola fabulari, *centum ictibus flagellorum extenſus publicè verberetur.*

Apud Benedictinos. Petr. Dam. lib. 6. epiſt. 27. — Reg. Fruct. cap. 15.

Sed non Monachi tantùm, verumetiam Clerici olim verberibus coërciti: Vnde S. Auguſtinus: *Corripiamus*, inquit, *verbis, & ſi opus eſt etiam verberibus.* Synodus B Agathenſis; *Clericum aut Monachum ſine commendatitijs vagum, ſi verborum increpatione non emendetur, etiam verberibus ſtatuimus coërceri.* Idem: *Qui ebrius fuerit aut triginta dierum ſpatio communione priuetur, aut corporali ſubdatur ſupplicio.* Narbonenſe Concilium eos, qui exeuntibus atque ingredientibus ſenioribus vela ſubleuare contempſerint, ſi ſubdiaconi ſint, verbis vult corripi, etſi non emendauerint, ſtipendio priuari, reliquos flagris coerceri. Conſilium Aquiſgranenſe Canonicis viuendi formam præ- C ſcribens, ait: *Et qui incorrigibilis extiterit, ſi ætas permiſerit congrua verberum adhibeatur caſtigatio.* Diſtinguit poſteà inter eos qui flagellatur, & quem flagellari ætas, aut qualitas perſonæ prohibent. Laudat Cantipratanus Rhemenſem Decanum, qui Canonicos ſuos pro exceſſibus viriliter corrigebat: quod Rotardum ex regali genere ortum, & electum Cathalaunenſem Epiſcopum validiſſimâ afflixerit diſciplinâ, quòd ad exequias ſine nuptiali veſte veniſſet. Sed ad Monachos redeamus.

Clerici etiã verberibus emendati. — Aug. ſerm. 15 de verb. Dom. — Agath. can. 38. — Can. 40. — Conc. Narbon can. 13. — Concil Aquiſgran. cap. 134. — *Exemplum de hoc memorabile.* — Cantipr. lib. 2. apum cap. 39.

Durior in hoc genere videtur fuiſſe S. D Leodegarius Epiſcopus, qui in Canonibus Auguſtodunenſibus, fuſtibus verberari Monachum ſtatuit: *Quiſquis*, ait, *hæc à nobis Deo præcipiente dictata in confirmationem regularem Monachorum tentauerit aliquâ tranſgreſſione caſſare, ſi Abbas eſt, anno vno ei communionis poteſtas ſuſpendatur; ſi Præpoſitus, annos duos; ſi Monachus, aut fuſtibus verberetur, aut à communione, & miſſa & caritate annos tres ſuſpendatur.*

Caſtigatio. Tom. 1. Conc. Galliæ pag. 506.

Mitior pœna ferulæ eſt, quâ in ſuos vſus E S. Wolſtanus, de quo ſic vitæ auctor: *Diſciplinam domus ſuæ tam in laicis quàm in clericis ſeueriſſimè exercens legem ſtatuit, vt omnes tam miſſæ, quàm omnibus horis intereſſent. Cuſtodes ad hoc conſtituit vt nullum impunè ridere ſinerent; alioquin aut potu eo die caruit, aut palma ictum ferulæ excepit. Si quis ante eum iuraret, ſtatim ferulæ vindicta ſequebatur.* S. Cæſarius in Regula Monachorum: *Cui in remoto loco eſt, ſigno tacto, ad omne opus Dei nullus tardiùs veniat. Si tardiùs venerit, ſtatim de ferula in manus accipiat.* Ferula autem nonnullis à feriendo dicta. *Hac enim*, vt Iſidorus inquit, *Pueri & puellæ vapulare ſolent.* Regula cuiuſdam

Mitior ferularum pœna. — Apud Sur. 19. Ianu. — Cæſar. in Reg. nu. 11. — Iſidor lib. 19 orig. cap. 9.

(Reg. ad Virg. c. 12.) cuiuſdam ad Virgines: *Propter ſingulas negligentias tam coca quàm Cellaria, vigintiquinque palmarum percuſſionibus quotidianis diebus emendentur, ne minimas paruipendentes culpas in maioribus procliuiores reperiantur.*

(*Quid palmata.* Petr. Dam. op. 15. c. 18.) Vocat hanc pœnitentiam S. Petrus Damiani *Palmatam*: *Super metanæis verò, diſciplinis atque palmatis, ſiue etiam brachiis extendendis in orationibus, ceteriſq; ſancti feruoris exercitiis, nullâ fratrem lege conſtringimus.* Ita quoque *palmatas* interpretatur Baronius, (Baron. to. 11. an. 1055. Burchard. l. 19. c. 17. & 25.) exponens quid apud Burchardum ſit, *vt dies vnus pœnitentiæ palmatis viginti redimi poſſet,* ait; nimirùm vt ferulâ palma manus pœnitentis verberaretur, vt ſub auſtero Orbilio in ſcholis pueri accipere conſueuêre. (Gretſer. l. 1. de diſcip. cap. 9.) Dubitat tamen Gretſerus, vtrùm hæc *palmatarum* explicatio ſcopũ Damiani tangat. Scrupulũ enim iniicit ipſe Damianus, qui in epiſtolâ ad Petrum Monachum indicare videtur, *Palmatas* nihil fuiſſe aliud quàm manus ad terram violentam alliſionem. (Petr. Dam. l. 6. epiſt. 27.) Accipe Damiani verba: *Lorica eſt homo indutus ad carnem: ferreis membra diuulſa circulis ambit, mittit cum labore metanæas, allidit in pauimentum ſæpius palmas* (en quid *palmatæ*) Ita Gretſerus. (*Duplex explanatio admiſſa.*) Proba tamen mihi videtur Baronij explanatio, & modum hunc allidendi in pauimentum palmas ideò dici poſſe *palmatas*, quòd eum imitetur modum, quo ferulâ percuti palma ſolet. Etenim vt ipſe ſibi homo palmatas infligat, haud adeò congruè fieri poteſt, quàm vt pauimento lapidibus aut aſſeribus ſtrato, aut duriori alicui materiæ, palmas illidat vtraſque, vt neutri ſua deſit afflictio: tam igitur hoc quàm alterum illud Burchardi genus, *palmatarum* nomine cenſeri queat. At pœnitentias dolorem inſerentes ſpectat quoque geſtatio cilicij, catenæ ferreæ, funis nodoſi, & aliæ id genus afflictationes.

III. (*Pœna infamiam inferentes.*) Tertiò. Pœnitentiæ nonnullæ ad hoc ſunt inſtitutæ, vt infamiam quamdam videantur inferre, vt per confuſionem ſalutem adferant reo, boni enim honeſtique animi non minùs ignominiis coercentur, quam pœnis. Sic in Romanâ militiâ in pœnam ſubinde diſcincti milites & turpi (Lipſ. de Mil. Rom. lib. 5. c. 18.) habitu proſtituebantur, tamquam parum viti. Exempla hæc profert Lipſius. Suetonius (Sueton. l. 2. c. 24. *Milites ignaui diſcingebantur.*) de Auguſto: *Pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit, vt ſtare per totum diem iuberet ante prætorium, interdum tunicatos, diſcinctoſq́.* Valerius de Calpurnio Piſone, (Valer. l. 2. cap. 7.) qui *iuſſit Titium togâ laciniis abſciſſis amictum, decinctaque tunicâ indutum, à mane in noctem vſque ad principia adeſſe.* Plutarchus de Lucullo: *quoſdam notauit, vt diſcincti foſſam foderent, reliquo exercitu ſpectante.* (Zoſim. l. 3.) Zoſimus denique de Iuliano Cęſare: *Amictos veſte muliebri per caſtra duxit, ratus militibus, qui viri eſſent, eam pœnam grauiorem morte futuram.* (CAPITVLVM.)

(*Monachi in loco negligentium poſiti.*) Spirituales Chriſti milites per infamiam quoque & ea, quæ verecũdiam incutiunt, puniri ſolent. Talis pœna eſt poni in loco negligentium. Hanc Legiſlator decernit (Cap. 43. Reg.) ijs, qui ad opus Dei tardiùs venerint. Alij tardè venientes iubent foris manere, vt Regula S. Macarij, & Regula à SS. Patribus prolata. (Reg. Macar. cap. 6.) Huc ſpectant pœnitentiæ à S. Pachomio præſcriptæ. Poni in loco infirmorum, ibique ali otioſum *art.* 88. *&* 95. ferre ſuper humeros rem vſurpatam *art.* 121. Et ibidem agere pœnitentiam per ſingula orationum tempora cinere & cilicio opertum. Regula S. Fructuoſi Epiſcopi præſcribit, (Reg. Fruct. cap. 14.) vt excommunicatus *indutus tegmine raſo, aut cilicio ſeminudus atque diſcalceatus opus Monaſterij exerceat,* vultque à Seniore quodam ab Abbate ſubmiſſo contumelioſis verbis increpari. Idemq́ue reconciliandus iubetur *eccleſiam ingredi & cingulum in manibus geſtare, Abbatis vel fratrum pedibus cùm lachrymis prouolui.* Ita Caſſinenſes præſcribunt (Caſſin. ad c. 70 Reg. num. 6.) *comedere in pane & aqua in terra in refectorio cum zona ad collum.* Alterius Fructuoſi Regula præſcribit, (Reg. alterius Fruct. cap. 14.) vt excommunicatus *proſtratus humi cingulo ſimul opertorioque abiecto poſcat veniam negligentiæ ſuæ. Et refectionis tempore, coram Refectorio adſtabit vultu depoſito & habitu.* Eadem Regula in pœnam iniungit, (Cap. 16. *Coronâ capitis multatus.*) *vt reus Monachus coronam capitis quam geſtat, amittat; decaluatuſq́, turpiter opprobrio pateat, omniumq́, ſputamentis oblitus in facie probraque æquè ſuſcipiat.* In Concilio Ratisbonenſi inter ceteras pœnas præſcribitur, vt *Nonnis velatis radantur omnes capilli capitis.* Vetus autẽ mos fuit ad ignominiam reos tondere: Vnde S. Cyprianus ſcribit ad metalla damnatos (Cypr. epiſt. 77. *Sicut rei.*) capite fuiſſe ſemitonſos capillo horreſcente. Leges Caroli Magni de (Leg. Carol. M. l. 3. a. 9.) Conſpirationibus præſcribunt, *Vt rei inter ſe flagellentur, & capillos ſibi inuicem tondeant.* Et alibi ſtatuitur, vt contemptor epiſtolæ (Lib. 4. art. 27.) Imperatoris, *ſi ſeruus fuerit nudus ad palum vapulet, & caput ei tondeatur.* In Conſtitutionibus Carmelitarum Ioannis Soreth, (Conſt. Carmelit. part. 3. cap. 40. *Pœna falſi criminatoris.*) *falſum teſtimonium dicenti iniũgitur vt comedat in terrâ coram toto conuentu in pluribus conuentibus ſuæ prouinciæ ad hoc miſſus per tot dies quàm Superiori videbitur expedire, indutus aliquo ſcapulari ſuper quo duodecim linguæ aut circiter ante & retro de panno rubeo vel albo conſutæ hinc inde modo vario, in ſignum quod propter magnum ſuæ linguæ vitium illo modo merito ſit puniendus.* Ignominia quoq; Monachum afficiunt commemoratę à Climaco (Climac. grad. 4. *Alia ignominioſa.*) pœnitentiæ. A menſâ expelli; contumeliis in conſpectu aduentantium affici, ignobiliora obire miniſteria, proſternere

ſe ante

CAPITVLVM.

ſe ante fores templi per ſeptem dies, ſtatoi in ordine pœnitentium, manere ad ianuam Monaſterij per ſeptem dies, remitti ad pœnitentiæ carcerem vbi ſeorſim habitant ſinguli. Simile eſt remitti ad nouitiatum, vel rurſus ſubdi Magiſtro Nouitiorum. Huc ſpectat, cùm aliqui in pœnam iubeutur aliorum oſculari pedes, aut terram, quòd apud Monachos non infrequens eſt. Sic apud Valerium Maximum Lucius Piſo reus proſtratus humi pedeſque iudicum oſculans, os cæno repleuit, & indulgentiam obtinuit. Martialis quoque auctor eſt

Oſculari pedes, aut terram.

Val. Max. lib. 8. cap. 1.

Martial lib. 10. Epigram. 72.

> *Et parthos humileſq́, ſuppliceſq́,*
> *Pictorum ſola baſiaſſe Regum.*

Et hunc pœnitendi modum inſinuat Pſalmiſta: *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terrà venter noſter.* Et Ieremias: *Ponet in puluere os ſuum.* Hic enim reorum & ſupplicum mos eſt, quaſi cùm Abraham dicerent: *Cum ſim puluis, & cinis.* Affinis huic eſt in genua ſe prouoluere, ſeu genuflectere, inter Monachos æquè vſitatum.

Pſal. 43. 25.

Ierem. Thren. 3. 21.

Gen. 18.

DISQVISITIO III.

Quales Pœnæ, quæ reo aliquid auferunt?

QVAMVIS omnibus pœnis hoc commune eſſe videatur vt aliquid aoſerant: nam quæ laborem ingerunt, priuant ſine dubio lætitiâ, quæ laborem, quiete: quæ ioſamiam, bona famâ: placuit tamen diſtinctionis cauſsâ, hæc aliquatenus ſeparare, & ſeorſim tractare de iis mulctis, quæ à victu, ſocietate, oratione, vel gradu reum excludunt.

I. PRIMÒ igitur, victu pœnitentes priuantur, cùm vel ieiuniis affliguntur, vel, vt S. BENEDICTVS loquitur, *non permittuntur ad communis menſæ participationem.* Sic Climacus tradit ſolere quoſdam à meoſà expelli, cui ſimile eſt, quod inter pœoas incerti Auctoris inter opera Baſilij præſcribitur, *vt ſolus per ſeipſum cibum ſumat.* Quod intelligi poteſt vel extra refectorium, vel in eo poſt aliorum refectionem, vel ſedendo in pauimento in medio triclinij, aliis ad menſam reſidentibus. Io iiſdem pœnis ſtatuitur: *Si quis in menſà comedens nugatur, ſuſcitetur, vt exurgat ad orationem.* Frequens ferè apud omnes Monachos eſt ieiunium in pane & aqua, præſcriptum quoque à S. Pachomio. Huc ſpectat, ſubſtractio vini, vel alicuius ferculi. Quare io Pœnitentiali S. Columbani ſæpius occurrit, vt delinquens habeat vnum paximatium, & aquam per duos dies, quibus omnium alterum ſubtrahebatur paximatium. Spectat huc commutatio in viliorem cibum, quaſi indigni eſſent communi aliorum fratrum cibo, ſed reiicerentur potiùs, iungerenturque cum iumentis. Et Polybius auctor eſt, peccantibus militibus *hordeum pro tritico datum.* Sed & Vegetius notat. *Tirones, ſi parum in proluſione & exercitio profeciſſent, pro frumento hordeum coactos accipere.* Altera Fructuoſi Regula impudico Monacho inter cetera præſcribit: *Triduanà per hebdomadas ſingulas refectione, panis exigui hordeacei veſpertino tempore ſubleuari;* quod ſub titulo S. Baſilij citat Petrus Damiani. Additque quam diximus cauſſam, *quia qui factus eſt ſicut equus & mulus, congruè non cibo hominum, ſed annonà paſcitur iumentorum.*

Ieiunio plectuntur pœnitentes.

Cap. 43.

Climac. grad. 4.

Num. 31.

Quod fit variis modis.

Num. 17.

Pachom. art. 84.

Polyb. apud Lipſ. lib. 5. de milit. Rom. Dialog. 18.

Veget. l. 1. cap. 13.

Hordeaceo pane paſti.

Reg. Fruct. cap. 16.

Petr. Dam. opuſc. 7. cap. 15.

II. SECVNDÒ. Fratrum ſocietate præuaricantes non rarò leguntur priuati, quod variis fiebat modis, ſubinde enim aliis congregatis aut honeſtæ recreationi intentis, rei iubebantur ſeorſum manere; aliis exeuntibus, illi domi manere: aliis in horto ambulantibus, illis iniungebatur ſcriptio, lectio, oratio. Tale quoque eſt manere in clauſtro, quod iam olim practitatũ colligas ex vità Notkeri. Sic inter pœnas incerti auctoris legitur: *Si quis veſperi non acceſſerit ad Pater noſter, abſque aliquà cauſsâ, in oratione perſiſtere cogitor donec omnes dormierint.* Et *ſi quis ſurgit de menſà præter voluntatem Archimandritæ, ſiſtatur in oratione vſque ad tempus lucernarum.* Alia ſeparandi forma eſt, cùm rei excluduntur à communi fratrum oratione, de quâ Caſſianus. Et Cæſarius Arelatenſis præſcribit ſeparationem à cõmunione, vel à conuiuio: quod art. 11. exponitur idem eſſe atque *à communione orationis, vel à menſâ ſequeſtrari.* Adeoque parua quædam eſt excommunicatio. Grauior ſequeſtratio eſt, quam præſcribit S. Pachomius, mandans detractorem ſeparari extra conuentum fratrum ſeptem diebus. Itemque, *ſeparari extra monaſterium, & verberari ante fores triginta nouem*, ſubintellige, plagis. Animaduerſiones S. Baſilij ſæpius habent *hebdomadam vnam vel duas à reliquorum conſortio abeſſe cogitor, vel hebdomadam vnam ſegregator.* Regula ſecunda à Patribus prolata: *triginta diebus à communione ſeparetur, aut virgis cæſus emendetur.*

Aliorum ſocietate iuſſi abſtinere.

Ekkehard. in vit. Notker. c. 27.

Num. 26.

Num. 30.

Caſſ. lib. 2. cap. 15.

Cæſar. in Reg. Sanctimonial. art. 10.

Pachom. art. 84.

Subeunda multo tempore.

Art. 87.

Reg. 2. Patr. c. 9.

III. TERTIÒ. Peccantibus monachis communis conuictus vel maximè auferebatur per excõmunicationem, cuius pœnæ frequens mentio apud Regularum auctores: & S. BENEDICTVS expreſsè agit de excommunicatione culparum, & de iis qui excommunicantur, quomodo ſatisfaciant. Caſſianus excommunicatum vocat ab oratione ſuſpenſum, quem imitatus quoque S. BENEDICTVS. Regula Iſidori pro leuibus culpis triduanam præſcribit excommuni-

Peccantes Monachi excommunicabantur.

Cap. 23. & 44.

Cap. 15.

Reg. Iſid. cap. 17.

municationem, pro grauioribus iuxta arbitrium Patris, excommunicationem diuturnam, & flagella. Auctor Anonymus pœnarum apud Baſilium, ſæpe habet, *ſit excommunicatus: & careat benedictione.* Quòd *Quid ſit carere benedictione.* poſterius diſtinctum eſt ab excommunicatione, vt patet num. 5. quo dicitur: *Si quis careat benedictione caſtigationis gratia, & ex contemptu ſe non excuſarit, & acceperit benedi-* Num. 37. *ctionem, excommunicetur.* Et: *ſi quis egreſſus fuerit ad oſtiarium ſiue ianitorem, ſi non permiſſum fuerit ipſi à deſignatis præfectis, careat benedictione. Si verò egreſſus fuerit ad munitionis proſpectum, excommunicetur.* Plus ergo eſt excommunicatio, quàm benedictionis carentia, vel ſubſtractio.

IV. *Pœna degradationis.* QVARTÒ. Quemadmodum milites ſubinde mutabant Militiam, & ab honeſtiore genere in humilius tranſſcribebantur; *vt qui equo meruerant, peditum numero militarent; qui pedites fuerant in funditorum auxilia* Valer. lib. 2 *tranſſcriberentur*, vt Valerius ait: Ita apud ſpirituales Chriſti milites, ſi peccauerint, vſurpatur quędam degradatio. Colligimus hanc ex ipſis S. BENEDICTI verbis, cùm Cap. 63. ait: *Exceptis his, quos, vt diximus altiori conſilio Abbas prætulerit, vel* DEGRADAVERIT *certis ex cauſis, reliqui omnes vt conuertuntur, ita ſint.* Quò ſine dubio ſpectat officio- *Priuatio officiorum.* rum vel dignitatum pręuiâ culpâ priuatio. Ita de Præpoſito incorrigibili decernitur, Cap. 65. *vt deiiciatur de ordine Præpoſituræ, & alius, qui dignus eſt, in loco eius ſubrogetur.* Eadem Cap 21. iam ante de Decanis ſtatuerat. Similiter Cap. 29. fratrem, *qui proprio vitio egreditur vel proiicitur de Monaſterio, ſi reuerti voluerit, in vltimo gradu recipi mandat.* Imitatus eſt eum Fruct. c. 10. Sanctus Fructuoſus Epiſcopus. Regula quoque S. Macarij pœnitentię loco ſtatuit Climac. grad 4. fieri nouiſſimum. Climacus refert Macedonium Diaconum, quòd ſeriùs ad Monaſterium rediſſet amotum à miniſterio, atque in vltimo incipientium conſtitutum ordine per quadraginta dies. Leuior porrò pœna eſt, quam Legiſlator noſter infli- *Pœna ſerò venientium.* git ad diuinum officium ſerius occurrenti, Cap. 43. nimirùm *vt non ſtet in ordine ſuo in choro, ſed vltimus omnium ſtet, aut in loco quem talibus negligentibus ſeorſum conſtituerit Abbas, vt videatur ab ipſo, vel ab omnibus: vſque dum completo opere Dei publicâ ſatisfactione pœni-* Num. 79. *teat.* Nota & S. Pachomio hęc mulcta, apud quē occurrit *nō eſſe in ordine ſuo, abſque maioris imperio.* Et de iracūdo ſepties admonito: Num 85. *Faciet eum ſurgere de ordine ſeſſionis ſuæ, & inter vltimos collocabitur.* Item de alio delin- Num. 92. quente: *Iudicabunt eum, & degradabunt in vltimum gradum donec corrigatur.* Regula ſe- Reg. 2. Patr. c. 13. cunda à Sanctis Patribus prolata de monacho qui furtum fecerit, ordinat, *Vt ſi iunior fuerit, virgis cæſus numquam officium clerica-* A *tus excipiat; ſi verò iam Clericus in id facinus* CAPITVLVM. *fuerit deprehenſus, nominis ipſius dignitate priuetur.*

QVINTÒ. Delinquentes carceri etiam le- V. *De incarceratione.* guntur incluſi, & celebris eſt pœnitentiū Carcer à Climaco deſcriptus, omni mor- Climac. grad 4. tali conſolatione deſtitutus. *Non illic vnquā fumi vapor apparebat, non vinum, non oleum ad cibum, non aliud quidquam præter panem & minuta olera. In hoc ſi qui poſt supernam vocationem deliquiſſent, ita eos claudebat pater, vt procedere inde nuſquam valerent. Non quidem* B *omnes ſimul, ſed ſeorſum ſingulos, aut certè multum duos ſimul, ibiq; tam diu morabantur, quo ad eum Dominus de ſingulorum remiſſione certiorem faceret.* Regula S. Fructuoſi: *vincu-* Reg Fruct. cap. 16. *Et vinculis.* *liſq; arctatus ferreis carcerali ſex menſibus anguſtiâ maceretur.* Vbi præter carcerē animaduertis etiam adhibita vincula. Palladius Pallad. Lauſiac. c. 31. quoque ſcribit Valentem per ſuperbiam à dæmonibus ſeductum, à Patribus anno vno vinctum, & in ferreos compedes coniectū. Iſidorus Epiſcopus decreuit, vt fugitiuus Reg. Iſid. cap. 20. *vinctis poſt tergum manibus* Abbati reduca- C tur proptio. Mitior incluſionis ſpecies eſt, cùm delinquens ad tempus remanere in cellâ, vel aliquo cubiculo iubetur, vel non egredi certum locum. Extat huius exemplum apud Fructuoſum. Incarcerationem Reg. Fruct. cap. 16. poſteriores ordines plures pręſcripſerunt.

SEXTÒ. Omnium ſeueriſſima pœna eſt, VI. *Pœna expulſionis grauiſſima.* expelli à Monaſterio, cùm incurabilis & deſperatæ ſanitatis velut putridum membrum à corpore monaſterij reſecatur. Nota antiquis hæc pœna, de quâ inferiùs cùm de incorrigibili agetur.

D

DISQVISITIO IV.

Quale pœnitentiæ genus ſit Superpoſitio?

NON omnibus nota eſt illa pœna, quæ *Superpoſitionis* nomine deſigna- *Superpoſitio vox obſcura.* tur. Occurrit autem hæc vox ſæpius in Pœnitentiali S. Columbani, in quo legere eſt, *Superpoſitione puniatur.* Et: *tribus ſuperpoſitionibus caſtigetur.* Iterumque: *Qui pro-* *Vbi occurrat.* *fert altum ſermonem, vel modicum ad reprehen-* E *dendū opus Oſtiarij: aut Oſtiarius horas nō benè cuſtodierit, Superpoſitione Silentij, aut quinquaginta percuſſionibus*, ſupple puniatur. Eum de more ſequens Donatus in Regulâ; *Tra-* Reg. Don. cap 28. *ctantes*, inquit, *eas Superpoſitione ſilentij, aut quinquaginta percuſſionibus pœniteat.* Et: *Ca-* Cap. 29. *ſtigans caſtigantem ſe, tribus Superpoſitionibus pœniteat.* Sæpiuſque eam vocem repetit Cap. 32. 33. & 24. Regula Cuiuſdam ad Virgines: *Si verò ex* Reg. ad Virg. c 8. *toto curſum ſuum perdiderit præcipuè nocturnis horis, in quibus nullum aliud opus impedit, Superpoſitione damnetur.* Regula Magiſtri: Reg. Mag. c. 51. *Et cùm aliis ſuperponentibus pro Dei ſperanda*

CAPITVLVM.

mercede vnum diem non poſſe ieiunium voluntariè pertranſire. Agit de eo qui feria 6. Paraſceues nequit ieiunare.

Quidam interpretantur ieiunium. Eliber. Can. 23. Can 26.

Sed quid *Superpoſitio?* Quidam interpretantur eſſe Ieiunium; quia Concilium Eliberitanum ait: *Ieiuniorum Superpoſitiones per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Iulij, & Auguſti.* Et: *Errorem placuit corrigi, & omni Sabbati die Superpoſitiones celebremus.* Ad quem locum Gabriel Albaſpinæus, Aurelianenſis Epiſcopus ait: Ieiunia ſuperponere, eſt ieiunia de nouo imponere, & indicere. Garſias Loayſa: Ieiunium, inquit, Superpoſitio vocatur, vt patet ex indiculo pœnitentiæ. Eadem notione Dionyſius Alexandrinus epiſtola ad

Et probant.

Baſilidem vſurpauit Græcam vocem ὑπερθέσιν. Et S. Epiphanius in expoſitione fidei, numero 22. καὶ τετραδας ὑπερτίθενται, id eſt, *ad quatriduum vſque ſuperponunt.* Petauius vertit: *ieiunia prorogant.* Optimè autem Græcam hanc vocem explicaſſe mihi videtur Euagrius, qui de Monachis agens,

Euag. hiſt. Eccleſ. l. 1. cap. 21.

ait: *Nonnulli eorum leges, quas ὑπερθέσεις vocant, id eſt, leges legibus, quibus tenentur, ſuprà irrogatas ſæpè exequuntur: quippe ieiunant ad biduum, atque etiam ad triduum. Sunt ex illis qui quinque dies continuos & amplius ieiunant, & vix tum cibum capiunt neceſſarium.* Ita habet verſio Ioannis Chriſtophorſoni Ciceſtrenſis Epiſcopi.

Non videtur ſic propriè accipi.

Verùm quia non tantùm ſimpliciter dicitur, *Superpoſitio*, ſed Superpoſitio ieiunij, ſilentij, vt iam vidimus, atque etiam pſalmorum, & officiorum, vt conſtat ex Commentario MS. Stephani Pariſienſis ad cap. 19. Regulæ S. BENEDICTI dicentis, *Monaſteria quædam quadam vti Pſalmorum & officiorum Superpoſitione:* Hinc dicendum videtur, ſuperponere aliud nihil eſſe, quàm ſuperaddere, ſuperadiicere. Vtitur hoc modo Tertullianus: *Exinde apertè Dominus amplians legem, iram in fratrem homicidam ſuperponit;* id eſt, addit, ſuperaddit. Et ſenſus eſt, cùm lex tantùm prohiberet homicidium, Chriſtus in Euangelio iram in proximum ſuperadiecit.

Apud Menard. Concord. Reg. c. 54. §. 2.

Tertul. lib. de orat. c. 10.

Alia, & verior expoſitio.

Videtur porrò mihi ſimpliciter ſignificate cuiuſcumque pœnæ impoſitionem, eâ notione quâ Principum exactiones, quę rebus quibuſdam imponuntur, *Impoſitiones*, & *Impoſtæ* vocantur. Quod ex Latino deſumptum. Cicero enim dixit: *Vectigal eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitur.* Item: *Agris publicis per grande vectigal imponere.*

Cic. orat. pro Fõteio. Contra Rul.

TRACTATVS IV. DE EXCOMMVNICATIONE CVLPARVM.

POENARVM hactenus nomina & genera, vt licuit, expoſuimus, nunc porrò cum ipſo Legiſlatore noſtro cenſuras, quas delinquentibus infligit, & quo modo ab ijs congruâ ſatisfactione abſoluantur, diſcutere eſt animus. Primâ *diſquiſitione quæritur, An de Excommunicatione Eccleſiaſtica agat S.* BENEDICTVS? Secundâ, *Quæ pro leuioribus culpis irroganda excommunicatio?* Tertiâ, *Quibus ex Regulâ inferenda Excommunicatio?* Quartâ, *Quomodo ſententiæ Excommunicationis ſatisfaciendum!* Quintâ, *Quæ Abbatis circa Excommunicatos ſolicitudo? Quid Sempectæ?* Sextâ, *Quid agendum cum eo qui ſæpius correctus non ſe emendat?* Septimâ, *Liceátne hoc tempore è Monaſterio expellere, aut ab Ordine præſcindere?* Octauâ, *Quoties, & quomodo recipiendi qui ſuo vitio egrediuntur Monaſterio?*

DIS-

DISQVISITIO I.

An de Excommunicatione Eccleſiaſtica agat S. BENEDICTVS ?

Duplex eccleſia excommunicatio.

DVPLEX in Eccleſiâ viget excommunicatio: altera maior, quæ plena eſt, & autonomaſticè vocatur excommunicatio: altera minor, quæ partialis & non plena, directè vetans participationem Sacramentorum. Addunt his aliqui tertiam Monaſticam, ſiue Clauſtralem, quæ ſecundùm quid tantùm Excommunicatio dicatur, qua pars tantum communionis, quæ inter fideles intercedit, tollitur: verbi gratiâ, colloquium, aut diſcubitus ad eandem menſam, inchoatio quorumdam in diuino officio. His poſitis,

De quâ agat S. Benedictus.

Quæritur, de quâ Excommunicationis ſpecie agat S. BENEDICTVS? Et an de eâ, quæ maior vocatur, & Eccleſiaſtica eſt cenſura? Columbanus Vranex in MS. Commentario ad Regulam, aſſerit eum tantùm agere de Monaſticâ, ſiue Clauſtrali, aut Regulari; quia autem Regula diſtinguit inter leuiores & grauiores culpas, & pro illis à menſæ participatione: pro his à menſâ ſimul & ab oratorio excludit; ideò duplicem quoque facit excommunicationem monaſticam; maiorem pro grauioribus culpis, de quâ capite 25. & minorem pro leuioribus, de quâ capite 24.

Quidam cenſent non agere de eccleſiaſticâ.

S. Hildeg. in cap. 23.

S. Hildegardis quoque non Eccleſiaſticam, ſed Monaſticam ſolùm videtur agnoſcere excommunicationem, ita ſcribens: *Si intelligit qualis ſit pœna, excommunicationi ſubiaceat, non illa iure Sacerdotij ſub ſtolâ prolatâ, ſed excommunicationi, quâ verbis tantùm ſimplicibus à conſortio fratrum, ſeu in refectorio, ſeu in diuino officio in choro, ſeu in dormitorio, ſeu his ſimilibus ſeparatur, quoniam pœna hæc intelligentibus grauiorem confuſionis ruborem infert, quàm vindicta corporalis, cùm non intelligentibus corporalis diſciplina inferenda ſit.* Hæc illa. Cuius ſententiæ etiam eſt Silnanus Razzi Camaldulenſis in ſuis ad Regulam Commentariis.

Camald. ad cap. 23.

In ipſis verò Conſtitutionibus Camaldulenſium à Pio V. approbatis ſcribitur: Quæ S. BENEDICTVS cap. 23. 24. & 25. de Excommunicatione habet, propriè non eſſe eius generis, cuius eſt illa, de quâ loquitur Eccleſia Sancta, additurque: Poſſumus etiam dicere, duplicem eſſe excommunicationem, videlicet Monaſticam & Eccleſiaſticam.

Præfertur ſententia affirmatiua.

Verùm probabilius alij exiſtimant S. BENEDICTVM etiam de verâ Excommunicatione maiore, & cenſurâ Eccleſiaſticâ agere capitibus præſertim 25. & 27. cuius A ſatisfactionis modus præſcribitur cap. 44. In hâc ſententia ſunt Boerius ad cap. 25. Turrecremata, Guido Iuuenalis, Perez, Craesbeeck, Menardus in Conc. Reg. cap. 30. §. 1. Alardus Gazæus, Theophilus Raynaudus l. de monitoriis Eccle. p. 2. c. 1. n. 6.

Gaz. in c. 16 l. 2. Caſſian.

Probatur Primò.

Probatur *Primò*, quia pleraque quæ de eccleſiaſticâ dicūtur excommunicatione, de ſuâ aſſerit S. BENEDICTVS. Nam cap. 23. requirit contumaciam, inobedientiam, contemptum, &c. & vult præmitti ternas monitiones, antequam excommunicatio B inſligatur.

Secundò, ex iis quæ prohibita excommunicato.

Probatur *Secundò*, quia cap. 25. priuat eum omnibus, à quibus Eccleſiaſtica Excōmunicatione innodatus prohibetur, quę communiter hoc verſiculo exprimuntur:

Si pro delictis anathema quis efficiatur:
Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Cap. 44.

1. Negatur ipſi *os*, quia S. BENEDICTVS ait: *Nullus ei fratrum in vllo iungatur colloquio.* 2. *Oratio*, quia ſuſpenditur ab oratorio, ante cuius fores proſtratus iacere debet, nihil C dicens: prohibetur quoque cibus qui ei datur, benedici. 3. Negatur ipſi *vale*, ſiue ſalutatio, quia præcipit Regula, *Ne à quoquam benedicatur tranſeunte.* 4. Interdicta illi *communio* his verbis: *Nullus ei fratrum in vllo iungatur conſortio.* Et: *Solus ſit ad opus ſibi iniunctum.* 5. Negatur *menſa*: *Cibi*, inquit, *refectionem ſolus percipiat, menſura vel hora quâ præuiderit Abbas ei competere.*

Cap. 25.

Probatur Tertiò.

Probatur *Tertiò*, quia mandat S. BENEDICTVS, vt perſiſtat *in pœnitentiæ luctu, D ſciens illam terribilem Apoſtoli ſententiam dicentis: Traditum huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini.* Hæc autem ſententia de Excommunicatione intelligitur maiore; ſic enim explicat Auguſtinus: *Omnis Chriſtianus*, inquit, *qui à Sacerdotibus excommunicatur, ſatanæ traditur; quomodo? quia extra eccleſiam diabolus eſt; ſicut in Eccleſiâ Chriſtus; ac per hoc quaſi ſatanæ traditur, qui ab Eccleſiaſticâ communione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apoſtolus ſatanæ traditos prædicat, excommunicatos E à ſe eſſe demonſtrat.*

1 Corint. 5.

Auguſt. de verb. Apo. ſerm. 68.

Quid ſit tradi ſatanæ.

Quid autem eſt tradi ſatanæ in interitum carnis? plures ſenſus ex Patribus adfert Raynaudus. Vnum hîc ſuffecerit audiſſe Hieronymum, qui ait tradi ſatanæ in interitum carnis, *vt arripiendi illum corporaliter habeat poteſtatem. Quod dum viderit ſe nec carnis hîc, nec in futuro ſpiritus requiem habiturum, de facto pœniteat vt ſaluetur. Siue ſic, quiſque pro meritis ſuis de Eccleſiâ pelli-*

Rayn. ſupr. p. 2. c. 8 n. 8. & ſeq.

Hieron. in 1. Cor. 5.

CAPITVLVM.

pellitur, & ſatanæ traditur poteſtati, vt dum caro eius per pœnitentiam afflicta quendam interitum patitur, ſpiritus conſeruetur. Et olim quidem excommunicatos, dæmonique traditos ab eo corporaliter fuiſſe diuexatos, & quaſi poſſeſſos, Theodoretus & alij tradunt.

Probatur Quartò à pœnâ communicantis cum excommunicato inflictâ. Cap. 26.

Probatur *Quartò*, quia communicantem, aut vt S. BENEDICTVS loquitur, *ſine iuſſione Abbatis fratri excommunicato* quolibet modo ſe iũgentem, vult ſimilem ſortiri Excommunicationis vindictam. Quod conſtat tantummodò cauendum cum maiore excõmunicatione deuincto. Quamuis autem iuxta eam, quæ nunc viget in Eccleſia conſuetudinem, communicantes cum excommunicatis minorem tantùm incurrant excommunicationem; hîc tamen S. BENEDICTVS per *ſimilem excommunicationis vindictam*, videtur maiorem intelligere excommunicationem. Tum quòd olim non eſſet excõmunicatio minor; tum quòd priſci monachi, Caſſiano teſte, crediderint, ſi quis orationi eius qui excommunicatus eſt, communicaret *: complicem ſe damnationis eius effici, tradens ſcilicet ſemetipſum voluntariè ſatanæ, cui ille (excommunicatus) pro ſui reatus emendatione fuerat deputatus, in eo vel maximè grauius crimen incurrens, quod maiorem illi ingeneret inſolentiæ fomitem.* Viden' eos non minorem, ſed æqualem vel grauiorem æſtimaſſe excommunicationem communicare cum excommunicato. Et S. BENEDICTVS diligens Caſſiani imitator, ad hunc locum fortè reſpexerit. Calixtus Papa eodem modo ſcribit: *Quia quicumque in his, vel alijs prohibitis ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicatione ſubiacebit.*

Caſſian. l. 2. cap. 16.

Calixt. ep. 2. ad Epiſc. Gall.

Obiectiones contra prædicta. Prima.

Sed contra prædicta quædam ſunt obiectiones. *Prima*, Non datur poteſtas fulminandi excommunicationes eccleſiaſticas, quæ non dimanet ab Eccleſiâ: Atqui quando has excommunicationum leges ferebat BENEDICTVS nullam habebat auctoritatẽ eccleſiaſticam dimanantem ex clauibus: Ergo diras eccleſiaſticas fulminare non potuit. Minor probatur, quia quando ſcripſit Regulam nondum erexerat Monaſterium Caſſinenſe, ſed antequam habebat Monaſterium non habebat aliquam auctoritatem; ergo non potuit leges eccleſiaſticæ excommunicationis ferre. Hanc auctoritatem cùm fuit Abbas non habuit, quia fuit merus Paterfamilias & caput Ordinis nondum ab Eccleſiâ approbati. Nam approbatio Regulæ S. BENEDICTI à Magno Gregorio poſteà facta eſt. Reſpondeo negando minorem: habebat enim S. BENEDICTVS auctoritatem eccleſiaſticam excommunicandi, eo modo, quo veteri id iure aut conſuetudine habebant Abbates, aliique monaſteriorum præfecti, vt ex citato Caſſiani loco aſſerit Gazæus. Obſerua, inquit, antiquum Monaſticæ diſciplinæ vigorem, & rigorem, quo ſolebant interdum Monachi contumaces ſuſpendi ab oratione, id eſt, excommunicari à ſuis Abbatibus, & Superioribus, licet fortaſſe non Sacerdotibus, huiuſmodi enim facultatem in Monachos ſibi ſubditos habere poſſunt & habent Abbates, etiam non benedicti, nec presbyteri, modò legitimè inſtituti, & confirmati. Sanctum verò BENEDICTVM fuiſſe legitimum Abbatem non tantùm Caſſinenſis monaſterij, ſed etiam aliorum duodecim, quæ in Sublacenſi exædificarat & rexerat ſolitudine, tanquam Generalis & caput Ordinis à ſe inſtituti, ex vitæ conſtat hiſtoria. Nec refert quòd Ordo tum ab Apoſtolicâ ſede non legatur approbatus, quia tacitè videtur approbatus, cùm Romæ fama illius diuulgata eſſet, & nobiles Romani ſuos filios omnipotenti Deo nutriendos darent. Tolerabatur ergo à Pontifice hæc eius inſtitutio, nec opus tum temporis erat expreſſo Apoſtolicæ ſedis diplomate, quòd hoc eccleſia needum ſibi reſeruauerat: Vnde ſufficiebat Epiſcopi, in cuius diœceſi monaſteria exſtruebãtur, approbatio, vt lib. 2. tract. 5. diſq. 1. diximus. Quod niſi dicamus, totâ vitâ non fuerit niſi merus paterſamilias, & caput Ordinis nondum ab Eccleſiâ approbati. Quid, quod Sanctimonialibus incontinentioris linguę excommunicationem aliquando interminatus ſit, cui tamen effectus reſpondit, ac ſi verè fuiſſent excommunicatæ; nam ad Diaconi vocem iam defunctæ Eccleſiâ egredi viſæ ſunt. Ex quo colligas eam S. Patrem minatum fuiſſe excommunicationem, quæ ſacris interdiceret. Fruſtra autem humillimus Pater minaretur quod eius excederet poteſtatem.

Soluitur.

Et oſtenditur S. Benedictum fuiſſe legitimum Abbatem.

Dial. lib. 2. cap. 1.

Et potuiſſe excommunicare.

Secunda obiectio.

Secunda obiectio, Si eccleſiaſticâ excommunicatione plectetur *Frater, qui grauioris culpæ noxâ tenetur*, videtur quòd pro quouis peccato mortali notorio hæc cenſura poſſit inferri, adeoque longè grauior futura ſit Monachorum, quàm ſæcularium vel aliorum Eccleſiaſticorũ conditio. Reſponderi poteſt in his grauioribus noxis ex cap. 23. ſupponendum eſſe ex parte delinquentis præceſſiſſe contumaciam, & contemptum, & monitionem ternam ex parte Superioris. Sic enim & Gazæus dicit par eſſe exiſtimare neminem fratrum ab Ægyptiis Monachis fuiſſe ab oratione ſuſpenſum, ſiue excommunicatum, niſi grauioris culpæ reus iudicatus, eam tamen regulari & ſtatutâ pœnitẽtiâ diluere recuſaret.

Diluitur.

Dein-

Cap. 24. Alia reſponſio.

Deinde, cùm S. BENEDICTVS dicat, culparum modum in Abbatis pendere iudicio, non pro quouis manifeſto peccato mortali infligenda excōmunicatio maior, ſed quòd tale eſt iudicio Abbatis. Abbas autem, vt Boëtius ait, ſemper ex ſententiâ ſacrorum Canonum diſcretè penſabit, quæ peccata plus minúſve debeant condemnari. Vnde de excommunicato iuxta cap. 25. Regulæ ait, taliter ſuſpenſum ſi miniſtraret in diuinis ſicut priùs, irregularitatis laqueum non euaſurum. Addo, non vſque adeò mirandum iuxta Monaſticæ diſciplinæ rigorem olim ſæpius, & ob culpas non adeò graues B fulminatam excommunicationem, vt ſartam tectam ſeruarent Religionis integritatem, & terribili hâc ſententiâ reliquis metum iniicerent.

Boët. in cap. 25.

Tertia obiectio.

Obiectio *Tertia*: Abbatiſſæ & Prioriſſæ, iuxta hunc textum Regulæ ſubditas delinquentes ſuſpendunt à menſâ ſimul & ab oratorio. Vnde Hieronymus de Paulâ Romanâ: *Quam linguoſam, garrulam ac procacem, rixiſq; perſpexerat delectari, & ſæpius commonitam nolle conuerti, inter vltimas, & extra conuentum ſororum, ad fores triclinij orare faciebat, & ſeparatim cibum ſumere: vt quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor.* Ex quo inferas S. BENEDICTVM non egiſſe de Eccleſiaſticâ Excōmunicatione, cùm hanc feminæ infligere non poſſint.

Hieron. in Epitaph. Paulæ.

Diſſoluitur.

Reſpondetur, Paulæ, aliarumque Abbatiſſarum ſimiles animaduerſiones, non eſſe veras excommunicationes, ſed pœnas Monaſticas illis vtcumque ſimiles, & qua fieri poteſt reſpondentes: & ſic intelligendum caput 18. Regulæ Cuiuſdam ad Virgines, quòd S. BENEDICTI conſtitutionem ſororibus adaptat. Regula autem Donati cap. 69. & 70. merè tranſcribit S. BENEDICTI verba, mutato tantùm genere. Vnde Guido Iuuenalis cùm dixiſſet S. BENEDICTVM in cap. de grauioribus culpis intelligere has committentes maiori Excommunicationi ſubiiciendos, poſteà addit: Abbatiſſa quamuis prælata ſit, vibrare tamen excommunicationem, & ab eâdem abſoluere non poteſt, vtpote clauium poteſtate carẽs, & incapax ad ordines ſuſcipiẽdos. Separate illi quidẽ ſubditam licet ab aliarum ſocietate, menſâ, colloquio, & aliis pœnis in eam animaduertere, ſed non excommunicatione, quæ eſt Eccleſiæ cenſura. Similiter Conſtitutiones Benedictinarum B. Mariæ Vallis Gratiæ ſtatuunt Abbatiſſam vti poſſe excommunicatione regulari. Quòd ſi opus ſit Eccleſiaſticâ cenſurâ, euocandum Viſitatorem.

Abbatiſſa non poſſunt ſuas excommunicare.

Quarta obiectioni reſpondetur.

Quarta obiectio, Cùm ſuſpenſio ſit quid diſtinctum ab excommunicatione, & S. BENEDICTVS de grauioribus culpis dicat, A *Suſpenditur à menſâ ſimul, & ab oratorio*, non videtur intelligere Eccleſiaſticam excommunicationem: atque ita colligunt Camaldulenſes. Reſpondetur, Legiſlatorem noſtrum Caſſiani phraſim imitatum, qui ante dixerat: *Si quis pro admiſſo delicto fuerit ab oratione ſuſpenſus*, quod de excommunicatione intelligendum oſtendit Gazæus. Et quæ hactenus attulimus, ſatis, ni fallor, probant S. BENEDICTVM loqui de eâdem Excommunicatione.

CAPITVLVM.

Caſſian. l. 2. cap. 16.

DISQVISITIO II.

Quæ pro leuioribus culpis irroganda Excommunicatio?

DE Eccleſiaſticâ cenſurâ actum: ſupereſt leuioribus tranſgreſſionibus a S. BENEDICTO decreta Excommunicatio. Proinde hîc tria conſideranda. 1. Quænam culpæ leuiores. 2. Qualis pro illis infligenda excommunicatio. 3. Quomodo fiat abſolutio, vel reconciliatio.

Ordo dicendorum.

I.

Quænam leuiores Culpæ.

PRIMÒ itaq; leuiores culpas vocat Boëtius peccata venialia: alij aſſerunt, leues dici C reſpectu grauiorum, quibus maior debetur pœna. Quinimò apud Religioſos frequenter leues culpæ vocantur regulares tranſgreſſiones Conſtitutionum quarumdam, quæ ad culpam in conſcientiâ non obligant, ſed ad meram pœnam regularem. Caſſianus autem catalogum texit culparũ, quæ apud Ægyptios ſpiritali animaduerſione vel increpatione purgabantur, quem vide libro 4. cap. 16. Imitatus eum videtur Iſidorus Hiſpalenſis, qui hæc in Regulâ Monachorum habet: *Delicta autem aut grauia, aut leuia. Leuioris culpæ reus eſt, qui otioſus* D *eſſe dilexerit, qui ad officium, vel ad Collationem, vel ad menſam tardiùs venerit, qui in choro horis riſerit, fabuliſve vacauerit; qui relicto officio vel opere, extra neceſſitatis cauſſam foras diſceſſerit: qui torporem, aut ſomnum amauerit: qui ſæpius iurauerit: qui multiloquus fuerit: qui miniſterium cuiuſlibet operis iniunctum ſibi ſine benedictione ſuſceperit: aut perfecto opere benedictionem minimè poſtulauerit: qui iniunctum opus negligenter vel tardiùs expleuerit: qui caſu aliquid fregerit: qui damnum rei paruæ intulerit: qui codice negligenter vſus fuerit: qui alicubi ad momentum ſeceſſerit: qui* E *occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit, vel epiſtolam ſuſcipiens ſine Abbatis conſenſu reſcripſerit: vel quemlibet parentum ſeu ſæcularium ſine iuſſu Senioris, aut viderit, aut cum eis locutus fuerit: qui ſeniori inobediens fuerit: Qui contumaciter ſeniori reſponderit: qui erga ſeniorem linguam non repreſſerit: qui laſciuus in linguâ fuerit: qui inhoneſtè inceſſerit: qui iocauerit: qui ſatis riſerit: qui cum*

Iſidor. in Reg. c. 17. Texitur earum catalogus ex Iſidoro.

[CAPITVLVM.] *excommunicato locutus fuerit, orauerit aut comederit, qui illuſionem nocturnam Patri non pateſecerit. Hæc igitur, & his ſimilia, triduanâ excommunicatione emendanda ſunt.* Hæc ille: [*Quid ex his colligendum.*] Ex quibus animaduertas, vetuſti apud Monachos moris eſſe culpas diſtinguere, & pro earum qualitate & quantitate conſtituere pœnas; vt inter ſeruos Dei nihil maneret inultum, foretque ipſa animaduerſio non modò commiſſi medela, ſed committendi quoque cautela; ne leuiter iterarent hæc leuia delicta, quæ non leuibus viderent expiari pœnis.

II. [*Quæ mulcta leuibus Culpis infligatur.*] Sed quod SECVNDVM erat, præſcriptam à S.BENEDICTO mulctam, ſiue excommunicationis, vt loquitur, modum expendamus. Vbi notandum, non eſſe hanc excommunicationem Eccleſiaſticam cenſuram, ne quidem eam, quam vocant, minorem, quâ à Sacramentorum participatione quis arcetur; ſed meram pœnam Monaſticam: quæ anagogicè dicatur excommunicatio. Cùm enim hoc verbum ſignificet priuationem communicationis, & plura ſint in quibus homines inter ſe communicant; quidquid ab aliquo eorum excludit, dici [*Sebaratio à communi menſa.*] poteſt excommunicatio. A quibus autem hæc excludat, ita exponit S. Regula: [Cap. 24.] *Si quis frater in leuioribus culpis inuenitur, tantùm à menſæ participatione priuetur.* Communis menſæ participatio, amicitiæ ſymbolum eſt; ab eâdem per ſententiam ſeparatio pœnæ locum habet: cenſetur enim talis reliquorum conuictu indignus. Quæ [Baſil ſerm. de inſtit. Monach.] quidem pœna, & à S.Baſilio præſcripta: *His*, inquit, *qui in culpâ aliquâ deprehenſi fuerint, ad magnitudinem delicti, pœna quoque modus accommodetur, videlicet vt vel in communi cùm ceteris pſalmorum decantationi intereſſe prohibeantur, vel ad orationis communionem neutiquam admittantur, itemq; à cibi communione arceantur. Quo autem modo id fiat, exponit* S.BENEDICTVS: [*Et ieiunij prorogatio.*] *Refectionem cibi poſt fratrum refectionem ſolus accipiat: vt ſi verbi gratiâ fratres reficiunt horâ ſextâ, ille frater nonâ; ſi fratres nonâ, ille veſpertinâ.* Vbi nihil iam ſubtrahitur de ciborum quantitate, ſed ipſâ tantummodò refectionis dilatione, quæ ieiunij quoddam augmentum eſt, reus punitur. [Stat. Lanfr. cap. 17.] Vnde Lanfrancus: *Ad leuis culpæ ſatisfactionem adiudicatus frater, à communi menſâ ſeparatur, vſurus cibo & potu, quibus alij fratres, niſi ei nominatim fuerit interdictum.* [*Non ſubſtractio annonæ.*] Et hinc Boërius definit talem non priuandum ſuo vino, quòd id in caſu ſpeciali tantùm decernatur pro iis qui bis admoniti non occurrerint tempeſtiuè ad menſam. [Cap. 43.] Notat præterea ex Bernardo Caſſinenſi, non debere hunc cum ſeruitoribus comedere, ſed ſolùm, quod intellige quantum ad horam, & & quantum ad locum, vt ſci- A licet non in menſâ cõmuni, ſed in alio loco [*Vbi comedant rei leuioris culpæ.*] refectorij ad hoc deputato, vel in aliquo diuerſorio ſecundùm conſuetudinem Monachorum. [Diſt. 7. c. 5.] Definitores tamen Ordinis Ciſtertienſis volunt, vt extra refectorium comedant.

Sed quid præterea taliter excommunicato faciendum? *Priuati à menſæ conſortio iſta erit ratio, vt in oratorio pſalmum aut antiphonam non imponat*, neque lectionem recitet vſque ad ſatisfactionem.* Vbi *imponat* Boërius exponit: id eſt, ſolus vel per ſe incipiat, ſiue B intonet, quod extendendum ait ad reſponſorium, hymnum aliaque ſimilia. Quærit autem, an poſſit epiſtolam vel Euangelium [*An poſſint legere Euangelium, & celebrare.*] legere, aut miſſam celebrare? Reſpondet, quòd non in communi conſortio fratrum: quia ex quo propter delictum priuatus eſt à minoribus, & maioribus priuatus eſſe cenſetur. Cui enim prohibetur minus, & maius prohibitum eſſe intelligitur. Priuatim tamen celebrare, & alia diuina miniſteria dicere poterit, quia pœnæ ſunt reſtringendæ, nec hic ſuſpenſus eſt à diuinis; C quinimò iis intereſſe poteſt, & cùm iis pſallere, ſed nihil inchoare. Similia occurrunt in Statutis Lanfranci & Burſfeldenſium. [Burſfeld. diſt. 1. c. 8.]

III. [*Modus ſatisfaciendi pro leuibus culpis.*] Quod ſpectat *Tertium*, de modo huic pœnitentiæ ſatisfaciendi, præſcribit S.BENEDICTVS: *Qui verò pro leuibus culpis excommunicantur tantùm à menſâ, in oratorio ſatisfaciant, vſque ad ſatisfactionem Abbatis hoc ſemper faciant.* [Cap. 44.] Ritum autem paulò antè ita expreſſit, vt præter iam dicta, *Omnibus horis dum completur opus Dei, proiiciat ſe in ter-* D *ram in loco quo ſtat.* [*In Oratorio.*] Quod ſpecialiùs explicat Lanfrancus: [Stat. Lanfr. cap. 17.] *Tam in nocte, quàm in die, cùm incipiunt Kyrie eleiſon, proſternit ſe ante gradum vbi benedictiones accipiuntur, ibique tamdiu proſtratus taceat, vſquequo dicatur Qui tecum viuit; ſi feſtiuitas 12. lectionum eueniat, tamdiu ab hâc ſatisfactione quieſcat, quouſque priuati dies redeant.* Abſolutionis formulam [*Abſolutionis formula.*] ita exprimunt Burſfeldenſes: Dum autem abſoluendus fuerit in Capitulo, iuſſus ſurgere, à præſidente veniam petat: vel ſi [Burſfeld. diſt. 1. c. 8.] aliàs pro qualibet culpa, ſponte veniam pe- E tierit; Præſidens præmotione ſi quam ei facere voluerit præmiſſa, ſubiungat: *Frater, indulgeat vobis Deus, ceſſetis iam ab hâc ſatisfactione.*

[*Alia pœna leuibus culpis decreta.*] Quia autem hæc iuxta Regulam pœnitentia ſatis diuturna eſt, & vt apparet grauis, rarior eius in leuioribus culpis vſus eſt. Vnde Cærimoniale S.Iuſtinæ pro leui culpâ [Cærimon. part 3. c. 3.] has decernit pœnitẽtias, vt ſcilicet dicantur ſeptem pſalmi pœnitẽtiales cum Litaniis, vel totum officium mortuorum, vel pſalmi vnius nocturni officij de Domino vel totus pſal. *Beati immaculati*, vel pſalmi

gradua-

graduales, vel diſciplinam ſaciant ſeorſim cum tribus *Miſerere*; vel aliquæ genuflexiones in reſectorio ante refectionē oſculando pariter pedes omnium fratrum: vel abſtineat culpabilis à pitantiâ ſi ieiunetur, vel ſi non ieiunetur abſtineat io prandio à pitaotiâ, vel per hebdomadam, vel menſem à ſructibus, vel in terrâ comedat de iis quæ aliis dantur.

DISQVISITIO III.

Quibus ex Regulâ inferenda Excommunicatio?

Sex caſus Excommunicatione digni.

CArdinalis à Turrecremata exponens cap. 23. Regulæ, ait S. BENEDICTVM ſex ponere caſus, in quibus excommunicationis adhibēda ſit Medela. *Primus*, ſi frater ſuerit contumax. *Secundus*, ſi inobediens; *tertius*, ſi ſuperbus. *Quartus*, ſi murmurans, *Quintus*, ſi in aliquo exiſtat cōtrarius ſanctę Regulæ & præceptis. *Sextus*, ſi ſeniorum ſuorum contēptor repertus ſuerit. Ex quibus apparet, quomodo ab eo lecta & intellecta fuerit S. BENEDICTI ſententia: quam ſic interpunxit: *vel in aliquo cōtrarius ſanctæ Regulæ & præceptis, ſeniorum ſuorum contēptor repertus fuerit.* Quam lectionem confirmat editio S. Dunſtani, Guidonis Iuuenalis, Pariſienſis, anno 1522. in quibus legitur: *Contrarius exiſtens ſanctæ Regulæ & præceptis, ſi ſeniorum ſuorū contemptor repertus fuerit.* MSS. Codices S. Ebrulphi, S. Andreæ, & Affligenienſis, cum receotioribus editis legunt: *Et præceptis ſeniorum ſuorum contemptor.* Parum Latinè, minuſq; probabiliter, qoamuis eam lectionem ſuâ expoſitione confirmet Bernardus Caſſinenſis, dicens intelligendū de prçceptis prohibitoriis vel ſatisſactoriis in ſeniorum correctione ſecreta. Sed meliorem & veram lectionē eſſe exiſtimo, quam habet MS. Dionyſianus, Beoedictus Ananæ in Concordiâ, Smaragdus impreſſus, & Regulæ textus illi & Turrecrematæ præfixus, Coloniæ apud Calenium anno 1575. Veneta editio anni 1593. curante Arnoldo Wion, vbi textus ſic exprimitur: *Si quis frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in aliquo contrarius exiſtens ſanctæ Regulæ, & præceptis ſeniorū ſuorum, contemptor repertus ſuerit.* Quòd etiā ſequitur & probat Menardus ex vtroq; MS. S. Germani, & S. Faronis. & ſenſus eſt: ſi frater vitiis ſuprà enumeratis, nempe contumaciâ, inobedientiâ, murmuratione, aut Regulę, ac prçceptis ſeniorum ſuorum violatione contaminatus, ea quę ſalutis ſuę ſunt, contēnere repertus fuerit, nec vitia emendare curauerit, moneatur, &c. vt non ſufficiat peccata hæc incurriſſe & eorum eſſe reum, ſed accedat inſuper contemptus.

Locus Regulæ variè interpunctus, & intellectus.

Adſtruitur vera lectio.

Paraphraſticè exponitur.

A Agitur enim hîc de excommunicatione maiori: ex parte enim delinqnentis præcedit contumacia, contemptus & grauitas culpæ, quæ mortalis eſſe debet, ex parte verò excommunicantis, trina monitio.

CAPITVLVM.

Quis dicendus contumax.

Sed vt S. BENEDICTI verba explicemus, videndum quis *Contumax*. Dictum autem volunt contumacem ſiue à contemnendo, ſiue, vt aliis placet, à tumore; hoc eſt ſuperbiâ. Iuriſcōſultus *Contumax* dicitur, qui tribus propoſitis edictis, vel vno pro tribos, quòd vulgò *Peremptorium* appellatur, Iudi- B ciſq; litteris euocatus, præſentiam ſui facere contemnit. Apud Monachos autē, qui non tantùm comparet, ſed qui non paret, *Contumax* cēſetur & rebellis. Vnde Contumaciæ iungit *Inobedientiam*, non quamlibet, ſed eam quâ quis non vult prçcipienti obedire, aut ſatisſacere monitionibus & pœniteotiis iniunctis, vel ſicuti alibi S. Pater loquitur de ſacerdote rebelle: *Si talis fuerit eius contumacia, vt ſubdi aut obedire Regulæ nolit:* Meritò autem excommunicatur talis inobediens, quia vt Paulus ait: *Quòd ſi* C *quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt cōfundatur.* Oritur autem hæc ex fonte *ſuperbiæ*, per quam humiliari & acquieſcere recuſat. Vnde in Deuteronomio legitur: *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, & decreto iudicis, morietur homo ille.* Deinde ponitur *Murmur*, quo non tātùm ſuperbo & præfracto animo tacitè inobediens eſt, ſed per apertum murmur virus ſuū in alios diffundit, & eorū animos ad contradictionem excitat. Similiter quod ait, *Con-* D *trarius exiſtens ſanctæ Regulæ, & præceptis ſeniorum ſuorū*, intelligendū in materiâ graui. Vt in his poſt trinam monitionem cōtemptor repertus, meritò poſſit excommunicationis ſententiâ perſtringi. *Tunc autem*, vt Angelicus dixit Doctor, *cōmittit aliquis vel transgreditur ex contēptu, quando voluntas eius renuit ſubiici ordinationi legis vel Regulæ: & ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel Regulam. Quando autē econuerſo propter aliquā particularem cauſſam, puta concupiſcentiam vel iram, inducitur ad aliquid faciēdum contra ſtatuta legis vel Regulæ, non peccat ex contēptu; ſed ex aliquâ aliâ cauſâ, etiamſi frequēter ex eâdem cauſâ vel aliâ, ſimile peccatum iteret.* Sed plura E quæ ad Excōmunicationem pertinent, videre eſt apud Scholaſticos & Canoniſtas, & prçſertim Couar. in cap. *Alma mater* §. 7.

Inobediens.

Cap. 62.

2. Theſſ. 3.

Deut. 16.

Murmurans.

S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3.

Quando peccatur ex contemptu.

Quæ monitio præmittenda Excommunicationi.

Quòd prçtereà S. BENEDICTVS ait: *Admoneatur ſemel & ſecundò à ſenioribus ſuis*; ſecundum Paulum Diaconum illa monitio dicitur ſecreta, quæ fit in præſentiâ duorum vel trium teſtium: debetque reputari ſecreta reſpectu ſubſequentis, in quâ obiurgatur publicè coram omnibus. *Si verò*

neque

CAPITVLVM. *neque ſic correxerit, ſi intelligit qualis pœna ſit excommunicationi ſubiaceat*. Huius porrò excommunicationis formulam videre eſt apud Goffridum Vindocinenſem, quâ Ioannem cęmentarium Monachum à corpore ſanctæ Eccleſiæ ſeparat, *in quantum,* ait, *Regula ſancta docet & præcipit.* Vindoc.l.3. epiſt. 10.

DISQVISITIO IV.

Quomodo ſententiæ Excommunicationis ſatisfaciendum?

PRÆTER ea, quæ eccleſiaſticæ excommunicationis ſententia percuſſo communiter ſeruanda, alia quædam iuxta Monaſticas Regulas inueniuntur ſuperaddita, quæ hîc nobis commemoranda.

I. *Monachi ad certu tempus excommunicátur.*
PRIMÒ enim, Eccleſiaſtica excõmunicatio ferri ſolet indefinitè, vt à gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis rei eliminentur, quouſque reſipiſcãt, & Eccleſię Dei ſatisfaciant. Quę autem in Monachos fertur excommunicatio, certi temporis ſpatio ſolet definiri. S. BENEDICTVS pręſcribens, vt ſe excommunicatus gerere debeat: *Hoc,* inquit, *tamdiu faciat, vſque dum Abbas iudicauerit, ſatisfactũ eſſe.* (Cap. 44.) Hinc Concilij Duziacenſis Patres Excõmunicationem in Dudam Monialem ſacrilego adulterio corruptam explicantes, (Duz 1.c.7.) *ſecũdùm capitul. 25. Regulæ,* inquiunt, *iudiciũ pro graui culpa ſuſcipiat, in quo iudicio tribus annis immoretur; & Abbatiſſa ſollicitudinem de illius pœnitentia & conſolatione ſecũdùm Capitulũ 27. Regulæ diligẽter adhibeat. Et alios tres annos ſecundùm capitulum* * *49. Regulæ, ſororibus in oratione communicet, non tamen in choro cum ſororibus, ſed retrò oſtium ſtans, vel orans.* (*Diutius pro graui culpa.* — * nunc eſt 44.) Ex quo videas diuturni ſatis temporis excommunicationem, quàm Regulæ noſtræ iudicabant cõformem. Iſidorus Hiſpalenſis breuioris meminit, nempe biduanæ, & etiã plurimorum dierũ. (Iſid. in Regul cap. 18.) Regula Fructuoſi Epiſcopi ſimiliter biduanæ vel triduanæ. (Fruct. in Reg. c. 14.) Et Fructuoſus alter: *Si nec ſic ſe emendauerit, flagelletur acerrimè, & trium menſium ſpatio Excommunicationis vindictam ſuſcipiens,* &c. (Fruct. c. 16. Reg.) Idipſum etiam in aliis delinquentibus obſeruatum Concilia docent, Agathenſe can. 62. Epaonenſe, can. 3. Aurelianẽſe 3. can. 4.

II. *Excommunicati ab aliis ſeparati.* Cap. 25.
SECVNDÒ. Cùm excommunicatus reliquorũ debeat abſtinere communicatione, vult S. BENEDICTVS, *ſolus ſit ad opus ſibi iniunctũ, perſiſtens in pœnitentiæ luctu. Cibi refectionem ſolus percipiat.* Hoc vt meliùs ſeruarent, ſolebant eos recludere, vel in ſeparatã aliquam cellulam, vel in carcerẽ. Fructuoſus Epiſcopus: *Cùm excommunicatur aliquis pro culpâ, mittatur ſolitarius in cellam obſcurã.* (Reg. Fruct. cap. 14.) Regula Cæſarij Arelatenſis: *Qui pro aliquâ culpâ excommunicatus fuerit, in vnâ cellâ recludatur, & cum vno ſeniore ibi legat donec iubeatur ad veniam venire.* (Cæſar in Reg. ad Monach. art. 25. — *Per incluſionem, aut carcerem.*) Regula cuiuſdam ad Virgines: *Excõmunicata ſoror, quæ culpis exiſtentibus, aut cellulâ recluditur, aut à conſortio Congregationis ſeparatur,* &c. (Reg. ad Virg. c. 19.) Meminit Fructuoſus alter Carceralis anguſtię, & ſegregatę corticulæ, in quâ degẽs operi manuũ, orationi, &c. incumbat: quæ corticula pro cellulâ accipienda. (Fruct. c. 14.) Statuta Lanfranci pręſcribunt, vt acceptâ diſciplinâ, depoſito cultello, & capite caputio cooperto ad locum huic negotio ordinatum pergat, præcedẽte fratre qui clauem ipſius loci ſeruat. (Cap. 17.)

TERTIÒ. Quod cibũ ſpectat, pręſcribit S. Legiſlator, vt eum ſumat *mẽſurâ, vel hora qua præuiderit Abbas ei cõpetere.* Ex quo colligas, nõnihil etiam de cõmuni annona Excommunicato ſubductum. III. *Cibus illu parcè datus.*
Hinc Regula Magiſtri. *Quòd ſi fortè propter leuitatem culpæ non ei voluerit Abbas duplicare ieiunia, ſi fratres ſexta reficiunt, ille ad nonam horam de vno pulmento; & panis cibarij ſibi fragmentum, & aquâ à Præpoſito ſuo pro miſericordia porrigatur.* (Cap. 13.) Et ante ipſum Iſidorus: *Si plurimorum dierum illata fuerit communionis ſuſpenſio, ſola panis & aquæ in veſpertinũ erit adhibenda refectio.* (Iſid. in Reg. cap. 18.) Fructuoſus Epiſcopus vult, *vt in ſolo pane & aqua in veſpera poſt cœnam fratrum medium accipiat paximatium, & non ad ſatietatem aquam, & hoc ab Abbate exſufflatum non ſanctificatum.* (Fruct. c. 14. — *Nec benedictus.*) Nimirùm hoc eſt quod S. BENEDICTVS dixit: *Neque benedicatur cibus qui ei datur.* Alias quoque hi duo Epiſcopi adiiciunt pœnas. Iſidorus: *Excommunicatis præter hiemis violentiam cubile humus erit, ſtratum, ſiue ſtorea: amictus autem tegmen raſum, aut certè cilicium: calceamentum, aut ſparteæ, aut quodlibet genus ſolearum.* (Iſid. ibid. — *Indumentum vilius.*) Eſt autem *Spartea* calceus ex ſparto confectus, de quo Plinius: *Hinc calceamenta, & paſtorum veſtis.* (Plin lib 9. cap. 2.) Sunt autem hi calcei Hiſpanis proprij, vnde eorum lingua *Alparga* & *Alpargata* calceamẽti genus eſt ex lancis aut cannabinis funiculis contexti. (*Spartea, quid.*) Vnde in Conſtitutionibus Tereſianarum pręſcribitur vſus calceorum ex funibus, quos *Alpargates* appellant. (Conſtit. Tereſ. c. 8.) Fructuoſus autem: *Indutus tegmine raſo, aut cilicio, ſeminudus atque diſcalceatus, opus monaſterij exerceat excõmunicatus.* (Fruct. vbi ſuprà.) Quem deinceps à ſubmiſſo de induſtriâ Præpoſito iubet tribus diſtinctis vicibus verbis cõtumelioſis increpari, vt eius comprobetur patientia. (*Alia afflictiones.*) Ex Lanfranco Statutis ab Abbate diebus à cuſtode ducitur ad Capitulum, vt corporale iudicium ſuſtineat. (Lanfr. Stat. c. 17.)

QVARTÒ. Statuit S. BENEDICTVS, *vt qui pro grauiori culpa ab oratorio, & à menſâ excommunicatur, horâ quâ opus Dei in Oratorio celebratur, ante fores Oratorij proſtratus iaceat, nihil dicens, niſi tantùm poſito in terram capite, & proſtratus, pronus omnium de Oratorio exeundum pedibus ſe proiiciat.* Cùm autem hoc IV. *Proſternuntur excommunicati ante Oratorium.* Cap 44.

toto

Digitized by Google

toto excommunicationis tempore vſque ad ipſam abſolutionem faciendum ſit, veriſimiliter non fuerint ex S. BENEDICTI mente recluſi, aut ſingulis vicibus ad opus Dei à ſuo cuſtode adducti. Cùm enim tunc temporis ſeparatas non haberent cellulas, à communi dormitorio excluſi alio in loco degebant & operabantur. Hic ritus in Regulà Fructuoſi ita deſcribitur. *Omnibus ad orationum ſtudia conuenientibus, ille proſtratus humo, cingulo, opertorioq; ablato; poſcet veniam negligentiæ ſuæ. Hoc etiam ab officio egredientibus exhibebit. Similiter quoque & refectionis tempore coram refectorio adſtabit vultu depoſito & habitu; quouſque fratrum compaſſione ſolutus veniam percipiat.* Et Regula Cuiuſdam ad Virgines: *Sorores, quæ pro grauibus culpis in pœnitentià detinentur, in eccleſià cùm ceteris quæ communicant non ſtent, ſed in alià Eccleſià ſecretè curſum cantent. Et expleto curſu egredientes, ante fores Eccleſiæ, in quà communicantes curſum explent, ſtare præcipiantur. Et egrediente congregatione ſuprà humum proſtratæ rogent pro ſe Dominum exorari.* Eundem ferè ritum videre eſt in ſtatutis Lanfranci.

Fruct. in Reg. c. 14. *Quo ritu id olim factum.* — Reg. ad Virg. cap. 6. — Lanfr. vbi ſuprà.

V. *Abſoluuntur à Prælato.*

QVINTÒ. Quo modo abſoluendus excõmunicatus, ita exponit S. Patriarcha: *Dum iuſſus ab Abbate venerit, prouoluat ſe ipſius Abbatis pedibus, deinde omnium veſtigiis fratrum, vt orent pro eo.* Iſidorus ita deſcribit: *Satisfactio delinquentium hæc eſt: In officio fratribus conſtitutis, peracto pœnitentiæ tempore, vocatus is, qui excommunicatus eſt, ſoluet ſtatim cingulum, humiq; extra chorũ proſtratus iacebit agens pœnitentiam, quouſque expleatur celebritas. Cumque iuſſus fuerit ab Abbate de ſolo ſurgere, ingrediensq; in chorum, datà oratione pro eo ab Abbate, & reſpondentibus cunctis Amen, ſurgat.* Apud Lanfrancum, in capitulo proſtratus veniam petit, emendationem ſpondet, & corporalis diſciplinæ iudicium ſuſtinet. Abſoluit eum Abbas, & ad refectorium admittit loco quẽ deſignauerit. Ad vlteriorem humilitatem probandam iubetur ſe gerere ſicut frater qui in leuioris culpæ pœnitentià eſt, nimirùm, *vt pſalmum, aut lectionem vel aliud quid non præſumat in Oratorio imponere, niſi iterum Abbas iubeat. Et omnibus horis dum completur opus Dei, proiiciat ſe in terram in loco in quo ſtat.*

Iſid. Reg. cap. 18. — *Nec ſtatim in ſolidum.* — Cap. 44.

Quis autem locus in quo poſt excõmunicationem ſtandum reconciliato? Num qui ei ordine cõgregationis aſſignatus eſt, an vltimus omnium, aut peculiaris ille, *quem negligentibus ſeorſim conſtituerit Abbas?* Reſpondetur, arbitrariũ id eſſe, cùm S. Pater dixerit: *Recipiatur in choro vel ordine quo Abbas decreuerit:* vbi *vel* copulatiuè ſumitur pro *Et.* Non enim videntur ſtatim priſtino reſtituti loco. Quare in Duziacenſi concilio vidimus Dudam poſt primam reconci-

Locus in quo ſtandũ reconciliatio. — Cap. 43. — Duz. Conc. ſuprà.

A liationem admiſſam ad orationis communionem: non tamen in choro cum ſororibus, ſed retrò oſtium ſtantem vel orantem.

CAPITVLVM.

DISQVISITIO V.

Quæ Abbatis circa excommunicatos ſolicitudo? Quid Sempectæ?

EXcommunicatum S. P. BENEDICTVS miſericordię ſuę oculis aſpiciens, eum vt graui morbo afflictũ, imò & contagioſà lue, aut leprà infectum conſiderat. Huic proinde pro valetudinario locum ſeparatum, pro dietà, menſuram & horam refectionis: pro venæ ſectione, pœnitentiæ luctum, pro exercitio, opus iniunctum: pro pharmaco, ipſam excõmunicationis præſcribit medelam. Quis verò tam periculoſè ægrotantis Medicus? Non alius quàm Abbas, cui hanc curandi pręſcribit methodũ. *Omni ſollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres, quia non eſt opus ſanis medicus, ſed malè habentibus. Et ideò vti debet omni modo, vt ſapiens medicus, immittere quaſi occultos conſolatores, ſenpectas, id eſt, ſeniores ſapientes fratres, qui quaſi ſecretè conſolentur fratrem fluctuantem.*

Excommunicatus ægro ſimilis. — B — *Abbatis medicinâ curandus.* Cap. 27. — C

In quâ ſententiâ vocabulum *Senpectas*, quod variè legitur, caliginẽ non modicam offudit. Pleraque impreſſa cum aliquot MSS. legunt *Senipetas*; vnum, alterumq; *Senipectas*, prout etiã Guido Iuuenalis. Smaragdus cum antiquioribus MSS. *Sempectas*, *Simpectas*, *Senpectas*; nec ſcio an alibi apud Latinos hæc vox occurrat, inuenio tamen apud Ingulphum Croylandenſem Abbatẽ de Turkeruli Abbatis agentem ſtatutis, in quibus hæc habentur: *Quinquagenarius autẽ in ordine* SEMPECTA *vocãdus, honeſtam cameram in infirmitorio de Prioris aſſignatione accipiat,* &c. Ibidemque ſæpius reperitur hoc verbum *Sempecta*, vel *Sempectas*. Notio eius pleriſq; ignota. Regulæ noſtræ Commentatores Turrecremata, Craesbeeck, & Perez nullam hìc interpretationẽ adiiciunt: exiſtimantes, ni fallor, ſatis ſuperq; ab ipſo Legiſlatore noſtro explicari, cùm dicit; *id eſt, ſeniores ſapientes fratres.* Petrus Walloncappellius in MS. Commentario *Senipetas*, inquit, *id eſt, ſapientes fratres quaſi ſenium petentes ſeu appropinquantes.* Similiter Petrus Walnem Guilielmita: Debet Abbas immittere ſecretò *Senipetas* ſapientes fratres, vt ſit maturitas in ſene, diſcretio in ſapiente, amor in fratre. *Senipetæ* autem dicuntur fratres ſeniũ petentes, non tam annis quàm religioſis moribus prouecti. Rectè enim Sapiens: *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorũ numero computata. Cani autẽ ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Quæ quidẽ explicatio veriſimilis ſatis

De voce Sempectæ accuratè quæſitum. — *Variè legitur.* — *Sempectæ.* Ingulph. anno 878. — D — *Quomodo exponãt qui Senipetas hic legunt.* — E — Sap. 4.

eſt,

CAPITVLVM. *Romipeta.*

eſt, ſi reciperetur ſcribendum *Senipetas.* A Quâ forma loquendi dicimus *Romipetas*,& *Ieroſolymipetas*, de quibus ſcholiaſtes Sidonij Apollinaris in epiſtolam 5. lib. 1. Et Calliſtus Papa ait: *Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apoſtolorum limina, & aliorum Sanctorum oratoria viſitantes capere*, &c. Sic in vitâ Poſthumij dæmones vocantur *Noctipetæ.* Hieronymus quoq; *Heredipetam* dixit. Solent & paraſiti cœnarum captatores, *Cœnipetæ* appellari. Smaragdus noſter MS. *Sempectas*, vel vt eſt in editis, *Senipectas*, dicit B *eſſe nomen Græcum, non Latinum, quo ſecundum ipſius* B. BENEDICTI *interpretationem, ſeniores & ſapientes fratres intelliguntur.*

q. 24 cap. 3.

Noſtra ſententia.

Cùm autem circa hanc vocem diu hærerem, & vndequaque veram lectionem eiuſque expoſitionem venarer, lucem, vt arbitror, inueni, in Notis Roſweydi ad Paradiſum Heraclidis, quo refertur Moyſen Æthiopem, Clemonem malorum conſortem ſuorũ conuertiſſe. Vbi notat Roſweydus in Græco Palladio Pariſienſi haberi, συμπαίκτην αὐτοῦ, *Colluſorem ſuum.* Et cùm idem Heraclides ſcribit de Serapione Sidonio, C *quòd per monachum aliquem Colluſorem ſuum ſe mimis vẽdiderit.* Notatur in Palladio cap. 83. Græcè eſſe συμπαίκτην ἀσκητήν. Quod Heruetus vertit, *exercitatorem, qui cum eo luderet.* Intellige eum ſubornaſſe quendam Monachum, qui eum mimis diſtraheret. Hæc Roſweydus.

Heracl. cap. 7.

Cap. 24.

Videtur legendum Sympactas, id eſt, colluſores.

Vult ergo S. BENEDICTVS, ſubmitti aliquos ſocios & familiares, cum quibus olim forſitan colludere fuerat ſolitus, & qui actionum eius fuerint conſortes, vt ita grati & amici efficaciorem ei exhibeant conſolationem. Recta proinde lectio eſſet D συμπαίκτας, *Sympactas.* Verum an omninò S. Patris mentem aſſecutus ſim, doctiores iudicabunt. Sed omiſſo nomine vſque adeò intricato rem ſpectemus.

I. *Sympactarum eſt conſolari excommunicatum.*

Tria autem animaduerto ex S. BENEDICTI præſcripto ab his Sympæctis præſtanda. *Primò*, vt ſecretò conſolentur fratrem fluctuantem; quamuis enim de licentiâ Abbatis acceſſerint, peculiari tamen ratione teſtentur ſe excommunicato benè affici, bonum ipſius deſiderare, eique omnia charitatis officia exhibere paratos. Quorũ E induſtria id efficiet, ne indignationem aduerſus Abbatem corripientem concipiat excommunicatus: tum etiam vt revereatur diligatque Seniores, quos ſentit malis ſuis compati, atque ita à vocatione ſua non prorſus abhorreat, alacriuſque reuertatur ad ſolita Religionis exercitia.

II. *Prouocare ad humilitatis ſatisfactionem.* Smarag. in Reg. c. 27.

Secundò, prouocent eum ad humilitatis ſatisfactionem; quod Smaragdus ita explicat: *Humilitatis ſatisfactio eſt, quando ſe cognoſcit homo per ſuperbiam peccaſſe, & humiliato corde* A *& corpore pro peccatis ſuis fructus dignos pœnitentiæ facit, quem ad humilitatis ſatisfactionem Seniores fratres prouocare debent, dicentes: Humilia te per pœnitentiam ſub potenti manu Dei, vt te exaltet in tempore iuſtificationis, quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.*

III. *Confirmare in ægroto charitatem.*

Tertiò, Confirmetur in eo charitas. Ita nimirùm conſolatio ei adhibeatur, vt non abſorbeatur abundantiori triſtitiâ propter nimiam pœnitentiæ aſperitatem deſpe- B rans, ſed ita in charitate confirmetur, vt non vacillet circa ſtatum ſuum immutandum, aut à bono propoſito deficiat, & præfractè rebellis efficiatur quæ ex conſolationis defectu ſuboriri poſſunt. Quòd autem S. BENEDICTVS addat; *& oretur pro eo ab omnibus*, id non de publicâ oratione, ſed priuatâ intelligendum. Aut vult, vt omnes pro excommunicato apud Prælatum intercedant, vt ab excommunicatione abſoluatur.

DISQVISITIO VI.

C *Quid agendum cum eo, qui ſæpius correctus non ſe emendat?*

Medicina non ſemper ſanat.

NON raró contingit, vt adhibita etiam conueniens medicina fine ſuo fruſtretur, &, vt inquit ille:

Non eſt in medico, ſemper releuetur vt æger. Ouid.
Interdum doctâ plus valet arte malum.

Expertiſſimus proinde infirmarum animarum medicus huic malo prouidere volens, cõgrua præſcripſit antidota: Nam cap. 28. ita ordinat: *Si quis frater frequenter correptus* D *pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correctio*, &c. Ex quo capite, aliiſque de culparum correctione agentibus iam olim deſumpti ſunt ſeptem illi gradus, per quos delinquens Monachus deducendus. Primus qui eos collegit, videtur mihi eſſe Halitgarius, ſeu vt alij ſcribunt, Halitcharius, Cameracenſis Epiſcopus, qui anno Chriſti 817. vixit, ſcripſitque *Pœnitentiale*, quod tomo 5. Antiquæ lectionis exhibet Henricus Caniſius; ſubiuncta verò eidem Pœnitentiali E appendix, producit fragmentum ex Regulâ S. Fructuoſi, quod incipit, *Monachus paruulorum aut adoleſcentium conſectator*, &c. Finitâ autem ſententiâ S. Fructuoſi, ſubſequitur diſcurſus ille de culparum differentiis & correctionum gradibus, incipiens, *Plurimi nequaquam*, quem alij vocant: *Bonum notabile ſuper Regulam* S. BENEDICTI, *quod ſpectat & ſeruit Abbatibus & Prioribus ad rectè iudicandum.* An autem hoc ipſius ſit Halitgarij, vel ex quo alio deſumptum, non vſquequaque liquet. Eoſdem gradus

Septem gradus correctionum.

Vnde deſumpti.

recen-

Digitized by Google

Smaragd. in cap 3. to 4. prax. erim. tit. de pen Reg. Turrecr. tract. 87. in Reg. S. Ben. Cærim S. Iuſtin. part. 5. cap. 10.

tecē ſent Smaragdus, Bernardus Caſſinenſis, Boerius. Oſtienſis, Turrecremata, Cærimoniale S. Iuſtinæ, Gazæus ad cap. 16. lib. 4. Caſſiani. Sunt autem hi.

Primus.

Primus eſt, admonitio ſecreta, de quâ S. BENEDICTVS: *Admoneatur ſemel, & ſecundò ſecretè à ſenioribus ſuis.* Et hæc dici poſſunt fomenta & vnguenta adhortationum, vel medicamina Scripturarum diuinarum. Delinquens autem tamdiu ſecretè moneri debet, donec ſeipſum non emendando reddat manifeſtum, & tunc adhibendus eſt

Secundus.

Secundus gradus, correptio publica: *Si non* B *emendauerit*, inquit Legiſlator, *obiurgetur publicè coram omnibus.*

Tertius.

Tertius eſt, excommunicatio, vnde Regula: *Si verò neque ſic correxerit, ſi intelligit qualis pœna ſit, excommunicationi ſubiaceat.* Quam de leuioribus culpis accipit Halitgarius, Perez de maiori excommunicatione.

Quartus.

Quartus eſt, vt ieiunijs affligatur.

Quintus.

Quintus, vt verberibus coerceatur. Hos duos vno verbo indicauit S. BENEDICTVS, cùm ait: *Si autem improbus eſt, vindictæ corpo-* C *rali ſubdatur.* In quâ duo hæc ex eius mente includi, colligas ex cap. 30. vbi de pueris ait: *Aut ieiunijs nimijs affligantur, aut acribus verberibus coërceantur, vt ſanentur.*

Cur verberentur excommunicati.

Quærit autem Perez, cur poſt Excommunicationem adhibeatur verberū vindicta, cùm excommunicatio multò grauior pœna ſit. Reſpōdet id fieri ad eum modum, quo poſt cenſuras rebelles traduntur brachio ſæculari, quaſi illud durius ſit illis qui excommunicationi non cedunt. Improbus ſanè, qui animæ ſuæ non metuit, corpori ſuo ſubinde timet, de illorum numero, quibus D iuxta Prophetæ dictum, *tantummodo ſola vexatio dat intellectum.*

Iſai. 28.

Sextus gradus.

Sextus gradus eſt, communis omnium fratrum oratio, de quâ piè admodum Archiater noſter: *Si viderit nihil ſuam præualere induſtriam, adhibeat etiam (quod maius eſt) ſuam & omnium fratrum pro eo orationem: vt Dominus, qui omnia poteſt, operetur ſalutem circa infirmum fratrem.* Et in hâc vnanimi fratrum deprecatione maius præſidium S. Pater poſuit, quàm in præcedentibus remedijs. Vn- E de B. Leo: *Pleniſſima peccatorum obtinetur abolitio, quando totius eccleſiæ vna eſt oratio, & vna confeſſio. Si enim duorum vel trium ſanctorum pio conſenſu, omnia quæ popoſcerint, Dominus præſtanda promittit: Quid negabitur, multorum millium plebi, vnam obſeruantiam pariter exequenti, & per vnum ſpiritum concorditer ſupplicanti?* Quamuis enim excommunicatus publicis Eccleſię priuetur orationibus, licet tamen priuatim pro eo ad Deum ſuſpirare, & conuerſionem eius rogare: Quod ex ſingulari charitatis affectu legiſlator ſanctus infirmo & pænè deſperato voluit im-

Leo ſerm. 3 de ieiun.

Efficacia orationis communis.

A pendi. Vnde & Auguſtinus ait: *Cùm ad talem vindictam neceſſitas cogit, humilitas lugentium debet impetrare miſericordiam, quam repellit ſuperbia; nec illius ipſius qui de medio fratrum tollitur, debet negligi ſalus: ſed ita agendum eſt, vt ei talis vindicta ſit vtilis, & agendum votis & precibus, ſi corrigi obiurgationibus non poteſt.*

CAPITVLVM. Auguſt. lib. contra Petenian. c. 2.

Septimus gradus eſt expulſio. Cap. 28.

Septimus gradus eſt, eiectio è Monaſterio, de quâ S. Pater: *Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit: tunc iam vtatur Abbas ferro abſciſſionis*, vt ait Apoſtolus: *Auferte malum ex vobis.* Et iterum: *Infidelis ſi diſcedit, diſcedat: ne vna* B *ouis morbida omnem gregem contaminet.* Eiuſdem ſenſus fuit S. Auguſtinus: *Conuictus debet emendatoriam ſuſtinere vindictam: quam ſi ferre recuſauerit, etiamſi ipſe non abſceſſerit, de veſtrâ ſocietate proijciatur: non enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtiferâ plurimos perdat.* Prudenter tamen circa hos gradus agendum, nec vno alteróve erga delinquentem adhibito, ſtatim ad ſubſequentes procedendum, ſed iteranda ſubinde remedia, vt ſapientes faciunt medici. Si enim incautè & indiſcretè hi gradus ad- C hibeantur, plures ſenſim è monaſterijs eliminarentur.

1. Cor. 5. 2. Cor. 7. Auguſt. in Reg. c. 4.

Omnes prudenter adhibendi.

DISQVISITIO VII.

Liceátne hoc tempore Monachos è Monaſterio expellere, aut ab Ordine præſcindere?

ABSCISSIONIS ferrum, quo vltimo tandem loco vtendum cenſuit S. BENEDICTVS, vſque adeò cautè tractandum, vt dubitari queat, an vſus eius hoc tempore D probandus, & an non fuerit interdictus. Et quidem legifer noſter, præter Auguſtinum proximè allatum, & alios habuit quos ſequeretur, ipſiuſque deinde veſtigijs inhęſerunt poſteriores. Nam Baſilius, agēs de eo, qui priùs ad aliquod tēpus ſegregatus fuerat, ait: *Si verò non ſentiens permaneat, prorſus is à reliquo corpore veluti putrefactum, ac penitus vitiatum mēbrum præciditor. Scriptum eſt enim: expedit tibi vt vnum pereat membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in ge-* E *hennam.* Caſſianus recenſet delicta, quæ vel plagis, vel expulſione purgantur. Praxim eandem velut vſitatam ſuo tempore innuit Peluſiota, Lucæ Archimandritæ ita ſcribens: *E fratrum tranquillitate foras ablegetur; ne tumidos fluctus, ac vertigines, placidis & quietis ipſorum moribus excitet. Nam hoc quoque Lex nobis ſub parabola cortice præſcribit, cùm eos qui leprâ laborant, extra caſtra emittit.* Sic ille. Regula S. Macarij id habet: *Quòd ſi caſu quis frater exire voluerit, nihil penitus accipiat, niſi in notatiſſimo veſtimento, & extra communionem infidelis diſcedat.* Et Regula Orientalis: *Si fuerit aliquis*

S. Benedictus expulſionem à Monaſterio decreuit.

Baſil Reg. Breuius 44.

Ex veterū Monachorum præſcripto.

Caſſian. lib. 4. cap. 16.

Iſidor Peluſ. lib. 1. epiſt. 318.

Reg Mac. num. 28.

 tam

CAPITVLVM.

tam durus, tam alienus à timore Domini, vt tot caſtigationibus, & tot remiſſionibus non emendet, proijciatur de Monaſteria. De Lerinenſium, conſuetudine hæc Cæſarius Arelatenſis:

Cæſar homil. 3. ad Monach.

Illis ipſis, qui grauius apud nos delinquunt, nullam triſtiorem, nullam acerbiorem poſſumus inuenire ſeutentiam, quàm à corpore Cangregationis abſciſi ſine pace diſcedant.

Alij in hoc ipſum ſecuti.
Reg. Fruct. cap. 8.
Id cap. 14.

Poſt S. BENEDICTVM Fructuoſos Epiſcopus ait: *Si ſe corripere nan permiſerins, foras proijciantur.* Et rurſum agens de eo, qui ergaſtulo coarctarus contumax & murmurator perſtiterit, ait: *In collatione deductus exuatur Monaſterij veſtibus, & induatur quas olim adduxerat ſacularibus, & per denſiſſimas tenebras, & cum caufuſionis notâ à Monaſterio expellatur.* Sic Regula cuiuſdam Patris: *Si quis ex fratribus poſt examinationem carceris, cauere hac vitia non poterit, eijciendus eſt à fratribus, & damnandus eſt.*

Quidam cenſent rebelles non eijciendos.
Iſidor. Reg. cap. 16.

Contrà verò ſunt, quibus rebelles hos & incorrigibiles magis placet includi quàm excludi. In quibus eſt Iſidorus Hiſpalenſis: *Quamuis frequentium grauiorumque vitiorum voragine ſit quiſquam immerſus, non tamen eſt à Monaſterio praijciendus, ſed iuxta qualitatem coercendus: ne fortè qui poterat per diuturnam pænitudinem emendari, dum proijcitur, ore diabali deuoretur.* In haoc ſeotentiam inclinare quoque videtur Bernardus, qui recenſitis ferè S. BENEDICTI gradibus, ait: *Quod ſi iam hac feciſti, nec profeciſti, ad Apoſtoli conſilium confugiendum eſt dicentis: Auferte malum ex vobis. Auferatur ergo malus, ne malos generet. Neque enim poteſt arbor mala fructus bonos facere. Auferatur autem dico, ſed non quomodo ipſe vult: vt videlicet tanquam ex tua licentia, cum malè ſecura conſcientia extra congregationem contra profeſſionem deuitans ſubiectionem, ſui iuris eſſe, ſuâ permittatur viuere lege. Sed abſcindatur vt auis morbida à grege, vt putridum membrum à corpore: qui iam exinde ſe procerto nouerit à te haberi tanquam Ethnicum & publicanum.* Quibus verbis monit, potiùs ſequeſtrandum in ipſa congregatione, quàm io Ordine præcideodum. Sicut alibi ad Eugenium Papam ſcribit de falſario Monacho: *Nullus perpetuâ dignior concluſione; nihil ei perpetuo ſilentio iuſtius.* Clariùs verò Declarationes Caſſinenſium: Iſte modus abſciſionis videtur renocatos, per *cap. Finale extra de reg. & tranſ.* vbi expreſsè habetor, fugitiuos requirendos eſſe, & in carcerem retrudendos, ſi opus eſt. Cui & ſuffragatur Tridentina Synodus, quæ præcipit eos etiam requiri debere, & tanquam Apoſtatas puoiri, qui aliquam iuſtam cauſſam ſuæ fugæ prætendentes, ſine eiuſdem tamen allegatione & approbatione, ſponte diſcedunt: quod oos quoque ſeruari volumus, diſtrictè præcipientes omnibus Monaſteriorum noſtrorum Prælatis, vt in ſingulis Mooaſterijs habeanr loca cuſtodiæ ſana, & ſolida, vbi huiuſmodi fugitiui, rebelles, & incorrigibiles retrodaotur. Hæc illi.

Bern. epiſt. 102.
1. Cor. 5.
Sed ab alijs ſegregandos.
Epiſt. 298.
Caſſin. in cap. 28. n. 1.
Et fauent Caſſinenſium Declarationes.

Vera ſententia.
Incorrigibiles poſſunt expelli.
a Quodlib. 12.
b In Reg. S. Franc. q. 14.
c Verb. Religio.
d Comm. 1. de regul. num. 33.

Verùm communis & vera eſt ſententia, poſſe à Religione expelli contumaces & incorrigibiles, quam tenent S. [a] Thomas; [b] Bonauentura, [c] Silueſter, [d] Nauarrus, & plures alij, quos longo ordine recitat Thomas Sanchez, lib. 6. Moral. c. 9. quibos alios addit Tamburinius, Tom. 3. de Iure Abbat. diſp. 8. quæſt. 7. Nec vllus ambigendi ſupereſt locus, cùm in decretis S. Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani Papæ VIII. iuſſu editis in hunc modum ſtatuatur: *Vt in poſterum è Religionibus nullus legitimè prafeſſus eijci poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis; Verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, qua ad hoc ex iuris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis, & Conſtitutionibus cuiuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtalica approbatis & confirmatis: verumetiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pænitentia probetur in carceribus; proindeque vnaquaque Religia priuatos habeat carceres, in qualibet ſaltem prouincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurata in ſua pertinacia perſeuerauerit, ne contagione peſtiferâ plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eijci tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio; & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligendorum in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque nonniſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum & Canſtitutianes proceſſu, & plenè probatis cauſſis expulſionis ad ſacrorum Canonum praſcriptum.* Hactenus decretum quod inſtar omnium eſſe queat.

Ex vi decretorum S. Congregationis Concil.
Certis tamen conditionibus.

Quinam incorrigibiles.
Conſt. Prædic diſt. 1. cap. 19.

Vnde quamuis in Ordine Prædicatorum incorrigibilis dicator, *qui nec culpas timet admittere, & pœnas recuſat ferre;* & in Ordine Minorum, is qui ter conuictus, & punitus, de crimine non emendatur; vel qui in eiſdem, aut æqualibus, vel grauioribus criminibus perſiſtunt, nec ſpem faciunt reſipiſcentiæ & emendationis, iuxta quoſdam: expelli tamen ab Ordine non poſſunt, niſi vt in hoc præſcribitur decreto.

DISQVISITIO VIII.

Quoties, & quo modo recipiendi, qui ſuo vitio egrediuntur Monaſterio?

Fugitiui vſque tertiò recepti.
Cap. 29.

NON obſcora de his S. Patriarchæ eſt conſtitutio. *Frater,* ait, *qui propria vitio egreditur, aut proijcitur de Monaſterio, ſi reuerti voluerit, ſpondeat priùs omnem emendationem vitij, pro quo egreſſus eſt: & ſic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur.*

Quod

Quod ſi denuo exierit, vſque tertiò recipiatur. Iam verò poſteà ſciat omnem ſibi reuerſionis aditum denegari Idē ſtatuerunt Regula Cuiuſdam ad virgines, & Regula Magiſtri. Quæras autem an non liceat fugitiuum poſt tertiam vicem iterum admittere in Monaſterium? Benigniores enim & hâc in parte fuerunt olim Cluniacenſes, quibus à Ciſtertienſibus obiectum, quòd tranſgreſſores & profeſſionis ſuæ præuaricatores, qui ad ſæculum de Monaſterijs fugientes reuertuntur, quotieſcumque libet, aduenientes contra Regulæ præcepta ſuſciperent. Pluribus autem adhæc reſpondet Petrus Cluniacenſis. Præcipua ſunt, quòd Chriſtus Petro dixerit, nō ſepties, ſed ſeptuagies ſepties peccanti fratri indulgēdum. Et cùm Dominus dixit: *Si dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis peccata veſtra.* Numerum remiſſionis indefinitè poſuerit, dans intelligi, quòd quoties quis fratri indulſerit, toties ei Deus indulgeat. Adhæc, pœnitentibus ianuam miſericordiæ vſque ad vltimum ſpiritum ſemper eſſe reſeratam. Nec Regulam dicere, denegetur, ſed, *ſciat ſibi denegari* aditum. In quâ ſententiâ cùm nihil præcepti inueniatur, non obicem miſericordiæ poſuiſſe, ſed terrorem temerarijs intentaſſe cognoſcitur. Eiuſdem mentis videtur fuiſſe Petrus Bleſenſis, qui ait: *Miſericordiam, quam Monaſtici Ordinis inſtitutor ad ternarium numerum coarctauit, euangelica manſuetudo gratiæ ſeptuagies ſepties ampliauit.* Et Boërius ait, imponi legem Monacho, non miſericordiæ Abbatis. Nam ſecundùm Bernardum Caſſinenſem, quoties miſericordia Abbatem mouet, poteſt expulſum vel exeuntem recipere. Ipſe tamen vitioſus ex hâc Regulâ debet ſcire, quòd non fit ei iniuria, ſi non recipiatur quartâ vice. In eâdem ſententiâ eſt Turrecremata.

Regul. ad Virg. c. 24. Reg. Mag. cap. 64. *Cluniacenſes hic benigniores.* Petr. Venerab. lib. 1. epiſt. 28. *Quæ pro ſe allegauerint.* Matth. 24. Matth. 6. *Alij in eadem ſententia.* Bleſ. epiſt. 88.

Verùm ſimplicior ſenſus eſt, vt dicamus voluiſſe S. BENEDICTVM poſt tertiam apoſtaſiam vel fugam relabēti quartâ vice aditum prçcludi, quòd nimirùm ille tot iteratis vicibus ſatis probet ſe incorrigibilem: adeòque ne nimia indulgentiæ facilitas vigorem labefactet diſciplinæ, meritò huic regreſſum denegare. Conformant ſe huic decreto Eremitæ Auguſtiniani, ita ſtatuentes: *Quicumque ab Ordine noſtro apoſtatauerit, ſi poſteà miſertus ſui, & pœnitentiâ ductus, vel vi aliquâ compulſus ad Ordinem redire voluerit, vſque tertiò porta miſericordia non ei claudatur. Quòd ſi ad quartam apoſtaſiam deuenerit, ad Ordinem non recipiatur, ſed omnino repudietur, & à noſtra ſocietate proijciatur.* Similiter Carmelitç Diſcalceati: *Qui quartâ vice fugerit, iuxta litteras Pij V. Sanctæ memoriæ tanquam incorrigibilis expellatur.*

S. Benedictus poſt tertiam fugam nullum admittit. *Cum alijs.* Conſt. Eremit. p. 6. c. 14. Diſcalc. p. 3. Conſt. c. 35. num. 9.

Neque his obſtat quòd Saluator noſter A ſeptuagies ſepties iubeat peccanti fratri ignoſci: hoc enim dictum eſt de priuatæ offenſæ remiſſione: & ſic etiam culpa fugitiuo remittenda eſt, quamuis ad aliorum exemplum pœna infligatur, & ad totius cōmunitatis cōſeruationem putridum membrum reſecetur. Notum quoque ſatis eſt, ciuilibus legibus ſecundò tertioque grauia admittentibus crimina exilium, vel pœnam mortis irrogari; ſæpiùs etiam in hæreſim poſt reconciliationem relapſos brachio tradi ſæculari, cui nō diſſimile videri queat B ab Ordine præſcindi, vel ad eum ampliùs non admitti.

Occurritur obiectioni. CAPITVLVM.

Boërius tamen ſui æui praxim exponēs; *Hodie,* inquit, *recipitur non ſolùm ſepties, imò ſeptuagies ſepties, licet longo tempore, vel perpetuo ſeparetur à conſortio fratrum, vel carcere, vel ad aliud Monaſteriū miſſione.* Additque: *Oportet ſupplere hodie vbicumque inuenitur in Regula, Monachus proijciatur, vel expellatur à Monaſterio, id eſt, retrudatur in ergaſtulum, ſiue in carcerem, ſiue in aliud Monaſterium pro agenda pœnitentia tranſmittatur. Vnde quod hic dicitur de* C *non recipiendo fugitiuo vltra tertiam vicem, intellige de communi conſortio, ſed benè ad ergaſtulum.* Vnde in cap. *Ne religioſi,* ſtatuitur, *vt Abbates, aut Priores fugitiuos ſuos, & eiectos de Ordine ſuo requirant ſolicitè annuatim, qui ſi in Monaſterijs ſuis recipi poſſunt ſecundum ordinem regularem, per cenſuram eccleſiaſticam compellātur ad receptionem ipſorum, ſaluâ Ordinis diſciplinâ: quod ſi hoc regularis Ordo non patitur, auctoritate noſtrâ prouideant, vt apud eadem Monaſteria in locis competentibus, ſi abſque ſcandalo fieri poterit, alioquin in alijs religioſis domibus* D *eiuſdem Ordinis ad agendum ibi pœnitentiam, talibus vitæ neceſſaria miniſtrentur.*

Praxis recipiendi ſæpius apoſtatantes. *In carcere.* Extra. de regul. in 6.

Quòd autem Superiores transfugas Monachos teneantur requirere, antiquis ſancitum eſt Canonibus. Concilium Aurelianenſe I. *Ipſi autem Monachi qui fuerint peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio Epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur.* Toletanum VII. vult vagos ab Epiſcopis, ſiue rectoribus Monaſteriorum, ex quorum cōgregatione fuerunt, vel in quorum vicinitate conſiſtunt, in Monaſterijs omnimodò E deputari. Synodus Conſtantinopolitana II. *Si quis qui præeſt Monaſterio, eos qui ei ſubiecti ſunt Monachos non cum multa diligentia requirat, vel inueniens non recipiat, ſtatuit Sancta Synodus eum ſegregationi ſubijci.* Quē canonem de fugitiuis intelligit Balſamō. Vſqueadeò, inquit, exigit *vt Monachi in ſuis Monaſterijs maneant, vt eorum inde receſſum fugam nominauerit: Quod quidem de ſeruis, & ijs qui cuſtodia ac vinculis tenentur, dici conſueuit.*

Prælati tenentur requirere fugitiuos. Aurel. 1. can. 19. Tolet. 7. can. 5. Conſtant. 2. can. 3. apud Balſamon.

De modo autem fugitiuos hos recipiēdi, hæc Caſſinenſes ſtatuunt: Quicumque intra dies quinque ad Monaſteria fuerint reuerſi, arbitrio Prælatorum, non per carce-

Caſſin. ad cap. 29 n. 1. *Quo modo ſidem recipiendi.*

Petr. Dam. l. 6. epiſt. 1.

propagatus, vt ipſemet Petrus Damiani ad A Caſſinenſes ſcribit: *Obſeruatia ſexta feria, dilectiſſimi, cui veſtra ſancta deuotio dedicauit, & ieiunij ſalutaris inediam, & Apoſtolicorũ verborum Diſciplinam, quot hominum multitudines ad exemplum ſalutis attraxerit, & tamquam nouella diuinæ plantationis oliua, in exuberantium germinum propagines pullulauerit; teſtes ſunt non modò Monaſteria veſtra, hoc eſt, quæ ſuorum gaudent imitari veſtigia magiſtrorum; ſed & multitudines vrbium atque villarum; quæ ſe cõmuniter ingerentes, atque latantes, idipſum plauſibiliter arripiunt inſtitutum. Adeò vt pleriſque* B *præ deuotionis ardore concepto, niſi quantocyus huius obſeruantiæ ſuſcipiant Regulam, non leuem ſe reputent propriæ ſalutis perferre iacturam: nullatenus ambigentes, quia dum die crucis per corporalem alimentorum ſe continentiam mactant, paſſioni Redemptoris in veritate communicant, atque ad Dominicæ Reſurrectionis gloriã ſe peruenire non inaniter credũt, dum Chriſto in Cruce pendente, ipſi quoque ſuæ carnis illecebras, per abnegatæ refectionis patibulum crucifigunt.* Hactenus ille. Qui tota illa epiſtola aliud nihil agit, quàm vt intermiſſam à Caſſinenſibus C hâc verberibus in conſpectu omnium corpus affligendi conſuetudinem doceat reuocandam. Cùm enim Stephanus Monachus Caſſinenſis, & S.R.E. Cardinalis hoc ſugillãdo deriſiſſet, ac velut indignam rem conſpuens, & execrando deſpiciens, ne vlteriùs fieret penitus interdixiſſet, hortatur ne malè ſuadentis attendant verbis, cuius etiam repentinam enarrat mortem. *Et fortè,* inquit, *iuſta Dei omnipotentis exigente iudicio, factum eſt, vt propter huius verbi piaculum obitum incurreret repentinum. Breui quippe tempo-* D *ris ſpatio, poſtquam hæc vobis verba locutus eſt, accepit antidotum: feſtiuitate verò* B. Scholaſticæ virginis inuitante, quaſi vegetus, & *iam incolumis ad nocturnum ſurrexit officium; eademque die prior ipſe, deinde germanus eius iunior repentè defuncti, atque altera die pariter ſunt ſepulti.*

Stephanus eum ritum ridens, repentè mortuus.

Cap. 2.

Monachi feriâ ſextâ ſe flagellarunt.

Petr. Dam. lib. 2. epiſt. 14.

Laudabilem porrò hanc cõſuetudinem omnibus Monachis adſcribit, cùm Deſiderio Caſſinenſi Abbati, ita ſcribit: *Sexta quoque feria viuificæ cruci non inconuenienter adſcribitur, quâ ſcilicet dies pendentis in Cruce Domini glorioſo ſanguine purpuratur, quâ die omnes fratres noſtri, quos vtique monaſterialis ordo connectit, hoc etiam ad cumulum propriæ ſalutis adijciunt, vt ſe mactent in capitulo vicariâ calliſtiane ſcoparum, & inſuper celebrent in pane & aqua ieiunium. Aſſerentes, quia in hoc Cruci verè communicamus, in hoc proculdubio Chriſto commorimur, ſi hoc eodem die, quo ipſe paſſus eſt, nos etiam carnem noſtram per inediæ cruciamenta mactemus.*

Diſciplinæ vſus ante Petrum Damiani.

Non fuit autem S. Petrus Damiani huius flagellationis primus inuentor ſiue auctor, eam enim S. Romualdi diſcipulis vſurpatã ipſemet aſſerit: *Sed cur ego,* inquit, *de Monachis loquor, cùm & ipſi Monachorum famuli, ipſi quoq; cuſtodes pecorum ieiunarẽt, ſilentium tenerẽt, Diſciplinas inter ſe inuicẽ facerent, & de quibuslibet verbis pœnitẽtiam flagitarent? O aureum Romualdi ſæculum; quod etſi tormenta perſecutorum non nouerat, ſpontanea tamen martyria non carebat!* Idemque ad Petrum Cerebroſum Monachum ita ſcribit: *Hoc itaque diſciplinæ genus, nequaquam modernis eſt ſtudijs nouiter adinuentum. Nam & ante nos, omnibus ferè ſanctis Monaſterijs, hac diſciplinæ regula nequaquã* B *fuit incognita; etſi non adeò frequentata. Vnde & ſingulos annos pœnitẽtiæ, millenis ſcapis redimere conſueuerant.* Sanè ante tempora Damiani Guilielmus ex Comite Monachus S. BENEDICTI Anianæ Abbatis, qui tempore Caroli Magni & Ludouici Pij vixit, lectuli duritiem auidiùs expetebat, *corpus etiam flagellis cadebat,* vt ex Ardone vitæ auctore refert Menardus. Sed & alios idem feciſſe vix dubitauerim, cur enim quod delinquentibus infligi S. BENEDICTVS alijq; Monachorum Patres præſcripſerunt, non vltrò ſuſ- C ceperint ſubinde feruentiores in peccatorum ſuorum expiationem? Cur non putemus quoſdam Apoſtolorum Coriphæum fuiſſe imitatos, qui de ſe aiebat: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo?* Climacus ſanè non ſemel verberum & flagellationis Monachorum meminit vt gradu 5. 27. & 55. vbi ſic de carne ait: *Si foueatur, oppugnat; ſi affligatur, debilior fit; laſciuit per quietem; rurſus verbera & flagella nõ ſuſtinet.* Sed & Chryſoſtomus agens de examine conſcientiæ quotidie ſub veſperam inſtituendo, quoti- D dianam corporis diuerberationem ſuadet: *Sedeat,* inquit, *mens, atque cogitatio tua iudex in animam atque conſcientiam tuam; adducas omnia delicta tua in medium, ſcrutare quæ animo cõmiſiſti, & pone dignas ſingulorum pœnas, dicas tecum aſſiduè. Quare hoc atque hoc auſus es? quare* [illegible] *& illud perpetraſti? Sic aſſiduè ipſam ad hũc terrorem reuoca, deinde ſi cauſſam ſuam dicere non poſſit, ſed balbutiat atque ſtupeſcat, quaſi ſuperbam ancillam & de fornicatione corruptam cade, verberibus ac flagellis dilania. Hoc iudicium quotidie tibi diligenter conſtituatur. Venenoſum* E *vermem prapone, ceteraq; omnia tormenta adſtrue, neque dimittas in poſterũ cum diabolo fornicari, neque patiaris, ſi imprudenter dicit, diabolum ad ipſã venire, inſidias ſibi ab eo ſtrui. Sed dic ad eã. Superflua ſunt hæc omnia, ſi tu velis. Quod ſi hæc audiens doleat, non ſubtrahas manum, non enim morietur percuſſa, ſed mortem effugiet.* Hæc Chryſoſtomus. Heſychius quoque Presbyter, qui anno Domini 490. claruit, mortificationis hoc genus aduerſus carnis inſolentiam ſuadet. *Solet,* inquit, *corpus inſeruientem voluptatibus inquinare. Idcirco, pro modo delicti, flagellis, & pugnis cædatur acerrimè, velut ſeruus fugitiuus, muſto plenus, in dorſo flagellis*

CAPITVLVM. Petr. Dam. tom. 2. in vit. S. Romuald.

S. Guilielmus ſe flagellat.

Menard. obſeruat. lib. 2. 12. Februar.

Et alij exemplo S. Pauli. 1. Cor. 9.

Chryſoſt. homil. 14. *Flagellatio nota tuo S. Chryſoſtomi.*

Heſych. Centur. 1. cap. 11.

 obnaxio,

CAPITVLVM.

obnoxio, ne, dominum tractet vt cauponem: ne corruptibile lutum, & ancilla obſcura, ignoret Dominam, & corruptionis expertem. Ad vſque deceſſum, ne fidas carni tuæ. Idem: *Væ interiori homini, propter exteriorem. Grauem enim moleſtiam internus homo contrahet ab externis ſenſibus; tum, ille moleſtiâ affectus, flagellis caſtigabit eos. Qui executus eſt, quod habet littera, iam nouit quod theoremate continetur.*

Idem centur. 2. c. 70.

Ex his patet & Diſciplinarum vſum antiquis ſatis commendari auctoribus.

DISQVISITIO II.

Quænam Benedictinarum Congregationum de hoc Diſciplinæ genere decreta?

CASSINENSIVM exẽplo cumplura Monaſteria mortificationis hoc genus ſuſcepiſſe, ex Petro Damiani vidimus. Tantus porrò fuit Monachorum eius circa diſciplinas feruor, vt modum etiam præſcribere, vltra quem progredi non liceret, neceſſe fuerit. Quidam enim integrum Pſalterium, quidam etiam duo quotidie cum diſciplina decurrebant. Vnde regulam, quam in eiuſdem Epiſtolis legere eſt, ſtatuit.

Feruor Monachorum ad diſciplinas.

Petr. Dam. l. 6. epiſt. 34.

Quid autem ſequentibus inde temporibus à noſtris circa hoc factum, nunc diſcutiemus.

Ordior à Cluniacenſibus, apud quos tempore S. Petri Venerabilis vſu receptum erat, vt pro hac flagellatione ex ſpontaneâ deuotione faciendâ certum quemdam in templo peterent locum; de quo ſic præſcribit: *Quia fratres præter veterem Eccleſiam S. Petri non habebant vbi quædam ſacra & ſecretiora ad Religioſos homines pertinentia exercere valerent, iam dictam illam nouæ eccleſiæ partem ſibi diebus & noctibus vendicarent, vbi ſancta & ſecreta orationum aromata Deo aſſiduè accenderent, frequentibus metanoeis vel genu flexionibus pro Conditori ſupplicarent, * à tribus ſæpe flagellis, vel ob pœnitentiam, vel ad meritum augendum corpus attererent,* &c. Petrus Bleſenſis hæc de ſui temporis Religioſis ſcribit: *Vitam Religioſorum tota cordis affectione veneror, ipſorumque pedes, brachijs deuotiſſimæ humilitatis amplector. Scio enim, quia præ cunctis ſæcularibus, & clericis & laicis, tanto differentius virtutum titulos referunt, quanto impreſſioribus veſtigijs Apoſtolorum regulis inhæſerunt. Hi carnem depriment, ſpiritum erigunt, vitam in terra ducentes angelicam, Chriſto militant in tenuitate ciborum, in aſperitate veſtium, in vigiliarum excubijs, in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, in confeſſionibus, in* DISCIPLINIS *& lacrymis, in cœleſtium ſuſpirijs.* Quod quidem teſtimonium Ioannes Buſæus ad Ciſtertienſes refert Monachos, aitque ex pluribus locis, quibus auctor hic de Diſciplinis agit, apparere proprij hanc corporis diuerberationem, ante annos quadringentos & ampliùs fuiſſe in Galliâ & Angliâ frequentatam, nec ſolùm apud Monaſticæ vitæ cultores, ſed etiam apud clericos & laicos, Epiſcopos, Principes, Reges. In peruetuſto Rituali Affligenienſi pluribus deſcribitur, quo ritu quis priuatam, ſiue ſpontaneam recipere debeat Diſciplinam; quam quidem non ipſe ſibi, ſed is cui iniunxiſſet Sacerdos, ei in Capitulo infligebat, definitque ſingulas huiuſmodi Diſciplinas quindecim terminari percuſſionibus. Cuilibet verò (vt auctor loquitur) permiſſum regulariter, vt tales diſciplinas tres vno die ſuſcipere valeat, ſiue in vna confeſſione, ſiue in pluribus. Qui autem plures vellet recipere, poſſet ſuper hoc in Capitulo reprehendi, maximè ſi hoc in conſuetudinem verteret. Sciendum verò quòd huiuſmodi dantur tantùm in priuatis diebus, & numquam in duodecim lectionibus. Dantur etiam in omni ſpatio diei, vſque ad prandium, excepto dumtaxat tempore quo regulares horæ canuntur, & quo Capitulum celebratur. Priuatas porrò has à quotidianis diſtinguit Diſciplinis, quæ omni fiebant die, niſi ob reuerentiam alicuius eximiæ ſolemnitatis Præſideus eam duceret omittendam, vel etiam differendam. Atque ita Monachi quotidie in Capitulo vapulabant. Hæc Rituale ex Cluniacenſium conſuetudinibus deſumptum.

Diſciplina vſus apud Cluniacenſes.

Stat. Petr. Venerab. num 53.

* fortè, acribus.

Bleſenſ in opuſc. Inuect.

Ciſtertienſes.

Buſ in notis ad Bleſ. comm in Iob.

Rit. Affig. part. 2. c. 6. *Ritus capiendi priuatam diſciplinam.*

Et publicè.

Caſſinenſes antiqui moris ſeruantiſſimi ita ſtatuunt: *Vt iuxta Regulam, augeamus aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ, Diſciplina, quæ fit omni tempore feriâ ſextâ, fiat totâ quadrageſimâ, quartâ & ſextâ feriâ, præterquam in feſtis de præcepto, in illis diebus occurrentibus. In hebdomada antẽ ſancta addatur feria quinta.* Atque hanc conſtitutionem ſeruant Reformata Monaſteria Congregationis SS. Vitoni & Hidulphi, Gallicanæ, B. Mariæ Virginis in Belgio. In veteri autem Cerimoniali S. Iuſtinæ præſcribitur hæc Diſciplina ſingulis ferijs ſextis per totũ annum, veſperi in Dormitorio antequam pulſetur Dormitio. Si autem feriâ ſexta occurrat dies feſtus, Diſciplina fit pridie vel poſtridie. Camaldulẽſes Cœnobitæ ita ſtatuunt: ferijs ſextis in quadrageſima Prælatus dat Diſciplinam, dicendo ſuper quolibet fratrum dum verberat, *Miſereatur tui*, &c. De Eremitis verò hæc in Italicis eorum Conſtitutionibus: Olim Eremitæ ſingulis diebus Dominicis nudo dorſo à Maiore, ipſe ab aliquo ſeniore Diſciplinam accipiebat.

Caſſinenſiũ de ea ſtatutum.

Caſſin. ad cap. 49.

Et Benedictinorum reformatorum

In Cerim. S. Iuſtin. part. 1. c. 13.

Camaldulenſium.

Camald ad cap. 46.

Pag. 178.

Valliſoletani, & qui eos ſequuntur Benedictini Angli, à Pentecoſte vſque ad Aduentum ſemel per hebdomadam feriâ nimirum ſexta Diſciplinas faciunt. In Aduentu, feriâ ſecunda & ſexta. In quadrageſima, feria ſecunda, quarta, & ſexta.

Valliſoletanorum.

Burſfel-

Digitized by Google

Burſfeldenſium. Burſfeld. in Ordinar. diuin. offic. cap. 51.

Burſfeldẽſes de Diſciplinæ vſu per quadrageſimam ita ſtatuunt: Præfatis nihilominus ferijs ſecundis, quartis & ſextis vſque ad paraſceuem (niſi in aliqua earumdem, feſtum prout præfertur, ſed etiam profeſtum duodecim lectionũ fuerit) omnes fratres, tam Monachi quàm conuerſi, ſeu etiam Nouitij mox finito Completorio Diſciplinam accipiant à Priore vel Subpriore circumeunte per cellas. Quod & ſimiliter in eiſdem ferijs per Aduentum Domini obſeruari conſueuit.

Suadetur omnibus Benedictinis.

Sed quàm omnibus Ordinis S. BENEDICTI Congregationibus commendata eſſe debeat Diſciplinæ huius frequentatio, oſtendit Breuiarium Monaſticum Pauli V. Pontificis Maximi auctoritate editum, atq; ab Abbatibus & Præſidentibus generalibus Congregationum ſub Regula S. BENEDICTI militantium recipi præceptum, ad cuius calcem habetur *Ordo ad Diſciplinam faciendam*, præſcribiturque quid durante hoc mortificationis exercitio recitandum. Quod ſanè non exiſtimarem Breuiario inſertum, niſi ſupponeretur omnibus aut pleriſque Congregationibus ex vſu competere. Quod ergo B. BENEDICTVS inter inſtrumenta bonorum operum præſcripſit, *Carnem caſtigare*, eius faciendi tempus & modum poſteriores Congregationes hoc Diſciplinarum ritu videri queant determinaſſe.

Cap. 4.

DISQVISITIO III.

Quid alij Ordines de hoc Diſciplinæ genere præſcribant?

VT Religioſis Ordinibus omnibus ſcopus vnus, idemque finis principalis eſt, perfectio ſcilicet diuinæ charitatis, ad quam varia eorum diriguntur exercitia: ita & in ipſis, quæ ex inſtituto cuiuſque præſcribuntur, medijs; magna eſt conformitas, & quod ab vno Ordine laudabiliter ſuſcipitur, ad alios paſſim deriuatur. In hoc genere vltroneam carnis caſtigationem reponendam nemo dubitauerit, cui exploratum ſit, quàm ea in pleriſque Ordinibus ſiue ad peccatorum expiationem, ſiue ad gratam Dominicæ Paſſionis memoriam certatim ſit frequentata.

Diſciplinæ vſum vigere apud Canonicos Regulares. Cantipr. l. 2. cap. 16. num. 3.

Regularibus Canonicis vſitatam Diſciplinam colligere licet ex eo quod Cantipratanus de Hugone refert Victorino, qui, etſi vitæ valdè laudabilis fuerit; in hoc tamen minus perfectè fecit, quòd Diſciplinas in ſecreto, vel in Capitulo cum alijs pro quotidianis exceſſibus non accepit. Ex quo facilè intelligas id de more factum fuiſſe. Quanti autem hæc ei negligentia ſteterit, ſocio poſt mortem apparẽs ipſe Hugo ape-

A ruit. *Quia*, inquit, *dum viuerem, accipere renui Diſciplinam, vix vllus dæmonum in inferno remanſit, qui non mihi ictum validum dedit ad purgatorium tranſeunti.* CAPITVLVM.

VVindeſemenſis Capitula. Buſch. Chron. Windeſe. lib. 2. c. 31.

Windeſemẽſis quoq; Capituli Regulares hoc mortificationis exercitio vſos, teſtis eſt Ioãnes Buſchius, cuius hęc verba: Generale habemus inſtitutum quod Priores non in publico, ſed tantùm in priuato accipiant Diſciplinam. Quod Patres noſtri primitiui Statutorũ editores, & eorũ ſucceſſores ſic ſemper ſeruauerũt, vt Capitulo Diſciplinæ B finito, ipſi à Subpriore, vel in eius abſentia, à Seniore in domo Capituli ſecũ ſolùm remanente, acciperent Diſciplinam. Prior autem noſter Wilhelmus Vornken hęc aliter interpretatus non à Subpriore, aut aliquo Seniore, ſed tantùm à ſeipſo in cella ſua ſeorſim Diſciplinam accepit. Tactus verò apoplexiâ, & linguæ priuatus officio, non tamen ratione ex toto, totis ſuis viribus conatus eſt emendare, quæ priùs ignoranter aut etiam ſcienter ſe ſenſit deliquiſſe.

Præmonſtratenſes. Statut. Præmonſt. diſt. 1. cap. 7. num. 27.

C In recentioribus Ordinis Præmonſtratenſis Statutis ita ſancitur: *Omni feria ſexta in feſtum triplex vel duplex non incidente, in paſſionis Chriſti memoriam, maioremque ſui mortificationem in Capitulo matutino, omnes profeſſi, abſentibus improfeſſis, à Priore vel aliquo Superiore Capitulo præſidente, ritu in Ordinario præfixo, Diſciplinam accipiãt corporalem, quam improfeſſi quoq; à Magiſtro ſuo, loco & tempore ad hoc ordinatis, accipient. Modus verò diſciplinæ, à conſuetudine pendeat Circariæ.*

Prædicatores. Lib. 3. vit. S. Dominic. cap. 11. & l. 4. c. 9. 11.

Ordinis Prædicatorum glorioſus Pa-D triarcha Dominicus, non ſat habuit, perpetuis vigilijs carnem maceraſſe ſuam, ſed etiam quamuis innocentem, & virgineam, multis verberibus & caſtigationibus attriuit. Singulis enim noctibus ter catenâ ferreâ ſe flagellauit; primò pro ſeipſo, tum propter peccatores in mundo degentes: tertiò pro animabus pœnas in purgatorio luentibus. Quid verò tanti parentis fecerint diſcipuli, vitæ auctor ita recenſet: Expleto Completorio, ſalutataque beatiſſima Dei matre per Antiphonam *Salue regina*, E fratres ſe ſubijciebant virgarum ictibus, quod *Diſciplinas* vocant, &c. Nec tamen his exercitijs contenti, in quoſlibet Monaſterij angulos ſe recipiebant, actuſque ſuos ſeuero examine diſcutientes, nodoſis loris corpora ſua dirè lacerabant. Ordinis huius morem non ſeruauit modò ſed & ſuperauit Margareta Hungariæ Regis filia, de quâ hęc vitæ auctor: Corpus ſuum multis ictibus flagellabat, nocte qualibet, poſt *Diſciplinam*, vt vocant, communiter acceptam, ſecedentibus ceteris, rurſus ipſa ſe cædebat.

Lib. 6. cap. 4 & 5. *Sur. 28. Ianu.*

Minores.

S. Franciſci fratres Minores, & præſertim qui ſtrictiorẽ ſectantur obſeruantiam,

CAPITVLVM. *Capucinos.*

frequenter admodum, & maximè ſextis ferijs flagellis & Diſciplinis in ſua deſæuiunt corpora. Conſtitutiones Patrum Capucinorum in prima generali Congregatione Aluacinæ Anno 1529. editæ, ita decernunt: Statuimus, vt conſueta flagellatio quotidie poſt Matutinam horam fiat, præterquam in hieme vbi frigidiora ſunt loca: tunc enim ad diei veſperum transferri poterit. Ita habet Zacharias Bouerius tom. 1. Annal. Capucinor. anno 1529. In margine verò adſcribit: Conſuetæ flagellationes ternæ in hebdomada.

Birgittinas.

Ad Sanctiſſimi Saluatoris Regulam S. Birgittæ traditam profeſſæ ſorores, iubentur ſingulis ſextis ferijs (niſi feſtus fuerit dies, vel Octaua alicuius Sancti) & in quadrageſima etiam quartis accipere Diſciplinam. Quod idem quoque fratribus iniungitur, vt habetur in additionibus, ſiue Conſtitutionibus Petri de Aluaſtro, cap. 33.

Carmel. Diſcalceatos. Thom. à Ieſu dub. vlt in Reg. Carmelit. & Conſt. Diſcal p. 1. cap. 8.

Carmelitæ Diſcalceati ita ſtatuunt: Omnibus anni diebus alternatiuè (exceptâ die Dominicâ) omnes in communi Diſciplinam accipiunt, quæ durat quamdiu cum C cantu dicitur Pſalmus, *Miſerere mei*, cum Antiphona *Chriſtus factus eſt pro nobis*, &c. & tribus orationibus.

Clericos Minores.

Clerici Minores; ſingulis ſextis per annum ferijs in vnaquaque domo communis flagellatio (quam *Diſciplinam* vocant) intra eccleſiam celebretur. Ita ipſorum Conſtitutiones à Paulo V. approbatæ. Ordinibus hiſce Religioſis ſubijciamus Patres Oratorij, quorum viuendi modus ad religioſam formam quàm maximè accedit, qui & hoc afflictationis genere à S. Philippo Nerio D parente ſuo edocti ſunt carnem ſpiritui ſubiugare, de quo Gallonius in vita hæc habet: Secundâ, quartâ, & ſextâ feriâ, lucerna in laterna abſcondita, quæ papiraceam in anteriore facie Saluatoris noſtri in crucem acti effigiem habebat; quæque ſola à fratribus cernebatur, ſinguli, qui eo (ad oratorium) conuenerant, funiculis tanto temporis ſpatio ſeſe percutiebant, donec recitato prius Dominicæ Paſſionis compendio (cui id eſt initium; *Recordemini fratres chariſſimi*) totus Pſalmus 50. & 129. atque Antiphona E *Salue Regina*, vel alia, quæ tempori congrueret, mœſtâ ac lugubri voce caneretur. Quæ conſuetudo Chriſtianæ pietatis plena, hodie apud Patres noſtros magno cum animorum fructu perſeuerat.

Patres Oratorij. *Pio ritu.*

De ſæcularium flagellatione. Sur. tom. 4. cap. 7. vit. S. Vincent.

Coronidis loco ſubijciendum aliquid de ſæcularibus pœnitentiæ cauſsâ hoc exercitiū obeuntibus, Ducebat S. Vincētius Ferrerius magnam flagellantium ſe cateruam, atque vt vitæ auctor habet, Eos, qui eū pro agenda pœnitentia ſequebantur, ſingulis diebus poſt ſolis occaſum per vrbes, & quæcumque alia loca, ad quæ declinabant, A quaſdam proceſſiones facere volebat, eiſq; quoſdam hymnos, quos eo modo procedentes cantarent, ipſe compoſuit; ac iubebat, vt quiſque corū nudatis humeris ſeipſum flagellis cæderet, & altâ voce diceret: *Hoc ſit in memoriam Paſſionis Ieſu Chriſti, & in remiſſionem peccatorum meorum.* Inter quæ flagella, tanta cordium deuotio, tantus erat omnium luctus, tanta contritio, tanta religio, vt ipſi quoque incolæ locorum, vbi hęc agebantur, non ſolùm in lacrymas ſoluerentur, ſed etiam complures ex eis, flexi B talibus exemplis, virum Dei, ſanctamque ſocietatem eius per multa terrarum ſpatia religioſè ſequerentur. Ex quo factum eſt, vt aliquando ſupra numerum decem millium hominum peruenerit religioſa illa ſocietas.

quam inſtituit S. Vincentius.

Sodalitates Diſciplinantium in Italiâ.

Fuit & Senis olim ſpectatæ religionis Sodalitas benè moratorum, quam vulgo vocant *Confraternitatem Diſciplinatorum B. Mariæ Virginis*, in qua corporis flagellationes, aliaque tum iucunda, tum aſpera exercitia, noctu diuque frequentabantur, cui & S. Bernardinus in iuuentute ſua cùm adhuc laicus eſſet, adſcriptus eſt, vt in eius vita refertur. Quin hodieque in Italia in vſu ſunt Sodalitates Diſciplinantium, quarum regulæ in ſecundo Cōcilio prouinciali iuſſu S. Caroli Borromæi, reformatæ ſūt, quas ad finē Apologetici ſui pro Diſciplinis exhibet Iacobus Gretſerus, in ijſque capite 8. ita præſcribitur: Diſciplinis vtentur ex funiculis, æqualibus omnes, & huic pio exercitio vacabunt omnibus diebus Dominicis in Aduentu, & à Septuageſima vſque ad Dominicam Palmarum incluſiuè, tribuſq; Dominicis proceſſionum generalium, & feriâ quintâ in Cœna Domini.

Cum certis regulis. Reg. Sodal. diſcip. c. 8.

Prætereo eas corporis afflictationes & Diſciplinas, quas particulares & illuſtres Sancti, & in his etiam fragilioris ſexus ſibimet inflixerunt, iam enim ſatis ſuperque probatum eſt, haud poſſe meritò hoc pœnitentiæ genus à quopiam improbari.

DISQVISITIO VI.

Quibus communiter Ritibus corporalis Diſciplina peragatur?

1. Diſciplina vox pro virga. Gretſer. lib. 1. de diſcip. cap. 1. Prou. 13.

VT aliquid etiam dicamus de ijs, quæ circa hoc exercitium adhibentur, cærimonijs; *Primò* conſiderandum ipſum inſtrumentum, quo corpus affligitur, quod *Diſciplinam* non tantùm nominauit Petrus Damiani, ſed ab ipſo ſacræ Scripturæ interprete ita nominari probat Gretſerus, Prouerb. 22. vbi dicitur: *Stultitia colligata eſt in collo pueri, & virga diſciplina fugabit eam* Item *Noli à puero ſubtrahere diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virgâ, non morietur:* tu *virgâ percuties*

Digitized by Google

ties eum, & animam eius de inferno liberabis.

II. *Materia diſciplinarum.* Buſæus de Stat. pœnit. cap. 7.

Secundò. Videndum ex qua materia *Diſciplinæ* conficiantur. Buſæus annotauit plerumque ex pluribus funiculis nodoſis contexi, vel Betula, vel catenula ferrea. Nam omnium horum vſus fuit apud Sanctos. Dominicus Loricatus primùm virgarum ſcopas, deindè verò corrigiarum ſcuticas, ſiue lora aſſumpſit. S. Dominicus Prædicatorum Auctor catenâ ferreâ, diſcipuli eius nodoſis loris vtebantur. S. Franciſcus chordâ quâ erat præcinctus. Margareta Hungarica vel virgis, vel virgultis ſpinoſis, vel cum virgulis circũpoſitis pellibus aculeatis ericij iubebat ſe ab alijs verberari vſque ad ſanguinis effuſionem. S. Tereſia etiam vrticas adhibuit. Antiquum Rituale Affligenienſe pro priuatis Diſciplinis auellanas virgulas graciles præſcribit paucas ſcilicet: aliàs in ramorum denſitatẽ colligatas. Manuale quoddam Religioſorum Gallicè Pariſijs impreſſum, Sanctimonialium Diſciplinas fieri iubet ex pergameno, aut filamentis; verùm vt Buſæus annotauit, receptiſſimum nũc eſt in Religioſis Congregationibus & publicis proceſſionibus, vt ex funiculis fiant. Cuius, inquit, typũ geſſiſſe videtur, flagellum à Chriſto confectũ, nam S. Ioannes in Euangelio ita ſcribit: *Cùm Ieſus feciſſet flagellum quaſi de funiculis, omnes* (ementes & vendentes) *eiecit è templo, oues quoq; & boues, & numulariorũ effudit æs.* Quod enim ille fecit de templo corporali Hieroſolymitano, hoc nos de corpore noſtro, quod teſte Apoſtolo, templum eſt Spiritus S. facere debemus, vt hoc flagro ſacro omnes belluinas cupiditates ab eo depellamus, & conſequenter omnia peccata, quæ ex ijs originem trahunt. Vnde Petrus Bleſenſis non dubitauit ita ſcribere: *Duo ſunt, quæ hominem mirabiliter à peccato conſeruant; ſcilicet frequens confeſsio, & frequentior Diſciplina.*

Ex loris, ſcuticis, catenis. Bonauent. in vit. c. 5.

Ribera cap. 4. vit c. 18. *Virgulis auellanis,*

Ordinariè ex funiculis,

Ioan. 2. *Cum myſterio.*

1. Cor. 6.

Bleſ. opuſc. Compend. in Iob.

III. *Quidam ab alijs cæduntur, alij ſeipſos flagellant.*

Tertiò, à quo infligẽda Diſciplina, ab alio, an à ſemetipſo? Vterque modus noſtris & priſcis temporibus vſitatus fuit. Citatum Affligenienſe Rituale ab alio iubet infligi, vt & Burſfeldenſes, Præmonſtratenſes, & Birgittanæ. S. Dominicus vterque, S. Vincẽtius, Margareta Hungarica, Hedwigis, & primi Prædicatores vtrumq; modum vſurpabant. In ſeipſos animaduertunt hodie plures Religioſorum Ordines, quem modum ab obtrectatorum calumnijs vindicat Petrus Damiani his rationibus. Prima, quòd hoc modo vltroneâ mortificatione ad exemplum Chriſti crucem feramus, nec Deum in afflictione noſtra deſpicere quod in ſemetipſo dignatus eſt pro noſtra ſalute perferre. Secunda, quòd hoc pacto puniendo commiſſa, fuimet ſe quiſque exhibeat tortorem & ad euadendum iudicium ſibi ſe conſtituat iudicem, dicente Apoſtolo: *Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Tertia, ſicut licet ſpontè ieiunare, ita quoque non alienis dumtaxat, ſed proprijs manibus affligere carnem. Sic Achab, reprobi regis cilicium diuina pietas non contempſit. Quarta, optimè pœnitet, qui dum carnem verberibus mactat, lucrum, quod delectatione carnis amiſerat, afflictionibus recompenſat, & ſalubrem illi nunc amaritudinem ingerit, cuius olim noxia delectatione peccauit. Quinta, *Cùm ſponte me proprijs manibus ante conſpectum Dei verbero, deuotionis ingenuæ deſiderium, ſi carnifex accurreret, promptus oſtendo. Quia ſi pro amore Chriſti, tam dulcis eſt mihi pœna, cùm deeſt; quo ſuſciperetur animo, ſi perſecutor offerret? Vellem pro Chriſto ſubire martyrium, non habeo facultatem; ipſe me verberibus atterens, oſtendo ſaltem feruentis animi voluntatem.* Sexta, *Quia tympanum eſt pellis arida, ille (iuxta Prophetam) in tympano Dominum veraciter laudat, qui confectum ieiunio corpus, per Diſciplinam verberat.* Sed accedat Septimum, exemplum S. Pauli dicentis. *Caſtigo corpus meum;* ὑπωπιάζω *ſugillo, cædo, verbero;* Ego, non alius S. Hilarion & S. Hieronymus pectus pugnis cædebant. Pœnitentes apud Climacum, iugiter pectora ſua tundebant, de quibus ait: *Pectora tunſionum ictibus delebant; liuidaque ſanguinem ex crebris illiſionibus emittebant.*

Poſterior modus defenditur. Petr. Dam. l. 5 epiſt. 8. *Primò.* *Secundò.* CAPITVLVM. 1. Cor. 11. *Tertiò.* 3. Reg. 21. *Quartò.* *Quintò.* Idem lib. 6. epiſt. 27. *Sextò.* Pſal. 150. *Septimò.* 1. Cor. 9. Climac. grad. 5.

Quærat aliquis, vter modus magis probandus. Buſchius ex Windeſemenſium ſententia præferre videtur, vt ab alio quis cædatur. Ait enim Wilhelmum Priorem, qui non ab alio, ſed à ſeipſo Diſciplinam accipere conſueuerat, hoc poſteà conatũ emendare, cùm ſemper in Capitulo ab alijs ſibi vellet infligi. Quod plures, inquit, ſic acceperunt, quaſi tunc inde notabilem haberet conſcientiam, quod ante non ab alio, ſed magis à ſeipſo Diſciplinam accepiſſet. Tam multas enim Diſciplinas ſic importunè nõ petijſſet, ſi magna conſcientiæ neceſſitas ad hoc ipſum non impuliſſet. Religioſorum quippe Diſciplina nõ tam propter pœnam, quæ ſatis eſt permodica, quàm propter humilitatem, & coram hominibus erubeſcentiam à Patribus eſt inſtituta. Qui autem accipit eam a ſeipſo, caret erubeſcentiâ, & ſæpè in parcitate, quandoque in nimietate menſuram poteſt excedere, in propria conſcientia vtrobiq; grauatus. Nihil ergo meliùs quàm Patrum inſtituta in debita forma ſeruare, ſi conſcientiæ ſcrupuloſitatem in futurum quis velit euadere. Sic ille: & rectè, quando ipſis Conſtitutionibus hìc modus præſcribitur.

Vter modus magis probandus. Buſch lib. 2. Chron. Windeſ. cap 51. *Rationes pro primo.*

Sed nec alter ſua laude caret. Guilielmus enim Pariſienſis diſputans in ſua Rhetorica diuina de pœnis, quas à ſe peccator ob iniuriam Deo illatam repoſcit; multis probat Deo lõgè acceptiores eſſe pœnas, quas homo ipſe

Laudatur modus ſeipſum verberandi.

CAPITVLVM. Cap 9.

mo ipſe ſibi infligit, quàm quas infligunt A dæmones in inferno. Sic enim ſcribit alloquens diuinam iuſtitiam: *Magis placet tibi pænitentialis vindicta, quam de meipſo facere cupio, quàm illa, quæ per tortores dæmones, vel per quæcumque tormenta inferri poſſet. Amplius nonne maioris eſt gloriæ Creatori, vt ipſe faciat ſibi miniſtros deuotiſſimos, quos habuit hoſtes & aduerſarios? totum autem ei hoc per pænitentiam efficitur; qui enim per peccata & vitia inimici Dei ſunt, cõuerſi per pænitentiam eiuſdem deuotiſſimi ſerui efficiuntur: & quod eſt mirabilius, ſui ipſorum hoſtes & aduerſarij propter ipſum fiũt, ſimul* B *etiam vindices & tortores, dummodò in ſemetipſis quidquid cõtra Creatorem egerunt, diſtrictè vindicant, & ſeuerè puniunt.* Hoc profectò, quod Doctor iſte Deo tam gratum ſcribit; præclarè præſtant illi, qui *Diſciplinas* faciunt, hoc eſt, qui ſeipſos verberant.

IV. *Nudo dorſo capitur Diſciplina.*

Quartò, Cõſiderandum quâ corporis parte excipienda Diſciplina. Communiſſimum eſt vt nudo illidatur dorſo. S. Lanfrancus tamen hanc adfert diſtinctionẽ: *Suſcepturus iudicium, aut ſola groſſiori virgâ ſuper Stamineã verberetur, & proſtratus iaceat; aut pluribus gracilioribus virgis, & nudus ſedeat, vtrumque ad arbitrium eius, qui præeſt ordini.* Similiter in antiquo Rituali Affligemẽſi preſcribitur, vt in quotidianis Diſciplinis ſtamineâ indutus ſuper reliqua veſtimenta ſuo toto corpore proſtratus iaceat Diſciplinandus, hoc ideò decretum exiſtimauerim, quod in Aquiſgranenſi Synodo pro Monachis ſancitum legatur: *Vt nudi pro qualibet culpa coram fratrum obtutibus non flagellentur.* In eodem tamen Rituali priuatæ diſciplinæ, & quæ pro maioribus infliguntur delictis, nudo iubentur infligi tergo. Qui mos & apud Cluniacenſes tempore Petri Venerabilis obtinuit, qui ita decreuit: *Statutũ eſt, ne Stamineæ, quæ ex more antiquo, propter grauiora qualibet fratribus acrius flagellandis ſcindi ſolebãt, & vſq; ad cingulum violenter detrahi vlterius ſcinderentur, ſed Staminea integra manente, verberibus ſubijciendus frater ea ex toto exueretur. Cauſſa inſtituti huius fuit, vt & frequens damnum ſciſſarum Staminearum vitaretur, & plenius nudatus frater expeditius verberaretur.* Nudi etiam coram fratribus vapulabant S. Petri Damiani diſcipuli, & eius temporis Caſſinenſes, qui cùm ob nuditatis verecundiam de priſtino feruore nonnihil remiſiſſent, lõgâ oratione eos Petrus Damiani hortatur, ne hiſce antiqui ſerpentis attẽdant ſibilis, & nuditatem Chriſti pro nobis flagellati & crucifixi erubeſcant, aliaque plura pro hac re adfert argumenta.

Stat. Lanfr. cap. 19. *Super ſtamineam.*

Concil Aquiſgran. num. 14.

Prior modus celebrior.

Stat. Petr. Venerab. num. 63.

Petr. Dam. l. 6. epiſt. 1.

Occurritur indecentiæ quæ ex nuditate concipitur.

Sed quia fatendum omninò eſt indecentiam quandam eſſe in nudi corporis aſpectu, quem & in ſemetipſis viri ſancti horruerunt, hinc religioſâ horum temporum obſeruantiâ in pleriſque monaſterijs receptum eſt, vt in loco omninò obſcuro vbi nihil videri queat, communis Diſciplina exerceatur. Aliud aduerſus nuditatẽ in flagellando remedium ſuggerit Iulius Nigronus, dicitque verberationem illam religioſè ac modeſtè fieri poſſe, vel pertuſo ſub humeris ſacco induendo, vel auerſâ tunicâ, vt nõ niſi curioſè intuentibus tergi nuditas appareat. Hãc moderationẽ, inquit, ſi Caſſinenſes, qui ſe publicè ſextâ quaque feriâ verberandi cõſuetudinem intermiſerant, quòd nudari veſtibus erubeſcerent, adhibere nouiſſent: non tantopere B. Petrus Damiani cupidus ſalutaris conſuetudinis reuocandæ in monaſterium, calamo laboraſſet, in minuenda per epiſtolam erubeſcentia è nuditate corporis, quam in ea afflictatione prætendebant. Hæc ille. Ad euitandam nuditatis confuſionem, qui in publicis proceſſionibus diuerberatinnes obeunt, ſacco in dorſo tantùm aperto teguntur, quo & hoc conſequuntur, ne à comitibus aut ſequacibus facilè agnoſci queant.

Nigron. comment. ad reg. 12. Societ. nu. 12.

Praxis hæc priſcis non ita cognita.

V. *Preces dicta inter flagellandum.*

Quintò, inter flagellandum pium aliquid C ſolet recitari; cũ pſalmorum decantatione, imò & integri pſalterij, Dominicus Loricatus ſuas peragebat Diſciplinas, & pſalmos ſemper adhibebant qui Petri Damiani ſequebantur inſtituta. Vulgatiſſimum porrò eſt apud pleroſque Religioſos, vt pſalmus, *Miſerere mei Deus*, cum aliquot orationibus lugubri voce recitetur, vt videre eſt ad calcem Breuiarij noſtri Monaſtici. Atque hoc eſt in arcano ſenſu, non tantùm laudare Dominum in tympano & choro, vt Petrus dicebat Damiani, verùm etiam in pſalterio & D cithara. Quid enim? An non laudat Dominum in cithara, qui plectro Diſciplinæ carnem ſuam affligit? Cithara enim quia ab inferiori parte reſonat, humanũ deſignat corpus, quod dum per mortificationem atteritur, ſpiritualẽ in Dei auribus efficit harmnniam. Paſſio Chriſti, ait Anſbertus, lignũ eſt citharæ, chordæ verò extẽſæ Sanctorũ ſunt corpora terrenis concupiſcentijs emortua. De quibus Paulus dicit: *Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.* Et Gregorius: *Dum ad vitam aliam* E *per afflictionem carnis tenditur, quaſi extenuata chorda in citharam per intuentium admirationem ſonat. Siccatur enim chorda, vt congruum in cithara cantum reddat, quia & Sancti viri caſtigant corpus ſuum, & ſeruituti ſubijciunt, atque ab infimis ad ſuperiora tendunt.* Quid igitur Diſciplinantes, niſi Citharœdi citharizantes in citharis ſuis? hæc voluntariæ mortificationis cithara, inſtar illius Dauidicæ malignum compeſcit ſpiritum, nam vt S Franciſcus experientiâ dicebat ſe comperiſſe, dæmones horrent, & fugiunt auſteritatem vitæ, & rigorem pœnitentiæ: appropinquant verò ijs, qui carnem delicatè habent,

Quid, laudare Dominum in tympano.

Anſbert. in cap. 14. Apocal.

Gregor. 2. Moral. cap. 31.

Chron Ordin. S. Frãc. part. 1. lib. 1. cap. 22.

Digitized by Google

bent, eoſque validè tentant & impugnant.

DISQVISITIO V.

Quo fructu Diſciplinæ ſuſcipiantur?

Diſciplinæ fructus.

VT ſpiritualc hoc duellum, carni vtcumque moleſtum, maiore ſpiritu & alacritate ſuſcipiatur, in medium proferendi ſunt, quos ex ſe gignit fructus, & vtilitates.

I. *Carnem ſpiritui ſubijcit. 1 Cor. 9.*

Primus fructus eſt, quem Apoſtolus, his indicat verbis: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* B Hæc enim corporis afflictio carnem ſubigit, ſubijcitque ſpititui, nimirũ affligenda eſt Agar, ne iu Saram dominam ſuam rebellis inſiliat. *In vigilijs*, inquit, Petrus Bleſenſis, *ieiunijs, Diſciplinis, mortificatio carnis aſſumpta in omnibus membris cum lacrymarum profuſione ſe offerat, vt halacauſtum cordis deuotiſſimorum affectuum ſuauitate pingueſcens coram ſummo Sacerdote de ara ſpiritus interiaris odarem ſuauitatis effundat. Expedit eis, qui conuertuntur ad cor, beſtiales ſenſuum motus diſtrictiore cenſurâ cohibeant, quatenus tota ſenſualitas ad arbitrium ſpiritus in Chriſti obſequium captiuetur. In initijs igitur, abſtinentia* (& Diſciplinæ) *nodis alligandaeſt cara, vt ita ſine difficultate ipſam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigas.* C Hæc ille. Ante quem S. Baſilius: *Eſt*, inquit, *corpus caſtigandum, ac fera cuiuſdam inſtar cohibendum, & ab ipſo aduerſus animam tumultus orientes, ratione veluti flagello compeſcendi; ne frænum voluptati omnino laxando, mens velut auriga ab equis contumacibus, & minimè obtemperantibus feratur ac rapiatur.*

Bleſenſ. lib. de confeſſ. Sacram.

Baſil. hom. de legend. Gentil lib.

II. *Retrahit à malo.* Prou 23. 13.

Secundus ab eodem Apoſtolo indicatus D fructus eſt, ne reprobus efficeretur. Huc ſpectant & illa Salomonis verba: *Tu virgâ percuties eum* (puerum;) *& animam eius de inferno liberabis.* Exemplum habemus apud Theodoretum, qui cùm Thalelæum Eremitam interrogaſſet, cur tam durum vitæ genus ſectaretur, reſpondit ille: *Ega multis peccatis obnaxius, & credens ſupplicijs, quorum minæ ſunt intentata, hoc vita genus excogitaui, hoc agens, vt caſtigetur corpus pœnis mediocribus, vt eripiar à magnitudine earum qua exſpectantur.* E *Sunt enim illa grauiores non ſolùm quantitate, ſed etiam ipſa qualitate: Sunt enim inuoluntariæ. Quod autem ab inuito fit, id eſt valdè moleſtum. Quod autem eſt voluntarium, etiamſi ſit laborioſum, minorem adfert dolorem: ſponte enim ſuſcipitur.* Dicitur autem *Diſciplina* liberare ab inferno, nõ immediatè, hoc eſt, ſine contritione & cõfeſſione, ſed quia reuocat hominem à grauioribus ſceleribus, quæ ſunt cauſſa interni. Neque enim ille tantùm quẽpiam à peſte liberat, qui iam peſte correptũ ſanat, ſed etiam qui ſtudio ſuo cauet, ne peſte corripiatur.

Theodor. in hiſt. relig. cap. 28.

Mortificatio carnis fuga eſt pœna infernalis.

III. *Eſt opus ſatisfactoriũ.*

Tertius fructus eſt, quod cùm Diſciplina A opus ſit in primis pœnale, vim habeat ſatisfaciendi, non ſecus ac ieiunium, geſtatio Cilicij, aliaque pœnitentiæ opera, de quo vide Gretſerum. Accedit & illud quod & hæc ſatisfactio prodeſſe poſſit, non ſecùs ac cetera bona iuſtorum opera ſatisfactoria, animabus in Purgatorio, ſi eis applicentur.

CAPITVLVM. Gretſ lib. 3. de Diſcipl. cap 8.

IV. *Meretur vitam æternam.*

Quartus fructus eſt, vt ait Buſæus, quod eiuſdem beneficio homo, ſi ſit in gratia Dei, promereatur vitam æternam. *Id enim*, inquit Apoſtolus, *quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Et ad Timotheum: *Bonum*, ait, *certamen certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* At Paulus tunc maximè certauit, cum caſtigauit corpus ſuum: ait enim: *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum.* In eadem mente eſt & Petrus Damiani: *Quodcumque*, ait, *illud eſt, per quod caro pœnitentiæ cauſſa laceratur, atque percellitur: per hoc, homo procul dubio ad æternam requiem perducetur.* Idem in carmine de laudibus Claræuallis aſſerit Richardus de Grandiſilua, dum ita verſificatur:

Buſæ. lib. de Statib. hom. tit. Pœnitent. cap. 6.

2 Cor. 4. 17.

2. Tim. 4. 7.

1. Cor. 9. 26.

Petr. Dam. l. 6 epiſt. 1.

Hac in Valle ſacra, caro marcida, pallida, macra,
Impinguat mentem cæleſtia regna petentem.
Cæleſti vitâ fruitur caro verbere trita.

Ex arduitate porrò operis meritũ hoc creſcit, vt exponit Iſaacus Presbyter: *Parua afflictio*, inquit, *propter Deum ſuſcepta aut tolerata, præſtat operi magno ſine afflictione facto. Quia voluntaria afflictio ſpecimen fidei & charitatis edit. Propterea ſanctorum in Chriſtum charitas per afflictiones probata fuit. Itaque opus ſine labore factum, ſæcularium eſt iuſtitia, qui ex bonis exterioribus eleemoſynam largiuntur, & non ex ſeipſis lucrum faciunt.* Sic ille.

Meritum creſcit ex difficultate. Iſaac ſchol. ad grad. 4. Climac. num. 32.

V. *Flagellans ſe, Chriſti paſſionem imitatur.*

Quintus fructus eſt, quòd hac flagellatione Chriſti paſſionibus vtcumque communicemus, & in nobis ſtudeamus idem ſentire quod & in Chriſto Ieſu, qui paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum. Pia eſt hæc flagellationis Chriſti commemoratio, & gratiarum actio. *Deuotia ſancta fidelium*, inquit Petrus Damiani, *cùm ſe pro peccatorum ſuorum memariâ, verberibus afficit, communicare ſe ſui Redemptoris paſſionibus credit, nam & ipſe Saluator noſter, Euangeliſta teſte, flagellis cæſus eſt.* Idemque alio loco docet hoc ſpirituale ſacrificium permiſceri vnico illi ſacrificio Crucis. *Huic ſpectaculo aſſiſtunt Angeli, qui gaudent de peccatore conuerſo, & hac Deo gaudentes annunciant: cùm iam inuiſibilis Iudex idipſum per ſe delectabiliter cernat. Hac eſt hoſtia, quæ viua mactatur, ad Deum per Angelos oblata defertur: & ſic humani corporis victima illi vnico ſacrificio, quod in ara Crucis oblatum eſt, in-*

Petr. Dam. lib. 6. epiſt. 30.

Idem lib. 6. epiſt. 1.

CAPITVLVM.

eſt, inuiſibiliter permiſcetur: & ſic in vna theſau- A *ro ſacrificium omne reconditur, videlicet, & quod vnumquodque membrum & quod caput omnium obtulit electorum.*

VI. *Iuuat & promouet orationem.*

Sextum Diſciplinę fructum exponit Guilielmus Pariſienſis agēs de illis, quæ ad preces piè ardenterque concipiendas conducunt. *Eſt* inquit, *aliud adiutoriū orationi grande atque fortiſſimum, ipſa afflictio ſeu tribulatio propter quam clamatur ad Deum. Propter quod ab ipſo Spiritu S. edocti Patres affligebant ſe cùm orationibus ſuis impetrare vellent magnum quid à Domino, quod adhuc ſeruat omnis Eccleſia ſan-* B *ctorum, affligens ſe ieiunijs, cilicijs, laboribus & flagellorum etiam Diſciplinis.*

Liceret his adiungere, flagelli Diſciplinâ vehementiores aliquando excuſſas tentationes, ſic enim & S. P. N. BENEDICTVS vagum Monachum virgâ emendauit, vt refert S. Gregorius, vbi & nos ſimilia nonnulla annotauimus. Illuſtre quoque in hoc genere eſt, quod in vitâ S. Virgilij, quam exhibet Meſſinghamus, narratur de Monacho quodam diutino languore ſcapulæ laborante adeò quidem, vt viribus corporis deſtitueretur. Sed cum *iuxta Monachicæ Regulæ rigorem* dies adeſſet, *in quo flagella carnis Monachi de more ſuſcipiunt*, cùm ceteris etiam morbidus ille coram Domino Abbate proſternitur caſtigandus, partem quoque dorſi videlicet ſaniorem plagis exponens, cùm benè exaratam ſenſiſſet, alteram quoque, cui pepercerat, in honore S. Virgilij, flagellari ſuppliciter poſtulauit, poſt cuius petitionis effectum, plenariæ ſalutis adeptus eſt præſidium. Exemplum hoc & certum morem & diem, & fructum prorſus mirabilem declarat.

Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 4.

In Florileg. SS Hibern.

Monachus infirmus Diſciplinâ ſanatur.

Verùm quia illæ Diſciplinæ ab alijs inflictæ fuerunt, lubet hîc de ſpontaneis, ſiue ex præſcripto Ordinis propriâ manu inflictis vnum alterumq; attexere exemplum, quo declaretur quàm Deo grata hæc mortificationis & pœnitentiæ ratio.

Refert ſiquidem Bouerius, quo tempore frater Euſebius à Tarēto, egregius Concionator Hydrunti cum ſocio nocturnæ flagellationi vacabat, accenſas tædas velut igneos globulos è domicilio ſurſum ferri conſpectas: quæ res cùm omnes in admirationem raperet; nobilis quædam mulier curioſiùs ab Euſebio inquirere cœpit, quid eâ noctis horâ, ſuo in cubiculo cum ſocio A operis præſtet. Cui Euſebius ſimpliciſſimè: *Ea*, inquit, *cōmunis eſt noſtræ flagellationis hora, cui vno, ex conſenſu vacamus*, Intellexit tunc pia mulier, pœnalem illam Dominicæ Paſſionis memoriam, velut ardentem flammā ad Deum euolare. Alter quoque eiuſdem Hydruntinæ Prouinciæ Cōcionator, Grauinæ prædicans, communemq; cum plerisque ſæcularibus viris, in eccleſia flagellationem exercens; dum eum Pſalmi quinquageſimi verſum feruentiùs decantat: *Cor mundum crea in me Deus*, &c. ex ſanctiſſimæ B Euchariſtiæ tabernaculo, flamma erumpere, atque in eum rapidiſſimè ferri conſpicitur, quæ cæleſte illi donum collatum declararet. Idem refert mulierem quandam à nefario ſpiritu infeſſam: cōmuni fratrum flagellatione, quæ pro eius incolumitate Domino offerebatur, à cacodæmone liberatam.

Bouer. in Annal. Capucin. ann. Chriſti 1570 nu. 8.

Deus ſignis oſtēdit gratam ſibi eſſe flagellationem.

Ann. 1577. num. 31.

Sed pleraſque harum diuerberationum cauſſas fructuſque breuiter expoſuit Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in cenſura Confeſſionis Auguſtanæ. Reddens C cauſſas cur cōfitentibus ἐπιτίμια & ἱκανοποιίας, hoc eſt, ſatisfactiones iniungātur, eas adfert, quę examuſſim in noſtras Diſciplinas competunt. quandoquidē & ipſæ, ἐπιτίμια quædam & ἱκανοποιίας iure optimo cenſentur. Ait igitur hoc fieri, primùm, vt per ſponte & voluntariè ſuſceptas afflictiones, ab eis pœnis, quæ illis ipſis inuitis aliquando ſubeundæ eſſent, liberētur. Nulla enim res eſt, quæ Deum magis nobis placatum & propitium reddit, quam ſponte & liberè ſuſcepta *Diſciplina*, atque correctio. Vnde Gregorius dicit; *Lacrymarum, miſericordiam, & pietatem* D *mercedem eſſe.*

Alij eius fructus cōpendio relati.

Cenſ. c. 12.

Deinde, vt hæc ipſa voluntate ſuſcepta afflictio, fontem & radicem omnis mali, ardentem ſcilicet voluptatis cupiditatem ex carne noſtra euellat, ac planè exſtirpet. Contrarijs enim morbis, contraria remedia adhibenda eſſe nouimus. Tertiò, vt ipſa correctio, ſit velut frænum, & retinaculum quoddam, & quaſi animæ compes, ne iterū in eadem, vel deteriora prolabatur mala. Quartò, vt labori & duriori vitæ per hæc exercitia aſſueſcamus. Laborioſa enim res eſt virtus: & ideo ſtudio, & multo laboris exercitio opus eſt. Vltimò, quo nobis, & alijs omnibus perſuadeamus nos peccatum verè & ex animo odiſſe.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM

EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SÆCVLVM.

MONA-

MONASTICARVM DISQVISITIONVM LIBER NONVS: OFFICINA, SIVE DE LABORE, ET LECTIONE.

Certis temporibus occupari debent Fratres in LABORE MANVVM: certis iterum horis in LECTIONE diuina. *S.P. Benedict. Reg. cap.* 48.

ARGVMENTVM.

DIVRNI temporis ſpatia tripartito operi, cùm ad euitandum otium, tum ad Dei promerendam gratiam S. BENEDICTVS impendi voluit, operi ſcilicet Dei, ſiue Pſalmodiæ & orationi, operi manuum, & Lectioni. *Tria Monachorum exercitia.* Erat hæc quotidiana priſcorum Monachorum occupatio. Vnde Caſſianus *Caſſ. lib. 2. cap. 5.* de primis à S. Marco Euangeliſta Alexandriæ inſtitutis Monachis agens, *eo*, inquit, *feruore* (qui ſtupori erat vel ipſis Gentibus alienis à fide) *Scripturarum diuinarum Lectionibus, Orationiq; & Operi manuum diebus ac noctibus incubabant, vt nec eſcarum quidem appetitus, vel memoria niſi alio, tertióve die corporis interpellaret inediam.* Eaſdem exercitationes in Pachomij & Baſilij inuenire eſt Regulis. De Cœnobitis Hieronymus: *Dominicis*, inquit, *diebus orationi tantùm & Lectionibus vacant, quod quidem & omni tempore completis opuſculis, faciunt.* *Hieron. epiſt. 22.* Hinc & Iſidorus Hiſpalenſis ait: *Dei ſeruum ſine intermiſſione legere, orare, & operari oportet, ne fortè mentem otio deditam ſpiritus fornicationis ſubripiat.* *Iſid. 3 ſent. c. 10.*

Tria hæc Monachorum exercitia ex inſtituto noſtro illuſtranda ſumpſimus. *Vbinam explicentur.* Et opus quidem Dei, quod ceteris dignitate præ-

OPVS MANVVM. ſtat, *Oratorium* ingreſſi ſeptimo proſecuti ſumus Libro: ad *Laborem* in *Capitulo* inſtructi ſumus. Quid ſupereſt, niſi vt illum ſtrenuè aggrediamur; & *Lectioni* deinceps operam demus? *Huius Libri argumentum & idea* Proſequere igitur, mi Lector, exeuntes è Capitulo Monachos, & cum iis *Officinam* hanc ingredere, vt certis horis manibus operantes; certis iterùm horis diuinâ Lectione occupatos vel videas, vel quod voueo, etiam imiteris. Hac enim viciſſitudine tædium, quod ex vniformitate eiuſdem, & quidem quotidiani obrepere poſſet exercitij, S. P. cenſuit ſubleuandum. Tractatus proinde huius libri erunt quinque. *Primus* agit de Labore eiuſque obligatione. *Secundus*, De Laboris qualitate. *Tertius*, De præfectis Operum, eorumque diſtractione. *Quartus*, De Lectione. *Quintus* De Lectione Collationis. Ceterùm explicata hoc Libro reperiet Lector Regulæ noſtræ Capita XXXII. XLII. XLVI. XLVIII. LVII.

TRACTATVS I.

DE LABORE, EIVSQVE OBLIGATIONE.

OTIVM S. P. BENEDICTVS *à ſuo vt grege proſcribat, quotidianum manuum Laborem ſuâ lege præſcribit. Hinc illius damna, huius verò obligationem, cauſſas & exemplum hoc Tractatu oculis obiicimus, atque de his ſex ordine diſquirimus* Primò, *Quanta ex otio mala?* Secundò, *Num licitum Monachis manibus operari?* Tertiò, *An Monachi ad laborem manuum teneantur?* Quartò, *Poſſintne Benedictini à manuum labore excuſari?* Quintò, *Quibus de cauſſis opus manuum indictum?* Sextò, *Num Christus manibus laborauerit?*

DISQVISITIO I.

Quanta ex otio mala?

DE manuum labore quotidiano acturis B. P. N. BENEDICTVS, hanc gnomen toti tractatu præmittit:

Otioſitas inimica eſt animæ.

Cap. 3. Quam eodem modô extulit Theodulphus Aurelianenſis in Capitulari. Rabanus, lib. 3. de agone Chriſtiano. Petrus Bleſenſis, Cap. de Acediâ. ſerm. 4. Alludit & Anſelmus, dicens: *Otioſitatem ſicut rem inimicam animarum veſtrarum à vobis excludite.* Anſelm. epiſt. 6. Cuius quidem ea cauſſa eſt, quam Spiritus ſanctus in Eccleſiaſtico *Otioſitas animæ inimica.* tradidit his verbis: Ecch. 33. 29. *Multam enim malitiam* A *docuit otioſitas.* Malitia autem velut hoſtis militat aduerſus animam: *Anima enim quæ* Ezech. 18. *peccauerit, ipſa morietur.* Quam inimica igitur animæ eſt otioſitas, quæ eſt vitiorum omnium magiſtra & origo, nutrix peccati, atque vt Bernardus ait: *Mater nugarum, nouerca virtutum, ſentina omnium tentationum,* Bernard. lib. 1. de Conſider. cap. 13. *& cogitationum malarum & inutilium.* Quare optimè Trithemius noſter ait: omni Trithem. hom. 16 ad Monach. hora atque momento contra hanc beſtiam vigilandum eſſe: *quoniam admiſſa in cor nunquam ſola ingreditur, ſed eam tota congeries &* *Eius damna.* *ſcaturigo omnium vitiorum comitatur.* Sed expe-

expediet damna aliquot otij recenſere, vt illud magis horreamus & euitemus.

I. *Eſt malorum tentationum fons.* Bernard. lib. de vit. Solitar. Hieron. ep. 4. ad Ruſt. Chryſoſt. hom. 4. adu.

Primum autem ſit, quòd otium ſentina omnium tentationum à Bernardo dicatur. Hinc optimè Hieronymus: *Semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Nam *ſi viderit*, inquit Chryſoſtomus, *deſidioſum & oſcitantem, otio & pigritiâ marceſcentem, compendio te, vtpote diuerſorium deſertum ingredietur.* Ægyptij Monachi longâ experientiâ docti celebrem hanc ſententiam aduerſus otioſos Monachos protulerunt: *Hac eſt apud Ægyptum ab antiquis Patribus ſancita ſententia, operantem Monachum dæmone vno pulſari, otioſum verò innumeris ſpiritibus deuaſtari.* Operans vno dæmone tentatur, ſpiritu nimirum acediæ, qui operantem à labore ſuo, niſi reſiſtat, nititur auertere. Otioſus verò innumeris tentatur, nam dum ſenſus & phantaſia nulli rei alligantur, facilè occurrunt ea quæ hominis animum ad voluptatem, appetitum diuitiarum, vanitatem, ſuperbiam, iram, vindictam, aliaque peccata ſollicitant. Atque hinc ſequitur

Caſſian. lib. 10. cap. 23.

II. *Producit pernicioſas cogitationes.* Hieron. in c. 16 Ezech. Caſſ. lib. 10. cap. 6.

Secundum malum, agmen ſcilicet inutilium, ac pernicioſarum cogitationum. Vnde Hieronymus: *Semper aliquid agendum, ne ager pectoris noſtri, ceſſante manu malorum cogitationum ſentibus occupetur.* Et Caſſianus: *Mens otioſi nihil aliud cogitare nouit, quàm de eſcis ac ventre, donec inuenta quandaque ſodalitate cuiuſquam viri vel feminæ tempore æquali torpentis, rebus eorum ac neceſſitatibus inuoluatur, & ita paulatim reddatur noxijs occupationibus irretitus, vt tanquam ſerpentinis ſpinis obſtrictus, nunquam deinceps ad perfectionem profeſſionis antiquæ ſe valeat enodare.* Aptâ ſimilitudine rem hanc poſt S. Anſelmum Pariſienſis Cancellarius expoſuit: Non eſt, inquit, aliqua cogitatio tam turpis, tam abominabilis, mala & execranda, quam non inueniat deteſtanda otioſitas. Nam cor vacantis otio eſt adinſtar molendini, quod cùm non habeat ad molendum bonum frumentum, quia in continuo motu eſt, molit & conſumit ſeipſum, & iam vſque ad totalem ſui conſummationē, aut deſtructionem, niſi prohibeatur alicuius diligentiâ: Et æquè citò molit aduolantes fœdas muſcas, ſicut granorum electorum adipes. Non incognitū id Philoſophis. Crates cùm vidiſſet adoleſcentem ſecretò ambulantem, interrogauit, *Quid illic ſolus faceret? Mecum*, inquit, *loquar.* Cui Crates: *Caue*, inquit, *roga*, & *diligenter attende, ne cum homine malo loquaris.*

Declaratur à ſimili. Anſel. lib. Simil. c. 41. Gerſ. part. 3. tract. de Exercit. diſcretis, &c. §. dicamus.

III. *Otium ad luxuriam inducit.*

Tertium malum, Caſtitatis periculum, & lapſus in turpitudinem. *Non aliunde*, inquit Chryſoſtomus, *naſcitur hic malus morbus, vt à conſuetudine, à verbis adulantibus, ab otio & inertiâ, ex eo quòd nihil habemus quo occupemur.* Et Laurentius Iuſtinianus: *Sicut aqua, quæ caret decurſu, & iacet in foueis, putreſcit: & humano vſui aliena efficitur, repleturque animalibus venenatis & noxiis; ita & corpus otij tabe confectum, concupiſcentiarum & voluptatum carnalium parit, & nutrit inſaniam.* Hæc ille. Nimirùm vt Poeta ait:

OPVS MANVVM. Chryſoſt. hom. 7. in 1. Corinth. Laurent. Iuſt. lib. de grad. perfect. c. 9.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptaq́; iacent, & ſine luce faces.
Quæritur Ægiſtus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Ouid. lib. 1. de remed. Amor.

Huic autem morbo laborem mederi pſeudo-Auguſtinus docuit: *Quem tædet*, inquit, *orare vel pſallere, laborare manibus non differat, cogitantes, quòd quamdiu Dauid exercitauit ſe in militiâ, non inſultauit ei luxuria, ſed poſtquam in domo otioſus remanſit, laborauit adulterio & homicidium commiſit. Samſon dum cum Philiſtæis pugnauit, non potuit capi ab hoſtibus, ſed poſtquam dormiuit in ſinu feminæ, & otiosè cum ea remanſit, mox capitur & cæcatur ab hoſtibus. Salomon dum occupatus eſſet in ædificatione templi, non ſenſit luxuriam, ſed mox recedens ab opere perſenſit inſultum luxuriæ, & deficiens feminâ inſtigante, ad idola, adorauit in thalamo vitulum aureum. Vigilate erga fratres mei, & nolite deficere, quia nec ſanctiores Dauide, nec fortiores Samſone, nec ſapientiores Salomone vos eſſe cognoſco.*

Serm. 16. ad Frat. in eremo. *Exemplis oſtenditur.*

IV. *Gignit curioſitatem.* 2. Theſſ. 3. 11. Chryſoſt. hom. 5. in Theſſ. Caſſ. lib. 10. cap. 7.

Quartum damnum eſt, Curioſitas, Apoſtolo teſte, qui ait: *Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulare inquietè, nihil operantes, ſed curiosè agentes.* Quod exponens S. Chryſoſtomus, ait: *neceſſe eſt, vt qui eſt otioſus, & poteſt operari, ſit curioſus.* Caſſianus quoque Apoſtoli verba exponens, ita diſſerit: *& operam detis, vt quieti ſitis, id eſt, in veſtris cellulis commorantes, nec diuerſis rumoribus, qui ſolent otioſorum votis, vel fabulis generari, inquieti effecti, aliis quoque inquietudines inferatis. Et vt veſtra negotia agatis, non veſtrâ curioſitate actus mundi velitis inquirere, ac diuerſorum conuerſationes explorantes, opera veſtra non ad correctionem veſtram ſeu virtutum ſtudia, ſed ad detractiones fratrum velitis impendere.*

V. *Otio deditì vagantur & diſcurrunt.* 1. Timoth. 5. 13. Auguſt. lib. de opere Monac. cap. 22. Serm. 27. ad Frat. in eremo.

Quintum damnum eſt, vagatio & circumcurſatio. Quærunt enim curioſi & otio vacantes, nunc hos nunc illos, cum quibus conferant. In feminis id reprehendit Apoſtolus: *Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: non ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.* Auguſtinus verò à feminis hanc labem ad viros deriuatam ſcribit: & creditus Auguſtinus: *Per otioſitatem, fratres, rigorem ſanctæ ſolitariæ Religionis faſtidimus: per hanc eremum ſæpe exire tentamur: per hanc accendimur frequenter: per hanc animamur ad ſuperbiam:*

OPVS MANVVM

Caſſian lib 10. cap. 7.

per hanc ducimur ad mundi gloriam. Et Caſſianus: *Numquam poteſt, nec apud eos quidem qui ſæculi homines ſunt, honeſtè incedere, qui nequaquam clauſtris cellæ, & operi manuum ſuarum inhærere contentus eſt, ſed neceſſe eſt eum inhoneſtum eſſe, dum neceſſaria victus requirit; adulationi quoque operam dare, nouitates etiam rumorum ſectari, cauſarum fabularumque occaſiones conquirere, per quas ſibimetipſi aditum paret, ac facultatem quâ diuerſorum domos valeat penetrare.* Alibi quoque ait: *Sine opere manuum nec in loco poſſe Monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conſcendere.* Antiochus ex otioſo Monacho docet fieri gyrouagum, aptiſque ſimilitudinibus explicat:

Eod. lib. cap 14. Antioch. hom 26. *Et fiunt gyrouagi.*

Tali, inquit, *ſuggerit dæmon cogitationum intemperiem, nempe, vt aliò emigret, & quia tempus omne, & labor omnis, vacua ſibi erunt frugis bonæ & inania, ni ſe ad alia conſerat loca. Is tandem nihil diſsimilis comperitur virgulto deſerti, quod vbi aliquantulum interquieuit, rurſus huc illucque aſpiratione ventorum perpellitur: aut certè quemadmodum planta proceriot, & exoleſcens genitali loco emota: ita & Monachus gyrouagus, ne vnius quidem virtutis frugem refert. Quemadmodum item nubes nullo aquæ humore concreta venti agitatione percellitur: ita Monachus ſpiritu agitatus acediæ, nullam habet ſolidam requiem.* Hæc ille.

VI. *Otioſi in garrulitatem effuſi.*

Bonauent. par. 2. Spec. diſcip. c. 5.

Sextum damnum præcedenti coniunctum, atque ex eo fluens, eſt Garrulitas & intempeſta locutio. Ideò enim otioſus vagatur, vt cum obuiis fabulas miſceat, de quo Bonauentura: *Locis ſibi non conceſsis, congregationi, & collocutionibus fratrum ſe ingerit non vocatus. Cùm eum abeſſe putaueris, adeſt impudens lateri, adeſt auri; vt ne ſecretum valeas occultare ſermonem. Obſeruat angulos, vagis circumſpicit oculis, hæret ad ſingula quæ occurrunt. Communes obſidet tranſitus: Superuenientium & forenſium gaudet occurſu. Rumoribus & ſæcularibus verbis hauriendis & referendis intendit.* Sanctus Paulus otioſas viduas dixit *verboſas*, & *curioſas*, loquentes quæ non oportet. Et Theodoretus ait: *Otioſorum propriæ ſunt nugæ futiliſq; loquacitas.*

1. Timoth. 5. 13.

Theod. in 2. Theſſal. cap. 3.

Videmus ergo quantam malitiam doceat otioſitas, & quàm inimica ſit animæ. Angelicus ſanè Doctor non dubitauit de otioſis Monachis hæc ſcribere: *Si verò aliqui ſint Religioſi, qui abſque neceſsitate, & vtilitate quam afferant, velint otioſi de eleemoſynis viuere, hoc eſt eis illicitum.* Omnes autem etiam non mendicantes ex eleëmoſynis viuunt, certi enim reditus, & fundationes ideò aſſignatæ ſunt, vt Religioſorum egeſtatem ſubleuarent. Et Cardinalis Caietanus quamuis cenſeat non obligari ad reſtitutionem religioſos, qui deſiſtunt à religioſis actibus debitis ex Regulâ: tamen non eos excuſat à peccato, & pariter culpabiles eſſe definit otioſos qui pigritiâ & inuigilantiâ in ipſis regnante, quaſi inutiles viuunt in Monaſterio, ex eius prouentibus.

S. Thom. 2. 2. q. 187. a. 4. *Mendicantes non poſſunt in otio viuere.*

Caiet. 2. 2. q 187. a. 4. ad 2. dub.

DISQVISITIO II.

Num licitum Monachis manibus operari?

Monachi quidam laboris oſores.

FVERE olim in Syriâ Monachi, dicentes nullum manuum laborem eſſe Monachis licitum, etiam ſuſtentandæ vitæ cauſsâ. In hoc enim ſe Monachos eſſe profitebantur, vt ab omni labore manus vacantes, orationi ſemper inſiſterent. Huius hæreſis auctores vocantur linguâ Syrâ *Pſalliani*: ſic enim eos nominat Auguſtinus. Verùm Epiphanius, & tripartita hiſtoria eos appellat *Meſſalianos*, dicitque Græcè vocari εὐχῖται, id eſt, precatores, quòd ſolam orationem ad ſalutem neceſſariam, nulloque tempore intermittẽdam dicerent. Et Auguſtinus ait: *Illos tantum orare, vt eis, qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur.* Eundem verò errorem quidam in Africâ Monachi præſertim iuxta Carthaginem propugnarunt, vt conſtat ex libro Sancti Auguſtini de opere Monachorum, quem ait ſe ſcripſiſſe iubente Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo, cui & eundem inſcribit. Damnatus autem fuit hic error in Concilio Carthaginenſi IV. cui & Auguſtinus ipſe ſubſcripſit, in quo hi Canones: *Clericus victum & veſtimentum ſibi artificiolo vel agricultura, abſque officij ſui detrimento paret.* Et: *Omnes Clerici qui ad operandum validiores ſunt, & artificiola & litteras diſcant.* Ita ibi.

Inter hæreticos numerati.

Auguſt. de Hæreſ 57. Epiphan. Hæreſ. 80. Tripart. lib. 7. c. 11.

Et condemnati. Carthag. can. 51. 52. 11.

Fundamenta tria huius erroris.

Fundamenta autem quibus hunc errorem tueri nitebãtur, tria potiſſimùm ſunt. Primum, ex Euangelio adferebant illud Chriſti: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.*

Ioan. 6.

Deinde obiiciunt reprehenſam Martham, quod ſolicita eſſet & turbaretur erga plurima, cùm vnum eſſet neceſſarium, & vniuerſim hanc ſolicitudinem omnibus inhibitam, cùm Dominus dixerit: *Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Et infra: *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi.*

Matth. 6.

Tertiò. Argumentantur ex eo quòd Saluatot dixit: *Oportet ſemper orare, & non deficere.* Et Sanctus Paulus: *Sine intermiſsione orate.*

Luc. 18.

1. Theſſ. 5.

Diſſoluitur primum.

Theoph. in cap. 6. Ioan.

Sed facilis eſt ad hæc Reſponſio. Theophylactus enim ad primum illum locum ita

ita reſpondet: *quia multi ſunt cupientes ignaui viuere, & maximè Meſſaliani, qui vſi ſunt hoc dicto ad patrocinium ſuæ ignauiæ, operæpretium fuerit declarare hoc dictum. Non enim hoc dixit Dominus Ieſus Chriſtus vt corporalem quidem operationem ab eis velit amouere & ipſos ad otium cogere. Omnem enim malitiam docuit otioſitas: & ſi oportet euidenter dicere, ipſum otioſè velle viuere, cibus eſt qui perit, & ita eum qui Chriſtum ſequitur, oportet operari vt habeat quod & alijs communicet. Hoc enim habet mercedem & promiſſionem futuri regni. Et quomodo igitur, inquiunt, dicit Dominus quod non oporteat operari cibum qui perit? Continuum circa cibos ſtudium reiiciens, & ad ſpiritualia non parum inducens.* Hæc Theophylactus.

Conuellitur ſecundum fundamentum. Idem.

Ad Marthæ reprehenſionem Idem reſpondet: Non de opere & operatione dictum eſſe, ſed de temporis obſeruatione, & ne tempus audiendi inſumatur in occupationes parandorum ciborum. Perſuadet igitur ei ne perdat tempus doctrinæ fruſtrà, propter occupationem in his quæ ventris ſunt. Ad Chriſti verò verba, *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis*, &c. (Math 6.) Reſpondetur; non prohiberi moderatam ſolicitudinem, ſed ſuperfluam & immodicam. Tribus autem modis fit inordinata. Primò, ratione finis, cùm cibus quæritur præcipuâ intentione, velut ſi ille vltimus eſſet finis, vt faciunt qui Euangelizant, vt comedant; cùm comedendum foret vt Euangelizarent. Vnde Dominus hoc reprehendens, aiebat: *Primum quærite regnum Dei.* (Math. 6.) Secundò, ratione diffidentiæ, cùm quis adeò ſolicitus eſt de temporalibus, vt vix credat Deum ſibi adfuturum etiamſi ſuum adhibeat laborem. Tertiò, ratione temporis, cùm quis ſolicitus eſt hodie pro eâ re, pro quâ ſatis tempeſtiuè cras inciperet ſolicitus eſſe: & hoc reprehendit Dominus cùm ait: ibidem: *Nolite ſoliciti eſſe de craſtino: ſufficit diei malitia ſua.*

Et tertium. Auguſt. de hæreſ. c. 57. Alphonſ. à Caſtro aduerſ. hæreſ. lib. 11. V. oratio. hæreſ. 2. Auguſt. in pſal. 33. Thom. 2. 2. q. 83. a. 14.

Ad Tertium verò Reſpondet Auguſtinus: *Semper orari, ſi nulla dies abſque oratione intermittatur.* Alij dicunt locutum Chriſtum per hyperbolen, & hac exaggeratione orationis neceſſitatem, & frequentiam commendare voluiſſe. Alibi verò Auguſtinus ait: *Ille ſemper orat, qui ſemper benè agit; & numquam ceſſat orare, qui non ceſſat benefacere.* Et ſanctus Thomas dicit, *orationem debere eſſe aſſiduam, non quidem ſecundùm ſe, ſed ſecundùm cauſſam ſuam, hoc eſt, ſecundùm affectum, ſeu deſiderium Charitatis, ex quo procedere debet oratio, quod quidem in nobis debet eſſe continuũ vel actu vel virtute.* Sanctus Eligius Epiſcopus Nouiomenſis: *Quis poteſt ſemper orare, ac ſine defectu & intermiſſione precibus inſiſtere, vt nec [...]mentum ſumendi, nec dormiendi tempus habeat? Cui ergo dicendum eſt: Oportet ſemper orare & non deficere, niſi ei qui Canonicis horis quotidie, iuxta ritum Eccleſiaſticæ traditionis pſalmodiis precibuſque conſuetis Dominum laudare & rogare non deſiſtit.* Alij denique dicunt ſemper orandum, id eſt, perſeueranter, neque ab oratione ceſſandum, ſed magis ac magis debere nos inſtare, pulſare, iterum atque iterum petere, vt vel tandem propter improbitatem, id eſt, importunitatem ſi nobis expediat, exaudiamur. Vnde ſatis liquet his Scripturis non repugnare laborem, aut alia exercitia victui quærendo neceſſaria. Atque hæc ſatis ad fundamenta alterius ſententię deſtruenda.

Elig Hom. 11. in cœnâ Domini.

OPVS MANVVM. *Quomodo ſemper orandum.*

Probatur licere Monachis operari. Auguſt. de opere Monach. 2 Theſſ 3. 1. Corinth. 4. 12.

Licitum porrò Monachis laborem manuum, bene probat Auguſtinus ex verbis & exemplo Apoſtoli, qui ait: *Non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore, & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrûm grauaremus.* Et ad Corinthios: *Laboramus operantes manibus noſtris.* Quia verò reſpondebant Monachi, beatum Paulum loqui de opere ſpirituali, id eſt, de oratione & exhortatione, notanda ſunt alia loca, vbi expreſsè ponitur labor manuum. [a] *Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.* [b] *Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus ſuis.* [c] *Operamini manibus veſtris.* Adhæc, vt acutè notauit Auguſtinus, idem Apoſtolus dicit ſe operatum, cùm tamen liceret ſibi ſecundùm Domini ordinationem non operari. At certè non licebat ei ſecundùm Domini ordinationem non concionari, & non orare. Ait enim *Si non euangelizauero, væ mihi*, &c. Loquitur igitur de corporali labore, dum dicit ſe laboraſſe, cùm tamen non teneretur.

a Act. 20. b Epheſ. 4. c 1. Theſſ 4. 1. Cor 9.

Pluribus opus non eſt hunc errorẽ conuellere cùm omnia teſtimonia Patrum, quę laborem probant, eum refutent, & plura videre liceat apud Auguſtinũ de opere Monachorũ. Lepidè autem Siluanus Abbas quendam Monachũ ſiue ignauum, ſiue hoc errore imbutum docuit contemplationi manuum laborẽ coniungere, & Martham Mariæ ſociare. Rem ita narrat Ruffinus: Quidam peregrinus frater venit ad Abbatem Siluanum in mõte Sina, & vidit quòd fratres operarentur, & dicit eis: *Quare operamini eſcam, quæ perit?* Maria enim bonam partem elegit. Tunc ſenex dixit diſcipulo ſuo Zachariæ: *Da illi codicem vt legat, & mitte illum in cellulam, quæ nihil habet.* Horâ autem nonâ circumſpiciebat frater ille viam, ſi fortè vocaret eum ſenex ad comedendum. Poſtquam verò tranſiit hora nona, venit ad Senem, dicens ei: *Nunquid*

Lepidum exemplum de Monacho qui non laborabat. Ruffin in vit. Pat. lib. 3. num. 53. Ioan. 6. Luc. 10. *Non vocatur, vt cum aliis manducet.*

OPVS MANVVM.

hodie non comederunt fratres, Abba? Cumque ſenex fateretur, ait ille: Quare me non vocaſti? Tunc dixit ei Abbas Siluanus: *Tu homo ſpiritualis es, & non habes neceſſe hanc eſcam: nos autem tanquam carnales opus habemus comedere, ideò operamur, tu autem bonam partem elegiſti. Legis enim omni die, & non vis carnalem eſcam accipere.* Quod cùm audiſſet cœpit pœnitere, ac dicere: *Indulge mihi, Abba.* tunc reſpondit illi Siluanus: *ergo neceſſaria eſt Martha Mariæ, propter Martham enim & Maria laudatur.*

DISQVISITIO III.

An Monachi ad Laborem manuum teneantur?

Hæretici volunt Monachos viuere ex labore manuum. Caluin. l. 4. inſtitut. c. 13. §. 10. Luther. apud Roffenſ. art. 41. Deuter. 15. Wiclef. art. 11.

IN alterum extremom hìc impingunt hæretici, aſſerentes Monachos omnino obligari ad laborandum manibus, nec licere eis aliùde quàm ex mechanicis opificiis victum parare, quantumuis aſſidui eſſent in orationibus, pſalmodiis & ſacris ſtudiis. Ita docuit Caluinus. Et Lutherus hoc nomine ſcripſit, ſe optare nullos eſſe Ordines Mendicantium, vultque horum Religioſos coërceri vt hoſtes diuinæ legis, in qua nimirum habeatur: *Omninò non erit egenus & mendicus apud vos.* Ioannes verò Wiclefus docuit fratres teneri per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem; ita ex Walſinghamo refert Bzouius.

Bzou. tom. 15. an. 1382. *Refutantur.* S. Thom. opuſc. 19. & in 2. 2. q. 187. a. 3. Bonau. de paupert. Chriſti p. 2. & in apolog. paup. Bellar. l. 2. de Monac. cap 42. Matt. 19.

Sed hunc errorem benè refutarunt Sanctus Thomas, & Bonauentora: Breuiter autem Bellarminus probat, non magis Religioſos ad manuum laborē obligari quàm ſæculares; vel enim laborare manibus, inquit, eſt præceptum, vel conſilium. Si primum, omnes obligat, tam ſæculares, quàm Religioſos. Præcepta enim dantur omnibus, omnibus enim dicitur: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Si ſecundum, ergo nemo tenetur laborare manibus, niſi qui ſponte ad huius Conſilij obſeruationem ſe obligauerit, talis enim eſt natura omnium conſiliorum: Ergo Religioſi qui id conſilium non receperunt, non tenentur manibus laborare. Non enim tenentur Religioſi ad omnia cõſilia, ſed ſolùm ad illa, quæ ſponte ſuſcipiunt.

Probatur Monachos non magis teneri quàm ſeculares.

Primò. Auguſt. de opere Monach. c. 21.

Confirmatur *Primò*, ex Auguſtino. *Illi*, inquit, *qui ſaltem habebant aliquid de ſæculo, quo facilè ſine opificio ſuſtentarent hanc vitam, quod conuerſi ad Deum indigentibus diſpertiti ſunt, & credenda eſt eorum infirmitas & ferenda. Solent enim tales laborem operum corporalium ſuſtinere non poſſe.* Itemque agens deinde de diuite, qui bona ſua Monaſterio tribuit, ait eum beneſacere manibus laborando, vt aliis exemplum det: *quod quidem ſi*

Cap. 25.

A *nolit, quis eum audeat cogere?* Cenſebat ergo etiam S. Auguſtinus, non cogendos Religioſos ad laborem, adeoque nec ſtricto præcepto eos ad laborem obligari.

Secundò, ex finibus laboris.

Secundò, probatur ex finibus ad quos labor deſtinatur: quorum primus eſt ad victum quærendum. Secundus, ad tollendum otium, vt Eccleſiaſticus ait: *Mitte ſeruum tuum in operationem ne vacet, multam enim malitiam docuit otioſitas.* Tertius, ad refrænandum concupiſcentiam in quantum per laborem maceratur corpus. Quartus,

Eccli 33.

B ad faciendam eleëmoſynam. Sed hi omnes fines obligant etiam ſæculares, quibus æqualiter incumbit prouidere ne moriantur fame, otium fugere, tentationes ſuperare, eleëmoſynam largiri; ergo præ illis non tenentur religioſi. Deinde ceſſant plerumque hi fines in Religioſis Ordinibus, victum enim habent, vel ex bonis communibus monaſterio relictis, vel ex eleemoſynis. Otium fugiunt diuino officio, lectionibus ac ſtudiis occupati. Tentationes aliis multis modis, ieiuniis, v. g. & preci-

C bus, corporis afflictationibus ſuperari poſſunt. Eleemoſynas dare poſſunt ex poſſeſſionibus communibus, ex oblationibus, iiſque quæ etiam mendicato obtinuerunt.

Tertiò.

Tertiò, Naturale laborandi præceptum non obligat ſingulos, ſed tantùm rempublicam, & communitatem. Patet, quia oportet aliquos eſſe opifices, alios agricolas, alios medicos, alios fabros lignarios, cæmentarios, ferrarios, &c. ſed Religioſi habent officium orandi, pſallendi, ſacra-

D menta adminiſtrandi, &c. ergo non conuenit eis præ ceteris laborare manibus.

Occurritur obiectioni.

Neque obſtat quod obiiciunt, Apoſtolum laborem manuum præcepiſſe cùm dixit, *Operamini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis.* Et: *ſi quis non vult operari, non manducet.* Hæc enim non Monachis ſcripſit, cùm nullæ tunc, vt dicunt, exſtiterint Religiones in particulari, ſed ſæcularibus: quare præ illis non obſtringunt hæc Religioſos. Deinde Apoſtolus numquam præ-

1. Theſſ. 4. 2. Theſſ. 3.

E cipit operari abſolutè, ſed ſolùm ad euitandum furtum, vel ſcandalum, vel otium, nam ait: *Qui furabatur, iam non furetur; magis autem laboret operando manibus ſuis.* Et 1. Theſſal. 4. poſtquam dixerat, vt operarentur, ſubiungit rationem: *Vt honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt.* Scandalizabantur infideles, cùm videbant Chriſtianos ex alienis bonis velle viuere. Et poſtquam dixerat, *Qui non laborat, non manducet*, ſubdit: *Audiuimus enim quoſdam inter vos inquietos eſſe, nihil operantes, ſed curioſè agentes.* Qui ergo poſſunt furtum euitare, & ſcandalum, & otium alio modo quàm corpo-

Epheſ. 4. 2. Theſſ. 3.

raliter

raliter operando, eos Paulus ad hoc non [A] obligat.

Obiectiones ex S. Auguſtino. Auguſt. de opere Monach. c. 17.

Obiicitur vlterius, S. Auguſtinum refutare omnes cauſſas, quibus Monachi à laboribus poſſint excuſari: *Quid agant*, ait, *qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent ſcire deſidero. Orationibus, inquiunt & pſalmis, & lectioni, & verbo Dei.* Sed quod per iſta non excuſentur, oſtendit per ſingula. Nam primò de oratione dicit: *Citiùs exauditur vna obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris:* illos contemptores intelligens & indignos exaudiri, qui manibus non [B] operantur. Secundò, de diuinis laudibus ſubdit: *Cantica verò diuina cantare, etiam manibus operantes, facilè poſſunt.* Tertiò, de lectione: *Qui autem ſe dicunt vacare lectioni, nonne illic inueniunt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt ergo iſta peruerſitas lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare?* Quartò, de prædicatione: *Si autem alicui ſermo erogandus eſt, & ita occupatur vt manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes in monaſterio poſſunt? Quando ergo non omnes poſſunt, cur omnes ſub hoc obtentu vacare volunt?*

Explicatur S. Auguſtinus. S. Tho. 2. 2. q. 187. a. 3.

Reſpon- [C] det S. Thomas, Auguſtinum non loqui de oratione aut pſalmodia publica, ſed priuata: ait enim, vt opifices, qui fabulis linguas dant, *cùm tamen manibus ab opere non recedant*, poſſe etiam monachos Cantica diuina cantare, dum manibus operantur. Similiter de lectione, oratione & prædicatione intelligi, quæ propriâ auctoritate priuatim exercentur, non autem de lectione quæ fit in ſcholis, aut prædicatione, quæ fit publicè ad populum. Illos autem qui ſpiritualibus iſtis operibus publi- [D] cè vacant, & ex officio deputati ſunt, per eiuſmodi opera excuſat à labore manuali: quia oportet eos totaliter eſſe occupatos circa eiuſmodi opera. Ita ferè Sanctus Thomas, & quidem conformiter ad mentem Auguſtini, qui tantùm volebat, validos homines, & ex ſeruili conditione ad Monachatum conuerſos vt vitam inopem & laborioſam fugerent, & otioſi interim paſcerētur ac veſtirentur, manualibus operibus deputari. Vnde ait,

Auguſt. cap. 25.

Nullo modo decet, vt in eâ vitâ, vbi fiunt ſenatores laborioſi, [E] *ibi fiant opifices otioſi, & quo veniunt relictis deliciis ſuis, qui fuerant prædiorum Domini, ibi ſint ruſtici delicati.*

Cap. 28.

Et alibi: *Oſtendite*, inquit, *hominibus, non vos in otio facilem vitam, ſed per anguſtam & arctam portam regnum Dei quærere.*

Qui nobis ſunt.

Quod autem ſpiritualibus exercitiis publicè deputatos ad manuum laborem non cogeret, ſatis conſtat ex eodem libro, in

Cap. 21.

quo ait: *Si Euangeliſtæ ſunt, ſi miniſtri altaris, ſi diſpenſatores Sacramentorum, benè ſibi iſtam non arrogant, ſed planè vendicant poteſtatem*, nimirum viuendi ex facultatibus populi. Ita Auguſtinus.

OPVS MANVVM.

His porrò temporibus plerique Ordines eccleſiaſtica miniſteria exercent, choro & ſtudiis deputantur, vt proinde iuſto titulo à labore eximi poſſint.

Cur olim labor Monachis indictus.

Antequam verò Clericatus monachatui coniungeretur, plerique monachi, excepto Abbate, laici erant, & ideò ad fugiendum fugandumque otium neceſſarium ipſis erat laborare. Deinde, ſub vno Abbate degebant aliquando terna hominum millia, vt Auguſtinus teſtatur, & cùm non haberent prædia & poſſeſſiones, cogebantur laborare, nec poterant pro tantâ multitudine eleemoſynas colligere, & fortè non audebant petere, cùm populo non inſeruirent.

Auguſt. 13. de morib. Eccleſ. c. 31.

Soluitur alia obiectio. Deuteron. 15.

Quòd autem contra Mendicantes Ordines adſerunt hæretici: *Omnis indigens, & mendicus non erit inter vos*; non conuincit: ſenſus enim eſt; tantam promitti Iudæis rerum abundantiam, vt nullus ſit futurus Mendicus. quod apertè ex ſequentibus colligitur verbis, quibus præcedentium cauſſa redditur: ſubdit enim Scriptura: *Quia benedicet tibi Dominus Deus tuus.*

Hæretici cum Pharaone comparati. Gloſſa in c. 5. Exodi. Origen. Hom. 3. in Exod.

Errant proinde hæretici, & omnes illi qui rigido præcepto Monachos ad manualia opera conſtringunt, quos Gloſſa ordinaria ex Origene ſimiles dicit Pharaoni: Hodie ſi Moyſes & Aaron, id eſt, propheticus & ſacerdotalis ſermo animam ſolicitet ad ſeruitutem Dei, attendere legi & verbo Dei: continuò audies vnanimes, & amicos Pharaonis dicentes: *Videte quomodo ſeducuntur homines, & peruertuntur Adoleſcentes ne laborent, ne militent, ne agant aliquid quod proſit; relictis rebus neceſſariis ineptias ſectantur & otium. Quid eſt ſeruire Deo? laborare nolunt, & otij occaſiones quærunt. Hæc erant tunc verba Pharaonis, hæc & nunc amici eius loquuntur.*

DISQVISITIO IV.

Poſſintne Benedictini à manuum labore excuſari?

Videntur Benedictini ad laborem teneri. S. Tho. 2. 2. q. 187. a. 3.

SVPEREST peculiaris difficultas ex Regulâ noſtrâ, in quâ opus manuum quotidianum non tantùm præſcribitur, ſed horæ etiam quibus laborandum, exactiſſimè aſſignantur. Et Sanctus Thomas cùm ait: *Religioſos non teneri ad alia quàm ſæculares*, ſtatim ſubiungit: *niſi propter Regulæ profeſſionem, & ideò ſi in ſtatutis Regulæ, non contineatur aliquid de opere manuali, non tenentur aliter ad operandum manibus Religioſi, quàm ſæculares.* Vnde ſequi videtur, ſi Regula laborem exigat, Monachos ad eum teneri. Vrgebant id Ciſtertienſes, qui de obſer-

OPVS MANVVM. Apud Pet. Venerab lib.1.cp.18.

A obſeruantiâ Regulæ Sancti BENEDICTI litem Cluniacenſibus indixerant, & cum iiſdem ſic expoſtulabant: *Opus manuum, quo ſanctè Patres eremitæ & antiqui Monachi ſemper vſi ſunt, quo ipſi Apoſtoli victum ſibi & aliis miniſtrabant,* &c. *ita abiecistis, vt nec obedientia, quàm iuxta Regulam Deo vos exhibere promiſiſtis, delicatas otio manus de ſinu ad opus extrahere valeat.* Ita illi. Wiclefus porrò hanc inter cæteras contra Monachos poſuit aſſertionem: *Omnes Monachi* S.BENEDICTI *nolentes labore manuum victum acquirere, non ſolùm ab Ordine Sancti* BENEDICTI, *ſed quod verius eſt, à diſcipulatu Chriſti ſunt apoſtatæ.*

Bzouius to 15. anno 1382.

B Oppoſitum aſſeritur.

His tamen nequidquam obſtantibus, dicendum, quòd poſtquam Monachis de victu & neceſſariis corporis per fundationes ſatis proſpectum eſt, licitè manualem laborem in ſpiritualia commutari exercitia. Ita expreſsè aſſerit Bonauentura, cuius hæc verba: *Quia Eccleſia tam ditata magis indigebant ſpiritualibus operariis, quàm vinitoribus & Agricolis: hinc eſt quòd Monachi laborem manualem ſiue corporalem benè & rectè in ſpiritualem exercitationem commutauerunt.* Et poſt pauca ait: *Sunt ergo ad opus manuale adſtricti illi, qui habent ex obligatione profeſſionis, niſi fortè opus manuale commutent in ſpirituale, ita quod hoc etiam ſit de voluntate & licentiâ Superioris.* Cenſet ergo ex Superioris voluntate in locum laboris ſubſtitui poſſe exercitia ſpiritualia Orationum, lectionum, ſtudiorum. Hoc autem à mente Sancti BENEDICTI non eſſe prorſus alienum, probari poteſt his eius verbis: *Si quis verò ita negligens & deſidioſus fuerit, vt non velit, aut non poſſit meditari, aut legere; iniungatur ei opus quod faciat, vt non vacet.* Ex quibus verbis à contrario ſenſu ita argumentari liceret: Si quis non velit aut non poſſit operari, meditetur, aut legat, vt non vacet. Et fortè id volunt verba ſequentia: *Fratribus infirmis, vel delicatis, talis opera aut ars iniungatur, vt nec otioſi ſint, nec violentiâ laboris opprimantur, vt effugentur.* His igitur, qui ad laborem non adeò diſpoſiti ſunt, vtilius ſtudium, & lectio iniungetur.

Bonauent. 1 lib. de paupert Chriſti q. 2.

C I. Labor mutari poteſt in ſpiritualia exercitia.

D Ex mente S. Benedicti. Cap. 48.

E II. Ceſſant cauſſæ, ob quas labor decretus, Cap. 7.

Secundò, probatur eadem aſſertio. Duas cauſſas laboris aſſignauit Sanctus BENEDICTVS; prior eſt neceſſitas, ſiue paupertas loci; altera, otij fuga: nam ex eo quòd otioſitas inimica ſit animæ, infert *certis temporibus occupari* debere *fratres in labore manuum.* His verò ceſſantibus cauſſis, quis neſciat laborem poſſe intermitti? abeſſe autem plerumque has cauſſas ſatis conſtat. Penuria enim loci vbique ferè per ſufficientem Monaſteriorum dotationem ſublata eſt. Otiandi plerumq; occaſio ceſſat, ſi Theologicis ſtudiis ſcriptione, piarum rerum commentatione tempus traducatur.

III. Fauent decreta Pontificum. Cap. Monach. &c. Cum ad Monaſt. Clement. Ne in agro. de ſtatu Monach. vide cap. exiſt. de verb ſign. in Sexto.

Tertiò, decreta Pontificum, præſertim Innocentii III. & Clementis V. quæ de Monachis nigris, hoc eſt Benedictinis, præcipuè, eorumque reformatione diſponunt, necnon conſtitutio Benedicti XII. quæ omnia ferè ad hunc ordinem ſpectantia Decreta collegit, ac renouauit, nullam de opere manuum à Monachis exercendo faciunt mentionem. Quod ſignum eſt manifeſtum, hanc obligationem operis manualis eſſe extinctam, niſi quatenus vel iuris eſt naturalis, vel à Prælatis iuſtè & ſalubriter imponitur. Lanfrancus quoque Becci Monachus factus (vbi & ipſe Abbas Harluinus panes coquebat, & alia manualia exercitia frequentabat) cùm neſciret agreſti opere victum quærere, publicas ſcholas de Dialecticâ profeſſus eſt, vt egeſtatem Monaſterij ſcholarum liberalitate temperaret. Ex aduerſo ſcribit Beda, Owinum Monachum magni meriti, quo minùs ſufficiebat meditationi ſcripturarum, eò amplius operi manuum ſtudium impendiſſe. Ex quo rectè colligas alios minus labori, pluſculum ſtudio tribuiſſe. Atque hoc titulo ſanctus Ferreolus Abbatem à labore eximit: *Abbas,* inquit, *ſi non operetur vt ceteri, nemo audeat reprehendere: quia lectioni eum magis vacare conuenit, quâ quotidie ceteros doceat; quâ commiſſos eruditos reddat, quâ cunctos ſanctâ ſemper admonitione componat.* Quòd ſi & aliis hæc, & ſimilia ſint præſtanda, quis neget eos meliùs ſtudiis, quàm labore manuum diſtineri?

Studioſi à Labore abſoluti. Malmeſbur. de geſt. Pontific. Anglor. l. 1.

Beda lib 4. Hiſt Eccl. Anglor. c 3.

Et Abbates. Ferreol. in Reg. c. 30.

IV. Cluniacenſes laboris omiſſionem propugnant. Petr. Vene. l. 3 ep. 18.

Quartò, Probatur ex defenſione Cluniacenſium & reſponſione ſancti Petri Venerabilis ad ſanctum Bernardum benè longa, cuius hæc ſumma. Contendit S. Abbas otioſitatem poſſe excludi per alia pietatis exercitia, & Regulam, quæ laborem contra otium indicit, quocumque alio bono exercitio obſeruari. Spiritualia corporalibus præſtare, ex Domini ſententia Mariæ optimam tribuentis partem. Adhæc ſanctum Maurum in Gallias à Sancto BENEDICTO ad Ordinis propagationem miſſum, laborem manuum ſpiritualibus exercitiis commutaſſe; nec vllatenus exiſtimandum talem virum contra profeſſionis ſuæ votum quidquam agere voluiſſe. Sed ad ſancti Mauri exemplum addere licet ipſiuſmet Patris noſtri BENEDICTI allatum ab Angelico Doctore S. Thoma quod expendimus in Commentario ad vitam *cap. 1. num. 16.*

V. Bernardus profert ſen-

Quintò, & ipſe Bernardus, qui Cluniacenſes impugnabant, pro hâc ſententiâ allegari

ritualia opera manuum.

Bernard. in Apolog. ad Guilielm. Abbat.

legari poteſt, adeoque ſuâ illi ſatisfiet monetâ, ſcribit enim ad Guilielmum Abbatem: *Iam verò de labore manuum quid gloriamini, cùm & Martha laborans increpata, & Maria quieſcens laudata ſit, & Paulus apertè dicat: Labor corporalis ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia? Optimus labor de quo Propheta dicebat: Laboraui in gemitu meo. Et de quo alibi: Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, at (ne corporale intelligas exercitium) & defecit ſpiritus meus, inquit, vnde vbi non corpus, ſed ſpiritus fatigatur, ſpiritualis labor procul dubio intelligitur.* B *Quid ergo inquis? Sic ne ſpiritualia illa perſuades, vt etiam hæc quæ ex Regulâ habemus corporalia damnes? Nequaquam. Illa oportet agere, & illa non omittere: alioquin cùm aut iſta omitti neceſſe eſt aut illa, iſta potius omittenda ſunt quàm illa. Quantò enim ſpiritus melior corpore, tantò ſpiritualis, quàm corporalis exercitatio fructuoſior. Tu verò cum de horum obſeruatione elatus, alüs non eadem obſeruantibus derogas, nonne te magis Regulæ tranſgreſſarem indicas?* Hæc mellifluus Doctor: cui C omninò conſentit Angelicus Doctor, dicens eos, qui religioſos homines manibus volunt laborare, voce Marthæ vti, quæ de Mariæ quiete murmurauit, vnde à Domino Mariæ otium eſt excuſatum. Quare Abbates in Prouinciali Capitulo apud Northamptoniam in Angliâ celebrato anno 1343. ſtudium & ſcriptionem labori videntur ſubſtituere, ſic enim ſtatuunt: *Præcauere volentes, ne quem ordinis noſtri otium præcipitet in reatum, præſenti conſtitutione ſtatuimus, vt Abbates, & Priores Monachos ſuos clauſtrales loco operis manualis,* D *ſecundum habilitatem eorundem, certis faciant exercitiis occupari: videlicet ſtudendo, legendo, libroſque ſcribendo, corrigendo, illuminando, pariter & ligando; vel aliter ſecundùm quod eorum viderint expedire ſaluti.*

1. Tim. 4. — Pſal. 6. — S. Thom. opuſc. 19. cap. 5. — *Studium & ſcriptio labori ſubſtituta.*

Occurritur obiectioni. Cap. 48.

Sed obiiciet aliquis: Sanctus BENEDICTVS ait: *Tunc veri Monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum viuunt, ſicut & Patres noſtri & Apoſtoli;* Ergo veri Monachi non ſunt, ſi de labore manuum non viuant. Reſpondet Turrecremata; non eſſe ita accipiendum E quaſi deſinant eſſe Monachi, qui de bonis aut beneficiis aliorum viuunt, lectioni & contemplationi vacantes, cùm ipſe hoc fecerit (vt paulò ante vidimus) Sanctus BENEDICTVS: ſed viuentes de labore manuum dicuntur verè Monachi, quia in hoc imitantur veteres Patres, à quibus Monaſtici ordinis diſciplina primò videtur emanaſſe, apud quos quaſi regularis mos fuit de labore manuum viuere. Vnde Bernardus: *Labor & latebræ, & voluntaria paupertas, hæc ſunt Monachorum inſignia, hæc vitam ſolent nobilitare monaſticam.*

Bernard. epiſt. 42.

OPVS MANVVM.

Quo modo Benedictini obligentur ad operandum.

Atque hæc ſatis declarant poſſe Benedictinos tutâ conſcientiâ horas laboris orationibus ac ſtudiis impendere, ſi ita Superiori videatur. Tenentur autem laborare cùm Superior id iniungit; præcipit enim hoc caſu ſecundùm Regulam, quæ expreſsè hunc laborem præſcribit & vtiliter omninò fecerint, qui aliquod tempus quotidiano labori, quo ſaltem validiores & iuniores occupentur, preſcripſerint. Ita enim à Regulâ quam minimum recedetur, & ſanitati ac ſtudiis optimè erit conſultum; atque ſic etiam ipſum Petrum Cluniacenſem feciſſe (ſaltem poſt Ciſtertienſium obiectiones) facilè mihi perſuaſero. Nam in ſtatutis ſcribit: *horis ſummam miſſam præcedentibus per obedientiam, & per opera diuerſa fratres fuiſſe diſperſos:* Et: *Statutum eſt, vt antiquum & ſanctum opus manuum, vel in clauſtris ipſis, aut vbi honeſtè remoto conſpectu ſæcularium, fieri poterit, ex parte ſaltem aliquâ reſtauretur, ita vt omni tempore præter feſtiuos dies, quibus operari non licet, quolibet ſemper Fratres vtili opere exerceantur.*

Stat. Pet. Ven. Attic. 7. — Attic. 39.

DISQVISITIO V.

Quibus de Cauſſis opus manuum indictum?

ALLATÆ iam ſunt in ſuperioribus nonnullæ laboris cauſſæ. Hîc autem velut proprio loco, paulò latiùs eaſdem explicabimus. Ordiemur autem ab iis, quas vel allegauit vel inſinuauit S.P.N. BENEDICTVS, quibus & alias ſubiiciemus.

Labor præſcriptus.

I. *Prima* eſt, otij fuga. Vnde ait: *Otioſitas inimica eſt animæ, & ideò certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum.* Baſilius quoque ob hanc cauſſam laborem neceſſarium dixit, neque enim temerè laudis loco poſitum fuit illud à Salomone, *Panem otioſa non comedit:* Itemque ab Apoſtolo de ſeipſo dictum eſt illud: *neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes.* Albertus Patriarcha in Carmelitarum Regula: *Faciendum eſt vobis aliquid operis, vt ſemper diabolus inueniat vos occupatos: ne ex otioſitate veſtra aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat inuenire.* Similiter ſanctus Franciſcus: *Fratres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita quod excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis ac deuotionis ſpiritum non exſtinguant.* Et in teſtamento ſuo: *Ego manibus meis laborabam, & volo laborare & omnes*

Ad fugandum otium. Cap. 48. — Baſil. in Reg. fuſ. interrog. 13. — Prouerb. 31. — 2. Theſſ. 3. — Albert. in reg. de opere manuũ. — Franciſc. in Reg. cap. 5.

OPVS MANVVM.

omnes alij fratres mei firmiter volo vt laborent non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, ſed propter bonum exemplum, & ad repellendum otioſitatem. Cùm verò dicimus laborem otium excludere, ſimul intelligendum eſt præſcindi omnia illa mala germina, quæ ex otio naſci ſuperiùs diximus. Teſtatur id Caſſianus, qui recenſitis otioſitatis damnis, ita concludit: *Cauſſas tantorum vlcerum, quæ de radice otioſitatis emergunt, vno laboris ſalutari præcepto curauit.*

Caſſian. lib.10. c.14.

II. *Ad victum comparandum.*

Secunda Cauſſa eſt, vt victum ſibi labore manuum acquirant; ſic protoparenti noſtro dictum eſt: *In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo.* Indicat hanc cauſſam Legiſlator noſter, cùm ait: *Si autem neceſſitas loci, aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur: quia tunc verè Monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum viuunt.* S. Bonifacius de Fuldenſibus ad Zachariam Papam ſcribens ait: ſibi decretum Monaſterium conſtruere, monachoſque conſtituere, ſub Regulâ S. P. BENEDICTI viuentes, *viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque carne & vino, abſque cicera, & ſeruis, proprio manuum ſuarum labore contentos.* Executos autem poſteà fundatoris ſui voluntatem, teſtis eſt Trithemius. De Monachis monaſterij, quod Iniugeo vocabant, ſic Venerabilis Beda: *Ad exemplum venerabilium Patrum ſub Regulâ & Abbate in magnâ continentiâ, & ſinceritate proprio labore manuum viuunt.* Et de monaſterio Vallisvmbroſæ hæc auctor vitæ ſancti Aiberti: *Strictè & inuiolabiliter obſeruatur inſtitutum & Canon* S. BENEDICTI, *viuuntque laboribus manuum ſuarum, ſpe cæleſtis vitæ corpora ſua multifario labore indeſinenter afficientes.*

Geneſ. 3. — *Quod Benedictinis olim frequens.* — Trithem. in vitâ Rabani Mauri li.1. — Beda lib. 4. Hiſt. gent. Anglor. c.4. — Apud Sur. 7. April.

Veteres autem Monachos, quos Sanctus BENEDICTVS libenter imitatur, de labore manuum vixiſſe ſatis conſtat ex Caſſiano, qui ſanctum Antonium inducit reprehendentem eum monachum, qui cùm ſani corporis ac robuſti eſſet, ſtipe ſuſtentari alienâ prætextu lectionis, & Scripturarum meditationis cupiebat, quem ait fructu manuum ſuarum & iuſtâ laboris proprij mercede ſe defraudaſſe. Atque hæc cauſſa erat cur Monachorum labores olim venundarentur, de quo infrà.

Et priſcis Monachis. — Caſſian. coll. 14. c.11.&12.

III. *Ad erogandas eleemoſynas.*

Tertia Cauſſa eſſe poteſt, vt de laborum pretio eleemoſynæ dentur; ſic Paulus fideles monuit laborare manibus, *vt habeant,* inquit, *vnde tribuant neceſſitatem patienti.* Quam cauſſam etiam Baſilius tetigit. *Non ſolùm,* inquit, *propter corporis caſtigationem eſt nobis vtilis talis vitæ ductus: ſed etiam propter dilectionem erga proximum: vt etiam debilibus fratribus per nos exhibeat Deus ſufficientiam iuxta formam in Actibus ab Apoſtolo datam dum ait: Omnia oſtendi vobis, quod ſic laborantes oportet ſubuenire infirmis.* Caſſianus ſanè teſtatur, per Ægyptum fratres ita ſuis manibus operatos fuiſſe, vt non ſolùm proprijs neceſſitatibus ſatisfacerent, aut ſuperuenientes ac peregrinos reficerent fratres; verumetiam per loca Libyæ, quæ ſterilitate ac fame laborant, nec non etiam per Ciuitates his qui ſqualore carcerum contabeſcunt, immanem dirigerent alimoniæ victuſque ſubſtantiam, de fructu manuum ſuarum rationabile ac verum ſacrificium Domino tali oblatione ſe offerre credentes. Hanc & inter ceteras cauſſas S. Antiochus aſſignat, ſic dicens: *Prorſus conducibile fuerit nobis, vt operi cuiquam Manuario commodemus operam: non acedia ſolùm gratiâ à nobis depellenda, atque in exilium ablegandæ, ſed & vt hinc nobis alimonia ſuppetat, & eâdem operâ alienæ inopiæ conſulamus.* Cui conſentit Regula Cuiuſdam Patris dicens: *Monachos ſemper oportet laborare, & ſine ſolicitudine vitam ſuam tranſigere. Omnia quæcumque laborauerunt, excepto, vt ſuprà diximus, pane exiguo & veſtimento, pauperibus diſtribuant.*

Epheſ.4. — Baſil. in reg. fuſ. interrog.47. — Act.10. — Caſſian. l.10.c.22. — Homil. 16. de Acediâ.

IV. *Ad corporis & animæ quietem.*

Quarta cauſſa ſit, vt laborantes manibus quietem corporis ac mentis retineant, nec è cella facilè egrederentur Monachi. Hanc quoque tradit Caſſianus, dicens: Ægyptios Patres *lubricis motibus cordis, & fluctuationi cogitationum inſtabili, operum pondera, velut quandam tenacem, atque immobilem anchoram præfixiſſe.* Hoc fine laborabat Paulus ille Patrum probatiſſimus, *qui quotidianum penſum laboris velut inde ſuſtentandus à ſemetipſo iugiter exigebat. Cumque opere totius anni antrum eius fuiſſet impletum, id quod ſolicitâ curâ laborauerat, ſingulis annis ſuppoſito igne concremabat; in tantum probans ſine opere manuum nec in loco poſſe Monachum perdurare.*

Caſſian.l.2. inſtit. c.14. — Caſſ. l. 10. inſtit. c.24.

V. *Ad imitationem SS. Patrum.*

Quinta cauſſa ſit, quam inſinuat Sanctus BENEDICTVS, vt nimirùm imitemur SS. Patres & Apoſtolos. *Tunc,* inquit, *verè Monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum viuunt: ſicut & Patres noſtri & Apoſtoli.* Quærit hîc Turrecremata, quinam hi Patres noſtri, & reſpondet vel intelligi eos, qui præceſſerant aduentum filij Dei in carnem, cuiuſmodi fuerunt Patriarchæ & Prophetæ, de quibus Iacob ad Pharaonem: *Viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra vſque ad præſens; & nos & Patres noſtri.* Conſtat autem Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſen, Dauidem paſcendis ouibus occupari ſolitos: vel Patres dicuntur, qui in Monaſterio ordine probatiſſimi floruerunt, ſicut Paulus primus Eremita, Antonius, Hilarion, Siluanus, &c. qui omnes victum ſibi labore manuum conquirebant. S. Bonauêtura verò citans hunc locũ, abſque

Geneſ.46. — Bonauent. tom. 7. de paup. Chriſti.

Digitized by Google

abſque coniunctione & legit, *ſicut Patres noſtri Apoſtoli*, quæ lectio ſi vera eſſet, iam ceſſaret quæſtio, quinam bi Patres: ſed mendum forſitan Typograpbicum irrepſerit in S. Bonauenturæ editione.

Apoſtoli manibus operati ſunt.

Apoſtolos autem manuum laborē exercuiſſe, in confeſſo eſt: nam & Apoſtolorum Princeps Petrus cum aliis Apoſtolis poſt Domini reſurrectionem ad piſcationem rediit. *Negotium enim*, ait Gregorius, *quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, poſt conuerſionem repetere culpa non fuit.* De S. Barnaba teſtatur S. Paulus, communem ſibi cum eo fuiſſe laborem, & aliorum Apoſtolorum priuilegio noluiſſe ſe vti, idque ea de cauſsâ: ne quod offendiculum darent Euangelio Christi. Clemens verò Romanus non dubitauit Apoſtolorum exemplo laborem manualem velut ex Apoſtolicâ conſtitutione reliquis commendare: *Qui in Eccleſiâ iuuenes eſtis*, inquit, *curate in omnibus rebus neceſſariis ſedulò miniſtrare, cum omni ſanctitate operi veſtro vacate, vt omni tempore & vobis, & egentibus ſuppeditare poſſitis, ne eccleſiam Dei oneretis: etenim nos quoque vacantes verbo Euangelij ſubciſiuas operas non negligimus, alij enim ex nobis piſcatores ſunt, alij ſcenarum artifices, alij Agricolæ, nec vnquam otioſi ſumus.* Iſidorus quoque Hiſpalenſis ait: *Petrus Princeps Apoſtolorum piſcatoris officium geſſit: & omnes Apoſtoli corporale opus faciebant, vnde vitam corporis ſuſtentabant.* Sed & Apoſtolorum & Sanctorum omnium Regina, Deipara Virgo Maria manibus laboraſſe traditur, & colo ac acu ſe exercuiſſe: Euthymius enim velut à Patrum traditione acceptum refert, Virginem Matrem inconſutilem tunicam Ieſu, pro quâ milites fortiebantur, propriis manibus confeciſſe. Nemini proinde qui pietatem ex animo colit graue videbitur ad imitationem ſacratiſſimę buius Virginis, & Apoſtolorum, aliorumq́; Sanctorum manualibus ſe exercitiis occupare, præſertim tot iuſtis accedentibus eorumdem cauſſis ac rationibus. Sed à Matre ad filium accedamus.

Gregor. Hom. 24. in Euang.

1. Corint. 9.

Clem. conſtit. l. 2. c. 67

In Reg. Monach. cap. 5.

Et B. V. Maria.

DISQVISITIO VI.

Num Christus manibus laborauerit?

Christus Religionum auctor.

MAGNA ſine dubio Religioſorum labori dignitas ac commendatio accedat neceſſe eſt, ſi illum probari poſſit ab eo vſurpatum, qui Religioſorum Ordinum inſpirator, forma & remunerator extitit, quique in Euangelio ſuo Regulam regularum omnium principem ſacro ore dictauit, æternuſq́; Pontifex proprio ſanguine confirmauit. Cuius quidem cum omnis actio noſtra ſit inſtructio, viſum eſt peculiariter diſquirendum, num in manuum opere ſeipſum etiam nobis formam præbuerit & exemplum, de quo & illud dicere poſſet: *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Non deſunt autem qui arbitrentur, Chriſtum Dominum non aliis operibus quàm internis & ſpiritualibus vacaſſe. Simon de Caſſia: Artem, inquit, nullam Chriſtus diſcebat, vnde captaret neceſſaria vitæ, ſed aut maternis aut paternis lucris, & interdum quæſtu bumiliter fouebatur. Item; operari erat oratio, & ſubleuatio ineffabilis, tota deifica erat vita eius. Paulus Burgenſis Epiſcopus Liranum reprehędens, ita ſcripſit. Cùm Chriſtus ſummum gradum contemplationis attigerit, nullo modo dici potuit otioſus, etſi aliquando ab omni actione, ſeu exercitio corporali ceſſaret. Hoc enim pertinet ad Contemplatiuam vitam, ab exteriori actione quieſcere: & ideò irrationabile eſt, attribuere Chriſto occupationem in artibus mechanicis, ad remouendum ab eo otioſitatem; neque ex hoc quod illi de Nazareth ipſum fabrum vocabant, cōcluditur ipſum fuiſſe fabrum: ſed fabrum illum dicebant, ad vilipendendam eius doctrinam, vel dicendum ſecundùm Auguſtinum, quod fabrum Chriſtum credebant quia fabri filius. Barradius quoque veriſimilius putat Chriſtum religioſi inſtar viri Orationibus, ieiuniis, ſpiritualibuſque rebus potiùs, quàm fabrili arti vacaſſe. Quis enim dixerit Dominum, vt ſolent, per alienas ædes fabrilia opera exercuiſſe, conſcendiſſe tecta, ligna cum aliis fabris dolaſſe, eorum fabulis ac ſermonibus indecoris interfuiſſe? Hæc ille.

OPVS MANVVM.

Ioan. 13.

Quidam cenſent eum non laboraſſe manibus.

Sim de Caſſia l. 4. cap. 2.

Burg ſup. c. 6. Marc. addit. 2.

Barrad. to. 2. l. 10. c. 15.

Sed vacaſſe ſpiritualibus.

Alij tamen (& vt noſtra quidem fert ſententia probabilius) ſentiunt Chriſtum cum Parentibus ſuis manuali operi operam nauaſſe. In quibus eſt Salmeron: Multi, inquit, quid ab anno 12. ad trigeſimum fecerit Chriſtus diſcruciantur, quibus hoc verbo Lucas ſatisfacit: *erat Ieſus ſubditus illis.* Orabat, ieiunabat, ſilebat, pauperibus Parentibus collaborabat: ex quo & faber, & fabri filius à turba vocitatur. Baſilius: *veriſimile eſt*, inquit, *cùm homines illi eſſent* (*ſcilicet Maria & Ioſeph*) *& iuſtitiæ & pietatis cultores, tenues tamen, neque neceſſariis ad viuendum copiis ſatis inſtructi* (*quod illo ex præſepi intelligi poteſt in quo venerabilis ille fotus eſt fœtus*) *ſolitos eos in aſſiduis corporis laboribus verſari, & hac ratione quotidianum ſibi victum quæritare, Porrò Ieſus cum his vt diuinæ litteræ prædicant, eſſet ſubiectus, ſine dubio in perferendis etiam vnà cumipſis laboribus, morigeram declarabat ſuam obedientiam.* Hæc Baſilius. Idem porrò, & alij docuerunt. Caietanus: *A multis*, ait, *quæritur, quid fecerit Domi-*

Probabilius eſt exercuiſſe manuum opus.

Salmeron to. 3. tr. 47.

Confirmatur auctoritate.

Baſil. in conſt. Monaſt. c. 5.

1. part 2. Thom. quæſt. 40.

OPVS MANVVM.

Dominus aute Ioannis Baptiſmum? Reſpondendum eſt, quòd exercuit artem fabrilem in ciuitate Nazareth. Similirer Liranus: *Probabile videtur, quòd Chriſtus eandem Ioſephi artem exercuit: & quòd in arte patris ſui putatiui fuit occupatus: quia in doctrinâ, & miraculis, vſque ad trigeſimum annum ſe non exercuit.* Abulenſis: *Chriſtus erat ſubditus parentibus ſuis, id eſt, miniſtrabat eis opere manuali, ad ſuſtentationem vitæ, & ſicut Ioſeph erat faber lignarius, fortè ipſe in eodem officio adiuuaret.* His annumerari poteſt Dionyſius Carthuſianus, dicens: *Iudæos Chriſtum appellaſſe fabrum, vel contemptus cauſſâ, vel quòd fabrili arti operam daret.* Sed qui hos omnes præceſſit Iuſtinus Martyr, ſic loquitur: *Chriſtus faber eſſe putabatur; hæc enim fabrilia opera cùm inter homines verſaretur, aratra & iugo faciebat, ex his & iuſtitiæ ſigno docens, & vitam ab opere remotam*, &c. Ex quo Cardinalis Baronius aliique exiſtimant Chriſtum Dominum, iuxta illud, *tractant fabrilia fabri*, non ſemel iugi & aratri exempla adduxiſſe, & hiſce ſymbolis euangelicam legem adumbraſſe.

Liran ſup. c. 6. Marc.
Abul. qu. 81. ſup. cap. 13. Matth.
Dyonyſ. in cap. 13. Matth.
Iuſt. Mart. in Dialog. cũ Tryph.
Baron. tom. 1.

Qualis faber fuerit Chriſtus.

Sed curioſior hic quiſpiam quærat, quamnam fabrilem artem Saluator exercuerit; etenim tam nomen Latinum *faber*, quàm Græcum τέκτων, fabros complectitur omnis generis, ferrarios, argentarios, aurarios, lignarios, cæmentarios. Et quidem Caietanus incertum eſſe ait, *cuius ſpeciei faber fuerit, illud tamen certum, non aliam fabricandi rationem iniiſſe Chriſtum, quàm eam quâ putatiuus pater S. Ioſeph vtebatur.* S. Auguſtinus (vt citatur à Carthagenâ) tradit Ioſephum nõ abſque ſingulari myſterio fuiſſe fabrum cęmentarium, vt qui ſecundùm diuinam generationem filius eius erat, qui ex nihilo mundum fabricauerat, idem ſecundum generationem humanam filius putaretur, & nominaretur fabri cæmentarij; maximè qui pulchram adeò domum, qualis eſt Eccleſia catholica, ab imis fundamentis vſque ad lacunaria erat erecturus. Ambroſius in allegoriâ fabri ludens, ferrarium & lignarium ſimul proponit: *Non alienum*, inquit, *videtur, vt quâ ratione fabrum patrem habuerit, declaremus. Hoc enim typo eum patrem ſibi eſſe demonſtrabat, qui fabricator omnium condidit mundum iuxta quod ſcriptum eſt: In principio fecit Deus cælum & terram. Nam etſi humana non ſunt comparanda diuinis, typus tamen integer eſt, quòd pater Chriſti igne operatur & ſpiritu, & tanquam bonus animæ faber vitio noſtro circumdolat, citò ſecurim admouens arboribus infæcundis, ſecare doctus exigua, culminibus ſeruare ſublimia, rigido mentium ſpiritus igne mollire, & in varios vſus omne humanum genus diuerſo miniſteriorum qualitate formare.* Hæc Ambroſius. Beda ſimiliter, & Anſelmus Chriſtum ferrarium fabrum facere videntur. Petrus quoque Chryſologus. *Chriſtus erat fabri filius, ſed illius qui mundi fabricam fecit, non malleo, ſed præcepto, qui elementorum membra, non ingenio, ſed iuſſione compegit, qui maſſam ſæculi non carbone, ſed auctoritate conflauit, qui ſolem non terreno igne, ſed ſupremo calore ſuccendit.* Iſidorus Hiſpalenſis: *Ioſeph iuſtus, cui virgo Maria deſponſata exſtitit, faber ferrarius fuit.* In margine tamen nouiſſimæ editionis adſcriptum eſt: fabrum legimus Matth. 13. & Marci 6. ſed ferrarium neſcio vbinam legerit; nam eum dolabra depingitur. Sed præter citatos Auctores S. Hilarius, quem legiſſe potuit Iſidorus, id etiam aſſerit: *Planè hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem ſæculi virtutem iudicio decoquentis, maſſamq; formantis in omne opus vtilitatis humanæ.*

Caietan. in cap. 13. Matth.
Carthagen. to. 1. lib. 4. Hom. 4.
Argumentum pro cæmentario.
Ambroſ. lib. 3 in cap. 3. Luc.
Gen. 1.
Pro ferrario.
Beda in 6. Marci.
Anſelm. in 13 Matth.
Chryſolog. ſerm. 48.
Iſid. in Regul. Mon. c. 5.
Hilar. can. 4. in Matt.

Communior ſententia Ioſephũ facit fabrũ lignarium.

Communior tamen ſententia eſt, quam S. Thomas ſingulariter annotauit, Ioſephum non exercuiſſe artem ferrariam, ſed lignariam: atque huic ſubſcribunt Petrus Equilinus, Iacobus de Voragine, Liranus, & omnis pænè ſcholaſticorum conſeſſus. Neque ab hâc opinione, inquit Sixtus Senenſis, diſcrepat vetuſtiſſima Eccleſiaſticæ picturæ conſuetudo, repręſentans Ioſephum ſenem, vnà cum adoleſcentulo IESV ligneas tabulas tractantem. Nec caret hæc ſententia vetuſtioribus teſtimoniis, nam Theodoretus ſcribit, Libanium Sophiſtam cùm Antiochenæ ſcholæ magiſtrum per ludibrium interrogaſſet; *Quid rerum gereret fabri filius?* illum reſpondiſſe: *Iuliano Apoſtatæ loculum fabricatur.* S. Leander in inſtitutione Virginis: *Sed & Ioſeph, cui fuerat deſponſata* (Virgo Maria) *cùm eſſet iuſtus, erat tamen pauper, ita vt victum & veſtitum artificio quæreret: certè faber lignarius fuiſſe legitur.* Ita habet editio Chriſtophori Bronweri, vt mirum ſit cum pro alterâ ſententiâ à Carthagenâ citari. Sed vetuſtius teſtimonium eſt Iuſtini Martyris, cuius hęc verba: *Cum fabri lignarij filius haberetur, infimis videlicet quemadmodum Scripturæ annunciauerant, apparens, faber atque adeò & ipſe putaretur eſſe: fabrilia namq; cũ in hominibus eſſet faciebat opera, aratro & iugo conficiens.* Atque hæc ſatis eſt de hâc quæſtione. Ex quâ hunc colligemus fructum, vt manibus operari non reformidemus, cùm ipſe Dominus & Saluator noſter ſuo nobis prętiuerit exemplo.

S. Thom. in cap. 13. Matth.
Petr in catalog. lib. 3.
De Vorag. in legeodâ SS.
Sixt. Biblioth. Sanctæ lib. 6. annot. 62.
Probatur.
Theod. Hiſt Eccl. l. 3. cap. 18.
Leand. cap. 14.
Iuſt. Mart. lib. de verit. Relig. Chriſt.

TRA-

OPVS MANVVM.

TRACTATVS II.

DE LABORIS QVALITATE.

INCHOATVM *iam antea manuum Laborem labore noſtro calamoque proſequimur. De quo iſta diſquirimus.* Primò, *Quantæ vtilitatis ſit manuum Labor?* Secundò, *Qui Labores Monachis magis conueniant? & ab alijs exercere ſoliti?* Tertiò, *Quo modo, quò ve ſpiritu laborandum?* Quartò, *Quàm commendata Monachis Librorum deſcriptio?* Quintò, *Cur Graphium & Tabulæ Monachis dandæ?*

DISQVISITIO I.

Quantæ vtilitatis ſit manuum Labor?

Laboris vtilitates.

MERCES & vtilitas condimentum laboris ſunt, tantò enim quiſque diligentiùs operi incumbit, quantò maiora ex eodem expectat emolumēta. Illa proiode hîc aliquouſque recenſebimus, vt ad iniunctum laborem expeditus accurramus.

I. *Conſeruat corporis ſanitatem.* *Hippocrat. Epedemic. lib. 5. ſect. 4. Ariſtot. 5. Metaphyſ.*

PRIMA ſit, manualibus exercitijs etiam corporis ſanitatem cōſeruari. Nam vt Hippocrates dixit: *Exercitatio ſanitatis, veſci citra ſatietatem, & non refugere Laborem.* Ariſtoteles quoque Exercitium ſanitatis cauſſam dixit: ciborum enim facilem concoctionem parat; vnde Socrates vſque ad veſperum contentius interdum ambulaſſe dicitur. Interrogatus autem, cur id faceret: Quo meliùs cænaret, obſonari in ambulādo famem, reſpondit. Contrà verò qui ſine motu torpet, facilè in morbum incidit, nam vt Chryſoſtomus ait, *& oculus, & os, & venter, & vnumquodque membrorum, niſi quod ſuum eſt operetur, in extremū incidit morbum. Vter equus vtilis, is qui in delicijs, an qui exercetur? Vtra nauis, ea, quæ nauigat, an quæ in littore manet? Vtra aqua, eáne quæ fluit, an quæ ſtat? Vtrum ferrum, quod mouetur, an quo nemo vtitur? Nonne illud quidem ſplendet, atque argento ſimile eſt, hoc autem rubigine conſumitur, & vbique inutile eſt, ac etiam aliquid ſuæ materiæ amittens? Tale quiddam fit etiam in anima otioſa. Rubigo enim quædam apprehendit illam, & conſumit ſplendorem atque alia omnia.* Idemque alibi: *Corpus quod otioſum quidem & immobile, magis morbis obnoxium & fœdum: quod autem mouetur & laborat, & ærumnis exercetur, formoſius eſt ac ſanius.* Hæc Chryſoſtomus. Non malè igitur Poëta:

Plat. lib. 2. de opt. ciue. Chryſoſt. homil. 35. in Acta. Probatur à ſimili. Homil. 54. in acta.

Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus?
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ?

Ouid. lib. 1. de Pont. eleg. 6.

II. *Ad ſpiritualem profectum iuuat.*

SECVNDA vtilitas, quòd animæ quoque proſit externus labor. Bernardus enim *opus manuum ad ſpiritualem profectū eſſe introductum* ait, & Caſſianus ſcribit: nullo modo Patres in Ægypti Monachos pati otioſos, ac præcipuè iuuenes, quia nimirùm actū cordis & profectum patientiæ & humilitatis ſedulitate operis metiebantur. Ex quo capite & alibi dicit, Monachos laboraſſe, *vt faſtus vitæ præteritæ poſſint, & delitias obliuiſci, & humilitatem cordis, cōtritione laboris acquirere.* Cùm autem tota Benedictina perfectio in humilitate ſit fundata, & radicata; meritò etiam manuum opus, quod ad humilitatem ipſam nos manuducit, magnifaciendum. Dicitur enim in libro Seniorum, quòd interrogatus quidam ſenex à fratre quopiam. *Quid ſit Humilitas?* Reſpondit dicens, *magnum opus eſt Humilitas, atque diuinum: Iter autem, quod nos ad humilitatem perducit, labores ſunt atque corporeæ moleſtiæ, quas volentes, & non inuiti ſuſcipimus.* Quærit autem S. Dorotheus, cur dixerit labores corporeos perducere animam ad humilitatem? *Quid enim habet corporeus labor ad ingerendos in animam noſtram habitus, & excitandos affectus?* Reſpondet verò animam noſtram poſt peccatum primorum parentum factam velut carnalem & corpoream, ſicut ſcriptum eſt: *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus his, propterea quod effecti ſunt caro. Et anima noſtra fermè ita diſponitur, & efficitur, prout ſunt ea, quæ tractantur & geruntur in corpore.* Alio enim modo afficitur anima vnius, qui equo vehitur, aliter qui aſello: *alio modo diſponitur & afficitur animus illius qui ſedet in throno; alio autem illius, qui*

Bernard. in epiſt. ad fratr. de monte Dei. Caſſ. l. 10. cap. 22. Lib. 2. c. 3. Perducit ad Humilitatem. Doroth. ſerm. 1. Quo modo id fiat.

 ſedet

Digitized by Google

OPVS MANVVM.

ſedet in terra; aliter illius, qui pulchris ac pretioſis, vel mollibus indutus eſt indumentis; multò aliter illius, qui pannoſus, & laceras gerit veſtes. Labor igitur corpus humiliat, atque demittit. Humiliato verò ac demiſſo corpore, humiliatur pariter & anima. Vnde probè ſenex aſſeruit, labore corporeo animam ad humilitatem dirigi, atque à Deo deduci.

III. *Labor ſatisfacit pro peccatis.* Cantiprat. lib. 2. apum c. 5 part. 2.

TERTIA Vtilitas ea eſt, quòd cùm labor manuum corpus affligat, hoc nomine ſatisfactorius ſit, & minuat pœnam peccatis debitam. Vndè de S. Bernardo Cantipratanus refert, quod videns aliquando in meſſe ſegetum fratrem conuerſum deuotè & vltra vires cum Monachis laborantem, Spiritu ſancto attactus dixerit; *Eia frater, age quod agis, nullum aliud poſt hanc vitam purgatorium ſuſtinebis.*

IV. *Præmium in cœlo tribuit.* Vit. Patr. libell. 7. num. 31.

QVARTA vtilitas ſit, quòd opus manuũ debitis circumſtantijs exercitum, præmium etiam mereatur in cœlo, quod ita Deus oſtendit: habitabat in Eremo ſenex quidam, qui longè habebat aquam à cella ſua per duodecim millia, vbi dum ſemel iret haurire aquam, defecit, & dixit: *Quid neceſſe eſt vt hunc laborem patiar? venio & habito circa aquam hanc.* Et cùm hoc dixiſſet, conuerſus vidit quemdam ſequentem ſe, & numerantem veſtigia ſua: interrogauit autem eum, dicens: *Quis es tu?* Et ille dixit: *Angelus Domini ſum, & miſſus ſum numerare veſtigia tua, & dare tibi mercedem.* Quod cùm audiſſet ſenex, forti animo factus promptior, & adhuc longiùs poſuit cellam ſuam ab aquâ illâ. Sed quis enarret, quo fauore Regina cœli Ciſtertienſes Monachos triticeæ meſſis opere detentos proſecuta ſit?

Lib de vir. illuſt. Ord. Ciſtert.

Reinaldus fuit inter ipſos non poſtremos. Is paululum à socijs ſequeſtratus, ſimulque cum animi voluptate feruorem operantium proſpectans, *vidit venientem è cœlis Beatiſſimam Virginem Mariam, Sanctis Eliſabeth & Magdalena comitantibus ad meſſores fratres accedere, quæ ſalutauit fratres in oſculo ſancto, amplexans brachijs charitatis ſuæ, duabus quoque comitibus linteola prætendentibus extergebat puluerem, & ſudorem de Monachorum frontibus, & duriùs laborantes dulciùs conſolabatur.*

B. Maria laborantium ſudorem extergit.

Angel Manrique in Sanctorali Ciſtert. in proœm.

Accipe & aliud non minùs mirãdum apud eoſdem. Cùm Stephanus Abbas adiunctis fratribus in agro magno cum feruore operaretur, repentè aſpicientibus & mirantibus cunctis, glorioſa virgo adfuit, quæ dilectum famulũ ſuum Stephanum benigno vultu aſpiciens, candidiſſima & laneâ zonâ, quam è cœlo viſa eſt portare, eum ſupra ſcapulare proprijs manibus cinxit. In cuius rei ſignum Ciſtertienſes regularis obſeruantiæ in Hiſpaniâ hodieque laneâ zonâ eaque albâ ſuper ſcapulari præcincti ſunt, vt in Menologio ſuo Henriquez teſtatur. Cæleſtibus his prærogatiuis Monachorum labor magnificè extollitur, & omnibus modis commendatur.

Stephanum candidâ zonâ cingit.

Henriq. 6. April.

DISQVISITIO II.

Qui Labores Monachis magis conueniant? & ab ijs exerceri ſoliti?

Baſil. in Reg. fuſ. diſp. interrog. 38.

QVÆSTIONEM hanc proponit ac diſſoluit S. Baſilius in hunc ferè modum. *Omnino etſi artes quaſdam ſtatuere in quibus nos verſari conueniat, haud facile eſt; quòd aliæ alijs magis ſunt opportunæ: Quemadmodũ videlicet cùm locorum, tum negotiationum, quæ in ſingulis regionibus tractantur, & natura & commoditas deſiderat: in vniuerſum tamen harum deſcribi & conſignari delectus quidam poteſt. Ac nimirùm eæ videntur eſſe, quæcumque vitæ noſtræ, & quietem, & tranquillitatem conſeruent, quarum ſcilicet materia magno labore quæratur, neque opera magnâ ſolicitudine diuendantur: ſimiliterq; illæ omnes, per quas neque virorum, neque mulierum indecoros cõgreſſus nobis conciliãt, & noxias. Siquidem omnibus in rebus illud peculiariter debemus ſpectare, vt ſimplicitatem ac frugalitatem teneamus.* Poſteà verò ſubiungit declinari debere quæ quietem perturbant, aut animum nimis diſtrahunt, quæque impedimento ſunt, quò minùs Deo aſſiduè cohæreamus, quæque à pietatis ſtudio auocant. Sed operæ pretium fuerit in particulari illa operum genera explicemus, quibus Monachi olim deſtinati fuere.

Labores qui ſunt quaſi deligendi.

Vitandi, qui diſtrahunt.

Olim à Monachis exercita.

1\. *Agricultura.* Baſil. loco citat.

Primum placuiſſe video agriculturam, *quæ, vt Baſilius ait, ad vitam neceſſaria & magnam vtilitatem adfert, modò tamen hi qui in ea verſantur, nullas ſurſum ac deorſum curſitationes cogantur ſubire, & neque à vicinis, neque ab accolis tumultus afferat, aut turbas.* De hoc opere Palladius in vitâ Serapionis: *Hoc autem moris erat non ſolùm ipſis, ſed & omnibus penè Ægyptijs Monachis, vt meſſis tempore elocent ad metendum operam ſuam, atque ex ea mercede octogenos vnuſquiſque modios frumenti plus minùs conquireret, & horum partem plurimam pauperum vſibus offerant.* In Concilio Agathenſi & Epaonenſi, ſcribitur Monachos quotidianum *rurale opus* feciſſe. Palladius de Pachomianis Monachis: *Alius quidem laborat in agro colendo, alius in horto.* Nec diſplicuit S. BENEDICTO, qui monet ſuos, vt ſi *ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur.* Atque alibi ait: *Si labores agrorum non habeant Monachi* &c. Huic affinis eſt horti cultura ab eodem S. BENEDICTO inſinuata, dum ait: *Si quis in labore quouis, in piſtrino in horto, vel in quocumque loco aliquid deliquerit, vel fregerit,* &c. Hiſpalenſis tamen Iſidorus hæc duo diſiungit, hortos eorum & olera Monachis, cultum verò agrorum ſeruis aſſignat. Caſſianus etiam propter diſtra-

Vit. Patr. lib. 2. c. 18.

Agatheoſ. can. 56. Epaonen. can 8.

Pallad. in Lauſ. c. 39.

Quæ S. Benedicto placuit.

Cap. 48.

Cap 41.

Cap 46.

Iſidor. in Reg. Monach cap 5.

Quædam immixta mento.

ctiones

Caſſia. col. lat. 24. c. 12. ctiones agriculturam à Monachis negle- A ctam ſcribit, ideoque amœnam habitationem ab ipſis deuitari, *Non ſolùm*, inquit, *vt frequentias hominum obtentu inuiæ ſolitudinis declinemus, ſed etiam nequaquam nos ad qualiſcumque culturæ diſtentianem vberis ſoli natura ſolicitet, per quam mens ab illa principali obſeruatione cordis diſtracta ſpiritualibus ſtudijs redderetur effœta.* Fuldenſes tamen Carolo Magno ſupplicantes, vt ipſa Monaſterij miniſteria per fratres ordinentur, *hortis & agriculturæ ſimul* meminerunt. Et noſtri olim ab eo non abhorruerunt. S. Sequanus vnà cum Monachis io agrum conceſſit ad ſœnum metendum. S. Herluinus necdum Monachus factus terram fodiebat, lapides, arenam, & calcem humeris comportabat, parietes quoque ipſemet componēs, annos prope quadraginta natus, & ex illuſtri ſtirpe ortus. Abbas autem creatus ſuo exemplo Monachos incitare cœpit. Peracto in Eccleſia officio, raſtrum accipiebat, terram ſubigebat, & alia agricolæ munia miles ſtrenuè obibat. Monachi autem Patrem imitabantur, vitam ſiccam & auſteram ducentes. Iidem laboribus Ciſtertienſes S. Bernardi æuo diſtentos, ipſe inſinuat, cùm aliorum hanc obiectionem ponit: *Qualis verà religio eſt fodere terram, ſiluam exſcindere, ſtercora comportare? ſi tantum in die quantum profeſſus es manibus laboraueris, durus erit cibus quem libenter non comedas.* Clotarius rex interrogauit S. Iuoianum, num aliquâ re indigeret? cui ille dulciſſimo alloquio reſpondit, ſe ſub Monaſtico Ordine vitam degere, & Monachis prælatum, & Beatiſſimi BENEDICTI Regulam ſeruare, niſi quòd D propter anguſtiam loci non eam plenisſimè cuſtodire cum ſuis valeret: nec ſe habere vbi operis exercitium fieret ſecundùm Regulam iam ſupradicti BENEDICTI Patris. His rex auditis, dixit B. Viro, vt tantundem ſpatij ex prædio fiſci ſui caperet, quātum ſufficeret ad opus duorum Monachorum. Et reperto loco qui dicitur Mariacus, Monaſterium ædificauit, & Monachos iuxta Regulam S. BENEDICTI viuere fecit. Vixit hic ſanctus tempore S. Mauri, & per diem ſe operibus manuum exer- E cebat, per noctem in orationem incumbebat.

Antiquit. Fuld. lib. 3. c. 12. Sed plures Sancti agros coluerunt. Menard. l. 1. obſeruat. 19. Sept. Gilbert. apud Menard. 20. Auguſt. Bernard. epiſt. 1. Wiphin. Boet. in vit. apud Menard. 13 Auguſt.

II. SECVNDÒ. Iniunctum aliquibus pecora paſcere, vnde Heraclides ſcribit, ſcandalizatum ſe videns à Pachomij Monachis ſues paſci, ſed reprehendenti reſponderunt, ſe id ex maiorum traditione ſuſcepiſſe. Carolomannus ouiū paſtor à Caſſinenſibus conſtitutus fuit. S. Petrus, Albanenſis poſtea Epiſcopus & Cardinalis, ex nobiliſſima Aldobrandinorum familia, tantæ fuit humilitatis, vt vaccarum cuſtodiam in cœnobio libenter ſuſciperet.

Quidam pauerunt pecora. Patad. Heraclid. c. 19. Naucler. generat. 15. Menard. l. 1. obſeruat. 8. Ianuar.

TERTIÒ. Habebant olim in Monaſterijs omnis generis artifices, nam de Pachomianis Heraclides ait, ſe vidiſſe inter eos *ſarcinatores quindecim, fabros ferrarios ſeptem, Carpentarios quatuor, Camelarios duodecim, Fullones quindecim* numero, ſingulos in arte propria laborantes. Alij deinde pellium, alij coriorum confectione ſudabant.

OPVS MANVVM. III. Omnis generis artes exercebant. Patad Heraclid. c. 19.

Sed & B. P. N. BENEDICTO, non deſuerunt opifices his aut ſimilibus operibus intenti: vt alibi probatum. Iſidorus Hiſpalenſis plura opificum exercitia recenſet, ait B enim *ad Cuſtodem ſacrarij pertinere veſtes ſuere, aurum atque argentum, ceteraque fracta æris, ferrique metalla. Ordinatio quoque linteariorum, Fullonum, Calciariorum atque ſartorum.* Ad cellarium verò ſpectant horrea, greges ouium & porcorum, lana & linum, de area ſolicitudo, cibaria adminiſtranda piſtoribus, iumentis, bobus, & auibus, induſtria quoque calceamentorum, cura paſtorum, ſeu piſcatorum.

Lib. 2. tr. 7. disq. 5. Ibid. cap. 20. Reg. Monach.

Alacriter porrò manuarijs hiſce exercitijs noſtros inſudaſſe, comperimus. S. Cin- C cuinus artem in Cœnobio exercuit Fabrilem. S. Theobaldus Abbas latomis ſeruiebat, ſuis humeris cœmentum & lapides ferens. Aliquando in Comitijs generalibus apud Ciſtertium eo nomine obiurgatus, quòd nempe eiuſmodi opera Prælatum & Abbatem minimè decerent: reſpondit ſe, non increpatum iri, ſi haberet veſtes pretioſas, aut equum ſuperbum. S. Eoſtrowinus ex Ergfridi regis miniſtro Monachus Benedictinus, qui anno 687. obijt, non tantùm triticum ventilare & triturare, oues vitulaſque mulgere, aliaque Monaſterij opera in piſtrino, in horto, in coquina exercere ſolebat, ſed & Abbas factus arare, ferrum malleo domare, ventilabrum manu concutere, aliaque talia gerere non dedignabatur, vt refert Venerabilis Beda apud Eduardum Maihew. S. Thiemon in ſculptura, pictura, & fuſoria verſatiſſimus fuit. Valdè autem celebratum fuit apud priſcos Cœnobitas exercitium texendi ciſtellas, ſportas, caniſtra, tegetes ſiue mattas, vt paſſim in vitis Patrum videre eſt. Humiliati primis inſtitutionis ſuæ ſæculis Lanificio operam dabant. S. Romualdi Monachi omnes opera manuum faciebant, alij ſcilicet cochlearia, alij nebant, alij retia nectebant, alij cilicia. Ioannes quidam apud Rufinum iumentorum cingula ex palmarum folijs texebat, vt in illis locis haberi moris eſt. Funiculos torquere non inſolitum illis fuit. Sanctus Petrus Cæleſtinus libros compingebat, vel ſuebat veſtes ſuas, aut ſuorum conſtratum, vt tentator malorum diabolus in bonorum labore ſemper eum inueniret occupatum. Sed & Nicolaus Bacceтius Ordinis Ciſter-

Probatur exemplis quorumdā ſanctorum. Menard. l. 2. obſeruat. 28. Ian. Idem 6. Iul. In addend. tab. 2. Trophæor. 7. Matt. Henne. Caniſ. tom. 4. antiq. lect. Petr. Dam. in vit. c. 16. Vit. Patr. lib. 2. cap. 5. Petr. de Alliaco in vita lib. 1. c. 1. Refert Iongelinus l. 7. Notit. Abb. Ciſt.

OPVS MANVVM.

Ciſtertienſis Abbas, in deſcriptione Abbatiæ ſeptimianæ manualia ſex recenſet exercitia priſcis Ciſtertienſibus familiaria, agriculturam ſcilicet, Textoriam, Sutoriam, Phrygioniam, Scriptoriam atque Picturam.

IV. *Domeſtica opera ad victum neceſſaria obibant.*

QVARTÒ, domeſtica opera, & quæ ad victum neceſſaria ab ipſis Monachis præcipue exercebantur. Hinc hebdomadatim coquinæ officijs inſeruiebant, in quibus vaſa mundare, lintea lauare, loca & vtenſilia reliqua purgare oportebat, vt ex Regulæ textu colligitur. Fuldenſes Monachi Carolum Magnum rogarunt: *Vt ipſa Monaſterij miniſteria per fratres ordinentur, id eſt, piſtrinum, hortus, bratiarium, coquina, agricultura, & cetera miniſteria.* Hæc autem quæ ab Imperatore tum poſcebant Fuldenſes, poſteà ſub eius filio pro toto ordine Benedictino decreta ſunt. Nam in Concilio Aquiſgranenſi hæc leguntur: *Vt in coquina, in piſtrino, & in ceteris artium officinis, proprijs manibus operentur.* Curam autem pinſendi panes vſque adeò quibuſdam placuiſſe animaduerto, vt omnibus eam iniunxerint. Nam in Regula Ternantenſi panes pinſere ad omnes ſpectare inſinuatur, cùm dicitur; *de quo opere nullum deeſſe conuenit.* Iſidorus Hiſpalenſis: *Ars autem piſtoria ad laicos pertinebit: ipſi enim triticum purgant, ipſi ex more molunt. Maſſam tantùm Monachi conficiant, & panem ſibi proprijs manibus ipſi faciant.* Herluinus ad vſum fratrum annonam ipſe Abbas torrebat. S. Richmirus tempore quadrageſimæ ſicca edulia ad panem hordeaceum adhibebat, quem ſuâ manu pinſebat, erat enim laboris amantiſſimus. S. Plato farinam patiēter ſubigebat, vt refert Theodorus Studita. Quâ verò diſciplinâ farina conſpergenda, & maſſa ſubigenda, explicat S. Pachomius. Neque adeò mirum eſt vel omnes vel plures huic operi deſtinari, cùm multa ei ſint coniūcta, ligna nimirùm comportare, furnum purgare, aquam adferre, farinam miſcere, maſſam ſubigere, panes formare eoſque furno imponere & eximere: denique totam piſtrini ſupellectilem purgare.

Cap. 15. — Antiq. Fuldenſ. lib. 3. c. 12. — Concil. Aquiſgran. can. 4. — *Ars pinſendi panes omnibus imperata.* — Reg. Ternant. c. 10. — In Reg. Monach. cap. 20. — Gilbert. apud Menard. 20. Auguſt. — Idem 14. Febr. lib. 2. — Theodor. apud Sur. in vitâ. — Pachom. in Reg. art. 65.

Humiliter omnia peragenda.

Hæc porrò in ſpeciem vilia officia magna humilitate ſunt peragenda, nec repudianda velut nobis indigna, magnum enim decorem & dignitatem ex eo contrahunt, quòd ad Dei honorem ex obedientia exerceantur. *Pudor ille in vitio eſt*, inquit Iuſtinus Martyr, *vt vereamur ſi ipſi manibus noſtris opus fecerimus, ne quis nos miſeros, & auxilio deſtitutos eſſe ſuſpicetur.*

Iuſtin. de vitâ Chriſtianâ.

DISQVISITIO III.

Quo modo, quó-ve ſpiritu laborandum?

Religioſi opera ſint perfecta.

VT Religioſorum opera à vulgaribus ſæcularium hominum diſtent, & verè religioſa ſint, id eſt, vt Dei cultum aliquo modo contineant, & ad eum referantur, magni intereſt illa perfectè & iuxta ſpiritum Regulæ, & Patriarchæ noſtri BENEDICTI intentionem exercere. In ipſis enim corporalibus laboribus non modica perfectiouis portio, & ſpiritualis lucri occaſio eſt conſtituta. Quare quod Eccleſiaſticus monuit: *In omnibus operibus tuis præcellens eſto*: id ſibi peculiariter dictum Religioſi exiſtimare poſſunt, ac ſi eo admonerentur, vt quæcumque faciunt, perfectiſſimo ea modo efficere ſtudeant. Ita vt non ſint opera merè naturalia, aút indifferentia, ſed ſpiritualia vitæque æternæ meritoria. Intendebat hoc Seraphicus Pater Franciſcus, cùm diceret: *Laborent fideliter ac deuotè, ita quod excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis ac deuotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deſeruire.* Et Hugo Dinenſis: Quaſi otioſus eſt Religioſus, dum ſe vel actione, vel contemplatione (quorum vſu religio maximè conſtat) pro ſui ſtatus exigentia non exercet: vel dum non potiùs miſcet vtrumque, alterum alteri connectens.

Eccli. 33. — *Et meritoria vitæ æternæ.* — Cap. 3. Reg. — Hugo Dinenſ. in Reg. S. Franciſci.

Modi operandi ad mentem S. Benedicti.

Diſpiciendum igitur eſt, quâ ratione ſecundùm ſpiritum S. BENEDICTI laboretur. Seraphim illi, quos Iſaias olim videbat, ſex alis inſtructi erant. Opera Benedictinorum Monachorum, qui habitu ſuo (vt Bonifacius IV. alijque dixerunt) ſenas Seraphinorum alas repræſentant, totidem pijs conditionibus ex mente Sancti BENEDICTI ſunt exornanda, vt ita ad cælum euolent, & diuinæ ſint accepta Maieſtati.

Iſai 6.

I. *In Dei præſentia.* Cap 7.

Prima autem āla ſit, vt opera manuum fiant in Dei præſentia, vnde Sanctus Pater ait: *Æſtimet ſe homo de cælis ſemper à Deo reſpici omni horâ, & facta ſua in omni loco ab aſpectu diuinitatis videri.* Requirebat idipſum à laborantibus Baſilius, cuius hæc verba: *Ceterùm aſſignato iam ſibi artificio, vacare vnuſquiſque attentè debet, ſtudioſeque inuigilare, & nihilo ſecius, quaſi inſpectore Deo, ſummâ ſedulitate, & attentiore curâ accuratiſſimè illud exercere, vt fidenti animo ſemper dicere illud poſſit: Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manus ſpectant dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.*

Baſil in Reg. fuſior. 41. — Pſal. 119.

II *Cum ſui diffidentia.*

Secunda ala eſt, vt fiant cum diffidentia de viri-

Cap. 7.

de viribus proprijs: *Ad omnia quæ ſibi iniunguntur* (ait S. Legiſlator noſter) *velut operarium malum & indignum ſe iudicet* Monachus.

III. *Cum diuini auxilij inuocatione.* *In Prolog. Reg.*

Tertia ex præcedenti conſequens eſt, vt confidens de diuino auxilio, Dei opem imploret, quod S. Pater his verbis extulit: *Quidquid agendum inchoas bonum, à Deo perfici inſtantiſſimâ oratione depoſcas.* Expreſſius S. Fructuoſus monet labori præmittendam orationem: *Dato ſigno ſumptis ferramentis, congregentur in vnum, factaque oratione pergent recitantes ad opus vſque ad horam diei tertiam.* Ad huius verò rei praxim, orandi formulam in principio laboris multi in Ordine noſtro præſcripſerunt. S. Dunſtanus: *Si opus habuerint, pulſatâ tabulâ; Prior auxilium prius inuocet diuinum dicens tertiò: Deus in adiutorium meũ intende,* &c. quę pro paraſceue manualis operis in Capitulo fieri oſtendimus. S. Columbanus tãti orationem ante & poſt laborem dicendam fecit, vt duodecim percuſſionibus emendandum ſtatuerit, qui ex obliuione eam neglexiſſet.

Reg. Fruct. cap. 6.

Stat. Don. ſtan. c. 1.

Lib. 8. tract. 1. diſp. 2.

IV. *Cum humilitate.* Cap. 57.

Quarta ala, ſiue conditio Monaſtici operis eſt, vt cùm humilitate exerceatur, quod paſſim & præſertim cap. 7. inculcatur. Et alibi ait: *Artifices ſi ſunt in Monaſterio, cum omni humilitate & reuerentia faciant ipſas artes.* Quod ſatis ei non fuit, niſi etiam adderet, malle ſe vt ab opere omninò deſiſterent, quàm vt illud ſine humilitate perficerent. *Quod ſi,* inquit, *aliquis ex ijs extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eò quòd videatur aliquid conferre Monaſterio, hic talis auellatur ab ipsâ arte, & denuò per eam non tranſeat; niſi fortè humiliato ei iterum Abbas iubeat.* Tanti ſcilicet fecit hic Sanctus humilitatem.

V. *Cum Obedientia.* Cap. 49.

Quinta, vt fiat cum Obedientia. *Cùm voluntate enim Abbatis omnia agenda ſunt,* vt habet Regula. Et: *Quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit, præſumptioni deputabitur & vanæ gloriæ, non mercedi.* Hinc Baſilius multis oſtẽdit, rectam rationem non permittere, *vt qui gubernationem ſui alijs tradiderit, ipſe ſibi deligat quid operari velit. Hic enim cupiditati ſuæ obſequitur, proditque ſe ſibiipſi placere: documento eſt deinde artem illam ceteris anteponere, aut propter gloriam vitæ huius, aut lucri ſpem, aut aliud quid id genus in eam artem propenſiore ſit affectu: neque ſemetipſum abnegauit, qui ſuis ipſe affectibus perficiendis obſequitur.*

Baſil. in Reg. fuſior. 41.

VI. *Ad Dei gloriam omnia referendo.*

Sexta, & vltima operum noſtrorum ala eſt, vt Religioſus ipſo ſe opere quaſi abdicans & expropriaus, totum Deo attribuat, ad eius gloriam dirigat, ipſique offerat. Inſinuat id S. BENEDICTVS, cùm ait. *Bonum aliquid in ſe cùm viderit, Deo applicet, non ſibi.* Quod clariùs exponit in prologo. *Timentes Dominum de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos: ſed ipſa in ſe bona non à ſe poſſe, ſed à Domino fieri exiſtimantes, operantem in ſe Dominum magnificant, illud cum Propheta dicentes: Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.* Atque hic eſt ſublimiſſimus omnino finis, quem in operando homo intendere poteſt, vt nimirùm omnia referat ad Dei gloriam; ad quam etiam beati omnia ſua referunt. Imò ipſe Deus in omnibus operibus ad extra (vt Theologi loquuntur) ſemper agit ex affectu & intentione ſuæ gloriæ. Gloria enim Dei excellentius bonum eſt quàm omne bonum creaturæ. Quare magnæ perfectionis erit agnoſcere in ſe operantem Deum, & ipſum opus non quaſi noſtrum, ſed quaſi ipſius Dei ad eius ſolius gloriam dirigere, illique offerre. His alis opera noſtra, quæ alioquin humi reperent, in cœlum ſubuolant, & ſpiritualia efficiuntur.

Cap. 4. Inſtrum. 42.

OPVS MANVVM.

Quàm meritorium opus, quod Chriſti operibus vnitur. Bloſ. in Monil. c. 3.

Quo verò copioſius meritum operi manuum noſtrarum reſpondeat, iuuerit illud vnire operibus ac meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Scribit enim Bloſius, Sanctis Ordinis noſtri monialibus Gertrudi & Mechtildi ab ipſo Domino reuelatum fuiſſe, opera noſtra miram excellentiam ac nobilitatem ex coniunctione illa operum Chriſti contrahere, Deoque Patri plurimum placere. Nam reputabitur, inquit, quaſi vnum exercitium cum Chriſti exercitio, ſicut modica aqua miſſa in vinum, & vino vnita, iam vinum reputatur. Quanti autem meriti ſit opera ſua Chriſto vnire, & per eum Deo Patri offerre, eidem S. Gertrudi diuinitus declaratum fuit: ſentiens enim magnam in quodam opere difficultatem, eùm Deo Patri diceret: *Domine, hoc opus offero tibi in laudem æternam, per vnicum Filium tuum, in virtute Spiritus ſancti;* intellexit quod quidquid piè offertur Patri per Filium, quidquid item humiliter petitur per filium, illud mirificè ſupra humanam æſtimationem nobilitatur, & redditur Deo Patri aceeptum. Quemadmodum viride vel aureum apparet, quidquid per vitrum, aut gemmam viridis aureíve coloris eonſpicitur.

DISQVISITIO IV.

Quàm commendata Monachis Librorum deſcriptio?

Scriptio librorum hominem vix diſtrahit. Bern. Epiſt. ad Fratres de monte Dei.

CONSENTIVNT SS. Patres, illum potiſſimùm Mnnachis vſurpandum laborem, qui mẽtem minus diſtrahat, & ad ſpiritualia magis reddat idoneam. Ex quo capite paſſim commendata, & in vſum deducta librorum deſcriptio. Audiendus Bernardus: *Operandum eſt,* inquit, *aliquid manibus, quod ſpiritualibus ſtudijs delectationem conſeruet, & nutriat.* Et infrà: *Non ſpiritualia exercitia ſunt propter corporalia, ſed corporalia pro-*

OPVS MANVVM.

pter ſpiritualia: Et ſic cùm in adiutoriũ ſpiritualis ſtudij neceſſaria ſint, non tamen ad hoc æquè ſemper conuenire videntur omnia corporalia exercitia, ſed quæ cum ſpiritualibus propiorem videntur habere ſimilitudinem ſicut ad ædificationem ſpiritualem meditari quod ſcribatur, vel ſcribere quod legatur. Hactenus Bernardus.

Ideò priſcis Monachis vſitata.
Hier. epiſt. ad Ruſtic.

Hac intentione olim Monachos ſcripſiſſe, auctor eſt Hieronymus: *Scribebantur,* inquit, *libri, vt manus operarentur cibum, & animus lectione ſaturaretur.* Chryſoſtomus de ſcriptoribus Monachis hæc pulchrè exatauit: *Neque verò conenses tantùm & orantes, verùm & libris affixi, iucundum ſunt videntibus ſpectaculum. Cùm enim chorum diſſoluerint, hic quidẽ Eſaiam ſumẽs, cum illo loquitur: hic autem cum Apoſtolis conuerſatur, alius ab alijs elaborata percurrit.* Idemque alibi de iiſdem loquens: *Poſt completum orationis officium, ſcribendis libris operam dabant.* Heraclides opera Monachorum S. Pachomij recẽſens, ait alios Codicum conſcriptione occupatos, idemque exercitium iuniores Monachos S. Martini detinebat, vt teſtis eſt Sulpitius. Meminit & Caſſianus huius exercitij: *Is qui opus ſcriptoris exercet, quam repertus fuerit inchoaſſe litteram, finire non audeat.* Sed quod ad commẽdationem honeſtiſſimi huius exercitij plurimum facit, Theodoſius Imperator cum à publicis vacabat, libros ſacros tantâ elegantiâ ſcribebat, vt *Calligraphi* nomen inde acceperit. Et quod mirum eſt, inde victum veluti manupretio comparauit: cùmque in delicijs nauigare & natare poſſet, maluit ſuo labore viuere, quàm aliorum cenſibus, aut ſubiectorum quamuis iuſtis vectigalibus genium curare.

Chryſoſt. hom. 66. ad pop. Antioch.
Idem in 1. ad Tim. homil. 14.
Paradiſ. Heraclid. cap. 19.
Sulpit. l. 1. vit. S. Mart.
Caſſ. lib. 4. cap. 12.
Theodoſius à ſcriptione laudatus.
Rader. in aulâ S. c. 6.

Commendatur ſcriptores.
Trithem. c. 5. de laude Script. Manual.

Sed vt ad noſtros accedamus, Trithemius Abbas ait: nullum laborem, qui manibus exerceatur, noſtro magis conuenire propoſito, quàm officium ſcribẽdi, de cuius laudibus integrum librum conſcripſit, in quo plures ſcriptionis ponit fructus, quos ante eum in ſimili ſcripto expreſſerat Ioannes Gerſon. Vtrumque præceſſit Caſſiodorus, quem audire hic iuuerit: *Ego,* inquit, *fateor votum meum inter vos quæcumque poſſunt corporeo labore compleri, Antiquariorum mihi ſtudia, ſi tamen veraciter ſcribant, non immeritò forſan plus placere; quòd & mentem ſuam relegendo ſcripturas diuinas ſalutariter inſtruunt, & Domini præcepta ſcribendo longè latèque diſſeminant. Felix intentio, laudanda ſedulitas, manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire; ſalutem mortalibus tacitam dare, & contra diaboli ſurreptiones illicitas calamo atramentoq́; pugnare. Tot enim vulnera ſatanas accipit, quot Antiquarius Domini verba deſcribit. Vno itaque loco ſitus, operis ſui diſſeminatione, per diuerſas prouincias vadit. In locis ſanctis legitur labor ipſius. Audiunt populi vnde ſe à praua voluntate conuertant, & Domino purâ mente deſeruiant. Ope-*

Caſſiod. in ſtit. diuinar. lib. 1. cap. 30.
Vicem agũt concionatorum.

A *ratur abſens de opere ſuo. Nequeo dicere viciſſitudinem illam de Doctorum bonis non poſſe percipere, ſi tamen non cupiditatis ambitu, ſed recto ſtudio talia noſcatur efficere. Verba cæleſtia multiplicat homo & quadam ſignificatione comprobabili, ſi fas eſt dicere, tribus digitis ſcribitur, quod virtus ſancta Trinitatis effatur. O ſpectaculum benè conſiderantibus glorioſum! Arundine currente verba cæleſtia deſcribuntur, vt vnde diabolus caput Domini in paſſione fecit percuti, inde eius calliditas poſſet extingui. Accedit etiam laudibus eorum, quod factum Domini aliquo mo-*

Multiplicant verbum Dei.

B *do videntur imitari, qui legem ſuam (licet figuraliter ſit dictum) omnipotentis digiti operatione conſcripſit.* Hęc Caſſiodorus. Petrus Cluniacenſis Gilleberto recluſo pro manuum labore ſcriptionẽ ſuadet. *Plantari,* inquit, *non poſſunt arbuſculæ, rigari nequeunt ſata, neque aliquid ruralis operis exerceri, recluſione perpetua prohibente: ſed quod eſt vtilius, pro aratro conuertatur manus ad pennam, pro exarandis agris, diuinis litteris paginæ exarentur, ſeratur in chartula verbi Dei ſeminarium: quod maturatis ſege-*

Petr. Cluniac. lib. 1. epiſt. 20.

C *tibus, hoc eſt, libris perfectis, multiplicatis frugibus, eſurientes lectores repleat, & ſic panis cæleſtis letalem animæ famem depellat.* S. Ferreolus ait, *ſcribere, præcipuè eſſe Monachorum opus.*

Reg. Ferreol. c. 28.

Hoc porrò tam laudatum exercitium voluiſſe S. BENEDICTVM à ſuis frequentari, inde colligi ſatis poteſt, quòd enumerans ea quæ cuique ſunt neceſſaria, & ab Abbate danda, inter ea quoque repoſuerit ſcribendi inſtrumenta *Graphium & Tabulas.* Fuit autem ſcribendi ſtudium noſtris vſitatiſſimũ. *Fratres enim minus docti,* vt verbis vtar Trithemij, iuxta quod vetat Regula, *otio nõ va-*

S. Benedictus voluit ſuos ſcriptioni vacare.
Cap. 55.
Trithem. lib. vii Illuſt. ordin. S. Bened. cap. 6.

D *cabant, ſed poſt orationes operi manuum deuotè inſiſtebant, libros ſcribebant qui ad hoc erant idonei, & à doctoribus edito, ex ſchedis ad mundum redigebãt. Alij ſcriptos codices artificiosè conglutinabant, corrigebant alij, rubro minio ceteri exornabant. Nullius manus huic ſancto deerat officio, gaudebant ſe omnes participes haberi ſtudiorum, quæ in expoſitionibus ſcripturarum gerebantur.* Et hinc tanta olim apud noſtros MSS. copia, quam Philippus Boſquierus admiratur & celebrat. Nam quidam Noualeſij in Taurinis Abbas anno Chriſti 531. metuens

Hinc tanta Manuſcriptorum copia.
Boſquier. not. ad Gerſon de laud. ſcript.

E ſibi à Saracenorum graſſatione, inter pleraque alia multa, etiam ſex millia ſeptingenta volumina librorum (ô theſaurum omni æſtimatione maiorem, præſertim illo tempore, vagiente pęnè adhuc dum in cunis illo Benedicto Benedictinorum Ordine, & illo loco, in Cœnobio inter rupes Alpinas abſtruſo!) conatus eſt in locum quàm potuit tutiſſimum à Barbaris illis transferre & recondere: Manuſcriptorum haud dubiè omnium: (nam quâ ætate ea res contigit, nondum vel ſolũ nomen Typographiæ fuerat auditum.) Qua vel vna ex re videre eſt Benedictinorum iam tũ, vel in emendis MSS.

Viuente adhuc S. Benedicto.
Ex 1. tom. Chron. Benedict. Ant. de Yepez an. 531.

vel in

vel in ſcribendis libris (quod magis reor) miram diligentiam, & ſcientiarum ſtudium incredibile. Laudem hâc in parte non minimam promeriri Fuldenſes, præſertim ſub primo Abbate Srurmi: nã vt teſtatur Bruſchius, habuit præceptor ille quadringentos Monaſticæ diſciplinę diſcipulos, præter iuniores, & eos qui vilioribus officijs, excolendæ videlicet terrę, plaotandis arboribus, pulſandis campanis, & id genus alijs deputati eraot. Nam ſuperiores illi deſcribendis vtriuſque linguæ auctoribus, omnium diſciplinarum & profeſſionum monumentis occupati, tantæ Bibliothecæ, quæ paulò poſt Philadelphicæ illi reſponſura erat, fundamenta iecerunt. Ex tanta autem Scriptorum induſtria non modò locupletiſſima inſtruebatur Bibliotheca, ſed ex pretio ſcripturæ multa Eccleſiæ & Monaſterij ornamenta acquiſita ſunt, vt videre eſt apud Browerum io antiqnitatibus Fuldenſium. Erat porrò Antiquarijs his & Amanuenſibus celebre Muſeium, quod *Scriptorium* nominabãt. Locus ijs Fuldæ fuit ſeceſſu & reticentiæ ſtudio ſingularis; cui Flaccus Magiſter hos inſcripſit verſiculos:

Fuldenſes à ſcribendi ſtudio laudati.

Bruſch in Chronolog. Monaſt. German.

Browv. l. 1. antiq Fuld. cap. 11.

De ipſorum ſcriptorio.

Hic ſedeant ſacræ ſcribentes *famina legis,*
Nec non Sanctorum dicta ſacrata Patrum.
Hic interſerere caueant ſua friuola verbis
Friuola, nec propter erret & ipſa manus.
Correctoſque ſibi quærant ſtudioſè libellos,
Tramite quo recto penna volantis eat.
Eſt labor egregius ſacros iam ſcribere *libros,*
Nec mercede ſuâ ſcriptor *& ipſe caret.*

Sed & antiquiores paſſim Bibliothecę omni Manuſcriptorum genere inſtructiſſimæ facilè teſtantur, quàm impigri noſtri in hoc ſtudio fuerint. Quibus profectò litterati omnes veterum auctorum cõſeruationem debent. Et quantum SS. Patrum & Eccleſiaſticorum Scriptorũ monumentis deceſſiſſet, niſi Monachorum operâ ad poſteros fuiſſeot trãſmiſſa? Caroli ſanè Magni ætate, Alcuino præſerrim eius magiſtro opus vrgeote, nitor & artis elegaotia cum Scriptorum labore & induſtria certarunt. Nam vt Browerus ait: Litteratiſſimi Cæſaris munificentiâ, & Albini doctoris inexhauſto lectionis ſtudio, corpus vtriuſque Teſtamẽti, ſeu librariorum vitio, ſeu tẽporom iniuriâ variè deſormatum, & ab integritate ſua loogè quidem abductum, ad veterum exemplarium fidem tunc reuocatum eſt. Atque ita Caroli iuſſu Bibliorum editionis vulgatæ paſſim ad vnguem facta caſtigatio.

Benedictini litteras ab interitu vindicarunt.

Ibid.

Biblia vulgata editionis reſtitutæ.

Ceterùm non antiquis modò, ſed & recentioribus Ordinis noſtri profeſſoribus maximè placuit hoc ſcribendi ſtudium, vnde Burſfeldenſes: *Opera autem quibus ſe occupare debent, ſunt hæc, videlicet ſcribere libros, aut rubricare, vel ligare, pergamenum & alia neceſ-* A *ſaria præparare, & his ſimilia. Inter quæ, ſcribendi exercitium tantò cenſetur eſſe vtilius, quantò ſpirituali vicinius.* Carthuſiaoi: Omoes, quos ſuſcipiunt, ſi fieri poteſt, ſcribere docent, & hanc ſcriptori præbent ſupellectilem; *Scriptorium, pennas, cretam, pumices duos, cornua dua, ſcalpellum vnum, ad radendum pergamena nouaculas ſiue raſoria duo, punctorium vnum, ſubulam vnam, plumbum, regulam, poſtem ad regulandum, tabulas, graphium.* Ita illi. Nihil patiẽtes deeſſe, quod ad ſcribendũ requiri poſſet. Ijdemque ſtatuũt, *vt qui ſcribere ſcit & poteſt & ta-* B *men noluerit, à vino abſtineat arbitrio Prioris.* Tanti ſcilicet ſcriptionem hâc faciunt, quæ etiamnum in Græciæ Monaſterijs paſſim in vſo eſt.

Quid de ſcriptione ſtatuant Burſfeldenſes.

Diſt. 3. c. 9.

OPVS MANVVM.

Carthuſiani.

1. Part. ſtatut. antiq. c. 16. § 8.

Ibid cap. 22. § 5.

Scribendi porrò laborem gratũ ſibi eſſe, diuina bonitas miraculo etiam declarauit. Nam, vt refert Trithemius: fuit in quodam Monaſterio noſtri Ordinis, mihi non incognito frater quidam deuotus, qui in *ſcribendis* ad ornatum Bibliothecæ voluminibus magnum habebat ſtudium, ita vt quotieſcumque à diuino potuiſſet vacare officio, C ad ſecreta cellæ ſe conferens, huic ſancto labori inſiſteret, vnde & multa Sanctorum opuſcula cum ingenti deuotione excopiauit. Huius mortui oſſa, cùm poſt multos annos leuarentur de terra tres digiti dextræ manus, quibus tot volumina ſcripſerat, tam integri & incorrupti inuenti ſunt, ac ſi eodem tempore ſepulchro fuiſſent impoſiti. Reliqnum autem corpus vt moris eſt, conſumptum ad oſſa fuit. Simile exemplum de Præmonſtratenſi Religioſo, legere eſt apud Cæſarium.

Exemplo inſigni oſtenditur Deo placere hoc ſtudium.

Trithem. de Laud. Scriptor. Manual. cap. 6.

Cæſar. lib. 12. cap 47.

D

DISQVISITIO V.

Cur Graphium, & Tabulæ Monachis dandæ?

NECESSARIAM & religioſæ paupertati congruam ſupellectilẽ Monachis aſſignans Legiſlator noſter, *Graphium* & *Tabulas* ceteris aonumerauit, ne ſcribendi inſtrumenta vlli deeſſent. Mirari autẽ quis poſſet, cur eorum loco non repoſuerit Chartam, E penoas & atramentum, quorum vſus S. BENEDICTI tempora præcedit: cùm S. Ioannes Euangeliſta ſcribat: *Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam & atramentũ:* & credibile omninò ſit in Monaſterijs iam tum receptum earumdem vſum. Morem verò illum in cera ſeu ceratis tabulis ſtylo, aut graphio ſcribendi tum antiquatum ferè fuiſſe. Hieronymus enim hoc nomine cum amico expoſtulat de literarum intermiſſione, cùm id poſt chartæ vſum adeò eſſet facile, quod difficiliùs olim fiebat per tabulas. Verùm vt veterem ſcribendi modum intelligamus, iuuerit ſanctum hunc docto-

Charta vſus ante S. Benedictũ.

2. Ioan.

Hieron. Epiſt. 42.

 rem

OPVS MANVVM. *Scribendi modus apud veteres.*

rem audire: *Nam rudes illi*, inqnit, *Italiæ homines, quos Caſcos Eunius appellat, qui ſibi, vt in Rhetoricis, Cicero ait, ritu ferino victum quærebant, ante chartæ & membranarum vſum, aut in dedalatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarũ alloquia miſsitabant: vnde & portitores earum Tabellarios, & ſcriptores, à libris arborum Librarios vocauere. Quantò magis igitur nos expaliſto iam artibus munda, id non debemus omittere, quod illi ſibi præſtiterunt, apud quas erat cruda ruſticitas & qui humanitatem quodammodo neſciebant?* Et poſteà ſubiungit: *præſta vnam chartæ ſchedulam.* Et in ſequenti epiſtola: *Non debet charta diuidere, quos amor mutuus copulauit.* Et: *Chartam defuiſſe nan puto. Ægypto miniſtrante commercia. Et ſi alicui Ptolemæus maria clauſiſſet, tamen rex Attalus membranas à Pergama miſerat, vt penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde & Pergamenarum nomen ad hunc vſque diem, tradente ſibi inuicem poſteritate, ſeruatum eſt.* Quorum verborum ſenſus ab hiſtoria petendus: Cùm enim inuidiâ Ptolomæi, ne alibi Bibliothecæ fierent, clauſis maribus papyrus ex Ægypto haberi non poſſet, membranas Eumenes Pergami reperit; quarum magnam copiam Attalus, eius frater Romam miſit.

Vbi, & quando inuenta membrana.

Cur S. Benedictus graphij & tabularum meminerit.

Quærimus igitur cur introducto papyri & membranarum vſu, S. BENEDICTVS *Graphij* & *Tabnlarum* meminerit. Qua in re tria mihi occurrebant, quæ non imprnbabiliter ad hanc dubitatiunculam afferri poſſent.

I. *His omnia complexus quæ ſeruiũt ſcriptioni.*

Primò, videri poſſet quamcumque materiam in qua ſcribitur, *Tabularum*, & quoduis inſtrumentũ, quo ſcribitnr, *Graphij* nomine deſignaſſe. Quod nimirũ hãc loquendi formam apud Caſſianum, quem frequenter exprimit, inneniſſet. Ille enim ait: *Magnum apud Æpyptios eſſe crimen, ex ore Monachi proceſſiſſe codicem meum, Tabulas meas, Graphium meum, tunicam meam* &c. Et fortaſſis vſus obtinuerat his nominibus ſcribendi inſtrumenta appellare: nam & Carthuſiani, Scriptoribus *Graphium & Tabulas* aſſignant, & hodieque nuntios chartaceas litteras deferentes, *Tabellarios* vocamus.

Caſſian. lib. lib. 4. c. 13.

Carthuſ. 2. part. ſtat. antiq. cap. 16 §. 8.

II. *Monachis erant tabulæ cum graphio.*

Secundò, habebãt fortè ſinguli Monachi tabulas, ſiue pugillares, (ſic dictos quod ſtylo aut graphio ferreo, æneo, vel eburneo in his pungendo ſcriberetur) qnibus inſcribebant ea quæ ad Abbatem, vel Patrem Spiritualem referre vnlebant. Refert enim Sozomenus ſolitum S. Antoniũ vnumquemque ſuorum diſcipulorum hortari, vt ſecũ conſideraret, rationemque ſedulò iniret, quid noctu, quidque interdiu egiſſet; quod ſi quidquam contra quam debuerat commiſerit, vti *illud ſcriberet in Tabulis, quo de reliquo tum à peccatis ſe temperaret, tum ipſum puderet ſui, ſi multa delicta in tabulis conſcripta oſtenderet, ſimulque vereretur, ne tabulis eius fortè repertis, improbus ab alijs planè deprehenderetur.*

Sozom. hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 13.

Ad cogitationes notandas.

Climacus de Monacho fratrum refectionẽ curãte: de ſimili tabella refert: *Ad cuius latus cum appenſum cingulo breuem libellum conſpicerem, didici eum quotidie cogitationes ſuas in eo notare, haſque omnes nuntiare Paſtori ſolitum. Non ſolùm autem illum ſed & alios quamplures id facere ibidem proſpexi. Erat enim vt comperi ſancti Patris mandatum.* Neque mirum videri debet, ſi & hoc S. BENEDICTO placuiſſe dicamus; qui ſuis diſcipulis tam ſeriò commendauit, *actus vitæ ſuæ omni horâ cuſtodire.*

Climac. grad. 4.

Cap. 4. Inſtrum. 48.

Appenſa cingulo.

Quod autẽ de libello cingulo appenſo Climacus ſcripſit, id ſequentibus etiam temporibus viderur fuiſſe vſitatum. Nam S. Birgitta reprehendens Monachum ſæculariter enſe accinctum, air: *Gladius quoque appendet lateri pro ſtylo & tabulis.* Geſtaſſe autem veteres Romanos Graphia & Tabulas, ſiue pugillares, Lipſius ad Senecam annorauit. Scribit is Erixonem equitem Romanum, quia filium ſuum flagellis occiderat, à populo in foro *graphijs* confoſſum. Quæ explicans Lipſius, ait: Nec enim telis aut pugionibus vulgò tunc accincti. Itaque in ſubitâ ira, ad hæc, quæ prompta erant, confugiebãt, *Graphia* dico, quæ cum pugillaribus ſecum ferebaut. Nam Graphium (Græcanicâ voce) ſtylus ferreus, acurus: quo & Cæſar Iulius *Caſcæ brachium traiecit:* Et Caligula Senatorem quendam *Graphijs confoſſum, lacerandum ceteris tradidit.* Suetnnins in vita vtriuſque. *Graphij* vocabulo, licet Græcn vſus etiam Ouidius:

Reuelat. lib. 4. c. 33.

Romani cum tabulis & graphio.

Seneca l. 1. de Clemẽt. cap. 13.

Quid digitis opus eſt, graphiũ *laſſare tenẽda.*

Ouid. lib. 1. amor. Eleg. 11.

Hinc *Graphiarium*, theca in qua *graphia* & ſtyli reponebantur. Martialis:

Mart. lib. 14. ep. 21.

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria *ferro,*
Si puero dones, non leue munus erit.

Quid ſit *Graphium*, elegantiſſimè expoſuit, & velut ſpectandum propoſuit Sympoſius Poëta.

Graphij elegans deſcriptio.

Sympoſ. in Ænigmat.

De ſummo planus, ſed non ego planus in imo
Verſor vtrimque manu, diuerſa & munere fungor.
Altera pars reuocat quidquid pars altera fecit.

Graphium eriam Prudentius his verſibus deſcribit.

Inde alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,
Quâ parte aratis cera ſulcis ſcribitur.
Et quâ ſecti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.

Prudent. periſteph. hymno 12.

Stylus enim, qui antiquis ſæculis pro calamo fuit, alterâ parte acutus erat, qui in cerata tabula notas exarabat, alterâ latior, & obtuſior, quo ſi minus ſcripta probarẽtur, delebantur, vt eodem rurſus complanatâ cerâ, nouæ inducerentur notæ, aut rerum imagines. Quare *vertere ſtylum*, idem valet apud Latinos prouerbiali ſpecie, atque corrigere, aut mutare ſententiam, quod enim ſtyli exaramus acumine, idem inuerſo ſtylo latiori illius parte debemus. Sic Horatius:

Quid, ſtylum vertere.

Lib. 1. Satyr. 10.

Sæpe

Digitized by Google

Sæpe ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſint, Scripturus.

August. de vera Relig. cap. 10.

Et Auguſtinus: *Stylus ferreus alia parte quâ ſcribamus, alia quâ deleamus à fabra factus, & in ſuo genere pulcher, & ad vſum noſtrum accommodatus.*

III. *Poſt chartam inuentam adhuc ſcriptum in tabulis.* Millet. ad l. 2. Dialog. S. Gregor.

Tertiò, veriſimile eſt etiam poſt chartæ & membranarum inuentionem perſeueraſſe aliquonſque veterem ſcribendi morem, ſiue in Tabulis, ſiue in arborum corticibus. Nam Simon Milletins teſtatur ſe vidiſſe in ſacrario Mōtis Caſſini vltimum caput Regulæ S. Benedicti propriâ ipſius manu in arboris cortice exaratum, quod alij fortè in dubium reuocauerint, an verè ipſius S. Patris ſcriptura ſit. Ceratis verò tabulis ideò nonnunquam vtebantur, quòd ea ſcriptura eſſet delebilis, & facilè aboleri poſſet, quod perperam exaratum, atque adeò opus non eſſet plures conſumere chartas. Hinc Poëtę carmina ſua primùm tabulis ceratis, aut palimpſeſto, vt delere & reſcribere pro libitu liceret, inſcribebant, teſtis Catullus vbi de Suffœrio ait:

Quâ ratione. Catull. ad Varrum lib. 1.

Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura
Perſcripta: nec ſit vt ſit, in palimpſeſto
Relata charta regia, noui libri
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia
Æquata.

Palimpſeſtus, quid. In nomenclat. cap. 1. Ad annum Christi 142. num. 11. *Epiſcopi in tabellis eburneis ſcribebant.* August. Epist. 113.

Palimpſeſtus autem tabella eſt deletilis, vnica laminâ, membranâ, aut corio aſinino cretato gypſatóve conſtans, vt ait Hadrianus Iunius. Baronius notat cōſueuiſſe olim Epiſcopos ſcribere litteras in tabellis eburneis, vel in chartis, rarò verò, nec niſi chartæ inopiâ, in membranis: Quod probat ex Auguſtino ad Romanianum ſcribente: *Non hæc epiſtola ſic inopiam chartæ indicat, vt membranas ſaltem abundare teſtetur Tabellas eburneas, quas habeo auunculo tuo cū litteris miſi. Tu enim huic pelliculæ faciliùs ignoſces, quia differri nō potuit. Sed Tabellas, ſi quæ ibi noſtræ ſunt, mittas.* Idem

Lib. 9. confeſſ. cap. 4. *Tabellarum ceratarum vſus.*

Auguſtinus, cùm dolore dētium adeò torqueretur, vt non valeret loqui, velletq́ue admonere ſuos, qui aderant, vt Dominum deprecarentur, ſcripſit hoc in cera, & dedit eis vt legeretur. Vnde colligas ſtylum & ceratas tabellas ei facilè ad manum fuiſſe.

Lib. 1. de Ordine cap. 10.

Idemq́ue cōfirmari poteſt ex eiuſdem Auguſtini libro 1. de Ordine, vbi Licentius cū Auguſtino alijſque diſputans, quædam deleri rogat, vt parceretur tabulis, quas plures non haberent. Et in fine libri ipſe Auguſtinus ait: *Cùm videremtam multa nos verba fudiſſe, vt neque ſcribenda non eſſent, & iam libri modus eſſet, neque tabulæ reliquæ forent:* &c. Idē

Serm. 6. de Sanctis.

Auguſtinus: *Quoniā video noſtras diſputationes graphia ceraque ligari, & nequaquam ſumus idonei lectitare.* Ex quibus colligas, ea quæ in tabulis relata eſſent, poſtea in libro correctiùs ſolere deſcribi. Pugillaria autem illa vt fieri ſolerent, docet Agellius. Habuiſſe S. Odonem tabulas lateri appenſas, auctor eſt Ioannes Monachus, qui ait eum noctu orationis gratiâ ad ſepulchrum B. Martini per duo ferè millia paſſuum ire ſolitum, non baculi corroboratum munimine, ſed duas ſolùm *Tabellas* manu baiulantem, ſcribendi officio aptiſſimas, fabrili opere ita cōnexas, vt poſſint patefieri, nō tamen diſiungi; quibus Scholaſtici dextero femore ſolent vti. Vbi vides & formam & morem.

OPVS MANVVM. Agell. lib. 17. cap. 9. In vitâ l. 1. *Quæ forma.*

Cassia. collat. 10. cap. 10. *Quomodo pueros docebant in cera ſcribere.*

Hinc etiam pueri docebantur in cera ſcribere, qui teſte Caſſiano, aliàs elementorum traditionem primam percipere non poſſunt, *nec eorum vel agnoſcere lineas, vel intrepidâ manu queunt deſcribere characteres; niſi quam primam typis quibuſdam & formulis ceræ diligēter impreſſis effigies eorum exprimere contemplatione iugi, & quotidianâ imitatione conſueſcant.* Hunc porrò morem infantulæ pręſcribi voluit Hieronymus: *Cùm verò cæperit*, inquit, *trementi manu, ſtylum in cera deducere, vel alterius ſuperpoſitâ manu teneri, regantur articuli, vel in tabula ſculpantur elementa, vt per eoſdem ſulcos incluſa marginibus trahantur veſtigia, vt foras non queant euagari.* Idemq́ue alibi: *Tremula manus per curua ceræ tramites errantem ſtylum ducit.* Hæc ille. Et quis non ſuſpicetur in S. Benedicti Monaſterijs ſimilium tabularū fuiſſe cōſuetudinem, cùm & pueros reciperent, & alios etiam Monachatui non deſtinatos primis inſtruerent elementis? Certè & diu poſt S. Benedicti tempora ceris illitas viguiſſe tabellas; ex S. Odulphi geſtis conſtat. Hic enim, vt auctor vitæ habet: Cùm ob ſenectutem abſque ſcipione progredi non poſſet, in ipſius ſcipione ſuprema parte ceream affixerat tabellam, in qua ſoleret oblatâ occaſione, nomina fidelium annotare, donec ea in libro vitæ deſcriberet. Orto autem aliquando incendio cellulæ viri ſancti, in medijs flammis adeò ſcipio ille manſit illæſus, vt ab igne indurata videretur, ne minutiſſimo quidem apice ex illa abolito.

Hieron. Epist. 7. ad Lætam. Epist. 10. *S. Odulphi tabella cerea.* Sur. tom. 3. in vit. c. 9.

Quod autem diximus, primas fortè compoſitiones, vt ſumptibus parceretur, ceris inſcriptas, perſpicuè id probatur ex Liſiardo Sueſſionenſi epiſcopo, qui vitam S. Arnulphi eiuſdem ſedis Antiſtitis deſcribens, teſtatur ſe eam primùm in cera, deinde in charta deſcripſiſſe. Ita enim loquitur: *Primus ex ijs fuit is, quē ſæpè diximus, Euerolphus, in eius ſeruitio perſeuerans: qui cùm præſens res eius certiùs cognouiſſet, mecum Aldenburgi manens ad dies aliquot, cuncta, quæ nouerat, mihi in cera exaranti, ordine enarrauit. Alter Arnulphus, ſancti viri ex ſorore nepos, & primus Abbas Aldenburgenſis, quæ ceris impreſſeram, mihi adiumento fuit, vt ea atramento in chartis conſcriberem.* Hæc ille. Quem morē S. Benedicti ætate fortè Monachi habebant. In Hagiologio Georgij

Primæ compoſitio ceris inſcribebatur. Sur. in vit. 15. Augusti c. 52. *Tum atramento in charta.*

Digitized by Google

OPVS MANVVM. Georgij Wicelij habentur hęc verba in fine vitæ S. Bonifacij à S. Wilibaldo ſcriptæ: *Ego Wilibaldus Epiſcopus*, &c. *vitam & paſſionem Bonifacij conſcripſi, primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli & Megengaudi: Poſt eorum examen in pergamenis reſcripſi.* A

In pennas inquiſitum. Quæri hic vlteriùs poſſet, an priſci noſtri librarij, qui pellibus & membranis tot ſcrinia bibliothecarum impleuerunt, pennis, vt iam vulgò Scriptores, ex anſerum, gruum, cygnorum alis vſi ſint, an iuncis potiùs & arundinibus, ex quibus calamos aptabant priſci. Browerus ait ſe auctores, qui rem certò definiãt, non legiſſe. Ex arundinis autẽ & calami promiſcua ſignificatione, qua ſequioris ętatis nonnulli vtuntur, rẽ definiri vix poſſe. Si quis tamen coniectur ę locus, ait, apices maiuſculos, & ductus vnciales, quibus vetuſtiores membranæ plerumque exaratæ, auſim pronunciare calamorũ operâ perfectos; minutiores litteras, & ταχυγραφίαν, pennis expedita fuiſſe. Quẽ ſenſum in verſibus Albini, ſcriptorio conſecratis, inſinuari putamus. B

Brovv. ad Rhabani poem. 18.

Scriptoria inſtrumenta, calamus & penna.

Tramite quo recto penna volantis eat.

Vtriuſque, & calami & pennæ, in Monaſterijs ad rituales libros, & cantum Eccleſiaſticum celebrem vſum viguiſſe, recordantur Aui noſtri. Ita ille. Arundine autem olim ſcripſiſſe Monachos, illa Caſſiodori verba inſinuant. *Arundine*, inquit, *currente verba cæleſtia deſcribuntur.* Caſſiod. lib. diuin. lect. cap. 30.

Annotat verò Gaſpar Barthius, calamos veterum ſcriptorios maiores fuiſſe quauis anſerina pinna, ſiue penna, quod probat ex Scribonij Largi, vel potiùs Siburij medici libro qui ait: *Oportet ergo ſumere pinnam anſeris quam maximam, vel calami ſcriptorij fiſtulã, modicè plenam.* Sed hæc aliorum curioſitati relinquentes, antequam Amanuenſes noſtros relinquamus, lubet apponere hoc Alcuini noſtri de ijs Celeuſma: *Penna veterum quã magna.* Barth. aduerſar. lib. 39. c. 16. Sibur. cõpoſit. 47. Baron. to. 9. ad ann. 778.

Nauta rudis, pelagi ſaeuis ereptus ab vndis,
In portum veniens, pectora læta tenet.
Sic ſcriptor feſſus, calamum ſub calce laboris,
Deponens, habeat pectora læta ſatis.
Ille Deo dicat grates pro ſoſpite vita,
Proque laboris agat fructibus, & requie.

TRACTATVS III.

DE PRÆFECTIS OPERVM, EORVMQVE DISTRACTIONE.

Mart. lib. 10. epig. 47. ENVMERANS *lepidiſsimus poëta, quæ beatiorem faciant vitam, in ijs & hoc repoſuit;*

Res non parta labore, ſed relicta.

Pſal. 127. *Quomodo beati, qui labore manuum viuunt.* *Regius verò Propheta beatum dicit, qui* labores manuum ſuarum manducabit. *At quâ ratione beatus, quia nimirum dum proprio neceſſaria ſibi parit Labore, vitat vitia tum iniuſtitiæ, quæ rapit aliena; tum immoderatæ habendi cupiditatis, quia modica eſſe ſolent proprio acquiſita labore; tum pigritiæ quæ laborem ſubterfugit. Huic igitur guſtus de labore ſuauis, & non modica ſpes beatitudinis æternæ. Hinc veros Monachos Monachorum Pater dixit,* qui labore manuum ſuarum viuunt. *Quomodo autem ex eo viuent, niſi opera ipſa diuendantur, & Laboris pretium in cibum commutetur? Fieri id etiam in Monaſterijs ſolet ab operum Præfectis, qui tam labori, quàm venditioni huic præerant. Hinc nobis Diſquiſitio* Prima; *Qui & quales Operum Præfecti?* Secunda, *Quâ diligentiâ Inſtrumenta Operum aſſeruanda?* Tertia, *Quomodo diſtrahenda Monachorum Opera?* Quarta, *Quod Ananiæ & Saphiræ peccatum, & quâ pœnâ punitum?* Cap. 48.

OPVS MAGNVM.

DISQVISITIO I.

Qui, & quales Operum Præfecti?

Aliquis operi præficiendus.

PRÆSCRIPTVS manuum Labor non tantùm certis horis, ſed ſuo etiam ordine modoque fieri debet. Hinc neceſſarium Operũ conſtitui Pręfectos, qui & deſignent quę peragenda, qui fratres ſimul in Labore iungendi, & ſollicitò etiam intẽdant, quàm diligenter muneri ſuo ſatisfaciant. Nulla porrò de his apud S. BENEDICTVM mentio. Suppoſuit tamen (vt equidem arbitror) eſſe aliquos qui Opera iniungerent, iiſque intenderent. Expreſsè enim ait: *Operentur quod eis iniungitur.* Quod non ab Abbate tantùm, ſed ab alijs etiã fieri ſolitum facilè credet, qui legerit eundem præſcripſiſſe, vt, *Obedientes ſint ſibi inuicem fratres.* Exiſtimo autem ad Decanos ſpectaſſe hanc curam, quos Legiſlator noſter vult *ſollicitudinem gerere ſuper decanias ſuas in omnibus ſecundũ mandata Dei & Abbatis.* Hoc enim Decanorum eſſe officium Hieronymus & Auguſtinus aſſeruerunt. Ille quidem; *Opus diei ſtatum eſt, quod Decano redditum fertur ad Oeconomum.* Hic verò: *Operantur manibus ea, quibus & corpus paſci poſſit, & à Deo mens impediri non poſſit. Opus autem ſuum tradunt eis, quos Decanos vocant.* Sic illi. S. Fructuoſus idem officium Decanis aſſignat: *Dictâ primâ,* inquit, *commoneantur Decani à Præpoſito ſuo, quale opus debeant exercere, atq; illi reliquos admoneant fratres.*

Cap. 71. *Olim deputabantur Decani* Cap. 21. Hieron Epiſt 22. Auguſt de morib eccleſ. cap. 31. Cap. 6. Reg.

Alij autem ſancti Patres peculiaria quædam de Operum Præpoſito ſanxerunt. S. Pachomius: *Si ſignum,* inquit, *datum fuerit, vt egrediantur ad opus, Præpoſitus antecedat eos, & nullus in Monaſterio remanebit, niſi is cui Pater præceperit; & hi qui vadunt, quò pergunt non interrogabunt, ſed vnuſquiſq; de ſcripturis aliquid meditabitur. Si fortè aliquis eis occurrerit: vel voluerit cum aliquo eorum loqui Præpoſitus, vel alius cui hoc iniunctum fuerit, occurrentibus reſpondebit.* Idemq́ue monet texentes ſportas, ne palmarum folia ſuo iure tollant, *abſque eo cui palmæ ſunt creditæ.* Iterumq́ue: *Ad officinas diuerſarum artium ſoli pergent Præpoſiti, vt accipiant quod neceſſarium eſt.* Præfectum Operum vocat *Miniſtrũ,* atque: *Quod ſi quid perierit & negligentiâ fuerit diſſipatum, increpabitur à Patre Miniſter operum ſingulorum, & ipſe increpabit alterum qui opus perdiderit.* S. Baſilius verò pluribus monet Artifices monaſterij, ne arbitratu ſuo diſcant Artificium, quod ipſi velint: ſed illud tantummodo ad quod aptos eſſe illos Antiſtites iudicauerint. In Regula autem Pauli & Stephani A præſcribitur; *vt qui inter operantes vadit Prior* (quem credo fuiſſe Decanum) *à cuſtode ferramentorum neceſſaria accipiat inſtrumenta, & vni de iunioribus ex his qui cum ipſo ituri ſunt, quem ad hoc idoneum viderit, cuſtodienda aſſignet & opere completo ab eodem recipiat.* Regula Magiſtri: *Mox vt exierint à Tertia vniuerſi Præpoſiti oculos habeant ad Abbatem inquirentes eum, quid iubeat ſuas operari decadas, & cùm ei vnicuique decadæ diuerſum Laboris aſſignauerit* B *opus, mox Obedientes vel à ſuis Præpoſitis ordinati aſſignatum Laboris opus cũ taciturnitate ſemper exerceant.* Regula Serui Dei ad Sorores præſcribit, vt inter quatuor Moniales quæ pinſunt, *vna ex eis ſenior ſit præpoſita, cuius religioni credatur, quæ & loquendi licentiam habeat & panem quem faciunt, Cellariæ repræſentet, vt omni cuſtodiâ tuta, in nullo reprehenſibiles reperiantur. Similiter & quæ in Braciatorium ad cereuiſiam faciendam inhabitauerint, vna ex eis* C *ſenior ſit Præpoſita.*

Quodnam eorum officium. Reg. Pach. art. 31. Art. 59. Art. 60. *Dicti Miniſtri.* Art. 116. Baſil. in Reg. fuſior. 41. *Priores.* Reg. Paul. & Stephan. cap. 35. Reg. Mag. cap. 50. *Et Præpoſiti.* *Moniales cum Præpoſita laborabant.* Cap. 12.

In Ordine Ciſtertienſi, deſignatio Laboris ad Priorem, vel eo abſente aut impedito, ad Suppriorem pertinet, de quo Liber Vſuum: *Prior reſidens in Auditorio ordinet Laborem, ſigno ſi poteſt vniuerſa ordinans; quod ſi ſigno nõ potuerit, verbum faciat omnino breuiatum, & de Labore tantùm: ferramenta & alia inſtrumenta ad Laborem neceſſaria Prior diuidat, prout viderit expedire. Exeuntes autem ſequãtur Prio-* D *rem, vel quẽ Prior iuſſerit. Prouideat autem Abbas aliquem maturum fratrẽ, qui Conuẽtum ſubſequatur, cùm ad Laborem ierit, vel inde redierit. Si quis pro qualibet neceſſitate remanere voluerit, oſtendat Priori cauſſam ſuam, & quod ei viſum fuerit, faciat. Quòd ſi conceſſerit remanere, prouideat ipſe, illo fratre commonente quid facere debeat, poſtquam illud compleuerit, & quo remanſerit.* Hæc illi, quæ ab omnibus obſeruari cõuenit erga Laboris Præfectos, vel, vt dicti etiam Ciſtertienſes vocant, *Cuſtodes Laboris.* E Burſfeldenſes noſtri eodem ferè modo Laboris directionem ad Priorem, Suppriorem, vel alium Seniorem declarant pertinere.

Ritus deſignandi laborem. Lib. Vſuũ Ciſtert. c. 75. *Et dirigendi operantes.* Burſf. diſt. 1. cap 9.

DISQVISITIO II.

Qua diligentiâ Inſtrumenta Operum aſſeruanda?

Mutuò accepta diligenter cuſtodiuntur.

AD religioſæ paupertatis exercitium ſpectat communi ſupellectili ita vti, ac ſi aliena & non noſtra foret. Qui enim vtenſilia commodatè accipiunt, id vel maxime

OPVS MANVVM 4.Reg.6 5. ximè cauent,ne frangantur, aut notabiliter imminuantur,aut ſordidè tractentur. Vnde quidam ex filijs Prophetarum cùm ligna cæderet,& ferrum ſecuris caderet in aquã, lamentabiliter exclamauit, & Eliſæo dixit: *Heu,heu,heu Domine mi, & hoc ipſum mutuò acceperam.* Cuius querela virum Dei ad miraculum impulit. Quare magnam curam & ſolicitudinem Religioſorum Magiſtri circa

Vt S Benedictus res Monaſterij aſſeruari velit. communia laboris inſtrumenta, & quamcumque Monaſterij ſupellectilem à ſuis requirunt. Noſter verò Patriarcha tria de mobilium monaſterij aſſeruatione ſtatuit: Primum,vt ſit aliquis Cuſtos Inſtrumentorum, ſicut eſt veſtium. Secundò, vt omnium rerum penes Abbatem ſit catalogus. Tertiò,vt corripiatur ac puniatur ſordidè tractans res Monaſterij.

I. Vt ſit cuſtos Inſtrumentorum. Cap.32. De primo ita ait: *Subſtantiæ monaſterij in ferramentis, vel veſtibus, ſeu quibuslibet rebus, prouideat Abbas fratres,de quorum vita & moribus ſecurus ſit: & eis ſingula,vt vtile iudicauerit, conſignet cuſtodienda, atque recolligenda.* Alij quoque Patres ſimilia officia in ſuis cœnobijs inſtituerunt.

Iſidor. in Reg Monach c.20. Alij idem ſtatuunt. S. Fructuo in Reg.c.7. S.Iſidorus Hiſpalenſis: *Inſtrumentorum*, inquit,*& ferramentorum cuſtodia ad vnum quem Pater Monachorum elegerit, pertinebit: qui ea operantibus diſtribuat,receptaque cuſtodiat.* Et S.Fructuoſus: *Ferramenta vel vtenſilia qualibet Artificum, ſub vno recondenda ſunt conclaui, & cuſtodiâ vnius fratris induſtrij, prouidi quiq́; ſegregatim illa idoneo collocans loco prout res expetit, poſcentibus ad operandum fratribus tribuet,atque ad veſperum ſuis ea colligens locis, curam habebit ne quid de his aut pereat,aut per negligentiam aruginet, vel qualibet occaſione vileſcat.*

Cap.13. Similia præſcripta leguntur in Regula Serui Dei ad Sorores.

Quod officium huius cuſtodis. Reg.Mag. cap.7. Regula Magiſtri accuratiſſimè hoc officiũ deſcribit:*Ferramenta Monaſterij*,inquit, *in vno contineantur cubiculo,& vni fratri,cuius diligentiam Abbas agnouerit, eorum conſeruandorum curam committat, qui quotidie fratribus ad facienda opera conſignet ad numerum. Et à diſiungentibus ſimiliter munda ipſe recipiat, & reponat.Simul etiam & ipſe frater conſignatas habeat cotes,& ſpongias calcariorum,facitergia,mappas,*

* ſabana. *vel * ſauana, ſimul etiam & arcam cum rebus Abbatis, vel arcas diuerſarum decadum cum rebus fratrum. Quæ iam perfecta ſunt, recipiat & reponat: Imperfecta altero die laborantibus manè conſignet, ſimul & vniuerſarum artium ferramenta ſerò recipiat.*

Reg. Ternant.c.12. In Regula autem Ternantenſi ferramenta omnia, & reliqua vtenſilia à Cellerario & hortulano cuſtodienda dicuntur.

Vſus. Ciſt. cap 75. Quæ inſtrumenta reddenda & ſeruanda. Ciſtertienſes in Libro Vſuum hęc de Inſtrumentis ſtatuunt: *Reuertentes de labore ponant Inſtrumenta,quæ detulerunt, vbi ad laborem præparari ſolent, aut Priori reddant,exceptis forſicibus,ſarcellis,furcis, raſtris, & faſciculis,quæ per totum tempus tonſionis,ſarculationis, ſecationis,vel meſſionis, vnuſquiſq́; ſua circa lectum cuſtodire ſolet.* Sic illi.Ex his porrò colligere licet olim apud Monachos noſtri Ordinis, ferramenta magnam partem facultatum monaſterij conſtituiſſe,prout pauperũ opificum inſtrumenta potiores eorum ſunt diuitiæ, atque ideo tantâ curâ vult S. BENEDICTVS ſingula Cuſtodibus conſignari cuſtodienda,atque recolligenda,ſi forte hic aut illuc diſperſa fuerint.

Quod *Secundum* ſpectat, S.Pater ait: *Ex quibus Abbas breue teneat: vt dum ſibi in ipſa aſſignata (inſtrumenta) fratres viciſſim ſuccedunt, ſciat quid dat aut quid recipit.* In quibus verbis primò explicabo vocem illam *Breue*, deinde rem. Quod illam concernit, *Breuis*, vel *Breue*, quod Græci πιττάκιον & βιβλίον dicunt,eſt album, ſeu regiſtrum, in quo aliquid deſcribitur. Vitus Amerbachius in annotationibus ad Conſtitutiones Caroli Magni, putat *Breue* Germanicum eſſe, & **Brieuen** litteras, ſiue epiſtolas ſignificare, vnde Romanorum Pontificum litteræ *Breuia* Apoſtolica dicuntur. Nec diſſentit Balbus in Catholico: *Breue pro litteris, quod & inuenitur.* Capitularia Caroli Magni: *De rebus quæ Hildegarda regina tradita fuerunt,volumus,vt fiant deſcriptæ Breues, & ipſæ Breues ad nos ſiant adductæ.* Sed & alijs auctoribus ea vox vſurpata. Lampridius in Alexandro:*Milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet Breues, & numerum & tempora militantium*, Aurelianus Imperator:*Dabis ei iuxta Breue infraſcriptum omnia quæ præcipimus.* Agit & de hac voce Baronius,apud Optatum Mileuitanũ. *Breuis* dicitur charta illa, in qua conſcripta eſſent bona Eccleſiaſtica, quam nos vſitatiùs dicere ſolemus Inuentarium, alio nominè idem Optatus vocat *Commemoratorium*. Eandem vocem in eundem ſenſum vſurpat S. Auguſtinus contra Creſconium,*lib.3.cap.29.*Gregorius Papa *lib.6.epiſt.201.*ſed & Caſſiodorus *lib.4. epiſt.21.* pro regijs iuſſionibus. Nam Theodoricus ad Gemellum ſcribens; ait: *Admonitio noſtra non deerit, vt inſtructior reddaris: dum infraſcriptis Breuibus definita ſuſceperis.* Hæc de voce,ad rem veniamus.

II. Penes Abbatem ſit omnium rerum catalogus. Quid Breue, ac ſignificet. Lib.3.cap.82. Capit.quæliter præcep.Dom. Aurel. Epiſt.ad Atic. Baron.ann.141.nu.10. Optat.l 1. contra Parmen.

Neglectum huius capituli Cluniacenſibus obiecerant Ciſterrienſes, quibus reſpondet Petrus Cluniacenſis: *Quia Breuem ferramentorum*, inquit, *& rerum monaſterij Abbas non habet, eum vel ſuperbum vel negligentem dicitis.Et quare alio in loco legitur: Decani tales eligantur, in quibus ſecurus Abbas partiatur onera ſua? Non poteſt, inquam, Abbas onera ſua alijs imponere,& quod per ſe multis & diuerſis implicatus negotijs facere non valet, per vicarios implere? Et quare illud hic ei denegatur,quod alibi conceditur? De ſignificanda quippe hora Operis Dei loquens, ait:Significanda hora operis Dei,die noctuque ſit cura Abbati, aut ipſe nuntiare, aut tali ſolicito fratri iniungat hanc curam,*

Petr Ven. lib.1. epiſt. 28. Cur Cluniacenſes ab hoc capite ſe excuſant.

curam, qui aptus ſit. Quod igitur, vt diximus, hic & vbique illi ex neceſſitate conceditur: cur in iam dicto capitulo negabitur? Hoc imitari & noſtros Patres conuenit, & ferramenta vel quaſlibet res monaſterij numerandas, ſiue conſeruandas fratribus ad hoc vtilibus, quando ſibi non vacat, committere. Benè ergo ſic intellecta Regula ſeruatur. Sic ille. Pro obſeruantiâ verò huius textus hæc ſtatuunt Caſſinenſes: Quilibet Officialis intra menſem, à die publicationis ſuæ faciat Inuentarium de rebus monaſterij, quæ pertinent ad ſuum officium. Et Prælatus habeat apud ſe Inuentarium vniuerſale omnium rerum tam mobilium, quàm immobilium Monaſterij, ne perdantur: quod etiam omninò Viſitatoribus exhibeatur.

Praxis Caſſinenſium.

III. Iam vt ad *Tertium* veniamus, teuerenter iubet ac nitidè res Monaſterij tractari, vnde ait: *Si quis ſordidè ac negligenter res Monaſterij tractauerit, corripiatur, ſi non emendauerit, diſciplinæ regulari ſubiaceat.* Adeò autem diligens cura hiſce etiam Inſtrumentis impendenda eſt; quia vt alibi B. P. ait: *Omnia vaſa Monaſterij, cunctaque ſubſtantia ac ſi altaris vaſa ſacrata ſunt conſpicienda, nihilque negligendum.* De quo ex Caſſiano & aliis nos * alibi. Regula Magiſtri etiam punit eum, qui Inſtrumenta non purgauit: *Frater*, inquit, *qui ferramentum non mundum à terrâ, de agro reuocauerit, accuſatus ad menſam à Cuſtode ferramentorum pœnæ nomine portionem panis ſui, vnam ſcilicet quadram minus accipiat vſque ad ſatisfactionem vel emendationem promiſſam, quia exinde æruginat ferramentum cùm mundum non fuerit poſitum.*

Puniendus qui ſordidè tractat res monaſterij.

Cap. 31.

* lib. 3. tr. 7. diſq. 4.

Reg. Mag. cap. 17.

Monet tandē Baſilius, vt non modò Cuſtodes ferramētorum, ſed & omnes omninò fratres curent, ne vtenſilia corrumpantur. *Cura*, inquit, *Inſtrumentorum quamquam ad eum præcipuè videtur pertinere, vt quis cuique artificio præpoſitus ſit: nihilominus tamen, ſi fors tulerit, vt ex iis aliquod aliquando neglectum fuerit, id perinde vt res, quæ ad omnes æquè pertineat, eo modo quo par fuerit, ab iis debet accurari, qui id primi animaduerterint. Licet enim illorum tractatio vnum aliquem ſeorſum priuatim attingat: attamen, quæ ex eo naſcitur vtilitas ea promiſcuè in cunctos redundat. Nam quæ alterius ſunt artis, ea perinde, ac ſi ſua nihil intereſſet, contemnere; argumento ipſo tantidem fuerit, velut ſi alienaret.*

Omnibus incumbit vtenſilium conſeruatio.

Baſil. reg. fuſior. 42.

DISQVISITIO III.

Quomodo diſtrahenda Monachorum Opera?

INTER cetetas cauſſas, ob quas manuum laborem indictum ſuprà vidimus, & ea eſt, vt eiuſdem pretio vitæ neceſſaria coëmere, & honeſtè ſeſe Religioſi queant ſuſtētare. Ex quo cōſequens eſt, Opera olim fuiſſe diſtracta. Nemo autem facilè explicet, quot diſcrimina, & uon tatò etiam crimina incurrerint Monachi, cùm ſuos ad forum, vel nundinas deferrent labores. Quod quidē cre'\ rioribus exemplis vitæ Patrum atteſtātur. Neceſſarium proinde fuit hanc venditionem iis circumſcribere legibus, vt quàm minimum animæ immineret periculum. Quare Baſilius illud ſuadet, ne quæ fecerimus Opera, ea in longinquas quaſdā regiones exportemus: néve venditionis cauſsâ temerè nos in publicū demus. Pergit verò deſcribere quomodo nūdinarum loca adeunda, & in ijs degendum. *Deligere nos*, inquit, *& ciuitates, & loca oportebit hominum religioſorum, eoq; ſtatis nundinarum temporibus plures vna ſimul fratres concurrere, nobiſcumq; quiſque, quas elaborauerimus, merces, adferre, communiterq; cuncti iter inire, viamq; pſallendo, orandoq;, noſq; viciſſim alter alterum ædificando conficere; ac poſtremò vbi ad locum iam peruenerimus, quem petebamus, eadem communiter cuncti hoſpitia capere, idq; cùm mutuæ cuſtodiæ cauſſâ, tum vt nullū nos orationis tempus neque diurnum, neque nocturnum effugiat: tum etiam vt improborum ac fraudulentorū hominum congreſſus minore noxâ euadamus, ſi in multorum ſocietate ſimus, quàm ſi ſoli tantummodò, quando etiam, qui iniurioſiſſimi ſunt, iniuriarum ſuarum teſtes habere multos recuſant.* Hæc Baſilius.

OPVS MANVVM. *Opera olim diuendita.*

Quomodo Monachus eundum ad forum. Baſil. reg. fuſ. diſp 39.

Sed quid Legiſlator noſter BENEDICTVS? Duo ſtatuit admodum vtilia & pia. *Primum*, vt cùm Opera diuenduntur, *ſemper aliquantulum vilius detur*, id eſt, beniguiori pretio *quàm à ſæcularibus datur*. Duplicē verò eius rei adfert cauſsā. Prior eſt, *ne in ipſis pretiis ſubrepat auaritiæ malum*, & cōgregandis pecuniis ſtudeat Monachus, adeoq; in proprietatis vitium prolabatur. Altera eſt, *vt in omnibus glorificetur Deus*, cuius nimitùm intuitu velut eleemoſynam facientes Monachi, pretium diminuunt, oſtenduntq; ſe in pecuniæ theſauris non ſperare, & nō niſi neceſſaria ad victum ſuſcipere, ex quo & proximus ædificatur, & Deus in ſeruis ſuis glorificatur. Citatus paulò antè Baſilius conſulit detrahendum aliquid de pretio potiùs, quâm modici lucri cauſsâ peregrè longiùs proficiſci. Regula Magiſtri vult, ea, quæ monaſterij vſibus ſuperuacua fuerint, nec mittendis eulogiis deſtinata, minori ſemper diſtrahi pretio, quàm à ſæcularibus ſoleat, *vt agnoſcantur*, inquit, *in hâc parte ſpiritales à ſæcularibus actibus ſeparari; cùm non negotij cauſſâ, quæ inimica eſt animæ, lucrum ſupra iuſtitiam quærant, ſed etiam ipsâ iuſtitiâ minus accipiendo pretij humanitati conſentiant. Quæ diminutio pretij exiſtimatione*

S. Benedictus vult opera minori pretio vendi.

Quid de ijs alij ſtatuerint. Reg Mag. cap. 85.

OPVS MANVVM.

matione Abbatis artificibus debet conſtitui, vt ſciant quanta ementibus ſumma reſpondeant, & accepti pretij fraudem non poſſint facere, de ipsâ quantitate iam ſciente Abbate. S. Franciſcus permittit, vt poſſint fratres Minores pro labore accipere omnia neceſſaria, præter pecuniam, vt habet 1. Regula cap. 7. Secunda verò ita ait: *De mercede verò laboris pro ſe & ſuis fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam. Et hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.*

Regul. S. Franciſc. cap. 5.

Quòd autem de diſtrahendis operibus infrà vulgare pretium dictum eſt, id in S. Pachomij Monaſterio ſeruatum legimus. Nam in vitâ eius ſic habes: Frater quidam cùm aliquando accepiſſet à Scytenſi multa ſandalia, & quaſdam alias ſpecies ad vendendum, attulit maius pretium, quàm Scytenſis ei dixerat. Acceptâ autem pecuniâ, Scytenſis dimenſus eſt pretium pellis: & cùm laboris manuum eius pretium conſtituiſſet quinquaginta minuta pro illo die, quo eas laborauit species; triplam autem inueniſſet pecuniam, ſtatim veniens ad Magnum Pachomium, dixit ei: *Reuera, ô Pater, malè feciſti qui hunc fratrem præfeceris talibus negotiis Monaſterij. Habet adhuc in ſe mundanam prudentiam.* Cùm autem Magnus dixiſſet Pachomius: *Quidnam malè facit?* Reſpondit Scytenſis, & dixit: *Dedi ei ſandalia, & quaſdam alias ſpecies ad vendendum, dicens ei quantitatem pretij. Is verò pluris ea vendidit: & triplum mihi attulit pretium eius, quod illi dixeram.* Cùm hæc autem Magnus audiſſet Pachomius, vocauit fratrem, & dicit ei: *Cur ſic feciſti?* Is verò dixit illi: *Pretium, ô Pater, quod frater dixit, vt acciperem dixi hominibus, qui emebant.* Illi verò dicebant mihi: *Si non ſunt furtiua, ea ſunt maioris pretij.* Ego verò conuerſus dixi eis: *Non ſunt quidem furtiua, ſed iuſſus ſum ea tanti vendere: Vos autem date, quantum vultis dare.* Illi verò tantùm dederunt, quantum eis placuit, me minimè dimetiente eam, quæ dabatur, pecuniam. Magnus autem ille cùm audiſſet, dixit ei: *Valdè peccaſti, quem pluris habendi amor ceperit: ſed curre citò, & redde id, quod ſuperat, pretium ijs, qui dederunt: & veniens, age pœnitentiam pro hoc tuo delicto: & ſede in Monaſterio proprium tuum opus operans. Non enim tibi expedit hoc opus amplius facere.* Sic autem fecit frater, ſicut Magnus ille dixerat.

Metaphra. apud Sur. in vitâ 14. Maij c. 75.

Quam accuratè veteres id obſeruarint.

Et punierunt tranſgreſſores.

Alterum verò circa hanc venditionem monitum ita S. P. BENEDICTVS exprimit: *Si quid verò ex operibus Artificum venumdandum eſt, videant ipſi per quorum manus tranſigenda ſunt, ne aliquam fraudem præſumant inferre.* Supponere autem videtur non quemlibet fratrem ſua diuendere artificiola, ſed aliquos ad hoc peculiariter conſtituendos, qui omnium fratrum venumdent opera. Id autem ad Decanos vel Præpoſitos olim ſpectaſſe videtur. Regula Magiſtri præcipit, vt *Cuſtos ferramentorum recipiat & aſſeruet vniuerſa expenſa Artificum, quæ ad diem de diuerſis artibus laborantes conſignauerint, opera quoque perfecta recipiat & reponat.* Iſidorus: *Quæcumque autem operantur Monachi manibus ſuis, Præpoſito deferant, Præpoſitus autem Principi Monachorum. Nihil operis apud fratrem remaneat; ne ſolicitudinis eius cura mentem ab intentione contemplationis auertat.*

Cuius ſit opera artificum vendere.

Reg. Magi. cap. 17.

Iſidor. in reg. cap. 5.

Sed ad quemcumque tandem hæc ſpectet cura, fidelem illum oportet eſſe, & à fraude alienum, à quâ S. P. deterret exemplo Ananiæ & Saphiræ. *Memorentur*, inquit, *ſemper Ananiæ & Saphiræ: ne fortè mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc iſti vel omnes qui aliquam fraudem de rebus monaſterij fecerint, in animâ patiantur.* Nec primus eſt S. BENEDICTVS, qui horum coniugum exemplo Monachos à proprietatis & fraudis vitio auertere ſtuduit. Nam & Ambroſius eodem vſus: *Exemplum*, ait, *auaris omnibus in Ananiâ propoſitum eſt; vt qui eiuſdem criminis reus fuerit, eiuſdem ſupplicij in iudicij die ſententiâ feriatur.* Et Caſſianus: *Damnationem ergo Ananiæ & Saphiræ memoriter retinentes, horreſcamus aliquid ex his reſeruare, quæ renuntiantes penitus abdicare deuouimus.*

Fidelis ſit & à fraude alienus.

Ambroſ. ſerm. 13. de Sanct.

Caſſian. lib. 7. c. 30.

Sed occaſione horum noua hîc oritur,

DISQVISITIO IV.

Quod Ananiæ & Saphiræ peccatum, & quâ pœnâ punitum?

NON ignoro ad ſacræ Scripturæ interpretes quæſtionem hanc pertinere, ſed non multùm extra oleas ſaltare videbor, ſi P. N. BENEDICTI ſubſequens veſtigia, accuratiùs diſquiram in factum illud, quod ſuis ille proponendum iudicauit diſcipulis.

Peccatum autem horum ita deſcribit ſacer textus: *Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore ſua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, conſcia vxore ſua, & afferens partem quamdam, ad pedes Apoſtolorum poſuit.* Peccatum autem eorum erat furtum & ſacrilegium, vt exponit Hieronymus, Gregorius, Fulgentius. Audi Auguſtinum: *Dum*, inquit, *ex eo quod promiſerat partem ſubtraxit, ſacrilegij damnatur, & fraudis. Sacrilegij, quod Deum in pollicitatione feſellerit. Fraudis, quod integris muneribus portionem quamdam putauerit ſubtrahendam.* Chryſoſtomus: *Qui ſacra diripit ſacrilegus eſt. Pecuniæ illæ iam erant ſacra. Igitur qui iterum ex illis ſibi accepit, ſacrilegus erat.* Concurre-

Act. 5. 1.

Ananias & Saphira commiſerũt furtum & ſacrilegiũ.

Hier. ep. 8.

Greg. 1. Regiſt. ep. 31. ad Venant.

Fulgent. epiſt. 1. c. 8.

Aug. ſer. 27. de verb. Apoſt.

Chryſoſt. hom. 12. in iterata expoſit.

Alia eorum peccata. Baſil. ſer. 1. de inſtit. Monach.

currebant autem & alia in hoc facto peccata; nam dicit Baſilius, Ananiam humanæ gloriæ cupiditate inductum poſſeſſionem ſuam Deo conſecraſſe, quo videlicet egregio eiuſmodi facto hominum de ſe admirationem excitaret. Aderat quoque auaritia, *quâ excæcatus*, vt Chryſoſtomus ait, *perniciem illam ſuo capiti conciliabat.* Alii addunt, voluiſſe quidem de communi viuere, ſed vt lautiùs nonnihil haberet ex reſeruato cogitaſſe adiicere. Vel, quod arbitratur Hieronymus, ſibi in futuram neceſſitatem quædam reponere, ſi fortè mobilia poſſeſſionibus deſtituta tandem aliquando deficerent, *metuens*, inquit, *famem, quam vera Chriſti fides non timet.*

Hieron. epiſt. 8.

Quâ pœna puniti. Act. 5.

Sed quâ pœnâ ob hoc peccatum puniti S. Petri vehementi obiurgatione, *cecidit Ananias, & exſpirauit; ſurgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes ſepelierunt.* Idemque vxori poſt trium horarum ſpatium factum. Percuſſi autem ſunt hac ſubitaneâ morte, vt exſtaret in Eccleſiâ exemplum, quàm inuiſa Deo votorum violatio: & ſeuerè plerumque puniti ſunt primi quarumque legum præuaricatores.

Primi præuaricatores ſeuerè plexi.

Qui primus datum ſibi præceptum tranſgreſſus eſt, dedit guſtati pomi pœnas, & graues, & diuturnas. Primus, qui ſe fraternâ cæde polluit, durè punitus eſt ob homicidium. Qui primi ignem alienum ad ſacrificium adhibuerunt, igne à Deo miſſo conſumpti ſunt. Et qui colligendis lignis primus Sabbati ſanctitatem contempſit, lapidatus eſt. Sic Ananias, vt aliis eſſet in Eccleſiæ principio documentum graue, quam non expediat Spiritui S. mentiti, repentino caſu ſublatus eſt. Pulchrè in hanc rem Hieronymus: *Præſentem*, inquit, *meruere vindictam, non crudelitate ſententiæ, ſed correctionis exemplo, vt pœna duorum hominum ſit doctrina multorum.*

Hieron. epiſt. 8. ad Demetr.

An hi coniuges ſint damnati.

Sed cùm de morte corporali nulla ſit controuerſia, quæſtio eſt, an etiam incurrerint æternam, adeoque damnati ſint? Viſum id Auctoribus non contemnendis. Caſſianus enim horum peccatum cum Iudæ proditoris conſerens: *Vnus*, inquit, *finis in vtroque concurrit. Et ideò vtrobique ſequitur mortis damnatio, quia vtrumque crimen de phylargyriæ radicibus pullulauit.* Cenſet & Baſilius Ananiam impœnitentem deceſſiſſe. In eâdem ſententiâ eſt Beda: *Nullâ*, inquit, *Petrus paſſus eſt perfidos pœnitentiâ curari.* Auguſtinus verò, vel potiùs Maximus Taurinenſis (cui eum ſermonem Louanienſes Theologi tribuunt) perdidiſſe eos dicit *pecuniam & ſalutem.* Ambroſius autem clariſſimè ſcribit, Apoſtolos *morti addictis æternæ perfidis, vniuerſos ad fidei ſtudium initio terrore compoſuiſſe.*

Caſſian. l. 7. cap. 25. *Sic cenſent graues auctores.* Baſil. hom. de iudicio. Beda in Act. Apoſt. Auguſt. de verb. Apo. ſerm. 27. Ambroſ. in pſal. 118. Oct. 18. v. 1.

Idipſum quoque confirmari videtur ex formulâ iuramenti, quam ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus, cùm à Gregorio II. conſecraretur Epiſcopus, his verbis concepit: *Quòd ſi (quod abſit) contra huius promiſſionis meæ ſeriem aliquid facere quolibet modo, ſeu ingenio vel occaſione tentauero, reus inueniar æterno iudicio, vltionem Ananiæ, & Saphiræ incurram, qui vobis (id eſt B. Petro) etiam de rebus propriis fraudem facere præſumpſerunt.* Cui teſtimonio plurimum accedit roboris, quòd ipſum hoc iuramentum ab Epiſcopis in ſuâ conſecratione proferatur, vt ſcribunt Sanctius & Cornelius, quamquam id in Pontificali Romano Clementis VIII. non habeatur. Accedit denique ratio, ſacrilegum enim furtum ab omnibus letale peccatum cenſetur, cùm autem ſtatim mortui fuerint hi coniuges, pœnitendi tempus iis non videtur relictum. Ob hæc igitur ſimiliaque, ſententia hæc probabilis eſt, vt Gaſpar Sanctius annotauit.

OPVS MANVVM. *Confirmatur ex S. Bonifacij iuramento.* Sanct. & Cornel. in 5. Act.

Contrarium tamen inſinuat S. P. N. BENEDICTVS: *Memorentur*, inquit, *Ananiæ & Saphiræ, ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc iſti, vel omnes qui aliquam fraudem de rebus Monaſterij fecerint, in animâ patiantur.* Quæ verba exponens Smaragdus, ait: *Peior & durior eſt mors, quam fraudem faciendo Monachi patiuntur in anima, quàm mors corporis, quam paſſi ſunt Ananias & Saphira.* Atque hanc ſententiam vt probabiliorem tuentur Dionyſius Carthuſianus, Salmeron, Cardinalis Baronius, Cornelius à Lapide, Gaſpar Sanctius, quàm nos ad honorem S. P. N. BENEDICTI, nonnihil illuſtrabimus. Auguſtinus ait: *Quid ergo agebat Apoſtolus, niſi vt per interitum carnis ſaluti ſpiritus conſuleret, vt ſine aliquâ pœnâ, & morte corporali, ſicut Ananias & vxor eius ante pedes Apoſtoli Petri ceciderunt: ſiue per pœnitentiam, quoniam ſatanæ traditus erat, interimeret in ſe ſceleratam carnis concupiſcentiam.* Idemque: *Credendum eſt*, inquit, *quod poſt hanc vitam iis pepercerit Deus; magnâ eſt enim eius miſericordia.* Et poſteà: *Correpti ſunt mortis flagello, ne ſupplicio punirentur æterno.* Parentis quoque ſui ſententiam propugnat S. Petrus Damiani, dicens: *Ananias & Saphira in ipſo fidei tirocinio quodammodo ſimpliciter peccauerunt, diſtricto quidem, ſed pio iudicio, ſolâ, vt credimus, ſunt corporum morte mulctati.* In eâdem ſententiâ eſt Abbas Theodotus apud Caſſianum.

Oppoſitum tenet S. Benedictus. Cap. 57. *Et plures cum eo.* In cap. 5. Act. Aug. contra Parmenian. l. 3. c. 1. *Probatur ex Patribus.* Idem ſerm. 10. de diuerſ. Pet. Dam. opuſc. 12. cap. 5. Caſſ. collat. 6. cap. 11.

Ad hæc, ſi Hieronymus dicat, Deum non eſſe rigidum aut crudelem, quòd in diluuio genus deleuerit humanum: ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphurem

Et inductione. Hieron in cap. 1. Nahum v. 9.

OPVS MANVVM. phurem pluerit : Ægyptios ſubmerſerit A fluctibus : Iſraëlitarum cadauera proſtrauerit in Eremo : *ſcitote enim*, inquit, *ideò eum ad præſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret.* Cur autem non idipſum de Anania & Saphirâ dicamus, qui ex ignorantia fortè exiſtimauerunt ſe non tantum ſceleris committere. Et ſeuera illa S. Petri reprehenſio, inſtructio quædam illorum fuerit; ex quâ tantus dolor concipi potuit, vt ipſius oppreſſi pondere deſecerint, vt inquit Sanctius.

Aliiſq; rationum. Malefico enim cuidam audienti concionem B. Vincentij Ferrerij id contigiſſe dicitur, vt contritione & dolore nimio exſpirauerit. B Sufficiebat quoque vt alij in Eccleſiæ primordiis violati voti grauitatē agnoſcerent corporali morte extingui ſacrilegij reos. Neque repentina mors æternæ mortis index eſt, nam Propheta, qui contra præceptum Domini in Bethel comederat, à leone occiſus eſt, (3. Reg. 13. 24.) & tamen culpa grauis non fuit, vel æterno ſupplicio digna. (1. Reg. 6. 7.) Percuſſit Deus Ozam, quod labantem arcam attigiſſet, & quis hoc letalis damnet culpæ.

Reſpondetur ad tempus pœnitentia. Quòd autem tempus pœnitendi defuiſſe dicatur : Reſponderi poteſt, reprehenſionem Petri longiorem fortaſſe fuiſſe, & ad hoc inſtitutam, vt propoſita ſacrilegij fœditate, ad pœnitentiam præuaricatores induceret. Neque Deo difficile eſt ſubitò ita peccatoris mouere animum, vt perfectam breuiſſimo tempore eliciat contritionem.

Et ad iuramentum S. Bonifacij. Ad iuramentum S. Bonifacij reſpondetur, non apertè colligi ſuppliciū eſſe æternum, quo plexus Ananias: duo quippe mala ſibi videtur imprecari Bonifacius, æternum ſcilicet, & illud quod Ananias pertulit, vtique temporale. *Reus*, inquit, *inueniar æterno iudicio*, (ecce prius) *vltionem Ananiæ & Saphiræ incurram*, ecce poſterius. Atque hæc, ni fallor, ſatis pro huius ſententiæ probabilitate, ex quâ hunc colligere licet fructum, vt à proprietatis vitio & fraude in diuidendis operibus ſimus alieniſſimi, metuentes tum corporis, tum animæ ſupplicium æternum.

TRACTATVS IV.

DE LECTIONE.

LECTIO. *A Labore ad Lectionem, alteram libri huius partem tranſimus. Ea enim viciſſitudine, vt diximus, hæc duo S. P. permiſcuit, vt inuicem ſibi ſuccederent, & vnum alterius eſſet condimentum. Labor corpus, mentem exercet Lectio, quæ ab ipsâ Regulâ varia eſt. Diſquirendum igitur* Primò, *Quid Lectionis nomine* S. BENEDICTVS *intellexerit?* Secundò, *Quanta mala ex neglectu ſtudiorum?* Tertiò, *Vbi, & quo ritu legendum?* Quartò, *Quomodo Lectio ſpiritualis inſtituenda?* Quintò, *Vnde Libri petendi?*

DISQVISITIO I.

Quid Lectionis nomine S. BENEDICTVS *intellexerit?*

VNICA voce non vnam Lectionem comprehendit, ſuiſque præſcripſit Legiſlator noſter, vt pretium omninò ſit operę ordine receuſere viſitatas in Ordine noſtro ex ipsâ Regulæ inſtitutione Lectiones.

I. *Significatur Lectio ſpiritualis.* PRIMÒ autem, ſignificatur Lectio ſpiritualis, quâ quiſque ad animæ ſuæ profectum, aſceticum aliquem librum quotidie legit. Ad huius porrò lectionis exercitium, (Cap. 48.) voluit Legiſlator noſter omnes accipere C *ſingulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant.* His autem verbis lectionem ſpiritualem cōmendari arbitror, quia pro ſtudio non vno tantùm, ſed pluribus opus eſt libris, eandemque lectionem alij etiam paſſim inculcant.

Quam & alij ſuis inculcant. S. Hieronymus Paulinum Monachum inſtituens : *Semper*, inquit, *in manu tua ſacra ſit lectio.* (Hieron. Epiſt. 13.) Theodoretus de Publio: *Pſalmodiam quidem oratio, orationem verò pſalmodia, vtrumq; autem excipiebat, diuinorum eloquiorum lectio.* (Theodor. hiſt. relig. cap. 5.) Ex noſtris de hoc pietatis ſtudio ita B. Alcuinus : (Alcuin. Ex. 101.)

Nunquam

Google

Nunquam ſacra lectio temporibus opportunis de manibus recedat tuis, vices ſuas habeant lectio, & Oratio. Et B. Petrus Damiani ad Eremitas Fontis Auellani: *Plures libras*, inquit, *habetis, quibus vacare poteſtis, vt ſancta anima veſtra non ſolùm oratiane creſcant, ſed lectione pingueſcant.* Auguſtinum quoque ſacram hanc lectionem reſpexiſſe, minimè dubito, cùm in Regulâ præſcripſit: *Codices certâ horâ petantur ſingulis diebus: extra horam qui petierit, non accipiat.* Hæc autem ſcripta eſſe in ordine ad lectionem piam nemo negauerit, qui expenderit S. Auguſtinum Regulam monialibus primariò ſcripſiſſe, quæ deinde monachis accommodata eſt & commendata. Iſidorus Hiſpalenſis Auguſtini verba ſuæ etiam Regulæ intexuit.

Pet. Dam. Opuſc. 14.
Reg S. Auguſt c. 14.
Iſid. in reg. cap. 8.

II. SECVNDÒ. Lectionis nomine S. BENEDICTVS ſtudium quoque variarum diſciplinarum ſine dubio intellexit. Nam cùm admodum pueros reciperet, humanioribus litteris atque altioribus etiam ſcientiis imbuendi erant. Emittebat enim ſuos B. Pater, vt ſanctimonialibus, aliiſque verbum Dei annuntiarent, quod abſque ſtudio fieri non potuit. Deinde recepti ab ipſo S. BENEDICTO Fauſtus, Gordianus, Marcus Poëta, aliique, ſcriptis teſtati ſunt quantum in litteris profecerint. Vnde autem illis tanta ſcientia, niſi in monaſterio & Doctores & diſcipuli fuiſſent? De quibus videſis quæ ad vitam Sancti BENEDICTI annotauimus. Atque vt his omiſſis ad ſtudium reuertamur, notiſſimum eſt ſummorum Pontificum Decretis Benedictinos ad ſtudendum obſtringi. Vnde Clementina ſic ſtatuit: *Vt ipſis Monachis proficiendi in ſcientiâ via opportuna nan deſit, in ſingulis ipſorum monaſteriis, quibus ad hoc ſuppetent facultates, idaneus teneatur magiſter: qui eas in primitiuis ſcientiis inſtruat diligenter.* Benedictus XII. eandem conſtitutionem confirmat, & plura de ſtudioſis ad generalia ſtudia mittendis, eorumque Magiſtris ſtatuit. Rationem verò aſſignat, cur eos ſtudiis vacare velit: *Quia*, inquit, *per exercitium lectionis acquiritur ſcientia margarita, & per ſtudium ſacra pagina ad cagnitionem excellentia diuina familiariùs peruenitur: ac per agnitionem humani iuris, animus rationabilior efficitur, & ad iuſtitiam certiùs infarmatur.* Decretis hiſce inhærentes Caſſinenſes Patres, vtiliſſimas pro ſtudiorum conſeruatione conſtitutiones ediderunt, quas Lotharingica Gallica, S. Mariæ in Belgio Congregatio amplectitur, vt mirum ſit ab æmulis hactenus ſpargi, ſtudia à noſtris negligi, cùm vix quidquam grauiùs in conſtitutionibus commendetur.

Lectio S. Benedicto eſt Studium variarum diſciplinarum.
Cap. 3. n. 14.
Quod Benedictinis imperatum à Pontificibus.
Clement. Ne in agro.
In Benedict. cap. 6. & 7.
Caſſin. ad cap. 47. n. 3. 4. 5. 11. 12. 13. & 14.

III. TERTIÒ. Lectionis tempore exiſtimo olim Monachos eruditos in religioſæ vitæ ritibus, Cærimoniis, Cantu, & præcipuè Pſalmorum recitatione. Nam cùm totum Pſalterium (vt alibi dictum) memoriæ commendarent, opus erat tempus & opportunitatem ad hoc concedere. Inſinuat id Regula S. Fructuoſi, cùm de lectionis tempore agens, de Senioribus ait: *Reſidentes taciti per cellulas ſuas, hi quarum iam ætas perfecta eſt, & conſcientia pura, meditentur eloquia Damini. Iuniares verà caram ſuis reſidentes Decanis lectioni vel recitatiani vacent, nec inconſulta Seniore iunior à ſuâ ſe auferat ſeſſione, aut ad alterius Decani locum audeat pergere.* Atque vt de his antiquas prodamus conſuetudines, Regula Pauli & Stephani præſcribit: *Vt qui pſalmos diſcunt, deputatis eos recitent dictatoribus, qui pro eis aut de negligentiâ arguendi ſunt; aut in eorum eruditione & ſtudia apprabandi.* Deinde decernitur: *vt quotidie accepta de pſalmis reddantur ad menſam primam fratrum. Qui meditari neglexerit, & non reddiderit, nec manducet vſque ad horam refectionis venturi diei.* Similiter Regula Magiſtri: *Infantuli*, inquit, *in decadâ ſuâ in tabulis ſuis, ab vno litterata, litteras meditentur, & pſalmos meditari à neſcientibus ordinatione Prapaſitarum ſuorum admanemus.* Subiungit idem ritum, quo penſum ediſcendorum pſalmorum ab Abbate iniungebatur, & à iunioribus reddebatur. *Cùm pſalmos*, inquit, *memoriâ perfectè tenuerint, adducti à Præpoſitis ſuis ipſum pſalmum, aut canticum ſeu quamuis lectionem memoriter Abbati reſtituant. Et cùm perreddiderint, mox petant pro ſe orari. Et cùm pro eo à circumſtantibus oratum fuerit, Abbatis genua oſculetur is qui reddidit, cui mox ab Abbate, aut à Præpoſitis iubetur ſuperponi* (intelligo imponi nouum pſalmorum penſum) *& antequam meditetur, petat item à circumſtantibus pro ſe orari, & ſic incboet meditari.* Sic ibi.

LECTIO. *Lectio comprehendit cærimonias, cantum, &c.*
Reg. Fruct. cap. 6.
Iuniores quomodo Pſalmos diſcerent.
Reg. Paul. & Steph. cap. 15.
Cap. 16.
Reg. Magi. cap. 50.
Ritus recitãda coram Abbate.

DISQVISITIO II.

Quanta mala ex neglectu ſtudiorum?

INTER ea quæ Ordinem noſtrum toti mundo celeberrimum, Eccleſię Dei vtiliſſimum reddiderunt, non poſtremum eſt diuerſarum diſciplinarum, & præſertim S. Scripturæ ſtudium. Aperiebant enim noſtri non ſuis tantùm, ſed quibuſuis variarum artium Gymnaſia, quo & ſcientiæ ad poſteros tranſmittebantur, otium declinabatur, honeſtiſſima exercitatio nugas & friuola abigebat, monaſteria viris doctis ad Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ ſubſidium abundabant, & optimi quique ex iis ad eccleſiarum regimen aſſumebantur. Ab ipſo autem Ordinis exordio viguit hęc in-

Benedictini à ſtudiis celebrati.

LECTIO. *La inſtitut S. Benedictini.* *Greg. 2. Dialog. c. 3.*

ſtitutio: primum enim Gymnaſiarcham, A ipſum Ordinis Conditorem meritò agnoſcimus, de quo Gregorius aſſerit, eum extructis duodecim monaſteriis, & deputatis, qui ea incolerent, monachis, paucos ſecum retinuiſſe, *quos adhuc in ſuâ præſentiâ aptiùs erudiri iudicauit.* Atque hæc erat ſchola Dominici ſeruitij, in quâ monaſticis præſertim inſtruebantur diſciplinis. Sed & de humanioribus ſcientiis, altioribuſque ſtudiis intelligi poteſt, quod Romanus Præſul ſubdit: *Cœpêre etiam tunc ad eum Romanæ vrbis nobiles & religioſi concurrere,* B *ſuoſque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare.* Ex quibus videas Monachos ſtatim litteris imbutos fuiſſe, quibus deinde etiam alij adiuncti fuerint, etiamſi monaſtico ſtatui ex profeſſo non dedicarentur. Atque illa puerorum ſuſceptio ex Regulæ conſtitutione & Ordinis conſuetudine vſitata, planè arguit eos ibidem litteris operam dediſſe.

Monaſteria fidei & artium gymnaſia.

Qualia verò deinceps fuerint noſtri Ordinis monaſteria, cùm ex hiſtoricis ſatis ſuperque liquet, tum vnico hoc argumento C luculentiſſimè comprobatur, ea artium, & fidei fuiſſe gymnaſia. Magnus enim Gregorius cùm vidiſſet aliquando Anglos adhuc Ethnicos Romæ venales proponi, admiratus in iis formæ elegantiam, quod angelicas, quę pingi ſolent, effigies imitarentur, magnum animo concepit deſiderium eos Angelorum cœtibus per baptiſmum inſerendi. Quare Candido Presbytero, (Greg. l. 5. epiſt. 10.) quem in Gallias miſerat, ſcripſit, vt pueros Anglos ab annis decem & ſeptem coëmeret, & in monaſteriis ad fidem inſtruendos D collocaret. In Angliam verò hæc ſtudia Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis Monachus ante Romanus intulerat, poſtquam à Vitaliano Papa in illam Inſulam miſſus eſt, vt rem Chriſtianam conſtitueret.

Theodorus in Angliâ litterarum reparator.

Beda Eccl. hiſt. l. 4. c. 2.

De quo magnificè Beda: *Numquam prorſus, ex quo Britanniam is, Hadriano comite petiit, Anglis feliciora fuiſſe tempora; dum & fortiſſimos Chriſtianoſque habentes reges, Barbaris eſſent omnibus terrori, & omnium vota ad nuper audita cæleſtis regni gaudia penderent. Et quicumque lectionibus ſacris cuperent erudiri, haberent in promptu Magiſtros, qui docerent.*

Hinc floruit inſula.

Hos quippe litteris ſacris ſimul & ſęcularibus abundè fuiſſe inſtructos, & diſcipulorum congregatâ cateruâ, E *ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina irrigandis eorum pectoribus emanaſſe; ita vt etiam Metricæ artis, Aſtronomiæ & Arithmeticæ Eccleſiaſticæ diſciplinam, inter ſacrorum apicum volumina, ſuis auditoribus contraderent.* Et erant ſanè ad Bedæ ætatem de eorum diſcipulis, qui Latinam Græcamque linguam æquè vt propriam, in quâ nati, callerent. Ab Anglis in Germaniam Galliamq́; ſcholæ monaſticæ deriuatæ ſunt, vt Libro ſecundo luculentiùs probauimus. (*Lib. 2. Tr. 4. diſq. 1.*)

Alcuinus varias ſcientias prælegit.

Alcuin. Ex. 1. ad Carol. Magn.

Teſtatur autem Alcuinus (at qualis quantuſque vir?) ſe non vnam ſcientiam vno eodemque tempore docuiſſe, cùm ad Carolum Magnum ita ſcribit: *Ego Flaccus, veſter ſecundùm exhortationem, & bonam voluntatem veſtram, aliis per tecta S. Martini, ſanctarum mella ſcripturarum miniſtrare ſatago, alios vetere diſciplinarum mero inebriare ſtudeo: alios grammaticæ ſubtilitatis enutrire pomis incipiam. Quoſdam ſtellarum ordinem, ceu picto cuiuſlibet magnæ domus culmine illuminare geſtio. Plurima plurimis factus vt plurimos ad profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad decorem Imperialis Regni veſtri erudiam.* Sic ille. Omitto, quod aliàs dictum, ab eodem inſtitutam Vniuerſitatem Pariſienſem, & alibi aliàs à noſtris erectas Academias. (*Lib. 2. vbi ſuprà.*)

Scholæ interiores & exteriores in Monaſteriis.

Illud autem opportunè hîc annotandum, quibuſdam locis duplices noſtros habuiſſe Scholas intra vnius monaſterij ambitum, vnam exteriorem, in quâ Magnatum Nobiliumque liberi erudiebantur, interiorem alteram, quâ, ſeueritate maiore cùm iuuentus ipſa Deo dicata, tum Monachi quà incolæ, quà aduenæ, ad cultum ſapiētiæ eflorefcebant. Quam certè Scholarum partitionem Ekkehardo S. Galli Decano debemus; qui in B. Notkeri vitâ, (*Ekkeh. in vit. Nock. c. 8.*) *Scholas clauſtri, vbi monachici habitus pueri inſtituebantur,* diſtinxit ab exterioribus, quas *Canonicas* ipſe nuncupat. Et in Concilio Aquiſgranenſi decretum: (*Aquiſgr. can. 45.*) *Vt Schola in monaſterio non habeatur, niſi eorum qui oblati ſunt;* id eſt, Deo in religione conſecrati.

Ordo per hæc exercitia ſtetit & viguit.

Trith. l. 2. de Viris Illuſt. Ord. S. Bened. c. 8.

Hiſce porrò ſtudiorum exercitationibus ſtetit floruitque religio, nam vt benè notauit Trithemius: *Duo ſunt, quæ Ordinem in obſeruantiâ tenuerunt, Amor videlicet Dei, & ſtudium Scripturarum: quibus deficientibus, Monachi quoque à ſanctâ inſtitutione receſſerunt. Nonnulli enim rudes, inexperti, & ſine ſcientiâ Scripturarum, cùm non haberent vbi cor ſuum delectabiliter figerent, ad amorem ſæculi conuerſi, diſciplinam Ordinis miſerè deſtruxerunt.* Idipſum verò alibi ſæpius lugubriter deplorat: nam in oratione quadam in Conuentu Abbatum habita hæc ait: *Nihil principes terræ in Ordine noſtro venerabantur antiquitus, niſi vitæ meritum, & ſcientiæ doctrinam: Quibus neglectis Ordo deuenit in contemptum. Mox enim, vt ſe negotiis ſæcularibus immerſerunt, lectiones Scripturarum neglexerunt, mutari cœpit color diſciplinæ optimus, deuotio tota expirauit.* Subditque: *Saluo priuilegia paucorum, quòd non facit legem communem, Monachus vel Abbas, abſque*

His neglectis, miſerè corruit.

que amore & ſtudio Scripturarum ad interna A *dulcedinis guſtum rarò, aut numquam poteſt pertingere.* Cardinalis Vitriacus iacentem Ordinis S. Benedicti diſciplinam & ſtatum maiorem in modum labefactatum deplorans inter ceteras ruinæ cauſſas neglectum lectionum & ſacrarum Scripturarum meditationum reponit, atque inde adeò factum, vt *præda ac direptioni Monachi cum Monaſteriis expoſiti, hoc maiora adierint diſcrimina, quòd qui ſuſpicere, & integros mores laudare conſueuerant illuſtres viri, populatim euaderent haud minùs ad auferendum* B *proni, quàm olim fuerant ad largiendum prompti.* Hæc ferè Vitriacenſis. Ante vtrumque verò non veritus eſt Guilielmus Malmeſberienſis, immanes illas & ſæuiſſimas clades quas anno Chriſti 869. & ſubſequentibus Dani Angliæ regno, & præcipuè monaſteriis intulerunt, Monachorum otio & neglectis litterarum ſtudiis adſcribere. Quinimò ad hoc probandum nonnulla B. Alcuini, qui eodem ſæculo claruit, teſtimonia in medium producit, quibus recenſitis, ita concludit: *Planum vt arbi-* C *tror factum eſt, quantam labem, quantam peſtem, obliuio litterarum, & lubrici mores perditorum hominum Angliæ inuexerint.* Sic ipſe.

Vitriac. hiſt. Occid. c. 20.

Hinc monaſteria prædæ expoſita.

Malmeſ. de geſtis Regum Angl. l. 1. cap 3.

Et regno illata clades à barbaris.

Sed & alij ſtudiorum in Religioſis neglectum grauiter perſtrinxerunt. Ioannes enim Nider radices lapſum diuerſorum Ordinum ennumerans ita ait: Octaua radix eſt, ſtudij religioſi omiſſio: quæ iam Mendicantium Ordines, eos comparando ad præterita, multum tendere facit ad occa- D ſum. Percepi idipſum ab Ordine poſſeſſionatorum à viris optimæ conſcientiæ, ſe non diu reformatos eſſe manſuros: niſi ſtudium apud ſe reſuſcitarent. Habet igitur locū hodie in vtriſq; illud Oſeæ: *Conticuit populus meus, eò quòd non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiā repuliſti, repellā te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum ego.* Litteratorum enim virorum carentia in monaſteriis, litteratis ſæcularibus ingreſſum vetat, Ordinis Prælatos reddit contemptibiles, vitioſos neſcit corrigere; nec tentatos iuuenes credere ſi- E nit ſuis rectoribus. Hæc Nider. Similem querelam de Seraphico S. Franciſci Ordine depromit Henricus Sedulius. Nec opus hîc erit duodecim illa damna intermiſſi ſtudij, quæ poſt Humbertum Turrecremata attulit, recenſere. Conſtat enim antiqui hoſtis hanc eſſe verſutiam, vt quo Monachos in omne flagitij genus præcipitet, eiſdem auferat inſtrumenta quibus contra vitia ſe tueri poſſent. Nimirùm, vt rectè à Browero annotatum: Quod de Mytelenæis ſcriptum legitur, cùm præclarè

Idem fecit Studiorum neglectus in aliis Ordinibus.

Nider de Reform. lib. 2. c. 17.

Oſeæ 4.

Ignorantia mala.

Sedul. ad cap. 11. vit. S. Franc.

Brovv. Antiq. Fuld. lib. 1. c. 11.

didiciſſent ipſi, quantum ad hominum conſeruandam ſocietatem momentum ac vim litterarum ſtudia & liberales artes haberent; quos populos bello ſuperaſſent, his non aliam irrogaſſe pœnam, niſi vt ne filios ſuos litteris erudirent; id hoſtis humani generis, paulò antè enata hæc in Germania tot hæreſeon ac errorum peſtifera monſtra, in pleriſque Cœnobitis tentaſſe videtur, vt ne diuinas litteras ac ſacrarum Scripturarum monumenta attingerent, ſeu, pari curâ ſtudioque quo maiores perdiſcerent ac tractarent; quo & carnis ſeu Veneris imperio ſubditos, & auocantium voluptatum blanditiis facilius illigatos haberet: prorſuſque obiiceret bello, quod iam tum Eccleſiæ per Lutherum ſimileſque religionis hoſtes parabat, inermes. Hinc illæ tot nobilium in Germania monaſteriorum ruinæ, ſubitæque clades Monachorum extiterunt.

LECTIO.

Dæmon hæreſi per ignorantiam Monaſteriis inuectam patrocinatur.

Ite ergo, ite quicumque ſcientiam è Monachorum cœtu pellitis, & ſolùm piam adamatis inſcitiam. Etſi enim *è duobus imperfectis* (Hieronymo teſte) *melius ſit ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem:* tamen vtrumque melius. Qui enim *vel vitam ſolùm rectè inſtituunt* (ait Gregorius Nazianzenus) *aut eloquentiæ tantummodo ſtudent, ita vt alterum omittant, nihil mihi à monoculis diſtare videntur, quibus magnum eſt nocumentum, maior verò turpitudo, quum quempiam inſpiciunt, ſeu inſpiciuntur: quibus verò contingit, vt in vtriſque excellant & ſint idonei, ij illud etiam aſſequuntur, vt perfecti euadant, & cum beatitudine viuant futura.* Ita magnus ille Theologus. Iterum dico, dæmonis hæc impoſtura eſt, pietatis fuco ſtudiorum neglectum commendare; & humilitatis titulum affingere ignorantiæ. Aufer doctrinæ hunc Solem à Religioſis Ordinibus, quid niſi cymmerias, vel Ægyptiacas ſperes tenebras? Deme arma militibus Chriſti, & gladium verbi Dei, quomodo ſtabunt fortes in fide aduerſus phalangas diſſectarum ſectarum.

Contra eos qui ſcientiam à Monachis ablegant.

Hieron. Epiſt. 2. Eccleſ. 11.

Nazianz. orat. 10.

Dæmon ſub pietatis fuco multis imponit.

Cauerant olim Philiſthijm, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam: *Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terrâ Iſraël.* Quid autem hoc in ſpirituali ſenſu deſignet, Magnus exponat Gregorius: *Apertè, inquit, dæmones ſciunt, quia dum ſæcularibus litteris inſtruimur, in ſpiritualibus adiuuamur. Cùm ergo nos ea diſcere diſſuadent, quid aliud, quàm ne lanceam aut gladium faciamus præcauent? A nonnullorum enim cordibus diſcendi deſiderium maligni ſpiritus tollunt: vt & ſæcularia neſciant, & ad ſublimitatem ſpiritualium non pertingant. Faber autem Ferrarius in Iſraël non inuenitur, quia* *fideles*

1. Reg. 13.

Gregor. l. 5. in 1. Reg. cap. 3.

Et diſſuadet litteras addiſcere.

LECTIO.

ſideles Domini arte ſacularis ſcientia contra malignos ſpiritus nequaquam praliantur. Fabri namque arte aduti vincerent, ſi ſacularis eloquentia iaculis, occultis hoſtibus praualerent. Qua profectò ſacularium librorum eruditio, & ſi per ſemetipſam ad ſpiritualem ſanctorum conflictum non prodeſt, ſi diuina Scriptura coniungitur, eiuſdem Scriptura ſcientia ſubtiliùs eruditur. Hæc Gregorius. Quæ ſi de ſæcularibus ſcientiis tantus Præſul dixerit, quid quæſo, de neglectu ſacrarum Litteratum dicturus fuiſſet? Quid de Doctorum & diſcipulorum in ordine religioſo defectu? Audi Rabanum Maurum hæc pulchrè interpretantem. *Diabolus quoque per paganos, per hareticos & falſos Chriſtianos ſtudet prohibere, ne fiant Doctores in Eccleſiâ qui ſpiritualia arma faciant, & nobis ad pugnandum tribuant. Pagani enim prohibuerunt, ne Chriſtiani liberalibus imbuerentur artibus. Haretici quoque perſuaſerunt principibus, vt Catholici Eccleſia defenſores in exilium pellerentur, & deſolatam plebem faciliùs ſeducerent. Nunc quoque antiquus hoſtis ab inſtantiâ eruditionis pralatos auertit, vt & ipſos & ſubditos faciliùs decipere poſſit.* Sic ille. Non leui igitur periculo religioſæ exponuntur Congregationes, à quibus exulant ſcientiæ, nam & ipſa ſenſim deficere, & membra ignauo torpere otio neceſſe eſt. Non malè enim quidam cecinit:

Imò per ſuos ſupprimere nititur.

Vt mallet, perdat, & diſſipet.

Vita Sacerdotum niſi libris otia tollat,
Ducitur ancipiti deſidioſo loco.

DISQVISITIO III.

Vbi, & quo ritu legendum?

CERTVM & communem omnibus locum, in quo Lectio fieret, S. Legiſlator non deſignauit: magis autem innuit diuerſos diuerſis legiſſe locis, ideò enim ſtatuit, vt *deputentur vnus aut duo ſeniores, qui circumeant monaſterium horis quibus vacant Fratres lectioni.* Neque enim opus eſſet monaſterium circuire, ſi vno certoque loco adunati Fratres vacaſſent Lectioni. Quod tamen poſteà vſu introductum, ex Epitome Ludouici Pij conſtat, in quâ dicitur: *Certis iterùm horis Lectioni pleniter vacent; &, ſi fieri poteſt, in vno clauſtro ſedeant.* Sanctus Fructuoſus Legentes in duos diuidens ordines, decreuit, vt hi *quorum iam atas perfecta eſt, & conſcientia puro, reſidentes taciti per cellulas ſuas, meditentur eloquia Domini. Iuniores verò coram ſuis reſidentes Decanis Lectioni vel recitationi vacent.* Sic ille. Prior ille modus ſpirituali lectioni propter eam, quæ requiritur, ſenſuum recollectionem, magis eſt accommodatus: atque ita iam in cellis ſolet inſtitui. Poſterior modus communi magis fauet obſeruantiæ, facilius namque abſentes, dormitantes, non legentes notari poſſunt.

Certus locus à S. Benedicto lectioni non tribuitur.
Cap. 48.

Reg. Fruct. c. 6.
Duplicem innuit Fructuoſus.

Hinc Lectio ſiue ſtudium fiebat in Capitulo, quod eâ gratiâ adeò amplum in pleriſque Cœnobiis ædificatum fuit; vel in Clauſtro, aut aliqua parte, quam Cluniacenſes, Ciſtertienſes, & ſtatuta ſancti Dunſtani *Auditorium* vocant, cuius nominis ſignificationem ita Dunſtanus explicat. *A primo pulſu veſpertinalis ſynaxis ſilentium teneatur in clauſtro vſquequo Capitulum finiatur alterius diei, excepto Auditorij loco: qui & ad hoc maximè eo cenſetur nomine, quod ibi audiendum ſit, quid à praceptore iubeatur, non verò fabulis, aut otioſis ibi, aut alicubi vacare loquelis oportet.* Ita ille. Ciſtertienſes: *In Auditorio*, inquiunt, *non loquantur plures quàm duo ſimul cum Priore tempore lectionis: niſi fortè Prior pro aliquâ neceſſitate plures ſibi conuocandos indicauerit.* Reddebant ergo Priori ſuas lectiones cum illo conferentes, & dubiorum enodationem ab eo requirentes; adeoque *Auditorium* hoc inſtar cuiuſdam erat ſcholæ, ſiue gymnaſij, quod deputati Officiales, quos *Circatores* nominabant, ſtatis temporibus viſitabant, vt conſiderarent quo modo fratres lectioni vacarent, & num aliqui deeſſent aut minùs religioſè ſe haberent, hiſque ſimilia.

Olim legebant in Capitulo, vel clauſtro.

Lib. vſuum Ciſterc. cap. 71.
Auditorium quid.

Erat Monachorum Schola.

Quam viſitabant Circatores.

Officium autem *Circatoris*, vt vocant, ex Sancti BENEDICTI verbis deſumptum, quibus ſtatuit, vt deputentur ſeniores, *qui* CIRCVMEANT *monaſterium horis quibus vacant fratres lectioni.* Hic talis olim appellatus *Circa*, vt videre eſt apud ſanctum Dunſtanum: *Secundùm Regula praceptum*, inquit, *conſtitui debet aliquis frater, qui ab officio circuitus ſui, Circa vocatur: eſt enim eius officium circuire clauſtrum: ne fortè inueniatur frater acedioſus, aut alicui vanitati deditus.* Lanfrancus: *Circumitores Monaſterij, quos alio nomine Circas vocant, iuxta Sancti* BENEDICTI *praceptum certis horis circumire debent monaſterij officinas, obſeruantes incurias & negligentias fratrum, & ſtatuti Ordinis pranaricationes.* Apud Ekkehardum Iuniorem dicuntur *Circatores: Ecce primo ſigno ad veſperas pulſato, Circator fratres collecturus*, &c. In quem locum Goldaſtus: *Circator*, Circitor, vel Circuitor, tranſlatio à re militari. Sunt enim *Circitores* Vegetio, qui περίπολοι ἐφοδεύοντες Polybio. Vt hi vigiles recognoſcunt, an in officio ſint, ita ille Monachos, an in operis. Conradus Fabarienſis: *Circatoribus iuxta mandatum Apoſtolici monaſteria ſingula perluſtrantibus.* Dicti & citato mox Ekkehardo

Qui dicti quoque Circa.
Stat. Dunſtan c. 4.

Stat. Lanfr. c. 4.

Ekkeha. de caſ. mon. S. Galli c. 3.

Fab. cap. 8.

Ekkeh. ſuprà cap. 8.

Exa-

Et Exactores.

Exactores, id eſt, auſcultatores. Ceterùm manſit *Circatarum* nomen & officium apud Præmonſtratenſes, qui & hinc *Circarias* vocant Ordinis ſui Prouincias, quod vt Benedictinus *Circatar* monaſterium, ita Viſitator Prouinciam circumeat & luſtret.

Quâ diſciplinâ legendum. Vſus Ciſtert. c. 71.

Quâ verò diſciplinâ in loco Lectioni deputato verſari quemque par eſt, accuratè deſcribunt Ciſtertienſes: *Qui in Clauſtro*, aiunt, *ſederint religiatè ſe habeant, ſinguli in ſingulis libris legentes, exceptis illis, qui in Antiphonariis, hymnariis, gradualibus cantauerint, & illis qui lectiones ſuas præuiderint, quas auſcultet cantor vel quilibet frater ad hoc idoneus ab ipſo monitus. Neque inquietent ſe inuicem in quæſtionibus faciendis, niſi de productis & correptis accentibus, & de dictiane quam legere ignorauerint, & de principiis lectionum ad menſam, & ad callatianem, & ad vigilias cùm neceſſe fuerit, quæ breuiſſimè fiant. Si quis habuerit caputium in capite, dum legerit taliter, habeat ſe vt poſſit perpendi ſi dormiat. Quòd ſi aliquis neceſſe habuerit diuertere alicubi, librum ſuum in armario reponat, aut ſi in ſede ſua eum dimittere voluerit, faciat ſignum fratri iuxta ſedenti vt illum cuſtodiat.*

Quomodo ponendum caputium.

Sic illi, quorum veſtigiis ferè inſiſtunt Bursfeldenſes, qui etiam ſtatuunt ita caputium in capite diſponendum, vt poſſit perpendi an frater vigilet, vel dormiat.

Bursfeld. diſt. 3. c. 3.

Sed & S. Pachomius ſanciuit: *Peractâ diſputatione ſiue concione Præpoſiti ſinguli egredientes vſque ad cellulas ſuas, & vſque ad veſcendi locum, de ſcripturis aliquid meditabuntur* (memoriæ mandabunt & ruminabunt) *nulluſque habebit opertum caput meditationis tempore.* Et de libris idem ſic ſtatuit: *Nemo dimittat codicem non ligatum, codicem poſt Nonam attendat, ad quem pertinet.*

Pachom. in reg. nu. 10.

Num. 36.

Cùm verò plura ſint, quæ de ſtudiorum ratione iuxta diſciplinarum varietatem dici poſſent, nos ea impræſentiarum libenter prætermittimus, quod ab aliis iam accuratè ſint pertractata, nec peculiaria occurrant, quæ à Religioſis in particulari magis quàm ab aliis ſtudentibus obſeruanda.

DISQVISITIO IV.

Quomodo Lectio ſpiritualis inſtituenda?

CVM ad animæ potiſſimum profectum lectio ſpiritualis inſtituta ſit, id ſolicitè procurandum eſt, vt iis exornetur circumſtantiis, ex quibus maior vtilitas & ſpiritualis profectus redundare poſſit. Non omiſit ſanè Legiſlator noſter eas vtcumque inſinuare.

LECTIO. I. *Certo tempore quotidie legendum.* Cap 48.

A PRIMÒ enim, definiuit certum quotidie legendi tempus, quod quidem totum ita lectioni tributum voluit, vt obſeruatores etiam conſtituerit, qui attenderent, an, & quomodo fratres lectioni vacarent. *Ante omnia*, inquit, *deputentur vnus aut duo ſeniores, qui circumeant Monaſterium horis quibus vacant fratres Lectioni: & videant ne fortè inueniatur frater acedioſus, qui vacat otio, aut fabulis, & non eſt intentus lectioni.* Etſi autem vniuerſim tam de ſtudio, quàm de ſpirituali lectione hæc intelligantur, de B hac tamen peculiariter monendum, vt totum tempus illi adſcriptum fideliter & diligenter impendatur, quod magnæ huius lectionis vtilitates meritò vnicuique perſuaſerint: quas qui legere vberiùs volet, adeat ſcriptores aſceticos. Mihi ſuffecerit digitum ad fontes intendiſſe; in his ſunt [a] Turrecremata, [b] Trithemius noſter, [c] Ioannes Trullus, [d] Mauburnus, [e] Alphonſus Rodericius, & [f] Nigronus.

Vis Lectionis vtilitates.

a Tract 4. in Reg. S. Ben. b in 4. cap. Reg. S. Ben §. 10. c l. 4 in reg. S. Auguſt. conſ. 1. d Roſet p. 1 diſt 1. tit 4. c. 6. e p. 1. tit. 5. cap 28. f Tr. aſcet. 5. c. 7.

SECVNDÒ, vult S. BENEDICTVS, vt ſinguli legant ſingulos libros è Bibliothecâ C initio quadrageſimæ acceptos. Non probat igitur variorum librorum lectionem, quam pluribus argumentis Seneca improbauit: *Non refert*, inquit, *quàm multos, ſed quàm bonos habeas. Lectio certa prodeſt; varia delectat. Qui quò deſtinauit, peruenire vult, vnam ſequatur viam; non per multas vagetur. Non ire iſtud, ſed errare eſt.* Alibi copioſiùs: *Vide, ne iſta lectio multorum Auctorum, & omnis generis voluminum habeat aliquid vagum & inſtabile.* Et paulò pòſt: *Nihil æquè ſanitatem impedit, quam remedio*D*rum crebra mutatio. Diſtrahit animum librorum multitudo. Itaque cùm legere non poſſis, quantum habueris, ſat eſt habere, quantum legas. Sed modò, inquis, hunc librum euoluere volo, modò illum. Faſtidientis ſtomachi eſt, multa deguſtare: quæ vbi varia ſunt, & diuerſa, inquinant, non alunt. Probatos itaque ſemper lege; & ſi quando ad alios diuertere libuerit, ad priores redi.* Et Bernardus: *Qui aliquò pergit, ſi vnam certam tenuerit viam, citò perueniet quò tendit; & itineris & laboris faciet finem. Si verò multas aggreditur vias,* E *errat; nec laboris aliquando finem facit; quia error finem non habet.* Polybius verò librorum helluones guloſis comparat conuiuis: *Qui appoſitos cibos variè & carptim delibantes, neque in præſentiâ voluptatem ſolidam, neque fructum, aut alimoniam in poſterum ferunt.*

II. *Liber vnus tantùm legendus.* Sen. epiſt. 45. *Lectio varia improbatur.* Idem ep. 2.

A Simili.

Bernard. epiſt de vitâ ſolit.

Polyb lib. 3.

TERTIÒ: Ordinem in legendo Legiſlator noſter requirit, cùm ait: *Quos per ordinem ex integro legant.* Noluit ergo carptim legi, modicum hìc, & modicum ibi, per folia vagè diſcurrendo, ſed ſtabilem, & ordinatam requirit lectionem [...]iam vt Bloſius

III. *Legendum ordine, nec carptim & vagè.* Cap 48.

Google

LECTIO. Bloſ. can. vitæ ſpirit. cap. 16. Carthuſ. in inſtit. Nouit. art. 9.

Bloſius noſter ait : Lectio incerta & erratica ſpiritum magis diſſipat, quàm promouet. Dionyſius Carthuſianus monet legendum, non varia percurrendo, & folia reuoluendo, aut ſolùm notitiam, vel temporis deductionem, ſeu ſpeculatiuam & ſuperficialem delectationem quærendo. Quapropter ſi breuior alicui aſſignatus fuerit liber, expedict ſenſim & cum magnâ morâ legere, aut eundem librum ſæpius repetere. Monachum ſic inſtruit S. Ephræm : *Cùm autem leges, intentiſſimè lege, atque diligenter, cum multa conſtantia verſum bis terve ponderans, & penetrans ſenſum: neque ſtudens libri folia euoluere; verùm, vt dixi, bis, terque ac ſæpius eundem repete verſum; vt ipſius intelligentiam conſequaris.* Feciſſe id accepimus Siluaniam ſanctiſſimam feminam, de quâ Palladius : *Hæc cùm eſſet doctiſſima, omnia antiquorum qui Commentarios ediderunt, ſcripta non leuiter, nec temerè percurrit, ſed elaboratè ſepties, vel octies vnumquemque librum perlegens, vt horum verborum gratiâ, in altum erigeretur; ſpe bonâ ſeipſam auem efficiens ſpiritualem.* Optimè autem, & ad Sancti BENEDICTI mentem monet Quinctilianus : *Repetamus*, inquit, *& tractemus, vt cibos manſos ac propè liquefactos demittimus, quo faciliùs digerantur; ideò lectio non cruda, ſed multâ iteratione mollita, & velut confecta memoriæ imitationique tradatur. Ac diu non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minimè fallat, legendus eſt : ſed diligenter ac penè ad ſcribendi ſolicitudinem; nec per partes modò ſcrutanda omnia, ſed perlectus liber vtiq; ex integro reſumendus.* Hæc ille. Faciendum igitur quod Bernardus optimè monuit : *De quotidianâ lectione aliquid quotidie in ventrem memoriæ demittendum, quod fideliùs digeratur, & rurſum reuocatum crebriùs ruminetur.* Atque hæ ferè ſunt circumſtantiæ, quas lectioni adhibendas Beatus BENEDICTVS præſcripſit, quibus alij alias addiderunt, quas non inutile fuerit hîc compendio repræſentare, vt vndequaque lectio ſit ſpiritualis.

Ephræm to. 1. ſerm. de patient. & conſum. ſæc. — *Eadem ſæpius repetendo.* — Palla. Lauſiac. c. 145. — Quinctil. lib. 10 c. 1. *Et cibi inſtar maſticando.* — Bernard. vbi ſuprà.

IV. *Lectioni præmittẽda præparatio.* Ephræm to. 1 ſerm. de pat. & conſum. ſæcl. Piſan. conſor. Fruct. 8.

QVARTÒ igitur, Lectionem præcedat præparatio, & mentis in Deum per orationem aliquam eleuatio. Admonet nos huius S. Ephræm, dicens: *Cùm autem te ad ſedendum ac legendum, vel etiam ad alium legentem audiendum paras, Deum imprimis ora, dicens : Domine Ieſu Chriſte aperi aures & oculos cordis mei, ad audiendum & intelligendum ſermonem tuum, faciendamque voluntatem tuam Domine.* B. Rogerius Ordinis Minorum ita præſcribebat : Quando tu vis legere, antequam librum aperias, debes cor tuum ad Deum dirigere, & dicere : *Domine, iſte viliſſimus ſeruus tuus, indignus omni bono tuo, vult ingredi ad videndos theſauros tuos : placeat tibi vt eum introducas, & des ei in his verbis ſanctiſſimis te cognoſcere, vt te diligat. Et tantum des ei diligere, quantum dabis ei cognoſcere, nec des ampliùs cognoſcere, quàm diligere : quia non vult te cognoſcere, niſi vt te diligat.* Talis mens, ſubdit, primâ libri apertione inueniet Deum ſuum. Quia verò, vt Ambroſius dixit, *Deum alloquimur, cùm illum oramus; illum audimus, cùm diuina legimus oracula;* non inutiliter & illa ad Deum eiaculabimur verba : *Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus.* Itemque : *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Non tantùm autem initio lectionis mens ad Deum eleuanda, ſed & ex ipsâ lectione ad Deum per interualla aſpirandum. Quid vetat, inquit Dacrianus, quò minùs etiam in ipsâ lectione breuiuſculas quaſdam orationes ſubinde formes, & ad Deum per ſancta deſideria adſpires? Sanctus Bernardus : *Hauriendus eſt ſæpè de lectionis ſerie affectus, & formanda oratio, quæ lectionem interrumpat; & non tam impediat interrumpendo, quàm puriorem continuò animum ad intelligentiam lectionis reſtituat.* Ludouicus Bloſius : Lectio tollat orationis tædium, oratio, vel meditatio condiat lectionis ſtudium. Interſerebat preces lectioni Sanctus Martinus, de quo Sulpitius : *Quamquam etiam inter legendum, aut ſi quid aliud fortè agebat, numquam animum ab oratione laxabat. Nimirùm vt fabris ferrariis moris eſt, qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem ſuam feriunt; ita Martinus etiam, dum aliud agere videretur, ſemper orabat.*

Mentem initio ad Deum eleuando. — Ambroſ. 1. offic. 20. — 1. Reg. 3. — Pſal. 84. — Dacrian. in ſpecul. Monach. *Et in decurſu precatiunculas inſerendo.* — S. Bern. l. de vit. ſolit. — Bloſ. can. vit. ſpirit. cap. 26. — Sulpit. l. de vit. S. Mart. c. 26.

V. *In lectione veritas amari debet.* Iſid l. 3. ſentent. c. 13. Ephræm l. 1. ſerm. de rect. viu. rat. n. 36. Hug. Vict. l. 5. erud. didaſc. c. 7. *Non curioſitas.* Richard. l. de emend. pecc. c. 9. Lib. 1. de imit. Chri. c. 5.

QVINTÒ, *In lectione*, vt ait Iſidorus, *non verba, ſed veritas eſt amanda.* Idem monitum inculcauit S. Ephræm : *Si lectioni incumbas, caue ex eâ, quæ ad faſtum & elegantiam tantùm pertinent ſermonis, perſequaris; & euſque dumtaxat tuum extendatur ſtudium, vt ſpiritus arrogantiæ cor tuum feriat.* Cui quidem conſentit Hugo Victorinus : *Sciat etiam ad propoſitum ſuum non conducere, vt inani raptus deſiderio ſcientiæ, obſcuras & profundæ intelligentiæ Scripturas exquirat, in quibus magis occupetur, quàm ædificetur animus.* Quare Richardus Pampolitanus rectè monet, difficiliores ſententias diſputantibus & ingenioſis viris longo tempore in ſanctâ doctrinâ exercitatis relinquendas. Et auctor libri de Imitatione Chriſti : *Ita libenter deuotos & ſimplices libros legere debemus, ſicut altos & profundos. Non te offendat auctoritas ſcribentis, vtrum parua, vel magna litteratura fuerit, ſed amor puræ veritatis te trahat ad legendum.*

VI. *Legendum cum propoſito faciẽdi.*

SEXTÒ. Cùm propoſito lecta exſequendi, inſtituta eſt ſacra lectio, vnde Dauid dice-

Pſal. 118.
dicebat: *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam: Et cuſtodiam illam in toto corde meo.* Hoc ſcilicet fine legendum, vt lectio cuſtodiatur in corde, & ex affectu cordis prorumpat in opus. Vnde idem dicebat:
Ibid.
Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in iuſtificationibus tuis. In quem locum eleganter Sanctus Ambroſius:
Ambroſ. ſerm. 6. in Pſal. 118.
Pulcherrimus ordo iſte, vt primò meditemur, & eorum præceptorum quæ diligimus, ſit nobis aſſueta meditatio. Meditatione enim mandatorum cæleſtium, operis boni vſus inoleſcet. Nam ſicut meditationi verborum, finis memoria eſt; vt quæ meditamur verba teneamus: ſic meditationis præceptorum cæleſtium, intentio vel finis operatio eſt, actuſque directus ad implenda præcepta diuina. Sic ille. Auguſtinus ita Monachos quoſdam perſtringit:
Auguſt. l. de opere Mon. c. 17.
Quæ eſt iſta, inquit, *peruerſitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, & ut, quod bonum eſt, diutiùs legatur, ideò facere nolle, quod legitur? Quis enim neſciat tantò citiùs quemque proficere, cùm bona legit, quantò citiùs facit quod legit?*

DISQVISITIO V.

Vnde Libri petendi?

RITVM modumque præſcripſimus legendi: ſed vnde nobis Libri? Digito verboque commonſtrat Sanctus BENEDICTVS, dicens:
Cap. 48.
Accipiant omnes ſingulos codices de Bibliothecâ. Ex quibus colligas
Bibliothecarum in monaſteriis antiquitas.
vetuſtum morem habendi Bibliothecas in monaſteriis, ſunt enim illæ velut Armamentaria militiæ ſpiritualis, & gazophylacia theſaurorum religioſorum. Vnde
Themiſt. Orat. 13.
Themiſtius de Bibliotheca loquens: *Solum illud ornamentum*, inquit, *meliores ſuos ſpectatores facit, quò attentiùs id quiſpiam conſiderauerit, atque interius penetrauerit, eò ſpectaculi huius ex intuitu felicior diſcedit. Ex hoc enim*
Earum commendatio.
emporio virtus ac prudentia loco mercium exportantur. Benè Chryſoſtomus:
Chryſoſt. Concione 3. de Lazar.
Ipſe etiam per ſe librorum aſpectus ſegniores nos reddit ad peccandum.
Librorum aſpectus à malo reuocat.
Quòd ſi peccauerimus, reuerſi domum, conſpectiſque libris acriùs nos condemnat conſcientia; reddimurque remiſſiores ad eadem repetendo, ſi in ſanctimoniâ perſtiterimus, ex libris reddimur tutiores, firmioreſque. Nam ſimul atque tetigit aliquis euangelium, mox compoſuit ſuam ipſius mentem, & à rebus mundanis abduxit, idque ex ipſo ſolo aſpectu. Quòd ſi acceſſerit diligens lectio, non aliter quàm in ſacris aditis rebus diuinis vacans animo, ſic repurgatur, meliorque redditur, Deo cum ipſo per ipſas ſcripturas colloquente. Hæc ille. Magnum proinde detrimentum patiuntur religioſi à litteris alieni,
Religioſi iis carere non debent.
In Pſa. 105.
nam vt Hugo Cardinalis ait: *Frangitur na-*
A *uis religionis, quando ſubeſt parum aquæ, id eſt doctrinæ, tunc enim terra colliditur, id eſt, terrenorum amori, & ſic frangitur.* LECTIO.
Pluribus verò ſimilitudinibus explicat Thomas à Kempis, qualis ſit Clericus, ſiue Monachus ſine libris.
To. 2. opuſc. 11. cap. 7.
Eſt enim, inquit, *quaſi miles ſine armis, equus ſine frænis, nauis ſine remis, ſcriptor ſine pennis, auis ſine alis*, &c.

Habuerunt autem antiqui Religioſi etiam ante S. BENEDICTVM ſuas Bibliothecas,
Quid aliſ de Bibliothecâ ſtatuerint.
vt patet ex Regulâ Sancti Auguſtini, qui meminit eorum, qui Codicibus
Auguſt. in Reg. c. 23.
B præponuntur, aitque: *Codices certâ horâ ſingulis diebus petantur, extra horam, qui petierit, non accipiat.* Auguſtinum imitatus eſt ſanctus Iſidorus, qui ita ſtatuit:
Iſid. reg. cap. 8.
Omnes codices cuſtos ſacrarij habeat deputatos, à quo ſingulos ſinguli fratres accipiant; quos prudenter lectos, vel habitos ſemper poſt veſperam reddant. Sed & apud ſancti Pachomij diſcipulos fuiſſe communi quodam loco libros repoſitos, cui ex officio fratrum quidam præpoſitus fuerit, ex eiuſdem Regulâ patet, in quâ ita dicitur:
Artic. 56.
Codices poſt Nonam
C *attendat, ad quem pertinet.* Hic autem quis eſt niſi Præfectus Bibliothecæ? S. Ephræm
Ephræm to. 3. ſer. de tim. Dei.
Monachum inſtituens, meminit libri, qui ad Cœnobium, non ad Religioſum ſingularem pertineret. Ex quibus patet antiquiſſimum olim fuiſſe monaſteriorum
Communis fuit apud pleroſq.
Præpoſitis communem Bibliothecam exſtruere, & omnium generum Auctoribus eam adimplere: quo in genere magni Caſſiodori commendata eſt diligentia, qui monaſterium ſuum Viuarienſe, eiuſque Bibliothecam, optimis quibuſque Scri-
D ptoribus vndequaque conquiſitis inſtruxit, & codicum cooperiendorum artifices, ne quid ad ornatum deſiderari poſſet, etiam addidit, vt ipſemet teſtatur.
Lib. 1. diu. inſtit. lect. c. 8. & 30.
De Bibliothecâ monaſterio ſuo relicta, & quantâ diligentiâ in conquirendis libris vſus fuerit S. Petrus Damiani, ita ipſe teſtatur.
Pet. Dam. opuſc. 14.
Petri Damiani in eâ inſtruenda ſedulitas.
Librorum numerum non minimum dereliquimus, vt fratribus noſtris, qui pro nobis orare dignentur, meditandi copiam præberemus. Bibliothecam namque omnium veteris & noui Teſtamenti voluminum, licet curſim
E *ac per hoc non exactè vobis emendare curauimus.* Subdit deinde catalogum plurium librorum, ac tandem concludit: *Plures libros habetis, quibus vacare poteſtis, vt ſanctæ animæ veſtræ non ſolùm oratione creſcant, ſed & lectione pingueſcant.* Orbi autem notiſſimum eſt, quanta librorum copia Benedictinorum Bibliothecæ refertæ fuerint, præſertim cùm plurimos, vt ſuprà dictum, haberent, qui libros ex profeſſo ſcriberent, vel etiam ab aliis compoſitos deſcriberent.

Antequam verò à libris & Bibliotheca diſce-

LECTIO.
Quàm nitidè & accuratè Libri aſſeruandi.
Thomas à Kemp. to. 2. opuſc. 11. cap. 5.

diſcedamus, opportunè aliquid adiiciendum de curâ, munditieque circa illos adhibenda. De Bibliothecâ quidem hæc Thomas Kempenſis: *Magnâ cautelâ & firmâ clauſurâ, ſeruanda eſt Libraria ſacrorum eloquiorum ab omni putredine pulueris, ab incendio ignis, & ſtillicidio humoris; à raptu furis & ſtrepitu clamoris, à luto pedum & morſu vermium, ab omni maculâ & rupturâ foliorum. Non enim dignus eſt in ſacro libro legere, qui neſcit benè cuſtodire, & in apto loco negligit reponere.*

Veteres illotis manibus libros non tangebant.
Nouarin. Elect. Sacr. lib. 1. cap. 12. ſect. 8.
Plutarch. orat. 1. de eſu carn.

Quod ipſos Codices ſpectat, obſeruatum ab Aloyſio Nouarino, Gentiles olim B libros ſacros illotis manibus contingere piaculum exiſtimaſſe. Probat autem Plutarchi auctoritate, cuius hæc verba: *Et nos fortaſſe peccamus, qui huiuſmodi libros attingimus non luſtratis manibus, oculis, pedibus, auribus.* Sic ille. Pari religione Priſci æui fideles ſacros codices contrectare ſolitos, Auctor eſt Chryſoſtomus: *Statim,* inquit, *cohibemur; manus lauamus, cùm librum accipimus. Vides quantâ ante lectionem reuerentiâ moneamur? Quòd ſi diligenter accedamus, magna inde prouenient vtilitas. Non enim, niſi reuerens anima manus lauerit, & vxor, ſi detectum caput habuerit, quàm primùm tegit; interioris reuerentiæ præferens indicium, vir autem tectum caput deteget.* Hæc de antiquorum religione ac pietate ſanctus hic Pater, vbi etiam obiter vides, mulieres in reuerentiæ ſignum caput operuiſſe, aperuiſſe viros.

Chryſoſt. homil. 52. in Ioan.

Alia monita pro librorum conſeruatione.
Petr. Dam op. 15. c. 18.

Monet quoque S. Petrus Damiani, vt vnuſquiſque libros ſanctos ita cuſtodiat, vt numquam manum ſuper litteras teneat, numquam fumo nigreſcere, vel ignis odorem ſentire permittat. Solertet & alij cauent, ne liber relinquatur apertus, aut A non complicatus, quod poſt Pachomium placuit S. Ephræm, qui ait: *Librum ne praiicias per negligentiam: ſed ſtudioſè complicatum ſerua atque cuſtodi eum tamquam Domini eſſet.* Et Thomas à Kempis: *Poſtquam legiſti, claude librum, & gratias age de omni verba ex ore Dei; quia inueniſti in agro dominico theſaurum occultum.* S. Bonauentura Nouitios inſtruens, monet librum ſuperflue apertum non teneant, vel incautè relinquant. *Indignus eſt libro, qui negligit cuſtodire. Qui munditiâ gaudet, hac ſtatis pulchritudine delectatur.* Hæc ille. Hortatur B denique Kempenſis, ſic accipiendum librum in manibus ad legendum, ſicut Simeon iuſtus puerum IESVM in vlnas ſuas accepit ad portandum & oſculandum.

Ephræm to. 3. ſer. de tim. Dei.
Claudendi poſt lectionem
Thomas à Kemp. to. 2. opuſ. 11. c. 5.
Bonauent. in ſpec. diſcip ad Nouit. part. 2. cap. 4.
Kemp. loc. cit.

Arqne hæc de libris, eorumque receptaculo: quod olim etiam *Armarium* dictum. Sidonins: *Videre te crederes, aut grammaticales pluteos, aut Athenæi cuneos, aut Armaria extructa bibliopolarum.* Ad quem locum Ioannes Sauaro: *Armaria* bibliopolarum ſunt bibliothecæ ex Neruæ ſententia. Vlpianus, *in l. librorum 52. §. ſed ſi bibliothecam, de lega.* 3. Plinins: *Parieti eius in* C *Bibliothecæ ſpeciem Armarium inſertum eſt.* Vitruuius: *Fretus memoriâ è certis Armariis infinita volumina eduxit.* Eandem vocem pro loculis librotum vſurpauit Iuuenalis:

Armarium pro Bibliothecâ.
Sidon. lib. 2. epiſt. 9.
Plin. l. 2. Epiſt. 17.
Vitr. lib. 7. in præfat.
Iuuen. Satyr. 7.

——— *Oenophorum, tripodes,* Armaria, *cyſtas.*

Optatus: *Poſteaquam peruentum eſt in Bibliothecam, inuenta ſunt ibi Armaria inania.* S. Hilarius Arelatenſis: *Et ſanè tantum in ſeriotis illius ſalis, tantum dulcedinis erat, vt non ſcriniis aut Armariis, ſed arcâ pectoris condi mererentur.*

Optat. in geſt. purg. Cæcil. & Felic.
De vit. S. Honorati.

TRA-

TRACTATVS V.

DE LECTIONE COLLATIONIS.

PRÆTER *eam Lectionem, quâ proprio quis ſtudet, ſiue in pietate, ſiue in cantu & cæremonijs Ordinis, ſiue in altioribus ſcientijs profectui, ex Regula triplex Benedictinis inſuper quotidie audienda Lectio. 1. Regulæ in Capitulo, 2. ad menſam in refectorio. 3. Collationis in clauſtro, vel alio ad hoc deſignato loco. De prima fusè actum libro 2. & 8. De ſecunda libro ſequenti tractabimus. Tertia proinde, quæ reliqua eſt, huic tractatui argumentum præbet, de quo Prima Diſquiſitio eſt, Cur inſtituta Lectio Collationis?* Secunda, *Vbi legenda?* Tertia, *Quomodo & quantum in Collatione legendum?* Quarta, *Cur ad hanc lectionem, Collationes & vitæ Patrum præſcriptæ?* Quinta, *Quid præter prædictos libros ad Collationem legi poſſit?* Sexta, *Cur ad Collationem non legendum Heptateucum, aut libri Regum?* Septima, *Quàm expediat vltra lectionem Collationis Spirituales fieri Conferentias & exhortationes?*

DISQVISITIO I.

Cur inſtituta Lectio Collationis?

Lectio Collationis vnde dicta. *Cap. 42.*

QVÆ in Ordine noſtro ante Completorium inſtitnitur Lectio, ab ipſa Regula nomen & auctoritatem habet. *Omni tempore*, ait S. Pater, *ſiue ieiunij, ſiue prandij; ſi tempus fuerit, prandij, mox vt ſurrexerint à cœna ſedeant omnes in vnum, & legat vnus Collationes, vel Vitas Patrum, aut certè aliquid, quod ædificet audientes.* Et paullò pòſt: *Mox accedant ad Lectionem Collationum.* Ex quibus verbis, vt cuiuis obuium, etymologiam ſuam Lectio hæc accepit: quamuis non ſolæ Collationes, ſed & alia quæ ædificare poſſent audientes, legerentur.

Cur inſtituta.

Quid autem mouerit S. Patrem, vt hanc lectionem indiceret, id eſſe arbitror, vt veterum Monachorum veſtigijs, vt alibi paſſim, ita hîc etiam inſiſteret. Ægyptij enim Monachi ſolebant quotidie ad Collationem conuenire. Teſtis Honorius Auguſtodunenſis, qui ita ait: *Quòd Religioſi ad Collationem conueniunt, hoc à ſanctis Patribus acceperunt, qui in veſperis ſolebant in vnum conuenire, & de Scripturis inſimul conferre, Collationes dicebantur, & hæc his ſimilia ad Collationem leguntur.* Quid autem ſit Collatio, exponit Smaragdus, ita dicens: *Collatio dicitur, confeſſio, collocutio, vel confabulatio, vbi de* A *ſcripturis diuinis, alijs conferentibus interrogationes, conferunt alij congruas reſponſiones, & ſic quæ diu latuerant occulta, conferentibus pateſiunt perſpicua.* Quòd autem dicit Collationem dici *confeſſionem*, crederem intelligendum de propriorum defectuum accuſatione, quæ in Collationibus fortè fiebat, vel de confeſſione ignorantiæ, ſi quis ad interrogata reſpondere neſciſſet: ita, inquam, crederem, ſi impreſſa exemplaria ſequerer, & citationem Iulij Nigroni & Alardi Gazæi, qui legunt, *Confeſſionem*: Verùm melior lectio eſt in MS. noſtro codice, qui habet: *Collatio dicitur conſeſſio:* fiebat enim B collatio cunctis reſidentibus, vt locis infra citandis patebit. Et S. Baſilius: *Collationem Conſeſſum* vocat: *Operæpretium eſt*, inquit, *ſi ſtatis interdum quibuſdam temporibus, certiſque locis Conſeſſus celebretur eorum, qui fratrum conuentibus præſunt: in quibus videlicet, cùm de rebus ijs, quæ ſibi præter rationem acciderint, tum de difficilibus etiam ad tractandum naturis, aut moribus, & quo modo in ſingulis moderandis ſe geſſerint, vicißim inter ſe communicent, & conferant.* Ex quibus verbis vſus & antiquitas Collationis colligitur, quam S. Pachomius, & S. Hieronymus *Diſputationem* vocant. Ille ſic ait: *Manè per ſingulas domos finitis orationibus, non ſtatim ad ſuas*

Honor. Gem. anim. lib. 2. c. 63.

Collationis deſcriptio. *In cap. 42. Reg.*

Nigron. tract. aſcet. 1. cap. 1. Gazæ. in præfat. ad Collat. Caſſ.

Locus Smaragdi reſtitutus.

In Regul. fusè diſp. cap. 54.

Collationũ vſus & antiquitas.

Pachom in Reg. art. 7.

Digitized by Google

LECTIO. *ſuas cellas reuertentur: ſed conferent inter ſe, quæ Præpoſitos audierint diſputantes, & intrabunt cubicula ſua. Diſputatio autem à Præpoſitis domorum per ſingulas hebdomadas tertio fiet, & in ipſa diſputatione ſedentes, ſiue ſtantes fratres ſuum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem, & hominum ſingulorum.* Hic verò:

Dicta quoque Diſputationes.

Hieron. Epiſt. 22.

Poſt horam nonam in commune concurritur: pſalmi reſonant, Scriptura recitãtur ex more, & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius quem Patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente tantum ſilentium fit, vt nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu eſt audientium: tacitæ voluuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum verò de regno Chriſti, & de futurâ beatitudine, & de gloriâ cœperit annuntiare ventura, videas cunctos, moderato ſuſpirio, & oculis ad cælum leuatis dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Poſteà concilium ſoluitur, & vnaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam. Hæc Hieronymus.

Earum materies.

Pſal. 54.

Celebratæ olim poſt cœnam. Cap. 2.

Hæ autem Collationes licet ante paſtum habitæ ſcribantur, frequentiùs tamen poſt veſperas & cœnam fiebant, vt patet ex ſecunda Collatione Caſſiani; vbi leges, Seniores ad S. Antonium perfectionis inquirendæ gratiâ conueniſſe, *& à veſpertinis horis vſque ad lucem* protractam fuiſſe Collationem. Referens quoque Abbas Serapion, quo modo virtute Collationis Abbatis Theonæ à furti peccato quod committere ſolebat, liberatus ſit, ait: *Cumque refectione tranſactâ, Collatio ſpiritualis cœpiſſet agitari, reſpondenſque ſenex propoſitis interrogationibus eorum, &c.* Facta ergò poſt cœnam Collatio, vnde non mirum, ſi quandoque ſub illa dormitarint. Hunc commendat Caſſianus Abbatem Machetem, qui hanc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrauerat, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur Collatio ſpiritualis, numquam ſomni torpore penitus laxaretur. Septem illi Eremitæ, quorum Rufinus meminit, ſabbatinis diebus in vnum conueniebant, *poſt refectionem vſque ad veſperam, ſedentes meditabantur de Scripturis ſanctis. Non enim diſcurrebat inter eos ſæcularis fabula, non cura ſæculi, non actio terrenarum rerum, ſed ſolummodo Collatio ſpiritalis, regni cœleſtis deſiderabilis commemoratio.* Vbi Collationis materiam, fructum, & tempus aſſignatum vides.

Caſſia. collat. 2. c. 11.

Lib. 5. c. 29.

Vit. Patr. lib. 3. num. 200.

S. Benedictvs igitur tam vtile inſtitutum æmulari volens, eodem tempore Collationes Patrum ſuis voluit prælegi, quo veteres ad eaſdem conueniebant Monachi, nempe veſperis & cœnâ peractis.

Cur S. Benedictus nouum inſtituerit huiuſmodi Collationes.

Cur autem non inſtituerit ipſam veterum praxim & vſum Collationum, duplicem eſſe arbitror cauſſam. Primam quidem, vt ſilentium poſt veſperas conſeruaA retur, & diſputatione ipſâ non nimiùm diſtraherentur Religioſi, adeòq; varias mentis euagationes ſub Completorio paterentur. Secunda eſt, quod non multum temporis plerumque ſit cœnam inter & Completorium, atque ideo vix congrua Collatio inter fratres inſtitui poſſet; vbi enim plures interrogant, aut ad interrogata reſpondent, plus ſine dubio temporis inſumi debet. In Regulâ tamen S. Iſidori præter ſolemnes illas Collationes, quæ tribus in hebdomada vicibus poſt celebrationẽ TerB tiæ fiebant, etiam quotidiana poſt veſperas inſtituta eſt, quam Completorium ſtatim excipiebat, ſic enim ibi ſcribitur: *Poſt veſpertinum autem congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus diuinæ lectionis quæſtionibus diſputare, conferendo piè & ſalubriter. Tantumque meditando diſputandoque immorari, quoad vſque Completorij tempus poſſit occurrere.*

Iſidor. Reg. cap. 6.

Vt autem ad noſtram Lectionem reuertamur, præter imitationem illam veterum Monachorũ, altera etiam inſtitutionis eius C cauſſa eſt, nempe vt Religioſi dormituri piũ aliquid memoriæ commendarent, quod ſub noctem liceat ruminare, vt ita à varijs tentationibus & illuſionibus præſeruentur. Quâ in re ſanctiſſimam Dei parentem Virginem Mariam imitabuntur, de quâ Ambroſius ſcribit, quòd cùm quieſceret eius corpus, *vigilaret animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænuntiat.* Tertiam rationem acutè adinuenit Amalarius: *Quia*, inquit, *ex ordiD ne Eſdræ neceſſariæ eſt lectio in iſto officio* (Completorij) *vt quater in nocte legatur, ſolent Religioſi viri ante præſens officium lectionem legere.* Nimirùm innuit ad tres vices, quibus in nocturnis vigilijs lectiones recitantur, addendam quartam, quæ Completorium præcedat, vt ita ſecundùm Eſdræ exemplum quater legant in nocte. Completorium enim ad nocturnum officium ſpectat, ideòque in illo dicitur: *Dignare Domine nocte iſta* &c. Quartam cauſſam idem auctor ſubtexit. *Sicut Maria*, inquit, *quæ vnE xit Dominum vnguento, præuenit facere quod faciendum erat in ſepulchro eius, ſi inueniretur corpus eius; ita lectio ſua doctrina vngit animas deuotas ante commendationem dormitionis.*

Rationes inſtitutæ Lectionis ante dormitionem.

Ambroſ. lib. 2. de virgin.

Amal. de eccleſ. offic. lib. 4. cap. 8.

DISQVISITIO II.

Vbi Collatio legenda?

Locvm nullum, in quo Lectio Collationis facienda ſit, S. Benedictvs nominauit: fuiſſe tamen ſemper vnum & eundem veriſimile eſt, cùm ceſſarent illæ rationes ob quas alij poſteà nunc hunc, nunc

nunc illum aſſignauerint locum.

I. *Caſſinenſes aſſignant capitulum.* In declarat. cap. 42.

PRIMÒ autem, Caſſinenſes aſſignant toto anno locum capitularem; *Pro quâ lectione pulſatur primum Completorij ſignum, & fratres omnes in Capitulo conueniunt ad huiuſmodi lectionem.* Quod magis etiam explicatur in Cærimoniali S. Iuſtinæ, vbi dicitur, (Part. 2. cap. 20.) quod finitâ lectione, *bini & bini; ordinatè, & proceſſionaliter vadant ad eccleſiam.* Diebus verò ieiuniorum, dicitur; *egredientes hac horâ Capitulum proceſſionaliter bini, & bini vadant in Refectorium pro Collatione.* Vbi nihil videtur lectum, quòd fortè breuior eſſet, vel vt ruminarent auditam in Capitulo lectionem Collationis, nam poſt benedictionem vnicâ cruce ſuper omnia factam præſcribitur, vt vadant ad menſas quilibet ſuas, *& omnibus reſidentibus cum ſilentio, faciat Superior ſignum, & ſic Collationem faciant. Qua peracta, faciat ſignum, & mox omnes ſurgentes bini, & ordinatè vadant ad eccleſiam.* Hæc ibi. Ex quibus, vt dixi, apparet totam lectionem in Capitulo perfectam.

II. *S. Dunſtanus eccleſiam & refectorium.* In Stat. S. Dunſt. c. 1.

SECVNDÒ, Ex Statutis S. Dunſtani colligere licet, lectionem hanc aliquando in eccleſia, aliquando in refectorio factam. Poſt veſperas enim refectorium petebant, *ad haurienda*, vt ibi dicitur, *pocula.* Ex hinc ſimiliter cum ſigno Collationem adibant, quæ in eccleſia fiebat. Sabbatinis autem diebus poſt potum iam dictum, ibant ad mandatum, quo peracto, factóque ſigno, in eccleſia initiabatur Collatio, rurſumque dato tintinnabuli ſigno, refectorium introibant charitatis gratiâ, *quotieſcumque fratribus charitas, interim dum Collatio legitur, præbebatur*, &c. Inchoabatur ergo Collatio in templo, terminabatur in refectorio.

III. *Camaldulenſes clauſtrum.* Manrique annal. Ciſt. tom. 1. anno 1111.

TERTIÒ, Camaldulenſes hanc lectionem fieri volunt, in Capitulo, vel Clauſtro eccleſiæ proximiori. Quod & Ciſtertienſibus vſitatum, apud quos Lectio Completorium præcedens, *Lectio Clauſtri* dicitur. Vallisoletani in Capitulo, vel loco qui choro vicinior eſt, legunt.

IV. *Burſfeldēſes Capitulum.* Burſf. diſt. 3. cap. 4.

QVARTÒ, Burſfeldenſes hac diſtinctione vtuntur: *Diebus quibus bis reficiunt, fratres, ſeruatur*, inquiunt, *in loco capitulari, aut clauſtro, vel alio aptiori iuxta temporis & cuiuſlibet Monaſterij diſpoſitionem. Reliquo verò tempore, id eſt, in diebus ieiunij, in refectorio fratrum ſolita conſuetudine fiat. Quando autem fit mandatum, lectio in capitulo inchoatur, & in refectorio perficitur.*

V. *Monaſteria reformata Collationē legunt in choro.*

QVINTÒ, in Congregatione SS. Vitoni & Hydulphi toto anno fratres in choro conueniunt ad huiuſmodi lectionem, & ieiunij tempore aliam legunt lectionem ad refectiunculam veſpertinam, atque hæc conſuetudo, quæ toto anno vniformis eſt, A ſatis congruit cum illa, quæ fuit S. BENEDICTI tempore. (LECTIO.) Cùm enim tunc non niſi ſemel cibum ſumerent, illoque ſumpto (ſi cœnæ tempus eſſet) ſtatim ad Collationem accederent, aut ieiunij tempore à menſa veſperas canerent, iiſque finitis paruo facto interuallo ad Lectionem Collationis accederent; nihil opus erat loci variatione, ſed perpetuò in eccleſia fieri poterat, vt ita ſtatim & continuatè Completorium ſubiungeretur. Et veriſimile admodum eſt, voluiſſe Sanctum BENEDICTVM (*Quod videtur placuiſſe S. Benedicto.*) B hanc lectionem in eccleſia fieri, quia ideò præſcribit lectionem quatuor aut quinque foliorum, *vt omnibus in vnum concurrentibus per hanc moram lectionis: ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat*, cùm ad hanc lectionem, tum etiam ad Completorium, de quo dicit: *Omnes ergo in vnum poſiti compleant*: inſinuans in eo loco Completorium dicendum, in quo fuerit lectio recitata, qui ſine dubio Oratorium eſt. Ita namque vult fratres durante hac lectione ad Completorium C occurrere, vt qui poſt illam venerint, ſeriùs cenſeatur veniſſe: quemadmodum ad nocturnas vigilias vult pſalmum 94. *Venite exultemus Domino* omninò protrahendo & moroſè dici, vt qui poſt eius finem occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in choro. Eadem ergò de cauſsâ voluerit lectionem Collationis prolixiorem, vt intereà fratres occurrere poſſint ad Completorium, cuius illa præambulum quoddam eſt. Atque ex hâc Conſtitutione Regulæ Sancti BENEDICTI rationem colligit Francolinus, (*Cur Completorium incipiatur à lectione.* Francol. de temp. hor. canon. cap. 17. num. 2.) quâ factum ſit, vt Completorium præter D morem aliarum horarum à lectione incipiat. Puto enim, inquit, lectionem breuem Completorij repræſentare nobis lectionem illam, quæ ex Collationibus, vel vitis Patrum à S. BENEDICTO præcepta fuit. Quare minimè neceſſarium eſt, vt noſtri, qui lectioni Collationis interfuerunt, breuem illam lectionem, quæ in Breuiario habetur, præmittant.

Cur cœnula ſerotina vocetur Collatio.

Ceterùm corollarij vice hîc quæri poſſet, Cur refectiuncula illa ſerotina, quæ in E diebus ieiuniorum ſumitur, *Collationis* nomen tum apud Italos, cùm apud Belgas, Gallos, aliaſque nationes acceperit? nam & qui de caſibus conſcientiæ ſcripſerunt, de Collatione veſpertina, num, & quatenus eſurialibus diebus ſumi poſſit, differunt. Et Cornelius Kilianus vocem Collatie, (Kilian. in append. Etymolog.) Teutonibus & Gallis vſurpatam, interpretatur *antecœnium, procœnium, ientaculum, merendam.* Neque neſcio apud Latinos Scriptores cœnam collatitiam, ſeu conuiuium, quod ſymbolis collatis inſtruitur, *Collationem* vocari, nam S. Hieronymus explicans (Prou. 23. 22. Hieron in illum locū.) illud Salomonis: *Vacantes potibus, & dantes*

LECTIO. *ſymbola conſumentur*, ait: *Symbolum Græcum nomen eſt, & interpretatur Collatio: cùm vnuſquiſque ſolet pro ſua parte cibos conferre ad veſcendum.* Hoc quoque ſenſu *Collatio* ſumitur in Concilio Laodiceno, quo decernitur: *Quod non oportet ſacratos & Clericos ex Collatione conuiuia peragere; ſed neque laicos.* Vbi pecuniæ collationem intelligit Zonaras. Verùm iuxta hanc ſignificationem non poteſt ſumi *Collatio*, quando agitur de tenui illa cœnula, quæ in ieiuniorum diebus exhiberi ſolet, in hac enim nihil confertur, nec lautum conuiuium inſtruitur, ſed modicum quid cibi indulgetur, ne fortè potus noceat: atque à doctiſſimis Theologis & Iureconſultis nec reprehenditur, nec damnatur, vt videre eſt apud Caietanum, Nauarrum in Manuali, Panormitanum, & Innocentium in rubrica de obſeruatione ieiuniorum. Quare *Collationis* nomen pro hac refectiuncula ex Regula S. BENEDICTI, & conſuetudine Monachorum eius deſumendam cum Francolino arbitror. Poſtquam enim & in Monaſteria introducta eſt conſuetudo relaxandi ieiunium, & ad menſam accedendi in meridie; ſimul quoque à Monachis admiſſus fuit mos ille ad veſperum ſemel bibendi, & fruſtum aliquod panis ſumendi, atque vt id ordinatè fieret, & minori temporis diſpendio, legi cœpit lectio *Collationis* in refectorio, eo tempore quo cœnula illa peragebatur, atque hinc tam apud Monachos, quàm ſæculares vſus obtinuit, vt illa refectiuncula *Collatio* appellaretur: ne ſcilicet videamur ad cœnam, inquit Francolinus, aut ad comeſtionem congregari, quam in ieiunijs duplicare non licet, modeſtiori vocabulo rem honeſtantes, dicimus, ad *Collationem* conuenire. Monachi enim veteres ieiuniorum diebus non ad ſumendum cibum, ſed ad faciendam vel audiendam *Collationem* congregabantur. In hunc ſenſum accepiſſe videtur Concilium Nannetenſe, cùm ait: *Quando Presbyteri per Kalendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſterium, ad neceſſariam Collationem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant.* Atque hanc eſſe Concilij mentem præter Francolinum, arbitratur Ioannes Fileſacus. Ita quoque in Concilio Cabilonenſi II. præſcribitur, vt Sanctimoniales omnibus diebus ad capitulum & *Collationem* veniant. Quæ quidem ſatis fuerint ad illuſtrandam vocem & conſuetudinem *Collationis*.

Concil. Laod. c. 55. — Zonar. in cap. 55. Synod. Laod. — *Permittitur a Theologis.* — Caiet. 2. 2. q. 147. art. 6. Nauar. 21. num. 21. — *Nomenclatura hæc à Benedictinis profluxit.* — Francol. de temp. hor. Canon. c. 38. — *Declaratur.* — Cap. Quādo diſt. 44. — Fileſ. de quadrag. Chriſt. c. 6. — Cap. 59. apud Burchard. lib. 8. c. 77. & apud Iuon. part. 7. cap. 95.

DISQVISITIO III.

Quando, & quantum in Collatione legendum?

QVo tempore legendum ſit, iam ſuprà ferè expediuimus, quod aut poſt cœnam, aut poſt veſperas, ex S. BENEDICTI verbis fieri debere diximus. Poſt cœnam quidem, cùm bis reficiūt fratres, & in Quadrageſima, in qua veſperæ refectionē præcedunt. Poſt veſperas verò, diebus ieiuniorum ſiue regulariū, ſiue Eccleſiaſticorum. In verbis autem S. BENEDICTI aliqua apparet differentia, nam de cœnæ tempore ait: *Mox vt ſurrexerint à cœna, ſedeāt omnes in vnū, & legat vnus Collationes.* De altero verò: *Dictâ veſperâ, paruo interuallo, mox accedant ad lectionē Collationū.* Vbi abſque vllo interuallo & immediatè à cœnâ lectionem Collationis auſpicari velle videtur, verùm quando illa veſperas ſubſequitur, medium aliquod inter has & illam concedere interuallum. Caſſinenſes autem τὸ *Mox*, largo modo accipiunt, *quia plerumq; differunt per horam, vel ampliùs; ne huiuſmodi lectio ob recentē cœnam ſit tædioſa.* Præterea vt lector & miniſter menſæ intereà cœnare, omniaque ſuis locis reponere poſſint: Denique, vt aliqua animi relaxatio cōcedatur religioſis, quibus graue fortè foret, ab vna lectione quā in cœna ad menſam audiuerunt, ad aliam ſtatim accedere, adeòq; vtramque facilè negligerent.

Collatio quando legenda ex mente S. Benedicti. — Cap. 42. — *Caſſinenſes interuallū faciunt inter cœnam & Collationem.*

Quanto verò temporis ſpatio hęc lectio durare debeat, non facile eſt definire. S. BENEDICTVS ait: *Legās quatuor aut quinque folijs, aut quātum hora permittit, omnibus in vnum concurrentibus per hanc moram lectionis.* Quantum verò ſpatij requirat lectio quatuor aut quinque foliorum, quis dicet, cùm pro libri & characterum quantitate plus aut minus temporis requiratur? Quod autem ait, quantum hora permittit, non videtur, inquit Ioannes Craesbeeck, hora hîc accipi pro certo tēporis ſpatio, quaſi lectio Collationis eſſe debeat integræ vnius horæ, ſed pro tempore incerto, quaſi dicat, quantum fert præſens tempus & ſpatium, multum ſcilicet vel parum pro horæ, ſeu temporis præſētis modo & permiſſione legatur. Caſſinenſes verò ita hunc locum declarant. *Aduertimus, prout infrà ordinabimus ſpatia dei, quorumquodlibet opus ſuum habet, quod hora permittit tātum lectionem vnius horæ quarta parte, & nō vltra durare poſſe.* Quare in Cęrimoniali ſuo ſtatuūt, vt à principio lectionis Sacriſta vertat clepſydrā quartæ partis vnius horæ, quâ finitâ vel etiam ante, ſi pro cauſa videbitur Superiori, faciat ſignum, & Lector dicat: *Tu autem Domine miſerere nobis.* In ſtatutis S. Dunſtani arbitrio Prioris relinquitur

Quamdiu duret hæc Lectio. — *Non ſignat.* — Caſſin. ad cap. 42. n. 4. Communiter per hora quadrantem. — Cap. 10.

quitur quouſq; extendenda ſit lectio Collationis: *Cùm ſigno*, inquit, *Collationem adeant, quæ prout tempus permiſerit, vtq; Priori viſum, legatur, & ſic accedant ad Completorium.*

Stat. Donſtan. c. 1.

Et verò iam olim ante octingētos annos breuior videtur fuiſſe hæc lectio Collationis, adeò vt quadrantem fortaſſis horæ non expleuerit. Quod colligere licet ex Diademate Monachorum Smaragdi Abbatis, in quo capita non admodum ſunt prolixa. In eam autem rem libellum illum compoſuerat, vt ſingulis diebus ad Collationem ex eo caput legeretur.

Nec olim diu legerunt.

Quanti porrò hanc lectionem Legiſlator noſter faciat, ex eo apparet, quòd neminem ab eius auditione excipiat, immò ne occupatos quidem, in quorum gratiam extendi eam vult, vt qui tardiùs per negotiorum occupationem occurrerint, ex integro non perdant fructum deſideratæ pietatis. Sic enim ait: *Omnibus in vnum concurrentibus, per hanc moram lectionis, ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat.* Quæ ſententia vtcumque intricata, ſic à Smaragdo ordinatur: *ſi quis fortè in aſſignato* Obediētiæ C *officio ſibi commiſſo, fuerit occupatus, omnibus in vnum concurrētibus, occurrat.* Ex quo quidem apparet, quā fuerit S. P. circa ſubditos ſuos ſollicitus, quos ſine lectionis pabulo noluit cubitum concedere; nimirum, vt qui per diurna opera vel negotia nimiùm fuiſſent diſtracti, ſub noctem à creaturis reuocarētur ad Deum. Nocte enim mens redit ad ſe, & à ſe ad Deum. Quare non immeritò ait Walloncapellius, inter ordinationes ſanctas pro diuinis officijs nullam ex textu videri magis fuiſſe cordi B. P. BENEDICTO, quàm D hoc preſens de lectione Collationis & Cōpletorio decretum, quod ſatis innuunt cùm illa præmiſſa verba; *Sedeant* OMNES *in vnum:* OMNIBVS *in vnum concurrentibus*, tum hæc ſequētia: OMNES *ergo in vnum poſiti cōpleant.* Compleant, inquit Turrecremata, ſcilicet lectionem Collationum, & inde omnes ad Completorium vnanimiter intrēt. Sed melius Francolinus: Mihi, inquit, ſignificare videtur (vt innuit ibi etiā Smaragdus Abbas) *compleant*, id eſt, Completorium canant. Familiare eſt enim B. BENEDICTO complectionem operis Dei pro diuini officij terminatione accipere, vt patet ex cap. 43. vbi dicitur; *Vſque dum cōpleto opere Dei publicā ſatiſfactione pæniteat.* Et cap. 44. *Omnibus horis dum completur opus Dei*, &c. Et alibi finē horarum indicans, non ſemel ait: *& completū eſt.* Quare omnes prorſus huic lectioni, & quod eam ſubſequitur, Completorio intereſſe vult. *Non hic* (ait Smaragdus) *excipit Abbatem, non Præpoſitum, non Decanos, qui aliquottes alijs cantantibus in Eccleſia, potibus aut fabulis aut cōſilijs vacant, in hac hora, ſed omnes omninò in hac Collationis hora occurrere, omnes in vnum Completo-*

Quanti æſtimata hac Lectio.

Valdè inculcatur à S. Benedicto.

Francol. de temp hor. canon. cap. 17.

Complere eſt finire.

Cap. 12. & 13.

Nemo excuſatur à Lectione Collationis.

A *rium iubet cantare.* Hæc Smaragdus.

LECTIO.

Quò magis miror S. Lanfrancum in ſtatutis ſuis indicere ſilētium per totum Monaſterium, ſolo excepto Completorio, ita enim ait: *Cùm regularis hora præter Completorium in Monaſterio canitur, nullus fratrum loquatur intra officinas totius Monaſterij, nec infrà totam curiam; nec etiam in domo infirmorum. Completorium verò dum canitur, licet Priori, & eis qui per licentiam de Completorio remanent, de vtilibus & neceſſarijs rebus loqui. Similiter dum* B *regularem horam fratres in Eccleſia dicunt, nullus comedat in refectorio, excepto ſolo Cōpletorio, tunc enim licet ijs qui aliquā vtilitate impediti ante illam horam ſe expedire non poſſunt, & fratribus, qui de foris veniūt, comedere in refectorio.* Cauſſam tamen huius eſſe ſuſpicor, quòd fortè immediatè à cœna habita ſit lectio Collationis, cui mox ſubiūgebatur Cōpletorium: atque ideò qui primæ menſæ non interfuerāt, eodem tempore cœnam ſumebāt, quòd indecēs foret poſt Completorium eam ſumere. Inſinuat autem hanc noſtram coniecturam ipſe Lanfrancus, dum mox ſubdit: *Fratres ſi ante Collationem incipientes comedere circa finem Completorij cœnam ſuam commodè explere non valent, licet eis à menſa ſurgere, & in Monaſterium ad benedictionem ire, & poſteà in refectorium ad complendam cœnam redire.*

An hic admittetur Lanfrancus.

Stat. Lanfr. cap 16.

Explicatur.

DISQVISITIO IV.

Cur ad hanc Lectionem, Collationes, & vitæ Patrum præſcriptæ?

MATERIAM lectionis Collationis tribus verbis cōplexus eſt S. BENEDICTVS, dicens: *Legat vnus Collationes, vel vitas Patrum, aut certè aliquid quod ædificet audientes.* De ſingulis verò aliquid dicemus.

Cap. 42.

I. PRIMO loco commēdantur *Collationes Patrum*, quæ omnium ſententiā illæ ſunt, quas Caſſianus deſcripſit. Nec ad has ſolas lectionem reſtringendam arbitror, ſed alios eius libros de *Inſtitutis renūtiantium*, & *vitijs Capitalibus* ſimul eodem nomine iudicari. Hic verò Auctor cùm primo loco à Legiſlatore noſtro ſtatuatur, tam hoc, quā extremo Re- E gulæ capite, vbi Collationes Patrum, *benè viuentium & Obedientium Monachorum exempla & inſtrumenta virtutum appellat;* meritò quoque cōmendationis elogium à nobis requirit, qui non à noſtro Patriarcha tantùm, ſed ab omnibus ferè omnium ſęculorum Scriptoribus probatur, & plurimùm commendatur. Eum enim S. Proſper *inſignem & facundum Scriptorem* nominat. Et S. Climacus *Magni* titulo cohoneſtat. Ad eum ſcribens Caſtor, Epiſcopus Aptenſis hiſce vtitur epithetis: *Domino ſanctitatis ſpecialis gloria decorato, atque per omnia memorādo: Sed & ſcientiarum decore pollenti, Patri ſcilicet Caſſiano.* Quam

Quæ Collationes Patrum.

Earum cōmendatio.

Proſper. in Chron. ano 416.

Climac. grad 4.

 vtilis

LECTIO. *ſymbola conſumentur*, ait: *Symbolum Græcum nomen eſt, & interpretatur Collatio: cùm vnuſquiſque ſolet pro ſua parte cibos conferre ad veſcendum.* Hoc quoque ſenſu *Collatio* ſumitur in Concilio Laodiceno, quo decernitur: *Quod non oportet ſacratos & Clericos ex Collatione conuiuia peragere; ſed neque laicos.* Vbi pecuniæ collationem intelligit Zonaras. Verùm iuxta hanc ſignificationem non poteſt ſumi *Collatio*, quando agitur de tenui illa cœnula, quæ in ieiuniorum diebus exhiberi ſolet, in hac enim nihil confertur, nec lautum conuiuium inſtruitur, ſed modicum quid cibi indulgetur, ne fortè potus noceat: atque à doctiſſimis Theologis & Iureconſultis nec reprehenditur, nec damnatur, vt videre eſt apud Caietanum, Nauarrum in Manuali, Panormitanum, & Innocentium in rubrica de obſeruatione ieiuniorum. Quare *Collationis* nomen pro hac refectiuncula ex Regula S. BENEDICTI, & conſuetudine Monachorum eius deſumendam cum Francolino arbitror. Poſtquam enim & in Monaſteria introducta eſt conſuetudo relaxandi ieiunium, & ad menſam accedendi in meridie; ſimul quoque à Monachis admiſſus fuit mos ille ad veſperum ſemel bibendi, & fruſtum aliquod panis ſumendi, atque vt id ordinatè fieret, & minori temporis diſpendio, legi cœpit lectio *Collationis* in refectorio, eo tempore quo cœnula illa peragebatur, atque hinc tam apud Monachos, quàm ſæculares vſus obtinuit, vt illa refectiuncula *Collatio* appellaretur: ne ſcilicet videamur ad cœnam, inquit Francolinus, aut ad comeſtionem congregari, quam in ieiunijs duplicare non licet, modeſtiori vocabulo rem honeſtantes, dicimus, ad *Collationem* conuenire. Monachi enim veteres ieiuniorum diebus non ad ſumendum cibum, ſed ad faciendam vel audiendam *Collationem* congregabantur. In hunc ſenſum accepiſſe videtur Concilium Naunetenſe, cùm ait: *Quando Presbyteri per Kalendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſterium, ad neceſſariam Collationem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant.* Atque hanc eſſe Concilij mentem præter Francolinum, arbitratur Ioannes Fileſacus. Ita quoque in Concilio Cabilonenſi II. præſcribitur, vt Sanctimoniales omnibus diebus ad capitulum & *Collationem* veniant. Quæ quidem ſatis fuerint ad illuſtrandam vocem & conſuetudinem *Collationis*.

Concil. Laod. c. 55. — Zonar. in cap. 55. Synod. Laod. — *Permittitur à Theologis.* — Caiet. 2. 2. q. 147. art. 6. Nauar. 21. num. 21. — *Nomenclatura hac à Benedictinis profluxit.* — Francol. de temp. hor. Canon. c. 38. — *Declaratur.* — Cap. Quando dist. 44. — Fileſ. de quadrag. Chriſt. c. 6. — Cap. 59. apud Burchard. lib. 8. c. 77. & apud Iuon. part. 7. cap. 95.

DISQVISITIO III.

Quando, & quantum in Collatione legendum?

QVO tempore legendum ſit, iam ſuprà ferè expediuimus, quod aut poſt cœnam, aut poſt veſperas, ex S. BENEDICTI verbis fieri debere diximus. Poſt cœnam quidem, cùm bis reficiũt fratres, & in Quadrageſima, in qua veſperæ refectionẽ præcedunt. Poſt veſperas verò, diebus ieiuniorum ſiue regulariũ, ſiue Eccleſiaſticorum. In verbis autem S. BENEDICTI aliqua apparet differentia, nam de cœnæ tempore ait: *Mox vt ſurrexerint à cœna, ſedeãt omnes in vnũ, & legat vnus Collationes.* De altero verò: *Dictâ veſperâ, paruo interuallo, mox accedant ad lectionẽ Collationũ.* Vbi abſque vllo interuallo & immediatè à cœnâ lectionem Collationis auſpicari velle videtur, verùm quando illa veſperas ſubſequitur, medium aliquod inter has & illam concedere interuallum. Caſſinenſes autem τὸ *Mox*, largo modo accipiunt, *quia plerumq; differunt per horam, vel amplius; ne huiuſmodi lectio ob recentẽ cœnam ſit tædioſa.* Præterea vt lector & miniſter menſæ intereà cœnare, omniaque ſuis locis reponere poſſint: Denique, vt aliqua animi relaxatio cõcedatur religioſis, quibus graue forte foret, ab vna lectione quã in cœna ad menſam audiuerunt, ad aliam ſtatim accedere, adeòq; vtramque facilè negligerent.

Collatio quando legenda ex mente S. Benedicti. — Cap. 42. — *Caſſinenſes interuallũ faciunt inter cœnam & Collationem.*

Quanto verò temporis ſpatio hęc lectio durare debeat, non facile eſt definire. S. BENEDICTVS ait: *Legat quatuor aut quinque folijs, aut quãtum hora permittit, omnibus in vnum concurrentibus per hanc moram lectionis.* Quantum verò ſpatij requirat lectio quatuor aut quinque foliorum, quis dicet, cùm pro libri & characterum quantitate plus aut minus temporis requiratur? Quod autem ait, quantum hora permittit, non videtur, inquit Ioannes Craesbeeck, hora hîc accipi pro certo tẽporis ſpatio, quaſi lectio Collationis eſſe debeat integræ vnius horæ, ſed pro tempore incerto, quaſi dicat, quantum fert præſens tempus & ſpatium, multum ſcilicet vel parum pro horæ, ſeu temporis præſẽtis modo & permiſſione legatur. Caſſinenſes verò ita hunc locum declarant. *Aduertimus, prout infrà ordinabimus ſpatia diei, quorum quodlibet opus ſuum habet, quod hora permittit tatum lectionem vnius horæ quarta parte, & nõ vltra durare poſſe.* Quare in Cęrimoniali ſuo ſtatuũt, vt à principio lectionis Sacriſta vertat clepſydrã quartæ partis vnius horæ, quâ finitâ vel etiam ante, ſi pro cauſa videbitur Superiori, faciat ſignum, & Lector dicat: *Tu autem Domine miſerere nobis.* In ſtatutis S. Dunſtani arbitrio Prioris relinquitur

Quamdiu duret hæc Lectio. — *Non liquet.* — Caſſin. ad cap. 42. n. 5. Communiter per horæ quadrantem. — Cap. 10.

quitur quouſq; extendenda ſit lectio Collationis: *Cùm ſigno*, inquit, *Collationem adeant, quæ prout tempus permiſerit, vtq; Priori viſum, legatur. & ſic accedant ad Completorium.*

Stat. Dunſtan. c. 1.

Nec olim diu legerunt.

Et verò iamolim ante octingẽtos annos breuior videtur fuiſſe hæc lectio Collationis, adeò vt quadrantem fortaſſis horæ non expleuerit. Quod colligere licet ex Diademate Monachorum Smaragdi Abbatis, in quo capita non admodum ſunt prolixa. In eam autem rem libellum illum compoſuerat, vt ſingulis diebus ad Collationem ex eo caput legeretur.

Quanti æſtimata hæc Lectio.

Quanti porrò hanc lectionem Legiſlator noſter faciat, ex eo apparet, quòd neminem ab eius auditione excipiat, immò ne occupatos quidem, in quorum gratiam extendi eam vult, vt qui tardiùs per negotiorum occupationem occurrerint, ex integro non perdant fructum deſideratæ pietatis. Sic enim ait: *Omnibus in vnum concurrentibus, per hanc moram lectionis, ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat.* Quæ ſententia vtcumque intricata, ſic à Smaragdo ordinatur: *ſi quis fortè in aſſignato* Obediẽtiæ officio *ſibi commiſſo, fuerit occupatus, omnibus in vnum concurrẽtibus, occurrat.* Ex quo quidem apparet, quã fuerit S. P. circa ſubditos ſuos ſollicitus, quos ſine lectionis pabulo noluit cubitum concedere; nimirum, vt qui per diurna opera vel negotia nimiùm fuiſſent diſtracti, ſub noctem à creaturis reuocarẽtur ad Deum. Nocte enim mens redit ad ſe, & à ſe ad Deum. Quare non immeritò ait Walloncapellius, inter ordinationes ſanctas pro diuinis officijs nullam ex textu videri magis fuiſſe cordi B. P. BENEDICTO, quàm hoc preſens de lectione Collationis & Cõpletorio decretum, quod ſatis innuunt cùm illa præmiſſa verba; *Sedeant* OMNES *in vnum:* OMNIBVS *in vnum concurrentibus*, tum hæc ſequẽtia: OMNES *ergo in vnum poſiti cõpleant.* Compleant, inquit Turrecremata, ſcilicet lectionem Collationnm, & inde omnes ad Completorium vnanimiter intrẽt. Sed meliùs Francolinus: Mihi, inqnit, ſignificare videtur (vt innuit ibi etiã Smaragdus Abbas) *compleant*, id eſt, Completorinm canant. Familiare eſt enim B. BENEDICTO completionem operis Dei pro dinini officij terminatione accipere, vt patet ex cap. 43. vbi dicitur; *Vſque dum cõpleto opere Dei publicâ ſatisfactione pœniteat.* Et cap. 44. *Omnibus horis dum completur opus Dei*, &c. Et alibi finẽ horarnm indicans, non ſemel ait: *& completũ eſt.* Quare omnes prorſus huic lectioni, & qnod eam ſubſequitur, Completorio intereſſe vnlt. *Non hic* (ait Smaragdus) *excipit Abbatem, non Prapoſitum, non Decanos, qui aliquoties alijs cantantibus in Eccleſia, potibus aut fabulis aut cõſilijs vacant, in hac hora, ſed omnes omninò in hac Collationis hora occurrere, omnes in vnum Completo-*

Valdè inculcatur à S. Benedicto.

Francol. de temp hor. canon. cap. 17.

Complere eſt finire.

Cap. 12. & 13.

Nemo excuſatur à Lectione Collationis.

A *rium iubet cantare.* Hæc Smaragdus.

LECTIO.

An hic aduerſetur Lanfrancus.

Quò magis miror S. Lanfrancum in ſtatutis ſuis indicere ſilẽtium per totum Monaſterium, ſolo excepto Completorio, ita enim ait: *Cùm regularis hora præter Completorium in Monaſterio canitur, nullus fratrum loquatur intra officinas totius Monaſterij, nec infrà totam curiam; nec etiam in domo infirmorum. Completorium verò dum canitur, licet Priori, & eis qui per licentiam de Completorio remanent, de vtilibus & neceſſarijs rebus loqui. Similiter dum regularem horam fratres in Eccleſia dicunt, nullus* B *comedat in refectorio, excepto ſolo Cõpletorio, tunc enim licet ijs qui aliquâ vtilitate impediti ante illam horam ſe expedire non poſſunt, & fratribus, qui de foris venlũt, comedere in refectorio.* Cauſſam tamen huius eſſe ſuſpicor, quòd fortè immediatè à cœna habita ſit lectio Collationis, cui mox ſubiũgebatur Cõpletorium: atque ideò qui primæ menſæ non interfuerãt, eodem tempore cœnam ſumebãt, quòd indecẽs foret poſt Completorium eam ſumere. Inſinuat autem hanc noſtram coniecturam ipſe Lanfrancus, dum mox ſubdit: C *Fratres ſi ante Collationem incipientes comedere circa finem Completorij cœnam ſuam commodè explere non valent, licet eis à menſa ſurgere, & in Monaſterium ad benedictionem ire, & poſteà in refectorium ad complendam cœnam redire.*

Stat. Lanfr. cap 16.

Explicatur.

DISQVISITIO IV.

Cur ad hanc Lectionem, Collationes, & vitæ Patrum præſcriptæ?

D MATERIAM lectionis Collationis tribus verbis cõplexus eſt S. BENEDICTVS, dicens: *Legat vnus Collationes, vel vitas Patrum, aut certè aliquid quod ædificet audientes.* De ſingulis verò aliquid dicemus.

Cap. 42.

I.

Quæ Collationes Patrum.

PRIMO loco commẽdantur *Collationes Patrum*, quæ omnium ſenteutiâ illæ ſunt, quas Caſſianus deſcripſit. Nec ad has ſolas lectionem reſtringendam arbitror, ſed alios eius libros de *Inſtitutis renũtiantium, & vitijs Capitalibus* ſimul eodem nomine iudicari. Hic verò Auctor cùm primo loco à Legiſlatore noſtro ſtatuatur, tam hoc, quã extremo Re- E gulæ capite, vbi Collationes Patrum, *benè viuentium & Obediẽtium Monachorum exempla & inſtrumenta virtutum appellat*; meritò quoque cõmendationis elogium à nobis requirit, qui non à noſtro Patriarcha tantùm, ſed ab omnibus ferè omnium ſeculorum Scriptoribus probatur, & plurimùm cõmendatur. Eum enim S. Proſper *inſignem & facundum Scriptorem* nominat. Et S. Climacus *Magni* titulo cohoneſtat. Ad eum ſcribens Caſtor, Epiſcopus Aptenſis hiſce vtitur epithetis: *Domino ſanctitatis ſpecialis gloria decorato, atque per omnia memorãdo: Sed & ſcientiarum decore pollenti, Patri ſcilicet Caſſiano.* Quam

Earum cõmendatio.

Proſper. in Chron. anno 436.

Climac. grad 4.

LECTIO. Lib. 1. tract. 5. diſq. 4.

vtilis verò eius ſit doctrina ex Gennadio, Photio alijſque ſuprà diximus.

Lecta a ſanctis viris.

S. Dominicus, vt in vita legitur, librum illum, qui *Collationes Patrum* inſcribitur, ſtudiosè legens, ac vigilanter intelligens, ſalutis in eo rimatus ſemitas, magnum perfectionis apicem apprehendit. Imitatus eſt parentem ſuum Angelicus Doctor, qui ideò libenter *Patrum Collationes* lectitabat, ne ex rerum ſubtilium ſpeculatione affectus eius nonnihil tepeſceret, poſſetque ſe rurſus faciliùs ad diuina contemplanda colligere & erigere. Eadem lectione delectatos accepimus Dionyſium Carthuſianum, S. Ignatium Societatis Ieſu inſtitutorem, ceteroſque vitæ ſanctimoniâ & Monaſticâ perfectione inſignes. Quare non immeritò Caſſiodorus ita Monachos ſuos exhortatur: *Caſſianum presbyterum, qui ſcripſit de inſtitutione fidelium Monachorum, ſedulò legite, frequenter audite qui inter ipſa ſancti propoſiti initia, octo principalia vitia dicit eſſe fugienda* Atque hæc pro commendatione huius Auctoris ſuffecerint.

Apud Sur. in vitâ 7. Mart.

Caſſiod. inſtit. diuin. lect. c. 29.

Scrupulus de Caſſiano earum auctore.

Verùm nō minimum hîc quiſpiam ſcrupulū forſitan mouerit, quòd Caſſianus Pelagianæ hæreſi fauiſſe videatur, eoque nomine B. Proſper librum contra eum ſub nomine *Collatoris* ſcripſerit. Gelaſius quoque Pontifex Ioannis Caſſiani opuſcula inter apocrypha numeret: ſed egregiè eum defendit Reuerendiſſimus Cuyckius, & poſt eum noſter Gazæus, quos videat benignus lector.

Diſt. 15. cap *Sancta Romana.* Præfat. ad Caſſia *Eximitur.*

Nec refert, quod inter apocrypha numerentur.

Quod porrò Gelaſius eius ſcripta inter apocrypha recenſeat non valdè noſtro inſtituto repugnat, quia, vt Gloſſa & Iacobus Pamelius annotarunt: Quæ tali notâ cenſentur, non omninò, ſed publicè, & in templis tantùm pronuntiari prohibita: quod tum ex voce ἀπόκρυφα, quæ non aliud quàm occultum quid ſignificat, manifeſtum eſt: tum ex Gelaſij decreto comprobatur, in quo apocryphorum ſcriptorum mentionem inijcit, poſteaquam eos libros recenſuit, quos in eccleſia recitari voluit. His accedat poſt Doctiſſimorum virorum Henrici Cuyckij, Ciaconij, Gazæi notas & obſeruationes Auctorem illum, aut prorſus eſſe emendatum, aut certè errores ita indicatos, vt facilè iam ſit ſcopulos vitare. Quare Nigronus priuatam Caſſiani lectionem ſemper ab Eccleſia putat fuiſſe permiſſam, propter ſpiritualem vtilitatem, quam ex eo haurire licet. Et Bellarminus de operibus eiuſdem iudicium ferens: vtiliter, inquit, legi poſſunt, exceptâ collatione decimâ tertiâ, & paucis alijs, quæ in editione Romana notata ſunt.

Gloſſ. cap. Sancta Romana diſt. 15. Pamel epiſtol. dedic. ad Tertull.

Et iam ſecurè leguntur.

Tract. 5. Aſcet. cap. 3. §. 12.

Lib. de Eccleſ. Scriptor.

II. *Vitæ Patrū pro lectione aſſignata.*

SECVNDÒ. Poſt Patrum Collationes, eorumdem *Vitas* pro lectione Collationis S. BENEDICTVS aſſignat. Cur quæſo? niſi quia illæ accommodatiſſimæ ſunt ad huiuſmodi lectionis genus, facillimè intelliguntur, virtutum exemplis mores, vitamque formant, & magna animi voluptate audiuntur, atque ad perfectionem adipiſcendam plurimum conferunt. Vt vtilem maximè operam nauarit Heribertus Roſweydus, cùm doctiſſimis annotationibus Vitas Patrum illuſtrauit.

Quanta earum vtilitas

Prat. Spir. cap. 112.

Quâ verò vtilitate legantur, ex Prato ſpirituali colligas, vbi ita ſcribitur: *Acceſſit ad nos ſenex magnæ virtutis; legentibuſque nobis* PATRVM VITAS *atque ſententias, ad eum ſenem legendo ventum eſt*, qui furibus omnia ſua auferentibus, relictum marſupium, quod ſolùm ſupererat, ijs reuocatis obtulit. Quod ſenex ille, qui *Vitas Patrum* libenter legebat, imitatum ſe dixit. Quantum verò ad diſtrictiorem vitam ineundam ſimili lectione S. Fulgentius, Ruſpenſis Epiſcopus exarſerit, auctor vitæ eius ſcribit: *Ægyptiorum*, inquit, *Monachorum* VITAS *admirabiles legens, Inſtitutionum ſimul, atque Collationum ſpiritali meditatione ſuccenſus, memoratas terras nauigio petere ſtatuit, duabus videlicet ex cauſis; vt vel ibi depoſito nomine Abbatis, ſub Regula viueret in humilitate, vel diſtrictioris abſtinentiæ legibus ſubderetur.* Gregorius Turonenſis ſcribit Leobardum recluſum, cui tentatio cellulam relinquendi inceſſerat, *Vitas Patrum*, legiſſe. *Quibus relectis, non ſolùm cogitationem prauam à ſe diſcuſſit, verùm etiam tanto ſenſum acumine erudiuit, vt mirarentur facundiam locutionis eius.* Familiaris quoque hæc lectio fuit Chryſoſtomo, nec ſine fructu, de quo audi Georgium Alexandrinum iſta narrantem. Porrò in ſuis familiaribus colloquijs ſubinde commeminit *Vitæ Sanctorum Patrum*, & Anachoretarum, eorumque conuerſationis ac virtutis, ita vt eiuſmodi ſermonibus compungerentur non pauci, ita vt ex eorum oculis vberrimæ elicerentur ac defluerent lacrymæ, & ingenti deſiderio caperentur ſolitariam exercendi vitam, & extremum valedicendi turbulentæ confuſioni vitæ huius.

Sur. in vitâ c. 12.

Greg. lib. 1. de vit. Patr. cap. 12.

In vitâ Chryſoſt. cap. 22.

Commendantur à magnis Viris.

Quo minùs iam mirum videri debet, ſi tantopere hæc lectio à S. BENEDICTO commendetur, veluti quæ *benè viuentium & obedientium Monachorum exempla & inſtrumenta virtutum* ſuppeditet. Vt igitur cum Caſſiodoro concludamus meritò noſtris hoc monitum inculcabimus: *Vitas Patrum, confeſſiones fidelium, paſſiones Martyrum legite conſtanter, qui per totum orbem terrarum floruere, vt ſancta imitatio vos prouocans, ad cæleſtia regna perducat.*

Caſſiod inſtit. diuin. lect. cap. 32.

DISQVI-

DISQVISITIO V.

Quid præter prædictos Libros ad Collationem legi poßit?

QVEMADMODVM vnicus idemque cibus, quantumuis etiam bonus, ſi ſemper ingeratur, faſtidium parit; varietas verò ferculorum appetitum excitat: ita quoque noluit S. BENEDICTVS anguſtis limitibus materiam Collationis circumſcribere, ſed ne quid vlli deeſſet, magnâ copiâ ſpirituales has dapes filijs ſuis propoſuit, ne iterata ſæpiùs lectio nauſeam fortè moueret. Hinc non Collationes modò, vel vitas Patrum legi inſtituit, verumetiam quodcũq; aliud, vt ipſe ait, *quod ædificat audiẽtes.* Quod Smaragdo interprete, de homilijs intelligitur dixiſſe Patrum, *in quibus ædificationes pleniter ſcripta ſunt audientium. Vel certè de expoſitionibus Librorum Catholicorum, quæ ab orthodoxis factæ ſunt viris, in quibus ſanctæ ſufficienter ſanctus doctrina redundat Monachus.* Optimè ille quidem, & prorſus ad mentem Patris ſui S. BENEDICTI, qui de Sanctorum Patrum ſcriptis agens, hæc habet: *Ceterùm ad perfectionem qui tendit, ſunt doctrinæ Sanctorum Patrum: quarum obſeruatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. Et quis liber ſanctorum catholicorum Patrum hoc non reſonat, vt recto curſu perueniamus ad Creatorem noſtrum?* Itaque hic aperitur tota ſanctorum Patrum Bibliotheca, & maximus Aſceticorũ Scriptorum numerus, ex quibus lectionem Collationis variè condire liceat.

S. Benedictus alia legi permiſit. — Smarag. l. in cap. 42. Reg — *Ex ſanctis Patribus.* — Cap 73.

Tria autem maximè ex ſanctis Patribus alijſque pijs libellis in Collatione propoſitis haurire oportet. Primum, præcepta doctrinæ, quibus mores inſtruantur. Secundum, viua virtutum exempla, quibus quod docetur, fieri poſſe, perſuadetur & velut ob oculos proponitur. Tertium, pij affectus, quibus voluntas incitatur, vt ea quæ præcepta iubent, & exempla oſtendunt, faciat. Iuxta triplicem hanc diſtinctionem licebit per claſſes aſſignare Auctores aliquot huic lectioni opportunos.

Ex quibus tria diſcimus.

I. *Moralis vitæ præcepta.* Et *primò* quidem, quod ad præcepta attinet, legi poſſunt Aſcetica S. Baſilij ab ipsâ Regula nobis commendata, Epiſtolæ complures S. Hieronymi, nouem illæ homiliæ ad Monachos, quas alij Euſebio, alij Euchero Lugdunenſi, Nigronus verò Cæſario Arelatenſi inſcribit; homiliæ S. Macarij; Doctrinæ S. Dorothei; Opera omnia S. Ephræm; Scala Climaci; S. Proſper de vitâ cõtemplatiuâ; & Dionyſius Carthuſianus, alijque non pauci. Noſtris verò cum primis feruient, Collationes S. Odonis, ſermones & opuſcula pia Ioannis Trithemij, Diadema Monachorum Smaragdi, ex profeſſo ad hanc lectionem concinnatum. Sed qui omne punctum tulit, eſt Magnus Gregorius, præſertim in Libris Moralium, *in quibus,* vt Iſidorus ait, *quanta myſteria ſacramentorum aperiantur, quantaque ſint in amorem vitæ æternæ morum præcepta, vel quanta clareant ornamenta verborum, nemo ſapiens explicare valebit, etiamſi omnes artus eius vertantur in linguas.* Ioannes Diaconus de iiſdem libris ait eum de virtutibus vitijſque ita diſſeruiſſe, *vt non ſolùm videatur eadem verbis exponere, ſed formis quodammodò viſibilibus ſeu palpabilibus demonſtrare.* De iiſdem Gerſon ita ſcribit Moralia S. Gregorij ſunt omni admiratione, & veneratione atque vtilitate præclara: quæ etiam pro magnis ingenijs, ſine excluſione tamen tardiorum, quia ſingulis lac & mel miniſtrant, ſufficere poſſunt ſua vbertate. Hæc autem tanti habita ſunt, vt eo etiam viuente ac vetante, publicè Epiſcopi per diuerſas Eccleſias ea legere cœperunt. Et Ioannes Syracuſanus Epiſcopus ad menſam coram extraneis ea prælegi faciebat, quò minus mirandum, ſi pluribus eum pro hac noſtra lectione, aut ea quæ in prandio & cœna fit, commendandum duxerim.

LECTIO. *Libri Moralium S. Gregorij laudantur.* — Iſidor. de illuſt. Eccleſ. Script. cap. 40. — Ioan Diac. lib. 1. c. 17. — Gerſon to. in 6. conſ. conſid. 4. — *Recitantur ipſo viuo in Eccleſijs.*

II. *Vitæ virtutum exempla.* Quoad *ſecundum* genus, quod exempla continet, legi poſſunt Vitæ Sãctorum à Surio, Franciſco Haræo, aliiſque collectæ; hiſtoria Eccleſiaſtica à Cardinale Baronio per annos digeſta, aut à Spondano in epitomen contracta. Gregorius Turonenſis de gloria Martyrum & Cõfeſſorum. Chronica Ordinis noſtri, & aliorum. Noſtris verò in hoc genere commendatiſſimi eſſe debent Dialogi S. Gregorij, in quibus non modò vitâ S. BENEDICTI, ſed multorum ex Ordine eius Sanctorum res geſtæ commemorantur. Vitæ quoque & exempla, quæ habentur apud S. Petrum Damiani: Exempla & miracula S. Petri Venerabilis, Abbatis Cluniacenſis.

III. *Pios affectus qui ſcriptis ſuis inſerant.* *Tertiò,* qui præceptis pios affectus coniunxerunt, & ad deuotionem excitandam vim quandam, & ſtimulos ſcriptis ſuis indiderunt, ij vtiliſſimi prorſus ſunt qui ad Collationem legantur. Qua in re excellit cum primis S. Auguſtinus in libris præſertim Confeſſionum, & explicatione quorundam pſalmorum. Commendat Gerſon opuſcula Hugonis & Richardi de S. Victore, quod miſceant ſcilicet vtile dulci. Excellit autẽ hac laude dulciſſimus Bernardus, cuius ab ore cùm melle ſuauior oratio fluat; hinc meritò melliflui Doctoris nomen accepit. Huius ſermones tã opportuni ad Collationem noſtris viſi ſunt, vt plurimis iam more receptum ſit, eum ſolùm anno toto iſti lectioni adhibere. Valdè vtilis eſt pro noſtra inſtructione Epiſtola de vita ſolitaria ad fratres de Monte Dei, quam eius eſſe, pluribus adſtruit Nigronus, etſi alijs probabiliter

Gerſ. tom. 1. in ſex conſid. conſid 4. — *Bernardus in his triũphat.* — Nigron. ad Reg. 1. comm. n. 7.

LECTIO. liter videatur eſſe Guilielmi Abbatis S. Theoderici. Huic coniungendus S. Petrus Damiani; item S. Bonauentura, de quo Breuiarium: *Multo ſcripſit, in quibus ſummam eruditionem cum pari pietatis ardore coniungens, lectorem docendo mouet.* Nec inferior B. Laurentius Iuſtinianus, & deuotiſſimus noſter Ludouicus Bloſius, Thomas à Kempis, alijque complures. Addi his poſſent, qui noſtrâ ætate Aſceticos libellos de varijs argumentis ediderunt, quorum plurima iam ſeges eſt.

Breuiar. Rom. 14. Iul.

Praxis legendi veſpere materiam meditationis.

B Probatur multis vt veſperi in extrema parte cœnæ aut ad Collationem prælegatur materia meditationis poſttidie inſtituendę, quod ſanè vtiliter admodum fit. Quemadmodum enim qui ignem manè habere optat, ignitos carbones pridie veſperi cineribus obtegit; ita cui deſiderium eſt vt in meditatione eius exardeſcat ignis, pridie meditandi materiam in memoria recondat, vt euigilanti ſtatim occurrat. Pulchrè id admonuit S. Bernardus: *Iturus ergo ad ſomnum, defer tecum in memoria, vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quod nonnumquam etiam ſomniare iuuet, quod etiam euigilantem te excipiens in ſtatum heſternæ intentionis reſtituat. Sic tibi nox, ſicut dies illuminabitur, & nox illuminatio tua erit in delicijs. Placidè obdormies, in pace quieſces, facilè euigilabis, & ſurgens facilis, & agilis eris ad redeundum in id, vnde non totus diſceſſiſti:* Hæc Bernardus. Neque opus eſt ſyllabum hic texere, eorum qui ſacras meditationes conſcripſere, cùm omnium paſſim manibus terantur.

Vtilis & proba.
Bern. epiſt. ad fiat. de monte: &

DISQVISITIO VI.

Cur ad Collationem non legendum Heptaticum, aut Libri Regum?

POSTQVAM S. BENEDICTVS, deſignaſſet quid ad Collationem legi vellet, ſubtexuit materias, quæ huic lectioni minùs conuenirent: *Non autem heptaticum aut Regum* legatur, *heptaticum* verò vocat, quod S. Hieronymus *Heptateucum*, id eſt, ſeptenarium ſacrorum librorum appellauit. Hi autem libri ſunt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, E Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, (cuius veluti appendix liber Ruth) quos ſequuntur libri Regum. Vt enim Pentateuchum veteres appellarunt quinque libros Moyſis, ita iunctis ſimul libris Ioſuë, Iudicum, & Ruth Octateuchum nuncuparunt, vt Caſſiodorus; & Græci auctores quorum ſcripta leguntur ὡς τὴν ὀκτάτευχον. Verùm quoniam Hebræi, vt Hieronymus obſeruat, hiſtoriam Ruth in vnũ librum cum Iudicibus compingunt; inde factum eſt, vt Heptateuchum plerique dixerint pro Octateucho, vt Hieronymus & ipſe Pater

Quid Heptateuum.
Hieron. epiſt. 7. & 28.

Caſſiod. diuin. inſt. c. 1.

A noſter BENEDICTVS.

Cur verò libros hos veſperi legi prohibuerit, cauſſam ſe redditurum in Prolegomenis ad libros Regum Nicolaus Serarius promiſerat, verùm in poſthumis eius commentarijs iam pridem editis nullum hac de re verbum. Sed ipſe S. BENEDICTVS cauſſam hanc reddit: *Quia infirmis intellectibus non erit vtile illâ horâ hanc ſcripturam audire.* Sed quamobrem id vtile non erit? Reſpondet Turrecremata: Quia libri legales & hiſtoriales cùm pleni ſint, & tecti multis figurarum obſcuritatibus, & plurima contineant profundiſſima myſteria, non ſunt libri ita apti ad legendum ſimplicibus Monachis, & maximè illâ horâ, in quâ habenda lectio eſt, non de varijs bellorum hiſtorijs; vnde varia dormiẽtibus poſſent generari phantaſmata: ſed quæ tota ſit ædificatoria, & plena ſimplicitate moralis doctrinę, & quæ ſanctis meditationibus præſtet fulcimentum. Hæc ille: Duplicem aſſignans cauſſam huius prohibitionis.

Cur non legatur ad Collationem.
Cap. 42.
Prolegom. lib. cap. 27. q. 11.
Nec expediat.

C *Primo* eſt, obſcuritas & difficultas intelligendi recondita in hiſtorijs myſteria, ex quo capite olim Hebræi interdicebant iunioribus lectionẽ Cantici Canticorũ, Principij Geneſis, Principij ac finis Ezechielis, vt teſtis eſt Origenes & Hieronymus. Benè Baſilius: *Veteris præſertim inſtrumenti lectionem non probè intelligentes, noxam incurrunt non ſcripturæ culpâ, ſed legentis.*

Prima cauſſa.
Orig. hom. 1. in Cant.
Hieron. Epiſt. 103.
Baſil. ad Chilon.

Secunda cauſſa eſt, quia in ijs narrantur regnorum mutationes, & euentus bellorum. Nihil autem attinet ad Monachos horum ſub noctem præſertim crebriùs meminiſſe.

Secunda.

D *Tertiam* cauſsã addit Colũbanus Vrancx, quia ijs in libris non rarò occurrũt carnales hiſtoriæ, quę Religioſis cibo, potuque refectis, & iam ſomno indulgentibus, inhoneſta ſomnia, & noctium phantaſmata mouere poſſent. Cauſſam hanc non, ignorarunt Ægyptij Monachi, qui vt omnem rerum obſcœnarum memoriam iuniorum mentibus ſubducerent, etiam ipſi has tales lectiones intermittebant, quod egregiè explicat Caſſianus: *Quemadmodum*, inquit, *corpori vſus libidinis, corumſque vicinitas, ita etiam menti memoria eius eſt penitus ſubtrahẽda. Satis enim perniciosum, adhuc infirmis ægriſque pectoribus, vel tenuiſſimam recordationẽ huius paſſionis admittere, ita vt nonnumquam eis, etiam ſub recordatione ſanctarũ feminarum, vel ſub ſacræ lectionis hiſtoria, noxiæ titillationis ſtimulus excitetur. Cuius cauſſâ, Seniores noſtri huiuſcemodi lectiones ſub præſentia iuniorum ſolent conſultiſſimè prætereire.* Hæc Caſſianus. Ad hunc porrò locũ S. BENEDICTVM reſpexiſſe, arbitratur Gazæus. Ob eandem hanc cauſſam S. Proſper ait, ab antiquis fuiſſe decretum, *ne qui adoleſcentium legerent Geneſeos libros, ac partem*

Ezechie-

Tertia cauſſa.
Ægyptij coram iunioribus non legunt Heptateuchũ.
Caſſia. collat. 19. c. 16.
Etiam Patres quibuſda Scriptura libris abſtinere monent.
Proſp. de vit. contẽp. lib. 3. cap. 6.

Ezechiels Propheta, vel Cantica Canticorum, & A ceteraitalia, in quibus generationes, & actus & nomina quarumdã ſcripta ſunt mulierum. Theodoretus quoque ait, adoleſcentibus atque ętate adhuc imperfectis lectionem Cantici Cãticorum interdictam, ſolumq; viris perfectis legẽdum præberi. Similia præmonet Gregorius Nyſſenus, & grauiſſimè obteſtatur Origenes his verbis: *Ob hoc ergo moneo, & conſilium do omni, qui nondum carnis & ſanguinis moleſtijs caret, neque ab affectu naturæ materialis abſcedit, vt à lectione libelli huius, eorumque, quæ in eo dicentur, penitus temperet.* B De his & Elias Cretenſis ait, verum eſſe quod Apoſtolus ſcripſit: *Littera occidit, ſpiritus autem viuificat. Littera occidit*, inquit, *improbarum enim rerum in ſe ipſa exempla nonnumquam habet: ſpiritus autem viuificat, vtpote qui ſententiam in ſpeciem abſurdam & improbandam, ad diuiniorem ſpeciem transferat.*

Theodor. Præfat. in Cant. — Nyſſen. homil. 1. in Cant. — Orig. hom. 1. in Cant — Elias in orat. 1. Nazianz. nom. 21. 2. Cor. 3.

Libri hiſtoriales à Collatione excluſi.

Ob ſuprà dictas autem rationes non modò heptateuchum, & libros Regum S. BENEDICTVM à Collatione excludere arbitror, ſed etiã reliquos libros hiſtoriales, Paralipomenõ, Eſdrę, Tobię, Iudith, Eſther, C & Machabæorum, & maximè Canticum Canticorum, licet id non nominauerit. Quinimmò apud pleroſque in ordine noſtro iam vſus obtinuit, vt ad Collationem nihil de ſcriptura legatur, quod etiam in cœna multi obſeruant, cùm illa etiam à tempore ſomnum capiendi non multùm diſtet.

Alio tempore legendi.

De interdictis [illegible] libris ita S. Pater ait: *Alijs verò horis [illegible]gantur:* Ecce, inquit Turrecremata, non vetat ſimpliciter præfatos libros legales & hiſtoriales legi; ſed tantùm illâ horâ. Debet enim tunc, ait Smaragdus, *vnuſquiſque diuino ædificatus ſermone, & ad Completorij officium, & ad ſuum ædificatus pergere lectum. Ceterùm alijs horis aut coram omnibus tempore ſuo in Eccleſia, aut vnuſquiſque legendi doctrina, debet eos legere in ſchola.*

Smaragd. in cap. 42. Reg.

DISQVISITIO VII.

Quàm expediat vltra lectionem Collationis Spirituales fieri Conferentias, & Exhortationes?

LECTIO Collationis, de quâ hactenus legimus, à S.P.N. BENEDICTO ſubſtituta eſt in locum earum Collationum, quas olim Patres poſt veſperas inſtituebant. Cùm autem Religio virtutum omnium ſit gymnaſium atque, vt S. BENEDICTVS loquitur, *ſchola dominici ſeruitij, & officina artis ſpiritualis*, conueniens omnino eſt, vt in Benedictinis Cœnobijs ſpirituales habeantur Conferentiæ, & freqnẽtes de religioſa perfectione exhortationes. Quare admodùm A prudẽter in reformatis Franciæ, Belgij, Lotharingiæq; Monaſterijs pia introducta eſt cõſuetudo, vt à meridie certis temporibus Religioſi ad ſpiritualem conueniant Conferentiam, in qua de Monaſticæ vitæ exercitijs, de Conſtitutionibus, de Regula S. BENEDICTI, de paſſionum mortificatione, de virtutibus & vitijs, de Orationis ſtudio alijſque ſimilibus ſpirituales tradantur lectiones. Fundamentum harum Conferentiarum (ita enim appellamus, vt à lectione Collationis meliùs diſtinguantur) quidam B ex illis Regulæ verbis erui putat, quibus Legiſlator noſter ait. *Loqui & docere, Magiſtrum condecet: tacere & audire, diſcipulo conuenit. Et ideò, ſi qua requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate, & ſubiectione reuerentia requirantur, ne videatur plus loqui quam expedit.* His enim breuiter quædã Conferentiarũ forma adumbratur: nam in ijs Magiſter, ſiue Præfectus loquendi & docendi habet officium, ad alios verò ſpectat audire, tacere, humiliter reſpondere, & modeſtè atque cum reuerentia dubia proponere, & cum opus iudicauerit, interrogare. C Quamuis autem hoc Regulæ textu non ſatis euidenter hæ Conferentiæ præſcribantur; mihi tamen dubium non eſt, quin S. BENEDICTI æuo, & ſequentibus etiam temporibus ex veterum cõſuetudine aliquæ ſaltem in vſu fuerint. S. enim Pachomius vtcumque ſub diſputationis nomine indicauit: *Omne*, inquit, *quod in Conuentu fratrum audierint diſputatum, cogentur inter ſe vt recolant:* S. Fructuoſus *Collectam* vocat, atque ita decernit: *Ter per omnem hebdomadam Collecta faciendaeſt & Re-D gula Patrum legenda, diſſerendum vel à ſeniore, & caſtigatio, ac ſermo ædificationis præferenda.* Theodorus Studita moriturus ita Præpoſitum admonet: *Obſeruabis prorſus, vt Catecheſim ter qualibet hebdomadâ facias veſperi, vel per temetipſum, vel alium quempiam è filijs: quoniam à Patribus traditum eſt, & ſalutare.* Sed & Iſidorus Hiſpalenſis præter quotidianas poſt veſpertinam ſynaxim Collationes, de aliâ, vt ita dicam, Conferentiâ ſic ait: *Ad audiendum in Collatione Patrem tribus in hebdomada vicibus fratres poſt celebrationem tertiæ, E dato ſigno ad Collectam conueniant: audiant docentem ſeniorem, inſtruentem cunctos ſalutaribus præceptis.*

LECTIO. — *Earum forma in Regula adumbratur.* — Cap. 6. Reg. — *Licet obſcurè.* — *Quid alij de ijſdem cenſuerint.* Num. 80. — Fructuoſ. in Reg. c. 10. — Theodor. Stud. apud Baron. ann. 826. — Iſid. Reg. cap. 7.

Neceſſaria in Cœnobijs ſpirituales Conferentiæ.

Et iam pridem vſus obtinuit, familiares ac breuiores exhortationes, Collationis nomine appellare: atque ita crediderim S. Odonem libros ſuos *Collationum* nomine inſcripſiſſe. Et S. Bernardus ſcribit de Cluniacenſibus: *Ipſorum me commendans orationibus, interfui Collationibus; ſæpe & de ſcripturis, & de ſalute animarũ habui ſermonẽ cum multis, & publicè in Capitulis, & priuatim in cameris.* Noſtri porrò Burſfeldenſes de regulari lectione agentes, aiunt, illam communiter fieri

Vocata Collationes. — Bernard. apolog. ad Guiliel. Abbat. — Burſfeld in Cærim. diſt. 3. c. 3.

LECTIO.

fieri in clauſtro, aut loco Capitulari: *Vbi etiam poſt lectionem, ſi vacat, Prior Collationem habeat cum fratribus, pro eorum ædificatione.*

Earum fructus, & vſus hodie.

Hoc medio *Collationum* plurimum Nouitios ad perfectionem promouiſſe Iordanum ſecundum Generalem Ordinis Prædicatorum, ſcribit Ferdinandus à Caſtello. Vſurpantur & hæ Collationes noſtrâ ætate in Ordine Clericorum Regularium S. Pauli quorum hæc eſt conſtitutio: *Retineat vnuſquiſque Præpoſitus in collegio ſuo illud Collationum inſtitutum, quod à veteribus Patribus cum vocabulo acceptum, maiores noſtri ſanctè obſeruarunt:* Vſitata & in Societate Ieſu, ex quâ Crombecius, & Nigronus earundem formam præſcribunt. Carolus verò Scribanus decimo quinto die habendas dicit, & plura in hanc rem notat vtilia, dum Religioſum Superiorem inſtruit. Nos verò antiquiora & noſtra magis ſectantes, hæc de forma Conferentiarum ſubijcimus.

Ferdinand. Caſtel. par. 1. hiſt. lib. 2. cap. 1.

Cleric. Regul. S. Pauli lib. 2. conſt. c. 10.

Comb. lib. 2. de ſtud. perfect. c. 12.

Nigron. tract. aſcet. 3. cap. 1.

Scrib. Sup. relig. lib. 3. cap. 14.

Conferentiarum forma illuſtrata.

I. *Quoad materiam.* Iſid. Reg. cap. 7.

PRIMÒ, Iſidorus materiam præſcribit: *Ipſa*, inquit, *Collatio erit, vel pro corrigendis vitijs, inſtruendiſque moribus, vel pro reliquis cauſis ad vtilitatem Cœnobij pertinentibus. Quod ſi talia deſunt, pro conſuetudine tamen diſciplina, nequaquam erit omittenda Collatio, ſed in præfinitis diebus, cunctis pariter congregatis, præcepta Patrum regularia recenſenda ſunt.* Paulò poſt ſubdit: *Sedentes autem omnes in Collatione tacebunt, niſi fortè quem auctoritas Patris præceperit, vt loquatur.*

II. *Quoad modum.* Burſf. diſt. 3. cap. 11.

SECVNDÒ, Congregationis Burſfeldenſis Patres optimam Conferentiarum formam præſcribunt: *Poterit*, inquiunt, *Abbas, vel Prior dum ſibi viſum fuerit totum conuocare Conuentum, & omnibus congregatis, præmiſſo* BENEDICITE, *interrogare ſigillatim ſingulos, aut aliquos eorum quos voluerit, de cantatis ſeu recitatis in opere Dei in genere, & in ſpecie, de lectione menſali, vel Collationali, de ſermone ſi habitus ſit, de ſtudio ſuo aut ſimilibus breuiter aliquid dicere. Hoc autem quiſque interrogatus de ſtomacho cordis ſui eructet, de quo magis fuerit ſatiatus, ſeu palatus eius interior magis delectatus, & liberè iuxta capacitatem ſuam quiſque loquatur abſque formidine, nec alter alterius ſimplicitatem vel ignorantiam ſpernat vel derideat. Nemo ibi inſoleſcat, ſed loquente vno, ceteri ſilendo auſcultent, & Priore incipiente loqui, omnes intendant, qui & puſillanimes animare, & quod minus dicere potuerint, ipſe ſupplere eoſque qui ſcioli ſibi videntur, ne de ſua ſcientia extollantur, prudenter & ſollicitè reprimere debet. Nemo enim illic duriùs obiurgandus vel corripiendus eſt, niſi pro arrogantia, irriſione vel cõtemptu, ſeu qualibet inſolẽtia notabili. Solatioſam & iocundam conuenit eſſe huiuſmodi Collationem, & ab omni diſſolutione alienam: qualia Patres dum conuenirent in eremo habuiſſe inter ſe leguntur colloquia. Quibus etiam verba ſanctiſſimi Patris* BENEDICTI (*quibus loquendi licentiam ad ædificationem dumtaxat reſtringit eloquia*) *conſonare videntur.* hactenus illi piè ſanè & prudenter: quibus duplex monitum Neſterotis Abbatis apud Caſſianum adiecerim. Prius eſt; *Nihil*, inquit, *in Collatione ſeniorum proferre audeas, niſi quod interrogare te aut ignoratio nocitura, aut ratio neceſſariæ cognitionis impulerit, vt quidam vanæ gloriæ amore diſtenti, pro oſtentatione doctrinæ ea, quæ optimè norunt, interrogare ſe ſimulant.* Poſterius eſt, quod hiſce verbis ibidem legitur: *Illud omni obſeruantiâ cuſtodire te conuenit, vt etiam ſi ea, quæ optimè noſti, fortè audieris in collatione proferri, non ex hoc quod tibi iam nota ſint, aſpernanter faſtidioſeque ſuſcipias, ſed ea cordi tuo illâ auiditate commendes, quâ debent deſiderabilia ſalutis verba, vel auribus noſtris indeſinenter infundi, vel de noſtro iugiter ore proferri.* Hactenus ille. Quæ quidem ſuffecerint ad Conferentiarum methodum intelligendam, cetera enim ipſe Præfectus atque vſus docebit.

* *Interrogatus, ſine fuco reſpondeat.*

Sit iocunda Collatio.

Caſſia. collat. 14. c. 9.

Qui ſe gerant hic doctiores.

Conferentiarum vtilitas.

Iam verò vt de vtilitate Conferentiarum pauca adijciamus, certum eſt collatione mutuâ illuſtrari intellectum, moueri affectum, fieri conferentes ſenſim habiles ad ſpiritualia colloquia domi vel foris cum externis ferenda, magnam rerum ſpiritualium acquiri notitiam, & non mediocrem meditandi facilitatem: *Proderunt*, inquiunt Burſfeldenſes, *huiuſmodi colloquia, ſi cum diſcretione agantur cum fratribus; qui dum de interrogatione Prioris ſ[illegible] ſunt ſuſpecti, circa orationis & lection[illegible] [illegible] cogantur quotidie eſſe ſolliciti: & ita paſſim aſſuefactione continuâ, diſcet tenera infantia ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo; & ita ſpiritualibus delicijs oblectari, vt carnalium & omnium terrenorum obliuiſcatur, quod præcipuum eſſe debet ſtudium Religioſorum.* Monet denique Caſſianus: *Nullus ſibi, quamuis ſcientiâ præditus, inani tumore perſuadeat, quod poſſit Collatione alterius non egere.* Sic ille.

Caſſia. collat. 16. c. 12.

De Exhortationibus.

Commodis loco ſubijcio, non Conferentias modò, ſed & *Exhortationes*, ſiue Homilias & Conciones magis ſolemnes noſtris olim in vſu fuiſſe, exemplo veterum, quibus id non infrequens erat. Hinc enim habemus homilias Baſilij, Macarij, Cæſarij, Eucherij, Paræneſes Ephræm, doctrinas Dorothei, Catecheſes Theodori Studitæ, ſermones Bernardi, Petri Damiani. In ordine porrò Ciſtertienſi iam inde à principio conſuetudo hæc viguit habendi in Capitulo ſermonem ad fratres, vnde liber vſuum determinat dies quibus hæ Cõciones habendæ. Quos imitati ſunt vt in alijs plurimis Carthuſiani, qui pauciores dies aſſignant, ſed hanc adijciũt clauſulam: *Per præmiſſa tamen non reſtringitur facultas aliàs faciendi ſermonem, cum licentia tamen Præſidentis.* Quod idem & apud Ciſtertienſes, aliaſque

Quam antiqua.

Certis diebus in Capitulo habita.

Lib. Vſuũ Ord. Ciſt. cap. 67.

Carthuſ. diſtin. part. ſtatut. nouor. cap. 3. §. 2.

noſtri

noſtri Ordinis Congregationes locum habere nemini dubium eſt, nam & Bernardus teſtatur, ſe ea quæ de gradibus humilitatis ſcripſit, priùs coram fratribus locutum; & ſatis apparet, ſermones in Cantica, in Conuentu fratrum dictos: Quin & ipſe quodam loco ait: *Sæpius loquor etiam præter conſuetudinem Ordinis noſtri, ſcio enim quis dixerit: Si quid ſupererogaueris, cùm rediero reddam tibi:* Et verò ipſa Regula inſinuat Abbatem aliquando ſuos exhortari debere, quem duplici doctrina Legiſlator noſter ſuis præeſſe vult diſcipulis, aitque *Oportere eum eſſe doctum lege diuinâ, vt ſciat vnde proferat noua & vetera.* Ex quo capite laudabiliter faciunt Superiores, qui verba ſalutis ſæpiùs ſuis proponunt fratribus. Vnde in Decretali *Cùm ad monaſterium* expreſsè dicitur ad Abbatem & Priorem pertinere, doctrinæ verbo fratres inſtruere. Quare etiam Clemens VIII. nihil ad monaſticam perfectionem vtilius duxit frequenti exhortatione. In reformatione enim Cæleſtinorum Monachorum, hebdomadis ſingulis præſcripſit ſermonem de religioſa diſciplina regularique obſeruantia. Quare & alijs quibuſcumq; congregationibus idem ſtudium exhortandi meritò debet eſſe commendatiſſimum.

Bernard. ſerm. 1. de ſeptuageſ. Luc. 10. Cap. 2. *Superiores ſubditos docere & exhortari debent.* Cap. 64.

LECTIO. Clem. 8. de reformat. Cæleſt. nu. 41.

S I T

NOMEN DOMINI

BENEDICTVM

EX HOC

NVNC, ET VSQVE IN

SÆCVLVM.

MONA-

LECTIO. *ſuas cellas reuertentur: ſed conferent inter ſe, quæ Præpoſitos audierint diſputantes, & intrabunt cubicula ſua. Diſputatio autem à Præpoſitis domorum per ſingulas hebdomadas tertiò fiet, & in ipſa diſputatione ſedentes, ſiue ſtantes fratres ſuum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem, & hominum ſingulorum.* Hic verò: *Poſt horam nonam in commune concurritur: pſalmi reſonant, Scripturæ recitãtur ex more, & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius quem Patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente tantum ſilentium fit, vt nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu eſt audientium: tacitæ voluuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum verò de regno Chriſti, & de futurâ beatitudine, & de gloriâ cœperit annuntiare ventura, videas cunctos, moderato ſuſpirio, & oculis ad cælum leuatis dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Poſteà concilium ſoluitur, & vnaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam.* Hæc Hieronymus.

Dicta quoque diſputationes.

Hieron. Epiſt. 22.

Earum materies.

Pſal 54.

Hæ autem Collationes licet ante paſtum habitæ ſcribantur, frequentiùs tamen poſt veſperas & cœnam fiebant, vt patet ex ſecunda Collatione Caſſiani; vbi leges, Seniores ad S. Antonium perfectionis inquirendæ gratiâ conueniſſe, *& à veſpertinis horis vſque ad lucem* protractam fuiſſe Collationem. Referens quoque Abbas Serapion, quo modo virtute Collationis Abbatis Theonæ à furti peccato quod committere ſolebat, liberatus ſit, ait: *Cumque refectione tranſactâ, Collatio ſpiritualis cœpiſſet agitari, reſpondenſque ſenex propoſitis interrogationibus eorum, &c.* Facta ergò poſt cœnam Collatio, vnde non mirum, ſi quandoque ſub illa dormitarint. Hinc commendat Caſſianus Abbatem Machetem, qui hanc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrauerat, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur Collatio ſpiritualis, numquam ſomni torpore penitus laxaretur. Septem illi Eremitæ, quorum Rufinus meminit, ſabbatinis diebus in vnum conueniebant, *poſt refectionem vſque ad veſperam, ſedentes meditabantur de Scripturis ſanctis. Non enim diſcurrebat inter eos ſæcularis fabula, non cura ſæculi, non actio terrenarum rerum, ſed ſolummodo Collatio ſpiritalis, regni cæleſtis deſiderabilis commemoratio.* Vbi Collationis materiam, fructum, & tempus aſſignatum vides.

Celebratæ olim poſt cœnam.

Cap. 2.

Caſſia. collat. 2. c. 11.

Lib. 5. c. 29.

Vit. Patr. lib. 3. num. 200.

S. Benedictvs igitur tam vtile inſtitutum æmulari volens, eodem tempore Collationes Patrum ſuis voluit prælegi, quo veteres ad eaſdem conueniebant Monachi, nempe veſperis & cœnâ peractis.

Cur autem non inſtituerit ipſam veterum praxim & vſum Collationum, duplicem eſſe arbitror cauſſam. Primam quidem, vt ſilentium poſt veſperas conſeruaretur, & diſputatione ipſâ non nimiùm diſtraherentur Religioſi, adeòq; varias mentis euagationes ſub Completorio paterentur. Secunda eſt, quod non multum temporis plerumque ſit cœnam inter & Completorium, atque ideo vix congrua Collatio inter fratres inſtitui poſſet; vbi enim plures interrogant, aut ad interrogata reſpondent, plus ſine dubio temporis inſumi debet. In Regulâ tamen S. Iſidori præter ſolemnes illas Collationes, quæ tribus in hebdomada vicibus poſt celebrationẽ Tertiæ fiebant, etiam quotidiana poſt veſperas inſtituta eſt, quam Completorium ſtatim excipiebat, ſic enim ibi ſcribitur: *Poſt veſpertinum autem congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus diuinæ lectionis quæſtionibus diſputare, conferendo piè & ſalubriter. Tantumque meditando diſputandoque immorari, quoad vſque Completorij tempus poſſit occurrere.*

Cur S. Benedictus non inſtituerit huiuſmodi Collationes.

Iſidor. Reg. cap. 6.

Vt autem ad noſtram Lectionem reuertamur, præter imitationem illam veterum Monachorũ, altera etiam inſtitutionis eius cauſſa eſt, nempe vt Religioſi dormituri piũ aliquid memoriæ commendarent, quod ſub noctem liceat ruminare, vt ita à varijs tentationibus & illuſionibus præſeruentur. Quâ in re ſanctiſſimam Dei parentem Virginem Mariam imitabuntur, de quâ Ambroſius ſcribit, quòd cùm quieſceret eius corpus, *vigilaret animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænuntiat.* Tertiam rationem acutè adinuenit Amalarius: *Quia*, inquit, *ex ordine Eſdræ neceſſaria eſt lectio in iſto officio* (Completorij) *vt quater in nocte legatur, ſolent Religioſi viri ante præſens officium lectionem legere.* Nimirùm innuit ad tres vices, quibus in nocturnis vigilijs lectiones recitantur, addendam quartam, quæ Completorium præcedat, vt ita ſecundùm Eſdræ exemplum quater legant in nocte. Completorium enim ad nocturnum officium ſpectat, ideòque in illo dicitur: *Dignare Domine nocte iſta* &c. Quartam cauſſam idem auctor ſubtexit. *Sicut Maria*, inquit, *quæ vnxit Dominum vnguento, præuenit facere quod faciendum erat in ſepulchro eius, ſi inueniretur corpus eius; ita lectio ſua doctrina vngit animas deuotas ante commendationem dormitionis.*

Rationes inſtitutæ Lectionis ante dormitionem.

Ambroſ. lib. 2. de virgin.

Amal. de eccleſ. offic. lib. 4. cap. 8.

DISQVISITIO II.

Vbi Collatio legenda?

Locvm nullum, in quo Lectio Collationis facienda ſit, S. Benedictvs nominauit: fuiſſe tamen ſemper vnum & eundem veriſimile eſt, cùm ceſſarent illæ rationes ob quas alij poſteà nunc hunc, nunc

nunc illum aſſignauerint locum.

Caſſinenſes aſſignant capitulum. In declarat, cap. 42.

I. PRIMÒ autem, Caſſinenſes aſſignant toto anno locum capitularem; *Pro quâ lectione pulſatur primum Campletorij ſignum, & fratres omnes in Capitulo conueniunt ad huiuſmodi lectionem.* Qnod magis etiam explicatur in Cærimoniali S. Iuſtinæ, vbi dicitur, quod finitâ lectione, *bini & bini, ordinatè, & proceſſianaliter vadant ad eccleſiam.* Diebus verò ieiuniorum, dicitur; *egredientes hac horâ Capitulum proceſſionaliter bini, & bini vadant in Refectorium pro Collatione.* Vbi nihil videtur lectum, quòd fortè breuior eſſet, vel vt ruminarent auditam in Capitulo lectionem Collationis, nam poſt benedictionem vnicâ cruce ſuper omnia factam præſcribitur, vt vadant ad menſas quilibet ſuas, *& omnibus reſidentibus cum ſilentio, faciat Superior ſignum, & ſic Collatianem faciant. Qua peracta, faciat ſignum, & mox omnes ſurgentes bini, & ardinatè vadant ad eccleſiam.* Hæc ibi. Ex quibus, vt dixi, apparet totam lectionem in Capitulo perſectam.

Part. 2. cap. 20.

S. Dunſtanus eccleſiam & refectorium. In Stat. S. Dunſt. c. 2.

II. SECVNDÒ, Ex Statutis S. Dunſtani colligere licet, lectinnem hanc aliquando in eccleſia, aliquando in reſectorio ſactam. Poſt veſperas enim refectorium petebant, *ad haurienda*, vt ibi dicitur, *pocula.* Ex hinc ſimiliter cum ſigno Collationem adibant, qnæ in eccleſia fiebat. Sabbatinis autem diebns poſt potum iam dictum, ibant ad mandatum, quo petacto, factoque ſigno, in eccleſia initiabatur Collatio, rurſumque dato tintinnabuli ſigno, reſectorium introibant charitatis gratiâ, *quotieſcumque fratribus charitas, interim dum Collatio legitur, præbebatur,* &c. Inchoabatur ergo Collatio in templo, terminabatur in reſectorio.

Camaldulenſes clauſtrum. Manrique annal. Ciſt. tom. 1. anno 1111.

III. TERTIÒ, Camaldnlenſes hanc lectionem fieri volunt, in Capitulo, vel Clauſtro eccleſiæ proximiori. Quod & Ciſtertienſibus vſitatum, apud quos Lectio Completorinm præcedens, *Lectia Clanſtri* dicitur. Valliſoletani in Capitulo, vel loco qui choro vicinior eſt, legunt.

Burſfeldẽſes Capitulum. Burſf. diſt. 3. cap. 4.

IV. QVARTÒ, Burſfeldenſes hac diſtinctione vtuntur: *Diebus quibus bis reficiunt, fratres, ſeruatur,* inquiunt, *in loco capitulari, aut clauſtro, vel alio aptiori iuxta temporis & cuiuſlibet Monaſterij diſpoſitionem. Reliquo verò tempore, id eſt, in diebus ieiunij, in refectorio fratrum ſolita conſuetudine fiat. Quando autem fit mandatum, lectio in capitulo inchoatur, & in refectorio perficitur.*

Monaſteria reformata Collationi legunt in choro.

V. QVINTÒ, in Congregatinne SS. Vitoni & Hydulphi toto anno fratres in choro conneninnt ad huinſmodi lectionem, & ieiunij tempore aliam legunt lectionem ad refectiunculam veſpertinam, atque hæc conſuetudo, quæ toto anno vniformis eſt, ſatis congruit cum illa, quæ fuit S. BENEDICTI tempore. Cùm enim tunc non niſi ſemel cibum ſumerent, illoque ſumpto (ſi cœnæ tempus eſſet) ſtatim ad Collationem accederent, aut ieiunij tempore à menſa veſperas canerent, iiſque finitis paruo facto interuallo ad Lectionem Collationis accederent; nihil opus erat loci variatione, ſed perpetuò in eccleſia fieri poterat, vt ita ſtatim & continuatè Completorium ſubiungeretur. Et veriſimile admodum eſt, voluiſſe Sanctum BENEDICTVM hanc lectionem in eccleſia fieri, quia ideò præſcribit lectionem quatuor aut quinque foliorum, *vt omnibus in vnum concurrentibus per hanc moram lectionis: ſi quis fortè in aſſignata ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat,* cùm ad hanc lectionem, tum etiam ad Completorium, de quo dicit: *Omnes ergo in vnum poſiti compleant:* inſinuans in eo loco Completorium dicendum, in quo fuerit lectio recitata, qui ſine dubio Oratorium eſt. Ita namque vult fratres durante hac lectione ad Completorium occurrere, vt qui poſt illam venerint, ſeriùs cenſeatur veniſſe: quemadmodum ad nocturnas vigilias vult pſalmum 94. *Venite exultemus Domino* omninò protrahendo & moroſè dici, vt qui poſt eius finem occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in choro. Eadem ergò de cauſsâ voluerit lectionem Collationis prolixiorem, vt intereà fratres occurrere poſſint ad Completorium, cuius illa præambulum quoddam eſt. Atque ex hac Conſtitutione Regulæ Sancti BENEDICTI rationem colligit Francolinus, quâ factum ſit, vt Completorium præter morem aliarum horarum à lectione incipiat. Puto enim, inquit, lectionem breuem Completorij repræſentare nobis lectionem illam, quæ ex Collationibus, vel vitis Patrum à S. BENEDICTO præcepta fuit. Quare minimè neceſſarium eſt, vt noſtri, qui lectioni Collationis interfuerunt, breuem illam lectionem, quæ in Breuiario habetur, præmittant.

LECTIO.

Quod videtur placuiſſe S. Benedicto.

Cur Completorium incipiatur à lectione. Francol de temp. hor. canon. cap. 17. num. 2.

Ceterùm corollarij vice hîc quæri poſſet, Cur refectiuncula illa ſerotina, quæ in diebus ieiuniorum ſumitur, *Collationis* nomen tum apud Italos, cùm apud Belgas, Gallos, aliaſque nationes acceperit? nam & qui de caſibus conſcientiæ ſcripſerunt, de Collatione veſpertina, num, & quatenus eſurialibus diebus ſumi poſſit, differunt. Et Cornelius Kilianus vocem **Collatie**, Teutonibus & Gallis vſurpatam, interpretatur *antecœnium, procœnium, ientaculum, merendam.* Neque neſcio apud Latinos Scriptores cœnam collatitiam, ſeu conuiuium, quod ſymbolis collatis inſtruitur, *Collationem* vocari, nam S. Hieronymus explicans illud Salomonis: *Vacantes potibus, & dantes*

Cur cœnula ſerotina vocetur Collatio.

Kilian. in append. Etymolog.

Prou. 23. 21. Hieron in illum locũ.

LECTIO. *ſymbola conſumentur*, ait: *Symbolum Græcum nomen eſt; & interpretatur Collatio: cùm vnuſquiſque ſolet pro ſua parte cibos conferre ad veſcendum.* Hoc quoque ſenſu *Collatio* ſumitur in Concilio Laodiceno, quo decernitur: *Quod non oportet ſacratos & Clericos ex Collatione conuiuia peragere; ſed neque laicos.* Vbi pecuniæ collationem intelligit Zonaras. Verùm iuxta hanc ſignificationem non poteſt ſumi *Collatio*, quando agitur de tenui illa cœnula, quæ in ieiuniorum diebus exhiberi ſolet, in hac enim nihil confertur, nec lautum conuiuium inſtruitur, ſed modicum quid cibi indulgetur, ne fortè potus noceat: atque à doctiſſimis Theologis & Iureconſultis nec reprehenditur, nec damnatur, vt videre eſt apud Caietanum, Nauarrum in Manuali, Panormitanum, & Innocentium in rubrica de obſeruatione ieiuniorum. Quare *Collationis* nomen pro hac refectiuncula ex Regula S. BENEDICTI, & conſuetudine Monachorum eius deſumendam cum Francolino arbitror. Poſtquam enim & in Monaſteria introducta eſt conſuetudo relaxandi ieiunium, & ad menſam accedendi in meridie; ſimul quoque à Monachis admiſſus fuit mos ille ad veſperum ſemel bibendi, & fruſtum aliquod panis ſumendi, atque vt id ordinatè fieret, & minori temporis diſpendio, legi cœpit lectio *Collationis* in refectorio, eo tempore quo cœnula illa peragebatur, atque hinc tam apud Monachos, quàm ſæculares vſus obtinuit, vt illa refectiuncula *Collatio* appellaretur: ne ſcilicet videamur ad cœnam, inquit Francolinus, aut ad comeſtionem congregari, quam in ieiunijs duplicare non licet, modeſtiori vocabulo rem honeſtantes, dicimus, ad *Collationem* conuenire. Monachi enim veteres ieiuniorum diebus non ad ſumendum cibum, ſed ad faciendam vel audiendam *Collationem* congregabantur. In hunc ſenſum accepiſſe videtur Concilium Nannetenſe, cùm ait: *Quando Presbyteri per Kalendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſterium, ad neceſſariam Collationem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant.* Atque hanc eſſe Concilij mentem præter Francolinum, arbitratur Ioannes Fileſacus. Ita quoque in Concilio Cabilonenſi II. præſcribitur, vt Sanctimoniales omnibus diebus ad capitulum & *Collationem* veniant. Quæ quidem ſatis fuerint ad illuſtrandam vocem & conſuetudinem *Collationis*.

Concil. Laod. c. 55. — Zonar. in cap. 55. Synod. Laod. — *Permittitur à Theologis.* — Caiet. 2. 2. q. 147. art. 6. Nauar. c. 21. num. 17. — *Nomenclatura hac à Benedictinis profluxit.* — Francol. de temp. hor. Canon. c. 33. — *Declaratur.* — Cap. Quando diſt. 44. — Fileſ. de quadrag. Chriſt. c. 6. Cap. 59. apud Burchard. lib. 8. c. 77. & apud Iuon. part. 7. cap. 95.

DISQVISITIO III.

Quando, & quantum in Collatione legendum?

QVO tempore legendum ſit, iam ſuprà ferè expediuimus, quod aut poſt cœnam, aut poſt veſperas, ex S. BENEDICTI verbis fieri debere diximus. Poſt cœnam quidem, cùm bis reficiũt fratres, & in Quadrageſima, in qua veſperæ refectionẽ præcedunt. Poſt veſperas verò, diebus ieiuniorum ſiue regulariũ, ſiue Eccleſiaſticorum. In verbis autem S. BENEDICTI aliqua apparet differentia, nam de cœnæ tempore ait: *Mox vt ſurrexerint à cœna, ſedeãt omnes in vnũ, & legat vnus Collationes.* De altero verò: *Dictâ veſperâ, paruo interuallo, mox accedant ad lectionẽ Collationũ.* Vbi abſque vllo interuallo & immediatè à cœnâ lectionem Collationis auſpicari velle videtur, verùm quando illa veſperas ſubſequitur, medium aliquod inter has & illam concedere interuallum. Caſſinenſes autem τὸ *Mox*, largo modo accipiunt, *quia plerumq́ differunt per horam, vt amplius; ne huiuſmodi lectio ob recentẽ cœnam ſit tædioſa.* Prætereà vt lector & miniſter menſæ intereà cœnare, omniaque ſuis locis reponere poſſint: Denique, vt aliqua animi relaxatio cõcedatur religioſis, quibus grane forte foret, ab vna lectione quã in cœna ad menſam audiuerunt, ad aliam ſtatim accedere, adeòq; vtramq́ue facilè negligerent.

Quando legenda ex mente S. Benedicti. — Cap. 42. — *Caſſinenſes interuallũ faciunt inter cœnam & Collationem.*

Quanto verò temporis ſpatio hęc lectio durare debeat, non facile eſt definire. S. BENEDICTVS ait: *Legat quatuor aut quinque folia, aut quãtum hora permittit, omnibus in vnum concurrentibus per hanc moram lectionis.* Quantum verò ſpatij requirat lectio quatuor aut quinque foliorum, quis dicet, cùm pro libri & characterum quantitate plus aut minus temporis requiratur? Quod autem ait, quantum hora permittit, non videtur, inquit Ioannes Craesbeeck, hora hic accipi pro certo tẽporis ſpatio, quaſi lectio Collationis eſſe debeat integræ vnius horæ, ſed pro tempore incerto, quaſi dicat, quantum fert præſens tempus & ſpatium, multum ſcilicet vel parum pro horæ, ſeu temporis præſẽtis modo & permiſſione legatur. Caſſinenſes verò ita hunc locum declarant. *Aduertimus, prout infrà ordinabimus ſpatia diei, quorumquodlibet opus ſuum habet, quod hora permittit tantum lectionem vnius horæ quarta parte, & nõ vltra durare poſſe.* Quare in Cęrimoniali ſuo ſtatuũt, vt à principio lectionis Sacriſta vertat clepſydrã quartæ partis vnius horæ, quã finitã vel etiam ante, ſi pro cauſa videbitur Superiori, faciat ſignum, & Lector dicat: *Tu autem Domine miſerere nobis.* In ſtatutis S. Dunſtani arbitrio Prioris relinquitur

Quamdiu duret hæc Lectio. — *Non liquet.* — Caſſin. ad cap. 42. n. 2. — *Communiter per horæ quadrantem.* — Cap. 20.

quitur quouſq; extendenda ſit lectio Collationis: *Cùm ſigno*, inquit, *Collationem adeant, quæ prout tempus permiſerit, vtq; Priori viſum, legatur, & ſic accedant ad Completorium.*

Stat. Dunſtan. c. 8.

Nec olim diu legerunt.

Et verò iam olim ante octingẽtos annos breuior videtur fuiſſe hæc lectio Collationis, adeò vt quadrantem fortaſſis horæ non expleuerit. Quod colligere licet ex Diademate Monachorum Smaragdi Abbatis, in quo capita non admodum ſunt prolixa. In eam autem rem libellum illum compoſuerat, vt ſingulis diebus ad Collationem ex eo caput legeretur.

Quanti æſtimata hæc Lectio.

Quanti porrò hanc lectionem Legiſlator noſter faciat, ex eo apparet, quòd neminem ab eius auditione excipiat, immò ne occupatos quidem, in quorum gratiam extendi eam vult, vt qui tardiùs per negotiorum occupationem occurrerint, ex integro non perdant fructum deſideratæ pietatis. Sic enim ait: *Omnibus in vnum concurrentibus, per hanc moram lectionis, ſi quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat.* Quæ ſententia vtcumque intricata, ſic à Smaragdo ordinatur: *ſi quis fortè in aſſignato* Obediẽtiæ C officio *ſibi commiſſo, fuerit occupatus, omnibus in vnum concurrẽtibus, occurrat.* Ex quo quidem apparet, quã fuerit S. P. circa ſubditos ſuos ſollicitus, quos ſine lectionis pabulo noluit cubitum concedere; nimirum, vt qui per diurna opera vel negotia nimiùm fuiſſent diſtracti, ſub noctem à creaturis reuocarẽtur ad Deum. Nocte enim mens redit ad ſe, & à ſe ad Deum. Quare non immeritò ait Walloncapellius, inter ordinationes ſanctas pro diuinis officijs nullam ex textu videri magis fuiſſe cordi B. P. BENEDICTO, quàm D hoc preſens de lectione Collationis & Cõpletorio decretum, quod ſatis innuunt cùm illa præmiſſa verba; *Sedeant* OMNES *in vnum:* OMNIBVS *in vnum concurrentibus*, tum hæc ſequẽtia: OMNES *ergo in vnum poſiti cõpleant.* Compleant, inquit Turrecremata, ſcilicet lectionem Collationum, & inde omnes ad Completorium vnanimiter intrẽt. Sed meliùs Francolinus: Mihi, inquit, ſignificare videtur (vt innuit ibi etiã Smaragdus Abbas) *compleant*, id eſt, Completorium canant. Familiare eſt enim B. BENEDICTO comple- E tionem operis Dei pro diuini officij terminatione accipere, vt patet ex cap. 43. vbi dicitur; *Vſque dum cõpleto opere Dei publicâ ſatisfactione pæniteat.* Et cap. 44. *Omnibus horis dum completur opus Dei*, &c. Et alibi finẽ horarum indicans, non ſemel ait: *& completũ eſt.* Quare omnes prorſus huic lectioni, & quod eam ſubſequitur, Completorio intereſſe vult. *Non hic* (ait Smaragdus) *excipit Abbatem, non Propoſitum, non Decanos, qui aliquoties alijs cantantibus in Eccleſia, potibus aut fabulis aut cõſilijs vacant, in hac hora, ſed omnes omninò in hac Collationis hora occurrere, omnes in vnum Completo-* A *rium iubet cantare.* Hæc Smaragdus.

Valdè inculcatur à S. Benedicto.

Francol. de temp. hor. canon. cap. 17.

Complere eſt finire.

Cap. 11. & 21.

Nemo excuſatur à Lectione Collationis.

LECTIO.

An hic aduerſetur Lanfrancus.

Stat. Lanfr. cap 16.

Quò magis miror S. Lanfrancum in ſtatutis ſuis indicere ſilẽtium per totum Monaſterium, ſolo excepto Completorio, ita enim ait: *Cùm regularis hora præter Completorium in Monaſterio canitur, nullus fratrum loquatur intra officinas totius Monaſterij, nec infrà totam curiam; nec etiam in domo infirmorum. Completorium verò dum canitur, licet Priori, & eis qui per licentiam de Completorio remanent, de vtilibus & neceſſarijs rebus loqui. Similiter dum regularem horam fratres in Eccleſia dicunt, nullus* B *comedat in refectorio, excepto ſolo Cõpletorio, tunc enim licet ijs qui aliquâ vtilitate impediti ante illam horam ſe expedire non poſſunt, & fratribus, qui de foris veniũt, comedere in refectorio.* Cauſſam tamen huius eſſe ſuſpicor, quòd fortè immediatè à cœna habita ſit lectio Collationis, cui mox ſubiũgebatur Cõpletorium: atque ideò qui primæ menſæ non interfuerãt, eodem tempore cœnam ſumebãt, quòd indecẽs foret poſt Completorium eam ſumere. Inſinuat autem hanc noſtram coniecturam ipſe Lanfrancus, dum mox ſubdit: *Fratres ſi ante Collationem incipientes comedere circa finem Completorij cœnam ſuam commodè explere non valent, licet eis à menſa ſurgere, & in Monaſterium ad benedictionem ire, & poſteà in refectorium ad complendam cœnam redire.*

Explicatur.

DISQVISITIO IV.

Cur ad hanc Lectionem, Collationes, & vitæ Patrum præſcriptæ?

Cap. 42.

MATERIAM lectionis Collationis tribus verbis cõplexus eſt S. BENEDICTVS, dicens: *Legat vnus Collationes, vel vitas Patrum, aut certè aliquid quod ædificet audientes.* De ſingulis verò aliquid dicemus.

I.

Quæ Collationes Patrum.

PRIMO loco commẽdantur *Collationes Patrum*, quæ omnium ſententiâ illæ ſunt, quas Caſſianus deſcripſit. Nec ad has ſolas lectionem reſtringendam arbitror, ſed alios eius libros de *Inſtitutis renũtiantium, & vitijs Capitalibus* ſimul eodem nomine iudicari. Hic verò Auctor cùm primo loco à Legiſlatore noſtro ſtatuatur, tam hoc, quã extremo Regulæ capite, vbi Collationes Patrum, *benè viuentium & Obediẽtium Monachorum exempla & inſtrumenta virtutum appellat;* meritò quoque cõmendationis elogium à nobis requirit, qui non à noſtro Patriarcha tantùm, ſed ab omnibus ferè omnium ſeculorum Scriptoribus probatur, & plurimùm cõmendatur. Eum enim S. Proſper *inſignem & facundum Scriptorem* nominat. Et S. Climacus *Magni* titulo cohoneſtat. Ad eum ſcribens Caſtor, Epiſcopus Aptenſis hiſce vtitur epithetis: *Domino ſanctitatis ſpecialis gloria decorato, atque per omnia memorãdo: Sed & ſcientiarum decore pollẽti, Patri ſcilicet Caſſiano.* Quam

Earum cõmendatio.

Proſper. in Chron. anno 436.

Climac. grad 4.

LECTIO. Lib. 1. tract. 5. disq. 4.

vtilis verò eius ſit doctrina ex Gennadio, Photio alijſque ſuprà diximus.

Lecta à ſanctis viris.

S. Dominicus, vt in vita legitur, librum illum, qui *Collationes Patrum* inſcribitur, ſtudioſè legens, ac vigilanter intelligens, ſalutis in eo rimatus ſemitas, magnum perfectionis apicem apprehendit. Imitatus eſt parentem ſuum Angelicus Doctor, qui ideò libenter *Patrum Collationes* lectitabat, ne ex rerum ſubtilium ſpeculatione affectus eius nonnihil tepeſceret, poſſetque ſe rurſus faciliùs ad diuina contemplanda colligere & erigere. Eadem lectione delectatos accepimus Dionyſium Carthuſianum, S. Ignatium Societatis Ieſu inſtitutorem, ceteroſque vitæ ſanctimoniâ & Monaſticâ perfectione inſignes. Quare non immeritò Caſſiodorus ita Monachos ſuos exhortatur: *Caſſianum presbyterum, qui ſcripſit de inſtitutione fidelium Monachorum, ſedulò legite, frequenter audite qui inter ipſa ſancti propoſiti initia, octo principalia vitia dicit eſſe ſugienda* Atque hæc pro commendatione huius Auctoris ſuffecerint.

Apud Sur. in vitâ 7. Mart.

Caſſiod. inſtit. diuin. lect. c. 29.

Scrupulus de Caſſiano earum auctore.

Verùm nō minimum hîc quiſpiam ſcrupulũ forſitan mouerit, quòd Caſſianus Pelagianæ hæreſi fauiſſe videatur, eoque nomine B. Proſper librum contra eum ſub nomine *Collatoris* ſcripſerit. Gelaſius quoque Pontifex Ioannis Caſſiani opuſcula inter apocrypha numeret: ſed egregiè eum defendit Reuerendiſſimus Cuyckius, & poſt eum noſter Gazæus, quos videat benignus lector.

Diſt. 15. cap *Sancta Romana.* Præfat. ad Caſſia. *Eximitur.*

Nec refert, quod inter apocrypha numerentur

Quod porrò Gelaſius eius ſcripta inter apocrypha recenſeat non valdè noſtro inſtituto repugnat, quia, vt Gloſſa & Iacobus Pamelius annotarunt: Quæ tali notâ cenſentur, non omninò, ſed publicè, & in templis tantùm pronuntiari prohibita: quod tum ex voce ἀπόκρυφα, quæ non aliud quàm occultum quid ſignificat, manifeſtum eſt: tum ex Gelaſij decreto comprobatur, in quo apocryphorum ſcriptorum mentionem inijcit, poſteaquam eos libros recenſuit, quos in eccleſia recitari voluit. His accedat poſt Doctiſſimorum virorum Henrici Cuyckij, Ciaconij, Gazæi notas & obſeruationes Auctorem illum, aut prorſus eſſe emendatum, aut certè errores ita indicatos, vt facilè iam ſit ſcopulos vitare. Quare Nigronus priuatam Caſſiani lectionem ſemper ab Eccleſia putat fuiſſe permiſſam, propter ſpiritualem vtilitatem, quam ex eo haurire licet. Et Bellarminus de operibus eiuſdem iudicium ferens: vtiliter, inquit, legi poſſunt, exceptâ collatione decimâ tertiâ, & paucis alijs, quæ in editione Romana notata ſunt.

Gloſſ. cap. Sancta Romana diſt. 15. Pamel epiſtol. dedic. ad Tertull.

Et iam ſecurè leguntur.

Tract. 5. Aſcet. cap. 3. §. 12.

Lib. de Eccleſ. Scriptor.

II. *Vitæ Patrũ pro lectione aſſignata.*

SECVNDÒ. Poſt Patrum Collationes, eorumdem *Vitas* pro lectione Collationis S. BENEDICTVS aſſignat. Cur quæſo? niſi quia illæ accommodatiſſimæ ſunt ad huiuſmodi lectionis genus, facillimè intelliguntur, virtutum exemplis mores, vitamque formant, & magna animi voluptate audiuntur, atque ad perfectionem adipiſcendam plurimum conferunt. Vt vtilem maximè operam nauarit Heribertus Roſweydus, cùm doctiſſimis annotationibus Vitas Patrum illuſtrauit.

Quanta earum vtilitas.

Prat. Spir. cap. 212.

Quâ verò vtilitate legantur, ex Prato ſpirituali colligas, vbi ita ſcribitur: *Acceſſit ad nos ſenex magnæ virtutis; legentibuſque nobis* PATRVM VITAS *atque ſententias, ad eum ſenem legendo ventum eſt*, qui furibus omnia ſua auferentibus, relictum marſupium, quod ſolùm ſupererat, ijs reuocatis obtulit. Quod ſenex ille, qui *Vitas Patrum* libenter legebat, imitatum ſe dixit. Quantum verò ad diſtrictiorem vitam ineundam ſimili lectione S. Fulgentius, Ruſpenſis Epiſcopus exarſerit, auctor vitæ eius ſcribit: *Ægyptiorum*, inquit, *Monachorum* VITAS *admirabiles legens, Inſtitutionum ſimul, atque Collationum ſpiritali meditatione ſuccenſus, memoratas terras nauigio petere ſtatuit, duabus videlicet ex cauſis; vt vel ibi depoſito nomine Abbatis, ſub Regula viueret in humilitate, vel diſtrictioris abſtinentiæ legibus ſubderetur.* Gregorius Turonenſis ſcribit Leobardum recluſum, cui tentatio cellulam relinquendi inceſſerat, *Vitas Patrum*, legiſſe. *Quibus relectis, non ſolùm cogitationem prauam à ſe diſcuſſit, verùm etiam tanto ſenſum acumine erudiuit, vt mirarentur facundiam locutionis eius.* Familiaris quoque hæc lectio fuit Chryſoſtomo, nec ſine fructu, de quo audi Georgium Alexandrinum iſta narrantem. Porrò in ſuis familiaribus colloquijs ſubinde commeminit *Vitæ Sanctorum Patrum*, & Anachoretarum, eorumque conuerſationis ac virtutis, ita vt eiuſmodi ſermonibus compungerentur non pauci, ita vt ex eorum oculis vberrimæ elicerentur ac defluerent lacrymæ, & ingenti deſiderio caperentur ſolitariam exercendi vitam, & extremum valedicendi turbulentæ confuſioni vitæ huius.

Sur. in vitâ c. 12.

Greg. lib. 1. de vit. Patr. cap. 20.

In vitâ Chryſoſt. cap. 22.

Commendantur à magnis Viris.

Quo minùs iam mirum videri debet, ſi tantopere hæc lectio à S. BENEDICTO commendetur, veluti quæ *benè viuentium & obedientium Monachorum exempla & inſtrumenta virtutum* ſuppeditet. Vt igitur cum Caſſiodoro concludamus meritò noſtris hoc monitum inculcabimus: *Vitas Patrum, confeſſiones fidelium, paſſiones Martyrum legite conſtanter, quæ per totum orbem terrarum floruere, vt ſancta imitatio vos prouocans, ad cæleſtia regna perducat.*

Caſſiod inſtit. diuin. lect. cap. 32.

DISQVI-

DISQVISITIO V.

Quid præter prædictos Libros ad Collationem legi poſsit?

S. Benedictus alia legi permiſit.

QVEMADMODVM vnicus idemque cibus, quantumuis etiam bonus, ſi ſemper ingeratur, faſtidium parit; varietas verò ferculorum appetitum excitat: ita quoque noluit S. BENEDICTVS anguſtis limitibus materiam Collationis circumſcribere, ſed ne quid vlli deeſſet, magnâ copiâ ſpirituales B bas dapes filijs ſuis propoſuit, ne iterata ſæpiùs lectio nauſeam fortè moueret. Hinc non Collationes modò, vel vitas Patrum legi inſtituit, verumetiam quodcũq; aliud, vt ipſe ait, *quod ædificat audiẽtes*. Quod Smaragdo interprete, de homilijs intelligitur dixiſſe Patrum, *in quibus ædificationes pleniter ſcripta ſunt audientium. Vel certè de expoſitionibus Librorum Catholicorum, quæ ab orthodoxis facta ſunt viris, in quibus ſancta ſufficienter ſanctus doctrina redundat Monachus*. Optimè ille quidem, & prorſus ad mentem Patris ſui S. C BENEDICTI, qui de Sanctorum Patrum ſcriptis agens, hæc habet: *Ceterùm ad perfectionem qui tendit, ſunt doctrina Sanctorum Patrum: quarum obſeruatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. Et quis liber ſanctorum catholicorum Patrum hoc non reſonat, vt recto curſu perueniamus ad Creatorem noſtrum?* Itaque hìc aperitur tota ſanctorum Patrum Bibliotheca, & maximus Aſceticorũ Scriptorum numerus, ex quibus lectionem Collationis variè condire liceat.

Smaragd. in cap. 42. Reg

Ex ſanctis Patribus.

Cap 73.

Ex quibus tria aſſumimus.

Tria autem maximè ex ſanctis Patribus D alijſque pijs libellis in Collatione propoſitis haurire oportet. Primum, præcepta doctrinæ, quibus mores inſtruantur. Secundum, viua virtutum exempla, quibus quod docetur, fieri poſſe, perſuadetur & velut ob oculos proponitur. Tertium, pij affectus, quibus voluntas incitatur, vt ea quæ præcepta iubent, & exempla oſtendunt, faciat. Iuxta triplicem hanc diſtinctionem licebit per claſſes aſſignare Auctores aliquot huic lectioni opportunos.

I. *Moraliũ vitæ præcepta.*

Et *primò* quidem, quod ad præcepta attinet, E legi poſſunt Aſcetica S. Baſilij ab ipsâ Regula nobis commendata, Epiſtolæ complures S. Hieronymi, nouem illæ homiliæ ad Monachos, quas alij Euſebio, alij Eucherio Lugdunenſi, Nigronus verò Cæſario Arelatenſi inſcribit; homiliæ S. Macarij; Doctrinæ S. Dorothei; Opera omnia S. Ephræm; Scala Climaci; S. Proſper de vitâ cõtemplatiuâ; & Dionyſius Carthuſianus, alijque non pauci. Noſtris verò cum primis ſeruient, Collationes S. Odonis, ſermones & opuſcula pia Ioannis Trithemij, Diadema Monachorum Smaragdi, ex profeſſo ad A hanc lectionem concinnatum. Sed qui omne punctum tulit, eſt Magnus Gregorius, præſertim in Libris Moralium, *in quibus, vt* Iſidorus ait, *quanta myſteria ſacramentorum aperiantur, quantaque ſint in amorem vitæ æternæ morum præcepta, vel quanta clareant ornamenta verborum, nemo ſapiens explicarè valebit, etiamſi omnes artus eius vertantur in linguas*. Ioannes Diaconus de ijſdem libris ait eum de virtutibus vitijſque ita diſſeruiſſe, *vt non ſolùm videatur eadem verbis exponere, ſed formis quodammodò viſibilibus ſeu palpabilibus demonſtrare*. B De ijſdem Gerſon ita ſcribit: Moralia S. Gregorij ſunt omni admiratione, & veneratione atque vtilitate præclara: quæ etiam pro magnis ingenijs, ſine excluſione tamen tardiorum, quia ſingulis lac & mel miniſtrant, ſufficere poſſunt ſua vbertate. Hæc autem tanti habita ſunt, vt eo etiam viuente ac vetante, publicè Epiſcopi per diuerſas Eccleſias ea legere cœperint. Et Ioannes Syracuſanus Epiſcopus ad menſam coram extraneis ea prælegi faciebat, quò minus mirandum, ſi pluribus eum pro hac C noſtra lectione, aut ea quæ in prandio & cœna fit, commendandum duxerim.

LECTIO. Libri Moralium S. Gregorij laudantur.

Iſidor de illuſt. Eccleſ. Script. cap. 40.

Ioan. Diac. lib. 1. c. 17.

Gerſon to. in 6. conſ. conſid. 4.

Recitantur ipſo viuo in Eccleſijs.

II. *Viua virtutum exempla.*

Quoad *ſecundum* genus, quod exempla continet, legi poſſunt Vitæ Sãctorum à Surio, Franciſco Haræo, aliiſque collectæ; hiſtoria Eccleſiaſtica à Cardinale Baronio per annos digeſta, aut à Spondano in epitomen contracta. Gregorius Turonenſis de gloria Martyrum & Cõfeſſorum. Chronica Ordinis noſtri, & aliorum. Noſtris verò in hoc genere commendatiſſimi eſſe debent Dialogi S. Gregorij, in quibus non modò vitâ D S. BENEDICTI, ſed multorum ex Ordine eius Sanctorum res geſtæ commemorantur. Vitæ quoque & exempla, quæ habentur apud S. Petrum Damiani: Exempla & miracula S. Petri Venerabilis, Abbatis Cluniacenſis.

III. *Pios affectus qui ſcriptis ſuis inſerant.*

Tertiò, qui præceptis pios affectus coniunxerunt, & ad deuotionem excitandam vim quandam, & ſtimulos ſcriptis ſuis indiderunt, ij vtiliſſimi prorſus ſunt qui ad Collationem legantur. Qua in re excellit cum primis S. Auguſtinus in libris præſertim E Confeſſionum, & explicatione quorundam pſalmorum. Commendat Gerſon opuſcula Hugonis & Richardi de S. Victore, quod miſceant ſcilicet vtile dulci. Excellit autẽ hac laude dulciſſimus Bernardus, cuius ab ore cùm melle ſuauior oratio fluat, hinc meritò melliflui Doctoris nomen accepit. Huius ſermones tã opportuni ad Collationem noſtris viſi ſunt, vt plurimis iam more receptum ſit, eum ſolùm anno toto iſti lectioni adhibere. Valdè vtilis eſt pro noſtra inſtructione Epiſtola de vita ſolitaria ad fratres de Monte Dei, quam eius eſſe, pluribus adſtruit Nigronus, etſi alijs probabiliter

Gerſ. tom. 1. in ſex conſid. conſid 4.

Bernardus in hac triũphat.

Nigron. ad Reg. 1. comm. n. 7.

liter

LECTIO. lirer videatur eſſe Guilielmi Abbatis S. Theoderici. Huic coniungendus S. Petrus Damiani; item S. Bonauentura, de quo Breuiarium: *Multa ſcripſit, in quibus ſummam eruditionem cum pari pietatis ardore coniungens, lectorem docendo mouet.* Nec inferiur B. Laurentius Iuſtinianus, & deuotiſſimus noſter Ludouicus Bloſius, Thomas à Kempis, alijque complures. Addi his poſſent, qui noſtrâ ætate Aſceticos libellos de varijs argumentis ediderunt, quorum plurima iam ſeges eſt.

Breuiar. Rom. 14. Iul.

Praxis legendi veſpere materiam meditationis.

B Probatur multis vt veſperi in extrema parte cœnæ aut ad Collationem prælegatur materia meditationis poſtridie inſtituẽdę, quod ſanè vtiliter admodum fit. Quemadmodum enim qui ignem manè habere optat, ignitos carbones pridie veſperi cineribus obtegit; ita cui deſiderium eſt vt in meditatione eius exardeſcat ignis, pridie meditandi materiam in memoria recondat, vt euigilanti ſtatim occurrat. Pulchrè id admonuit S. Bernardus: *Iturus ergo ad ſomnum, defer tecum in memoria, vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quod nonnumquam etiam ſomniare iuuet, quod etiam euigilantem te excipiens in ſtatum heſternæ intentionis reſtituat. Sic tibi nox, ſicut dies illuminabitur, & nox illuminatio tua erit in delicijs. Placidè obdormies, in pace quieſces, facilè euigilabis, & ſurgens facilis, & agilis eris ad redeundum in id, vnde non totus diſceſſiſti:* Hæc Bernardus. Neque opus eſt ſyllabum hîc texere, eorum qui ſacras meditationes conſcripſere, cùm omnium paſſim manibus terantur.

Vtilis & proba. Bern. epiſt. ad fratr. de monte: &

DISQVISITIO VI.

Cur ad Collationem non legendum Heptaticum, aut Libri Regum?

POSTQVAM S. BENEDICTVS, deſignaſſet quid ad Collationem legi vellet, ſubtexuit materias, quæ huic lectioni minùs conuenirent: *Non autem heptaticum aut Regum legatur, heptaticum* verò vocat, quod S. Hieronymus *Heptateucum*, id eſt, ſeptenarium ſacrorum librorum appellauit. Hi autem libri ſunt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, (cuius veluti appendix liber Ruth) quos ſequuntur libri Regum. Vt enim Pentateuchum veteres appellarunt quinque libros Moyſis, ita iunctis ſimul libris Ioſuë, Iudicum, & Ruth Octateuchum nuncuparunt, vt Caſſiodorus; & Græci auctores quorum ſcripta leguntur εἰς τὴν ὀκτάτευχον. Verùm quoniam Hebræi, vt Hieronymus obſeruat, hiſtoriam Ruth in vnũ librum cum Iudicibus compingunt; inde factum eſt, vt Heptateuchum plerique dixerint pro Octateucho, vt Hieronymus & ipſe Pater

Quid Heptaticum. Hieron. epiſt. 7. & 28.

E

Caſſiod. diuin. inſt. c. 1.

A noſter BENEDICTVS.

Cur verò libros hos veſperi legi prohibuerit, cauſſam ſe redditurum in Prolegomenis ad libros Regum Nicolaus Serarius promiſerat, verùm in poſthumis eius commentarijs iam pridem editis nullum hac de re verbum. Sed ipſe S. BENEDICTVS cauſſam hanc reddit: *Quia infirmis intellectibus non erit vtile illâ horâ hanc ſcripturam audire.* Sed quamobrem id vtile non erit? Reſpondet Turrecremata: Quia libri legales & hiſtoriales cùm pleni ſint, & tecti multis figurarum obſcuritatibus, & plurima contineant profundiſſima myſteria, non ſunt libri ita apti ad legendum ſimplicibus Monachis, & maximè illâ horâ, in quâ habenda lectio eſt, non de varijs bellorum hiſtorijs; vnde varia dormiẽtibus poſſent generari phantaſmata: ſed quæ tota ſit ædificatoria, & plena ſimplicitate moralis doctrinę, & quæ ſanctis meditationibus præſtet fulcimentum. Hæc ille: Duplicem aſſignans cauſſam huius prohibitionis.

Cur non legatur ad Collationem. Cap. 42. Prolegom. lib. cap. 17. q. 11. *Nec expediat.*

Prima eſt, obſcuritas & difficultas intel- C ligendi recondita in hiſtorijs myſteria, ex quo capite olim Hebræi interdicebant iunioribus lectionẽ Cantici Canticorũ, Principij Geneſis, Principij ac finis Ezechielis, vt teſtis eſt Origenes & Hieronymus. Benè Baſilius: *Veteris præſertim inſtrumenti lectionem non probè intelligentes, noxam incurrunt non ſcripturæ culpâ, ſed legentis.*

Prima cauſſa. Orig. hom. 1. in Cant. Hieron. Epiſt. 103. Baſil. ad Chilon.

Secunda cauſſa eſt, quia in ijs narrantur regnorum mutationes, & euentus bellorum. Nihil autem attinet ad Monachos horum ſub noctem præſertim crebriùs meminiſſe.

Secunda.

D *Tertiam* cauſsã addit Colũbanus Vrancx, quia ijs in libris non raró occurrũt carnales hiſtoriæ, quę Religioſis cibo, potuque refectis, & iam ſomno indulgentibus, inhoneſta ſomnia, & noctium phantaſmata mouere poſſent. Cauſſam hanc non, ignorarunt Ægyptij Monachi, qui vt omnem rerum obſcœnarum memoriam iuniorum mentibus ſubducerent, etiam ipſi has tales lectiones intermittebant, quod egregiè explicat Caſſianus: *Quemadmodum,* inquit, *corpori vſus libidinis, carniſque vicinitas, ita etiam menti memoria eius eſt penitus ſubtrahẽda. Satis enim perniciofum, adhuc infirmis ægriſque pectoribus, vel tenuiſſimam recordationẽ huius paſſionis admittere, ita vt nonnumquam eis, etiam ſub recordatione ſanctarũ feminarum, vel ſub ſacræ lectionis hiſtoria, noxiæ titillationis ſtimulus excitetur. Cuius cauſsâ, Seniores noſtri huiuſcemodi lectiones ſub præſentia iuniorum ſolent conſultiſſimè præterire.* Hæc Caſſianus. Ad hunc porrò locũ S. BENEDICTVM reſpexiſſe, arbitratur Gazæus. Ob eandem hanc cauſſam S. Proſper ait, ab antiquis fuiſſe decretum, *ne qui adoleſcentium legerent Geneſeos libros, ac partem*

Tertia cauſſa. *Ægyptij coram iunioribus non legunt Heptateuchũ.* Caſſia. collat. 19. c. 16. *Etiam Patres quædam Scriptura libris abſtinere monent.* Proſp. de vit. contẽp. lib. 3. cap. 6.

Ezechie-

Digitized by Google

Ezechielis Propheta, vel Cantico Canticorum, & cetera ſalto, in quibus generationes, & actus & nomina quarumdā ſcripta ſunt mulierum. Theodoretus quoque ait, adoleſcentibus atque ętate adhuc imperfectis lectionem Cantici Cāticorum interdictam, ſolumq́; viris perfectis legēdum præberi. Similia præmonet Gregorius Nyſſenus, & grauiſſimè obteſtatur Origenes his verbis: *Ob hoc ergo moneo, & conſilium do omni, qui nondum carnis & ſanguinis moleſtijs caret, neque ob affectu naturæ materialis abſcedit, vt à lectione libelli huius, eorumq́ue, quæ in eo dicentur, penitus temperet.* De his & Elias Cretenſis ait, verum eſſe quod Apoſtolus ſcripſit: *Littera occidit, ſpiritus autem viuificat. Littera occidit,* inquit, *improbarum enim rerum in ſe ipſa exempla nonnumquam habet: ſpiritus autem viuificat, vtpote qui ſententiam in ſpeciem abſurdam & improbandam, ad diuiniorem ſpeciem transferat.*

Theodor. Præfat. in Cant.

Nyſſen. homil. 1. in Cant. Orig. hom. 1. in Cant.

Elias in orat. 1. Nazianz. num. 81. 2. Cor. 3.

Libri hiſtoriales à Collatione excluſi.

Ob ſuprà dictas autem rationes non modò heptateuchum, & libros Regum S. BENEDICTVM à Collatione excludere arbitror, ſed etiā reliquos libros hiſtoriales, Paralipomenō, Eſdrę, Tobię, Iudith, Eſther, & Machabæorum, & maximè Canticum Canticorum, licet id non nominauerit. Quinimmò apud pleroſq́ue in ordine noſtro iam vſus obtinuit, vt ad Collationem nihil de ſcriptura legatur, quod etiam in cœna multi obſeruant, cùm illa etiam à tempore ſomnum capiendi non multùm diſtet.

Alio tempore legendi.

De interdictis [illegible] his libris ita S. Pater ait: *Alijs verò horis legantur:* Ecce, inquit Turrecremata, non vetat ſimpliciter præfatos libros legales & hiſtoriales legi; ſed tantùm illâ horâ. Debet enim tunc, ait Smaragdus, *vnuſquiſq́ue diuino ædificatus ſermone, & ad Completorij officium, & ad ſuum ædificatus pergere lectum. Ceterùm alijs horis aut coram omnibus tempore ſuo in Eccleſia, aut vnuſquiſq́ue legendi doctrina, debet eos legere in ſchola.*

Smaragd. in cap. 42. Reg.

DISQVISITIO VII.

Quàm expediat vltra lectionem Collationis Spirituales fieri Conferentias, & Exhortationes?

LECTIO Collationis, de quâ hactenus egimus, à S.P.N. BENEDICTO ſubſtituta eſt in locum earum Collationum, quas olim Patres poſt veſperas inſtituebant. Cùm autem Religio virtutum omnium ſit gymnaſium atque, vt S. BENEDICTVS loquitur, *ſchola dominici ſeruitij, & officina artis ſpiritualis*, conueniens omnino eſt, vt in Benedictinis Cœnobijs ſpirituales habeantur Conferentiæ, & freqnētes de religioſa perfectione exhortationes. Quare admodùm A prudēter in reformatis Franciæ, Belgij, Lotharingiæq́; Monaſterijs pia introducta eſt cōſuetudo, vt à meridie certis temporibus Religioſi ad ſpiritualem conueniant Conferentiam, in qua de Monaſticæ vitæ exercitijs, de Conſtitutionibus, de Regula S. BENEDICTI, de paſſionum mortificatione, de virtutibus & vitijs, de Orationis ſtudio alijſq́ue ſimilibus ſpirituales tradantur lectiones. Fundamentum harum Conferentiarum (ita enim appellamus, vt à lectione Collationis meliùs diſtinguantur) quidam B ex illis Regulæ verbis erui putat, quibus Legiſlator noſter ait. *Loqui & docere, Magiſtrum condecet: tacere & audire, diſcipulo conuenit. Et ideò, ſi qua requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate, & ſubiectione reuerentiæ requirantur, ne videatur plus loqui quam expedit.* His enim breuiter quædā Conferentiarū forma adumbratur: nam in ijs Magiſter, ſiue Præfectus loquendi & docendi habet officium, ad alios verò ſpectat audire, tacere, humiliter reſpondere, & modeſtè atque cum reuerentia dubia proponere, & cum opus iu- C dicauerit, interrogare. Quamuis autem hoc Regulæ textu non ſatis euidenter hæ Conferentiæ præſcribantur; mihi tamen dubium non eſt, quin S. BENEDICTI æuo, & ſequentibus etiam temporibus ex veterum cōſuetudine aliquæ ſaltem in vſu fuerint. S. enim Pachomius vtcumq́ue ſub diſputationis nomine indicauit: *Omne,* inquit, *quod in Conuentu fratrum audierint diſputatum, cogentur inter ſe vt recolant:* S. Fructuoſus *Collectam* vocat, atque ita decernit: *Ter per omnem hebdomadam Collecta facienda eſt & Re-* D *gula Patrum legenda, diſſerendum vel à ſeniore, & caſtigatio, ac ſermo ædificationis præferenda:* Theodorus Studita moriturus ita Præpoſitum admonet: *Obſeruabis prorſus, vt Catecheſim ter qualibet hebdomadā facias veſperi, vel per temetipſum, vel alium quempiam è filijs: quoniam à Patribus traditum eſt, & ſalutare.* Sed & Iſidorus Hiſpalenſis præter quotidianas poſt veſpertinam ſynaxim Collationes, de aliâ, vt ita dicam, Conferentiâ ſic ait: *Ad audiendum in Collatione Patrem tribus in hebdomada vicibus fratres poſt celebrationem tertiæ,* E *dato ſigno ad Collectam conueniant: audiant docentem ſeniorem, inſtruentem cunctos ſalutaribus præceptis.*

LECTIO.

Earum forma in Regula adumbratur.

Cap. 6. Reg.

Licet obſcurè.

Quid alij de ijſdem cenſuerint.

Num. 80.

Fructuoſ. in Reg. c. 10.

Theodor. Stud. apud Baron. ann. 826.

Iſid. Reg. cap. 7.

Et iam pridem vſus obtinuit, familiares ac breuiores exhortationes, Collationis nomine appellare: atque ita crediderim S. Odonem libros ſuos *Collationum* nomine inſcripſiſſe. Et S. Bernardus ſcribit de Cluniacenſibus: *Ipſorum me commendaui orationibus, interfui Collationibus; ſæpe & de ſcripturis, & de ſalute animorū habui ſermonē cum multis, & publicè in Capitulis, & priuatim in cameris.* Noſtri porrò Burſfeldenſes de regulari lectione agentes, aiunt, illam communiter

Vocata Collationes.

Bernard. apolog. ad Guiliel. Abbat.

Burſfeld. in Cærim. diſt. 3. c. 3.

Neceſſaria in Cœnobijs ſpirituales Conferentiæ.

licti

LECTIO. fieri in clauſtro, aut loco Capitulari: *Vbi etiam poſt lectionem, ſi vacet, Prior Collationem habeat cum fratribus, pro eorum ædificatione.*

Earum frequens, & vſus hodie.

Hoc medio *Collationum* plurimum Nouitios ad perfectionem promouiſſe Iordanum ſecundum Generalem Ordinis Prædicatorum, ſcribit Ferdinandus à Caſtello. Vſurpantur & hæ Collationes noſtrâ ætate in Ordine Clericorum Regularium S. Pauli quorum hæc eſt conſtitutio: *Retineat vnuſquiſque Præpoſitus in collegio ſuo illud Collationum inſtitutum, quod à veteribus Patribus cum vocabulo acceptum, maiores noſtri ſanctè obſeruarunt:* Vſitata & in Societate Ieſu, ex quâ Crombecius, & Nigronus earundem formam præſcribunt. Carolus verò Scribanus decimo quinto die habendas dicit, & plura in hanc rem notat vtilia, dum Religioſum Superiorem inſtruit. Nos verò antiquiora & noſtra magis ſectantes, hæc de forma Conferentiarum ſubijcimus.

Ferdinand. Caſtel. part. 1. hiſt. lib. 2. cap. 1.
Cleric. Regul. S. Pauli lib. 2. conſt. c. 10.
Comb. lib. 2. de ſtud. perfect. c. 32.
Nigron. tract. aſcet. 5 cap. 1.
Scrib. Sup. relig. lib. 2. cap 14.
Conferentiarum forma illuſtrata.

I. Quoad materiam. Iſid. Reg. cap. 7.

PRIMÒ, Iſidorus materiam præſcribit: *Ipſa*, inquit, *Collatio erit, vel pro corrigendis vitijs, inſtruendiſque moribus, vel pro reliquis cauſis ad vtilitatem Cœnobij pertinentibus. Quod ſi talia deſunt, pro conſuetudine tamen diſciplinæ, nequaquam erit omittenda Collatio, ſed in præfinitis diebus, cunctis pariter congregatis, præcepta Patrum regularia recenſenda ſunt.* Paulò pòſt ſubdit: *Sedentes autem omnes in Collatione tacebunt, niſi fortè quam auctoritas Patris præceperit, vt loquatur.*

II. Quoad modum. Burſf. diſt. 3. cap. 11.

SECVNDÒ, Congregationis Burſfeldenſis Patres optimam Conferentiarum formam præſcribunt: *Poterit*, inquiunt, *Abbas, vel Prior dum* ſibi viſum fuerit totum conuocare Conuentum, & omnibus congregatis, præmiſſo* BENEDICITE, *interrogare ſigillatim ſingulos, aut aliquos eorum quos voluerit, de cantatis ſeu recitatis in opere Dei in genere, & in ſpecie, de lectione menſali, vel Collationali, de ſermone ſi habitus ſit, de ſtudio ſuo aut ſimilibus breuiter aliquid dicere. Hoc autem quiſque interrogatus de ſtomacho cordis ſui eructet, de quo magis fuerit ſatiatus, ſeu palatus eius interior magis delectatus, & liberè iuxta capacitatem ſuam quiſque loquatur abſque formidine, nec alter alterius ſimplicitatem vel ignorantiam ſpernat vel derideat. Nemo ibi inſoleſcat, ſed loquente vno, ceteri ſilendo auſcultent, & Priore incipiente loqui, omnes intendant, qui & puſillanimes animare, & quod minus dicere potuerint, ipſe ſupplere eoſque qui ſcioli ſibi videntur, ne de ſua ſcientia extollantur, prudenter & ſollicitè reprimere debet. Nemo enim illic duriùs obiurgandus vel corripiendus eſt, niſi pro arrogantia, irriſione vel cōtemptu, ſeu qualibet inſolētia notabili. Solatioſam & iocundam conuenit eſſe huiuſmodi Collationem, & ab omni diſſolutione alienam: qualia Patres dum conuenirent in eremo habuiſſe inter ſe leguntur colloquia. Quibus etiam verba ſanctiſſimi Patris* BENEDICTI (*qui-*

* Interrogatus, ſiue ſuo reſpondeat.

Sit iocunda Collatio.

A *bus loquendi licentiam ad ædificationem dumtaxat reſtringit eloquia) conſonare videntur.* hactenus illi piè ſanè & prudenter: quibus duplex monitum Neſterotis Abbatis apud Caſſianum adiecerim. Prius eſt; *Nihil*, inquit, *in Collatione ſeniorum proferre audeas, niſi quod interrogare te aut ignoratio nocitura, aut ratio neceſſaria cognitionis impulerit, vt quidam vanæ gloriæ amore diſtenti, pro oſtentatione doctrinæ ea, quæ optimè norunt, interrogare ſe ſimulant.* Poſterius eſt, quod hiſce verbis ibidem legitur: *Illud omni obſeruantiâ cuſtodire* B *te conuenit, vt etiam ſi ea, quæ optimè noſti, fortè audieris in collatione proferri, non ex hoc quod tibi iam nota ſint, aſpernanter faſtidioſeque ſuſcipias, ſed ea cordi tuo illâ auiditate commendes, quâ debent deſiderabilia ſalutis verba, vel auribus noſtris indeſinenter infundi, vel de noſtro iugiter ore proferri.* Hactenus ille. Quæ quidem ſuffecerint ad Conferentiarum methodum intelligendam, cetera enim ipſe Præfectus atque vſus docebit.

Caſſia. collat. 14. c. 9.
Qui ſe gerant hic doctiores.

Iam verò vt de vtilitate Conferentiarum pauca adijciamus, certum eſt collatio- C ne mutuâ illuſtrari intellectum, moueri affectum, fieri conferentes ſenſim habiles ad ſpiritualia colloquia domi vel foris cum externis ferenda, magnam rerum ſpiritualium acquiri notitiam, & non mediocrem meditandi facilitatem: *Proderunt*, inquiunt Burſfeldenſes, *huiuſmodi colloquia, ſi cum diſcretione agantur cum fratribus; qui dum de interrogatione Prioris in[illegible] ſunt ſuſpecti, circa orationis & lection[illegible] [illegible]tionem coguntur quotidie eſſe ſolliciti: & ita paſſim aſſuefactione continuâ, diſcet tenera infantia ſugere mel de petra,* D *oleumque de ſaxo duriſſimo; & ita ſpiritualibus delicijs oblectari, vt carnalium & omnium terrenorum obliuiſcatur, quod præcipuum eſſe debet ſtudium Religioſorum.* Monet denique Caſſianus: *Nullus ſibi, quamuis ſcientiâ præditus, inani tumore perſuadeat, quod poſſit Collatione alterius non egere.* Sic ille.

Conferentiarum vtilitas.

Caſſia. collat. 16. c. 12.

Coronidis loco ſubijcio, non Conferentias modò, ſed & *Exhortationes*, ſiue Homilias & Conciones magis ſolemnes noſtris olim in vſu fuiſſe, exemplo veterum, quibus id non infrequens erat. Hinc enim E habemus homilias Baſilij, Macarij, Cæſarij, Eucherij, Parænesés Ephræm, doctrinas Dorothei, Catecheſes Theodori Studitæ, ſermones Bernardi, Petri Damiani. In ordine porrò Ciſtertienſi iam inde à principio conſuetudo hæc viguit habendi in Capitulo ſermonem ad fratres, vnde liber vſuum determinat dies quibus hæ Cōciones habendæ. Quos imitati ſunt vt in alijs plurimis Carthuſiani, qui pauciores dies aſſignant, ſed hanc adijciūt clauſulam: *Per præmiſſa tamen non reſtringitur facultas aliàs faciendi ſermonem, cum licentia tamen Præſidentis.* Quod idem & apud Ciſtertienſes, aliaſque noſtri

De Exhortationibus.
Quam antiqua.
Certis diebus in Capitulo habita.
Lib. Vſuū Ord. Ciſt. cap. 67.
Carthuſ. ſtatut. antiq. part. 1. cap. 3. §. 2.

Digitized by Google

noſtri Ordinis Congregationes locum habere nemini dubium eſt, nam & Bernardus teſtatur, ſe ea quæ de gradibus humilitatis ſcripſit, priùs coram fratribus locutum; & ſatis apparet, ſermones in Cantica, in Conuentu fratrum dictos: Quin & ipſe quodam loco ait: *Sæpius loquor etiam præter conſuetudinem Ordinis noſtri, ſcio enim quis dixerit: Si quid ſupererogaueris, cùm rediero reddam tibi:* Et verò ipſa Regula inſinuat Abbatem aliquando ſuos exhortari debere, quem duplici doctrina Legiſlator noſter ſuis præeſſe vult diſcipulis, aitque *Oportere eum eſſe doctum lege diuinâ, ut ſciat vnde proferat noua & vetera.* Ex quo capite laudabiliter faciunt Superiores, qui verba ſalutis ſæpiùs ſuis proponunt fratribus. Vnde in Decretali *Cùm ad monaſterium* expreſsè dicitur ad Abbatem & Priorem pertinere, doctrinæ verbo fratres inſtruere. Quare etiam Clemens VIII. nihil ad monaſticam perfectionem vtilius duxit frequenti exhortatione. In reformatione enim Cæleſtinorum Monachorum, hebdomadis ſingulis præſcripſit ſermonem de religioſa diſciplina regularique obſeruantia. Quare & alijs quibuſcumq; congregationibus idem ſtudium exhortandi meritò debet eſſe commendatiſſimum.

Bernard. ſerm 1. de ſeptuageſ. Luc. 10.

Cap. 2. *Superiores ſubditos docere & exhortari debent.*

Cap 64.

LECTIO.

Clem 8. de reformat. Cæleſt. nu. 41.

S I T

NOMEN DOMINI

BENEDICTVM

EX HOC

NVNC, ET VSQVE IN

SÆCVLVM.

MONA-

MONASTICARVM
DISQVISITIONVM
LIBER DECIMVS:
REFECTORIVM,
SIVE
DE CIBIS, ET IEIVNIIS.

Omnes Monachi in vno reficiantur REFECTORIO, de eodem pane & potu ac vnâ coquinâ. *Gregor. IX. & Nicolaus IV. in Bulla ad Cluniacenſes.*

ARGVMENTVM.

Cibus poſt laborem ſapit.

DVLCIS poſt Laborem cibus, nec quidquam eſurienti operario feceris gratius, quàm vt menſæ adhibeas, quo defectas corporis vires congruo alimento inſtauret, & reficiat. Ab officinâ itaque Laboris, quo Lectorem meum Monaſtica hactenus luſtrantem loca deducam, niſi in domum

De nomine Refectorij.

cõuiuij, Monaſtica phraſi REFECTORIVM iam inde ab aliquot ſæculis appellatam? Quo nomine etſi S. BENEDICTVS in Regula vſus non fuerit, æuo tamen eius viguiſſe vix dubito. Magnus enim

Greg. lib. 2. Dial. c. 22.

Gregorius S. Patri hæc verba tribuit: *Oſtendo vobis in quo loco Oratorium, in quo* REFECTORIVM *fratrum, in quo ſuſceptionem hoſpitium ædificare debeatis.* Quemadmodum autẽ cœnationem dicimus locum

Ciacon. de Triclin. Rom.

cœnæ, & Oratorium ab oratione, ſic à refectione duci poſſit *Refectorium*, inquit Ciaconius. Familiariſſimum autem noſtro Patriar-

Refectio pro cibi ſumptione.

chæ *refectionem* pro cibi ſumptione vſurpare, vt his locis: *Refectio-*

Cap. 24.

nem cibi poſt fratrum refectionem, accipiat., *vt ſi fratres reficiunt ſextâ ho-*

Cap. 25.

râ, &c. Cibi refectionem ſolus percipiat. Item: *Septimanarij ante vnam ho-*

Cap. 35.

ram refectionis, accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos biberes & panem, vt horâ refectionis, &c. Quid, quod apud Marcum *Refectio* ipſum

ipſum veſcendi deſignet locum, ſiue noſtrum Refectorium? Nam quod ibi Dominus dici iubet: *Vbi eſt Refectio mea, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem?* Græcus habet: πȣ͂ ἐςι τὸ καλάλυμα; Quæ eadem vox eſt, apud Lucam, vbi vulgatus interpres vertit, *Diuerſorium.* Franciſcus Lucas ait *Refectionem* hîc ſumi pro loco, in quo cibo potuq́ue vires corporis reficiuntur. Vnde, *Vbi eſt refectio mea,* id eſt, aſſigna, ac præbe mihi *Refectorium* (vt ſic loquar cum ſanctis Monachis.) Ita ille. *Refectorij* nomine [a] Iſidorus Hiſpalenſis, [b] Fructuoſus, Canones Aquiſgranenſes, Smaragdus, Dunſtanus, alijq́ue veteres vſi ſunt. Quo magis libuit & hoc titulo hunc inſignire Librum, quàm vel Triclinij vel Cœnaculi. Licet enim hæc Latinis magis vſitata; illud tamen ſæculorum aliquot conſenſione & ſuffragio ius in Religioſa republica obtinuit.

REFECTORIVM. Marc. 14. *Et ipſo veſcenai loco.* [a] In Reg. cap 4. [b] In Reg. cap. 14.

Hoc igitur ingreſſi Refectorium, Tractatibus octo conſiderabimus. *Primò,* Refectionem præcedentia. *Secundò,* Lectionem menſæ. *Tertiò,* Panem & Pulmentaria. *Quartò,* Potum. *Quintò* Abſtinentiam à carnibus. *Sextò,* Refectionem ſubſequentia. *Septimò,* Monaſtica Ieiunia. *Octauò,* Obſeruantiam Quadrageſimæ.

Tractatus huius Libri.

TRACTATVS I.

DE IIS QVÆ REFECTIONEM PRÆCEDVNT.

MONASTICAM *inuitati ad menſam, antequam accumbamus, præambuli loco conſiderabimus indictam nobis reficiendi horam ciborum coquos & miniſtros, benedictionem menſæ, legeſq́ue in ea ſeruandas. Erunt proinde diſquiſitiones ſeptem* Prima quærit, *Quibus horis ex mente* S. BENEDICTI *reficiendum?* Secunda, *Quibus horis hoc ſæculo Benedictinis reficiendum?* Tertia, *Cur vetet* S. BENEDICTVS *ad lucernam refici?* Quarta, *A quibus Religioſorum Cibi coquendi & adminiſtrandi?* Quinta, *Quo ſpiritu fraterna obſequia impendenda?* Sexta, *Quantâ diligentiâ Menſæ benedictio, & gratiarum actio perſoluenda?* Septima, *Quænam in menſa obſeruanda?*

DISQVISITIO I.

Quibus horis ex mente S. BENEDICTI *reficiendum?*

Sitne ſemper eadem horâ comedendum. Hipp. Aphoriſ. 5. l. 2.

ETSI quibuſdā videatur non eſſe certam & inuariabilem refectionis horam definiendam, quod Hippocrates ad inſolita faciendam eſſe mutationem iubeat; quem explicans Galenus, exactam conſuetudinem quam Græci μονοσιτίαν vocant, parum eſſe tutam ſcribit, quòd omnium hominum vita inopinatis, incertiſque rerum caſibus ſit ſubiecta: id tamen hone-

Galen. in Commentar.

REFEC. TORIVM.

Conuenit ſtatas ſeruare horas.

honeſtati, ipſiſque valetudini parum cōſentaneum videtur. Honeſtas enim ſuadet, vt ſicut in alijs actionibus munijſque obeundis, ſic in cibi ſumptione certum diei tempus eligamus. Valetudo autem non permittit, nos incertam, inordinatam, & tumultuariam viuendi rationē ſequi. Aſſueta quippe & ordinata inſuetis & inordinatis minùs moleſta ſunt, cùm ordo ſit naturæ opus. Apud Monachos temporis huius non infima cura; quod ſtatum priſcis erat. Baſilius: *Cibi ſumendi hora ſit vnica & conſtituta, eademque ſemper per ambitum reuertens.* S. P. N. BENEDICTVS triplicem facit reficiendi horam Sextam nimirùm, Nonam, & veſpertinam: de quibus ipſum audiamus: *A ſancta Paſcha vſque ad Pentecoſten, ad Sextam reficiant fratres, & ad ſeram cœnent. A Pēteceſte autem tatâ æſtate, Quartâ & Sextâ feriâ ieiunent, vſque ad Nonam; reliquis verò diebus ad Sextam prandeant. Ab Idibus autem Septembris, vſque ad caput Quadrageſimæ, ad Nonam ſemper reficiant fratres. In Quadrageſima verò vſque ad Paſcha, ad veſperam reficiant.* Antiquorum hæc Monachorum, & veteris Eccleſiæ conſuetudinibus valdè ſunt conformia, prout de ſingulis videbimus.

Baſil. epiſt. 1.

Triplex reficiendi hora ex S. Benedicto.

Cap. 41.

I.

Ad ſextam in æſtate.

Coll. 21. c. 23.

Lib. 10. c. 2.

Et PRIMÒ quidem, de refectione ad ſextam ſcribit Caſſianus, *Tēpore Paſchali cibum, qui horâ diei nonâ fuerat capiendus, paulò citius, id eſt, ſextâ horâ pro feſtiuitatis tempore capi.* Idemque alibi ait, *acedia ſpiritum maximè circa horam ſextam Monachum inquietare.* Sextam hanc horam eſſe comedendi tempus extra ieiunia, pluribus Patrum teſtimonijs comprobat Marcellus Francolinus, qui etiam ex ſacris litteris eam prandendi horam olim fuiſſe adſtruit. Quàm conuenienter autem ſexta diei hora prandio deſtinata ſit, optimè declarat Angelicus Doctor: *Eſt*, inquit, *debita & communis conſuetudo comedendi hominibus circa horam ſextam, tum quia iam videtur completa eſſe digeſtio nocturno tempore, naturali calore interiùs reuocata propter frigus noctis circumſtans, & diffuſia humoris per membra, cooperante ad hoc calore diei vſque ad ſummum ſolis aſcenſum. Tum etiam quia tunc præcipuè natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorem aeris calorem, ne humores interiùs adurantur.*

Francol. l. de temp. hor. canon. cap. 31.

Quàm cōueniens.

S. Thom 2. 2. qu. 147. art. 7.

II.

Diebus ieiunij ad Nonam.

Hieron. epiſt. 22.

Athanaſ. lib. de Virginit.

SECVNDÒ, Ad Nonā refici ſolere priſcos Monachos diebus ieiunij, auctor eſt Hieronymus, dicens apud eos ieiuniū totius anni æquale eſſe, quotidieque ad horam nonam ad mēſas accedere. Idem ſupra docuit Caſſianus, & S. Athanaſius: *Ieiuna totum annum, etiamſi nulla cogat neceſſitas. Hora Nona diei cùm iam in hymnis & precibus perſeueraueris, ſume panes tuas cum oleribus conſperſis oleo: omnia pura quæcumque carent anima.* Et Epiphanius: *Quarta*, inquit, *& pro ſabbato, ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam.* Eandem olim fuiſſe horam reſignandi ieiunium, euidenter conſtat ex Prudentio:

Lib. 3. contra hæreſ.

Quæ apud veteres obſeruata.

Prudent. hymn. 10. periſteph.

Quoſdam de populo videt ſacerdos
Libandum ſibi poculum ferentes;
Ieiunamus, ait, recuſa potum.
Nondum Nona *diem reſignat hora.*

Erat eadem illa hora Nona olim Romanis hora cœnæ, vt teſtatur Lipſius, quod ex illo Martialis probat:

Lipſ. antiq. lect. lib. 3. cap. 2.

Imperat exſtructos frangere Nona *thoros.*

Cur autem ad nonam vſque protendatur ieiunium, hanc cauſſam reddit S. Thomas: *Vt ieiunans aliquam afflictionem ſentiat pro culpa ſatisfactione, conueniens hora comedendi taxatur ieiunantibus circa horam Nonam. Conuenit etiam iſta hora myſterio paſſionis Chriſti, quæ completa fuit hora nona, quando inclinata capite tradidit ſpiritum. Ieiunantes enim dum ſuam carnem affligunt, paſſioni Chriſti conformantur, ſecundùm illud: Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.*

S. Thom. vbi ſuprà.

Galat. 5.

III.

In Quadrageſima vſque ad veſperum ieiunandum.

TERTIÒ. In Quadrageſima vſque ad veſperum producēdum ieiunium ex antiquorum imitatione, S. BENEDICTVS ſtatuit. Iudæi enim in lege veteri vſque ad ſolis occaſum ſemper ieiunabant. *Ieiunauerunt die illa vſque ad veſperam.* Item: *Planxerunt & fleuerunt, & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius.* Et: *Iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panē, vel aliud quidpiam.* In noua verò lege multi ſancti vſque ad veſperam quotidie ieiunarunt: vt diſcipuli S. Marci, S. Antonius Abbas, S. Hilarion, S. Patroclus Martyr, alijque plurimi. Notū eſt illud Abbatis Peſei dictum: *Nunquam me ſol vidit reficientem.* De ſancto Nicolao item dicitur, quod cum infans reliquos dies lac nutricis frequens ſugeret, *quartâ & ſextâ feriâ ſemel dumtaxat, idque veſperi ſugebat, quam ieiunij conſuetudinem in reliqua vita ſemper tenuit.*

Iudic. 20.

2. Reg. 1.

Ibid. 3.

Caſſian lib. 5. cap. 27.

Breuiar. Rom.

De Quadrageſimali verò ieiunio illud conſtat, vniuerſalem fuiſſe Eccleſiæ cōſuetudinē ieiunandi vſque ad veſperam. Chryſoſtomus: *Nullus noſtrum ieiunat quadraginta dies, nam quadraginta interuallis reficimur ſicut viatores ad veſperam in diuerſoria manentes, & iterū incipientes.* Ambroſius: *Quamuis veſpere ad domum redeas, quamuis declinante iam ſole manduces, potes videri tardiùs te refeciſſe.* Et S. Auguſtinus: *Ante omnia*, inquit, *in diebus ieiuniorum quod ſolebamus prandere, pauperibus erogemus, ne fortè aliquis ſibi ſumptuoſas cœnas & exquiſitis ſaporibus epulas ſtudeat præparare, & corpori ſuo magis commutaſſe, quam ſubſtraxiſſe ciborum abundantiam videatur. Nihil prodeſt totâ die longum duxiſſe ieiunium, ſi poſteà ciborum ſuauitate vel nimietate obruatur.*

Ex antiquo Eccleſiæ more.

Chryſoſt. ſerm. 1. de ieiunio.

Ambroſ. ſerm. 33.

Auguſt. ſerm. 57. de temp.

Perſeuerauit autem hæc conſuetudo vſque ad tempora S. Bernardi, cuius illa verba: *Hactenus vſque ad nonam ieiunamus ſoli,*

Quamdiu viguerit.

Serm. 3. de quadrag.

nunc

nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum vniuerſi Reges & principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & pauper. Exſtat autem de hâc re Canon Concilij Cabilonenſis à Gratiano citatus, qui ita

De conſecrat. diſt. 1. cap. Solent.

habet: *Solent plures qui ſe ieiunare putant in Quadrageſima, mox vt audierint ſignum ad horam nonam manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi ſunt, ſi ante manducauerint quàm veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad miſſam, & auditis miſſarum ſolemnijs, & veſpertinis officijs, largitis eleemoſynis, ad cibos accedendum eſt. Si verò aliquis ita neceſſitate conſtrictus fuerit, vt ad miſſam venire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completâ oratione ſuâ ieiunium ſoluat.*

S. Benedictus in his non eſt reſtrictior.

S. igitur BENEDICTVS nihil vltra communem omnibus fidelibus diſtrictionem ſuis præſcripſiſſe credendus eſt, & quas hîc præſcripſit refectionis horas, paſſim obſeruaſſe videntur Chriſtiani tẽpore Petri Bleſenſis, circa annum videlicet Domini 1160. ita enim loquitur: *Cùm non ieiunamus, poſt Miſſarum officia & ſextam refici conſueuimus. Temporibus verò ieiuniorum poſt ſextam differtur Miſſæ officium, vt vſque poſt nonam protrahatur abſtinentia ciborum. In Quadrageſima verò etiam vſque poſt nonam differtur miſſale officium, vt etiam vſque poſt veſperas refectio differatur.*

Bleſ. ſerm. 11.

DISQVISITIO II.

Quibus horis hoc ſæculo Benedictinis reficiendum?

Veteres magis abſtemij, quàm nos hodie.

VIDIMVS hactenus legem moremque cibum ſumendi tempore S. BENEDICTI, reliquum eſt, vt quæ hoc tempore ſtatæ ſint reficiendi horæ, diſpiciamus. Multum quippe à priſca illa obſeruantia detractum eſt. Antiquitus enim, vt Francolinus ait, cùm homines eſſent ſobrietati, & ieiunijs magis aſſueti longè tardiùs ad cibum ſumendum accedebant, quàm nunc nos facimus. Illi enim vel ſemel tantùm in die ad horam nonam, aut etiam ad ſolis occaſum comedebãt, vel cértè vſque ad ſextam ſemper ieiunabant: Nunc verò adeò ſolliciti ad comedendum ſumus, vt vix in ſolemni etiã quadrageſimalis ieiunij tempore meridiem exſpectemus, & illum quidem non plenè, & perfectè, ſed craſſo quodam modo ſufficiat attigiſſe, vt ſcilicet vel in meridie, vel circiter meridiem iuxta Doctorum recentium interpretationem prandeamus. Reliquis verò temporibus extra ieiunia, tantâ vtimur præuentione horarum in comedendo, vt nunquam ferè vltra tertiam prandium differatur.

Francol. de temp. hor. Canon. c. 11.

Tertia non eſt ordinaria prandij hora.

Quamuis autem Canoniſtæ probare cõtendant ſtatutam prandendi horam eſſe tertiam (vt Archidiaconus, & Ioannes de Turrecrematâ, alijque fecerunt) eos tamen ad ſui æui conſuetudinem reſpexiſſe, idem Francolinus ait, nec Canonum auctoritate probari poſſe tertiã fuiſſe olim ordinariam horam prandij: vnde etiam reputat quandam eſſe noſtri temporis calamitatem vel abuſum, quod veſperæ in Quadrageſima celebrentur manè, cùm vltimâ diei parte dici deberent. Petrus quoque de Palude, & ipſum ſecutus S. Antoninus, affirmant in Quadrageſima non licere comedere, niſi conſtet tranſiuiſſe horam nonam, & recitatum fuiſſe veſpertinum officium.

REFECTORIVM. In c. Quod dicit, diſt. 41.

Palude in 4. ſent. diſt. 15. q. 4. art. 4 concl. 7. Antonin. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. vlt.

Verùm vt ad reficiendi horam, quæ nũc in Monaſterijs obſeruatur, veniamus, annotant Caſſinenſes, Quadrageſimæ tempore ita moderanda diuina officia: *vt hora nona, quæ eſt in meridie, cõpleta ſint & perſoluta; poſteà reficiant fratres.* Reliquorum verò temporum diſpoſitionem arbitrio permittũt Abbatis. Communiter autem id ferè obſeruari videmus, vt in diebus illis quibus cœnare licet, prandium fiat hora decima, vel paulò pòſt; cœna verò horâ quintâ veſpertinâ, aut ad medium ſextæ. In Ieiunijs regularibus horâ vndecimâ detur refectio. In Quadrageſima verò & ieiunijs Eccleſiaſticis, horâ duodecimâ, iuxta horologia, quæ extra Italiam ſunt, quod iuxta modum loquendi S. BENEDICTI eſſet horâ quartâ, quintâ & ſextâ.

Caſſin. ad cap. 41.

Hodie noſtrâ decimâ, vel vndecima prãdemus.

Id verò adeò recens nõ eſt, vt magnopere hinc noſtri notandi ſint, ſi communem Eccleſiæ conſuetudinem, quæ iam vbique inualuit, hac in parte ſequantur. Fuit enim idem obſeruatum etiam ante tempora S. Thomæ (qui tamen horam ſextam ait eſſe tempus communiter ſumendi cibum) nam Alexander de Ales hæc ſcribit: *Conſuetudo noſtra, ſcilicet Chriſtianorũ Latinorum eſt, quando bis in die comedimus, comedere horâ tertiâ, & veſperâ; ita quòd comeſtio hora tertia prandium nuncupatur, comeſtio verò veſpertina nuncupatur cœna. In ieiunio verò ſimul eſt vtrumq; & prandium & cœna, & ideò debuit Eccleſia tenere medium, vt tempore ieiunij reficeremur tempore medio. Et quia magis tenet rationem cœna illa refectio, magis debuit accedere hora refectionis ad veſperam, quàm ad tertiam horam: & ideò hora nona magis congruit.* Sed & Hugo de S. Victore qui 150. ferè annis S. Thomam præceſſit, ita ait: *Non ieiunantibus nec tamen infirmantibus rectam horam reficiendi intelligimus ab horâ tertiâ vſque ad ſextam. Ieiunantibus verò ab horâ nonâ vſque ad veſperã.* Ex quibus colligas, iam tum horam prãdij fuiſſe non tãtùm ſextam, ſiue noſtram duodecimam, verumetiam tertiam, quartam & quintam, id eſt, noſtro more nonam, decimam & vndecimam, ſiue tempus quod incurrit inter tertiã & ſextam. Atque hoc modo Frãcolinus,

S. Thom. in 4. diſt. 15. art. 3. q. 3. Alenſ. 4. p. quæſt. 103. memb. 1. *Nec ideò notãdi Monachi.*

Hugo in Reg. S Auguſt. cap. 3. in fin.

REFECTORIVM. Alexandrum de Ales cum S. Thoma conciliat, dicens, vtrumque intellexiſſe tempus medium inter tertiam & ſextam, prout expreſsè dixerat Hugo. Sed Alexandrum appellaſſe tertiam ab horâ iam perfectè & plenè completâ: S. Thomam verò appellaſſe ſextam ab horâ iam inceptâ nondum tamen tranſactâ. Itaque habebimus quartam & quintam, ſiue decimam & vndecimam noſtram eſſe prandendi tempus, præſertim ijs qui ſecundâ horâ poſt mediam noctem ſurgunt.

Veteres etiã pranſi horã quintâ. Sidon. lib. 2. epiſt. 9.

Sed enim neque veteres ſemper nonâ, aut ſextâ prandebant, verumetiam quintâ, quod ex Sidonij Apollinaris epiſtolâ colligas: *Ecce*, inquit, *ab archimagiro aduentans, qui tẽpus inſtare curandi corpora moneret. Quem quidem nuntium per ſpatia clepſydræ horarum incrementa ſeruantem, probabat competenter ingreſſum quinta digrediens. Prandebamus breuiter, copiosè, ſenatorium ad morem.* Vbi ad verba, *Quinta digrediens* Sirmondus annotat hanc noſtram eſſe vndecimam, quam etiam indicari ait à Perſio:

Quæ eſt noſtra vndecima. Perſ. Satyr. 3.

Stertimus indomitũ quod deſpumare falernum
Sufficiat, Quintâ dum linea tangitur vmbrâ.

in ſolario ſcilicet heliotropio ſcioterico, in quo eiuſmodi horæ notabantur. Quinta verò prandij hora fuit Martiali & Auſonio, vt * alibi dictum. Atque hinc decimam aut vndecimam noſtrorum prandio ſatis vindicamus.

* Lib. 7. tr. 9 diſq. 3.

DISQVISITIO III.

Cur vetet S. BENEDICTVS *ad lucernam refici?*

DE veſpertinâ refectione, quæ in quadrageſima fit, agens Legiſlator, ita ait: *In quadrageſima vſque ad Paſcha ad veſperam reficiant. Ipſa tamen veſpera ſic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficientes: ſed luce adhuc diei omnia conſumentur.* Ex hâc verò occaſione generale hoc pro toto anno decretum ſtatuit. *Sed & omni tempore ſiue cœnæ, ſiue refectionis hora ſic temperetur, vt cùm luce diei omnia fiant.* Tempus cœnæ hîc vocat (interprete Smaragdo) *quando duabus vicibus reficiunt fratres. Refectionis autem hora hic intelligitur, quando ieiunio peracto vnâ tantùm vice in veſpera reficiuntur.* Sed cur abſque lumine lucernæ veſcendum, variè à varijs traditum. Vt autem noſtram aperiamus ſententiam totum anni conſiderandum ſpatium initio ducto à Quadrageſima, & prænotandum, canonicum tempus recitandi veſperas eſſe extremam diei horam, ad horam ſcilicet vndecimam, vt diximus; vel duodecimam, iuxta alios. Proinde ſi vndecimâ fiant veſperæ, illiſque hora impendatur, ſumenda eſt refectio A horâ duodecimâ ante ſolis occaſum: itaque ſine lumine lucernæ. Quamobrem verò ita S.P. ſtatuit?

Cap. 42.

Cur S. Benedictus ſtatuat luce diei ſemper edendum.

PRIMÒ, ne Monachi videantur ieiunare Iudæorum more, qui, teſte Hieronymo, ieiunium non ſoluunt ante ſtellæ exortum. De quo & Tertullianus: *Iudaicum certè ieiunium vbique celebratur: cùm omiſſis templis per omne litus quocumque in aperto aliquando iam precem ad cœlum mittunt; & licet cultu & ornatu mœroris munus infament, tamen fidem abſtinentiæ affectant, & ſtellæ auctoritatem demorantes ſuſpirant.* B *Secundò*, ne nimis graue ſit diutiùs ieiunium extendere, maximè ijs, qui plurimas horas labori manuum, prolixæ pſalmodiæ, pijs lectionibus à ſecunda noctis hora impenderint. *Tertiò*, ne nocturnæ quieti notabilis pars ſubduceretur. Si enim circa æquinoctium, quo occurrit quadrageſima, cum lumine lucernæ reficiant; vtcumque hoc fieret, etiam primâ noctis, id eſt, noſtrâ ſeptimâ horâ; & deinde ſubijceretur lectio Collationis ad Completorium, iam vix ante C octauam liceret ſomno ſe dare: adeoque nocturnæ quieti nonniſi ſex tribuerentur horæ, cum octauâ horâ noctis, id eſt, noſtrâ ſecundâ ad vigilias ſurgendum ſit. Et hæc de Quadrageſimali tempore. Iam verò poſt Paſcha totâ æſtate maius inconueniens eſſet cœnam adeò differre, vt poſt occaſum ſolis cum lumine ſumenda eſſet. Vix enim tum tempus nocturnæ quieti concederetur, præſertim cum S. BENEDICTVS velit matutinas laudes incipiente luce recitari.

Primò, ne imitentur Iudæos ieiunantes. Tertull. lib. contra Pſychic. c. 16.

Secundò.

Tertiò.

Expediuntur nonnullæ difficultates.

Cap. 8.

Quod autem ab Idibus Septembris vſ- D que ad Paſcha ita reficiant, vt lumine lucernæ non indigeant, nullam habet difficultatem, nam cùm tum ſit vnica tantùm refectio, eaque horâ nona ſumenda, ſatis multum ſupereſt diurnæ lucis.

Sola ergo difficultas eſſe poſſet in diebus Dominicis ijſque ſolemnitatibus, quibus regulare ieiunium de more vel indulgentia relaxatur, menſibus Nouembri, Decembri, Ianuario & Februario. Nam ſi his diebus cœnandum ſit ante ſolis occaſum, E & ſine lumine candelæ, iam aliquando horâ tertiâ pomeridianâ, aut ad medium quartæ cœna inſtruenda erit, vt cum luce abſoluatur. Cum autem Sanctus BENEDICTVS prandium fieri velit horâ ſextâ (quæ correſpondet noſtræ duodecimæ) non videtur congruum ſatis interuallum relinqui inter prandium & cœnam, cùm non vltra trium horarum ſpatium illud futurum ſit: Medici autem hanc ab illo diſtare volunt, quatuor, quinque aut ſex horis, aliqui etiam pluribus, vt proba fiat aſſumpti cibi concoctio. Atque hac de cauſsâ Columbanus Vranckx & Pe-

Et propter festis & Dominicis

Quibus cœna non poteſt fieri ſine lumine candelæ.

Digitized by Google

Quidam cenſent non poſſe Regulam ſeruari.

& Petrus Walloncapellius in MSS. ſuis Commentarijs, dicunt hac in parte Regulam ſeruari non poſſe in ſeptemtrionalibus regionibus. Burſfeldenſes ſimiliter: *In noſtra regione illud conuenienter obſeruari poteſt, vt matutini ſemper incipiantur, ſeu etiam omnia compleantur luce diei, propter nimiam diei & noctis inæqualitatem.*

Burſfeld. in ordin. c. 3.

Ne quidem apud Italos.

Videri forſitan poſſet in Italiâ inconueniens hoc ceſſare, quòd citiùs illic illuceſcat, ſeriùs itidem veſperaſcat. Verùm Caſſinenſes & Camaldulenſes nõ minus quàm alij hîc conqueruntur, & hanc declarationem ſiue diſpenſationem Caſſinenſes ad hunc Regulæ locum adiecerunt: *Quia noſtris temporibus diuina officia ita aucta ſunt, & officiorum ſolemnitates, quod quando ipſa ſolemnitates occurrunt in diebus in quibus non eſt ieiunium hiemis tempore, quo dies ſunt breuiſsimi, non videmus cœnam fieri poſſe in luce, abſque manifeſtâ corporum læſione. Et ſi voluerimus diuinorum celebrationem multum tempeſtiuè expedire (cum maiori ex parte Monaſteria noſtra habeant maximum populi concurſum) eis ſcandalum gigneretur: & malum exemplum caperent de vtraque intempeſtiuâ refectione. Conſiderato etiam quòd non deuiat à iuſtitia variare quandoque antiqua, propter rerum & cauſſarum varietatem, & propter nouos Eccleſia ritus: propterea diſpenſando ordinamus, quòd ab Abbatis pendeat arbitrio temporum horum accommodatio, tam quoad officiorum ſolemnitates, quàm quoad refectionem, habitâ temporum & locorum diligenti conſideratione, nec non ſaluâ corporum valetudine.* Hæc illi. Et crediderim nuſquam ferè ad literam hunc Regulæ textum obſeruari.

Quis in hac parte diſpenſant.

Alia reſpõſio.

Quòd ſi omninò Regulam ſeruandam quis vrgeat, quia illa ſit diſcretione præcipua, & S. BENEDICTVS omnium iuſtorum ſpiritu plenus nihil incongruum ordinauerit; dicere liceret, nec ipſas fortè Dominicas, nec vlla feſta à ieiunio regulari tempore S. BENEDICTI fuiſſe exempta. Vt Regulam intellexiſſe videntur Fulienſes Patres, de quorum obſeruantia agens Ludouicus de S. Malachia, ſcribit Barrerium induxiſſe abſtinentiam *cum ieiunijs ſecundum S. BENEDICTI Regulam ita ſine intermiſſione continuatis, vt in eorum dec- ſu neque dies Dominici, nec ipſe Domini Natalis exciperentur, ac nihil prorſus veſperi, ne aquæ quidem ſtilla ſumeretur.* Siu autem, quod Dominicis prohibitum eſſet ieiunare, velimus cœnaſſe, dicendum tam modicam fuiſſe hanc cœnam, vt graue inde non formidarint incommodum.

Apud Henriq. in menol. Ciſter. 28. April.

DISQVISITIO IV.

REFECTORIVM.

A quibus Religioſorum Cibi coquendi & adminiſtrandi?

TEMPESTIVE' ad menſam accedentes, obiter etiam culinam tranſeamus, vt coquos, menſæ miniſtros, eorumque officia aliquouſque conſideremus. Vtroſque non ſæculares famulos, ſed ipſoſmet Monachos cõſtituit S. BENEDICTVS, dum vult, vt cùm coquinæ hebdomadarijs & ſeruitoribus comedat menſæ lector. *Cap. 38.*

I. *De ſeptimanarijs coquinæ.*

De ſeptimanarijs autem coquinæ, vt de illis primò agamus, ſtatuit: *Fratres ſic ſibi inuicem ſeruiant, vt nullus excuſetur à coquinæ officio, niſi aut ægritudine, aut in cauſſa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia inde maior merces acquiritur.* Vbi nota Beatum Patrem parabilem cibum, & velut obuium ſuis ſubminiſtraſſe, vt peritorum proinde non opus eſſet induſtriâ coquorum, ſed quilibet religioſus eos condire & præparare poſſet. Idem apud Pachomianos Monachos in vſu erat, vt ex Regula patet. Voluit porrò S. BENEDICTVS, vt vnuſquiſque per integram ſeptimanam in ordine vicis ſuæ hoc miniſterio fungeretur, quod priſci quoque Monachi facere conſueuerunt. *Per cunctam* (verba ſunt Caſſiani) *Meſopotamiam, Palæſtinam, & Cappadociam, ac totum Orientem ſingulis hebdomadibus viciſsim fratres ad hæc officia ſibi reddenda ſuccedunt, ita vt ſecundùm cœnobij multitudinem, miniſtrorum quoque numerus deputetur.* Meminit & huius moris B. Eſaias Abbas: *Suâ*, inquit, *ſinguli hebdomadâ in timore Dei ſic victui neceſſaria religiis parent, vt ne interim propriam animi curam abijciant.* Apud Ægyptios porrò, quibus maxima cura eſt operis, *non eſt*, inquit, Caſſianus, *hebdomadarum mutua viciſſitudo, ne ſub occaſione huius officij omnes ab operis canone impediantur, ſed vni probatiſsimo fratrum Cellarij vel coquinæ cura committitur, qui perpetuo donec vires eius vel ætas admittit, iugiter opus iſtud exerceat.* Hęc ille. Quę tamẽ non in omnibus Ægypti Monaſterijs ſeruata fuiſſe apparet. Hieronymus enim de Pachomianis ita ſcribit: *Habent per ſingula Monaſteria Patres, & diſpenſatores & hebdomadarios, ac miniſtros.* Id autem de coquinæ hebdomadarijs intelligi, ex Pachomij vitâ apparet, in quâ legitur: *Tranſiens autem Puerulus qui conſtitutus erat ad obſequium eius, qui ſeptimanam faciebat*, &c. S. Euphraſia, grauiter etiam læſa hoc obſequium complere voluit: *Viuit*, inquiebat, *Dominus meus, niſi collegero ligna, & ſeptimanam meam complenero, non aſcendam.*

Cap. 35.

Pachom. art. 15. 19. 21. 41.

Singulis hebdomadibus viciſsim ſibi ſuccedunt.

Caſſian. lib. 4. cap. 19.

B. Eſaias orat. 1.

Aliter Ægyptij.

Caſſian. lib. 4. cap. 22.

Hier. præfat. in reg. S. Pachom.

Vit. Pach. cap. 47.

Vit. S. Euphraſ. c. 22.

Sancti, qui culinæ officia obierunt.

Hoc porrò ſummæ humilitatis & charitatis officium viri ſancti magno animi ardore

REFECTORIVM.

S. Stephanus. Menard. l. 2. obſeru. 10 Mart. S. Gualterus. Ibid. 30. Maij. S. Malachias. Bernard. in vit. Malac. S. Antoninus. Prolegom. 18. §. 12.

dore amplexi ſunt. S. Stephanus Obazinæ Ordinis Ciſtertienſis Abbas, vilia quæque culinæ munia libenter obibat. S. Gualterus itidem Abbas coquinarij munere non rarò fungebatur; ſæpiùs furnum coquendis panibus parabat. De S. Malachia Bernardus ſcribit, quòd ipſe in Monaſterio Ibiacenſi, *in ordine vicis ſuæ, quamuis Epiſcopus exiſtens coquinæ miniſterio inſeruiebat, & fratribus recumbentibus miniſtrabat.* Idem fecit S. Adelbertus, Pragenſis Epiſcopus, vt alibi diximus. S. Antoninus cœnobijs & prouincijs præfectus, eò ſe humilitatis abiecit, vt culinam adiret, cacabos, ollas, ahena mundaret, verriculo accepto domum purgaret, famulis etiam ſeruiret. Quod ipſum dum Pontificem ageret, conſtat etiam feciſſe.

Memorabile de Carolomanno. Regino. l. 2. Chron. anno 746.

Sed illuſtriſſimum prorſus ac planè memorabile exemplum eſt, quod de Carolomanno, Auſtraſiæ Principe, & Francorum rege à Reginone Abbate commemoratur. Hic enim cùm relicto, contemptoque terreno regno in Caſſinenſe Cœnobium ſe recepiſſet, & S. BENEDICTI regulæ ſe ſubdidiſſet, accidit, vt iuxta quod mos eſt, ad coquinæ officiũ hebdomadarius deputaretur, quod cùm libenter quidem faceret, ſed in multis ignoranter offenderet, coquus vino exæſtuans, ei alapam dedit, dicens: *Ita te fratribus deſeruire oportet?* cui ille nil motus, placido vultu reſpondit: *Indulgeat tibi Dominus, frater, & Carolomannus*, neque enim cuiquam nomen ſuum prodiderat, ne ex vocabulo agnoſceretur.

Fuldenſes. Antiq. Fuldenſ. lib. 3. c. 12 art. 16.

Vt porrò ex hac familia non recedamus, conſtat Fuldenſes Monachos Carolo Magno, Carolomanni ex Pipino fratre nepoti ſupplicaſſe: *Vt ipſa Monaſterij miniſteria per fratres ordinentur, id eſt, piſtrinum, hortus, bratiarium, coquina, &c.* Quod autem à Carolo tam ardentibus votis flagitatum fuit, id poſteà ſub eius filio Ludouico Pio, pro vniuerſo Ordine ab Abbatibus Aquiſgrani ſtatutum fuit; his verbis: *Vt in coquina, in piſtrino, & in ceteris officinis Monachi proprijs operentur manibus.* Ita ibi.

Concil. Aquiſg. can. 4. S. Bathildis. Apud Sur. tom. 7.

Sed claudat hoc agmen S. Bathildis Franciæ Regina, quæ in fundato à ſe Calenſi monaſterio ſanctimonialis effecta, forti animo omnibus exhibebat humilitatis exemplum, *vt ipſa quoque in officio coquinæ ſecundum Regulam miniſtraret ſororibus, ipſa munditias omnes faceret, & quod maius dicam, ipſa puriſſima margarita inquinamenta ſtercorum proprijs manibus mundaret.*

S. Benedictus præmium obſequijs adiungit.

Ex quibus videas hanc Regulæ partem ſtrenuis monaſticæ vitæ zelatoribus maximè cordi fuiſſe. Nec iniuriâ; ipſe enim Legiſlator vt obſeruantiam hanc inculcaret, præmio ſuos excitare voluit, cùm ait: *quia inde maior merces & charitas acquiritur.* Merces apud Deum, qui nec calicem aquæ frigidæ irremuneratum relinquit. Charitas, cùm apud homines (apud quos *obſequium amicos*, vt inquiebat, ille, *parit*) tum apud Deum maximè augetur. Qui enim *in omnibus*, ait Smaragdus, *æquo animo ciboria præparat, ab omnibus charitatis gratias, & pro omnibus mercedem accipit ſempiternam.* Scriptum eſt enim: Quia *qui plus laborat, plus mercedis accipiet.*

Terent. Eccli. 8.

Nec quemquam ab ijs eximit.

Meritò proinde ab hoc officio nullum Beatus Pater excuſat, niſi ob ægritudinem, aut maiorem vtilitatem, cuius quidem conſtitutionis tres cauſſas adfert S. Baſilius: *Porrò quæ neceſſariò in communi conuentu tractanda miniſteria ſunt, ea mutatis in orbem vicibus circumagantur, biniquè ſingulis hebdomadis neceſſariũ omne in hoc genere munus explento, vt & humilitatis merces communis ſit, neque cuiquam facultas in rebus etiam laudabilibus ceteros ſuperandi amplior detur; & vt æqualiter à laboribus requieſcere omnes poſſint. Nam hæc laboris & requiei repetita identidem viciſſitudo laſſitudinem laborantes ſentire non ſinit.* Sic ille.

Baſil. ſerm. de inſtit. Monach.

II. Vult imbecilles ab alijs iuuari. Cap. 38.

SECVNDÒ. Vult Sanctus BENEDICTVS, *vt imbecillibus procurentur ſolatia, vt non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia, ſecundùm modum congregationis, aut poſitionem loci.* Quod exponit Smaragdus: *Secundum modum congregationis*, inquit, *ſecundum numeri modum, & quantitatem intelligitur Monachorum: Secundum multitudinem enim congregationis, & Miniſtrorum numerus, aut minor aut amplior deputetur. Aut poſitionem loci. Intelligitur ſecundum conſtructionem Monaſterij: ſi enim congruo ponatur loco, vbi ſecundum huius Regulæ capitulum omnia in clauſtro continentur neceſſaria, minus coquus aliorum indiget adiutorio. Si verò in arcto loco & anguſto vel arido ponitur ſitu, vbi nec aquam ſine labore, nec hortum habere poſſit ſine penuria, plus coquis adminiſtrari debent ſolatia.* Ita ille.

Explicantur eius verba.

Duo Septimanarij.

Crediderim verò, binos plerumque per hebdomadas huic officio deputatos, vt S. Baſilius volebat: quod & textus innuit, de hebdomadarijs in plurali ferè ſemper loquens. Et citatus ante Hieronymus præter hebdomadarios nominat & *miniſtros*, quos Roſweydus ait hebdomadarijs fuiſſe aſſignatos.

Roſvveyd. ad cap. 47. vit. S. Pachom.

III. Hebdomadarij munditias faciant. Cap. 35.

TERTIÒ. Præſcribit S. BENEDICTVS quædam ſeptimanariorum officia: *Egreſſurus ſiquidem de ſeptimanâ ſabbato munditias faciat.* Scopis (inquit S. Hildegardis) *ſordes & puluerem vbi neceſſe fuerit extergendo.* Vel vt Turrecremata, ſtudioſè mundet omnia vaſa coquinæ. *Linteamina* inſuper (vt cùm Sancto BENEDICTO pergamus) *cum quibus ſibi fratres manus aut pedes tergunt, lauet. Pedes verò tam ipſe qui egreditur, quàm ille qui intraturus eſt omnibus lauent.* Nam iuxta conſuetudinem, ait Turrecremata, ſabbato fratres lauant pedes & manus,

Pedes Confratribus lauent.

Digitized by Google

Caſſian. loc cit.

manus, & ille qui exit de officio debet lauare, qui verò intrat, detergere. Olim autem (vt apud Caſſianum videre eſt) non ſabbato, ſed dominicâ id fiebat. Benedictinum tamen morem Sancti Fructuoſi Regula confirmat: *Hebdomadarij*, inquit, *quando exeunt die ſabbati explicato veſpere, congregatis in vnum ac reſidentibus fratribus & meditantibus, manibus proprijs aquâ calidâ ſingulorum abluantur pedes: alijs lauantibus, & alijs extergentibus linteo.* Synodus Aquiſgranenſis: *Vt in quadrageſima ſicut & in alio tempore viciſſim ſibi pedes lauent, & antiphonas huic officio congruentes decantent, &, vt mandatum ſi tempus cœnæ eſt, tam fratrum quàm etiam peregrinorum poſt cœnam fiat.* Burſfeldenſes verò hoc pedilauium poſt veſperas fieri mandant.

Fructuoſ. Reg. cap. 9.

Synod. Aquiſg. can. 23. & 24.

Burſf. diſt. 3. cap. 21.

Ludouicus Galliæ rex pedilauio Benedictino mouetur.

Ceterùm ad laudem huius deuotæ humilitatis ſpectat, quod de Sancto Ludouico Franciæ Rege Guilielmus Nangius ſcribit, nam cùm in ſabbato quodam eſſet in Abbatia Cartuallis, ablutioni pedum Monachorum, quod *Mandatum* vocant, voluit intereſſe, videlicet quando ſecundum morem Ordinis poſt veſperas ſolemniter & deuotè ſibi mutuò lauant pedes, & affuit & reſpexit. Ipſe verò ex humilitate ſua pluriès voluit cappam deponere, & genibus flexis manus apponere ad pedes ſeruorum Dei humiliter abluendos. Sed quia plures magnates nō ſibi multùm familiares tunc ſibi adſtabant, de conſilio aliquorum ab hoc humilitatis officio ſuperſedit.

Leo IX. id exercet.

Quod in Rege Chriſtianiſſimo hoc pietatis ſpectaculum pænè effecit, id in Chriſti vicario Leone IX. Pontifice maximo planè perfecit. Nam cùm ſabbato quodam ingreſſus eſſet ad mandatum, pedes duodecim Monachis lauit, inquit Leo Oſtienſis, & ipſe viciſſim ab illis lotus eſt.

Leo Oſtie. lib. 2 c. 85. Chron. Caſſin.

Quod autem hebdomadatim pedum inſtituatur lotio, id præter humilitatis ſignificationem, & hanc habet vtilitatem, quod, vt ex Arnoldo de Villanoua refert Boërius, conſeruatiua ſit ſinceritatis viſûs, & auditus atque memoriæ, huius columnæ pedum ablutio, maximè ſi fomententur cum aqua moderatæ caliditatis.

Vaſa miniſtri Cellario reddunt.

Vult deinde S. BENEDICTVS, vt deceſſores *vaſa miniſterij ſui munda & ſana Cellerario reconſignent. Qui Cellerarius item intranti conſignet, vt ſciat, quid dat, aut quid recipit.* Magnâ idipſum religione olim ſeruatum Caſſianus auctor eſt: *Secunda*, inquit, *ſabbati poſt matutinos hymnos alijs rurſum ſuccedentibus vtenſilia in quibus miniſtrauerunt, ac vaſa conſignant.* Quod autem præſcribitur, vt ſeptimanarij ante vnam refectionis horam accipiant ſuper ſtatutam

Caſſ. lib. 4. c. 22.

annonam ſingulos biberes & panem, ſeorſim poſtea diſquiremus.

REFECTORIVM.

IV.

Intrantes & exeuntes ſeptimanarij benedictionem accipiunt.

QVARTÒ, Quâ religione miniſterium hoc ſuſcipiendum & complendum ſit, deinceps Sanctus Pater declarat; dicens: *Intrantes & exeuntes hebdomadarij, in oratorio mox matutinis finitis Dominicâ, omnium genibus prouoluantur, poſtulantes pro ſe orari.* Quorſum autem hoc, audi Caſſianum: *Hanc*, inquit, *à fratribus pro labore totius ſeptimanæ benedictionis mercedem expetunt, vt eos emiſſa generaliter ab omnibus oratio proſequatur; quæ vel pro ignorationibus, vel pro admiſſis humanâ fragilitate peccatis intercedat: & commendet Deo velut ſacrificium pingue, conſummata eorum deuotionis obſequia.* Hæc Caſſianus. Duplicis porrò benedictionis Fructuoſus meminit, vnam ſiquidem ſabbato poſt pedum lotionem, alteram Dominicâ poſt matutinum impendi ſcribit. Quod autem ad orationes ſuper egredientes & ingredientes ſpectat: Notandum eſt alias referri à Smaragdo, quàm quæ modò in vſu ſunt. Pro egredientibus enim hanc ponit:

Caſſian. loc. cit.

Fructuoſ. Reg. cap. 9.

Formula veteres benedictionū.

Deus qui dixiſti, venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, hos famulos tuos laborum ſuorum præmio refice ſempiterno. Per Dominum &c.

Pro ingredientibus:

Adiuua quæſo Domine, hos famulos tuos in obſequio laborantes fraterno, & ſine murmuratione illis perſeuerantiam, & proprij laboris mercedem concede perpetuam. Per Dominum, &c.

V.

Hebdomadarij comedunt poſt alios.

QVINTÒ. Quemadmodum B. Pater decreuit, vt hebdomadarij ante vnam refectionis horam aliquid ſumerent, vt ſine murmuratione & graui labore fratribus ſeruire poſſent, ita quoque voluit, vt abſoluto prandio poſt reliquos cibum acciperent. Colligitur id ex cap 38. Opportunè autem ad fabulas, quæ in ſecunda hac menſa fieri forſitan poſſent excludendas, in Aquiſgranenſi conuentu decretum eſt: *Vt ſeruitores non ad vnam menſam, ſed in proprijs locis poſt refectionem fratrum reficiantur, quibus eadem lectio quæ fratribus recitetur.* S. Pachomius de ijſdem: *Miniſtri abſque his quæ in commune fratribus præparata ſunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos ſibi audeant præparare.* Quod exponens Gazæus, mutatos cibos, inquit, id eſt, alios à communibus, vel eoſdem quidem; ſed aliqua in re mutatos, aut aliter apparatos, vel conditos. Atque idem Pachomius vetuit, ne quid prægustarent, aut delibarent culinæ hebdomadarij: *Qui pulmentaria*, inquit, *coquunt, ipſi nihil guſtantes edentibus miniſtrabunt.* Id verò non de cocis tantùm, aut culinæ miniſtris, verùm & de menſæ ſeruitoribus intelligendum eſt, atque omnino ſeruari conuenit,

Concil. Aquiſgr. nu. 18.

Quâ diſciplinâ.

Pachom in Reg. art. 15.

Nihil prægustent.

Ibid. art. 21.

REFECTORIVM

Petr. Dam. lib. 6. epiſt. 32.

nit. S. enim Petrus Damiani refert graue peccatum incurriſſe illum Monachum, qui de cibis fratrum præcerpere aliquid auſus fuerat; quaſi cum buccella introiſſet in eum ſatanas.

De menſa miniſtris.

Sed à cocis ad ſeruitores tranſeamus, qui & ipſi hebdomadatim ſibi ſuccedunt, ex veterum prorſus ritu: de quo Hieronymus: *Vnaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam: quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant.* Iſidorus Hiſpalenſis ſæculares famulos arcet: *Laici*, inquit, *miniſtri menſis Monachorum nullatenus intererunt: nec enim poterit illis menſæ communis eſſe locus quibus diuerſum eſt propoſitum* Tanti verò Magnus Baſilius pium hoc miniſteriū fecit vt ſcripſerit: *Quod nequaquam recuſare inferiores debent, quo minus interdum ſibi ab Antiſtite miniſtretur.* Cuius etiam cauſſam ſubiungit: *Nam & ſuperiorem*, inquit, *humilitatis ratio admonet, vt miniſtret: Et inferiorem, ſi miniſtrari ſibi patiatur, nequaquam facere contra officium, declarat. Hoc enim ita fieri conuenire, Domini exemplo, ac diſcipulorum eius docemur: ac Domini quidem, qui diſcipulorum ſuorum pedes lauare ipſe dedignatus non ſit: Diſcipulorum verò, qui nequaquam contra hoc auſi ſint repugnare.* Canonicis præſcribit Synodus Aquiſgranenſis: *Viciſſim in Refectorio & ceteris omnibus neceſſitatibus, ſibi fraternitatis officio fungantur.*

Hieron. epiſt. 22.

Iſidor. in Reg. cap. 9.

Quanti faciendum hoc obſequium.

Baſil. in Reg fuſior. 31.

Concil. Aquiſg. cap. 223.

DISQVISITIO V.

Quo ſpiritu fraterna obſequia impendenda?

Actiones Religioſorũ quũ fiant meritoria.

RELIGIOSORVM actiones externæ ſi interiori ſpiritu & peculiari in Deũ directione deſtituantur, naturæ limites vix egrediuntur, nec quidquam diſtant ab ijs, quas ſæculares homines, vel etiam ipſi ethnici faciunt, vnde meriti non admodum feraces ſunt, ſed remanent prorſus ſteriles ac infæcundæ. Si verò diuino quodam ſpiritu animentur, atque in Dei gloriam actu deſtinentur, vtiliſſimæ omnino ſunt. Conſilium proinde ſpiritualium Magiſtrorum eſt, vt dum manus laborat, ſpiritus oret; atque ipſa manualia opera velut meditationis argumenta conſiderentur. Optimè Gregorius: *Actionis feruor tunc rectè diſponitur cum ſic inſiſtimus operi, vt tranquillo corde eum, cui opera noſtra conſecrare nitimur, videamus.* S. Ephræm: *Siue opereris, ſiue dormias, ſiue iter facias, ſiue comedas, ſiue bibas, ſiue decumbas, caue orationem tuam intermiſeris.*

Gregor. in lib. 1. Reg. ante fin.

Ephræm ſermon. de orat.

Pach. Reg. art. 16

Monachi in opere pia meditati.

Vt autem ſalutaria hæc monita ad culinæ menſæque miniſtros referamus, S. Pachomium conſtat præſcripſiſſe, *vt qui percutit ad veſcendum, dum congregantur fratres, meditetur aliquid in percutiendo.* Idemque: *quando farinam conſpergunt aquâ & maſſam ſubigunt, de pſalmis, aut de ſcripturis aliquid meditabuntur, donec opus impleant.* Quod de alijs miniſterijs ſimiliter intelligendum. Id verò ab antiquis Monachis piè ſactitatum, dubium non eſt: refert enim Climacus, quòd ne ad menſam quidem ſedentes à ſpiritali opere ceſſauerint: *Ceterùm ſigno quodam, nutuque incognito occultè in animo orationis ſemetipſos beati illi viri admonebant. Neque verò ad menſam ſolùm reſidentes, hoc eos facere animaduerteres, verùm etiam cùm ſibi obuiarent, cùm ſimul conuenirent, id faciebant.* Vt porrò à culina non recedamus, memorabilis meditatio illius erat Coci, qui in fratribus Chriſtum; in foco, gehennæ incendia meditabatur. De quo ibidem. Ad huius, inquam, imitationem qui circa focum ex officio verſantur, illud ſibi proponere poſſunt: *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* Rogare item Deum, qui *ignis conſumens eſt*, vt excoquat ad purum ſcoriam animæ pœnitentis. Alias rogare licebit, vt ignem ſui amoris accendat Deus in cordibus noſtris. Hic eſt enim ille ignis, quem Chriſtus venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi.

Idem art. 65.

Climac. grad. 4.

In menſa etiam.

Quid cocis faciendum.

Iſaiæ 33.

Hebr. 12.

Luc. 12.

Conſiderationes pro miniſtris menſæ.

I. cogitent ſe Chriſto ſeruire.

Venio ad menſæ miniſtros, quibus has ſuggero conſiderationes. *Primò*, cōſiderent ſe non tam fratribus ſuis, quàm ipſi Chriſto in eorum perſonis ſeruire, ipſe enim dixit: *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et S. BENEDICTVS de infirmis loquens, monet, *Vt ſicut reuera Chriſto, ita eis ſeruiatur.* Diligens in hac exercitatione fuit ſanctiſſima Catharina Senenſis, quæ à Spiritu ſancto edocta, dum menſæ inſeruiret, imaginabatur Patrem ſuum repræſentare Chriſtum Ieſum: Matrem ſuam, ſanctiſſimam Dei genitricem: ceteros de familia, Apoſtolos & diſcipulos Saluatoris.

Matth. 25.

Cap. 36.

Raimond. in vit. 29. April.

Secundò.

Secundò, conſiderent ſe ad Angelicam dignitatem hoc pacto velut aſſumi. Eſurienti enim Chriſto in deſerto venerũt Angeli & miniſtrauerunt ei, cuius vt iam diximus, perſonam ipſi Religioſi referunt.

Matth. 4.

Tertiò.

Tertiò, ipſa Regina Angelorum & Dei Mater, etiam prægnans abijt cum feſtinatione in montana, vt ſeruiret Eliſabeth cognatæ ſuæ, multò tamen ſe inferiori, *& manſit cum illa* (vt Lucas ait) *quaſi menſibus tribus.*

Luc. 1.

Quartò. Exemplum Chriſti, qui ſe ad vilia demiſit.

Quartò, Expendendum maximè exemplum Chriſti, qui cùm Deus eſſet, ac proinde nulli ſeruire poſſet *humiliauit ſemetipſum, formam ſerui accipiens*, vt in ea nobis ſeruiret. Totum enim incarnati verbi myſterium quid aliud fuit, quàm humanæ naturæ ſalutare miniſterium? vnde apud Prophetam ait: *Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti*

Philipp. 2.

Iſai 43. 24.

mihi

Digitized by Google

mihi laborem in iniquitatibus tuis. Sed & ipſe Dominus diſcipulis ſuis corporale miniſterium exhibuit, cùm pedes ipſorum humilitatis magiſter lauit. Atque hanc humilitatem vt ab ipſo diſceremus, nos docuit;

Math 20

filius enim hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Quod expendens Baſilius, ait,

Baſil. conſtit. Monaſt. c. 24.

magnum homini eſſe, ſi Dei imitator exiſtat, cùm per hæc, quæ humilia ſunt, ad altitudinem illam quod illum eſt imitatus, aſcendat; quanquam quis iam humile auſit quidpiam appellare, quod Deus ipſe attingere non recuſauit? Quinimò

Quomodo, in cælo ſeruis ſuis miniſtrabit.

hoc obſequio ita delectari videtur Rex B ille regum, vt idē fidelibus ſeruis ſuis, quos vigilantes inuenerit, in altera vita impenſurus ſit.

Luc. 12. 37.

Beati, inquit, *ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit eis.* Hæc nimirùm gloria eſt ſeruorum Chriſti, quos velut Dominos ac pares ſibi ſedere faciat in

Luc. 22. 30

thronis, edentes & bibentes ſuper menſam ſuam in regno ſuo, vt ipſemet repromiſit. *Miniſtrat dignis*, ait Theophylactus, *par eis tribuens, & ſicut ei miniſtrauerunt, ita etiam* C *ipſe eis viciſſim miniſtrat, & dapſilem eis menſam præſtat exhibens ſpiritualium donorum lautitias.*

Quintò, præmium quod ob minima obſequia acquiritur.

QVINTÒ, citatus paulò ante Baſilius ait: *debere pietatis cultorem viliora etiam munera magno cum ſtudio, magnaque cum animi alacritate ſuſcipere, ſcientem nihil minutum eſſe, quod Dei cauſâ fiat, ſed grande & ſpirituale, & eiuſmodi, quod cælum nobis, & præmia cæleſtia conciliat.* Hinc felicem ſe Nolanus Antiſtes fore exiſtimabat, ſi Felicis ſui ædem euerrere liceret, quem audi canentem.

Paulin Natal. 1. S. Felic.

——————— *Etſi iuſtus iniquis*
Non egeas ſeruis, tamen & patiere, & amabis
Qualeſcumque tibi Chriſto donante dicatos,
Et foribus ſeruire tuis; tua limina manè
Munditie curare ſines, & nocte viciſſim
Excubijs ſeruare pijs; & munere in iſto
Claudere promeritam defeſſo corpore vitam.

DISQVISITIO VI.

Quantâ diligentiâ Menſæ benedictio, & Gratiarum actio perſoluenda?

QVOD Chriſtianis omnibus iam inde ab Apoſtolorum temporibus in vſu ſemper fuit, vt ante refectionem conceptis, verbis cibo potuique benedicant, iiſque ſumptis, altori Deo gratias reuerēter agant,

Benedictioni menſæ omnes intereſſe vult B. Benedictus.

id apud ſuos ita mordicus retineri B. BENEDICTVS voluit, vt omnes huic orationi voluerit intereſſe, & pœnam etiam in negligentiores ſtatuerit.

Cap. 43.

Ad menſam, inquir, *qui ante verſum non occurrerit, vt ſimul omnes dicant verſum, & orent, & ſub vno ſimul omnes accedant ad menſam, qui per negligen-* A *tiam ſuam, aut vitium non occurrerit, vſque ad ſecundam vicem, pro hoc corripiatur. Si denuò non emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem, ſed ſequeſtratus à conſortio omnium, reficiat ſolus, ſublata ei ſua portione vini vſque ad ſatisfactionem & emendationem. Similiter autem patiatur, qui ad illum verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum dicitur.* REFECTORIVM.

Hunc porrò locum ita illuſtrar Magiſter: *Ad menſæ verò antiphonam, verſum priorem qui non adfuerint, ſemotè & non ſignatum, & ſine data & accepta benedictione manducent & bibant, & ſine alienius eloquio. Et meritò ſine hominis eloquio debet reficere, qui ante refectionem cum Deo non eſt locutus. Qui verò poſteriori menſæ verſui non affuerit, talem pœnam ſuſcipiat, quam ille, qui ante refectionem non eſt locutus cum Deo.*

Reg. Mag. cap. 71. *Et alij id ſtatuunt.*

S. Fructuoſus vtriuſque huius orationis meminit: *Priuſquam*, inquit, *ad menſam conueniant, præcedat oratio, poſtquam à menſa ſurrexerint, ſequatur oratio, nec ante quiſquam alicubi præſumet progredi, quàm coram altari Chriſto gratiarum reſoluerit actiones.*

Fruct. in Reg. cap. 5.

Ex quo loco colligas gratiarum actionem in templo dictam. Et confirmat vita S. Odonis: *Cùm poſt verſum ab Eccleſia eſſent regreſſi*, &c. Ekkehardus: *ſurgitur à menſa, itur ſolitis benedictionum hymnis in Eccleſiam.*

Gratiarum actio in templo facta. Lib. 1. Ekk. de caſ. mon. S. Galli. c. 11.

Vetus noſtrum Rituale Affligenienſe, par. 1. & vſus Ciſtertienſis c. 76. idem ſtatuunt. Cærimoniale tamen S. Iuſtinæ poſt prandium tantùm gratias in choro agendas præſcribit, poſt cœnam autem in Refectorio.

Part. 3. c. 21.

Iſidorus Hiſpalenſis ſerò ad menſam venientem ſic punit: *Qui ad menſam tardiùs venerit, aut pœnitentiam agat, aut ieiunus ad* D *ſuum opus vel cubile recurrat.*

Iſid. Reg. cap. 9. *Pœna ſerò venientium ad menſam.*

Similirer Pachomius: *Si quis ad comedendum tardiùs aduenerit, excepto maioris imperio, ſimiliter aget pœnitentiam, aut domum ieiunus reuertatur.*

Pachom. in Reg. nu. 12.

Ex quibus meritò colligas, magni habitam menſæ benedictionem, & gratiarum actionem. S. BENEDICTVS enim tam grauem pœnam infert hac in re negligenti, quàm ſerò ad diuinum officium accedenti. Dominicus de S. Geminiano ex S. Pauli teſtimonio: *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite*, infert:

1. Cor. 10. 31. Geminia. cap. non liceat diſt. 44.

E quod non benedicentes menſam, & poſt prandium gratias non agentes, videntur peccare mortaliter quia faciunt cōtra præcepta legis.

Quomodo obligentur Clerici ad benedictionē menſæ.

Caietanus enumerans peccata Clericorum ex tranſgreſſione iuris poſitiui, recenſet quoque omiſſionem benedictionis menſæ, vel gratiarum actionis. Idem ait, peccare Clericos violantes præceptum de benedictione menſæ, ſed non mortaliter. Similiter Silueſter & Angelus venialem culpam hic agnoſcunt, quibus, ſubſcribit Nauarrus. Et certè aliquod peccatum in omiſſione hac incurri, hinc conjici poteſt, quòd legantur à Deo puniti harum

Caietan. in ſum. V. Clericus. Id. tom. 1. opuſc. Silueſt. Cler. 2. n. 2. Angel. Cler. 12. n. 3. 6. Nauarr. Manual. de orat. c. 18. num. 42.

REFECTORIVM
S. Gregor. lib. 1. Dialog. cap. 4.

rum precum neglectores. S. Gregorius A Papa de ſanctimoniali femina ſcribit: *Quod hortum ingreſſa lactucam conſpiciens concupiuit, eamque ſigno crucis benedicere oblita, auidè momordit, ſed arrepta à diabolo protinus cecidit.*

Ferdin. Caſtel p. 1 hiſtor. Præd. lib. 1. c. 60.

In Ordine Prædicatorum idem contigit conuerſo, qui vinum ſine prænia benedictione biberat; vt tradit eius Ordinis hiſtoria.

Rationes ad obſeruantiã huius ritus.
I.
Chriſti exemplum.
Nigron. tr. aſcet. 7. cap. 1. §. 3.
Ioan 6.
Luc. 9.
Marc 6.
Luc. 24.
Matth. 26. 30.
Marc. 14. 26.

Neque verò deſunt rationes, quæ accuratam huius conſuetudinis obſeruantiam ſuadeant. *Prima* ſit, quòd non Iudæi modò (vt probat Nigronus) ſed ipſe Chri- B ſtus Dominus omnis ſanctitatis forma, cibos benedixerit, & pro ijs gratias egerit. Benedixit enim quinque panibus hordeaceis, deinde ſeptem alijs panibus miraculo multiplicandis, in vltima quoque cœna, & coram diſcipulis in Emmaus benedictionem adhibuit. Nec gratiarum actionem prætermiſit, nam vt Euangeliſtæ ſcribunt, ab vltima cœna in montem Oliuarum ſeceſſit hymno dicto. Ex quo SS. Patres inferunt, gratias percepto cibo agendas.

Chryſoſt. homil. 83. in Matth.
Vict. Antioch. in Marc. 14.
S Hilar. in Cat. 8.
Marc. 14.

C *Audiant*, inquit Chryſoſtomus, *quicumque velut porci ſimpliciter manducantes cum ebrietate ſurgunt: cùm deceret gratias agere & in hymnum menſam deſinere*, Victor Antiochenus: *Ciboque ſumpto de percepto munere Deo largitori debitam gratiarum actionem perſoluamus.* Et S. Hilarius: *Sicut gratias egerunt antequam biberent, ita etiam gratias agunt poſtquam biberunt: vnde dicitur; & hymno dicto exierunt in montem Oliueti, vt ſcilicet addiſcas & ante cibum, & poſt cibum gratiarum actiones reddere Deo.*

II.
Sanctificatio aliqua.
1. Timoth. 4. 5.
Cyrill. Alexand lib. 3. in Ioan. c. 17.
Orig lib. 8. ad Celſ.

Secunda ratio ſit, quòd ex ipſa benedi- D ctione, cibo potuique ſanctitatis aliquid accedat. *Omnis creatura Dei*, inquit Apoſtolus, *bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Quem locum Cyrillus Alexandrinus de oratione, quæ in menſa dicitur, intelligit. Similiter Origenes: *Vbi gratias egimus, pane veſcimur; qui vtique oratione & precibus ſanctius quoddam corpus conſtatur, quod ſanè ſanctiores hos reddit, qui mente integriore hoc ipſo vtuntur.*

III.
Refrenat à peccatis.
Chryſoſt. de fide Annæ.
Ibid.

Tertia ratio ſit, multiplex bonum, quod E ritui huic S. Chryſoſtomus tribuit: *Conuiuium*, inquit, *quod à precatione cœptum in precationem deſinit, nunquam deficiet, ſed quouis fonte vberius nobis omnia afferet bona.* Quomodo autem id faciat, idem deinceps explicat: *Hoc enim à femina lucrum conſecuti ſumus, vt ſciamus & poſt conuiuium orare. Quiſquis enim ad hoc præparatus fuerit, nūquam in ebrietatem aut vinolentiam incidet, nunquam edacitate diſtendetur: ſed quoniam exſpectationem precationis habet pro freno impoſitam animo, conuenienti menſura attinget ex omnibus, quæ fuerint appoſita, multâ benedictione tum animam* A *tum corpus implebit.* Subdit: *ſi quando quis excedat fines temperantiæ, fore vt tandem virtutem conſequatur, dummodo benedictionis, ſeu gratiarum actionis hoc freno continenter vtatur.*

IV.
Virtutum exercitium.
Cornel. in 1. Timoth. 4. 20.

Quarta ratio eſt, exercitium variarum virtutum, quod in ipſa benedicendi ac gratias agendi formula inſinuatur, atque ab ijs quorum mens concordat voci, non ſine fructu exercetur. Nam vt Cornelius annotauit, menſæ benedictione & inuocatione Dei, quam menſæ præmittimus, oſtendimus & profitemur nos à Deo cibos & B fercula omnia accipere; ſpem quoque excitamus nos deinceps ab eadem Dei munificentia cibos accepturos: gratias pro ijſdem agimus, ad honorem Dei profitemur nos ijs velle veſci, taciteque eos Deo offerimus. Petimus deinde, vt vſus cibi ſit animæ & corpori ſalutaris, ac demum vt inter veſcendum mens pia aliquâ cogitatione paſcatur. Affectus autem hi orationem adeoque religionis virtutem concernunt.

Quibus antiquis Pſalmis, quibus Deo poſt cibum gratiæ dantur.
Baron. to. 1. an Chriſti 34 n. 65.
Burgenſ. in c. 26. Matt.
Caſſ. lib. 3. c. 12.

Cæterùm quod pro feſtorum varietate ad calcem Romani Breuiarij varij aſſignan- C tur pſalmi, & verſiculi ad benedictionem & gratiarum actionem dicendi, pium id omnino eſt, atque ipſis ſolemnitatibus congruum, quodque ab antiquitate exemplum habet. Solebant enim Iudæi (vt ex Rituali eorum libro colligitur) in dierum ſolemnium cœnis alios atque alios dicere pſalmos ad myſterium illius diei accommodatos: in Paſchali autem cœna pſalmum 113. cuius initium eſt *In exitu Iſrael de Ægypto*; & alios perbreues, vt tradit Baronius. Paulus verò Burgenſis Epiſcopus, exi- D ſtimat Chriſtum Dominum vltimâ cœnâ abſolutâ recitaſſe pſalmum 117. qui incipit: *Confitemini Domino quoniam bonus*, Et Caſſianus refert conſuetudinarios pſalmos à Monachis, cùm ad menſam accederent aut ab ea recederent, dici ſolitos.

In magnis feſtis olim à Monachis decantati.
Chryſoſt. homil. 56. in Matth.
Reg. Mag. cap. 43.

Ad Solemnitatis porrò decorem & augmentum & illud ſpectat, quod in multis Monaſterijs pſalmi illi à Romano Breuiario aſſignati certis feſtiuitatibus non indirectũ recitentur, ſed conſueto pſalmorũ tono decantentur. Quæ conſuetudo Chriſti & A- E poſtolorum exemplo defendi poteſt. Nam quod Matthæus & Marcus aiunt, Hymno dicto eum è cœnaculo exiuiſſe, Origenes & B. Hilarius indicant hunc hymnum diſcipulos cum Chriſto ceciniſſe: imò id Græca verba planè ſignificant, ϗ ὑμνήσαντες. Et S. Chryſoſtomus hymnum gratiarum actionis, quo Monachi ſuo tempore vtebantur, populo expoſiturus, eum decantari ſolitum non obſcurè inſinuat, ita enim exorditur: *Sed ſi placet vniuerſum ſanctiſſimum illum cantum vobis exponam, vt aſſiduè illum vos quoque canatis.* Regula Magiſtri: *Pſalmi refectionum ſine antiphona directanei decantur,*

ſed

ſed in Dominica vel diebus feſtis, cum antiphona vel Alleluia. Plura porrò de benedictione ac gratiarum actione legere eſt apud Nigronum. (Nigron. tr. aſcet. 7.)

DISQVISITIO VII.

Quænam in menſa obſeruanda?

Leges conuiuales. Lipſ. antiq. lect. l. 3. c. 1.

LEGES conniuiales Romanos Græcoſque olim ſcripſiſſe, doctiſſimus Lipſius commemorat; Et Xenocratem, inquit, in Academia, Ariſtotelem in Lyceo συμποτικοὺς νόμους ſcripſiſſe, Athenæns teſtabitur. B Qui has leges fetebat, *Magiſter* vulgò dicebatur: Varroni etiam *Modimperator*: Horatio, *Arbiter*: Plauto *Dictator*: Græcis, συμποσίαρχος, βασιλεὺς, vel στρατηγὸς. Quâ poſtremâ voce & Plautus vſus eſt,

A quibus lata. Plaut. Sticho.

——— *Strategum te facio huic conuiuio.*

Pro Monachis. Fas erit & religioſæ menſæ leges præſcribere quas magni Strategi ac modimperatores, Ordinum Patriarchæ, quà verbis, quà, conſuetudine ſanxerunt. S. Pachomius menſæ arbitros ſtatuere videtur, cùm ita præſcribit: *vnuſquiſque præpoſitorum docebit in domo ſua, quomodo debeant cum diſciplina & manſuetudine comedere.* C Vt igitur colligamus Cœnobitici leges conuiuij,

Pachom. in Reg. art. 11.

I. *Tempeſtiuè occurrent.* *Prima* ſit, ad menſam tempeſtiuè, & cum grauitate accedendum, nec ante gratiarum actionem recedendnm, Tardiorem occurſum, vel ante finem abitum à S. Pachomio & S. P. N. BENEDICTO puniri, iam ante vidimus.

II. *Ordine ſedebunt.* Ibid. *Secunda* lex, *Cum ad veſcendum venerint, ſedebunt per ordinem ſtatutis locis, & operient capita. Statim vt tibi à maiore fuerit imperatum, vt de alia menſa ad aliam tranſeas, ire debebis, in* D *nullo penitus contradicens.* Ita S. Pachomius. Ex quo obſerua, non promiſcuè, ſed ordine ad menſam Monachos reſediſſe. Nam vt Hieronymus ait: *Quicunq; monaſterium prius ingrediebatur, primus ſedebat, primus ambulabat, primus in menſa manum extendebat, nec ætas inter eos quærebatur, ſed profeſſio.* Quæ verba Smaragdus Iſidoro & Fructuoſo quoque adſcribit. S. BENEDICTVS eundem ordinem requirit. Quo ad modum verò ſedendi, hanc S. Dorotheus inculcat monitionem *In menſa religioſè & modeſtè, non diſſolutè &* E *confuſè ſedeas.*

Hieron. præfat. ad Reg. S. Pachom. — Cap. 63. — Doroth. ſerm. 20.

III. *Veſcentes alios ne aſpiciant.* Lex *tertia. Veſcentes alios ne circumſpicias,* inquit, S. Pachomius; cuius rei cauſſa oculos cucullis tegebant. Ita enim Caſſianus: *Apud Ægyptios & maximè Tabenneuſiotas, tanta veſcentibus ſilentij diſciplina ſeruatur, vt cucullis vltra oculorum palpebras demiſſis (ne ſcilicet liber aſpectus habeat curioſius copiam euagandi) nihil amplius intueantur, quàm menſam, & appoſitos in ea, vel quos ex ea capiunt cibos, ita vt quemadmodum, vel quantum reficiat* A *alius, nullus inuicem notet.* His conformis eſt illa S. Hieronymi prohibitio: *Nequaquam oculi per diſcumbentes vagentur.* B. Iſaias Abbas: *Inter veſcendum oculos tuos in proximum ne conieceris, neve reſpexeris huc & illuc.* Similiter S. Ephræm: *Accumbis menſæ? vt homo comede, & ne huc illucque circumſpicias velut immodeſtus & inſolens.*

Pachom. ſuprà. Caſſian lib. 4. cap. 17. — REFECTORIVM. Hieron. in Reg. Monial. — Eſai. orat 3. — Ephr. to. 1. de timore Dei &c.

Lex *Quarta* à S. BENEDICTO in hunc modum profertur: *Summum fiat ſilentium ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis ibi audiatur.* Sed & alij ante eum ſilentij legem refectionis tempore indixerunt. S. Hieronymus de Ægyptijs: *nullus*, inquit, *in cibo ſtrepitus, nemo comedens loquitur.* Et Caſſianus: *Cùm in vnum tanta numeroſitas fratrum refectionis obtentu conſederit, nullus nec mutire quidem audeat, præter eum qui ſua decania præeſt.* Auguſtinus in Regula: *Sedentes in menſa taceant, audientes lectionem.* Iſidorus autem Hiſpalenſis Apoſtolico teſtimooio hanc legem confirmat. *Tempore conueſcentium fratrum*, inquit, *omnes diſciplina gerant ſilentium, Apoſtolo obtemperantes, qui dicit: Cum ſilentio operantes ſuum panem manducent.* Huius porrò ſilentij violatores hac cenſurâ notauit S. Pachomius: *Quòd ſi quis vel locutus fuerit, vel riſerit in veſcendi tempore, aget pœnitentiam, & in eodem loco mox increpabitur, & ſtabit, donec ſurgant alij de veſcendo.* Sed ne quis fortè objiciat, hoc ſilentio non ſatis cautum Religioſorum neceſſitatibus, opus enim eſſe petere ea quæ cuique defuerint, occurrit S. BENEDICTVS, cuius hæc eſt

IV. *Silentium ſeruent.* Cap. 38. — Hieron. epiſt. 22. — Caſſian lib. 4. cap. 17. — Auguſt. cap 7. — Iſid cap. 9. in Reg. Monach. — 2. Theſſal. 3. — *Pœna in violatores.* Pachom in Reg. art. 11.

Lex *Quinta*: *Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus & bibentibus, ſic ſibi inuicem miniſtrent fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, ſonitu cuiuſcumque ſigni potius petatur quã voce.* Vide quæ * alibi diximus de ſignis. Iam verò quod ad cibos modumque eos ſumendi ſpectat, ſit

V. *Signis petẽt neceſſaria.* Cap. 38. — * Lib. 6 tr. 3. diſq. 11.

Lex *Sexta* à S. BENEDICTO tradita: Cibi ita ſumendi ſunt, *vt remotâ præ omnibus crapulâ, nunquam ſubrepat Monacho indigeries: quia nihil ſic contrarium eſt omni chriſtiano quomodo crapula, ſicut ait Dominus noſter: videte ne grauentur corda veſtra crapulâ & ebrietate.* Non importuna hæc Monachis, quibus tenuior victus exhibetur, monitio videri debet, nam & Auguſtinus aduerſus ſuauitatem edendi pugnans, quotidianum bellum gerebat in ieiunijs, ad Dominum ingemiſcens & clamans: *Ebrietas longè eſt à me, miſereberis, ne appropinquet mihi. Crapula autem nonnunquam ſurrepit ſeruo tuo, miſereberis, vt longè fiat à me, & quis eſt, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis? quiſquis, eſt, magnus eſt, magnificet nomen tuum. Ego autem non ſum quia peccator homo ſum.* Quantâ autem aſtutiâ blandiens gula nobis imponat, ibidem pulcherrimè explicat: *Dum ad quietem*

VI. *Caueant à crapula.* Cap. 39. — Lucæ 21. — Auguſt l. 10. confeſſ. c. 31. — *Qua Dei ſeruos otia infeſtat.* — Idem.

REFECTORIVM

quietem ſatietatis ex indigētia moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ. Ipſe enim tranſitus voluptas eſt: & non eſt alius quà tranſeatur, quàm quò tranſire cogit neceſſitas. Et cùm ſalus ſit cauſſa edendi ac bibēdi, adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas; & plerumque præire conatur, vt eius cauſſâ fiat, quod ſalutis cauſſâ me facere vel dico (Sub ſpecie neceſſitatis.) *vel volo; nec idem modus vtriuſque eſt: Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt, & ſæpè incertum fit, vtrum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Ad hoc incertum hilareſcit infelix anima, & in eo præparat excuſationis patrocinium, gaudens non apparere, quid ſatis ſit moderationi valetudinis; vt obtentu ſalutis obumbret negotium voluptatis.* Contra hæc autem ſalutare concilium ibidem ſuggerit: *Hoc*, inquit, *me docuiſti Domine, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam.*

(Cibi cum menſura ſumendi.) Cauenda ergo nimia in cibo quantitas, C atque eam menſuram adhibeamus, quæ corpus ſuſtentet, non prægrauet. Optimè (Bern. ſerm. 66. in Cant.) Bernardus: *Panem ipſum cum menſura ſtudebam ſumere, ne onerato ventre ſtare ad orationem tædeat, & ne improperet etiam mihi Propheta, quia panem meum comederim in ſaturitate, ſed ne ſimplici quidem aquâ ingurgitare me aſſueſcam, ne diſtentio ventris vſque ad titillationem pertingat libidinis.* Hęc Bernardus. Vtile etiā (Hieron lib. 2. cont. Iouinian.) S. Hieronymi monitū: *ſed & ex viliſſimis cibis vitanda ſatietas eſt. Nihil enim ita obruit ani-* A *mum, vt plenus venter & exæſtuans, & huc illucque ſe vertens, & in ructus vel in crepitus ventorum efflatione reſpirans.*

Septima huic ſimilis lex ſit illa, quam tra- (VII. Compeſcēda edendi auiditatem.) dit Sapiens: *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam.* Nam, (Eccli. 37. 32.) vt Auguſtinus ait: *Fieri poteſt vt ſapiens pretioſiſſimo vtatur cibo ſine vitio cupiditatis: Inſipiens autem fœdiſſimâ gulæ flammâ in viliſſimum* (Auguſt. lib. 3. de doctr. Chriſtian. cap. 12.) *ardeſcat. Sanius enim quiſq; maluerit more Do-* B *mini piſce veſci, quàm lenticulâ more Eſau nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſmodi rebus, non ex earum rerū natura quibus vtimur, ſed ex cauſſa vtēdi vel modo appetendi, vel probandum eſt, vel improbandum quod facimus.* Salubris proinde hęc eſt Maxi- (Maxim. Exercitat. ſerm. 27.) mi veri exercitatoris, monitio: *In capienda cibo omnis celeritas abſit: hoc enim canum eſt, beſtiamque magis quàm hominem decet.*

Alias plures leges, quæ morum vrbani- (Aliæ leges. Bonauent. in ſpec. diſcipl. part. 1.) tatem, & religioſam modeſtiam ſpectant, videre eſt apud S. Bonauenturam. Cuius generis eſt iſtud S. Dorothei: *Ne impuden-* (Doroth. ſerm. 20.) *ter, & irreligioſè manum tuam extendas, vt quæ ſunt ante fratrem tuum capias.* Similiter Eſaias (Eſaias orat. 3.) Abbas: *Manum tuam ante te ſolùm prætende. Si quid autem ante alium poſitum eſt, ad id manum inijcias caue.* Omnia verò hac ſententiâ concludere viſus eſt S. Dorotheus: *Inter* (Ibid.) *edendum & bibendum memineris, te ſeruum Dei, & vt illos decet, comede, & bibe.*

TRACTATVS II.

DE LECTIONE MENSALI.

(Muſica in conuiuijs.) V*ETERES Hebræos, Græcos, Latinos, conuiuijs muſicam adhibuiſſe, tradunt hiſtoriæ. Cuius quidem hanc nonnulli aſſignant cauſſam, vt ſeria iucundis temperarentur, conuiuæ exhilararentur, lites & rixæ, quæ inter pocula ſuboriri ſolent, ſuauitate cantus ſopirentur. Adhæc, vt animus muſicæ intentus, non dicat nec audiat verba ſcurrilia & detractoria. Muſicæ huius vicem ſacratiori modo apud Monachos implet ſpiritualis, quæ ad menſam adhibetur, Lectio, vt quemadmodum cibi corporis, ſic illa iucunda quædam ſit mentis refectio. Hanc igitur primo loco animæ, ceu nobiliori hoſpiti, hoc tractatu exhibebimus.* Primâ *Diſquiſitione quæritur, Cur lectio ad menſam adhibenda?* Secundâ, *Quæ Lectoris menſæ munia?* Tertiâ, *Quomodò Lectio ad menſam audienda?* Quartâ, *Quàm laudanda eius repetitio?* Quintâ, *Quid agendum, cùm ad menſam non legitur?*

DISQVI-

DISQVISITIO I.

Cur Lectio ad menſam adhibenda ?

Cap 38. *Vetus conſuetudo legendi ad menſas Monachorum.*

MENSIS *fratrum edentium lectio deeſſe non debet*, inquit Legiſlator noſter. Qui conſuetudinem eam à maioribus acceptam meritò retinendam, & Regulę auctoritate ſtabiliendam duxit.

Caſſ lib. 4. cap. 17.

De eius verò origine Caſſianus diſputans, non ab Ægyptiorũ typo, ſed de Cappadocum more proceſſiſſe ſcribit. Cappadoces autem illi Monachi ex diſciplinâ S. Baſilij fuerint, ipſe enim perſpicuè hanc ſupponit, cùm quærit: *Cuinſmodi animi affectione, attentioneque ea debemus audire, quæ ad menſam accumbentibus nobis leguntur ?*

Baſil. in Reg. breu. 180.

Eandem ſuis præſcripſerat Auguſtinus : *Dum acceditis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundùm conſuetudinem legitur, ſine tumultu & contentionibus audite.*

Auguſt in Reg. c. 7.

Et Iſidorus Hiſpalenſis : *vnus in medio reſidens, benedictione acceptâ, de Scripturis aliquid legat.*

Iſidor. in Reg. c. 9.

Similiter S. Fructuoſus : *Cùm horâ nonâ ad veſcendum conuenitur, dicto pſalmo reſidentibus aliis, vnus legat in medio.*

Fruct. in Reg. cap. 5.

Eandem lectionem S. Cæſarius Arelatenſis, & poſteriores ferè omnes Ordines ſuis conſtitutionibus ſanxerunt.

Cæſar. in Reg. Monach. art. 9.

Tranſiit ad Clericos.

Hanc laudabilem Monachorum conſuetudinem, inquit, Nigronus, probabile eſt in Clericorum perfectionis amantiorum veniſſe morem, ac pedetentim in legẽ tranſiiſſe, non modò longinqui temporis vſu, ſed etiam Eccleſiæ conſenſu atque iuſſu.

Nigron. in aſcet. 4. p. 1. cap. 1.

In Conciliis ſiquidem Nannetenſi & Toletano III. præſcribitur, vt in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur.

Cap. Quãdo diſt. 44. Tolet. c. 7.

In Moguntino Concilio Canonicis præſcribitur, vt ad menſam lectionem audiant.

Diſt. 5. de conſec. cap. in omnibus.

Cauſſæ huius inſtitutionis.

Sed iam, quod Diſquiſitionis lemma præfert, cauſſas huius inſtitutionis diſcutiamus. Tres autem recenſet Turrecremata, quarum *Prima*, vt in menſâ non ſolùm exterior homo, ſed etiam interior paſceretur verbo Dei : Non enim *in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

Prima ; Vt anima etiam paſcatur

Matth. 4. 4.

Hinc Eurychianus Papa : *Recitetur ſacra lectio, & non tantùm corporali cibo, imò verbi cæleſtis alimento conuiuantes ſe refectos gratulentur.*

Pœnitentiale Rom. tit. 5. cap. 7.

S. Auguſtinus : *Nec ſola vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant verbum Dei.*

Auguſt in Reg. cap. 7.

Quia vt Cæſarius Arelatenſis de eâdem lectione agens, dixit: *Qualis eſt terra ſine pluuiâ, & caro ſine cibo, talis eſt anima ſi non reficiatur Dei verbo. Nam ſi ſola caro reficitur*, inquit Auguſtinus, *& anima Dei verbo non paſcitur, ancilla ſatiatur, & domino fame torquetur : & hoc quàm ſit iniuſtum ſanctitas veſtra non poteſt ignorare.*

Cæſar in Reg. art. 9.

Aug ſer. 56. de temp.

Commendantur ex hoc capite Sancti Ordinis noſtri. Eugendus enim in tãtum reficiebatur lectione ad menſam, vt ſæpiſſimè futurorum victus aſpectu velut in ecſtaſi obliuiſceretur appoſitorum.

Sur in vit. to. 1.

S. Poppo inter prandendum magis lectione, quàm comeſtione paſci optabat.

In vit. eod. tom.

B. Alcuinus dum parcum ſumeret cibum, lectoris linguæ non parcebat, vtroque vt reficeretur pane, vt habet Anonymus in vitâ.

Secunda lectionis huius cauſſa eſt, vt anima intenta diuinæ lectioni refrenaretur ab auiditate & delectatione ciborum : & ita caueat peccata, quæ ex huiuſmodi delectationibus naſci ſolent.

Secunda, vt refrenetur cibi delectatio.

Explicat hanc S. Laurentius Iuſtinianus : *Sancti patres*, inquit, *cæleſti afflati ſpiritu, & ſapientiæ lumine radiantes ſanxerunt, vt in congregationibus & refectionibus Chriſto militantium, cùm menſis diſcumbitur, martyrum certamina aut ſanctorum geſta ſeu ipſorum dicta, ab vno altâ voce cantentur, vt ex iis quæ pronuntiantur exteriùs, eleuata mens ab infimis, in ſenſus carnalium non tranſeat delectationum.*

B. Laurent. de diſcipl. & perfect. Mon. conu. cap. 10.

Tertia cauſſa eſt, vt à menſâ excluderentur fabulę. Tradidit hanc Caſſianus dicens, dubiũ non eſſe Cappadoces legendi morẽ introduxiſſe, *non tam exercitationis ſpiritualis cauſâ, quàm compeſcendæ ſuperfluæ otioſæque confabulationis gratiâ, & maximè contentionum, quæ plerumque ſolent in conuiuiis generari.*

Tertia, Vt excludantur fabulæ.

Caſſian lib. 4. cap 17.

Spectabat idipſum Auguſtinus, qui in menſâ (vt Poſſidius ait) *magis lectionem vel diſputationem, quàm epulationem, potationemque diligebat ; & contra peſtilentiam humanæ conſuetudinis in eâ ita ſcriptum habebat :*

Poſſid in vit. Auguſt. cap. 22.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
*Hanc menſam * vetitam nouerit eſſe ſibi.*

* al. indignam.

Et ideò omnem conuiuam à ſuperfluis & noxiis fabulis, & detractionibus ſeſe abſtinere debere admonebat.

Grauiter verò Bernardus deplorabat, obrepſiſſe fabulas neglectâ lectione: *O quantum*, inquit, *diſtamus ab his, qui in diebus Antonij extitère Monachi. Siquidẽ illi cùm ſe inuicẽ per tempus ex charitate reuiſerent, tantâ ab inuicem auiditate panem animarum percipiebant, vt corporis cibum penitus obliti diem plerumque totum ieiunis ventribus, ſed non mentibus tranſigerent. Et hic erat rectus ordo, quando digniori parti priùs inſeruiebatur. Hæc ſumma diſcretio, cùm ampliùs ſumebat, quæ maior erat. Hæc denique vera charitas vbi animæ, quarum charitate Chriſtus mortuus eſt,*

Bernard. in Apolog. ad Guiliel. Abbat.

Quæ deplorantur apud aliquos irrepſiſſe.

REFECTORIVM.

tantâ ſolicitudine refocillabantur. Nobis autem conuenientibus in vnum (vt verbis Apoſtoli vtar) iam non eſt Dominicam cœnam manducare, panem quippe cæleſtem iam non eſt qui requirat, nemo qui tribuat: Nihil de ſcripturis, nihil de ſalute agitur animarum: ſed nugæ, & riſus, & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures paſcuntur rumoribus, quibus totus intentus modum neſcias in edendo. Cauebant verò ab his Cluniacenſes Monachi tempore S. Hugonis Abbatis, qui in capitulo Monachorum narrauit dæmonem viſum omnes Monaſterij officinas obeuntem, vt aliquid ſuum poſſet reperire, ſed vndique fuiſſe excluſum. Cùm autem in Refectorio, propter aliquantam corporis curam ſe maiorem ſperaret reperturum mentium incuriam, ibi etiam, vt Petrus Venerabilis ait, tot obices diuinorum ex lectione librorũ, tot trabes ex deuotionibus auditorum, tot repagula offendit ex charitate ſibi inuicem ſeruientium, vt nullo modo vltrà procedere preualens, retrò cogeretur redire. Atque hæc de Cauſſis introductæ lectionis.

Cluniacenſium in his amouendis diligentia.

Petr. Cluniac l. 1. mirac. c. 15.

Quòd verò ad verba S. BENEDICTI attinet, cum ait: *Menſis fratrum edentium lectio deeſſe non debet*: intelligendus eſt loqui de vtraque menſa: ſecundam enim ſuo tempore in vſu fuiſſe ſatis declarat, cùm de hoc ipſo Lectore ait: *Poſteà autẽ cum coquinæ hebdomadariis & ſeruitoribus reficiat.* Ad quem locum Caſſinenſes: *Ad ſecũdam menſam vbi maior fuerit congregatio, non deſit lectio.* Monachi mõtis Oliueti vulgarem aliquem librum ſpiritualem in ſecundâ menſâ legi volunt: eſtque hæc vetus Ordinis noſtri cõſuetudo. Nam in Cœnobio, quod S. Odo inhabitabat, cùm cibus ſumeretur, nunquam deerat lectio vtriſque menſis, vt auctor vitæ ait. Et in Aquiſgranenſi Synodo ita ſtatuitur: *Vt ſeruitores non ad vnam menſam, ſed in propriis locis poſt refectionem fratrum reficiantur: quibus eadem lectio quæ fratribus recitata eſt, recitetur.*

Legendum quoque in ſecundâ menſâ. Cap. 38.

Oliuet. ad c. 38. Reg.

Ioan in vit. S. Odon. lib. 2. c. 14.

Concil. Aquiſgr. can. 28.

Deinde Cardinalis Turrecremata exiſtimat hanc lectionem adhibendam eſſe etiã in infirmitorio ac in locis alijs, vbi ſunt infirmi aut debiles, vbi commodè ſeruari poterit. Caſſinenſes de iiſdem præſcribunt, vt *ſaltem aliquid in principio refectionis legatur.* Vnde ſatis colligitur in ordinariâ Religioſorum menſâ continuã debere eſſe lectionem, quæ duret vſque ad finem, quod inſinuauit Smaragdus, dicens: *Lectio quotidie & omni tempore dum cibus ſumitur, legatur.* Clarius S. Auguſtinus: *Cùm acceditis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur, ſine tumultu & contentionibus audite.* Quod Vmbertus exponens,

In cap. 38. Reg. *Et in valetudinario.*

Auguſt. in Reg. cap. 7.

A Vt lectionem, inquit, audiamus per totum conuiuium non in parte, vt Epiſcopi.

Si quæras, qui & quales libri huic lectioni ſint idonei, videre licebit tractatum Aſceticum quartum Iulij Nigroni, in quo fusè ſatis ſuggerit auctores ad menſam legendos, & qui cauendi vt minus apti, monet. Caſſinenſes breuiter ita ſtatuunt: *In lectionibus menſæ hic ordo ſeruetur: In primis legatur caput de Scripturâ ſacrâ noui vel veteris teſtamenti, cui ſuccedet aliquis commentarius ſuper eandem ſcripturam, vel homilia aliB qua in Euangelium diei, aut libri hiſtoriales eccleſiaſtici: poſteà legantur vitæ Sanctorum, vel libri aliqui in vulgari pro arbitrio Superioris. In cœnâ legatur Regula in vulgari, quæ dicta fuerit in capitulo, cum tota declaratione in principio menſæ, niſi adſint externi, quæ etiam ad ſecundam menſam repetatur.*

Qui, qualeſue libri ad menſam legendi. Nigron. part. 1. §. 6. & ſequent.

DISQVISITIO II.

Quæ Lectoris menſæ munia?

C PLVRA ſunt quæ in lectore menſæ tam à Legiſlatore noſtro, quàm aliis deſiderantur. *Primum* ſit, non obuium quemuis ſingulis diebus, ſed ſtatum aliquem totâ ſeptimanâ conſtituendum Lectorem, qui ædificet audientes. *Nec fortuito caſu*, inquit S. BENEDICTVS, *qui arripuerit codicem legere audeat ibi, ſed lecturus totâ hebdomadâ, Dominicâ ingrediatur.* Hinc paſſim non in noſtro tantùm Ordine, ſed aliis etiam poſterioribus vſu receptiſſimum hebdomarium menſæ adhibere lectorem.

I. *Conſtituendus certus lector.* Cap. 38.

D SECVNDÒ, non niſi ſacrâ benedictione & totius cõuentus precibus munitus, munus hoc auſpicetur: *Ingrediens*, inquit S. Regula, *poſt miſſas & communionem, petat ab omnibus pro ſe orari, vt auertat ab eo Deus ſpiritum elationis.* Quòd autem ait, poſt miſſas & communionem, indicat lectorem ſacrâ communione primò reficiendum, cuius rationem S. Hildegardis depromit: *In tempore B.* BENEDICTI, inquit, *ad menſam lecturus velut Deo ad altare ſeruiret, quoniam ſancta verba proferre debebat, Dominicâ die com-*E *municabat, ſed deinde prandebat, ne ieiunans, in legendo fortè defectum cordis ſentiret.* Ex hoc tamen loco, & ex eo quòd infrà dicitur: *Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum priuſquam incipiat legere, propter communionem ſanctam*; patres Caſſinenſes, Perez, Craesbeeck, & alij, colligunt quolibet dominico die non lectorẽ tantùm, ſed omnes fratres cõmunicaſſe. Vult deinde S. Pater, vt petat ab omnibus pro ſe orari. *In omnibus enim*, ait Smaragdus, *quæ Monachi agere debent, oratio fratrum aſſiduè præcedere debet.* Petẽdum autem, vt Deus auertat à lectore ſpiri-

II. *Cum benedictione ſolenni.*

S. Hildeg. in expoſit. Reg.

Dominico die communicabant.

Smarag. in c. 38. Reg.

Cur Lector petat ab omnibus pro ſe orari. Pet. Dam. op.11.c.18.

ſpiritum elationis. *Lectoribus namque,* Petri Damiani verba ſunt, *nonnullis vitium arrogantiæ familiare eſt, præſertim ſi cui lepor eloquentiæ ſuppetit, dum patentes Scripturæ campos effrænis lingua percurrit, populari fauori cor deditum ſpiritus elationis inuadit, & dum alios per recti itineris tramitem dirigit, ipſe diuerticulum erroneæ confuſionis incurrit. Hinc eſt etiam quod menſæ lectoribus ex more dicitur: Auferat à te Deus ſpiritum elationis: vt ergo imminenti forſitan arrogantiæ iam in ipſo lectionis exordio humilitas opponatur, rectè tantò ſubiectionis arte benedictio & fratrum oratio petitur.* Hæc ille.

Et dicat ter, Domine labia, &c.

Et dicatur, inquit S. BENEDICTVS, *hic verſus in oratorio tertiò ab omnibus, ipſo tamen incipiente: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Quæ exponens Smaragdus, ait: *Ab illo enim quærenda eſt labiorum apertio, à quo primum facta eſt linguarum omnium diſtributio. Ab ipſo enim qui diſertas fecit eſſe linguas infantium & labiorum apertio, & cordis quærenda eſt illuſtratio, vt os lectoris illi annuntiet laudis officium, à quo miſericorditer eſſe cognoſcit apertum.* Pergit S. Pater: *& ſic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum.* Benedictio hæc ſolēniter Dominico die vel immediatè poſt ſummum ſacrum (vt antiquus monaſterij noſtri, & Ciſtertiēſium ac Burſfeldenſium vſus habet) vel interpoſitâ ſextâ, vt Caſſinenſes lectori impenditur, recitatis verſiculis & Collectâ, quam Smaragdus exprimit conformem ei, quæ nunc in vſu eſt.

Ciſtercien. cap. 106. Burſfeld. diſt. 2. c. 27.

III. *Præuidenda ipſa lectio.*

TERTIÒ, Præuidenda eſt ipſa lectio: ſignificatum id vult Smaragdus ijs S. BENEDICTI verbis: *Nec fortuito caſu, qui arripuerit codicem, legere audeat;* fortuito caſu, inquit, id eſt, ſubitò vel improuiſo. *diligenter enim debet lectio præuideri, quæ pro ædificatione tantis debet hominibus legi, ne improuiſo lectio audientibus non vitale pabulum præſtet, ſed nociuum magis murmurium generet.* Antiquus Codex rituum Affligenienſis Monaſterij tempus & modum particulariter aſſignat: *De hebdomadario,* inquit, *lectore hoc ſciendum, quod infrà ambas Miſſas matutinalem ſcilicet & maiorem lectionem ſuam prænideat, & affirmat ſedens in poſteriori loco vbi videri valeat à conuentu, & ſi quidem iunior eſt, aut minus in legendo exercitatus, aduocetur aliquis Seniorum, qui lectionem eius auſcultet, & accentuare doceat ſecundùm vſum monaſterij obſeruatum.*

Quando & vbi.

IV. *Lectio quādo incipienda.* Caſſin. Camald. Burſfeld. ad cap. 38.

QVARTÒ, non incipiat lectionem, niſi petitâ de more benedictione, & niſi fratres prius ad menſam ſederint. Quod poſterius inculcant noſtri Caſſinenſes, Camaldulenſes, Burſfeldenſes: niſi enim pedum ſtrepitus, qui inter ſedendum excitatur, conquieuerit, vix percipi poteſt quid legatur, & referet nouiſſe librorum Auctores & capitum titulos, quos exprimi mandant Burſfeldenſes & Carthuſiani. Et ante omnes hoc monuit S. Ephræm: *Si onus legendi tibi mandatum fuerit fratribus audientibus, aduerte diligenter, vbi, qui auſpicatus eſt, finiuit; & reſumptis verbis lectionem incipe: vt ſit lectio tua inſtar catenæ ex auro contextæ. Nam qui verbum vnum contemnit, & verſus tranſilit, hic neque diſcere vult, ſicut oportet, neque eos docere qui attendunt. Si autem initium ſermonis ſit, dic titulum & inſcriptionem: ſic enim quod legitur, intelligetur.*

REFECTORIVM. Ord Carthuſ. c. 21. num. 18. Ephræm. tom. 2. pa-ræn 16. *Et à quo loco.*

V. *Modus legendi.*

QVINTÒ, Quod de Miſsâ aliqui dixerunt, id & de hac lectione dicere licebit, legendum ſcilicet cum A. B. C. D. id eſt, altè, benè, clarè, & diſtinctè. *Altè,* vt per totum cœnaculum exaudiri poſſit, vnde quidam cantum adhibent. *Benè,* vt accentus & ſyllabarum quantitates ritè pronuntiet, nec vnum pro alio legat: *Clarè,* vt ſingulis verbis, ſyllabis, litteris ſuum tribuat ſonum. *Diſtinctè,* vt commata, cola, periodos, aliaſque diſtinctiones obſeruet, & competentes cùm opus eſt faciat pauſas. Abſit denique omnis affectatio, aut vocis adulteratio, ſed ſimplici tenore, ac naturali pronuntiatione lectio decurrat. Non diſſimiliter Petrus Damiani monet: *Menſæ Lector ſollicitè conſideratione perpendat, quàm diſtinctè, quàm apertè, quàm denique intelligibiliter legere debeat. Quandoquidem cum refectione corporum, ille pabulum exhibet animorum.* Subdit deinde aliud monitum: *Legatur itaque non Lectori, ſed Auditori, nec aucupetur propria rumuſculos famæ, ſed ædificationi potiùs conſulat alienæ. Nec curet quid de Lectore dici, ſed quid de lectione poſſit intelligi.* Hæc verò aliaque non ſine ſpirituali vtilitate ſeruabit. Nam & Thomas à Kempis: *Qui inter refectionem,* inquit, *benè & diſtinctè legit, conuiuantes in menſâ* IESV *poculo cæleſti lætificat, & inebriat ſitientes.* Et paulò antè ſcripſerat: *Qui fratri librum ſacræ lectionis porrigit, vinum optimum ori* IESV *propinat. Qui malè legit, ſaporem cibi minuit; & qui ſæpè titubat, mappam* IESV *maculat.* Ita pius ille ſcriptor.

Altè, benè, clarè, & diſtinctè.

Petr. Dam. opuſc. 13. de perfect. Mon. c. 18. *Lector animas paſcit.*

Thom. à Kemp. in hort. roſ. cap. 17. *Si benè & diſtinctè recitet.*

VI. *Auſcultet correctorem.*

SEXTÒ, Inter legendum aurem accommodet correctori, & repetat quæ ille emēdanda ſuggeſſerit. Si non intelligat, verſum ab initio incipiat, idque toties, quoties corrector inſinuauerit, ita ferè MS. liber conſuetudinum Affligenienſis noſtri monaſterij. Cui conſentit liber vſuum Ordinis Ciſtertienſis, Antiquum Cerimoniale S. Iuſtinæ, & Burſfeldenſes. Quod & in aliis Ordinibus vſu obtinuit, quem ſatis antiquum eſſe, Sanctorum exempla probant, qui etiam malè correcti ſummâ humilitate ad correctoris arbitrium verba protulerunt. De S. Platone Abbate Theodorus

Cap. 106.

Part. 3. c. 51. Burſfeld. diſt. 2. c. 17. *Sancti viri perperam correcti emendant.*

REFECTORIVM. Theodor. Stud. in orat. funeb. B. Platon. Pet. Sut. li. 2. de vit. Cart. tract. 4. cap. 3. Ribad. in flor. Sanct. in Thom. Aquin. 7. Mart.

dorus Studites: *Cùm fratribus audientibus legeret, idque rectè faceret, increpatus tamquam perperam legiſſet, vir prudentiſſimus verecundè ac timidè ſe gerebat.* Refert Petrus Sutor ſimile quid de S. Bernardo, qui neſcio à quo imperito reprehenſus, & iuſſus, vt *lapidem* media productâ proferret, ſtatim obediuit. Poſt Bernardum S. Thomas Aquinas, ſummi vir ingenij ac doctrinæ, correctus perperam, emendatori paruit, & à ſodalibus cur id feciſſet poſteà rogatus, dignam reſpondit ſuâ ſanctitate ſententiam. *Parum refert ſyllabam longam, aut breuem pronuntiare: multum intereſt humilem atque obedientem eſſe.*

VII. *Lector dato ſigno, finiat.* Patt. 3. c. 21.

SEPTIMÒ. Audito Superioris ſigno Lectionem concludat, dicens: *Tu autem Domine miſerere nobis*, & notet vbi deſierit, vt inſtar catenæ ſequentem lectionem præcedenti aptè connectat. Quòd ſi inter legendum erraucrit, poſtquam deſcenderit (vt præſcribit Cærimoniale S. Iuſtinæ) genuflectat in medio coram Superiore, & facto ſigno ſurgat. Quod laudabile eſt, inquit Nigronus, & prodeſt ad humilitatem exercendam, notatque idem fieri ab Eremitis S. Auguſtini. (Parc. 2. conſtit. c. 9.)

DISQVISITIO III.

Quomodo Lectio ad menſam audienda?

NONNVLLA quoque ad Auditores menſalis lectionis ſpectant hoc loco breuiter explicanda.

I. *Comedentes eſuriant verbum Dei.* Auguſt. in Reg. cap. 7. Hug. in cap. Reg. S. Auguſt. Pſal. 118.

PRIMVM ſit ex Auguſtino, *vt aures eſuriant verbum Dei.* Quod exponens Hugo de S. Victore: *Illi eſuriunt*, inquit, *verbum Dei, qui deſiderant audire.* Primum ergo præparare debemus cor noſtrum ad eſuriendum, vt deſiderandum verbum Dei. Aderit diuina gratia, quæ nos intus perfundat, & dulcedine atque ſapore ſpirituali reficiat, & delectet nos cantare. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine?*

II. *Silentium obſeruent.* Cap. 38. Auguſt. lib. de morib. Eccle. c. 27. Caſſ. lib. 4. cap. 17. Laur. Iuſt. de diſc. & perf. mon. conuerſ. cap. 20.

SECVNDÒ, ex S.P.N. præcepto: *Summum fiat ſilentium ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis ibi audiatur.* Seruarunt id accuratiſſimè Ægyptij Monachi, de quibus Auguſtinus: *Corpus deinde cum ſilentio magno reficiunt tantum, quantum ſaluti neceſſe eſt.* De iiſdem, vt vidimus, idem dixit Caſſianus. Optimè monet Laurentius Iuſtinianus, *vt lingua omninò ſibi ſilentij rigore perſiſtente, tota mens in conſideratione eorum, quæ leguntur, delectabiliter occupetur, & de ijs ſaginetur, ne alia vagetur; niſi fortè ex ſuperueniente gratia ad altiora trahetur.*

III. *Lectionem attentè audiant.* Reg. Iſid. cap. 9. Thom. à Kemp. lib. de diſcip. clauſt. c. 6. Baſil. reg. breuior. reſponſ. 180. Pſal. 18. 11.

TERTIÒ, Lectionem attentiſſimè audiant, vt Iſidori habet Regula. Et Thomas à Kempis ait: Attēde ſacræ lectioni magis quàm epulis ſumendis. Quanta autem hæc attentio eſſe debeat, exponit Baſilius, interrogans enim: *Cuiuſmodi affectiane attentionéve ea debemus audire, quæ ad menſam accumbentibus nobis leguntur?* reſpondet: *Maiore multo cùm delectatione; quàm cum quanta aut edimus aut bibimus; idq́, vt appareat mentem nequaquam diſtrahi, ad corporis voluptates, ſed maiorem in modum ſe in verbis Domini oblectare: quod ille faciebat, qui dixit: Dulciora ſuper mel & fauum.*

Ad hanc attentionem quoque ſpectat, vt quæ legi audiuerimus, nobis dicta exiſtimemus, ex quo varij pietatis affectus Deo aſpirante excitabuntur.

IV. *Diſſimulent errata Lectoru.* In Cærim. diſt. 2. c. 17. Vincent. Fer. de vitâ ſpirit. c. 10. *Notati, & deſcripti ſcioli.* Bonau. in ſpec. diſcip. part. 1. c. 5. Eccli. 32. 12. Cap. 38.

QVARTÒ, Errata Lectoris ſiue in accentibus, ſiue in pronuntiando vnum pro alio, Auditores diſſimulent, riſum, oculorum nutum, ſtrepitum, aut aliam quamcumque erroris ſignificationem ſedulò cauentes. Vnde Burſfeldenſes monent: *Nemo vt Lectorem ſigno aut verbo emendare præſumat, præter Præſidem, aut cui iuſſum fuerit.* Et ſuperbiæ notam inurit tacitis hiſce correctoribus S. Vincentius Ferrerius: *Si aliquis*, inquit, *malè legit vel cantat, vel quocumque modo ineptè ſe habet, non ſubmurmures, vel corrigas. Eſt enim ſpecies cuiuſdam iactantiæ talis correctio. Idem in lectione quantūcumque quis malè & ineptè legat, nec enim aliquod ſignum facias: quia hoc eſt ſignum mentis vento elationis inflatæ.* Bonauentura præſumptionem in geſtibus deſcribens, ait eam committi, *ſi quis pro fratrum defectibus, ſatyricè nubilum vultuoſitatis aſſumat, vel leui cachinno, id eſt, riſu, vel motu capitis, oculorum circumluſtratione, narium contractione, labiorum compreſſione, vel alio quouis modo, defectum fratris tacitè arguat, vel ſubſannet: ſi errante in choro, vel in mēsâ lectare ſubmuſſitet, aut circumſpiciat, quaſi eum defectus legentis non lateat; quod frequenter ſolent facere etiam minus docti.* Quilibet ergo ſibi dictum putet illud Eccleſiaſtici: *In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens.* Quòd tamen poſterius non in menſâ, ſed alibi poſteà faciendum. Diſertè enim B.P.N. ait: *Nec præſumat aliquis de ipſâ lectione, aut aliunde quidquam requirere, ne detur occaſio maligna.*

V. *Aliquid ex lectione retinendum.* Thom. à Kemp. in hort. roſ. cap. 17. Ambroſ. ſerm. 25.

QVINTÒ, Ex ſpiritualibus lectionum ferculis aliquid ſemper in ventrem memoriæ recondant, vt memoriam abundantiæ ſuauitatis eius in piis colloquiis, cùm ea inſtituere licebit, poſteà eructent, aut tacitè mūdorum inſtar animalium apud ſe ruminent. Hoc quiſquis fecerit, Thoma Kempenſi auctore, cum S. Ioanne Apoſtolo ſuprà pectus Ieſu in cœnâ recūbit. Inculcatum hoc monitum fuit à S. Ambroſio: *Lectiones diuinas*, ait, *tali deſiderio & legere & audire*

audire debetis, vt de ipſis in domibus veſtris, & vbicumque fueritis, etiam loqui, & alios docere poſſitis; & verbum Dei velut munda animalia, cogitatione aſſiduâ ruminantes, vt illem ſuccum, id eſt, ſpiritualem ſenſum & vobis ſumere, & alijs, Deo auxiliante, propinare poſſitis, vt in vobis impleatur illud, quod ſcriptum Pſal. 21. 5. *eſt: Et calix tuus inebrians quàm præclarus eſt.*

DISQVISITIO IV.

Quàm laudanda menſalis lectionis repetitio?

Mos repetendi lectionem menſæ.

VT quo fructu lectionem ad menſam Religioſi audierint, Superiores diſcernere poſſint, non inutile fuerit lectionem menſalem repetere, & inde ſpiritualium colloquiorum initium ſumere. Quare apud quoſdam laudabili vſu receptum eſt, vt peractis gratiis, Superior ex fratribus quibuſlibet ſciſcitetur, quidnam ex lectione menſali retiuuerint.

S. Cæſario cognitus & vſitatus.

Pro confirmandâ hac conſuetudine, notandum duxi eam iam olim à S. Cæſario C Arelatenſi vſurpatam, de quo hæc vitæ Auctor: Cùm iam ſerò quieſcere veniſſet B. Cæſarius, vt vel vnius horæ momento de ſcripturis, & de inſtitutione ſancta non vacaret, aiebat ad nos: *Dicite mihi quid cænauimus hodie, qualia fercula habuimus?* Nos tamen tacentes ſuſpirabamus, quia illuc intellectus noſter ducebatur, quò ille ſolitus erat nos prouocare, quod de cibo ſpirituali loqui volebat, & ideò nos interrogaret. Dicebat iterùm, *ſcio quòd ſi ſollicitus fuero quid cænauerimus, etiam & quod prandiſtis retinetis. Si autem interrogauerimus, quid ad menſam lectum ſit, non recordamur, vnde datis intelligi, quia illud nobis quod retinemus, dulciter ſapuit: illud verò quòd non retinemus, non ſolùm ſaporem cordi noſtro nullum præſtitit, ſed etiam forſitan fecit;* & ingemiſcens dicebat: *O infelix obliuio bonorum, quia nihil infelicius!* & incipiens ab initio, quod lectum fuerat, vel expoſitum repetebat, nobiſque miſellis voce prophetica cum gemitu dicebat: *Colligite, colligite triticum Domini, quia verè dico vobis, non diu erit vt colligatis, videte quæ dico, colligite, quia quæſituri eſtis iſtud tempus.* Burſfeldenſes noſtri dicunt, Abbatem poſſe interrogare ſingulos, aut aliquos eorum quos voluerit, de recitatis in opere Dei, de lectione menſali, vel collationali. Canonici Regulares S. Saluatoris definientes, quid ſingulis diebus poſt prandium actis gratiis faciendum ſit Canonicis in loco deputato conſidentibus, hæc habent: *Examinet Prælatus vel Præſidens ſpiritualem lectionem in menſâ recitatam; quo modo vnuſquiſque memoria commendauerit, prout ſibi vi*A*debitur.* Confirmare hunc morem poterit S. Chryſoſtomi doctrina, qui poſt menſam auditam in templo ſuadebat repeti concionem: *Rogamus autem charitatem veſtram, vt dictorum ſitis memores, & ſemper horum memoria vobis inſonet. Et poſt ſenſibilem menſam cùm hinc abieritis, apponite & ſpiritualem menſam. Et dicat quidē vir aliqua eorum, quæ nunc hîc ſunt dicta: audiat autem mulier, diſcant pueri, diſcant & familiares, fiatq; domus eccleſia, vt effugetur diabolus.* S. Wolſtanus Epiſcopus Wigornienſis, ad cuius menſam ædificatio- B num libri legebantur, *Quiete epulis datâ, vt cæleſtem impartiret alimoniam, quibus miniſtrauerat corporalem, lectionem patriâ linguâ exponebat.*

Cypr. l. 2. vit. S. Cæſar.

Quid de hoc Congregationes ſtatuant.

Burſfeld. diſt. 3. c. 11.

Canon. S. Saluat. c. 6. conſ. §. 19.

REFECTORIVM.

Chryſoſt. Homil 2. in Geneſ.

Suadetur laicis repetitio concionis.

Sur. 19. Ianuar.

Monachi in menſâ examinati ſuper Lectione.

Reg. Mag. cap. 24.

Videtur porrò hoc examen olim in ipſâ menſâ factum. In Regulâ enim Magiſtri ita ſancitur: *Tempore ipſo refectionis dum legitur Regula, vt ſolliciti vniuerſorum fratrum excitentur auditus, de ſingulis menſis quos volueris fratres, quid lectum eſt Abbas interroget, vt cùm vnuſquiſque frater recitauerit quod audiuit, agnoſcatur plus lectioni illâ horâ intendiſſe quàm ventri, vt cùm ſurdus, negligens, non narrauerit quod audiuit, plus carnem iudicetur amaſſe quàm animam. Qui mox de negligētiâ ab Abbate iuſtè corripi debet, vt dum vnuſquiſque frater interrogatus timet erubeſcere, mentem ſuam alibi non faciat aberrare, ſed in hoc intendat quod legitur.* Ita ibi, quod Regulæ noſtræ neutiquam contrarium eſt, quæ permittit Cap. 38. Priori, ſi fortè voluerit pro ædificatione aliquid breuiter dicere. Et crediderim examinationem hanc ſub finem menſæ inſtitutam, intereà dum lances & ſcutellæ D auferuntur.

DISQVISITIO V.

Quid agendum cùm ad menſam non legitur?

Praxis aliciendi pios affectus in menſâ.

IN monaſteriis quibuſdam ad ſecundam menſam non legitur, aut parum tantùm ex lectione delibatur. In itinere quoque conſtituti lectione plerumque deſtituuntur, quod & aliàs ſubinde poteſt accidere: E quî verò defectus hîc ſupplendus, optimè docet Ludouicus Bloſius: *Si fortè,* inquit, *ad eam menſam accumbis in quâ lectio ſacra deeſt; tu ne ſic quidem animam tuam cibo ſpirituali priuaueris, ſed quantum per ſilentium licet, cum ipſa aut cum Deo tuo intus colloquere, & pium aliquid apud te, pertracta.* Alibi verò huius rei praxim explicans, ita ait: Vt autem animi deuotionem inter edendum inter alas, potes ſi non impediris, buccellas, quas ſumis, intingere mente in pretioſum ſanguinem Chriſti, & è roſeis vulneribus eius potum haurire. Potes etiam dum

Bloſ. in ſpec. Mon. §. de lect. menſ.

Idem ſpec. ſpir. cap. 4.

 mandu-

REFECTORIVM. manducas, ruminare hæc verba: *Virtus diuini amoris tui, dilecte mi* IESV, *me tibi incorporet, & intimè vniat.* Dum verò bibis, iſta: *Dulcedo diuinæ charitatis tuæ amantiſſime* IESV, *influat in intima mea, & penetret totam ſubſtantiam meam ad æternam laudem tuam.*

Digna Religioſis. Meritò autem hæc piiſſimus ſcriptor monuit, nam vt Clemens apud Damaſcenum ait: *Menſa in quâ nulla Dei memoria adhibetur, à brutorum ſtabulo non differt.* Quare S. Bernardus ita Monachum informat: *Cùm manducas*, inquit, *nequaquam totus manduces, ſed corpore tuo ſuam refectionem procurante, mens ſuam non negligat: ſed de memoriâ ſuauitatis Domini, vel ſcripturarum aliquid, quod eam paſcat, meditando, vel ſaltem memorando ſecum ruminet ac digerat.*

Damaſcen. lib. 2. parall. cap. 5. Bernard. epiſt. de vit. ſolit.

Et Deo apprimè grata. Quòd autem Deo gratum ſit, pium aliquid inter comedendum mente reuoluere, in vitis Patrum ſeniori cuidam oſtenſum fuit. Comedens enim cum pluribus fratribus, vidit in ſpiritu quoſdam edentes mel, alios autem panem, alios verò ſtercus, & admirans deprecabatur Deum, vt reuelaret myſterium huius rei, & venit vox deſuper dicens: *Illi qui manducant mel, ij ſunt, qui cum timore & tremore, & gratiarum actione ſedent ad menſam, & inceſſanter orant. Panem manducant gratias agentes, & oppoſitis contenti cibis, ſtercus verò murmurantes.*

Materia horum affectuum. Materia autem eorum, quæ ad menſam expendi poſſent, varia admodum eſt.

I. PRIMÒ enim, B. Eſaias peccata in mentem reuocari vult, ne cum voluptate comedamus. Eſaias orat. 3.

II. *Ex compunctione.* SECVNDÒ, Confuſionem & compunctionē in ſe excitabat Iſidorus Monachus, de quo Palladius: *Scio eum ſæpe in menſâ fuiſſe lacrymatum, & cùm rogaretur cauſſam, cur fuiſſet lacrymatus, audiui dicentem: Pudet me veſci cibo à ratione alieno, cùm ſim ratione præditus, & ſim futurus in paradiſo deliciarum, & replendus ambroſiæ nutrimento, propter eam quæ data eſt nobis à Domino poteſtatem.* Pallad. hiſt. Lauſ. cap. 1.

III. *Ex cæli epulis.* TERTIÒ, S. Laurentius Iuſtinianus ad cæleſtes epulas ſuſpirare monet: *Euntes enim ad hoc carnale conuiuium, vocari ſe ad æternum arbitrentur, & in illud totâ ſuſpendantur mente. Conſiderent namque conuiuantium numeroſitatem, reſidentium vnitatem, deliciarum affluentiam, ciborum vniformitatem, cœnaculi immenſitatem, & bonorum omnium opulentiſſimam ſatietatem. In his etenim euecta mens, & ſpiritualibus dapibus ſaginata, vix corpori neceſſaria indulgere valebit.* Laur. Iuſt. lib. de diſcip. & perfect. mon. conuerſ. cap. 20.

IV. *Ex pauperum inopia.* QVARTÒ, Trithemius vult nos infirmis, egenis, & pauperibus compati, & pro eis cùm aliud non licet Dominum deprecari: *Cogita*, inquit, *multos inter Chriſtianos eſſe te longè meliores, quos dura paupertas in hâc vitâ opprimit, quibus nec cibus ad victum neceſſarius hac horâ porrigitur, nec veſtes ſaltem tenuiſſimæ ad amictum corporis miniſtrantur. Tu autem Monachus cùm ſis, contemptor ſæculi, optimis indutus veſtibus, tamquam princeps ad menſam reſides, cibus tibi ad ſatietatem per fratres te meliores apponitur, omnia vſque ad nauſeam tibi indigno peccatori per Dei ſeruos neceſſaria miniſtrantur.* Trithem. in exen. Monach. conſ. 5.

V. *Quid meditandum ſub cibo.* QVINTÒ, S. Baſilius ita ad Gregorium Theologum ſcribit: *Ne in menſâ quidem ita animis eſſe feriatis nos oportet, vt à commentatione rerum diuinarum vacemus. Quippe qui alimentorum naturam, corporiſque aliti opificium, argumentum habeamus, diuinas laudes exordiendi, vtique cùm in mentem nobis venit, quomodo varia cibi genera corporum qualitati accommodata, ab eo ſint inuenta, qui omnia moderatur & regit.* Hæc ille. Baſil. epiſt. 1.

De iaculatoriis. Cui conſonat Mauburnus, monens iaculatorias ad Deum dirigendas v. g. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Itemque vbi acceperis panem: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.* Ad piſces autem: *Si piſcem petieris, nequaquam ſerpentem dabit tibi.* Vbi autem potum ſuſcipies dicito cum Pſalmiſta: *Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Mauburn. diſt. 1. Roſet. H. 8. Pſal. 62. Matth. 6. Luc. 11. Matth. 7. Pſal. 41.

VI. *Sapores myſtici.* SEXTÒ, Guilielmus Pariſienſis è cibo potuq; corporali quatuordecim ſapores ſpirituales meditando extraxit, quibus anima refici poſſit. *Neſcit*, inquit, *comedere qui ex cibis ſapores huiuſmodi attritione meditationis extrahere non nouit: nec palatum habet, ſiue fauces ad manducandum, qui ſapores huiuſmodi ſentire non præualet. Sine his enim saporibus, non vt homines, ſed magis vt aſini, aut porci cibos corporales potiùs conſumunt, quàm comedunt.* Myſticos autem hos ſapores Sanctorum Patrum ſale ac ſaccaro conditos compendio repræſentat Nigronus. Guil. lib. de virtut. Nigron. tr. Alcet 4. par. 2. cap. 4. §. 32.

VII. SEPTIMÒ, Andreas Capella ex Carthuſiano Epiſcopus Vrgellenſis, ſeptem menſas in ſingulas hebdomadæ ferias conſiderationibus & piis affectibus inſtructas ſpiritualibus viris exhibet, in quibus liceat epulari in Domino. Capella in man. exerc. ſpirit. exercit. 33. & deinceps.

VIII. *Fercula euangelica.* OCTAVÒ, Ioannes Mauburnus, fercula ſiue conuiuia euangelica inter prandendum commemorata in ſingulos hebdomadæ dies apparauit. Similiter quoque praxis ſpiritualis piæ cuiuſdam virginis in Italiâ à Nicolao Sfondrato, Cremonenſi primùm Epiſcopo, deinde Papa Gregorio XIV. edita, quotidie ex Chriſti Domini prandiis aut cœnis terna inſtruxit fercula, piis mentibus omnino vtiliſſima. Qui inde depromat, cui hæc non ſufficiunt. Mauburn. vbi ſupra.

Digitized by Google

TRACTATVS III.

DE PANE, ET PVLMENTARIIS.

SACRATIS benedictione cibis, auditâ lectionis particulâ, quò priùs mens quàm corpus reficiatur, tempus eſt, vt ipſa tandem aggrediamur fercula. Quæ quidem tam prouidè nobis noſter paterfamilias decreuit adminiſtranda, vt in eo æternam æmularetur Sapientiam, quæ omnia in menſurâ, & numero, & pondere diſponit. *Panem enim in* pondere; *Pulmentaria in* numero; *potum exhibet in* menſurâ. *De his deinceps acturi, à Pane, omnium antiquiſſimo, communiſſimo, & maximè neceſſario alimento, vſque adeò vt eius nomine Hebræi quemcumque deſignent cibum, exordiemur. De quo Diſquiſitio* Prima, *Cur Panis menſuram S.* BENEDICTVS *determinauit?* Secunda, *Quanti ponderis ſit libra Panis à* S. BENEDICTO *præſcripta?* Tertia, *Cur tam largam Panis menſuram S.* BENEDICTVS *indulſerit?* Quarta, *Cur minor portio Panis cœnæ aſſignata quàm prandio?* Quinta, *Quis vſus adminiſtrandi Panem in Ordine noſtro?* Sexta, *Quæ Pulmentaria, & quot fratribus danda?*

Sap. 11. *Prouidum S. Benedicti de cibis decretum.*

DISQVISITIO I.

Cur Panis menſuram S. BENEDICTVS *determinauit?*

Panis menſuram definit.

CVM difficillimum omninò ſit in vſu neceſſariæ voluptatis, per quam reficimus corpus, debitam moderationem non excedere (neſcit enim noſtra cupiditas vbi finiatur comedendi neceſſitas) voluit S. P. BENEDICTVS etiam victus quotidiani, & qui in eo præcipuus eſt, Panis menſuram definire.

I. *Quia ſeruis id olim fiebat.* *Primò*, quia ſeruis olim tam apud Græcos, quàm Romanos definitâ menſurâ panis admetiebatur, quod inde *dimenſum* dicebatur, ſolebatque primo die cuiuſque menſis diſtribui: quò alludit Antipho apud Plautum cùm ſeruos ſuos alloquẽs, inquit: Plaut. Sticho act. 1. ſcen. 2. *Quid dimenſum.*

Vos meminiſtis, quot Kalendis petere dimenſum cibum,
Qui minus meminiſtis, quod opus ſit facto, facere in ædibus?

Hinc apud Lucam fidelis diſpenſator & prudens dicitur à Domino conſtitutus ſuprà familiã ſuam, *vt det illis in tempore tritici menſuram.* Luc. 12. Græcè, σιτομέτριον, hoc eſt, *dimenſum*, deſtinatam ſingulis menſibus ſiue diebus frumenti menſuram. Apud Græcos Chœnix, diurnus ſiue diarius erat cibus, A cùm autem Monachi ſerui appellentur Dei, voluit & S. P. certam eis panis aſſignare menſuram.

II. *Veteres Monachos imitari voluit.* *Secundò*, imitandos ſibi duxit veteres Monachos, qui certâ & definitâ menſurâ cibum ſumere ſoliti ſunt. Ita Macarius Alexandrinus quatuor vel quinque vncias buccellati comedebat, & aquam quæ eis responderet. Palla. Lauſ. cap. 20. Abbas Moyſes annis ſex in cellulâ incluſus nihil preter ſicci panis vncias duodecim ſumpſiſſe legitur. Ibid. c. 22. *Qui panẽ in pondere ſumebant.* S. verò Hilarion à trigeſimo primo anno vſque ad B trigeſimum quintum ſex tantùm vncias hordeacei panis cum olere modicè cocto in cibo habuit. S. Hieron. in vitâ Hilarion. Dorotheo item Abbati vnciæ panis ſex, & oluſculorum faſciculus, refectio erant, teſte Sozomeno. Lib 6. c. 29. Publius, vt refert Theodoretus, Monachos inuiſens, qui diuiſis cellulis iuxta eius habitaculũ poſiti erant, ad trutinam panis menſuram, diligenter perpendebat: & ſi quando inueniſſet plus quàm eſſet definitum, ægrè ferebat, & eos qui hoc faciebant, helluones appellabat. Theodor. in Philath. cap 5. Sed vt à ſingulis Monachis ad integras congregationes tranſeamus, conſtat Ægyptiis Monachis diurnum

 victum

REFECTORIVM. Caſſian. Collat. 2. cap. 19.

victum certo pondere definitum fuiſſe, de A quo Abbas Moyſes apud Caſſianum: *Maiores noſtri cunctis abſtinentiis præpoſuere refectionem ſolius panis, cuius æquiſſimum modum in duobus paximatiis ſtatuerunt, quos paruulos panes vix libræ vnius pondus habere certiſſimum eſt.*

Quæſitum, quid ſint Paximatia.

Quid verò hæc *Paximatia*, aut vt alij vocant, *Paxamidia* ſint, aut quot vnciis conſtent, non inutiliter hîc diſcutietur, quia ex ijs nonnihil lucis accedet diſquiſitioni ſequenti, de librâ panis à S. BENEDICTO conſtituta. Frequens autem mentio eſt B *Paximatiorum* in vitis Patrum, vt videre eſt in Onomaſtico Roſweydi, qui explicationem eius hanc adfert ex gloſſis Iſidori: *Paximatium, panis ſubcinericius.* Suidas ait: *Paxamas, panis biſcoctus: eſt autem vox Romana.* Nicolaus Rigaltius in Gloſſario ſuo Tacticomixobarbaro non improbabiliter exiſtimat, à *Paxamâ* cupediario dictum, de quo Suidas: *Paxamus ſcripſit de arte culinario, ordine alphabetico; & Bœoticorum libros duos.* Ex eo autem quòd panes hi eſſent bis cocti, vt nimirùm diutiùs incorrupti perdurarent, ſicci admodum & duri erant, vnde C etiam frequenter in iiſdem Patrum vitis *panes ſicci* vocantur, & ideò comeſturi eos aquâ macerabant & madefaciebant, quod ibidem ſæpe dicitur infundere panes. S. Columbanus *Paximatij* meminit, deſcribens enim Monachorum cibum, nominat *Olera, legumina, farinam aquâ mixtam cum paruo pane paximate, ne venter oneretur.* Sed & idem in Pœnitentiali frequentiùs *Paximatiorum* meminit, v. g. *ſi quis frater inobediens fuerit, duos dies vnum Paximatium, & aquam.*

Columb. reg. c. 3.

Et quantum pendant.

De pondere verò, ait ſuprà citato loco D Moyſes, *quos paruulos panes vix libræ vnius pondus habere certiſſimum eſt*, quæ quidem amphibologica locutio eſt. incertum enim eſt, num ſingulos panes vnius libræ, an verò vtrumque ſimul id ponderis habuiſſe velit. Quidam ſingula Paximatia vnius libræ fuiſſe contendunt: ſed non id de ſingulis, verùm de duobus iunctim eſſe intelligendum, pluribus docet Leſſius, qui diſcurſum ſuum his verbis concludit: Itaq; certum videtur, ſingula Paximatia fuiſſe ſolùm ſex vnciarum, & duo ſimul iuncta E pendiſſe circiter libram. Ex quibus colligas veteres illos in ſingulos dies ſtatuiſſe circiter duodecim vncias panis, quæ menſura omnibus paſſim ſatis eſſe poſſet. Libra enim apud veteres erat duodecim vnciarum, non ſexdecim, vt apud nos, atque ideò Germanus in eâdem Collatione Moyſis reſpondit, ſe menſuram vnius libræ minimæ *pro continentiâ reputare*, quippe qui integram eam nequaquam poſſet conſumere.

Sex vncias pendebant ſingula paximatia. Leſſ. Hygiaſt. c. 3. n. 15.

Libra 12. vnciarum.

Caſſ. coll. 2. cap. 20.

DISQVISITIO II.

Quanti ponderis ſit libra Panis à S. BENEDICTO *præſcripta?*

Cap. 39.

De pane quotidiano ita Legiſlator noſter ſtatuit: *Panis librâ vna propenſa ſufficiat in die, ſiue vna ſit refectio, ſiue prandij, & cœnæ. Quòd ſi cœnaturi ſunt, de eâdem librâ tertia pars à Cellerario reſeruetur, reddenda cœnaturis.* Quòd autem dicit Panis libra propenſa, Smaragdus interpretatur, *ante penſata*, vel *librata*. Et Turrecremata: propenſa ait, id eſt, moderata. Alardus verò Gazæus, propenſam, inquit, intelligo propendentem ac profuſam, id eſt, largam & copioſam, non parcam, aut diminutam; iuxta illud Lucæ: *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum:* Et apud Plautum; *propenſo munera*, id eſt, magna. Antequam verò determinemus quot vnciis hæc libra Benedictina conſtet, prænotandum eſt cum eodem Gazæo, duplicem eſſe libram ponderalem. Alteram ſexdecim vnciarum, quam mercatoriam ſiue Zygoſtaticam, Galli regiam, aut Pariſinam nuncupant: quâ mercatores inſtitoreſque, quicumque merces appenſas venumdant, vtuntur: alteram Romanam, duodecim dumtaxat vnciarum, quæ Romanis olim vſitata, & Scriptoribus eſt nominatiſſima. Ita S. Epiphanius, qui de menſuris & ponderibus librum ſcripſit: *Libra*, inquit, *eſt duodecim vnciarum.* Iſidorus ait, Vnciam duodecies computatam libram efficere. Sed Benedictinam libram iam expendamus, de quâ variæ ſunt variorum opiniones.

Quid, libra panis propenſa. Gaz. ad Caſſ. lib. 5. cap. 5. Luc. 6. Plaut. in Truc. *Duplex libra ponderalis.* Budæus lib. 2. de aſſe. Iunius, Nomenclat. Iſid. lib. 16. Etymolog. cap. 24.

Quod pondus Libræ Benedictinæ.

I. *Primò*, Regula Magiſtri ait: *Medius panis penſans libram, ſingulis fratribus in die ſufficiat, ſecundùm formam diuinæ diſpenſationis. Cùm medium panis cæleſtis coruus Paulo ſeruo Dei quotidie veſcendum parauerit.* Reg. Mag. cap. 26.

II. *Secundò*, Turrecremata ait: Pondus huius libræ panis maius eſſe credimus, quàm ſit pondus Libræ Florentinæ, quæ tantùm duodecim vncias dicitur continere: quia iſta non ſufficeret duabus refectionibus.

III. *Tertiò*, B. Petrus Damiani Eremitis ſuis ſub Regulâ S. BENEDICTI militantibus hęc pręſcribit: *Panis autem eadem in Eremo, quæ & in Monaſterio eſt mẽſura, hac tamen diſcretione ſeruatâ: vt in diebus quidẽ refectionis ſiue ſingulæ, ſiue binæ, ſi totum vult frater comedere, reprehenſioni non cogitur ſubiacere. In diebus verò ieiunij* (cum nimirùm ſeorſim comedunt) *quia vnuſquiſque frater lances habet in cella, illis ſemper librat, quod ſibimet cœnaturus apponat. Menſura autem illa hunc habet modum, vt ſuperaddito quadræ dimidio, dimidium*

Menſura panis à Petro Damiane præſcripta. Pet. Dam. op. 15. c. 8.

Appenſa cum tribus anſerum ouis.

dium: buccellæ totius appendat: quadro videlicet remanente integrâ ſemis. Et vt nulla dubietas ſuper huiuſmodi menſurâ remaneat, nouem ornicum, vel trio anſerum ouo libratis lancibus tontumdem penſant. Sed quanta ſit hæc menſura panis, mihi vix liquet, & crediderim reſtrictiorem illam fuiſſe, quàm S. BENEDICTI, cùm aliàs ſæpe rigidiora præſcribat, quàm ipſa Regula.

IV. *Quid Concilium Aquiſgranēſe de pane ſtatuit.* Can. 37.

Quartò, Concilium Aquiſgranenſe ſic babet: *Vt libra panis, quæ Monachis datur, triginto ſolidis per denarios ponderetur, antequam coquatur.* Quod Alardus Gazæus ita intelligit, vt libra panis, nempe quotidiana portio Monachorum, triginta ſolidos, id eſt aſſibus, Turonenſibus ſaltem, ſi non Pariſienſibus, ſiue trecentis ſexaginta denariis pendere, hoc eſt, valere debeat: vnde eius magnitudo, & pondus æſtimari poſſit. Quare mirum non eſt, ſi S. Odo Cluniacenſis Abbas mediâ panis librâ contentus fuiſſe ſcribatur, cùm admodum magna illa eſſe debuerit.

Quot vnciarum fuerit.

Quot autem vnciarum panis ille fuerit, hand facile aſſequor, ſi tamen coniecturis vti fas ſit, exiſtimauerim coctos Monachorum panes appendiſſe quatuor libras, id eſt, quadraginta octo vncias. In præcedentis anni 816. Aquiſgranenſi Synodo hæc Canonicis portio ſtatuitur: *Communi voto, communique conſenſu ſacro conuentui ſtatuere placuit, vt omnibus locis, maioribus ſcilicet, & minoribus, accipiant ſinguli Canonici per ſingulos dies quotuor libras panis.* In fine autē declaratur libram accipi duodecim vnciarum. Monialibus in eâdem Synodo per dies ſingulos *tres libræ panis* aſſignatę ſunt. Et credibile eſt maiorem Monachis menſuram ab Abbatibus tributam. Cur ergo non dicunt, tres aut quatuor libras? arbitror inhærere voluiſſe textui Regulæ, & determinare eam, quam S. BENEDICTVS vocat libram panis. Quod confirmatur ex Epiſtolâ Theodemari: *Direximus quoq; pondus quatuor librarum, ad cuius æqualitatem ponderis panis debeat fieri: qui in quaternos quadros ſingularum librarum, iuxto ſacrum textum Regulæ poßit diuidi: quando pondus, ſicut ab ipſo Patre eſt inſtitutum, in hoc eſt loco repertum.*

Cap. 122. Reg. Monial. c. 13. Theodem. ep. ad Carol. Magn.

V. *Caſſinenſis libra 33. vnciarum.* Caſſin. in c. 39.

Quintò, Caſſinenſes in ſuo Declaratorio ita ſcribunt: *Pondus libræ (vt habuimus à Monaſterio noſtro Caßinenſi) fuit vnciarum triginta trium, & ſemis.*

Nullus verò locus eſſet, tam variis opinionibus, ſi ipſum pōdus libræ panis, quod tempore S. BENEDICTI in vſu erat, quodque S. Mauro in Gallias proficiſcenti (teſte Fauſto) ipſe dederat, haberi poſſet. In Archiuo S. Mauri Foſſatenſis Cœnobij, erat ſacculus coriaceus, continens pondera plumbea panis & vini, & libra quidem panis, quam ſe à Canonicis, qui Monachis ſuffecti ſunt, acceptam ponderaſſe, ſcribit Iacobus Breulius, triginta trium vnciarum & ſemis fuit, quòd omninò cum Caſſinenſibus congruit. Pro quâ interpretatione illuſtranda, hæc ſubdit: Hanc multa Galliæ monaſteria ſub ipſo Patre BENEDICTO militantia, antiquitus retinuiſſe conſtat. Quin etiam anno Domini 1571. adhuc panis conuentualis cœnobij S. Medardi Sueſſionenſis, erat triginta duarum vnciarum: vt ſcilicet ſeſcuncia cum furfure penes piſtorem, pro decoctione & labore eius remaneret. Ab his ſimile pondus panis Cæleſtini vicini mutuati ſunt: ne ſcilicet à Regulâ S. BENEDICTI (in quam pariter voto ſolemni iurarunt) vel in hoc deuiarent. Turpinus Archiepiſcopus Rhemenſis in ſuo Chronico, loquens de Monachis monaſterij Craſſæ, ſiue Craſſenſis, de nouo conſtructi, ait Carolo Magno. *Ponatis eis pondus in pone, ne poßit diminui: vt æqualis portio omnibus tribuatur.* Et multis intermediis foliis ſubiungitur: *Et dedit pondus panis, vt numquam augmentetur, nec minuatur, de lapide quodam, qui fuit inuentus in capite cuiuſdam piſcis, qui Cetus ab omnibus nuncupatur.* Hoc in noſtro Turpino MS. habetur, non in aliis impreſſis & adulteratis. Hactenus Breulius.

Conuenit cum Foſſatenſi. REFECTORIVM. Breul. ſuppl. antiq. Pariſ. pag. 91. *Et aliis Galliæ cœnobiis.* *Menſura panis Craſſenſis monaſterij.*

De pondere panis quod Caſſini manſit.

Alterum porrò pondus remanſit Caſſinenſi monaſterio, quod eo à Longobardis incenſo; Bonitus eiuſdem S. P. diſcipulus apud vrbem in monaſterio Lateranēſi depoſuit, & per Zachariam Papam redditum tempore reſtaurationis ipſius monaſterij fuit, vbi vſque hodie reſeruatur, ſicut tradunt Petrus & Paulus Diaconi, qui fuerūt Monachi Caſſinenſes, inquit Bernardus, & ipſe Caſſinenſis. Et hoc fortaſsè fuerit, cuius meminit Theodemarus.

Fulienſes 18 vncias habent. Apud Henriquez in Menolog. 28. April.

Fulienſes noſtra ætate in initio Congregationis ſuæ octodecim vnciarum pondus fratribus viritim per ſingulos dies dabant. Sed qualis hic panis fuerit, explicat Ludouicus à S. Malachia. Erat, inquit, planè cibarius & autopyrus panis, & ſic atet, vt paſtores in agris non facilè reperiantur, qui moloſſis ad pecoris cuſtodiam adhiberi ſolitis magis atrum obiiciant.

DISQVISITIO III.

Cur tam largam Panis menſuram S. BENEDICTVS *indulſerit?*

Cur tātum panis S. Benedictus aſſignauerit.

LIBERALIS admodum in aſſignandâ Panis portione Legiſlator noſter fuit. Libra enim panis tot vnciarum, quot iam vidimus, *maior eſt*, inquiunt Caſſinenſes, *quàm vt tontum vnus frater die vnâ mādūcare poßit.*

REFECTORIVM. Cap. 39.

poſſit. Cur autem ſobrietatis Magiſter ita ſtatuit, qui tam ſolicitus erat, *vt numquam ſubreperet Monacho indigeries*? Non ſine iuſtis rationibus id factum, credibile eſt.

Primò, vt omnibus ſatisfaceret.

Prima autem cauſſa tam amplæ portionis, quæ ad triginta tres vncias & amplius ſe extendit, hæc eſſe poteſt, quia nimirùm voluit omnibus omninò ſatisfacere, & nulli dare vllam anſam querelæ aut murmurationis. Vbi enim eſt tanta diuerſitas corporum, & virium ventriculi, non poteſt eadem menſura omnibus eſſe accommodata; ſed quod huic robuſto & iuueni eſt æquale, illi debili & ſeni in duplum vel triplum eſt nimium. *Sicut enim*, vt Plutarchus obſeruauit, *qui multis ægrotantibus æqualia medicamenta menſuris & ponderibus exactis diſtribueret, per eſſet ridiculus: ita etiam habendus eſt præbitor, qui homines neque ſitientes æqualiter, neque eſurientes, vniuerſos æquali modo velet curare, menſuram & quodcumq; tribuendum ſit arithmeticâ, non geometricâ definiens ratione.* Itaque eo conſilio tanta panis quantitas conſtituta eſt, vt etiam robuſtiſſimi ſatis haberent. Inſinuat hanc rationem S. Pater, cùm ita ait: *Vnuſquiſque proprium habet donum ex Deo, alius ſic, alius verò ſic. Et ideò cum aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura victus aliorum conſtituitur.*

Plutarch. Sympoſ. l. 2. q. 10.

Cap. 40.

Certa menſura non poteſt omnibus dari.

Cur autem cum ſcrupuloſitate? quia nimirùm certa menſura, quæ omnibus conueniat, inueniri facile nequit. Quod enim vni ſatis eſt, alteri aut minus aut nimium eſt. Quod euidentius efficitur, ſi conſideremus veteres olim plus panis, quàm nunc ferè fit comediſſe, vel quia maiore ſtomachi calore vigebant, vel quia diutius manuum inſudabāt operibus. Obſeruatum enim à Marſilio Cagnato apud veteres vulgare dimenſum panis, quod pro diurno cibario viritim dabatur, fuiſſe Chænicem, ſeu quantum Chænice capiebatur. Iuxta Budæum autem in Chœnice vnciç quadraginta octo fuerunt, ex quibus Athenis quatuor magni panes conficiebantur; octo verò parui ex interprete Ariſtophanis, *in veſpis*. Cibus igitur diurnus & vulgaris quatuor panes fuere, quorum ſinguli ex farinæ tritici libra vel libræ ſextantibus quinque cōflabantur. Notandum tamen eſt, eos, qui libras panis quatuor ſingulis diebus abſumebant, & pauco obſonio vſos, & magnâ exercitatione. Diurna verò panis portio, vt Alcaſar ait, quæ in Hiſpania famulis ſingulis dari ſolet, duas & triginta vncias non excedit; quod cum Caſſinenſi libra ferè conuenit. Apud Hebræos, Cornelio teſte, cabus diurni victus menſura erat, quinquaginta trium vnciarum & quadrantis. Ex quibus videas magnam ſatis quantitatem ab omnibus aſſi-

Cagnat. l. 1. de ſanit. tuend. c. 18. *Veteres multum panis edebant.*

Alcaſ. in c. 6. Apoc.

A gnari diario cibo, vt mirum non ſit, ſi largiter quoque eam S. BENEDICTVS indulſerit. Nam S. Doſitheus, qui delicatus ac tenerrimus ad monaſterium Abbatis Seridi venerat, *panem cum dimidio* ſcribitur comediſſe: *erat autem panis quatuor librarum.*

Doroth. in vit. Doſith.

Secundò propter laborem.

Secunda cauſſa à Legiſlatore adfertur: *Si labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio & poteſtate Abbatis erit, ſi expediat aliquid augere.* Bernardus Caſſinenſis hoc intelligendum ait, non ſolùm in agris, aut aliis operibus, ſed etiam in officiis diuinis, ſicut eſt in ſo- B lemnibus diebus, quando fratres amplius in eccleſiâ conſueuerunt laborare.

Tertiò, vt reliquiæ pauperibus erogentur.

Tertia cauſſa eſſe potuit ſubſidium pauperum, vt nimirùm quod reliquum fuerit ex menſâ fratrum, pauperibus in eleemoſynam erogetur. Nam vt vetuſtas veſtes etiam à Religioſorum vſu ſepoſitas, S. BENEDICTVS aſſeruari voluit propter pauperes, ita exiſtimandum eſt mentem eius fuiſſe, vt etiam ciborum reliquiæ egenis diſtribuerentur. Quod quidem multis monaſteriis in vſu fuit. De quo ſic in Capitulo pro- C uinciali Northamptoniæ in Angliâ: *Cùm, iuxta teſtimonium ſapientis, panis egentium vita ſit eorum; & qui defraudat eos, homo ſanguinis ſit cenſendus, districtè præcipimus, vt eleemoſyna de reliquiis poſt refectionem, iuxta Statutum Patrum præcedentium, largiatur; nec de cætero liceat eleemoſynario, ſicut nec aliis; ſuos operarios vel miniſtros extrinſecos de fratrum ſuſtentare fragmentis, vel eos paſcere de eiſdem. Et vt eleemoſyna efficacius conſeruetur, ſtatuimus, vt quamdiu conuentus fuerit in prandio, vel in cænâ, oſtia clauſtri cuſtodiantur vbiuis,* D *ne his temporibus in clauſtrum quiſquam intret ſæcularis; & vt pauperes debitis eleemoſynis non fraudentur, prouiſum eſt, vt omnia apponenda ſine diminutione apponantur in refectorio, & infirmitorio, & alibi, vbi Monachi reficiuntur, & de appoſitis totum reſiduum in eleemoſynam cedat, per eleemoſynarium pauperibus fideliter erogandum: Præſidente dumtaxat excepto: conſumptores verò eleemoſynæ ſi ſemel, ſecundò, & tertiò in Capitulo correpti* non emēdauerint, tribus diebus *continuis in pane, & aquâ ieiunent, vt aliis ſint in exemplum.* Similia ſtatuta E fuere pro Cluniacenſibus ſub Hugone V. anno 1200. Præceſſerat iam ante Iſidorus: *Quod menſæ redundauerit, omni curâ ſeruatum egentibus diſpenſabitur.*

Anno Domini 1444. cap. 7. *Quod olim apud noſtros vſitatum.*

Iſid. reg. cap. 11.

Quartò, vt gulam frenent.

Quarta cauſſa ſit, vt habeant Religioſi occaſionem meriti, frenando gulam. Non eſt difficile, ait Leſſius, dum illecebræ abſunt, temperantiam præſtare; ſed eſurire inter epulas, & cohibere ventris ingluuiem irritamentis præſentibus, hoc opus, hic labor eſt, præſertim iunioribus, & aliis nondum gulam penitus domitam habentibus, ac proinde magni apud Deum meriti.

Leſſ. Hygiaſt. c. 2.

Vnde

Quo ſine prejudicio apponitur.

Vnde ne in Religionibus hæc augendæ coronæ occaſio deſit, ſubinde aliquid amplius, & in varietate, & in quantitate conceditur, quàm temperantiæ menſura requirat. Quâ de re habemus præclarum exemplum in vitâ S. Pachomij, quod hîc etſi longiuſculum, apponere viſum eſt. Profectus eſt aliquando S. vir ad monaſterium, quod ſub eius erat ditione. Quem cùm fratres omnes in occurſum eius properantes, ſummâ veneratione ſuſciperent, infantulus quidam de ipsâ congregatione, qui inter alios occurrerat, clamare cœpit ac dicere: *Verè, Pater, ex quo hinc ambulaſti, nullus nobis olera, nec legumen aliquod coxit.* Ad quem Sanctus gratâ mente reſpondit: *Non contriſteris fili mi: ego iam coquam.* Ingreſſuſque monaſterium, poſt orationem venit ad coquinam, & inueniens fratrem, qui coquinæ præerat, pſiathos operantem, ait ad eum: *Dic mihi frater, quantum temporis habes, ex quo non coxiſti fratribus olera vel legumina?* Qui reſpondit: *Sunt ferè duo menſes.* Et S. Pachomius ait: *Quare contra præceptum facere voluiſti, vt tanta fratrum negligeretur vtilitas?* Qui ſub humili ſatisfactione reſpondit: *Optaueram quidem venerabilis Pater, quotidie implere miniſterium meum: ſed quia quidquid coquebam, non conſumebatur à fratribus, quia omnes abſtinent:* (ſoli quippe pueri aliquid cocturæ percipiunt) *ne tanto labore paratæ proiicerentur expenſæ, propterea pulmentum non coxi. At ne otioſus eſſem pſiathos elegi cum fratribus texere, ſciens vnum de his qui mihi deputati ſunt, ad opus huiuſcemodi poſſe ſufficere, vt parvas eſcas, id eſt oliuas & herbulas ad refectionem fratribus pararet.* Hæc audiens Pachomius: *Et quot ſunt*, inquit, *pſiathi, quos te feciſſe dixiſti?* Qui reſpondit: *Quingenti.* Et ille: *Defer*, inquit, *huc omnes, vt videam.* Qui cùm fuiſſent allati, protinus eos igne ſuppoſito iuſſit exuri. Tunc ait illis: *Sicut vos traditam vobis erga diſpenſationem fratrum Regulam deſpexiſtis, ſic ego paſſim labores veſtros incendio concremaui: quatenus cognoſcatis, quam pernicioſum ſit, Patrum inſtituta conuellere, quæ pro animarum ſalute promiſſa ſunt. An ignoratis quòd glorioſum ſit ſemper, abſtinere præſentibus? Nam ſi quis ab eâ re, quæ in eius eſt poteſtate, diuinâ conſideratione ſe continet, magnum conſequitur à Domino præmium. Ab eâ verò re, cuius vtendi licentiam non habet, quadam noſcitur neceſſitate cohiberi: & ideò propter abſtinentiam coactam atque inutilem fruſtra videtur exſpectare mercedem. Denique cùm plures eſcæ appoſitæ fuerint, ſi fratres parciùs his vtuntur propter Deum; tunc apud Deum ſibi maximam ſpem reponunt. De cibis autem quos non vident, nec eis ad percipiendum facultas vlla tribuitur, quomodo pro parſimonia præmium conceditur? Ideóque propter exiguos ſumptus tanta fratrum non debuit intermitti commoditas.* Ex quo exemplo hæc duo diſcere poſſumus.

Vit. Pach. lib. 1. cap. 43. apud Sur. 14. Maij.

Fecit id Monachis ſuis S. Pachomius.

Et coquum negligentem caſtigauit.

Abſtinentia voluntaria Deo grata.

REFECTORIVM.

Primum, bonum eſſe pluſculum cibi Religioſis proponere, vt vltroneæ mortificationis occaſionem habeant. Alterum, expedire vt ad Dei honorem ex ſingulis ferculis aliquod intactum Religioſus relinquat. Quo in genere laudanda eſt primorum fratrum S. Dominici temperantia, de quibus ita ſcribitur. Quamuis menſa fratrum per ſe ſatis frugalis & ſobria eſſet, attamen non parum illi addebat ornamenti quorumdam mira abſtinentia. Alij enim ad dies octo potu prorſus ſibi interdictum volebant: alij cibo appoſito aquam frigidam infundebant: multi, ne notam ſingularitatis contraherent, modò ab hoc, modò ab illo edulio ſibi temperabant, de appoſitis ſibi quippiam ſubtrahentes. Monet etiam S. Hildegardis: *De quolibet regulari, & communi cibo, & potu, in conuentu fratrum ſuorũ ſibi regulariter & communiter appoſito, corpori ſuo partem ſubtrahere licenter poterit, ita ſanè, ne clamor inde rumoris exurgat, ſic communem conſuetudinem monaſterij regulariter & humiliter ſine querimonia vbique ſequendo.*

Laudati qui non omnes eſcas edebant.

Vita S. Domin. 4. Auguſt. apud Sur.

Hildeg. in explicat. Reg. c. 49.

DISQVISITIO IV.

Cur minor portio Panis cœnæ aſſignata quàm prandio?

LIbram panis ita pro diurno paſtu aſſignauit S. BENEDICTVS, vt ea ſufficere debeat, *ſiue vna ſit refectio, ſiue prandij & cœnæ.* Cùm ergo vna eſſet refectio, totum panem licebat abſumere. Cùm autem cœnaturi eſſent, de *eâdem libro* (vt Regula loquitur) *tertia pars à Celleraria* reſeruabatur, *reddenda cœnaturis.* Quomodo autem hæc tertia pars reſeruaretur, quæri poſſet. Reſpondetur, id non fuiſſe admodum difficile, quod, vt notat Baronius, apud Romanos vſu receptum eſſet, panem quemlibet quadrifidâ decuſſatum inciſione, ad diuidendum poſteà in partes quatuor, coquere, cuius ſingulæ partes *quadræ* nominarentur, non quòd quadratam figuram referrent, ſed quod quarta pars panis eſſet. Virgilius:

Quomodo reſeruata pars panis pro cœnâ.

Baron. anno 58.

Per quadras diuidebatur panis.

Virg. in Moret.

Iamq; ſubactum
Formet opus palmiſq; ſuis dilatat in orbem,
Et notat impreſſis æquo diſcrimine quadris.

S. Gregorius de S. Martyrio Monacho: *Dum quadam die fratres illius panem ſubcinericium feciſſent, eique obliti eſſent ſignum Crucis imprimere, ſicut in hâc prouinciâ crudi panes ſigno ſignari ſolent, vt per quadras partiri videantur.* Sic ibi. Apparet autem & *quadram*

Lib. 1. Dial. cap. 11.

non

REFECTORIVM

Reg. Mag. cap. 16.

non pro quartâ tantùm, ſed pro quotacumque acceptam parte. Sic Regulà Magiſtri: *Quando ad ſextam horam tempore aſtiuo, vel aliis temporibus reficiunt, tertia quadra ipſius dominici panis à cellerario ſubtracta ſera ante illud crudum pulmentarium inferendum menſis ponatur.* Quo loco, cùm S. BENEDICTVM exprimat, videtur tertia quadra accipi pro tertiâ parte. Obiter hîc adiecerim,

Quadra pro paniciis orbibus.

Torrent. in Horat. epiſt. 17. l. 1.

quadram, vt annotauit Torrentius, eſſe ex menſario inſtrumento, cui conſcillæ dapes imponuntur, olim etiam ex pane ad eum vſum fieri ſolitam, quam in fame comeſtam ſcribit Virgilius:

Virg. 7. Æneid.

Vertere morſus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi;
Et violare manu, maliſq; audacibus orbem
Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam menſas conſumimus, inquit Iülus.

In plurimis monaſteriis olim obtinuit, panicios hos ſingulis apponere orbes, qui pauperibus poſteà erogabantur.

Commodior ratio diuidendi libræ in tres panes.

Sed vt reuertamur ad tertiam partem cœnaturis reſeruandam, commodiſſimam eius rationem iniit Bernardus Caſſinenſis, quem audi: *Vſque ad tempus meum fuit in hoc Caſſinenſi monaſterio obſeruatum, quod quadam diſtinctio fiebat in tertiâ parte panis, vt non eſſent duo vel tres panes, ſed vnus. Ego autem videns hoc non multum eſſe decens, libram in tres partes diuiſi, vt tertia pars libra poßit non in pane fracto, ſed integro reſeruari.* Sic ille, quem legiſſe videtur Turrecremata: Iſta, inquit, diuiſio libræ panis honeſtius ac vtilius diuideretur in plures panes, vt tertia
D pars in pane integro poſſit reſeruari fratri pro cœnâ.

Cœna frugalis à S. Benedicto indicta.

Ex quibus conſtat noluiſſe S. BENEDICTVM, vt cœna prandio æquaretur. Et quidem inter medicos conſtat, cùm corpus bis eſt in die reficiendum, alteram refectionem debere eſſe minorem. Quare

Leſſ. Hygiaſt. cap. 4. num. 22.

Leſſius in ſuo Hygiaſtico aſſignans dietam duodecim, tredecim, vel quatuordecim vnciarum, cùm illa in duas partes eſt diſtribuenda, ait in prandio poſſe ſumi ſeptem vel octo vncias, veſperi tres vel quatuor,
E aut contra, prout cuilibet eſt commodius. Etſi autem Medicorum ſchola diſputet de prandio, & cœnâ, vtrum eorum ſcilicet parcius vel vberius eſſe debeat (quam

Villan. in Schol. Salern.

quæſtionem Arnoldus Villanouanus exactè diſcutit) nobis, qui Monachos, non medicos nos profitemur, ſuffecerit S. BENEDICTI auctoritas & voluntas, frugalem cœnam nobis indicentis. Cauſſam verò,

Aſſignatur cauſſa.

Cap. 40.

quæ illum monit, hanc eſſe exiſtimo, ne ſcilicet ex maiori cœnâ *ſubrepat Monacho indigeries*, vt ipſe loquitur, quæ ex abundantiori cœnâ frequenter cauſſari ſolet.

A Cui & illud accedit, quod velit ſuos horâ octauâ noctis ſurgere ad laudandũ Deum, idque *vt modicè amplius de mediâ nocte pauſetur, & tam digeſti ſurgant.* Idemque Hieronymus innuit, dicens: *Ad orationem tibi nocte ſurgenti, non indigeſtio ructum faciat, ſed inanitas.* Ex eodem igitur capite, quo vltra mediam noctem indulget quietem, etiam minorem præſcripſerit cœnam, parcus enim cibus breui negotio concoquitur. Largior verò, capitis grauedinem, & profundiorem cauſſat ſomnum, aliaq; incom-
B moda generat, vnde ſunt triti illi ex ſcholâ Salernitana verſiculi:

Cap. 8.

Hieron. epiſt. 22.

Stant pro eo medici.

Saler. c. 13.

Ex magnâ cœnâ ſtomacho fit maxima pœna,
Vt ſis nocte leuis, ſit tibi cœna breuis.
Cœna breuis, vel cœna leuis, fit rarò moleſta,
Magna nocet, medicina docet, res eſt manifeſta.

Quid dicendum de iis qui vberiorem cœnam indulgent.

Ceterùm, quamquam concederemus ex Hieronymi Cardani, Leonardi Fuchſij, aliorumque Medicorum ſententia, ſatius eſſe amplius in cœnâ ſumere quàm in prandio, ijdem tamen fatentur, quod eo-
C rum, qui conſueuerunt parciùs cœnare, quàm prandere, conſuetudo temere immutanda non ſit. *Quæ* enim *ex longo tempore conſueta ſunt*, vt ait Hippocrates, *etſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſtare ſolent.* Noſtris autem Benedictinis copioſius prandium, cœna verò frugalior exhiberi ſolet, quare Vallisoletani, aliique qui carnibus veſcuntur, eas tantùm in prandio permittunt.

Hippoc. 2. Aphoriſ. 10.

DISQVISITIO V.

Quis vſus adminiſtrandi Panem in Ordine noſtro?

Benedictini diu panem in pondere comederũt.

LONGO ſatis tempore quotidianum panem Benedictini ad trutinam expendiſſe videntur, vt vel inde patet, quòd eùm reſtitutionem Ordinis in Gallia Carolus Magnus meditaretur, & ad hoc à Caſſinenſibus ſubſidium per litteras peteret, Theodemarus Abbas, vt ſuprà vidi-
E mus, inter cetera ei libram panis dirigendam duxerit. Abbates & Monachi in Concilio Aquiſgranenſi congregati certam panis menſuram iam ante commemoratam definierunt, non Monachis tantùm, ſed etiam Canonicis. Ante ſexcentos quoque annos Flotiacenſes dimenſum ad libram panem manducaſſe, ex vetuſtis eorum Conſuetudinibus colligere licet, in quibus ita ſcribitur: *In Quadrageſimâ libra panis maior ſolito, & delicatior quàm alio tempore debet eſſe.* De Monachis S. Petri Damiani ſuprà diximus. Atque vſum hunc apud alios antiquâ traditione, & ex Regulæ

Digitized by Google

gulæ præſcripto retentum; apud alios autem poſtliminiò reuocatum fuiſſe, ex noſtro Iacobo Brenlio facilè mihi perſuadeo, ait enim conuentualem panem cœnobij S. Medardi Sueſſionenſis, anno Domini 1571. fuiſſe triginta duarum vnciarum, vt iam ante qunque retulimus.

Quod & alijs placuit.
Pet. Aluaſt. cap. 20.

Accuratam autem hanc noſtrorum circa panem obſernantiam video etiam alijs placuiſſe, nam Petrus Prior de Aluaſtro in Additionibus ad Regulam S. Salnatoris Birgittinis pro prandio aſſignat *mediam libram panis*, pro cœna tertiam libræ partem, id eſt, in prandio, ſeſquipanem, veſperi minorem panem. Imitatus quoque eſt noſtro æuo Camillus de Lellis, Inſtitutor miniſtrantium ægrotis, qui agens iter die ieiunij Eccleſiaſtici, à matrefamilias hoſpitij meritorij petiuit anxiè bilancem, quâ panis fruſtum in veſpertina collatione, pro conſuetudine noſtri æui ſumendum appenderet, ne tres vncias excederet. Et cùm ſæpè id tentatum non poſſet in hoſpitijs impetrare, conſueuit diebus ieinniorum ſecum deſerre panis fruſtulum, in collegio, vnde diſcedebat, accuratè dimenſum. Sed ad noſtros reuertamur.

Cicatell. lib. 3. vitæ Camill. c. 13.

Burſfeldenſes quantum panis aſſignent
Cærimon. Burſfeld. cap. 18.

Burſfeldenſes de panis menſura hæc ſtatuunt: In piſtrino quoque reſpectus habeatur, vt panes in tali formentur quantitate, vt qui ſingulis apponendus eſt, ſiue in vna, ſine in pluribus petijs, pondus habeat vel quaſi in Regula definitum: & de parte cœnaturis reſeruanda fiat, qnemadmodum eadem Regula præſcribit: ita planè vt cùm viſum fuerit Priori, ex gratia ſuperaddere poſſit plns indigenti. Hæc illi ſatis conformiter Regulæ.

Caſſinenſes & alij apponũt quantum ſatis eſt.

Caſſinenſes verò, & quæ eos ſequuntur monaſteria Reformata in Lotharingia, Francia, Belgio, atque alibi, conſiderantes pondus libræ excedere eam quantitatem, quam communiter Religioſus ſumere poſſit, volunt ſernari hanc ſuam conſuetudinem, vt ſcilicet *apponatur panis, quantum ſatis eſt.* Similiter Camaldulenſes, Maiorum veſtigijs (vt aiunt) inhærentes, declarant ac ordinant, *Vt in menſa nullâ habitâ ratione ponderis, tantum panis in menſa vnicuique fratri apponatur, quantum ei neceſſe fuerit.*

Camald. ad cap. 39.

Quod valdè rationabile.
Petr. Ven. lib. 1. epiſt. 28.

Quod qnidem ratinni admodum conſentaneum eſt, nec à S. BENEDICTI mente recedit, nam vt S. Petrus Venerabilis S. Bernardo ſcripſit: *De cibis Legiſlator noſter nihil definire, nihil præcipere voluit, ſed pro qualitate locorum, temporum, morum, infirmitatum, & diuerſorum accidentium, cibos, potus, veſtes, & ad extremum vniuerſa tam corporibus quàm animabus neceſſaria, ſubditus à Patribus dari ſanciuit: animarum ſaluti tantummodò intentus, & eam, ſiue dando, ſiue ſubtrahendo, ſiue parcendo, ſiue corripiendo procurare ſolicitus. Hoc oſtendit omnibus ferè in locis Regulæ ſuæ, hoc ſpecialiter dicit in Capitulo ſuperiùs dicto, quo tractat, ſi omnes debent æqualiter neceſſaria accipere. Sicut, inquit, ſcriptum eſt: diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. Vbi non dicimus, vt perſonarum, quod abſit, acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contriſtetur. Qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, non extollatur pro miſericordia: & ita omnia membra erunt in pace.*

REFECTORIVM.

Cap. 34.
Act. 4.

Propter incommoda quæ naſci poſſunt.

Quod ſi autem ad litteram Regulæ magis, quàm ad mentem reſpicere voluerimus, & rigidè prorſus vſque ad iota vnum aut vnum apicem verba ſequi, in illa incurremns incommoda, quæ idem S. Abbas Ciſtertienſibus obijcit, eos redarguens ſimul, & ſolerter inſtruens. *Si enim*, inquit, *propenſa libra panis in die Monacho non ſuffecerit, ſi vel modicum ſupra libram, vel pro libra aliud ſumpſerit, niſi integram tertiam partem ad opus cœnæ ſibi reddendam Cellerario non alteri reddiderit: ſi plus vel minus de libra in prima refectione comederit, quàm vt tertia pars ad ſeruandum reſidua ſit, id eſt, vt nec plus tertiâ parte, nec minus comedenti ſuperſit; num ideò condemnamur, è paradiſo excludimur, vt periuri, & filij perditionis in infernum retrudimur? Quid autem de illis dicetis, qui extra equitant, & neceſſitate monaſterij per diuerſa euntes multo tempore à monaſterio abſunt? Numquid ſemper panem ſuum trutinare poterunt? Numquid ſemper & vbique Cellerarium monaſterij ſecum habere valebunt? cui quando bis comederint: tertiam partem libræ ſuæ ad cœnam illam recepturi, nec de alio pane comeſturi commendare valeant?* Et infrà. *Non ita, non ita ſenſit Sanctus, qui ſpiritu omnium iuſtorum plenus fuiſſe dicitur, non ita ſenſit, ſed audite, quid ſenſerit. Intellectum eius verba ſequentia demonſtrant. Quod ſi labor*, inquit, *fortè maior factus fuerit, in arbitrio, & poteſtate Abbatis erit, (ſi expediat) aliquid augere, remotâ præ omnibus crapulâ; vt numquam ſubrepat Monacho indigeries, quia nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano, ſicut crapula, quomodo ait Dominus noſter: Videte ne grauentur corda veſtra in crapula. Hæc dicens, quid aliud quàm neceſſitatem retinuit, vitium amputauit; atque in arbitrio Abbatis cuncta huiuſmodi eſſe cenſuit?* Hactenns ille, qui plura etiam addit, quibus vſus, qui nunc paſſim apud noſtros viget, diſtribuendi ſcilicet ſingulis tantum panis, quantum opus eſt, optimè comprobatur & ſtabilitur.

Ibid.

Si ad litteram Regula ſeruetur.

Vſus modernus non eſt contra Regulam.
Cap. 39.

Luc. 21.

Deliciæ in pane vitatæ.

Denique hîc non immeritò addiderim, etiam iu ipſo pane vitaſſe Monachos de-

REFECTORIVM. Abael. epiſt.8. ad Heloiſ.

licias, proinde minus ſuauem ex profeſſo aſſumpſiſſe. Hinc Abaëlardus in Regula ad Moniales: *Triticeæ quoque medullæ ſimilaginem omninò prohibemus, ſed ſemper cùm habuerint triticum, tertia pars ad minus groſsioris annonæ miſceatur. Nec calidis umquam oblectentur panibus, ſed qui ad minus vno die ante cocti fuerint.* Quod poſtremum valetudini conducit; calidus enim panis, vt Auicenna ſcriptum reliquit, *propterea quod inflet, & immodicè viſcera obſepiat atque obſtruat, naturæ aduerſus, infenſuſque eſt.* Adde ex Hippocrate, quod manifeſtâ caliditate & recenti fuligine ſitim faciat, celeriterque vaporoſa humiditate ſatiet, & tardè deſcendat.

Calidus valetudini officit. Auicenn. can.2. tract. 2. cap.572. Hippoc. l. 2. de vict. ratio. in morb. acut. aph.34.

DISQVISITIO VI.

Quæ Pulmentaria? & quot fratribus danda?

Caſſ. collat. 2. cap.19.

ÆGYPTII Monachi quotidianæ refectionis modum in ſolius ſicci panis ſumptione ponebant, *nullo extrinſecus coctionis Pulmento, quauis occaſione addito*, vt Caſſianus ſcribit. At B.P. BENEDICTVS non in ſolo pane Monachorum ſuorum annonam conſtituit, ſed *Pulmentaria* quoque exhiberi voluit, de quorum nomine, & numero hac Diſquiſitione agemus.

Ibid. cap. 11.

Quid Pulmentarium.

Quod nominis etymon ſpectat, *Pulmentarium*, vel *Pulmentum* propriè pultem ſignificat, vel cibum in modum pultis factum. Iſidorus: *Pulmentum vocatur à pulte, ſiue enim ſola pultis, ſiue quid aliud eius permixtione ſumatur, Pulmentum propriè dicitur.* Atque in hac ſignificatione ſtrictè Legiſlatorem noſtrum B. Hildegardis intelligit. *Pulmentaria*, inquit, *cibos illos oſtendit, qui ad ignem poſiti, hàc & illac lignolo mouentur ne comburantur.* Verùm non ita verba S.BENEDICTI accipi poſſe, ex ipſo textu conſtat; cùm ait: *Si fuerint inde poma aut naſcentia leguminum, addatur & tertium*, ſcilicet *Pulmentarium.* Quod de pulte accipi nequit, cùm crudum eſſe velit, & priora duo cocta. Pulmentarium igitur largiùs ſumptum, pro quouis obſonio ſumitur. *Nam pulte*, ait Plinius, *non pane vixiſſe longo tempore Romanos manifeſtum eſt, quoniam indè Pulmentaria hodieque dicuntur.* Vocati inde olim Romani *Pultiphagi*. Pro quouis autem obſonio etiam apud Gentiles *Pulmentaria* poſita legas. Sic Horatius:

Iſid. lib.20. Etymolog. cap.2. *Strictè pro pulte.* *Sumptum pro quouis obſonio.* Plin. lib.18. cap.8.

Horat. l.2. Sat.2.

——— *Tu Pulmentaria quære*
Sudando.

Perſ. Satyr. 3. Pachom. regu. 21.

Et Perſius, *vncta Pulmentaria* dixit. S. Pachomius: *Qui Pulmentaria coquunt, ipſi nihil guſtantes, edentibus miniſtrabunt.* Turrecremata verò S. BENEDICTI mentem A explicaturus, ait: *Pulmentaria* multis modis dicuntur ſecundum varietatem materiarum, ex quibus fiunt: ſed hoc loco *Pulmentarium* idem eſt quod Pulmentum factum ex piſcibus, aut leguminibus, ſiue de herbis, vel farina, aut caſeo. Dicunt autem aliqui quod quidquid pani additur, vt melius comedatur, *Pulmentum* dicitur. Ita ille. In cuius confirmationem addi poteſt, quod Iſaac dixerit ad Eſau, *Cùm venatu aliquid ceperis, fac mihi inde Pulmentum, vt comedam.* Et Dominus: *Pueri nunquid Pul-* B *mentarium habetis?* Græcè προσφάγιον, id eſt, omne id quod pani additur, vel obſonium. Hoc autem loco, vt Salmeron, Barradius, aliiſque interpretes annotarunt, Dominus eâ voce piſces intelligebat. Et apud Terentium piſces vocantur *obſonium*. Hoc itidem modo putarim piſces, oua, olera, & legumina cocta, à S.BENEDICTO Pulmentaria dici. Atque ita intelligunt Burſfeldenſes: *Neque*, inquiunt, *ad ſola legumina vel olera Pulmentaria prædicta reſtringenda ſunt: ſed quidquid ex iis omnibus quibus veſci* C *licitum eſt Monachis, id eſt, piſcibus, ouis, lacticiniis, & ceteris huiuſmodi, eis in edulium poterit competenter & honeſtè præparari.* Atque hæc de nomine, & materia Pulmentariorum.

Geneſ. 27. Ioan. 21. Terent. Adelph. *S. Benedictus quid intelligat per pulmentaria.* Burſf. diſt. 3. cap. 18.

Concilium Aquiſgranenſe etiam Canonicis in refectorio ſimul comedentibus Pulmenta præſcribit, *Dent*, inquit, *eis Pulmentum, iuxta quod vires ſuppetunt, & loca eis congrua attribuant, in quibus nutrimina fiant, vnde neceſſaria Pulmenta habeant, exceptis his quæ de eccleſiæ villis, vel oblationibus fidelium accipiunt. Habeant itaque iidem Cano-* D *nici hortos olerum, vnde cum ceteris additamentis aliquod Pulmentum quotidie in refectorio ſibi viciſſim miniſtrent.* Regula cuiuſdam ad Virgines: *Quotidianis diebus ſufficere decernimus duo fercula, exceptis pomorum donis & leguminibus, vel oleribus confecta, ſeu farinæ qualibet conſperſione.*

Canonicis etiam præſcripta. Concil. Aquiſg. anno 816. c.122. Reg. ad Virg. c.10.

Quoad numerum verò eorumdemque qualitatem, tria S.Pater eſſe decreuit, quorum priora duo cocta ſint, tertium verò non coctum, ſed crudum ex pomis aut E leguminibus. Similiter Iſidorus: *In vtriſque temporibus refectio menſæ tribus erit pulmentis, olerum ſcilicet, & leguminum. Et, ſi quid tertium fuerit, id eſt, pomorum.* S.Petri Damiani Conſtitutiones vnum, alterumque tantum Pulmentum permittunt. *Pomum* autem generale nomen eſt omnium fructuum, qui ex arboribus eſui apti proueniunt, ſiue mollium, ſiue durorum. Vnde Plinius nuces pomorum genere comprehendit, & etiam mora. Sic & Ouidius de Nuce:

Tria Monachis danda. Iſidor. reg. cap.9. Vide opuſ. 15. cap 6. *Quid poma.* Plin. lib.15. cap.22. & 24.

Annua cultori poma *referre ſuo.*

Legumina verò appellantur omnia ea, quæ

ex terræ

Legumina quæ dicantur.

ex terræ ſatis in ſiliquis naſcuntur, vt ſunt fabæ, piſa, cicer, lactucæ, cucumeres, pepones, raphani, rapæ, radices, lentes, & ſimilia. Dicuntur autem legumina, quod manu legantur. Vnde Varro de cicere: *Hoc enim quoque legumen, vt cetera quæ euelluntur è terra, non ſubſecantur, vt fruges, quæ quòd ita legantur, legumina dicta ſunt*. Smaragdus ait: Leguminum naſcentia eorumdem leguminum intelliguntur grana, quæ cum aceto, vel alijs fructibus compoſita ad comedendum ſunt apta. Theodemarus Caſſinenſis Abbas ait: *Pulmētarium* tertium eſſe *de leguminibus crudis aquâ infuſis*. Quare miror S. Hildegardē ad hoc tertium ferculum retuliſſe piſces, caſeum, & oua, cùm ad priora manifeſtè pertineant, & ipſamet dicat, quæ in tertio cibatio apponũtur, non cocta, ſed à cortice ablata cruda eſſe debere. Atque ita etiam dixit Turrecremata, in tertio Pulmentatio intelligi fructus, aut ſalata apud Italos, de herbis cum aceto & oleo. Cùm autem fabæ, piſa, rapæ, quæ principem inter legumina locum obtinent, non cruda, ſed cocta apponi ſoleant, forſitan ad priora Pulmentaria magis pertinebunt, quàm ad tertium. Quòd ſi quæras, an fructus, & legumina, quæ in tertio ferculo dantur, ad tollendam cruditatem coqui non poſſint aquâ, vel aſſata apponi, reſpondeo poſſe; cùm id quidam in collatione aut cœnula, quæ in eccleſiaſtico ieiunio ſumitur, permittant, eâ ratione moti, quòd ſola elixatio, aut aſſatio, ſi aliud nihil condimenti adhibeatur, cibi ſubſtantiam non immutet.

Varr. lib. 1. de re Ruſt.

Varia expoſitiones.

Legumina cocta ad quæ pulmētaria ſpectent.

An pro tertio coqui poſſint.

An ſingula pulmentaria ſufficiāt ſingulis.

Circa quantitatem verò horum Pulmentariorum quæri deinde poſſet, an tanta eſſe debeat, vt ſingula Pulmentaria pro integro paſtu vni Monacho ſufficiant? Reſpondeo, ita videri de prioribus duobus intelligendum Legiſlatorem noſtrum, qui ait: *Sufficere credimus ad refectionem quotidianam cocta duo Pulmentaria pro diuerſorum infirmitatibus, vt fortè qui ex vno non potuerit edere, ex altero reficiatur*. Vbi apertè ſignificauit vtrumque ſufficiens eſſe debere ad moderatam hominis refectionem, alioqui, qui ex vno omninò edere non poſſet, ex alio inſufficienti refici ac ſuſtentari nequiret.

Videtur.

Poſſunt omnia deguſtari.

Prudenter tamen in hunc locum notat Antonius Perez, ſi fortè aliquibus neutrum ſeorſim ſumptum, vel ſatis ad ſuſtentationem, vel ingratum & inſipidum ad guſtum eſſet, vtroque ſimul & mixtim paſcerentur. Quod crediderim vbique ferè nunc obſeruati, abſque vllo timore excedendi limites à S.P.N. præſcriptos, aut monaſticam temperantiam, cũ minor ſingulorum ſit quantitas, adeò vt bina fercula & frugalis hominis paſtum non excedant. Atque ita locum hunc Caſinenſes intelligunt, qui ſuam conſuetudinem exponentes aiunt: *Iuxta morem antiquum noſtrum, quando ieiunamus damus ferculum, pitantiam, & fructus, vel aliquid loco fructuum. Adduntur aliquando oluſcula cocta vel cruda. Quando verò non ieiunamus, datur ferculum aut oluſculum, & pitantia & fructus*. Similiter Burſfeldenſes: Quia omnis cibus noſter trium Pulmentariorum numero in Regula comprehenſus eſt: congruit vt tria generalia huiuſmodi, tribus diſtinctis ab inuicem vicibus apponantur, competentibus interiectis interuallis, quatenus neceſſaria ſuccedat fratribus reficiendi mora.

Et fauent Declarationes.

REFECTORIVM. Caſſin. ad cap. 39.

An plura his pulmentaria danda.

Petr. Ven. lib. 1. epiſt. 28.

Petat aliquis, an plura etiam cocta fercula fratribus exhiberi poſſint? Reſpondetur: Petrus Venerabilis contendit propter diuerſorum infirmitates, etiam tertium & quartum exhiberi poſſe, ſi ex duobus illis non potuerit edere, idque charitatem ſuadere. *Et quia*, vt ipſe ait, *de Pulmentarijs S.* BENEDICTVS *nihil affirmando, nihil præcipiendo, ſed totum ſub moderamine ponendo, ita ſcripſerit, ſufficere credimus ad refectionem quotidianam omnibus menſis, cocta duo Pulmentaria.*

Mos Caſſinenſium.

Epiſt. ad Carol. Magn.

Morem verò ſui temporis exponit Theodemarus: *Beatus Pater noſter inſtituit duo cocta pulmentaria in quotidiana refectione fratribus præparari, & tertium de leguminibus crudis aquâ infuſis. Nos verò ex inſtitutione Maiorum noſtrorum tria cocta Pulmentaria alijs diebus quartâ & ſextâ feriâ duo tantùm reficiendis fratribus præparamus: excepto quòd plures ex fratribus noſtris pane tantùm his diebus herbiſque hortenſibus veſcantur. Die verò Dominico & in feſtiuitatibus præcipuis etiam quartum addimus Pulmentum, exceptis ſecunda, quarta, & ſexta feria.* Sic ille. Sed & Smaragdus augmentum aliquod in Sanctorum ſolemnitatibus concedit: *Feſtiuis*, inquit, *diebus pro reuerentia ſacræ ſolemnitatis pluribus cibis, id eſt, ternis vel quaternis ferculis ſunt corpora reficienda*. Sed hanc adhibet moderationem, vt ſi plura ſint cibaria, ſint minora, vt corpora neceſſario cibo reficiantur, non nimiâ ſaturitate damnentur. Succreuit porrò ſenſim conſuetudo multiplicandi portiones, ſiue ob Sanctorum feſtiuitates, ſiue ob piorum fundationes, vel anniuerſaria defunctorum. Et quidem permittit S. BENEDICTVS, *vt ſi labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio & poteſtate Abbatis ſit, ſi expediat, aliquid augere*. Notabilem tamen abuſum atque exceſſum in ferculorum multiplicitate, ac quantitate, qui paulatim ſubintrauerat, grauiter caſtigauit S. Bernardus. Quare in frugalitatem ac parcitatem magis propendere deberent Monachi, eorumque Superiores.

In Dominicis & feſtis data quatuor fercula.

Cauendus in his abuſus.

Bernard. Apolog.

S. Benedictus voterā rigorem in cibis temperat.

Poſttemò, notare hîc debemus, & cum gratiarum actione ſuſcipere liberalitatem, ac be-

REFECTORIVM.

ac benignam diſcretionẽ Sanctiſſimi Patris noſtri tria hæc Pulmentaria indulgentis; cùm veteres Monachi aut ſicco, vt diximus, pane, aut ſolis oleribus & leguminibus vixerint. Vt locuples teſtis eſt Hieronymus: qui de ijſdem ſcribit: *Viuitur pane, leguminibus, & oleribus; quæ ſale ſolo condiuntur.* Chryſoſtomus: *Pane & ſale plerique viuunt contenti; alij oleo adiuncto qui infirmiores fuerint, oleribus & leguminibus veſcuntur, ad neceſſitatem ſumentes cibum & potum, non ad delitias.* Cauſſas verò cur priſci illi Anachoretæ olerum & leguminum adeò probarint eſum, adfert idem Hieronymus: *Olerum*, inquit, *pomorum, ac leguminum facilior apparatus eſt, & arte impendijſque coquorum non indiget; & ſine cura ſuſtentat humanum corpus, moderatèque ſumptus (quia nec auidè deuoratur, quod irritamenta gulæ non habet) leuiori digeſtione concoquitur. Nemo enim vno aut duobus cibis, hiſque vilibus, vſque ad inflationem ventris oneratur, quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cùm varijs nidoribus fumant patinæ; ad eſum ſui, expletâ eſurie, quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimiâ concitantur.* Nec liberalior eſt S. Iſidori Regula, quæ per omnem hebdomadam *pallentia* tantùm ſubminiſtrat *legumina*.

Hieron. epiſt. 22.
Chryſoſt. hom. 14. in 1. Tim. 5.
Hieron. lib. 2. cont. Iouinian.
Cur illi olera & legumina probarint.
Iſidor. Reg. cap. 9.

TRACTATVS IV.

DE POTV, ET VINO.

Cap. 40.

PANEM cum ſuo deguſtauimus obſonio, nunc inter bibendum eſt. Nam vt cibus id quod ex ſicco ſolidoq; conſumptum eſt inſtaurat, ita potus deperditum reparat humorem. Vtrumque homini neceſſarium. Quare & S. BENEDICTVS *poſtquam egiſſet de menſura ciborum, immediatè ſubtexuit caput,* De menſurâ Potus; *innuens tam hunc, quèm illos certo moderamine & menſurâ ſumendos. Potum proinde propinaturus hic Tractatus diſquirit* Primò, *Vbi ſcriptum ſ·, ✓inum omninò Monachorum non eſſe?* Secundò, *Quanta ſit* Hemina *Benedictina?* Tertiò, *Quibus ea aſſignata?* Quartò, *Quâ moderatione potus ſumendus?* Quintò, *Quid Mixtum?* Sextò, *Quid Biberes?* Septimò, *Quænam* Mixti *menſura?* Octauò, *An Mixti ſumptione Eccleſiaſticum violetur ieiunium?* Nonò, *Vbi, quando, & quomodo* Mixtum *ſumendum?*

DISQVISITIO I.

Vbi ſcriptum ſit, Vinum omninò Monachorum non eſſe?

PRIVSQVAM cum S. BEDINECTO Monaſtici potus aſſignemus menſuram, præmittendum videtur, quis qualiſve eſſe debeat Monachorum Potus, an vinum, an aqua, an alius quiſpiam liquor. Siracidis ſententia eſt: *Initium vitæ hominis, aqua & panis.* Id eſt, præcipuum caput, & ſumma requiſitorum ad vitam, eſt aqua & panis. Nimirùm natura paucis eſt cõtenta, atque vt de pane nunc taceamus, aquâ primi homines vitam ad nongentos annos ſani & validi extenderunt. Hinc Galenus: *Aqua eſt conuenientiſſima omnibus hominibus, tum ſanis, tum ægrotis, & ad vitam maximè neceſſaria.* Pluribus autem heroibus & præclaris viris aquæ vſus placuit, quos recenſet Plinius. Chriſti amore idipſum à Monachis & eremi cultoribus paſſim vſurpatum, hiſtoriæ produnt. Quod vſqueadeò vulgò inter eos obtinuit, vt S. BENEDICTVS legi ſcribat, *Vinum omninò Monachorum non eſſe.* Vbi opportunè quæritur, vbi hoc ſcriptum, aut quem veriſimiliter auctorem vel librum citare voluerit?

Eccli. 29.
Aqua potus laudatus.
Galen lib. 2. ſimpl. medicam. c. 4.
Plin. lib. 23. cap. 1.
Vbi legatur, vinum non eſſe Monachorum.

Reſpondet *Primò* Turrecremata legi in Num. 6. vbi habetur, Nazaræos, qui figuram geſſerunt Monachorum, à tempore conſecrationis ſuæ non bibiſſe vinum, vel aliquid quod inebriare poſſet. Sed non putarim huc S. BENEDICTVM reſpexiſſe, poſſetque exemplum Rechabitarum eodem modo huc trahi.

Primò.

Secundò, idem Turrecremata ait: Legerat S. P. BENEDICTVS illam veterem ſanctorum Patrum ſententiam, *Caro & vinum, ſiue potus qui inebriare poteſt, ſuſcipiendus non eſt, quibus pro Chriſto crucifixus eſt mundus, & ipſi mundo.*

Secundò.

mundo. Eandem ſententiam Smaragdus, ex quo fortè Turrecremata deſumpſit, aoonymo cuidam ex antiquis Patribus tribuit, & pleniùs ſententiam totam extulit, ſic dicens: Vbi hoc ſcriptum B. BENEDICTVS legerit, audi. Ait eoim quidam aotiquus Patrum: *Caro & vinum, ſiue potus, in quo ſit ebrietas, refutanda ſunt à Monachis, nec ſuſcipienda, quibus pro Chriſto crucifixus eſt mundus, & ipſi mundo, & ferias non eſſe Monacho ſuper terram, niſi modicum in aduentu fratrum, tamquam Chriſti lætior fuerit cibus gratiâ charitatis.* Hæc Smaragdus.

Tertiò. Baſil. ſerm. de Aſceſi. *Tertiò*, videri queat, ad S. Baſilium, quem ſine dubio legerat, alluſiſſe, qui ait: *Potiſſimùm autem debet ſe Monachus à congreſſione mulierum abſtinere, itemque à vini vſu: Quia vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.* (*Eccli. 19.*) Quia eandem Scripturam S. BENEDICTVS hoc loco citauit. Idem tamen Baſilius vino ſuis non interdixit, ita ſcribens: (*Serm. 1. de inſtitut. Monach.*) *Cibi vſus eiuſmodi eſſe debet, qui ad ſolam neceſſitatem referatur.* Itemque: *Vinum neque omninò reſpui debet, ſi quando valetudinis cauſſâ aſſumendum ſit, neque ſtudioſè nimis, ſi neceſſitas non ſit, exquirendum: ac reliqua omnia ſimiliter eiuſmodi ſunto, vt neceſſariò ad victum vſui, non autem libidinoſis voluptatibus inſeruiant eorum, qui ſe ad Religionis exercent cultum.* Hæc Baſilius. Vnde ſatis liquet, vini vſum non omninò eum à cœtibus Monachorum excludere, vt S. BENEDICTVS inſinuat ſe legiſſe.

Quartò. *Quartò*, legerat fortaſſe S. Pater Regulam S. Pachomij, quæ à B. Hieronymo in (*Num. 12.*) Latinum conuerſa ſic habet: *Vinum & liquamen, abſque loco ægrotantium, nullus attingat.* Ad quam conſtitutionem annotat Gazæus D. Hieronymum de iiſdem Monachis Ægyptijs agentem ſic ſcribere: (*Hieron. epiſt. 22.*) *Vinum tantùm ſenes accipiunt.*

Quintò. Auguſt. lib. 1. de morib. eccleſ. Cathol. c. 31. *Quintò*, S. Auguſtinus itidem de Monachis ait: *Non ſolùm à carnibus, & vino abſtinent pro ſufficientia domandarum libidinum; ſed ab ijs etiam, quæ tantò concitatiùs ventris & gutturis prouocant appetitum.* Atque hinc opinor (ait idem Gazæus) D. BENEDICTVS accepit, quod ait cap. 40. *Licet legamus Vinum omninò non eſſe Monachorum.* Quibus adiungere licet, eam communem olim Monachorum fuiſſe cõſuetudinem. (*Monachi veteres vino abſtinebant.*) De ſui temporis Monachis ita Hieronymus: (*Hieron epiſt. 22.*) *Etiam lãguentes Monachi aquâ frigidâ vtuntur.* Pratum Spirituale (*Prat. Spirit. cap. 35.*) (licet S. BENEDICTO poſterius) de Elia Ieroſolymorum antiſtite ſcribit, quòd ſicut cùm eſſet Monachus, *vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit, ſed eandem ſeruauit regulam.* Ergo ex regula & conſuetudine, à vino Monachi tum abſtinebant. Ibidem (*Cap. 113.*) ſcriptum leges, quòd cùm in Sciti ſenex quidam ſplene doleret, & modicum aceti quæſitum eſſet in quatuor eius loci Monaſterijs, inuentum non fuiſſe. *Erant autem ibi Patres quaſi ter mille & quingenti.* Hæc ibi. (*REFECTORIVM.*) Longiùs ergo à vino aberant, quibus ne tantillum quidem aceti supereſſet. Ad hanc igitur conſuetudinem veroſimiliter referri poſſent S. BENEDICTI verba. Verùm enim verò vt hæc ita ſint, necdum tamen auctorem inuenimus certum, apud quem prædicta verba legantur, quare illud vlteriùs etiam diſquirendum reſtat.

Sextò, indicantur locus huius ſententiæ. Reſpondeo igitur, & dico *Sextò: Vinum omninò Monachorum* non eſſe legitur in Vitis Patrum. Nam libro 5. (vt nunc eſt in accuratiſſima editione Roſweydi) ſic habetur: (*Lib. 4. de Continẽtiâ num. 31.*) *Narrauerunt quidam Abbati Paſtori, de quodam Monacho, qui non bibebat vinum, & dixit eis:* QVIA VINVM MONACHORVM OMNINÒ NON EST. Ecce hîc & auctorem, & librum habemus, vbi non modò ſenſus, ſed ipſa etiã verba, quibus S. BENEDICTVS vtitur, habentur. Ad hunc porrò librum S. P. reſpexiſſe, atque huncce ius locum indicare voluiſſe, mihi ſatis veriſimile apparet; quòd *Vitas Patrum, tamquam benè viuentium & obedientium Monachorum exempla, & inſtrumenta virtutum* ſuis commendauerit. (*Cap. 73.*) Adde his quod præſcripſerit, vt ſingulis diebus à cœna legerentur *Collationes*, vel *Vitæ Patrum*. (*Cap. 42. Reg.*) Quas igitur ita continuò ſuis diſcipulis in manibus eſſe voluit, eas proculdubio non ignorauit, & ex ijs hoc dictum, de quo diſputamus, citauit.

Mouetur dubium, an S. B. hunc librum legeret. Remorari aliquem poſſet ille ſcrupulus, an hunc librum B. P. N. legerit, quod tum temporis necdum Latio donatus eſſet. Illum enim ex Græco auctore incerto vertit Pelagius S. R. E. Diaconus, quẽ poſteà Romanum Pontificem anno Domini 555. arbitratur Georgius Garnefelt, (*Garnef. in append. elucidat Imag. etem.*) nec repugnat Roſweydus, ſed eo anno iã S. BENEDICTVS decem vel vndecim annis obierat, atque ita fortaſſe librum huius Pelagij videre nõ potuit. Nam etſi fateamur eum verſum ante Pontificatum, cùm in Oriente & Palæſtina anno 537. Pelagius legationem obiret, inciderítque fortè in eum librũ Græcum, (*Cum ſerius ex Græco verſus fuerit.*) cuius Photius meminit in Bibliotheca (is enim eſt in quo dictum illud habetur) (*Phot. Cod. 198.*) & hunc ſecum Romam comportauerit, atque ibidem in Latinum tranſtulerit; non tamen inde inferri poteſt hunc librum à S. BENEDICTO lectum, & in Regula ſua citatum. Putamus enim eam ſcriptã, vt alibi diximus, in Monte Caſſino, in quem commigrauit anno ætatis ſuæ 49. qui eſt Chriſti 529. adeoque Regula S. BENEDICTI verſionem Pelagij octo annis vt minimùm præcedit.

Reſpondetur. Reſponderi poſſet *Primò*, S. BENEDICTVM vltimis quinque annis vitæ ſuæ in librum Pelagij incidiſſe, ac tum Regulæ ſuæ inſeruiſſe, ſi fortè (vti fieri ſolet) eam tunc recognouit. Id verò cùm ab alijs traditum non acceperim, aſſerere non auſim.

REFECTORIVM

II.

Forſè in alio libro hoc S. Benedictus legit.

Reſpõdeo *Secundò*, S. BENEDICTVM Apothegma hoc Abbatis Paſtoris in alio quodam libro forrè legiſſe, plurimæ enim ſententiæ huius Paſtoris ſiue Pœmenis referuntur lib. 3. de Viris Patrum, quem Rufino tribuit Roſweydus. Præceſſit autem Rufinus integro ferè ſæculo S. BENEDICTVM, etſi autem dictum hoc nunc in illo Rufini libro non habeatur, olim tamen in illo, vel alio ſimili legi potuit, plures enim Patrum vitas & Apothegmata conſcripſerunt.

III.

Vel in Græco codice.

Reſpondeo *Tertiò*. Hauſerit fortaſſe S. BENEDICTVS ex ipſo fonte Græco. Probabile enim eſt eum Græcè fuiſſe peritum, nam Gordianus, qui à ſeptimo ætatis ſuæ anno S. Patri oblatus fuit, vitam S. Placidi Græco ſermone eleganter elucubrauit, quē à S. BENEDICTO didiciſſe, Laureotius Benard aſſerit. Sed vt demus alium quempiam fuiſſe, à quo Græcum idioma Gordianus didicerit, certè ab eodem intelligere potuit, quid Græcus codex de vino Monachorum aſſereret.

IV.

Garæus ad Reg. S. Pacho. art. 13.

Quartam reſponſionem ſuppeditat Gazæus, qui allatis Abbatis Paſtoris verbis ſubiungit, veriſimile eſſe hoc dictum abijſſe in prouerbium, quod S. BENEDICTVS alicubi legerit.

S. Benedictus maluiſſet ſuos vino abſtinere.

Ceterùm ex allata hac ſententia, & quæ deinceps S. BENEDICTVS ſcribit, animaduertere licet, ita eum vini vſum permittere, vt tamen non obſcurè inſinuet, votum ſuum eſſe, vt ab eo Monachi, ſi eis id quidē perſuaderi poſſet, omninò abſtinerent. Atque ideò non vtentibus propriam mercedem attribuit, omneſque ad hoc, quantum quidem poteſt, prouocat. Senſum hunc è ſanctiſſimi Inſtitutoris noſtri verbis exſculpſit S. Petrus Damiani: *Quid aliud*, inquit, *de vino Monachis* (S. BENEDICTVS) *quàm quod Apoſtolus de communi amplexu coniugibus dicit:* Hoc autem, *inquit*, dico ſecundùm indulgentiam, non ſecundùm imperium; *vbi mox addit:* Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo; alius quidem ſic, alius verò ſic. *Aliud itaque volebat Apoſtolus, & aliud permittebat. Volebat ſiquidem omnes homines eſſe ſicut ſemetipſum, hoc eſt, coniugalibus negotijs alienos: ſed quia id omnibus perſuadere non poterat, neceſſitate coactus, nuptias permittebat; melius eſſe iudicans, vt nuptiarum lecto, velut infirmi iacerent: quàm vt in luxuria voraginem decidentes, ceruices effringerent. Sed beatus, qui audit Apoſtolum quod vult præcipientem: non quod vult ignoſcentem. Sic itaque auctor Sanctæ Regulæ, librato diſcretionis examine, alia ex auctoritate præcipit, alia propter imbecillitatem fragilium ex neceſſitate permittit. Nam cùm dicit:* Licet legamus vinum Monachorum omninò non eſſe: *Et alibi:* Licet omni

Petr. Dam. opuſc. 13. cap. 7.

1. Cor. 7.

Et illud indulſit propter fragilium imbecillitatem.

Cap. 40.

A tempore vita Monachi quadrageſimæ debeat obſeruationem habere, tamen quia paucorum eſt iſta virtus, *& multa ſimilia; quid eſt aliud, quàm ſi dicat: Alta quidem oſtendo, ſed poplitibus teneris adhuc vos claudicare conſpiciens, per plana deduco, ſi cui autem poſſibilitatis vigor acceſſerit, deſerat ima, quæ inuitus indulgeo, teneat alta, quæ volo.* Hactenus S. Petrus Damiani. Alibi porrò idē auctor Gulielmum Monachum eremi propoſitū propterea differentem, quod aquam bibere refugeret, pluribus perſtringit, inductaque

Cap. 49.

Lib. 4. epiſtol. 23.

B aquæ proſopopæia eius elementi dignitatem, atque in homines vtilitatem explicat, vini contra damna recenſet, & citra eius vſum valetudinem conſeruari poſſe affirmat.

Nec deſunt, qui calorem vini, cum naturali grauiſſimas inimicitias gerere ſcribant, quos inter eſt Hadrianus Turnebus libro ſingulari de vino; quaſi vini vis humidum illud, quo naturalis calor alitur, depaſceret. Germani olim, vt teſtis eſt Iulius Cæſar, vinum à finibus ſuis etiam lege defende-

Vini damna.

Quidam illud proſcripſere.

C bant; quod imbelles animos generare crederetur. Ariſtoteles vinum remouet à ſeruis, quia contumaces eos faciat, & liberos inſolentes. *Quare*, inquit, *apud multas nationes etiam ingenui illo abſtinēt: vt Carthaginienſes, dum militant.* Hæc ille. De quibus tamen illud fortè S. BENEDICTI dici poſſet, quod Monachis noſtris ea perſuaderi non poſſint, quibus vulgatus ſcholæ Salernitanæ verſiculus menti nimis ſit impreſſus:

Ariſt. Oeconom. l. 1. c. 1.

Ægrè illo abſtinent Monachi.

Vina bibant homines, animantia cetera fontes.

Perſuaſit tamen S. Bonifacius Fuldenſibus

D à vino & ſicerâ abſtinere, vt ipſe ſcribit ad Zachariam Papam. Theodemarus Abbas teſtatur plurimos Caſſinenſium ſuo tempore numquam vinum, niſi de ſacro calice bibere ſolitos. Primi S. P. BENEDICTI diſcipuli Maurus & Placidus, à vino ſemper abſtinuerunt, quod multi alij Ordinis noſtri Sancti imitati leguntur.

Veteres tamen Benedictini fecerunt.

Sed mirandum hoc in genere maximè eſt, quod de Ruperto Limpurgenſi Abbate refert Trithemius: Introduxit enim eum viuendi modum Abbas, *vt non ſolùm à carni-*

E *bus omninò ſecundùm Regulam* S. P. N. BENEDICTI *abſtinerent, verùm etiam à piſcibus, ouis, lacticinijſque, & omnibus generaliter, quæ vel vixerunt vmquam aut viuere potuiſſent, ſolis leguminibus, piſis & fabis, exemplo veterum ſanctorum Patrum, tam in eremo, quàm in cœnobijs quondam victitantium contenti. Vinum extra infirmitatem, ſicut de S. Martino & Monachis eius legimus, non bibebant.*

Trithem. Chron. Hirſaug. ad ann. 1124.

Limpurgēſium ſtricta abſtinentia.

Sed & alibi ſenſim Monachis noſtris perſuaderi cœpit, vt a vino, vel in parte, aut ex toto abſtinerent. Vnde Concilium Aquiſgranenſe: *Vbi vinum non eſt, vnde hemina detur, duplicem menſuram de ceruiſia bona accipiant.*

Concil. Aquiſg. can. 22.

Monachi aquam & lac bibunt.
Reyn. in Apoſt. Benedict. in Angli. c. 1 ſect. 1. §. 12.

piant. In Lindiſfarnenſi Monaſterio eo tempore primum vinum bibere fuit permiſſum, quo Etheldredus Rex habitum Monaſticum ſuſcepit: anteà enim aquam ſolummodò & lac potabant, vt tradit Clemens Reyneri. Regula cuiuſdam Patris: *Fratribus quibus habitatio in ſterili terra, id eſt, abſque pane, & ſunt in montanis, & infructuoſis, modicum lactis permittimus cum aqua mixtum.*

DISQVISITIO II.

Quanta ſit Hemina *Benedictina?*

Cap. 40.

S. Benedictus accuratè vini menſuram ſeruari voluit.

SOBRIETATIS magiſter, & monaſticæ menſæ modimperator BENEDICTVS, Potus menſuram definire volens, *Credimus*, inquit, *Heminam vini per ſingulos ſufficere per diem.* Adeò verò accuratè hãc menſurã ſeruari voluit, vt S. Mauro in Gallias ad Ordinis ſui propagationem proficiſcenti, eam ſecum deferendam tradiderit, vt eadem ſemper ſeruaretur, nec quidquam temerè contra ſemel præſcriptam regulam aut immutaretur, vel adijceretur, Teſtatur id Fauſtus, oculatus teſtis: *Proferri*, inquit, *iuſſit* (S. BENEDICTVS) *pondus libræ panis, & vaſculum æneum, vini heminam capiens, & ita nos ſinit abire.* Eiuſdem verò ſanctiſſimi Patris diſcipuli non minori ſolicitudine eandam heminæ mẽſuram aſſeruare conati ſunt. Nam cùm Longobardi Caſinenſe monaſterium, vt aliàs diximus, ſub Abbate Bonito vaſtarent, Monachi Romam fugientes, inter alia quæ inde aſportarunt, etiam *libram panis, & menſuram vini ſecum detulerunt*, vt ſcribit Leo Oſtienſis. Atque eaſdem panis viniq; menſuras Zacharias Papa reſtituto tandem ſub Petronace Caſſinenſi Monaſterio, eidem; ipſo conſecrationis templi die obtulit, vt ipſe Pontifex in ſuo diplomate teſtatur. Vnde colligere licet quã curâ ſummus Catholicæ Eccleſiæ Paſtor ea ſeruanda cenſuerit, quæ ad Regularem ſpectarent obſeruantiam. Poſterioribus deinde temporibus Theodemarus, Caſſinenſis Abbas eandem vini menſuram ad Carolum Magnum pro reformatione monaſteriorum Franciæ tranſmiſit. Quod ipſe Theodemarus in ſuâ ad eum epiſtolâ ſic teſtatur: *Miſimus etiam menſuram potus, quæ prandio, & aliam quæ cœnæ tempore debeat fratribus præberi. Quas duas menſuras æſtimauerunt maiores noſtri Heminæ menſuram eſſe.*

Fauſt. in vitâ 15. Ianuar.

Curarunt id ſolicitè Caſſinenſes.

Oſtienſ. l. 1. Chronic. Caſſin. c. 2.

Quamdiu eam menſuram retinuerint.
Breul. annot. marg. ad cap. 14.
L. 5 Chron. Caſſin.

Ex quo conficias vſque ad illa tempora (Annum ſcilicet Domini iuxta Baronium 787.) vel vt ex Francorum annalibus corrigendum cenſet Iacobus Breulius, 774. in Italia retentam fuiſſe eam panis, & vini menſuram, quam ab initio S. P. BENEDICTVS præſcripſerat. Quin imò Trithemius in c. 40. Regulæ, tract. 105. (vt idem Breulius eum citat) ait hanc menſuram Heminæ adhuc, ſuo tempore ſeruari in monaſterio Caſinenſi. Oſtendunt verò Foſſatenſes æneum vas Heminæ, quod an illud ſit, quod S. BENEDICTVS Mauro tradidit, non ſatis conſtat.

REFECTORIVM. In Suppl. antiq. Paſſ.

Quanta ſit Hemina.

Primò.

Sed diſquirendum nunc eſt, quæ qualiſve menſura Hemina. Variant enim de ea interpretum expoſitiones. *Primò*, Turrecremata ait: Hemina vini eſt menſura quædam illius regionis ſecundum quam loquebatur B. BENEDICTVS, & quæ adhuc dicitur reſeruari in monaſterio Caſſinenſi. Eodem modo Burſfeldenſes: *In ijs locis vbi fuerit vini copia (etſi non plenè cognoſcatur, qualis ſit hic menſura conſtituta in Regula, id eſt Hemina, nec tanta ſit virtutis vinum in his partibus, ſicut in Italia) ita tamen temperatè miniſtretur, vt non voluptati, ſed tantùm neceſſitati deſeruiat.*

Burſf. diſt. 1. cap. 18.

Secundò.
Caſſin. ad cap. 40.

Secundò. Caſſinenſes ita habent: *Quia (vt ex monaſterio noſtro Caſſinenſi percepimus) Hemina vini eſt multò plus quàm communi neceſſitati vnius Monachi ſufficiat: ideo de vino damus vnicuique, quantum ſufficit: ita tamen, vt iuxta Regulam, ebrietas, vel ſatietas non ſubrepat.* Sed hinc certa Heminæ menſura non colligitur.

Tertiò.
Breul. vbi ſuprà.

Tertiò, Sunt qui Heminam Benedictinam, Dionyſianæ Pariſiorum pintæ æquant. Quod Iacobus Breulius ait, ſatis congruere humanæ neceſſitati, illa in prandium & cœnam, ſeu refectionem quotidianam partita.

Quartò.

Quartò, Ex eodem Breulio, Hemina Pariſienſem pintam tribus vncijs excedit. Nam in Archiuo S. Mauri Foſſatenſis, erat ſacculus coriaceus, continens pondera plumbea panis & vini pro victu quotidiano cuiuſlibet Monachi à B. BENEDICTO præſcripta, in quo illud quod erat Heminæ vini, 25. vncias pendebat, *pintam* Pariſinam tribus vncijs excedens. Et hæc quidem ſobrio, pulmoniſque integritate conſeruandi ſtudioſo Monacho ſufficere poterat, *chopina* in prandio, & altera in cœna, ſeu collatione ſumpta. Sic ille.

Quintò.

Quintò, Venerabilis Petrus du Mas (vt eſt apud eundem Breulium) Reformator monaſterij Caſæ Benedicti, hanc vocem ita interpretatur: *Hemina (ſicut à quibuſdam expoſitoribus Regulæ accepimus) eſt quædam menſura continens vnam libram cum quarta parte alicuius liquoris. Et eſt quaſi tertia pars quartæ vini Pariſienſis. Quæ menſura ſatis eſt conſona & ſufficiens Religioſis. Ideò hanc menſuram volumus & ordinamus cuilibet Religioſo Monaſterij noſtri dare.* Conſentit ſecunda editio Guidonis Iuuenalis, quæ habet: Singulis per diem ſufficere debet Hemina vini, quæ eſt libra cum quarta parte, faciens circiter

REFEC-TORIVM.

vnam pintam menſuræ Pariſienſis, quæ parua eſt. Prima tamen editio babet: Credimus ſingulis per diem ſufficere mediam menſuram vini, puta vnam *cheapinam*.

Sextò. Perez in cap. 40.

Sextò, Antnnius Perez, Heminam ad Hiſpanicas menſuras reducens, ait: Eſt quidem Hemina breuis menſura, nimirùm quarta pars (vulgò *quartillo*) illius vſualis amphnræ, quâ tabernarij metiuntur vinum, quod minutim venditur, vulgò *azumbre*. Cùm autem *azumbre* idem ſit qnod *boccale* Italicum, cnntineatq́ue (vt refert Cornelius ex Alcaſar) ſexaginta quatuor vncias vnum *quartillo* (quod *faglietta* Italicè dicitur) erit ſexdecim vnciarum.

Septimò, proponitur verior ſententia. Iſidor. lib. 16. orig. c. 25.

Septimò, Smaragdus: *Hemina vini appendit libram vnam, quæ geminata Sextarium facit.* Feſtus: *Hemina ex Græco ἡμίνον, quod eſt dimidia pars Sextarij.* Quod & affirmat Iſidorus. Et patet ex carmine Fannij de ponderibus & menſuris.

At Catylas (quas, ſi placeat, dixiſſe licebit
Heminas) recipit geminas Sextarius vnus.
At Cotyle Cyathos bis ternos vna receptat.

Qua Heminam cõparat ſemiſextario.

Eſt igitur Hemina ſemiſextarius, continens ſex cyathos. Vt autem ſciatur quantum hoc ſit, pergit idem Fannius:

Sextari cyathus pars eſt, quæ eſt vncia libræ.

Senec. lib. 2. de ira.

Id eſt duodecima. Confirmat Lipſius, qui ad illud Senecæ: *Propinauit illi Cæſar Heminam, & poſuit illi cuſtodem*, Heminam exponit vncias nouem, vel dimidium Sextarium.

Mar. in 16. Exod. Menard. in c. 49. Conc. reg.

Leonardus verò Marius & Cornelius Heminam Italicam, ſiue Romanam aiunt cnnſtare decem vncijs. Menardus ſcribit Heminam non plus pendere, quàm ſeptem vncias & ſemis.

Heminam pintæ qui conferant.

Quia autem apud Calepinum, *Hemina* Gallicè, Belgicè, Anglicè vertitur *Pinte*: & Hadrianus Iunius in Nomenclatore, ait eſſe circiter Pintam; Kilianus in ſuo Etymologicn **een pint-pot** interpretatur Heminam; & binc fnrſitan menſura potus noſtri vtcumq́ue colligetur. Cnlonienſem pintam Marius ait conſtare vncijs vndecim & quadrante. Columbanus verò Vrancx vult Heminam paulò plus eſſe, quàm pintam Gandenſem: vnde fnrtè coincidat cum Bruxellenſi, aut Brabantica, quæ Gandenſi maior, & Cnlnnienſi minnr eſt.

Lipſ. Cent. miſcell. 3. epiſt. 25. Eſt quarta pars poculi Brabantici.

Lipſius ait Sextarius ſex eſſe nobis *tria vini pocula, largè.* Cùm autem Hemina, vt dictum, dimidia ſit Sextarij pars, erit eius calculo quarta poculi Brabantici pars: Proinde vt ſingulis Mnnachis ſua per diem tribuatnr Hemina, vnum in quatuor Religioſos diſtribuendum poculum.

An non nimis parua hæc menſura.

Fateor interim Heminas proximè deſcriptas exiguæ ſatis eſſe quantitatis pro pntu integri diei. Nam & Leſſius in ſuo Hygiaſticn ſnbriam victus rationem dncens, in ſingulos: dies quatuordecim, vel paulò plures vncias potus aſſignat: & Congregatio Caſalis-Benedicti viginti, vt vidimus, permittit, alij etiam viginti duas, & viginti quinqne, vt ſuprà retulimus.

Reſpondetur.

Reſpnndet Menardns: Primò, Monachis iuxta Apoſtoli ſententiam modico vino vtendum, eoque multâ aquâ diluto. Secundò, S. BENEDICTVM de ſua patria loqui maximè, hoc eſt, Italia, vinorum generoſorum feraciſſima, quæ multam aquam remanente ſufficiente ſapore, & viribus ferre poſſunt. Vnde poſtea ſubiunxit; *Si loci neceſſitas poſtulet*, ampliùs addendum: ſi nempe illius regionis, in qua ſitum eſt monaſterium, vina debilia ſunt, aut certè ſi eſt illa ſiticuloſa natio.

Fructuoſus adhuc minorem ſtatuit. Reg. Fruct. cap. 1.

Neque verò miranda admodnm exigua hæc vini menſura, cùm S. Fructuoſus eam dimidio minorem fecerit, decernens, *Vt inter quatuor fratres Sextarius diuidatur.* Singulis nimirum media Hemina aſſignata.

DISQVISITIO III.

Quibus Hemina aſſignata?

Videri vinum tãtùm ægris indulgendum. Sulp. in vit. cap. 7. Leand. inſtit. Virg. c. 9. Reg. Solit. cap. 44.

QVOD vinum Monachorum, vt dictum eſt, non ſit, videri qneat non ſanis, ſed ægris debilibuſq́ue dumtaxat indulgendum. De S. Mattini Monacbis Sulpitius ſcribit: *Vinum nemo nouerat, niſi quem infirmitas coëgiſſet.* S. Leander: *Virgo, quæ virtute corporis viget, benè facit, ſi omninò ſe à vino abſtinuerit. Inualidam verò & imbecillem pro medicina decet vti vino, non pro temulentia.* Clariùs Regula Solitariorum: *Nibil contra abſtinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, ſed tantùm pro corporis ſalute percipiunt. Nec hoc eis offert voluntas, ſed permittit infirmitas. Si autem infirmitas defuerit, à vino eſt abſtinendum, ne vini perceptio quæ infirmum corpus ſuſtentat, ſanum incendat.* Sic ibi.

Perez in cap. 40. Etiam ex mente S. Benedicti.

Nec defuit è noſtris, qui Heminam ſanis pænè ſubduxerit. R.mus enim Perez ita S. BENEDICTI mentem interpretatur. Pater ſanctiſſimus, inquit, non prn omnibus, ſed pro debilibus tantùm menſuram vini præfixit, vtiqne Heminam vini ad ſingulos dies.

1. Tim. 5.

Etenim cum debilibus & vinnm, & modicum vinum opportunum ſit, inxta illud Pauli: *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vtere vino propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*; præfinit D. Pater breuem hanc vini portinnem, vtique Heminam vini. Ita ille.

Probatur contrarium.

Sed ægre, vt arbitror ferent hoc noſtri non ægri: quibus ſuam lubet vendicare Heminam.

Primò.

Primò enim, nihil obſtat qnod S. P. dicat, *Infirmorum contuentes imbecillitatem, credimus Heminam vini per ſingulos ſufficere per diem.*

Nam

Digitized by Google

Nam vt Smaragdus exponit, *Infirmorum infirmitatem non pro corporis ægritudine, ſed pro animi dicit impoſsibilitate. Non enim abſtinentiã extèrius corpus valet implere, niſi et interius animus abſtinentia conſenſerit. Sunt enim multi, qui abſtinere poterant, propter conceſſam ſalutem, ſed non valent propter animi imbecillitatem.* Ita ille.

Quinam per infirmos hîc intelliguntur.

Intelliguntur ergo hîc infirmi illi, de quibus hoc eodem capite S. Pater ait, quibus perſuaderi non poteſt, Vinum Monachorum non eſſe. Et verò de omnibus omninò ſe loqui, ſatis innuit, cùm dicit: *Credimus Heminam vini* PER SINGVLOS *ſufficere:* Quid enim id aliud eſt, quàm ſi dixiſſet; Cùm vnuſquiſq; proprium donum habeat à Deo, ita vt vnus minore, alius maiore potus menſurâ egeat; adeoque certa quoad omnes ſtatui nequeat: ſingulis tamen ſufficere credimus Heminam vini.

Omnibus & ſingulis dandum vinum.

Hanc verò ſufficere credimus; quia qui vel à natura, vel ex Dei gratia acceperunt abſtinentiæ tolerantiam, in ea etiam inuenient quod pro mercede ſibi ſubtrahant: ijs autem qui aut nequeunt, aut nolunt abſtinere præ animi infirmitate, aſſignata menſura ſufficiẽs erit. Alij ſic exponunt: Etſi aliqui adeò ſint robuſti, vt pluſculum vini citra ſanitatis detrimentum ferant, tamen contuentes aliorum infirmitatem, quibus noxium eſſe poſſet plus vini haurire, ſatis erit tam his, quàm illis tãtùm Heminam indulgere: vt qui fortiores ad bibendum fuerint, diſcant gulam refrenare: & modicâ hac menſurâ infirmorum conſulatur valetudini, quæ maiori quantitate offendi ac lædi poſſet.

Secundò.

Secundò, ſi de infirmis ſolis loqueretur Legiſlator, cur quæſo adderet: *Quod ſi aut loci neceſsitas, vel labor, aut ardor æſtatis amplius popoſcerit, in arbitrio Prioris conſiſtat.* Certum enim eſt infirmos non adigi ad laborem, nec in vno monaſterio eſſe eam loci neceſſitatem, quæ vni plus, alteri minus vini ex ſolius loci qualitate concedat.

Tertiò, ex diſpenſatione Prioris.

Tertiò, ipſe Perez ait diſpenſationẽ Priori committi, non Abbati, quia proximior Monachis in omni illorum opere & exercitio quàm Abbas. Verùm ſi adſit Monachorum exercitijs, abeſt profectò ab ægrotis, quibus ſolis vinum vult permiſſum. Addit deinde, ſtrepitum in conuentu fieri propter additionem vini, ergo pro conuentu deſignata Hemina, ad quam incrementũ adijcitur. Ait deinde: Sæpius vrgente ſiti, quæ nec breues patiatur inducias, diſpenſationem peti, & ideò non recurrendum ad Abbatem, qui non ita ſit ad manum. Sed ſi tam crebra petenda diſpenſatio, quis non videat non de infirmis, ſed de ſanis hæc intelligenda, vt proinde in eodem capite parum conformiter loquatur.

Quartò.

Quartò, monet S. BENEDICTVS, ne murmurent, vbi ſupradicta inueniri menſura non poſſit. Ex quo colligas de omnibus locutum, nam ſi de ſolis infirmis locutus fuiſſet, id congruentius cap. 36. vbi de infirmis agit fratribus, expreſſiſſet. Quemadmodum enim ibi carnium eſum infirmis pro reparatione concedit; at vbi meliorati fuerint, ab ijs more ſolito vult abſtinere; ita facillimum omninò fuiſſet eodem ex titulo vinum concedere, cum hac reſtrictione, vt priſtinæ redditi ſanitati, eodem vt ceteri abſtinerent.

REFECTORIVM.

Probatur Quintò.

Quintò, decernit S. Pater, vt is qui per negligentiam ad horam refectionis ante horam non occurrerit, & bis correptus non emendauerit, *reficiat ſolus, ſublatâ ei portione ſuâ vini, vſque ad ſatisfactionem & emendationem.* Ergò non ſolis ægris indultum vinum, ſed omnibus quibus menſæ cõmunis commiſſa participatio: alioqui nulla eſſet hæc pœna. Vt omittam ægros plerumque in Valetudinario curari, nec communem accedere menſam.

Cap. 43.

DISQVISITIO IV.

Quâ moderatione potus ſumendus?

VINI vſum moderatum concedens S. BENEDICTVS, monitum hoc ſaluberrimum adiungit: *Hoc ſaltem conſentiamus, vt non vſque ad ſatietatem bibamus, ſed parciùs. quia vinum apoſtatare facit etiam ſapientes.* Turrecremata alijque commentatores plura hîc contra ebrietatem & immodicũ vini vſum, velut maximorum malorum fontem iure meritoque aggerunt, quæ non repeto, quia obuia, & confido Religioſis mẽtibus ipſum ebrietatis turpiſſimum nomen, magnum ſatis horrorem incutere. Modum ergò cum S. BENEDICTO hîc ſtatuere conabimur, & conſiſtit ille quidem in his tribus.

Cap. 40. *Ebrietas fugienda.* Eccli. 19.

Vinum vt ſumendum.

I. *Ne ſit nimis generoſum.*

Primum, vt non nimis generoſum aut fortè aſſumatur vinum, quod cerebrum facilè tentet, & ſuo calore libidinis fomitem accendat. *Sufficiens*, ait Eccleſiaſticus, *eſt homini erudito vinum exiguum.* Id eſt debile, interprete Turrecremata. Hinc in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. ſtatuitur: *A crapula & ebrietate omnes Clerici diligenter abſtineant: vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino. Nec ad bibendum quiſpiam incitetur: cùm ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum.*

Eccli. 31.

Concil. Lateran. c. 15.

II. *Aquâ maceratur.*

Secundum eſt, ne vinum merum bibatur, ſed aquâ dilutum. Antiquis id in vſu fuit, quod ingenioſâ etiam fabulâ ſignificarunt: Bacchi enim educatrices Nymphas, Lymphaſque fuiſſe fingebant. Cui affine eſt, quod apud Atheneum legitur, Aram Nymphis iuxta Bacchum poni ſolitam: quo inſinuaba-

REFEC-TORIVM. *Quod veteribus in vſu fuit.* ſinuabatur vinum propinaturis permiſcendæ aquæ memores eſſent. Recitat idem auctor commendatam fuiſſe à veteribus eam vini & aquæ mixtionem, in qua tantò plus aquæ eſſet quàm vini, quantò quinque excedunt duo: atque inde habuiſſe originem adagium, *Bibe quinque, & duo*, vel vt alij interpretantur, pro duobus ſcyphis vini exhauriendos eſſe quinque ſcyphos aquæ. Ponit verò & Heſiodus menſuram quâ fit ad ſalubritatem bibendum:

Tres miſcebis aquæ partes, ſit quarta Lyæi.

Et Monachis præſcriptum. Prou. 10. Burſf. diſt. 2. cap. 15. Laudandi proinde Caſſinenſes Patres, B qui ad Regulam hanc declarationem adiecerunt: *Hortamur fratres, ne bibant vinum purum, niſi hoc infirmitas requirat.* Burſfeldenſes quoque idipſum fieri oportere non obſcurè inſinuant, cùm ad hebdomadarium ſeruitorem ſpectare aiunt, aquam ad bibendum, ſeu ad lymphandum, ad vtramque refectionem & ad biberes, in locis vbi vinum fratribus miniſtrari conſueuit, procurare. Conſentiunt monitioni huic Patres Carthuſiani: *In Refectorio qui voluerint aquam petant, vel coram ſe in vaſis apponant.* Quod in Lotharingiæ, Franciæ, & Belgij reformatis Monaſterijs obſeruari quoque videmus. Et crediderim alijs etiam Ordinibus id vſitatum. Et iam olim id à Monachis noſtri Ordinis factum, vel fieri debuiſſe, facilè ſibi perſuaſerit, qui acrem hanc Bernardi, quâ Cluniacenſes perſtringit, attenderit increpationem: *Iam verò*, inquit, *de aqua potu quid dicam? quando ne vllo quidem pacto vinum aquatum admittitur? Omnes nimirùm ex quo Monachi ſumus, infirmos ſtomachos habemus, & tam neceſſarium Apoſtoli de vtendo vino conſilium meritò non negligimus, modico tamen quod ille præmiſit, neſcio cur prætermiſſo?* Hæc Bernardus. Petrus Bleſenſis referens cauſſam, cur Monachus ſubinde communem horreat menſam, ait eam eſſe, *quòd olera ſemicocta faſtidiat, & vinum aquâ mixtum, appetit enim edere lautius, bibere ſapidiùs.* Porrò Carthuſiani pœnam in delinquentes hanc ſtatuunt: *Exeuntes, inquiunt, extra terminos, vino puro numquam ad menſam ſcienter, niſi vrgente neceſſitate vtantur. Quoties aliquis contra fecerit, toties à vino abſtineat, quando bibere poterat ordinatè.* Neque verò rigidior cenſura hæc exiſtimanda eſt, nam S. Antoninus commemorat quemdam viſum affligi in purgatorio, eò quòd alijs lymphātibus vinum ipſe purum bibiſſet, vt poſſet dormire.

Carthuſ. ſtat. antiq. 2. part. cap. 14.

Bernard. in Apolog. ad Guiliel. Abbat. *Notatur qui id negligebat.*

Bleſ. ſerm. 49.

Et puniti.

Anton. 4. part. tit. 14. cap. 10. §. 5.

Laudati hinc aliqui. Marul. lib. 4. cap. 2. Sed religioſæ huius ſobrietatis tenax fuit Lingonenſis Antiſtes Gregorius, de quo narrat Marulus: Panes hordeaceos triticeâ cruſtâ oblitos eſitabat: in aquæ poculum tantillum vini addere ſolitus, vt aqua ſuum ſaporem ſeruaret, colore mutato. De Germano idem auctor refert, quòd ex Burgundiæ præfecto Monachus factus, mox Antiſiodorenſis Epiſcopus, tenuiſſimo victu contentus, vino abſtinuit: ſolemnibus tamen feſtis ita aquâ diluto vtebatur, vt vinum non ſaperet. Fredericus III. (vt auctor eſt Æneas Syluius) extra cœnam numquam vtebatur vino. In cœna lectiſſimum bibebat, & id aquâ perdomitum. Horum igitur exemplo, & nos inſanum Deum ſubitò coërcitum, vt Plato dicebat, corrigamus.

Ibid. Syl. lib. 2. Comment. in Panorm.

Modus menſurandi vinum. Abael. ep. 8. Quâ autem menſurâ, in ſua Regula Monialibus præſcribit Abaëlardus: *Ita*, inquit, *vinum aquâ temperent, vt & ſiti pariter & ſanitati conſulat, & vires nocendi non habeat. Hoc autem fieri credimus ſi huius mixturæ quarta pars ad minus aqua fuerit.* Sed non nemo forſan dixerit:

Vinum lymphatum perturbat viſcera fratrum.

Cui quidem iam olim reſponſum:

Lymphatum creſcit, dulceſcit, lædere neſcit.

III. *Modicè potandum vinum.* 1. Tim. 5. Prou. 23. *Tertium* ſit, Vt iuxta Apoſtoli moni-C tum, modico vino vtamur, de quo audiendus iterum Bernardus: *Si autem*, inquit, *vobis placeat auctoritas Pauli de bibendo vino, obſecro ne tradatis obliuioni quod dicit, modico.* Non igitur multum, aut crebrò hauriendum vinum, *cui enim væ?* inquit Sacra Scriptura, *Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?*

Quoties bibendum. Auſon. Edyl. 11. Petr. Satyr. *Ter, ex veterum lege.* Plin. lib. 14. c. 61. *Qua data Clericis.* Poſſid. cap. 25. Concil. Nannet. can. 4. Aug. lib. de morib. Manich. c. 13. Sed quoties bibendum? Non vltra ternarium ſcyphorum numerum in ſimpoſijs progrediendum eſſe, lex conuiuialis edicit. Auſonius: *Ter bibe.* Petronius: *Excuſare* D *cœpit moram, quòd amica ſe non dimiſiſſet, tribus niſi potionibus ex lege ſiccatis.* Neque quaternos potandos eſſe cyathos, Democritus Phyſicus volumen condidit, vt auctor eſt Plinius. Hinc ſanctiſſimus Antiſtes Auguſtinus, numerum ſuis ſecum commorantibus & conuiuantibus Clericis poculorum præfixerat. *Quòd ſi prolapſus quiſquam fuiſſet, vt iuraret, vinum de ſtatutis perdebat potionem*, vt Poſſidius in vitâ refert. In Concilio Nannetenſi præſcribitur Presbyteris, per calendas ſimul E poſt peractum diuinum myſterium ad neceſſariam collationem conuenientibus, *ne vltra tertiam vicem poculum contingant.* Ipſe Auguſtinus homini parco & frugi propter indigentiam valetudinis duas aut tres vini meracis tribuit potiones, ſiue vt poſteà loquitur, *tres cyathos vini.*

Et Monachis. Iſid. in reg. Monach. cap. 9. Orat. 3. Sed vt ad Monachos veniamus, Iſidorus ad eundem numerum ſuorum potum reſtrinxit: *Ternis*, inquit *poculis, fraterna reficienda eſt ſitis.* Et B. Eſaias Abbas iuniores fratres inſtituens: *Ad ternum*, inquit, *vſque cyathum ſi id valetudinis ratio poſtulat, vinum bibat.* Ex quibus facilè conſtat, quantâ ſollici-

tâ ſolicitudine SS. Patres curauerint, ne A exceſſus vllus in potu fieret.

Quomodo id intelligendum.

Quod autem tribus vicibus bibendum præſcripſerunt citati auctores, id eo modo in vſu reor fuiſſe, vt ſcyphos habuerint, qui ter repleti congruam cuique perſonæ potus menſuram ſuppeditauerint. Atque ita crediderim licuiſſe ex eodem ſcypho, ſi vno hauſtu non exhauriretur, ſæpiùs bibere; modò vltra tertiam vicem non impleretur. Eodem enim recidit, ſiue crebrò paruam, ſiue tertiò vtcumque magnam quis ſumat quantitatem, multis enim placet illud ſcholæ Sa- B lernitanæ:

Inter prandendum ſit ſæpe parumque bibendum.

Sed haud facilè notabilis in potu exceſſus fiet, ſi iuxta ſanctiſſimi Patris noſtri monitum non vſque ad ſatictatem bibamus, ſed parciùs.

IV. *Quibus ſcyphis bibendum.*

Quartà, ex Caſſinenſium Declarationibus: *Vt ab actibus ſæcularibus nos faciamus alienos, bibimus in ſcyphis fictilibus in refectorio* (impreſſio Lotharingica habet) *ſtanneis. In alijs verò locis*, inquiunt, *poſſumus vti vitreis.* Addit Craesbeeck: In Claraualle et- C iam hodie bibitur vinum in refectorio ligneâ ſcutellâ. Olim tamen honeſtioribus vſi ſunt Caſſinenſes phialis, nam vt Leo Oſtienſis ait: *Dux Robertus Guiſcardus dedit Monaſterio Caſſinenſi pateras argenteas deauratas cum nigello librarum quindecim, cum quibus fratres in præcipuis feſtiuitatibus biberent.*

Craesb. in hunc loc.

Leo Oſtie. l. 3. Chron. Caſſ. c. 57.

V. *Vtraque manu ſcyphus admouendus.*

Quintò, quod ritum concernit, vtraque manu ſcypho admotâ bibendum. Præter Caſſinenſes, Burſfeldenſes ſtatuunt, vt vtraque manu ori ſcyphus decenter appli- D cetur. Qui mos ad Ciſtertienſes etiam tranſijt, vt Craesbeeck teſtatur. Seruant idipſum Carthuſiani, & alij. Nam Minores inſtituens S. Bonauentura: *Bibentes*, inquit, *cum duabus manibus ſcyphum teneant.* Ritus huius rationem variè ſcio à varijs aſſignari. Mihi ea maximè probatur, quæ ideò id fieri tradit, vt puerorum innocentiam præ ſe ferant Monachi, nam & Cucullæ myſticam ſignificationem ad pueros Caſſianus reuocauit. Videre autem eſt infantes ambabus manibus ſcyphos, aliaque E quæ ipſis præbentur, apprehendere. Alij temperantiæ ſignum putant, vt vna manus admoueat, alia veluti remoueat, quamquam & de his cum Chryſoſtomo dicere liceret: *Traditia eſt, nihil quæras ampliùs.*

Carth. Stat. antiq. part. 2. cap. 13.

Bonauent. p. 1. ſpect. cap. 2.

Myſtica eius vti ratio.

Caſſian. lib. 1. cap. 4.

Chryſoſt. homil. 4. in 2. Theſſal. c. 2.

DISQVISITIO V.

Quid Mixtum?

Quid ſit mixtum.

MENSÆ accumbentibus ſuam appoſuimus menſuram vini, quæ eadem Hebdomadarijs ſeruientibus & Lectori menſæ poſteà tribuenda. Verùm quia his ientaculum quoddam præbet, quod nunc *Biberes*, nunc *Mixtum* appellat; opportunè de his inquirendum, & primò quid Mixtum. Et quidem ſatis nota *Mixti* ſignificatio vt opponitur puro, vt apud Prophetam: *Vinum tuum miſtum eſt aquâ.* Subſtantiuè, vt hîc, ſumitur Pſalmo 74. *Vini meri plenus mixto.* Martialis opponit mero:

Iſaiæ 1. v. 22.

Mart. lib. 3. epig. 56.

Callidus impoſuit nuper mihi copo Rauennæ:
Cùm peterem mixtum, *vendidit ille merum.*

Hoc ſenſu Mixtum ſignificaret vinũ aquâ temperatum, ſed aliorum ſententias inquiramus.

Beleth. in explicat. diuin. offic. cap. 119.

Sumptum pro pane, & vino communicatis dari ſolito.

Ioannes Belethus *Mixtum* hoc vocat paruum prãdiolum, quod fieri debet ante magnum prandium in Paſchate, quando communicatum eſt. *Statutum*, inquit, *eſt in quibuſdam eccleſijs, vt illo die panis, & vinum in eccleſia habeant, & cùm homines communicauerint, detur ſtatim vnicuique panis buxea, priuſquam recedant, & paululum vini, ne fortè quippiam de ſacramento in ore remanſerit, quod expuendo facilè emitti queat. Quæ ſanè laudata conſuetudo omnibus probatur, ſumpſitque originem ex inſtitutione* B. BENEDICTI. *Inſtituit namque vir ille ſanctiſſimus ob eandem cauſſam, vt illi, qui alijs fratribus debent in prandio poſt communionem miniſtrare, aliquid priùs comederent. Atque hoc quidem prandium Mixtum appellari ſolet.* Sic ille. Quem longè antè præceſſerat Smaragdus Abbas, paulò conciſiùs iſta exponens: *Quod dicit, accipiat Mixtum, panis intelligitur ſimul & vinum. In multis enim prandijs panis tantum & vinum, quod ſuper altare offertur, Mixtum vocatur. Propter Communionem ſanctam dicit, ne aliquid inde ſumptum excreans proijciat in ſputo.* Auctores hi ſacram Communionem reſpiciũt. Sed præter hanc cauſſam ex ipſa conſtat Regula, & ideò Mixtum ſumi à Lectore: *ne fortè graue ſit ei ieiunium ſuſtinere:* à ſeptimanarijs Coquinæ: *vt hora refectionis ſine murmuratione & graui labore ſeruiant fratribus ſuis.* Proinde Mixtum hoc ientaculum eſſe puto, non tantùm Lectori & miniſtris, ſed etiam ſenibus, & infantibus, ex Regulæ auctoritate indultum.

Smaragd. ad cap. 36. Reg.

Cap. 38.

Cap. 35. *Propriè pro ientaculo.*

Cap. 37.

Cur illud vocetur mixtum.

Verùm cur illud *Mixtum* vocetur, potiſſimùm inquirimus. Boerius hanc etymologiæ rationem aſſignat: *Apud nos, ait, & in quibuſdam Monaſterijs fiunt quidam panes, qui Mixtones, ſiue Mixtoni vocantur. Sic fortè dicti,*

quod

REFECTORIVM.

quòd ex mixtura frumenti & hordei vel ſiliginis fiunt, & ſunt ita modici, quòd quatuor aut quinque ſunt neceſſarij vni fratri per diem. Et quia quarta pars annonæ dari debet fratri prægustanti, dicitur quòd frater Lector Mixtum accipiat, id eſt; vnum panem modicum vocatum Mixtum ſiue Mixtonem; vel ab ipſo Mixto ſunt veriùs Mixtones appellati. Sic ille, & ſolus.

Fortè à Græcorum conſuetudine.

Videri autem queat S. BENEDICTVM antemeridianum cibum *Mixtum* nuncupaſſe ab antiquâ Græcorum conſuetudine, qui buccellâ panis vino meraco maceratâ, matutino tempore veſci conſueuerunt. Vnde ientaculum hoc vocabant ἀκράτισμα ſiue ἀκρατισμὸν, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου, vt ait Athenæus, hoc eſt à vino mero, non lymphato. Quoniam panis buccellas ſiue offulas meraco tinctas atque imbutas tempore matutino comedebant. Qui idem hodie mos Gallorum eſt, vt ait Ioannes Guilielmus Stuckius. Germani, ſimiliter ientaculum appellant Fru-ſuppen, id eſt, pulmentum matutinum; morgen-ſuppen, offulæ matutinæ. Hinc noſtra S. Hildegardis Germana *Mixtum* interpretatur, panem & potum: *Panem videlicet potui intinctum quod offæ ſunt; quoniam ibi panis potui commiſcetur.* Crediderim tamen parum referre, an illa ſingula, an verò commixta per modum iuſculi ſumantur, & in pleriſque Ordinis noſtri Monaſterijs ſeorſim hæc, panis ſcilicet pro cibo, vinum, aut cereuiſia pro potu ſumuntur.

Athen. lib. 1. dipnoſ. c. 9.

Stuck. antiq. conuiu. lib. 1. cap. 7. *Germanorum [illegible]*

Hildegard. in explic. reg.

DISQVISITIO VI.

Qujd Biberes ?

ET hæc vox S. BENEDICTO vſurpata, idemque quod Mixtum, iuxta aliquos ſignificans, aut certè altera eius pars, hîc nobis diſcutienda. De Septimanarijs Coquinæ tractans S. P. ita ait: *Ante vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos Biberes, & panem, vt horâ refectionis ſine murmuratione, & graui labore ſeruiant fratribus ſuis.* Vbi Bernardus Caſſinenſis annotat, quoſdam libros in feminino legere, *Singulas Biberes*, vt in ſingulari ſit *Biberis*. Alia forma eſt apud Ioannem de Garlandria in ſuo *Cornuto* dicentem:

Cap. 35.

Quid ſint Biberes.

Ob Biberam biga vectus vaſer cano varrus.

quod explicans in Commentario, ex Huguitione ait: *Bibera idem eſt quod potatio, vel ſuperfluitas bibendi.* Biberes verò maſculinè deducitur à *Biber*, quod Matthias Martinius interpretatur porum. Petrus verò Boërius aſſerit apud Gratianum legi in neutrum genere, cùm dicitur: *Et ſinguli ſingulum Bibere faciant.* Sic enim eſt in editione antiqua: at in correctione Gregorij XIII. *Singuli ſingulos Bibere faciant.* Quod ſi *Bibere*, vel *Biber* neutrius eſſet generis, huc referri fortè queat, quod Fannius apud Chariſium dixit: *Domina eius vbi villam venerat, iubebat Biber dari.* Quomodo locutum & Catonem Originibus tradit, & Titinnium: *Date illi Biber, iracunda hæc eſt.* Quamquam, ne quid diſſimulem, Gaſpar Barthius (ex quo hæc delibaui) notat *Biber* his locis eſſe infinitiuum, omiſſâ vltimâ vocali, E, iuxta vetuſtiſſimam Latinæ linguæ conſuetudinem, & hinc Gallorum infinitiuos in R conſonam terminari. Nec dubito, inquit, ita locutos etiam florente æuo rei Romanæ, vt vocalis minus audiretur, quia ſeruant idiotiſmi id hodie quoque. Sic ille. Ex infinitiuo igitur *Biber*, facili flexu formatum fuerit nomen *Biberes*; quod quidem rariùs apud auctores occurrit. Legitur tamen apud Cæſarium Arelatenſem, qui ait: *In prandio binas Biberis, & in cœna accipiant, in ieiunio ternas.* Concilium Nannetenſe: *Qui voluerint Eulogias à Presbytero accipiant: & panem tantùm frangentes, ſingulos accipiant Biberes, & nihil ampliùs contingere præſumant.* Vbi vides ipſa Sancti BENEDICTI verba à Patribus iſtis expreſſa, quæ cùm alij non aſſequerentur, ad marginem adiecerunt, fortè, *bilibres.* Ino legit *Singuli ſingulos Bibere faciant.* Occurrit eadem vox Ekkehardo, de *caſ. Monaſt. S. Galli, cap. 11.* & in Chronico Windeſemenſi: *Donec ipſi ad ſemetipſos & ad Biberes cum iucunditate reuerterentur.* Et: *Sæpiſſimè vſque ad ſudoris ſui deterſionem ſine Biberibus laborabat.* Atque hæc de voce.

Martin. in Lexico diſtinct. 44. cap. *Quando Presbyteri.*

Faon. 8. Annal.

Biber pro Bibere olim dictum.

Barthius aduerſ. lib. 4. cap. 5.

Quinam vſurparint hanc vocem.

Cæſar. reg. art. 12. edit. Pariſ.

Cap. 15.

Ino part. 6. cap. 255.

Chronic. Windeſ. l. 2. cap. 17.

Cap. 32.

Quod autem rem ſpectat, quid ſit aperit Cardinalis Turrecremata, dicens *Biberes* eſſe parua vaſcula, quæ plena ſufficiant ad vnum moderatum hauſtum. Quæ verbotenus, vt ſæpè aliàs, ex Bernardo Caſſinenſi deſumpſit. Et quidem tempore S. P. N. BENEDICTI videntur habuiſſe certam menſuram in hunc vſum factam, quâ Seruitoribus hauſtum hunc admetiebantur, ſicuti ſuperiùs de libra panis, & hemina vini vidimus. Nam Theodemarus Caſſinenſis Abbas (vt Leo Oſtienſis teſtatur) inter cetera ad Monaſticam obſeruantiam ſpectantia Carolo Magno miſit *calicis menſuram, quam in Mixto ſeruitores accipere debent.* De quo & ipſe Theodemarus ad eundem Carolum ſcribens, ſic ait: *Direximus etiam menſuram vnius calicis, quam obſequuturi fratres iuxta ſacræ Regulæ textum ſolent accipere.*

Biberes pro paruis vaſculis.

Leo Oſtie. l. 1. Chron. Caſſ. c. 14.

Ex his porrò facilè colligas, *Biberes, & panem*, idem eſſe quod Mixtum, vt poſt Bernardum Caſſinenſem, annotatur in Declarationibus Caſſinenſium. Voluit enim

Biberes, & panis, idem ſunt quod mixtum.

Caſſin. ad c. 35. & 38.

S. Pater

S. Pater eandem eſſe conditionem Lectoris menſæ, & hebdomadariorum ſeruitorum. Sicut enim vult eos poſteà ſimul reficere, ita & ante cõmunem menſam eodẽ modo aliquid prægustare. Quod obſeruãdum hîc fuit, propter Guidonem Iunenalem, qui in tranſlatione Gallica, duo hæc diſtinguit: & *Biberes* vocat *ſcyphum vini, & aliquid panis. Mixtum verò, hauſtum vini aquâ mixtum, propter communionem ſanctam, quam recepit.* Hoc Guidonem ex aliorum iudicio & conſuetudine hauſiſſe ſuſpicor.

Nec rectè diſtinguuntur.

Nam & vſus Ciſtertienſis manifeſtè hæc diſtinguit. Mixtum enim vocat, quod à menſæ Lectore, & Coquo ante, vel poſt ſextam ſumitur. De *Bibere* verò agens, duplex aſſignat tempus, quo ſumi ſolet, prius eſt poſt Veſperas, ante Collationem ſcilicet: nam illo tempore non comedebatur quidquam aut bibebatur ſub ipsâ Collatione. Poſterius poſt Nonam, æſtiuo enim tẽpore tum potus indulgebatur. His verò prætermiſſis de Mixto deinceps agemus.

Vſus Ciſt. cap 71.

DISQVISITIO VII.

Quænam Mixti *menſura?*

Variè aſſignata mixti quantitas. Concil. Aquiſgr. num. 19.

NON vno hæc ab omnibus aſſignatur modo. Patres in Concilio Aquiſgranenſi congregati, Regulæ mordicus inhærentes, ſtatuerunt: *Vt Lectoribus nihil, præter id quod Regula iubet, detur.* Sed cùm illa Mixtum, ſiue Biberes & panem iubeat dari, de vtriuſque hîc inquirimus quantitate. Quòd ſi exſtaret ea calicis, ſiue Biberis menſura, quam Theodemarus Carolo Magno direxit, hinc ſanè colligeretur, quantum olim potus pro Mixto dati conſueuerit. Bernardus enim Caſſinenſis ſemel tantùm bibendum aſſerit, in Mixti prægustatione. Cui ſanè alij conſonant. Sed ordine recenſeamus auctorum, & Conſtitutionum de Mixto ſententias.

Scyphus vini, & aliquid panis.

I. *Primò*, Guido (vt vidimus) Biberes definit, ſcyphum vini & aliquid panis, quod ſequitur Regula Sanctimonialium Ordinis S. BENEDICTI à Stephano Poncheto Pariſienſi Epiſcopo edita. Similiter Camaldulenſes; qui Mixtum definiunt buccellam panis, & cyathum vini, vti & Ciſtertienſes Regularis obſeruantię in Hiſpaniâ. Antonius Perez ita habet: Refectio autem iſta aliquo panis fruſtulo, & hauſtu vini conficienda indicitur.

Perez ad cap. 15.

Libra panis quadrans.

II. *Secundò*, alij particulariùs definiunt *Mixti* quantitatem, nam quartam partem libræ panis cuilibet Seruitori ſolere apponi, ait Bernardus Caſſinenſis, ſequiturque Boërius, & liber vſuum Ordinis Ciſtertienſis, dicens: *Menſura Mixti ſit quarta pars libræ panis, & tertia pars heminæ vini, ſumpto itaque Mixto, ſi quid reſiduum fuerit, referant panem in arcam & vinum in vas.* Idipſum pænè ad verbum ſequuntur Burſfeldenſes, qui tamen addunt, *poſſe Abbatem quibus neceſſarium viderit, loco Mixti pulmentarium aliquod indulgere.*

Vſus Ciſt. cap. 71.

REFECTORIVM. Et heminæ tertia pars. Burſfeld. diſt 3. c. 17.

A Non fuiſſe autem hos primos, qui pulmenti aliquid permiſerint, ex Boerio conſtat, qui ait, vidiſſe ſe in Franciâ *huiuſmodi ſeruitoribus dari legumina, vel olera, modicâ tamen quantitate reſpectu prandentium, quod non reprobo*, inquit. B Deinde ſubiungit; *in quibuſdam magnis monaſteriis dari panem ſine certâ menſurâ huiuſmodi prægustantibus. Sed Magiſter Nouitiorum, quia ibi conſueuerunt pueri confluere, faciebat ſignum ſufficientiæ, & tunc vno momento omnes pariter recedebant.*

Pulmentum aliqui addunt.

Alij adhuc largiores Craesb. ad c. 3. 6. Reg. Diſt. 14. c. 1.

III. *Tertiò*, largiorem, imò duplo maiorem quantitatem, teſte Ioanne Craesbeeck, aſſignat definitio Ordinis Ciſtertienſis, cui Mixti quantitas eſt *medietas libræ panis, vel maior quãtitas groſſioris panis & aquæ.* Æquè, ſi non magis benignus mihi fuiſſe videtur C Petrus de Aluaſtro, qui in Conſtitutionibus ad Regulam Saluatoris, Mixtum definit, quartam partem vnius panis, ſimiliter quartam partem menſuræ cereuiſiæ, aut vini, cum parte piſcis, caſei, & butyri.

Pet. de Alnaſt. in addit. cap. 28.

Laudatur Caſſinenſium frugalitas. Caſſin ad c. 15. Reg.

IV. *Quartò*, moderata admodum, atque optima apparet Caſſinenſium declaratio, qui aiunt: *Mixtum intelligimus tantum vini, quantum capere poteſt vnus ſcyphus, cum quo in refectorio bibitur, & circa vncias duas panis.* Quod quidem cum excluſione intelligendum crediderim, ita vt nihil addatur D obſonij. Quare Camaldulenſes expreſsè addunt, *& nihil ampliùs.* Cæleſtini graues addunt pœnas iis, qui Mixto obſonium adiecerint. Et ſanè cùm id, quod in Mixto ſumitur, auctarium quoddam ſit ad communem cibi menſuram (nam ſuprà ſtatutam annonam S. P. Biberes, & panem indulget) expedit illud non eſſe nimium, ne vel hoc prætextu Seruitoris menſæ, aut Lectoris munia ambiantur. Adde quod obſeruatum à Iulio Nigrono, Ientaculum E hoc, non voluptatis eſſe, ſed tantùm neceſſitatis ad fulciendas nonnihil vires, & ne graue ſit ieiunium ſuſtinere vſque ad ſecundam menſam.

Mixto nullum addendum obſonium.

Nigron. tr. aſcet. 4. p. 3. §. 34.

Debet deinde hoc Mixtum Religioſis ſatis eſſe, quia paupertatem profeſſos, pauperum cibo decet eſſe contentos, illi autem cibario ac vulgari tantùm pane veſcũtur. Meminiſſe prætereà debent Religioſi, præſcriptum ſibi eſſe, *Delicias non amplecti*, ſed abſtinentiam ſibi vel maximè colendam. Et ſanè Plutarchus de veterum Græcorum ientaculo agens, Mixtum hominibus moderatis ſuffeciſſe ſcribit, verba ejus

Nec plus à Religioſis requirendum.

Cap. 4.

Digitized by Google

REFECTORIVM Plutarch. lib 8 Sympoſ. q 6.

hæc ſunt: *Fides adhibenda eſt ijs, qui vitæ* A *rationem, quâ priſci vſi ſunt memoriæ prodiderunt. Hi docent illos cùm & laboribus deditis & temperantes eſſent, mane ediſſe mero intinctum, aliud nihil.* Atqui illi non ad horam vnam, ſed ad cœnam vſque deinde abſtinebant. Quare meritò Religioſis ſufficere debeat, quod Regula aut Superiorum licentia ſtatuit.

DISQVISITIO VIII.

An Mixti ſumptione Eccleſiaſticum violetur ieiunium?

B

DVbitandi ratio ea eſſe queat, quòd cùm ad ieiunij rationem vnica tantum concedatur refectio, his menſæ ſeruitoribus duplex exhibeatur, vna ante, altera poſt communem menſam: quod magis etiam apparet, ſi primum hoc prandiolum, ſiue, vt appellamus, *Mixtum*, largiori præbeatur menſurâ. Ieiunij proinde violationem metuiſſe videtur, qui diebus ieiuniorum Mixto interdicunt. Hinc vſus Ciſter- C tienſis: *Sciendum quòd à capite ieiunij vſque ad Paſcha (exceptis Dominicis diebus) & tribus diebus Rogationum, & quatuor temporum & vigiliis Domini & Sanctorum, Mixtum non ſumitur.* Sic ibi, quod pro more ſuo ſequuntur Burſfeldenſes, additâ tamen pia hac moderatione. *Quòd ſi quis aliquo die ieiunij, nequeat præ debilitate omnimodis abſtinere, moderatius aliquid quod Abbas permiſerit, Dei cum timore prægustare licebit.* Camaldulenſes tamen qui *buccellam* dumtaxat *panis ac vini cyathum, nec quidpiam aliud* permittunt, D expreſsè addunt, *exceptis tamen diebus ieiuniorum Eccleſiæ, tum nihil ſumant.* Vallisoletani in Hiſpaniâ Mixtum omninò abrogarunt, hac, quam in ſuo Cærimoniali aſſignant, ratione: In noſtra, inquiunt, Congregatione nullus eſt Mixti vſus, quòd nonnulli ſenſim comedendi horas notabiliter præuenirent. In quadrageſimâ autem à primo die lunæ vſque ad diem Mercurij maioris hebdomadæ, ſtatim atque inchoantur veſperæ, menſæ ſeruitores, & Lector facultatem petunt, eaque obtentâ prande- E re incipiunt, & antequam conuentus veniat, abſoluunt. Quod quidem permittitur, vt ſine moleſtia deinde inſeruiant. Alio autem anni tempore inſeruiunt miniſtri, donec alij duo fratres ſurgant: cùm verò primus ſurrexerit, ſenior ſeruitorum ſedet, & alteri tradit præcinctorium. Secundo deinde ſurgente, ſedet alter miniſter. Sic illi: reſecare, ni ſallor, volentes omnem violandi ieiunij occaſionem, & crebriorem aut præmaturam refectionem.

In ieiuniis quidam mixto interdicunt.

Vſus Ciſt. cap. 73.

Burſfeld diſt. 3. c. 17.

Camald. ad cap. 35.

a Cærim. Vallil. c. 52. *Valliſoletani illud abrogarunt.*

In ieiuniis præſum ent prandium.

A Petrus tamen de Aluaſtro, qui Monialibus S. Birgittæ ſatis largam, vt vidimus, Mixti præſcripſit menſuram, confidenter & reſolutè ait, *ne credant ſe violare ieiunium, ſed confidant id ſibi in Domino magis profuturum. Nam quod ex compaſſione & charitate rationabiliter conceditur, hoc ipſum obedientia Deo efficit gratum.*

Conſtitut. Pet. Aluaſt. cap. 18.

Verùm vt quæſtionem hanc penitiùs intelligamus, iubet etiam Doctorum hac de re audire ſententias. Bernardus Caſſinenſis poſitâ quæſtione, an diebus quadra- B geſimæ & ieiuniorum aliorum Eccleſiæ, ſeruitores iſti debeant prægustare, & ſi prægustent, an violent ieiunium: Reſpondet: *Verè ſi Magiſter diſtingueret hoc ſicut diſtinxit cap. de hoſpitibus ſuſcipiendis, ſuæ ſtaretur declarationi, ſed quia nec per ipſum inueni poſitum, nec per aliquem expoſitorē determinatum, dico quod mihi videtur. In prædicto capite dicitur, quòd frangatur à Priore ieiunium propter hoſpites, niſi fuerit dies præcipuus, qui non poſſit violari. Igitur videtur quòd huiuſmodi dies violari non debeat, & ſi* C *ſeruitores degustent, ieiunium violant. Secundò, non eſt dubium quod violant ieiunium neceſſitatis & Eccleſiæ, ſed hæc Regula eos excuſat à ieiunio abſtinentiæ, & puto quod tam auctoritate huius Regulæ, quàm propter charitatem quam exhibent ſeruiendo, & ſi frangatur Eccleſiæ & neceſſitatis ieiunium, non tamen perdunt ieiunij meritum. Conſulo tamen fratri potenti ieiunium ſuſtinere, vt penſatis viribus ſuis, & hoc expoſito Abbati, & cum eius benedictione, Mixtum cum omni temperantia & parcitate ſumat.* Sic ille apud Boerium, qui D addit Innocentium dicere huiuſmodi prægustantes non ſoluere ieiunium Eccleſiæ. Poſitâ deinde obiectione, quomodo Abbas poſſit diſſoluere, quod Romana ſtatuit & obſeruat Eccleſia. Reſpondet, quòd & hoc quaſi ſtatuerit cùm ipſam Regulam approbauit. Nec mirum fore, ſi ad vitandum murmurationis malum Abbas cum aliquibus fratribus diſpenſaret ſuper indictis ieiuniis. Cardinalis Turrecremata itidem putat Mixto non ſolui ieiunium, citatque Gilbertum in apparatu ſuo de E Seruitoribus & Lectoribus in menſis Religioſorum, qui tamen requirit, vt fiat cum licentia Superiorum. In eâdem ſententiâ eſt S. [a] Antoninus, [b] Sylueſter, [c] Ioannes Molanus in compendio Theologiæ practicæ, [d] Abulenſis, [e] Gregorius à Valentia, [f] Azorius, Leſſius lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 11. qui has aſſignat cauſſas: tum quia Lectores & Miniſtri menſæ id faciunt, ne vires notabiliter debilitentur: tum quia illud eſt inchoatio quædam prandij, & illa diuiſio, ſeu interpoſitio temporis fit ex iuſtâ cauſâ.

Doctorum ſententia.

Bernardus Caſſinenſis cenſet non violari ieiunium mixti ſumptione.

Innocent. extra de obſeru. ieiun. ſup. Rubrica V. Item contra.

Alij Doctores in eādē ſententia.

a 2. part. Sum. tit. 6. cap 2 §. 6.
b V Ieiu. 2.
c Tract 3. c 11. n. 46.
d In cap. 6. Matt. q. 145.
e Tom. 3. diſp. 9. q. 2. p. 3.
f Tom. 1. l. 7. q. 9. q. 1.

Sed

Digitized by Google

Quam aliqui reſtringunt. Bonac.t.2. diſp.vlt. de præcept. Ecclef.q.1. punct.3.

Sed limitat hanc doctrinam nonnihil Martinus Bonacina: Hoc, inquit, ſolum admiſerim, dum alioquiu inſeruientes, aut intentâ voce legentes nimiùm deſatigarentur, vel debilitarenrur, non prægustato aliquo cibo, nou enim licet ſine cauſsâ praudium interrumpere, aut multiplicem refectionem capere, uiſi fortè cibus ſit modicę quantitatis, nam parum pro uihilo reputatur, aut niſi aliquid ſumatur ob probabilem timorem deficiendi prę nimia vacnitate. In eâdem ſentẽtia eſt Reginaldus.

Reginald. lib.4.n.175.

DISQVISITIO IX.

Vbi, quando, & quomodo Mixtum *ſumendum?*

EXpediemus hac diqniſitione quæ locum, tempus, & modum ſumendi Mixtum ſpectant.

I. *Mixtum in refectorio ſumendum.* Lanfr. Stat. cap 7. Vſus Ciſt. cap.71.

Primò, igitur, Lanſrancus cùm pluſcula de Mixto præſcripſiſſet, tandem ſubdit: *In refectorio totum fiat.* Vſus Ciſtertienſis tam Mixto, quàm vtroque biberi pro loco aſſignat refectorium, atque ita apud alios communi credo conſuetudine receptum. Cæleſtini ſanè pœnas præſcripſeruut ijs, qui Mixtum extra refectorium, horaſve deſignatas ſumpſeriut. *Debet*, inquir Boëtius, *hac prægustatio fieri in refectorio publicè, non in coquinâ, non in camerâ, aut aliis locis ſuſpectis.*

II. *Quo tempore & hora.*

Secundò, cùm de tempore ſiue ieiunij ſiue duplicis refectionis iam ſuprà actum ſit, hîc tantùm de horâ, quâ Mixrum ſumendum, inquirimns. Illam verò S. BENEDICTVS ira expreſſit: *Septimanarij ante vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos Biberes & panem.* Hanc autem horam Beruardus Caſſinenſis ita explicar: *Vt ſi fratres reficiant ad Sextam, iſti debeut recipere Mixtum poſt Tertiam: Si fratres ad Nonam, iſti ad Sextam: Si fratres ad Veſperas, iſti ad Nonam.* Sumpſit autem hauc explicationem à proportione, quâ S. BENEDICTVS excommunicato cibum dari voluit.

Cap. 38. Cap. 24.

Exponitur præciſè hora mixti.

Ne autem nimiùm anticipetur hęc Mixti ſumptio, tam Bernardum Caſſinenſem, quàm S. Legiſlatorem prædictis locis intelligendum arbitror, labente, aut ferè finitâ vltimâ horâ ex rribus ęqninoctialibus reſpondentibus vni horæ canonicæ, ita vt qui poſt Tertiam iubetur Mixtum ſumere, reficientibus fratribus horâ ſextâ, illud ſumat ſub finem horæ quinræ: & qui ad Sextam, aliis comedentibus nonâ, Mixtum ſumat circa finem horæ octauæ, ſiue paulò ante uonam, & ſic de reliquis. Confirmatur autem hæc explicatio, quia S. BENEDICTVS cùm pręſcribit refectionis horam ſextam aut nonam, non intelligit adhuc labentem, ſed iam elapſam: ſic enim communi hominum conſuetudine dicimus aliquid fieri tali vel tali horâ, poſtquam illa in horologio iam effluxerit, & hoc modo intellexiſſe videtur Smaragdus, dum ait: *Quod autem dicit ante vnam refectionis horam: ſubintelligitur in vnâ horâ illa antequam fratres reficiantur.* Vſus Ciſtertienſis eidem inhærens ſententiæ, ſic diſtinguit: *Si dies fuerit prandij, ad Mixtum percutiatur ſignum in eccleſiâ tribus ictibus ante ſextam. Si autem ieiunij, totidem poſt Sextam.* Intellige Sextam Canonicam, quæ canitur in templo, non horam diei. Similiter Burſfeldenſes rempus Mixri definiuut: *Decantatâ in Eccleſiâ horâ illâ poſt quam immediatè reficere debent fratres, ſiue ſexta fuerit, ſiue nona.* Ex veteribus autem Floriacenſis Monaſterij Conſuetudinibus & Ciſtertienſi vſu conſtat, pueros & adoleſceutes ante Tertiam Mixtum ſumere ſolitos.

REFECTORIVM. *Et confirmatur.* Burfeld. diſt.3. c.17. Bibliothec. Floriac. Ioan. à Boſco.

Cur diebus ſolemnibus mixtum dilatum.

Quod autem S. Pater ait: *In diebus tamen ſolemnibus vſque ad miſſas ſuſtineant:* ſupponere videtur quòd aliis diebus Mixtum ſumpſerint ante Miſſam. Quinimò ſi ritè expeudantur quæ iu capite de opere manuum quotidiano dicuntur, veroſimile eſt tempore S.P. BENEDICTI Monachos feriatis diebus, Miſſam, vr autc diximus, nou andiuiſſe. Vt illius proindc iu Mixto ſumendo nulla habita fuerit ratio. Smaragdus verò poſteriorum temporum vſum reſpiciens, ita interpretatur. *Quòd autem dieit vſque ad Miſſas ſuſtineant: intelligitur, vſque ad Miſſam principalem, quæ omnibus ſalemniter canitur. Nam ſunt plerique Monachorum miniſteriales, qui manè audiunt miſſam, & comedunt, & pergunt, quò volunt, & dicunt ſe miſſam audiſſe, & ita camedeſſe. Quad vitium prævidens & probibens* B. BENEDICTVS, *dixit: In diebus ſolemnibus vſque ad Miſſas ſuſtineant.* Sed & altera ſubeſt ratio, cur eouſque tum ſuſtinere debeant, ſi enim vt Caſſinenſes annotarunt, quolibet Dominico die frattes communicabant, idemque iudicium ſit de aliis ſolemnitatibus; euidens eſt, eos propter hanc communionem à Mixto abſtinere debuiſſe.

Alia ratio.

III. *Ritus ſumendi mixtum.* Lanfr. Stat. cap.7.

Tertiò, quod modum aut ritum ſumendi Mixtum ſpectat, illud tantùm obſeruandum, ne beuedictio aut gratiarum actio prætermittantur. Incnlcauit hoc iam olim Lanſrancus, qui ſanguine minutis Mixti ſumptionem iudulgens, hæc habet: *Cùm ad ipſum Mixtum ventum fuerit, ſi tempus ſit quo fratres ſemel reficiunt, ſimul omnes dicant verſum, & ante Mixtum, & poſt Mixtum cum pſalmo Miſerere mei Deus. Et reliquis eo modo qua dicitur à Conuentu, cùm bis reficiunt omnes*

Premittitur benedictio.

REFECTORIVM. *fratres: Benedictio à priore Sacerdote detur, lectio ab vno aliquo memoriter recitetur.* Vſus Ciſtertienſis breuiorem præſcribit benedictionem. Nimirùm, vt, *qui inferioris gradus eſt, dicat, Benedicite. Qui maioris, benedicens dicat, Largitor omnium bonorum benedicat cibum & potum ſeruorum ſuorum.* Burſfeldenſes dicunt: *Benedic Domine dona tua, quæ de tuâ largitate ſumus ſumpturi, per Chriſtum Dominum noſtrum.* Et poſt Mixtum dicat quiſque ſub ſilentio, *Retribuere dignare,* Quod ab omnibus merito obſeruandum; *Quæ non debet à quoquam intermitti.* ne fortè ſubrepat praua conſuetudo abſque benedictione aut gratiarum actione A ientaculum ſumendi, legimus enim eam paſſim à ſanctis viris in ſimilibus adhibitam. De S. Cuthberto Venerabilis Beda refert, *non ſine benedictione paululum aquæ guſtaſſe.* Et S. Theodorus Studita ſcribit potum ſibi in carcere porrectum à quodam Præfecto, ter à ſe fuiſſe ſignatum. Idem autem in quouis potu faciendum, Chriſtianum Adoleſcentem Clemens Alexandrinus monuit. *Quemadmodum,* inquit, *antequam ſumamus alimentum, laudare nos conuenit factorem vniuerſorum: ita & in potu nos decet ei pſallere, cùm eius creaturarum efficimur participes.*

Beda in vitâ S. Cuthbert. c. 35.
Studit. lib. 2. epiſt. 63.
Clem. lib. 2. Pædagog. cap. 4. & 9.

TRACTATVS V.

DE REFECTIONEM CONSEQVENTIBVS.

POSTQVAM *monaſticis his epulis ad neceſſitatem magis quàm ad voluptatem propoſitis exempta fames, tempus erit conuiuium claudere, & largitori omnium, vt ante monuimus gratias agere. Antequam verò cœnaculo exeamus, nonnulla refectionem ipſam ſubſequentia hic nobis expendenda.* Primò, *Cur analecta ſub finem menſæ colligantur?* Secundò, *Cur extra refectionis tempora nihil potus cibíque ſumendum?* Tertiò, *Cur prohibita propter cibum murmuratio?* Quartò, *Num licita Benedictinis à refectione recreatio?*

DISQVISITIO I.

Cur Analecta ſub finem menſæ colligantur?

Ritus colligendi analecta. VSV iam olim in Ordine noſtro, qui apud multos hodieque perſeuerat, receptum fuit, vt antequam è menſâ Religioſi ſurgerent, analecta, & micæ panis, in præparatum ad hoc vaſculum, caniſtrum, vel ciſtellam colligerentur. Abiit hic mos à noſtro (vt arbitror) ad alios Ordines; & apud Clericos regulares Theatinos id fieri, auctor eſt Caracciolus, qui exiſtimat ritum hunc etiam vetuſtiorem, & amanuenſem illam ſportam, quam Abbas Ioannes apud Caſſianum, *Procherium* vocat, in hunc vſum fabrefactam, ex quâ paximatia promebant. Sed animaduertendum, non agi de cœnobitis communiter veſcentibus, ſed de Anachoretis, qui caniſtro illo quotidianum cibum, duo ſcilicet ſumebant paximatia, & ſabbato ſeptem paximatiorum in eo reponebant paria, vt ſi quando cibi ſumendi B fuiſſent obliti (quod propter mentis exceſſus, & ſpirituales delicias iis non rarò accidebat;) refectio prætermiſſa ex panum numero colligeretur. Hæc igitur ſporta non fragmentis, ſed integris panibus aſſeruandis ſerniebat. Si enim in eâ fruſta conieciſſent, non ita dierum numerus, aut dies Dominica colligi potuiſſet. Eratque vnius tantùm Anachoretæ, & de micis in eam coniectis nullum hîc verbum, adeoque cum noſtro ritu non concordat.

Carac. not. ad Conſtit. Cler. Reg. p. 2. c. 3. n. 8.
An apud Caſſianum expreſſus. Caſſian. collat. 19. cap. 4.
Non videri.

C Vt igitur certiorem demonſtremus originem, refert eam Ioannes Monachus in vitâ S. Odonis his verbis: *Micas quæ ex ſectione panum fiebant, vnuſquiſque ante ſe diligenter recolligens, priuſquam lectio finiretur, cum gratiarum actione ſumebant. Finitâ itaq. lectione, nec eas, nec cibum alium vltra ſumere aliquis audebat.* Has autem micas ſacratiores aliis cibis eſſe fatebātur: quod dein probat duobus

Oſtenditur vera eius origo. Lib. 2. vit. S. Odon.

* Lib. 1. tr. 8. diſq. 8.

duobus miraculis, quæ * alibi retulimus. Ritum autem colligendi hæc fragmenta breuiter deſcribit Liber Conſuetudinum Cluniacenſium: *De micis*, inquit, *diligentiſſimè caueat, ne quid vel minutiſſimum cadat ad terram, & pereat. Cum cultello corrodit eas de menſali, vt ad vltimum cum flabello graminea in ſcutellam colligantur, & ad eleemoſynam deferantur.* Morem hunc & alibi ſeruatum vel inde colligas, quod Malmesbenienſis agens de S. Birſtano Wintonienſi epiſcopo, viro puriſſimę ſanctitatis, magnę inſuper humilitatis, & pietatis erga pauperes, ait eum egenis menſam & cibos appoſuiſſe, nec minus, pro diſciplinâ famulâtium reliquias abſterſiſſe. Ex S. Columbani quoque diſciplinâ hoc manaſſe videtur, ita ſcribentis: *Qui perdiderit micas, oratione in eccleſiâ emendetur.* Quod tranſſcripſit S. Donatus cap. 26. Magnâ porrò reuerentiâ olim has micas collectas & aſſeruatas, ex Regulâ Magiſtri colligere licet. Præſcribitur enim, vt micæ panis quotidie de menſis mundando *collectæ in vno vaſe ſeruentur, & ab hebdomadariis ſabbato patella exinde cum farre, aut ouis aſtricta coquatur, & ad finem cœnæ in menſâ Abbatis ponatur, qui ſignans patellam ipſam, ſumit de benedictione cum cochleari, & aſſidentibus primum ſibi, deinde hebdomadariis ſingulis cochlear vnum in ore miniſtrat. In aliis verò menſis Præpoſiti fratribus ſingulis cochlearia in ore porrigunt, vt omnes de ipſâ benedictione percipiant. Quod cùm adimpletum fuerit, ſic vltimum caldum accipientes, ſurgant dicentes: Deo gratias. Qui vero patellam iſtam per negligentiam ſeptima die non exhibuerint, ſequenti hebdomada per ſingulos dies, ſingulas quadras panis ab Abbate ſubductas amittant.* Laudabilis hæc conſuetudo, & monaſticæ pietati conformis meritò retinenda, cuius aliquot rationes ſuggero.

Modus colligendi micas.

Citatur in not. ad bibli oth. Cluniac.

Malmeſ. de geſt. Pontif. Anglor. l. 2. §. de Epiſcopis Occident. Saxon.

Birſtanus claruit 914.

Columb. pœnitent.

Magnâ reuerentiâ aſſeruatæ.

Reg. Mag. cap. 25.

Et Sabbato pro obſonio data.

Rationes pro hoc ritu.

PRIMÒ, ita obſeruabimus Chriſti exemplum & monitum. Qui cum quinque millia hominum ex hordeaceis panibus quinque pauiſſet, Apoſtolis dixit: *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta ne pereant.* Noluit enim in abundantiâ ſperni modica, docuitque reliquias bonorum, quibus paſti ſumus, pedibus non côculcandas, vt pingues equi, & ſues facere conſueuerunt. Oeconomi nimirùm ſumus, & quidquid à Domino accepimus, diligenter cuſtodiendum ac diſpenſandum. Quare etiam ad hæc fragmēta transferre illud licet, quod Cellerarium S. BENEDICTVS monuit: *Vt nihil ducat negligendum.* Etiam olim magnam eſculentorum atque vtenſilium habitam rationem, ex Caſſiano colligere licet. Scribit enim ob paruam negligentiam, quemdam non leuiter punitum: *In ſeptimanâ cuiuſdam fratris cùm præteriens Oeconomus tria lenticulæ grana vidiſſet iacere in terrâ, quæ hebdomadaria feſtinanti, dum ea præparat coctioni, inter manus cum aquam, quâ diluebantur elapſa ſunt, confeſtim ſuper hoc Abbatē conſuluit; à quo velut interuerſor neglectorq; ſacri peculij indicatus ab oratione ſuſpenſus eſt. Cuius negligentiæ reatus non aliter ei remiſſus eſt, niſi eum publicâ pœnitentiâ diluiſſet.* Hæc ibi. Quod ſignū eſt, veteres illos Monachos magnâ diligentiâ etiam minima fragmenta cuſtodiſſe.

Prima, Chriſti exemplum & monitum.

Ioan. 6.

Cap. 31.

Veteres accuratè cibos cuſtodiebant.

Caſſian lib. 4. inſtit. cap. 20.

REFECTORIVM.

SECVNDÒ, Panis antiquiſſimus & vſitatiſſimus cibus, res quædam ſacra eſt, vnde in terram delapſum cum oſculo & reuerentia ſuſtollimus. Cui adde, eum benedictione, quæ ante cibum recitatur, benedici ac ſanctificari, indignum proinde foret eius reliquias pedibus proteri.

Secunda ratio.

TERTIÒ, eo ipſo quo Religioſorum paſtui panis deſtinatus, vel ex eo Monachi refecti, certam quandam dignitatem contrahit. Gerebat hoc animo impreſſum S. Hedwigis Poloniæ Ducíſſa, quæ *cibos Religioſorum hominum, ſanctorum Angelorum eſcam æſtimans, fragmina panum à Monachorum & Monacharum menſis collecta, à mendicis, quibus ea dabantur, pretio redimebat, & priuſquam inde ederet, multa oſcula eis imprimebat. Cumque nollet diu carere eiuſmodi pauperum epulis, quæ ei dulces erant, duas pauperes ſeminas pretio cōduxerat, vt alternis hebdomadibus ad partam Lubenſis monaſterij accederēt, & quidquid illic caſei & panis à menſâ Monacharum pro eleemoſyna accepiſſent, ipſi apportarent, pro delicijs illud habitura. A menſâ etiam, ad quam Monachi, ipſâ interdum eos inuitante, cibos ſumpſerant, præciſas panis cruſtas vel particulas ab illis relictas colligebat, & tamquam ſanctorum reliquias admodum reuerenter pro cibo ſuo conſeruabat. Malebat enim cum paupere Lazaro buccellis mendicorum reſici, quàm delicatis panibus & cibis ſaturari, animo retinens verbum illius Chananææ mulieris magnæ fidei, etiam catellas edere de micis, quæ cadunt de menſis Dominorum ſuorum. Perſuaſerat enim ſibi, pauperes omnes, & præſertim Religioſos eſſe ſuos Dominos.* Hæc vitæ auctor.

Tertia.

Apud Sur. 15. Octob.

S. Heduuigis micas Monachorū reuerenter ſumit.

Luc. 16.

Matth. 15.

QVARTÒ, Vel hinc excellentiſſima dignitas pani acceſſit, quod is S. Euchariſtiæ materia ſit, ſub cuius ſpecie verum IESV Chriſti corpus, panis ille viuus & verè cæleſtis, ad veſcendum eſt derelictum. Quo nomine nullus negauerit eidem veneratrionem quandam præ omnibus aliis comeſtibilibus deberi.

Quarta ratio.

QVINTÒ, Mendicorum & Pauperum eſt, fruſta panis & micas colligere, atque ex iis eſurientem implere ventrem. Diuitum verò, hęc ceu vilia & nullius momenti faſtidire, & tantum non abiicere. Quare hac fragmentorum accuratiore collectione monentur Religioſi profeſſæ paupertatis,

Quinta.

[REFEC TORIVM.] tis, & quòd omni vilitate atque extremitate contenri eſſe debeant.

[Sexta. Luc. 16.] SEXTÒ, Cùm Lazaro pauperi negatæ fuerint micæ, quæ cadebant de mensa diuitis, quibus ſarutari cupiebat, monemur reliquias meuſæ noſtræ erogare pauperibus. Atque ita, vt vidimus, Cluniacenſium couſuetudines ptæſctibunt, vt collectæ in ſcutellam micæ ad eleemoſynam deferantur. Et in Rituali noſtro Affligenienſi ita ſcribitur: *Hos verò cophinos & pelues, quibus cochleario colliguntur, circa finem comeſtionis ad gradus deferunt ſeruitores; & comeſtione finitâ* B *cum reliquiis menſarum referunt ad locum, vbi à ſeruitore eleemoſynarij in promptu valeant inueniri.*

DISQVISITIO II.

Cur extra refectionis tempora nihil cibi potuſve ſumendum?

[Strictè vetat S. Benedictus extra tempus comedere. Cap. 43.] DISTRICTE admodum Legiſlator noſter prohibet, *ne quiſquam præſumat ante ſtatutam horam, vel poſteà quidquam cibi vel potus percipere.* Decretum hoc cùm priſcis, tum neotericis religioſorum Otdinū conſuetudinibus conforme eſt. Ægyptij enim Monachi, vt auctor eſt Caſſianus; [Caſſian. lib. 4. c. 18.] antequam vel poſtquam legitimam communemque refectionem perciperent, ſummâ cautione ſeruabant, ne extra mēſam quidquam cibi, potúſve ori ſuo quiſquam indulgere præſumeret. [Ex mente priſcorum Monachorum.] Idem alibi: *Igitur Monachus ad pugnas internorū certaminum cupiēs peruenire, hanc in primis cautionem ſibimet indicat, vt non potus quidquam, non eſus vllo oblectatione deuictus, ante ſtationem legitimam, communemque refectionis horam, extra menſam percipere ſibimet prorſus indulgeat, ſed ne refectione quidem tranſactâ, ex his præſumere ſibi quantulumcumque permittat.* [Idem l. 5. cap. 20.] Auguſtinus: [Auguſt. Reg. c. 9.] *Quando aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cùm ægrotat.* S. Baſilius: [Baſil. ſerm. de abdicat. rerum.] *Caue ne clandeſtinæ eſitationis peccatum incurras.* S. Iſidorus: [Iſid Reg. c. 9.] *Nullum eſus furtiui contaminatio polluat, aut impudens, vel priuatus extra communem menſam appetitus.* S. Fructuoſus: [Fruct. Reg. cap. 5.] *Quilibet ex Monachis ieiunium ſoluere non præſumat, nec priuſquam in communi reficiant cum ceteris, vel poſtquam refecerint, quidquam, quod ad potandum vel edendum pertinet, guſtare vel contingere audeat, vel occultè quodlibet peculiariter recondere, vel habere præſumat.*

[Decretum hoc tribus modis infringitur. Nigrun. Reg. 16. Soc. Ieſu.] Omitto pleroſque Ordines S. BENEDICTO poſteriores vnanimi conſenſu hanc legem ſtabilientes, vt videre eſt apud Nigronum, qui ritè notat tribus modis præcepti huius violationem contingere. Primo, vt quiſpiam ſolus ſine teſte, eſculen- A tis & poculentis ſibi furtim ſepoſitis, vel ſub lectulo, vt obſeruauit S. Dorotheus, [S. Doroth. ſerm. 11.] clam omnibus extra tempora canonica, ſine magnâ neceſſitate veſcatur. Secundo modo, qui eſt damnabilior, vt inter aliquos ſodales coitio fiat, & conſpiratio ad intempeſtinam & claudeſtinam comeſſationem, Tettio modo, qui eſt peſſimus omnium, vt ad hanc ſocialem refectionem ſæcularis aliquis admittatur. Vetuit S. Petrus Damiani: [Pet. Dam. opuſc. 25. cap. 18.] *Ne quis frater cum alio fratre ſiue de proprio conuentu, ſiue tum extraneo præſumat aliquando ſimul in cellâ comedere, vel ad comedendum alios inuitare.* B

[Pœna in tranſgreſſores.] Quàm magni verò huius præcepti tranſgreſſionem antiqui Patres fecerint, ex pœnis, quas pro illâ infligunt, colligere licet. S. Baſilius ad multam diem ieiunum permanere iubet, *qui alieno tempore cibum ſumpſerit.* [Baſil Reg. 15. fuſ. diſp.] Iſidorus: *Excomunicationis*, inquit, *ſententiæ ſubiacebit, qui vel occultò, vel extra ordinariā menſam aliquid deguſtauerit.* [Iſid. Reg. cap. 9.] Idemque ait, *Culpam hanc flagellis emendandam.* [Idem cap. 17. Reg. Caſſian. l. 4. cap. 14.] Quod ex Caſſiano hauſit, qui extraordina- C riam ac furtiuam cibi refectionem plagis emendari ſcribit, vel expulſione purgari. At, inquies, tam magna pœna, tam exiguo peccato? Reſpondet Nigronus: [Iuſtè infliguntur.] Non adeò paruum eſſe cùm violetur religioſa paupertas in clandeſtina acceptione; imò etiam furtum committatur, res enim aliena contrectatur inuito Domino, ſeu Adminiſtratotibus à Domino conſtitutis, qui ſunt Superiores. Vnde Abbas Serapion, qui [Caſſ. col. 2. cap. 11.] quotidie paximatium vnum latenter abſcondebat, & ſerò, ignorante Abbate, oc- D cultè edebat, factum ſuum clandeſtinum furtum appellare non dubitauit. Et Theologi docent, non poſſe Religioſum vllius rei vſum habere, ſine dependentiâ Superioris vel expreſſa vel tacita, ſiue ea res conſumatur vſu, vt ſunt eſculenta, & poculenta; ſiue non, vt libet: quia per votum paupertatis vſui renunciauit. Vide Silueſttum, Lud. Molinam *tom. 3. de iuſt. & iure p. 2. diſp.* 687. Valentiam *tom. 3. diſp. 10. q. 4. punct.* 3. [Silu. v. religio 6. q. 7.]

[Clancularia comeſtio haud facilè tollitur.] Accedit his, quod qui hoc vitio labo- E rant, difficilè emendentut, adeoque incorrigibiles euadant, quos è cœnobiis expellendos iura paſſim clamant. Locuples teſtis eſt S. Baſilius: [Baſil. ſerm. de abdicat. rer.] *Multos*, inquit, *ego animaduerti ſæpe, qui cùm alterius cuiuſuis generis vitiis laborarent, ad ſanitatem redierunt poſteà, qui autem hoc morbo tenerentur, vt aut in occulto eſitare eos delectaret, aut ventris ingluuie duci ſeſinerent; neminem ex omnibus vidi vnquam qui conualuerit.* Eoſdem poſteà vitiis omnibus opertos atque contaminatos prædicat, cùm ait: [Deſcripti eiuſmodi homines.] *Nam qui eiuſmodi ſunt, ij mendaces ſunt, ad iuſiurandum parati, periurioſi,*

A *rioſi, litigioſi, pertinaces, clamoſi; & qui ſaturi, ediſſe ſe pertinaciſſimè pernegent, illiberales qui victu delicato apprimè gaudeant, queruli, aliorum curioſi exploratores, tenebriones, totius honeſtæ vitæ de induſtriâ inimici, qui vt gulæ libinem obtegant, innumerabilibus ſe alijs vitijs inuoluunt, qui cum habitu quidem inter ſaluos eſſe videantur, rebus ipſis inter perditos numerandi ſunt.* Veram hanc eſſe tanti Præſulis doctrinam, confirmat id quod de fratre quodam ſibi ſubdito S. Dorotheus refert: *Furabatur enim ille fabas, palmulas, ficus, cepas,* B *& alia id genus quæ poterat inuenire: quæ quidem omnia partim ſub lectulo ſuo, partim alibi occultabat. Demum, cùm quid ex eis egeret prorſus non inueniret; vbi corrupta & putrida effecta erant, aſino ac iumentis ea apponebat.* Eò tandem miſer ille redactus eſt, cùm primùm vrgente fame eſculenta ſubriperet, tandem etiam furti habitum ac conſuetudinem contraxerit, vt ſine vllâ neceſſitate aut vtilitate id committeret. Optimè proinde monuit B. Eſaias Abbas: *Ne quidquam, licet paxillum ſit, comede, præter tempus: ne paulatim ex minimis ad deteriora prolabare.* C

Doroth. ſerm 11. *Frater furari ſolitus, corrigi nequit.* — Eſai. orat. 27.

Quàm grata autem Deo ſit huius præcepti de vitanda intempeſtiua comeſtione obſeruatio, S. Patricio olim oſtenſum fuit. Erat enim in quodam Cœnobiorum zeloſiſſimus & exactæ obſeruãtiæ frater quidam, qui (vt refert Iocelinus) nolens ante ſtaturam horam ſecundùm Regulam S. Patricij, quidquam cibi aut potus ſumere, ſiti extinctus fuit, cuius animam ad cælos aſcendere, & inter Martyres collocari S. Patricius vidit.

Quàm grata Deo abſtinẽtia.

Peculiariter hîc annotandum, non licere D etiam fructus comedere, in quibus ut procliuior lapſus, ita eorum eſum intempeſtiuum Benedictinis Monachis Abbates Aquiſgrani congregati prohibuerunt: *Poma,* inquiunt, *& lactuca, niſi quando alius ſumitur cibus, non comedantur.* Præceſſerat S. Pachomius, qui plures leges hac de re ſuis præſcripſit. *Nullus vuas aut ſpicas adhuc immaturas comedere audeat præter ordinem diſciplinæ; & omninò de omnibus, quæ in agro ſunt, vel in pomario nemo comedet ſeparatim, antequam cunctis fratribus Pater exhibeat.* Item: *Qui ſuper arbores pomarias, & ſuper vineas ſunt, non comedant de fructibus earum, niſi fra-* E *tres prius comederint. Si autem inuenerint ſub arboribus poma cecidiſſe, comedere non audebunt: ſed inuenta in tranſitu iuxta radices arborum collocabunt.* Caſſianus ait, tantam Ægyptios Monachos à fructibus abſtinentiam ſeruaſſe, vt ſtrata per terram poma non modò deguſtaſſe, verumetiam manu contigiſſe, ſacrilegium diceretur.

Fructibus etiam abſtinendum. Concil. Aquiſgr. can. 10. — S. Pachom. Reg. 40. — Idem Reg. 42. — Caſſian. l. 4. cap. 18.

Et meritò ab his abſtinendum cenſuerunt, nam gulæ vitium, vt Baſilius ait, *non in eſcarum copia natura ſua vim poſitam exercere nouit, ſed in voluptate atque guſtatu, licet modicis admodum vtare.* Primus homo, inquit Hugo Victorinus, *tentatus eſt non de parco, ſed de pomo; Eſau non de gallinâ, ſed de lenticulâ: Saluator noſter non de carne, ſed de pane. Neque enim,* vt præclarè Magnus Gregorius, *cibus ſed appetitus in vitio eſt. Vnde,* inquit, *& antiquus hoſtis, quia non cibum, ſed cibi concupiſcentiam eſſe cauſſam damnationis intelligit: & primum ſibi hominem, non carne, ſed pomo ſubdidit: & ſecundum non carne, ſed* B *pane tentauit. Hinc eſt quod plerumque Adam culpa committitur, etiam cùm abiecta, & vilia ſumuntur.*

Gulæ vitiũ vili cibo committi poteſt. — REFECTORIVM. Baſil. de abdicat. rer. — Hugo in cap. 6. Reg. S. Auguſt. — Greg. lib. 30. Moral. c. 13. al. 27.

Conari verò antiquum ſerpentem monachos & præſertim iuniores fructuum eſu, vt olim Protoplaſtes, ſeducere, diuinitus S. Pachomio aliquando oſtenſum fuit. Viſitans monaſterium, in altâ quadã ficu, in quam adoleſcẽtes Monachi clam aſcẽdere cõſueuerant, & fructus edere, vidit ſpiritũ immundum inſidentem, & cognouit eſſe dæmonem Gulæ illum, qui adoleſcentes C decipiebat. Iuſſit exſcindi arborem, vt amoliretur offendiculum: Ionas hortulanus indoluit grauiter, quòd ficulnea valdè fructifera eſſet: Pachomius ne moleſtus eſſet Ionæ viro probo, deſtitit ab eo præcepto. Sed poſtero die inuenta eſt arbor vna cum folijs areſacta, quod Ionas videns maiorem concepit ex ſua inobedientiâ dolorem, quàm ex arboris excisione cepiſſet. Non immeritò igitur Metaphraſtes Ionam huius Pachomij diſcipulum commendat, qui, cùm octoginta annos egiſſet in mona- D ſterio, ſoluſque horti curam gereret, & frugiferas ipſe plantaſſet arbores, nullum vnquam omninò fructum guſtauit vſque ad mortem: omnibus fratribus & hoſpitibus, & iis, qui circumcirca incolebant, veſcentibus fructibus vſque ad ſatietatem. Quàm verò turpe eſſet, ſi à Romanis militibus hac pomorum obiectorum continentiâ vinceremur? Rem miram atque huic loco peropportunam narrat Frontinus: *Vniuerſi exercitus,* inquit, *notabilis ſæpe fuit continentia; ſicuti eius qui ſub Marco Scauro meruit. Nam memoriâ tradidit Scaurus, pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum* E *amplexa fuerat metatio, poſtero die abeunte exercitu, intactis fructibus relictam.*

Iuniores tentantur ad fructus furtiuè edendos. Metaphraſ. in vit. S. Pachom. cap. 44. — *Ionæ hortulani laudata continentia.* Metaph. in ead. vit. cap. 46. — *Et militum Romanorum.* Front. lib. 4. de re milit. cap. 3.

DISQVISITIO III.

Cur prohibita propter cibum murmuratio?

CONCLVDIT tractatum de cibi potuſque menſura Legiſlator noſter his verbis: *Vbi autem loci neceſſitas expoſcit, vt* Cap. 40.

REFECTORIVM.

nec ſupraſcripta menſura inueniri poßit, ſed multò minùs, aut ex toto nihil: benedicant Deum qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc ante omnia admonentes, vt abſque murmurationibus ſint. Cur hoc monuerit, obuium vtcumque eſt, nimirùm frequentiùs & faciliùs in hac materiâ murmurationes excitantur.

Murmur crebriò fit ob cibos.

Notum eſt enim illud Pſalmiſtæ:

Pſal. 58. 16.

Si verò non fuerint ſaturati, & murmurabunt. Hebraicus ille populus, qui toties murmurauit contra Moyſen, plerumque ob cibi potuſque inopiam conqueſtus eſt:

Exod. 15. 24.

Murmurauit, ait Scriptura, *populus contra Moyſen: dicens quid bibemus?* Alias murmurauit omnis congregatio filiorum Iſraël contra Moyſen & Aaron in ſolitudine.

Præiuerunt Hebræi. Exod. 16. 3.

Dixeruntque ad eos: *Vtinam mortui eſſemus, per manum Domini in terrâ Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate.* Cùm autem Dominus panem de cælo præſtitiſſet eis omne delectamentum in ſe habentem, etiam de illo quaſi leuior eſſet, murmurauerunt, dicentes: *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepe, & allia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man.*

Num. 11.

Quod *cibum leuiſſimum* nauſeabundi alibi vocant, quorum murmur igni tis ſerpentibus Dominus caſtigauit. His exemplis inſtructus Legiſlator noſter, admonendos putauit Religioſos, ne ſimiles ob cauſſas murmurationis peccatum committerent, & pœnâ incurrerent.

Nec Monachi ab hoc vitio liberi.

Subrepit enim & hæc peſtis in clauſtra Monachorũ, & abſtinentiæ profeſſores, prô dolor! in murmurationis improperiũ & impatientiam ſubinde impellit.

Baſil. qu. breuior. 63.

Meminit enim Baſilius quoſdam murmurare, quod vnde ventrem ſuum diſtendant non habent, vt qui gulæ præter modum dediti ſint, & ventrem faciant Deum ſuum. Quinimò, pulchrâ aliquando viſione cuidam ſeni oſtenſum eſt, aliis mel & panem comedentibus, eos qui murmurant, & dicunt: *Hoc bonum eſt, illud malum eſt*, ſtercus manducare.

Vit. Patr. l. 6. libel. 2.

Multis modis committitur.

Multifariam autem murmurari ſolet: alij enim de minore ciborum quantitate, alij de qualitate conqueruntur. Hic non ſatis aut fortè etiam nimis, alter minus coctas dapes, nec ad palatum ſuum conditas cauſſabitur. Et nunc Superiorem murmuratio perſtringet, quaſi non ſatis accuratè victui ſuorum proſpiciat, nunc cellerarium notabit, velut non ſatis bona aut multa ſubminiſtrantem, nec cocus immunis erit, qui malè coxerit, qui ſalis, obſonij, alteriuſve rei oblitus fuerit.

Sed quomodocumque murmurari contingat, certum eſt à religioſâ temperantiâ id eſſe alienum. Acriter ſanè Bernardus inuehitur in quoſdam obſeruatores ciborum, murum neglectores, quibus familiare ſit ſic diſputare: *Hoc oculis, hoc capiti, & illud pectori vel ſtomacho nocet.*

Bernard. ſerm. 30. in Cant.

Notati, qui cibos diſcernunt.

Quid verò prodeſt inueſtigãdis diuerſitatibus complexionum, ciborumq́; varietatibus exquirendis quotidianam expendere curam. Legumina, inquit, ventoſa ſunt, caſeus ſtomachum grauat, lac capiti nocet, potum aquæ non ſuſtinet pectus, caules nutriunt melancholiam, choleram porri accendunt, piſces de ſtagno aut de lutoſa aquâ meæ penitus complexioni non congruunt. Quale eſt hoc, vt in totis fluuiis, agris, hortis, cellariiſq́; reperiri vix poßit quod comedas? Puta te, quæſo, Monachum eſſe, non medicum, nec de complexione iudicandum, ſed de profeßione. Parce obſecro primùm quidem quieti tuæ, parce deinde labori miniſtrantium, parce grauamini domus, parce conſcientiæ. Conſcientiæ dico, non tuæ, ſed alterius, illius videlicet qui propè ſedens, & edens quod ſibi apponitur, de tua ſingulari ieiunio murmurat.

Et abſtinent cum aliorũ ſcandalo.

Scandala quippe eſt ei, aut tua odioſa ſuperſtitio, aut duritia quam fortè putat illius, qui tibi habet prouidere: Scandalizatur, inquam, in tuâ ſingularitate frater iudicans te ſuperſtitioſum tamquam ſuperflua quæritantem, aut certè me durum cauſſans, qui non perquiram victui tuo neceſſaria. Hæc Bernardus.

Baſil. regul. breu. 132.

Baſilius reprehẽdit præpoſteram hanc curam diſcernendi quid valetudini noceat, quidve proſit. Quærit enim, qui aliquo cibi genere lædi ſe dicat, & ægrè ferat, niſi aliud detur, quid de hoc dici debeat? Reſpondet verò: *Apparet hunc non plenè habere illam ſpem Lazari, neque perfectam habere charitatem illius, cui omnium, atque ipſius etiam cura commiſſa eſt. In vniuerſum autem de eo quòd abſit, proſitve, non cur ſibiipſi quiſque debeat iudicium arrogare, cùm hoc ad iudicandum eius arbitrio relinquendum ſit, cui datum negatium ſit, vt ſingularum neceßitates animaduertat.*

Nec cuiuſuis eſt arrogare ſibi arrogare ſibi hoc iudicium.

Baſilio ſynchronos S. Ephræm: *Quòd ſi*, inquit, *in diſceptationem mens venerit, quaſi multa ſint, in menſâ appoſita fercula: eſt quod cogitemus, non noſtra cibos ordinatione, præparatos eſſe. Quòd ſi vicißim quæ ſunt opportunè parata, vilia, & perpauca videantur, atque id incipiat animus ferre moleſtiùs; cogitemus & Dominum ipſum gloriæ, qui pro nobis carnem aſſumpſit, panes hordeaceos non reſpuiſſe.*

S. Ephræm adhort. 2. ex 4. ad Nouit. Mon.

Rectè etiam monet S. Vincentius: *Si panem diuerſum, durum, mollem, album, aut aliter factum ante te habeas, illum comedas, qui eſt vicinior, & libentiùs comedas illum, ad quem minus ſenſualitas inclinatur.*

Vincent. tr. de vitâ ſpirit. cap. 3. *Mortificanda ſenſualitas.*

Quin Petrus Venerabilis refert, beatiſſimam Virginem Mariam Conuerſo cuidam Carthuſienſis Ordinis apparuiſſe, & hæc tria illi his verbis peculiariter demandaſſe: *Stude vilibus eſcis, complectere*

Pet. Clun. l. 2. mirac. cap. 29.

plectere abiectas veſtes, operi manuum deuotus inſiſte.

[Doroth. ſerm. 11. *Contra eos, qui coquum moleſtant.*]

S. Dorotheus taxat & eos, qui in coquum dentes ſtringunt, cōmendans enim frequens conſcientię examen, iuter cetera ait: *Deberet vnuſquiſque noſtrum dicere ſibiipſi: num quidquam locutus ſum, quod fratrem meum momorderit? num ſermo meus aliquem perſtrinxit, ſeu carpſit? num vidi coquum, qui non lautè & delitiosè coquebat, & murmuraui aduerſus eum; atque illum infeſtaui, eò quòd cibaria non benè coxiſſet, nec artificiosè curaſſet? eſt enim ingens crimen & peccatum aduerſus coquum obmurmurare.* Hęc Dorothens.

[Baſil. Reg. breu 135. *Pœna murmurantium.*]

Quale verò hoc peccatum ſit, Baſilius apcruit, dicens eum, qui ob cibum murmurauerit, prorſus eorū qui in deſerto murmurauerunt, iudicio obnoxium eſſe. Scriptum eſt enim apud Apoſtolum:

[1. Cor. 10.]

Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatione. Rectè proinde

[Carthuſ. Stat antiq. part. 2. c. 22.]

Carthuſienſes: *Non eſt noſtra conſuetudinis pro victualibus murmurare, maximè in Conuentu.* Atque vtinam hæc generalis omnium Ordinum, & ſingulorum Religioſorum eſſet conſuetudo! inordinatum ſiquidem eſt murmuratioui aſſueſcere, quæ nihil prodeſt.

DISQVISITIO IV.

Num licita Benedictinis Monachis à refectione recreatio?

[*S. Benedictus non meminit huius recreationis.* Cap. 48.]

NEFAS id cuipiam videri poſſit, quod B.P.B. ita tempus omne partitus ſit, vt ne momentum quidem ab exercitiis reliquerit vacuum, vt ſuprà vidimus, & de refectioue, quæ iu æſtate fit, agens, *Poſt Sextam*, inquit, *ſurgentes à menſâ, pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio, aut fortè, qui voluerit legere, ſibi ſic legat, vt alium non inquietet.* De hibernâ autem refectione ait: *Poſt refectionem autem vacent lectionibus ſuis aut pſalmis.* Neque vllam recreationem à cœnâ vel collatione indulſit, ita enim pręſcribit:

[Cap. 42.]

Omni tempore ſiue ieiunij, ſiue prandij, mox vt ſurrexerint à cœnâ, ſedeant omnes in vnum, &c.

[*Nec alij eam admiſerunt.* Eſaias Ab. orat 3.]

Alij ſpiritualis vitæ Magiſtri ſtatim à menſâ ſilētium & ſeceſſum diſcipulis pręſcripſerunt. Eſaias Abbas ita iuniorem inſtruit: *Cum è menſâ ſurgis, in cellam tuam ingredere, & precibus incumbe.*

[Kemp. l. 2. de diſcip. clauſt. c. 7.]

Thomas Kempenſis: *Prandio facto ori tuo frenum impone; quia tunc promptior eſt homo ad loquendum & ridendum.*

[*Eſt tamen concedenda poſt cibum.* Euſtrat. in 4. Ethicor. cap. 8.]

Verùm his non obſtantibus, reſpondendum, non inutiliter concedi fratribus à menſâ aliquam recreationem, nam vt Euſtratius ait: Cùm vir probus in aſſiduâ ſeriarū rerum tractatione occupatam mentem habeat, requie aliqua & recreatione interdum indiget; ne diuturna defatigatione oppreſſum ingenij ſui acumen obtundatur, more arcuum, qui ſi ſemper intenti relinquantur, durum illud ſuum robur amittunt, laxique & inutiles euadunt.

[REFECTORIVM.]

[*Ob rationes.*]

Idcirco iocoſa quædam mediocritas extitit, quæ animos ingenuâ vrbanitate aliquantulum relaxaret; atque ita alacriores poſteà ad res ſerias obeundas remitteret. Hæc ille.

[Senec. l. 1. de Tranquil. c. 5.]

Et Seneca: *Indulgendum eſt animo, dandumq́ ſubinde otium, quod alimenti ac virium loco ſit.* Quando antē magis conueniet relaxationi nonnihil indulgere, quàm poſt paſtum?

[Celſus l. 1. de remed. cap 15. Marſil. lib. de vit. ſana cap. 11.]

Nam vt Cornelius Celſus dixit: *Omnibus inutilis eſt poſt cibum, aut contentio aut cogitatio animi.* Et Marſilius Ficinus: Cauendum, inquit, ne poſt cibum, duabus aut tribus proximis horis vel cogitationi difficili, vel lectioni ſedulò incumbamus.

[*Et diſpenſationem Caſſinenſium.* Caſſin. in Declarat. ad cap 48.]

Prudenter ergo Caſſinenſes Patres priſcorum ſecuti veſtigia, moderatam animi remiſſiouem poſt refectiouem introduxerunt. Declarantes enim illa Regulæ verba: *Poſt refectionem vacent lectionibus.* Diſpenſamus, inquiunt, quod fratribus noſtris poſt refectionem primæ menſæ, per ſpatium vnius horæ liceat ire per hortum, aut per Monaſteriū, pro ſuâ recreatione, dummodò alter alteri non ſe coniungat abſque Patris aut Seniorum licentia. Prælati verò monaſteriorum noſtrorum ſint benigni ad concedendam huiuſmodi licētiam fratribus noſtris pro eorum recreatione, pręcipuè in ſolemnitatibus duplicibus, exceptis illis, quæ occurrunt in Quadrageſimâ & Aduentu.

[*Item Camaldulenſium.* Camald. lib. 1. conſt.]

Similiter Camalduleuſes: Diſpenſant Patres cum fratribus, vt poſſint à prandio per dimidium horæ, animi gratiâ, per viridarium, aut aliquam aliam Monaſterij partem, in quo non ſit perpetunm ſilentium, deambulando ſimul, de rebus ſanctis, aut litteris colloqui. Poſt cœnam autem Caſſinenſes iterum horam deambulationi concedunt.

[*Quæ prudenter facta.*]

Non eſſe autem irrationabilem horum Patrum diſpenſationem, aut nimiam, facile apparet; nam nec longi eſt temporis, nec paſſim durante deambulatione, colloquium permittunt, ſed tantùm certis diebus, idque non promiſcuè, ſed cùm deſignatis tantummodò ſociis. Et noſtri illi Monachi, quorum in vitâ S. Dominici Loricati meminit Petrus Damiani, qui hebdomadâ totâ ſilebant, Dominicâ die poſt veſperam cibumq́ue, ſoluentes ſilentium, habebant loquēdi inuicem vſque ad completionis officium libertatem.

[Dionyſ. Carthuſ. lib. de laud. vit. ſol. c. 2.]

De Carthuſianis ait Dionyſius: *Licet vitæ ſolitariæ accedant, tamen diebus feſtis vnà prandent, & habent*

REFECTORIVM. *Recentiores Ordines in hac praxi.* Nigron. tr. Aſcet. 15. §. 18. Carm Diſc. p. 1. conſt. c. 16. §. 1.

habent à nonâ ad veſperam vſque colloquium. Recentiores pleroſque Ordines eundem morem tenere, probat Nigronus. In ijs autem Carmelitæ Diſcalceati, qui eremiticam vitam, ſileotium & ſeceſſum maximè amplectuntur, ita ſtatuunt: Iuxta diſciplinam SS. Patrum, qui laborem intermittere, conſueuerunt, vt diutius laborarent; præcipimus, vt quotidie ſtatim à prandio, in opportunum aliquem locum fratres conueniant: & ibi per vnam horam mutuâ charitate ſimul læti permaneant; vbi de rebus ſpiritualibus atque honeſtis, iuxta inſtructiones loquantur. Ita B illi. Qui rectè omnioò iuxta diſciplinam SS. Patrum ſe id ſtatuere dicunt. Nam vt ex Caſſiano conſtat, apud veteres illos Ægyptios Patres refectione tranſactâ, Collatio ſpiritalis agitabatur, in quâ ſenex aliorum propoſitis interrogationibus reſpondebat. In hiſtoriâ Lauſiaca poſt refectionem poſtularunt fratres verbum ſalutis ab hoſpite illo, qui alios exhortans, ſe ipſe ab apoſtaſiâ liberauit. Non id petiiſſent, ſi monaſterij diſciplina ſilentium illâ horâ exegiſſet. S. Hieronymus Monachorum mores deſcribens, inſinuat, quænam poſt menſam colloquia inſtituerint.

Quæ à priſcu trani poteſt. Caſſian. col. 2. c. 11. Coll. 8. c. 1. Col. 12. c. 1. Pallad. hiſt. Lauſiac. cap 46. Hieron. epiſt. 22.

Sed & vlteriùs in confirmationem huius conſuetudinis adferri illud poteſt, quod Chriſtus Dominus poſt refectionem pia etiam inſtituerit colloquia. Abſolutâ vltimâ cœnâ, diu multumque cum diſcipulis egit familiariter, & grauiter de regno Dei. Poſt reſurrectionem in tertiâ ſui manifeſtatione cùm prandiſſent diſcipuli, Petrum examinauit de dilectione. Quin & in Regulâ, quam Saluator S. Birgittæ tradidit, ita præſcribitur: *Lectis gratiis in eccleſiâ inter ſe ſorores loqui poſſunt donec veſperas inci-* D *piant. Illo quoque modico internallo, quod poſt cœnam eſt inter gratias & collationem, loquendi licentia condonatur.* Conſonat benedicto in æternum filio ſuo benedicta inter mulieres, Virgo Mater, quæ S. Birgittæ ita aliquando locuta eſt: *Amici Dei quandoque poſſunt conſolari, conſolatione temporali, ſicut de verbis ædificatoriis, de ludo honeſto, ſeu de aliis operibus, in quibus nihil detractorium ſit, aut inhoneſtum. Sicut per exemplum intelligere poteris. Si enim pugnus ſemper tenetur clau-* A *ſus, aut contraherentur nerui, aut manus debilitaretur. Sic eſt etiam in ſpiritualibus.*

Confirmatur vlteriùs hæc conſuetudo. Ioan. 13. Reg. Saluat cap. 6. Birgit. l. 4. Reuel. c. 12.

Tales porrò fuiſſe ante quadriogentos annos Ciſtertienſium collocutiones, teſtis eſt Iacobus à Vitriaco, cuius hæc verba: *Silentium autem per totum ferè diem obſeruantes, mutuis collocutionibus & collationibus ſpiritualibus vnam ſibi horam reſeruant, inuicem conſolantes, & inuicem inſtruentes.*

Vitriaco lib. 2. hiſt. Occid. c. 14.

Ex his porrò conſtat, non illegitimum eſſe hunc morem, nec difficulter ad ea quæ initio in contrarium adferebamus poſſe reſponderi. Nam ad S. P. N. auctoritatem dicimus poſſe Abbatem, & multò magis iotegram congregationem diſpenſare accedente præſertim Summi Pontificis voluotate & conſenſu: quibus fulti Caſſinenſis Congregationis Patres moderatam illam relaxationem decreuerunt. Omitto nunc ipſum Legiſlatorem noſtrũ hæc talia Abbatis diſpoſitioni commiſiſſe, & voluiſſe, *vt fratribus, qui indigent, ſolatia accommodentur.* Monetque Abbatem, vt *omnia ſic temperet atque diſponat, qualiter & animæ ſaluentur, & quod faciunt fratres, abſque murmuratione faciant.* Atque alibi vult, vt C *ſic omnia temperet, vt & fortes ſint qui cupiant, & infirmi non refugiant.* Quæ ſententiæ ſine dubio admittunt facilè eam, de quâ agimus, relaxationem.

Reſpõdetur ad auctoritatem S. Benedicti. Cap. 53. Cap. 41. Cap. 64.

Ad B. Eſaiæ teſtimonium reſpondetur, non omninò voluiſſe eum ne poſt menſam fratres loquerẽtur, ſed vt gratiarum actionem vel breuem aliquam orationem colloquio præmitterent, & ne quibuſvis promiſcuè ſe adiungerent, aut ſine venia Superioris colloquerentur. Quod ex ſequentibus manifeſtum eſt. Subiungit enim: *Nec cum illis conſide, qui tibi non proſunt, quòd ſi ſenes de Deo colloquantur, Abbatem tuum roga, vtrùm tibi audiendum ſit, an eundum ad cellam.*

Eſaiæ Abbatis. Eſaias Ab. orat. 3.

Ad Thomam porrò à Kempis dico, non interdicere illum omnem collocutionem à menſâ, ſed voluiſſe tantùm Religioſos à multiloquio refrenare; quia, inquit, tunc promptior eſt homo ad loquendum & ridendum. Atque ſatis, vt arbitror de religioſâ hac animi relaxatione, de quâ plura Nigronus.

Et Thomæ Kempenſis. Nigron. tr. aſcet. 15.

TRA-

TRACTATVS VI.

DE ABSTINENTIA A CARNIBVS.

FRVGALEM hactenus inſtruximus menſam, cuius fercula & pocula conſiderauimus. Nunc ne lautiora forſitan quis requirat, cur Carnes ab ea, Modimperator noſter excluſerit, ſequentibus diſquiſitionibus indagabimus. Prima eſt, *Cur carnium eſum S.* BENEDICTVS *vetuerit?* Secunda, *Num volatilium eſus Benedictinis permiſſus?* Tertia, *Quid reſpondendum ad argumenta, quæ volatilium vſum adſtruere videntur.* Quarta, *An licitum Benedictinis adipe carnium vti?* Quinta, *Quanti ipſa S.* BENEDICTI *de abſtinentiâ à carnibus conſtitutio facienda?* Sexta, *Quo loco ea olim apud Benedictinos habita?* Septima, *Quid ſtatuerint Benedictinæ Congregationes de carnium abſtinentia?* Octaua, *Quid alij Ordines?* Nona, *An à vino abſtemiis carnes* S. BENEDICTVS *indulſiſſet?* Decima, *Num valetudini ac ingenio noceat à carnibus abſtinentia?* Vndecima, *Quibus ex Regulâ carnium eſus permiſſus?* Duodecima, *An hoſpitibus exhibendæ carnes?* Decimatertia, *Quale peccatum contra Regulam eas manducare.* Decimaquarta, *Num generaliter aliquando cum Benedictinis diſpenſatum circa eſum carnium?* Decimaquinta, *An Abbas poſſit diſpenſare?*

DISQVISITIO I.

Cur Carnium eſum S. BENEDICTVS *vetuerit.*

Nouatores abſtinentiam carnium & ieiunia rident.

NOSTRI temporis ſectarij A eccleſiaſtica ieiunia, & Monaſticam à carnibus abſtinentiam ſalſis ſcommatibus vellicant, & populo perſuadere conantur, Catholicos Tatianorum, Manichæorum, Priſcillianiſtarum, aliorumque veterum hæreticorum more exiſtimare cibos quoſdam naturâ ſuâ eſſe immundos, atque per hoc illicitos. Sed ne his refutandis diutiùs immorer, pro eccleſiaſtico ritu audiendus eſt S. Fulgentius: *Firmiſſimè*, inquit, *tene, & nullatenus dubites omnem creaturam Dei bonam eſſe, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, & Dei ſeruos qui à carnibus aut vino abſtinent, non tanquam immunda quæ à Deo ſunt reſpuere, ſed à fortiori cibo & potu pro ſolâ caſtigatione corporis abſtinere.* B Pro Monaſticâ obſeruantia in Iure Canonico dicitur: *Carnem cuique Monacho nec guſtandi nec ſumendi eſt conceſſa licentia: non quia creaturam Dei iudicemus indignam, ſed quia carnis abſtinentia apta, & vtilis monachis æſtimatur.* Hæc aduerſus Nouatores.

Fulgent. de Fide ad Petr. *Refutantur.*

De conſec. diſt. 5.

Veram igitur cauſſam interdicti eſus carnium præcipuam eam eſſe arbitror, quòd imitari voluerit S. BENEDICTVS priſcorum exempla. Ab omni enim æuo qui pietatem colebant, à carnibus ſibi temperarunt. Hinc S. Chryſoſtomus, Theodoretus, Pererius & alij cenſent, ante diluuium non interdictum ſed licitum fuiſſe eſum carnium: ab eo tamen abſtinuiſſe viros religioſores, puta poſteros Seth, eò quòd Deus aſſignans homini cibum, diſertè tantùm expreſſiſſet olera, non autem carnem, dicens: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.* Laudat hanc abſtinentiam apud Ouidium Pythagoras:

Veteres ante diluuium carnibus abſtinuerunt.

Geneſ. 1. 29.

Ouid lib. 15 Metamorph.

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aëra pennas
Et lepus impauidus mediis errauit in agris.

Et Boetius:

Felix

Digitized by Google

REFECTORIVM. Boët. lib. 2. de Conſol. metr. 5.

Felix nimiùm prior ætas
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande.

Plato lib. 6. de leg.

Religionis titulo id factum Plato aſſerit: *A carnibus*, inquit, *maiores noſtri abſtinuerunt, tanquam pium non eſſet illas edere.* Sed vt ad Scripturam reuertamur, conſtat ſanctiſſimum Prophetam Daniëlem in ieiunio, carne & vino abſtinuiſſe: *Lugebam,* ait, *trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum.*

Daniel. 10. 2.

Ioannes Baptiſta in nouo teſtamento locuſtis paſcitur. Aug. ſer. 65. de temp.

In nouo Teſtamento præcurſor Domini locuſtis & melle ſiluestri veſcebatur, cibo ſanè, Auguſtino teſte, qui carnes & piſces excluderet: *Ioannes*, inquit, *præcurſor Domini locuſtis in eremo, & agreſti melle nutritur, non animalium carnibus, non volucrum ſuauitatibus paſcitur. Poterat vtiq, iuxta Iordanem poſitus, piſcium ſibi exhibere delicias: ſed pœnitentiam prædicaturus, rigorem ieiunij exemplo ſuo magis debuit & factis oſtendere quàm voce.* C Sanctiſſimo igitur Hipponenſi Præſuli contradicunt Melanchton, Loſſius, Strigelius, Chytræus & Centuriatores, qui locuſtas has cancros interpretantur, quos ad Iordanem piſcatores Ioanni dederint, non enim vendebant, quia ex lege cancris veſci illicitum. Sed ijs etiam contradicunt Eraſmus & Brentius.

Hæretici has cancros faciunt. Paraph. in 3. cap. Matt.

Sed quis Chriſto Domino cibus? Vincentius Conſentinus, Doctor & Prouincialis Ordinis Minimorum, libello hac de re edito, probare contendit Chriſtum & Apoſtolos numquam carnes comediſſe. D Quòd tamen cum grano ſalis accipiendum, Cornelius à Lapide aſſerit. In Euangelio certè ſæpius piſces, nunquam carnes (excepto Agno paſchali) comediſſe legitur. Hieronymus ſanè cùm dixiſſet homines ante diluuium carnibus abſtinuiſſe, ſubdit: *Poſtquam Chriſtus venit in fine temporum, & extremitatem traxit ad principium, nec repudium dare nobis permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apoſtolo: Bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare. Vinum enim cum carnibus poſt diluuium dedicatum eſt.* E Vt autem ad diſcipulos Chriſti veniamus, Hegeſippus, & ex eo S. Hieronymus, de Iacobo fratre Domini ait: *Hic ex vtero matris ſuæ ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, carnes numquam manducauit.* S. Petrum lupinis, herbis, & leguminibus victitaſſe, tradit Nazianzenus. Matthæus, oleribus, baccis, & ſeminibus, non autem carnibus veſcebatur, vt auctor eſt Clemens Alexandrinus.

An Chriſtus carnes comederit. Hieron. lib. 2. cont. Iouin. Rom. 14. *Qui diſcipulorum ijs abſtinuerint.* Hieron. lib. de viris Illuſt. Nazianz. orat. de amore paupert. Clem. l. 2. pædagog. cap. 1.

Primi Chriſtiani, qui apud Alexādriam à S. Marco erudiebantur, ad veſperam tantùm cibum ſumere, & à carnibus & vino abſtinere ſolebant, vt ex Philone referunt Euſebius, Epiphanius, & ſanctus Hieronymus.

Euſeb. l. 2. hiſt. c. 17. Epiphan. hæreſ. 29. Hiero. l. de viris Illuſt. in philon.

Verùm vt ad Monachos ſermo conuertatur, facilè colligitur ex Regulâ S. Pachomij, eius inſtituti Religioſos à carnibus ſibi temperaſſe. De Ægyptiis Hieronymus: *Viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiuntur.* S. Ephræm: *Inſolentia & immodeſtia eſt Monacho, veſci velle animalibus.* B Quanta autem diſtrictio fuerit eorum Monachorum, qui Chryſoſtomo erant coæui, ipſe ita ediſſerit: *Neque pretioſas dapes & coquorum arte elaboratas apponentes; ſed alij panem tantùm, & ſal, alij & oleum ſumunt, plerique infirmiores olera atque legumina in cibum accipiunt.* Auguſtinus ſimilia tradit. Porrò Caſſianus tantam docet apud Ægyptios Monachos vigere abſtinentiam, vt ſummæ reputentur deliciæ, ſi herbæ ſale conditæ ad refectionem fratribus apponantur.

Monachi priſci carnes non edebāt. Hieron. epiſt. 22. Ephræm prouerb. 19. Chryſoſt. hom. 14. in 1. Tim. 5. Caſſ. l. 4. cap. 11.

C Horum igitur aliorumque Monachorum à carnibus abſtinentiam imitari voluit S. BENEDICTVS, ne à veterum exemplis declinare videretur. Et habebant abſtinentiæ ſuæ cauſſas ſanè iuſtiſſimas; nimirùm *vt repugnantem carnem* (verba ſunt Hieronymi) *& ad libidinū incentiua rapientem, inediâ ſubiugarent. Eſus carnium, & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt.* Deinde cùm Religio ſit ſchola pœnitentiæ, maximè ad eam ſpectat delicias non amplecti, & carnales contemnere voluptates. Carnes autem cum ex genere ſuo magis nutriant & delectent, D vtpote humanæ carni propinquiores, & auidiùs appetuntur ac maiori gulâ comeduntur.

Eos imitari voluit S. Benedictus. Hieron. lib. 2. cont. Iouinian. *Aſſignantur aliæ huius abſtinentiæ cauſſa.*

Seruit quoque hæc abſtinentia ad ſubiiciendum carnem ſpiritui, moderandaſque eius paſſiones, adeoque vt liberiùs in aulâ mentis diuinæ poſſimus vacare contemplationi. Narrat S. Hieronymus, Ægyptios Sacerdotes *ex eo tempore, quo cœpiſſent diuini culti deſeruire, carnibus & vino ſe ſemper abſtinuiſſe.* Plures idem refert, qui hanc ſibi continentiam indixerint, vt Sapientiæ operam darent. E Sed illuſtrius exemplum eſt, quod de ſe narrat Propheta Daniel, qui carnium & vini abſtinentiâ diuinam illuſtrationem & prophetiæ donum conſecutus eſt. Quare Benedictini non immeritò hanc caſtigati victus rationem ſectantur, qui ex profeſſo vitam inſtituunt contemplatiuam.

Hieron. ibid. Daniel. 10.

D I S-

DISQVISITIO II.

Num volatilium eſus Benedictinis permiſſus?

DVBITANDI materiam ipſa S. BENEDICTI verba ſuggerunt, ait enim: *Carnium verò quadrupedum omninò ab omnibus abſtineatur comeſtio.* Atque hinc meritò ambigitur, num bipedum, ſiue volucrum carne veſci fas ſit.

Prima ſententia ait licitum omnibus bipedum eſum.

Tres autem hîc occurrunt diuerſæ ſententiæ. PRIMA eſt, licitam eſſe omnibus bipedum carnium comeſtionem. Iufirmis autem debilibuſque etiam quadrupedum. Tenent hanc expreſsè S. Hildegardis, Rabanus Maurus, eamque inſinuat Trithemius infrà citandus. Nicolaus Serarius: poteſt, inquit caro, dum ab Eccleſiâ certis diebus vetatur, latiùs & preſſiùs intelligi. Latiùs quidem, vt ſignificet quidquid in animante quadrupede ac terreſtri, bipede & volatili, aptum vſui eſt: ſeu ipſæ animantes terreſtres & aëriæ. Preſſiùs, ſi excipiantur hæc & illa animantium genera, vt in ſua Regula Cap. 39. fecit S. BENEDICTVS, qui ſuos à quadrupedum tantummodo eſu iubet abſtinere. Huic accedit Merſennus ex Ordine Minimorum, qui ſic ait: ex eo verò quod piſcium & auium origo communis eſt, quidam eſu auium ieiunia minimè ſolui crediderunt, teſte Socrate. Quod etiam ſecutus videtur BENEDICTVS, referente Mariana, cùm ſuis quadrupedum carnibus interdixit, auium conceſſit ex Fructuoſo in Reg. Monachorum. Hæc ille.

Serar. not. ad Epiſt. 142 S. Boniſac. — *Merſen. in Geneſ. 1. v. 20.* — *Socr. hiſt. eccl. lib. 5. cap. 20.*

Probatur ex Regula.

Probari hæc ſententia poteſt ex ipſa Regula, in quâ cùm quadrupedum carnes prohibeantur, rectè à contrario ſenſu inferas, ergo bipedum permittuntur, nec prohibitio extendi debet vltra caſum. Quis enim neſciat eo ipſo quo Deus Iudæis vetuit eſum immundorum animalium, conceſſiſſe mundorum? Et cur obſecro quadrupedum carnes expreſſit, ſi bipedum ſimiliter voluit interdictas? intermiſsâ enim hac quadrupedum expreſſione, nulla prorſus eſſet difficultas, omneſque carnes intelligeremus vetitas, quod cùm de ſolis quadrupedum conuincere poſſumus, reſtat bipedum eſſe licitas.

Aues olim non videntur inter carnes numeratæ.

Deinde confirmari poteſt, quia olim etiam ante S. BENEDICTI tempora, aues inter carnes non videntur numeratæ, & qui à quadrupedibus ſibi temperabant, frugales atque abſtemij habebantur, & plures multò æſtimabātur à volatilibus abſtinere, quàm à quadrupedibus. Teſtis S. Hieronymus, cuius hæc verba: *Cheræmon Stoicus narrat de vitâ antiquorum Ægypti ſacerdotum, quòd carnibus & vino ſe ſemper abſtinuerint. Quid loquar,* inquit, *de volatilibus, cùm ouum quoque pro carnibus vitauerint, & lac? quorum alterum carnes liquidas, alterum ſanguinem eſſe dicebant, colore mutato.* Idemque colligitur ex epiſtola ad Saluinam de viduitate ſeruanda, & S. Proſpero, loco inferiùs citando. Prudentius quoque volucres, piſces, panem, alioſque Chriſtianorum cibos commemorans, indicat eos à quadrupedum manducatione abſtinuiſſe, ſic enim canit:

Hieron. lib. 2. aduerſ. Iouinian. — REFECTORIVM. — *Epiſt. 9.*

Sint fera gentibus indomitis
Prandia de nece quadrupedum;
Nos oleris coma, nos ſiliqua
Fœta legumine multimodo
Pauerit innocuis epulis.

Prudent. Cathemer. hymno 3. Chriſtiani quadrupedibus abſtinebant.

Bipedum ergo carne Chriſtiani tempore Prudentij veſcebantur, quadrupedum verò veſci, ethnicum habebatur. Et Fauſtus Manichæus de Catholicis agens cum Auguſtino, ita ſcribit: *De vobis verò quid dicam, id eſt, de Chriſtianioribus apud vos, quorum nonnulli quidem porcinâ, pleriqne verò quadrupede omni, alij etiam cuncto animali penitus abſtinent, fertque ob hoc in oculis eos omnis Eccleſia, & ſummâ cum veneratione ſuſcipiens, ſolùm non Deos exiſtimat.* Quod Auguſtinus concedit, aitque: *Catholicos à carnibus abſtinere non tanquam mala, ſicut Manichæi, ſed ad caſtigandam carnem.* S. Epiphanius: *Sunt,* inquit, *alia in eadem Eccleſia Catholica inſtituta viuendi præſtantia, nimirùm quod alij carnibus prorſus abſtineant, tam quadrupedum & auium, quàm piſcium, nec non ouis & caſeo:* Et paulò pòſt: *Sunt qui quadrupedibus dumtaxat abſtineant, ſed auibus ac cæteris veſcuntur, alij etiam ab auibus temperant, oua & piſces adhibent: alij etiam oua repudiant. Sunt qui ſolos piſces retineant, quibus nonnulli etiam abſtinent, qui tamen caſeum ſibi permittant: alij verò caſeo non vtuntur. Præterea quidam à pane abſtinent. Quidam ab arborum fructibus & coctis omnibus.*

Aug. contr. Fauſtum lib. 30. c. 3. — *In expoſit. fid. Cathol.* — *Notat volatilibus.*

Cùm ergo ante S. BENEDICTVM Monachorum quidam ſolis abſtinerent quadrupedibus, videtur hanc abſtinendi formam ſuis præſcripſiſſe. Quid plura? Nicephorus & Socrates aſſerunt quoſdam etiam in quadrageſima cum piſcibus volatilia deguſtare. Ex quo colligas volucres olim non habitas inter vetitos cibos. Quare ſi ea conſuetudo S. BENEDICTI tempore viguerit, mirum non eſſet, ſi auium eſum ſuis permiſiſſet. Si enim in Hiſpaniæ prouincijs, vt Azorius ſcribit, Sabbatinis diebus ex more & conſuetudine extremas cæſorum animalium partes comedere liceat (quod tamen alibi nefas) quis ibit inficias, potuiſſe S. BENEDICTVM communem aliorum morem ſequi, nec volatilia inter carnes computare?

Etiam in quadrageſima — *Nicephor. lib. 12. hiſt. Eccleſ. cap. 34.* — *Socrat. lib. 5. hiſt. c. 22.* — *Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 19.*

REFEC. TORIVM.

Probatur vlterius ex vſu veterum Benedictinorum.

Et verò vt ad Ordinem noſtrum accedamus, conſtat iam inde ab anno Domini 830. imò etiam ante, Benedictinos certis quibuſdam diebus volatilia comediſſe. Patet id ex edicto Ludouici & Lotharij Imperatorum, in quo Monaſterio S. Germani Pariſienſis victualia aſſignantes, hæc habēt: *Statuimus atque iubemus, vt dentur eis* (Monachis) *annis ſingulis volatilia cum ouis de duobus feſtis; id eſt, Paſcha, & Natalis Domini.* Ita refert Aimoinus. Eadem poſteà confirmauit Carolus Caluus, vt idem refert. Sed & Aquiſgranenſis Synodus ait: *Volatilia in Natale Domini & in Paſcha tantùm, quatuor diebus (ſi eſt vnde comedant) habeant; ſi verò non fuerit vnde, non requiratur per debitum. Si autem Abbas aut Monachi abſtinere ſe voluerint, in eorum ſit arbitrio.* Antiquior autem eſt hac ſanctione epiſtola Theodemari Abbatis Caſſinenſis ad Carolum Magnum, in quâ ſic habetur: *Volatilia nunquam, niſi in die Natalis Domini (ſi eſt vnde) vſque ad dies octo comedimus; ſimiliter etiam Paſchalibus feſtiuitatibus.* Deinde vniuerſim quomodo S. BENEDICTI Regulam circa hoc punctum intelligat, ita aperit: *Sed de eſu volatilium tam cautè Pater noſter prudentiſſimus in ſua Regula poſuit, vt ſi vellent comedere Monachi, cùm opportunum eſt, non ſubiaceant culpæ. Sin autem eis à ſuo tale edulium non præbetur Abbate, vt quaſi ex debito non poſſunt requirere. Multi tamen fratrum noſtrorum neque volatilia comedunt.* Hæc ille. S. Cutbbertus Lindisfarnenſis Epiſcopus, qui anno 687. obijt, cùm Epiſcopatui renunciaſſet, & Eremiticam vitam ageret, duobus fratribus Lindisfarnenſis Monaſterij illum viſitantibus præcepit, vt aucam, quam pendentem in pariete ſuæ manſionis habebat, coquerent & manducarent, vt narrat S. Beda. Non habuiſſet autem hic ſanctus, qui magno zelo Benedictinam obſeruantiam ſuos docuit, aucam (quam anſerem paſſim interpretantur) in eſum aſſeruatam, nec Monachis eam exhibuiſſet comedendam, ſi volatilium eſum putaſſet illicitum. Quid, quod Iſidorus Hiſpalenſis etiam Regulæ auctoritate præſcribendum duxerit, vt diebus ſanctis *inducant cum oleribus leuiſſimarum carnium alimenta?* Subdit tamen: *Quicumque ad menſam reſidens, à carnibus vel vino abſtinere voluerit non eſt prohibendus.* Audoënus in vitâ S. Eligij inſinuat non graue eſſe volatilia comedere, ſcribit enim eum, carnes nec ediſſe nec attigiſſe; niſi quod ſemel propter hoſpites, charitate exigente, ex volatilibus paruum aliquid guſtauerit. Trithemius Abbas S. Paulum B. Eltuti Abbatis Monachū, & poſteà Leonenſem Epiſcopum plurimum commendat, quòd in cibū nihil aliud, quàm panem ſiccum, & ſal ſumere conſueuerit. In diebus verò ſolemnibus addebat,

Aimon. de geſt. Franc. lib. 5. c. 10. Id. lib. 5. c. 34.

Concil. Aquiſg. can. 78.

Qui certis diebus aues comederūt.

S. Cutbbertus aucam hoſpitibus propoſuit.

Beda in vit. c. 36.

Iſidor. in Reg. cap. 9.

Aues ab Iſidoro permiſſa.

Trith. lib. 3. de vir. Illuſt. Ord. S. Bened. cap. 48.

A quaſi pro magno apparatu paucos piſciculos. Carnes autem non quadrupedum, ſecundùm Regulam, ſed etiam bipedum, in omni vitâ ſuâ guſtu non legitur contigiſſe. Claruit autem hic Ordinis noſtri ſanctus anno 600. Intellexit ergo Tritbemius quadrupedia tantùm in Regula prohiberi, & virum ſanctum vltra Regulæ menſuram rigorem intendiſſe, & abſtinentiam à volatilibus, per modum ſupererogationis adieciſſe.

Earum abſtinentia ſupra Regulæ rigorem habita.

Verùm & Regulam noſtram ab annis B amplius ſexcentis ita intellexiſſe videtur Rabanus Maurus: *Auium*, inquit, *vſum credo inde à patribus permiſſum eſſe: eò quòd ex eodem elemento de quo & piſces creata ſunt. Nam in Regula Monachorum non inuenimus aliarum carnium eſum eis contradictum, niſi quadrupedum.* Ita ille, Benedictinæ Regulæ profeſſor eximius. Similiter Abaëlardus: *Vilium*, inquit, *licentia carnium minus habet oblectamenti, quàm ipſa piſcium vel auium carnes, quas minimè tamen nobis beatus interdicit* BENEDICTVS.

Nec ab illâ præſcriptam quidam cenſent.

Raban. lib. 2. de inſtit. cler. cap. 27.

Abaëlard. epiſt. 8.

C Verùm ne quid deſit, opinionis huius rationes adferamus. Tres autem ab auctoribus allegantur, quarum prima eſt iam à Rabano recenſita, quā Nicephorus quoque & Socrates locis ſuprà citatis attingunt. *Sunt*, ait ille, *qui cum piſcibus volatilia etiam deguſtant: ex aquis ea quoque progenita eſſe (vt Moyſes inquit) dicentes.* Alteram rationem, quæ noſtras propriè ſpectat, adfert S. Hildegardis, exponens illā verba Regulæ: *Sed & carnium eſus infirmis omninoque debilibus pro reparatione concedatur.* Carnes, inquit, tam D quadrupedum, quàm volatilium intelligi volens, & nullas carnes quas homines comedere ſolent excipiens. *At vbi meliorati fuerint, à carnibus omnes more ſolito abſtineant*, ſcilicet à carnibus quadrupedum, quia ſani illas in ſuccum eorum comedere non ſolebant, ſed infirmi: Sani verò carnes volatilium quoniam mundæ ſunt, nec ardentem libidinem comedentibus inferūt, manducabant. Tertia ratio eiuſdem eſt S. Virginis ad illa Regulæ verba: *Carnium quadrupedum omninò ab omnibus abſtineatur comeſtio,* E *præter omninò debiles & ægrotos.* Vbi de volatilibus, inquit reticet, quoniam comeſtionem illorum ſanis nō interdicit. Nam idem Pater, quia tempore ſuo Monachorum conuerſatio rudis & adhuc ferè inſolita fuit, eſum carnium ipſis per omnia interdicere deuitabat, vnde vt eſu volatilium vterentur eis permittebat. Hæc illa; cuius auctoritas non eſt contemnenda. Atque hæc hactenus de primâ ſententiâ.

Rationes pro hac ſententia. Prima.

Secunda, ex S. Hildegarde.

Tertia, ex eâdem.

SECVNDA SENTENTIA eſt: Vegetis ac ſanis omnem carnis eſum, ægrotis verò quadrupedum tantùm interdictum, adeò vt ſolis volatilibus in morbo veſci fas ſit. Ita

Secunda ſententia ægris vult prohibitas quadrupedum carnes,

aſſerit in Gallicâ Regulæ traductione Guido Iuuenalis. Illud enim *carnium quadrupedum omninò ab omnibus abſtineatur comeſtio, præter omninò debiles & ægrotos*. Hoc ferè reddit ſenſu: Omoes Monachi prorſus abſtioeant eſu carnium aoimalium quadrupedum: exceptis omninò debilibus & ægrotis, quibus bipedum carnes conceſſæ ſunt, vt puta volatilium, gallioarum, columbarum, perdicum, aliarumque ſimilium, ſecundum morborum diuerſitatem. Atque hic verborum S. BENEDICTI, illo interprete, ſenſus. Addit tamen, ijſdem infirmis æquè quadrupedum carnes permiſſas, ſi ſanitati cooueniant, quod rariùs tamen accidit; vt aliquaudo eſſe poſſunt, ouillæ, vitulinæ, aliæque carnes. Sic ille. Vult ergo ſanis, vt diximus, omnes carnes interdictas, ægris autem ſolas quadrupedum: etſi enim hæ nonnunquam vtiles, tamen quia rariùs id contingit, nullam illarum S. Legiſlatot rationem habuit.

Niſi infirmis aliud expoſcat.

Probatur Primò.

Hæc ſententia oon improbabilis mihi videtur. Primò, quia ita apparet, non de nihilo poſitam eſſe vocem illam *quadrupedum*. Inferentibus enim, ergo licitas eſſe carnes bipedum, reſpondere licebit: ita rem ſe habere, in caſu ſcilicet morbi, aut magnæ debilitatis. Fateor tamen obſcuriùs hoc ex S. BENEDICTI verbis colligi. Sed quid vetat in re non admodum clara coniecturis vti? Secuodò, nullum incoouemens hioc ſequitur, ſi infirmis dicamus volucrum carues permiſſas: Nam ſi ſecundum aliam & communem ſententiam, quibuſuis ijs vti liceat carnibus, multò magis volatilium. Tertiò, non deſunt exempla monaſticarum legum, quæ cùm carnes generatim interdicerent, ſolos pullos & aues infirmis permiſerunt. Ita S. Aurelianus: *Carnes in cibo nunquam ſumantur. Pulli verò vel altilia cuncta in congregatione non miniſtrentur: Infirmis verò tantùm prouideatur, & accipere liceat.* Ita MS. Regula Monachorum cap. 51. & Sanctimonialium cap. 35. vnde corrigendus Smaragdus, qui hoc teſtimonium referens, omiſsâ negatione legit: *Altilia in congregatione miniſtrentur.* B. Fructuoſus cùm dixiſſet: *Carnem cuiquam nec ſumendi, nec guſtandi, eſt conceſſa licentia;* Subiecit: *Seruato tamen moderamine pietatis erga ægrotorum neceſſitudines, vel longè proficiſcentium qualitates, vt & volatilium eſibus infirmi ſuſtententur; & longinquo itinere deſtinati, ſi aut à Principe, vel Epiſcopo petantur, pro benedictione & obedientia deguſtare non metuant, ſeruantes apud ſe dereliquo continentiam conſuetam.* Duobus ergo caſibus volatilia permittit, in morbo nimirùm, & in Principis vel Epiſcopi menſa, ſi ad eam Monachi iouitentur. Quod poſterius tamen in Syoodo Aquiſgranenſi vetitum. Atque

Secundò.

Tertiò, ex legibus Monaſticis.

Aurel. cap. 41. Reg. Monach.

Emendatus Smaragdus.

Fructuoſ. in Reg. c. 5.

Quomodo Fructuoſus volatilia permittat.

Concil. Aquiſg. cap. 8. & 9.

A hæc explicatio quædam huius loci Regulæ Sancti BENEDICTI fortaſſe dici queat. Sed & S. Cæſarius Arelatēſis ægrotis aues, reliquas verò carnes non oiſi in extrema neceſſitate permittit: *Pulli verò infirmis tantummodo præbeantur, nam in congregatione nunquam miniſtrentur. Carnes verò à nulla vnquam penitus in cibo ſumantur: ſi fortè aliqua in deſperata infirmitate fuerit, iubente prouidente Abbatiſſa, accipiat.*

REFECTORIVM.

Cæſar. in recapit reg. Monial. art. 17.

Quartò, neque deſunt rationes, cur hi Sancti, atque etiam ipſe Pater noſter BENEDICTVS bipedum potiùs carnes, quàm B quadrupedum ægris indulgendas putarint. Volucria eoim carnes habent omnium ſaluberrimas, ſuccique ad coquendum facillimi. Terrena verò difficiliùs coquuntur, magis tamen nutriunt, quia ſuccum habent craſſiorem & diutiùs permanentem, vt ex Actuario tradit Renatus Moreau in commentario ad ſcholam Salernitanam. Quin ipſe medicorum Princeps Galenus, *Auium*, inquit, *omnium volucrum genus pauciſſimi eſt alimenti, ſi cùm genere greſſilium conferatur.* Et mox: *Volucrum caro concoctu facilior eſt.* Plura in hanc rem vide apud C Petrum Caſtellanum, qui ait: propter hanc leuitatem & concoctionis facilitatem, ſalubres ſunt aues, & in tuenda recuperandaque valetudine vim magnam habent. Quod Ariſtotelis auctoritate confirmat, ita dicentis: *Si quis ſciat carnes leues, eſſe faciles ad concoquendum & ſalubres, leues autem quæ ſint ignoret, ſanitatem non efficiet; ſed is potiùs qui auium carnes ſcit eſſe leues, & ſalubres.* Cardanus aues commendat, quòd nullæ venenoſæ reperiantur. Quid ni igitur præ quadrupedibus, ægris & conualeſcenti D bus concedantur? Accedat his, quòd aues gallinacei generis, columbæ, & ſimiles in Monaſterijs facilè alantur, & propter oua etiam haberi poſſiut: vt proinde nullâ difficultate Mouachis infirmis exhibeaotur. Quæ mens fuit Guidonis Iuuenalis, ſiue potiùs Monachi illius Claræuallenſis, qui Gallicam illius verſionem correxit, & emendauit. Nam io poſteriore editione ita Regula explicatur. Præterea abſtinebunt Monachi à carne cuiuſcumque quadrupedis, exceptis infirmis omoinòque de E bilibus, quibus oon licebit veſci oiſi volatilibus io Monaſterio ipſo enutritis, vt oeceſſe oon ſit ouem aut bouem mactari, aut cum Religionis ſcandalo in macello carnes coemere. Ita ille. Quæ ſuffecerint pro huius ſententiæ probabilitate adſtrueuda. Verùm cùm ea ſingularis ſit, & à communi Interpretum opinione nonnihil deflectat,

Probatur quartò rationibus.

Auium carnes alijs ſalubriores.

Actuar lib. 2. de ſpecieb. animal c. 1.

Galen. lib. 3 de facult. aliment. cap. 19.

Caſtell. lib. 4. de eſu carn. cap. 1.

Ariſt lib. 6. ethic. c. 8.

Sint impendijs haberi poſſunt.

TERTIA SENTENTIA eſt. Ægris nullis, ſanis omnes à Sancto BENEDICTO carnes interdictas. Concors hæc eſt & communis inter-

Tertia ſententia, ægris omnes, ſanis nullas concedit carnes.

REFECTORIVM.

interpretum Regulæ noſtræ ſentẽtia. Turrecrematæ, S. Autonini, Antonij Perez, Ioannis Craesbeeck, aliorumque; & confirmatur à cõmuni Monaſteriorum & Religioſorum Ordinis noſtri antiquâ conſuetudine (quæ optima legum interpres) à volatilium æquè atque à terreſtrium carnibus abſtinentium. Idem conuincitur ex Declarationibus Caſſinẽſium & Camaldulenſium, aliarumque Congregationum. Et hanc ſententiam abſque dubio tenebant Abbates in Aquiſgranenſi Concilio congregati, ſtatuentes: *Vt volatilia intus foriſve, niſi pro infirmitate, nullo tempore comedant.* Et: *Vt nullus Epiſcoporum Monachus volatilia comedere præcipiat.*

Concil. Aquiſgrau. can 8. Can. 9.

Euincitur nec volatilia ſana tribuenda.

Et verò ſi volatilium eſus ex ipſa Regula eſſet licitus, cur quæſo Nicolaus IV. circa eſum carnium, vt ipſe loquitur, licentiam reliquiſſet diſpenſationi Abbatis, ſecundùm indulgẽtiam Clementinæ? aut cur Benedictus XII. permiſiſſet carnium eſum in infirmitorio, ſic tamẽ quod in refectorio remaneret ad minimum medietas conuentus? Illæ enim loquendi formæ prorſus euincunt cuiuſcumq; carnis abſtinentiam à S. BENEDICTO indictam. Quid enim opus foret hac indulgentiâ, ſi volatilibus paſſim vti liceret? Verùm huius rei veritas ex reſponſionibus ad obiecta magis patebit, quas explicabit

DISQVISITIO III.

Quid reſpondendum ad argumenta, quæ volatilium eſum promiſcuum adſtruere videntur?

CONVELLENDA nobis ſunt primæ ſententiæ fundamenta vt communem confirmemus atque illuſtremus doctrinam: Potiſſima difficultas eſt, quòd S. BENEDICTVS dixerit, *Carnium verò quadrupedum omninò ab omnibus abſtineatur comeſtio.* Ex quo inferebamus, volatilia non prohibita. Reſpondet verò Seruatius Lairuelz, ex fide aliquorum exemplarium legendum. *Carnium verò etiam quadrupedum ab omnibus abſtineatur comeſtio.* Hauſit id fortaſſe ex Camaldulenſium Conſtitutionibus anno Domini 1572. editis, quæ hanc declarationem verbis ſupraſcriptis adijciunt, vbi dicitur in Regula *Carnium verò quadrupedum:* Credunt patres (ſecundùm opinionem aliquorum) textum eſſe mendoſum, & legendum eſſe: *Carnium verò etiam quadrupedum:* voluntque per hunc locum, eſum carnium omninò Monachis noſtris interdici, tam quadrupedum, quàm volatilium, & omnium aliorum. Hæc ibi.

Regulam qui corrigãt ad excludendu volatilia.

Seruat to. 2. Cathec. nouit. ſect. 9.

Camald. ad Cap. Reg. 39.

Textus non videtur mendoſus.

Verùm illud, *etiam*, in nullis impreſſis, aut MSS. exemplaribus quæ viderim (vidi autem plura) inuenire potui. Neque qui Regulam noſtram ad plus quàm triginta exemplaria caſtigauit Balduinus Moreau, Camberonenſis Cœnobita, illius lectionis meminit. Quamuis autem non ita in textu legatur, puto tamen eum ipſius textus genuinum eſſe ſenſum: & fortaſſe adiecerit aliquis in margine, τὸ *Etiam*, quod in textum poſtea irrepſerit. Atque ita Regula Solitariorum S. BENEDICTI mentem expreſſit: *A carnibus verò tam quadrupedum, quàm volucrum omninò abſtineant: niſi fortè aliqui in graui infirmitate detenti fuerint. Ipſis enim pro reparatione tantùm concedatur.* In titulo quoque capitis præpoſuerat: *Vt à carnibus tam quadrupedum, quàm volucrum abſtineant.* Excludere ſolerter volens ſiniſtrum, qui ex S. BENEDICTI verbis elici poſſet, ſenſum.

Reg. Solit. cap. 42.

Quomodo explicandus, vt excludat etiã volatilia.

Turrect. tract. 104. in Reg.

Seruatâ autem communi lectione, hoc modo Turrecremata reſpõdet: Licet S. Pater tantùm nominet carnes quadrupedum; prohibitio tamen extenditur vſque ad carnes etiam animalium bipedum, ſcilicet & volatilium. Cùm enim carnes volatilium ſint dulciores, magis delicatæ & pretioſiores, quando minùs delicatas vetuit, proculdubio magis delicatas & pretioſiores prohibere credendus eſt. Mos enim Sanctorum Doctorum eſt, in minore comprehendere maius. Ita quoque reſpondet Antonius Perez, alijque noſtræ Regulæ commentatores. Denique Caſſinenſes ad vocem *quadrupedum*, hanc declarationem adijciunt: *Multò magis volatilium, quam prohibitionem ſeruare volumus etiam in itinere conſtitutos.* Poterant reſponſionem ſuam S. Hieronymi auctoritate tueri, qui ait: *Procul ſint à conuiuijs tuis phaſides aues, craſſi turtures, attagen Ionicus, & omnes aues, quibus ampliſſima patrimonia auolant. Nec ideò te carne veſci non putes, ſi ſuum agreſtium, leporum atque Ceruorum, & quadrupedum animantium eſculentius reprobes, non enim hæc pedum numero, ſed ſuauitate & guſtu comprobantur.* Conformiter S. Proſper: *Si à quadrupedibus abſtinentes, phaſianis altilibus, vel alijs auibus pretioſis perfruantur, non mihi videntur reſecare delectationes ſui corporis, ſed mutare: nec pro abſtinentia, ſed velut pro neſcio qua immunditia, vel certè (quod verius eſt) pro ſtomachi nauſeantis teneritudine, delicatas illas communes ac viles carnes abijcere: quò poſſint alijs non ſolùm carnibus, ſed etiam delicatioribus, ac pretioſioribus carnibus ſuas voluptates explere.* Hæc Proſper.

Hieron. ad Saluin. epiſt. 9.

Auium carnes delicatiores quàm quadrupedum.

Proſp. lib. 2. de vit. contemp. cap. 23.

Argumentum illud à contrario ſenſu ita explicat, & explodit S. Antoninus: *Quia*, inquit, *in Regula* S. BENEDICTI *dicitur: Carnium quadrupedum ab omnibus abſtineatur comeſtio. Ex hoc arguunt aliqui, quòd carnibus bipedum vel gallinis, & alijs auibus vti liceat, per*

Anton. 3. p. ſum. Theolog tit. 16. c. 6. § 5.

Soluitur argumentum à contrario ſenſu.

argu-

argumentum à contrarijs, quod eſt fortißimum regulariter. Quod tamen aliquando fallit, ſicut C. de epi. & Cle. l. Conuenticulam. *Et ſimiliter fallit argumentum hoc ſecundum Ioannem Andrea, quia contradicit tali intellectui ratio naturalis, & capitulum 36. ipſius Regulæ.* Vbi nimirùm de infirmis abſolutè dicitur: *Vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant.* Si quæras, cur quadrupedum carnes S. Pater nominauerit, ſi pariter bipedum voluerit vetitas? Reſpondet noſter à Graffijs, quia talium communior eſt frequentia, citatque Oſtienſem, & Zabarellam in cap. *Cum ad Monaſterium.*

Graff. part. 2. deciſion. lib. 3. cap. 20. num. 7.

Reſpondetur ad abſtinentiam à ſolis quadrupedibus.

Ad ea quæ ex Hieronymo, Prudentio, Fauſto apud Auguſtinum, Nicephoro, & Socrate allata ſunt, reſpondendum eſt ex ijs ſatis colligi, id quod intenditur, olim nimirùm apud quoſdam viguiſſe abſtinẽtiam à ſolis quadrupedibus, eamque religioſum cultum exiſtimatam: ſed ipſe S. Hieronymus & S. Proſper hoc, vt ſuprà vidimus, reprehendunt, nec credibile id S. BENEDICTVM Monachis induſiſſe.

Ad Impp. & Conc. Aquiſgran. ſtatuta.

Neque verò magnopere vrget edictum Imperatorum, aut ſtatutum Abbatum Aquiſgrani congregatorum, quo volatilia in Natali Domini, & Paſchate Monachis permittuntur. Id enim non tam ex Regula fieri poſſe decernitur, quam contra Regulam ob tantorum feſtorum lætitiam pro paruo tempore miſericorditer indulgetur, atque ipſius Regulæ rigor nonnihil remittitur & mitigatur. Nec temerè factum exiſtimare fas eſt. Ludouicus enim Pius, qui omnes Benedictinos iuxta Regulæ normam exactiſſimè viuere cupiebat, non ſine legitima auctoritate contra eam quidquam permiſiſſet.

Reſpondetur ad Epiſtolã Theodemari.

Idipſum ad exemplum ex Theodemati epiſtola petitum reſponderi poteſt: eius nimirùm tempore ex indulgentia Apoſtolicæ ſedis, vel Abbatis fortaſſe diſpenſatione, aliquot diebus volatilia in cibum adhibita; Vel quod ipſe inſinuat, putauit ex Abbatis pendere diſpenſatione, cùm opportunum eſt volatilia exhibere, aliàs autem ex debito non poſſe requiri. Vnde ſequitur, ex Regula non poſſe præberi ſine diſpenſatione.

Frequent olim apud Monachos volatilium eſus.

Verumenimuerò, ne quid diſſimulemus, videntur noſtri ſenſim licentiam hanc vlteriùs extendiſſe, & non ex diſpenſationis gratiâ, ſed quaſi ex Regulæ auctoritate volatilia manducaſſe, adeò quidem vt ipſius Ludouici Pij tempore remedium adferri oportuerit. Nam additio adſcripta ad cap. 27. lib. 2. de inſtitutis Clericorum Rabani Mauri, ita habet: *Sola quadrupedia non volatilia Monachus interdicta. Hoc autem tempore Pij Ludouici ſic immutatum eſſe dicitur, vt in omni eorum pulmento ſanguine vti liceat, propter nimiam & alijs damnoſam conſumptionem volatilium, quam faciebant.* Cuius verò additio hæc ſit, ibi non adſcribitur.

REFECTORIVM.

Soluitur argumentum ex Regula Iſidori.

Ad Regulam S. Iſidori Hiſpalenſis reſponſione opus non eſt, cùm omnia eius decreta Regulæ S. BENEDICTI non ſint conformia, nec Benedictinos ſtringant. Licitè quoque S. Eligius volatilibus veſci poterat quantumuis Ordinis noſtri Monachus fuiſſet. Per Epiſcopatum enim Religioſi velut exeunt è familia monaſtica, nec omnibus eius obſeruantijs manent deuincti.

Et exemplo Pauli Leonenſis.

Quod deinde adfertur exemplum S. Pauli Leonenſis Epiſcopi à volatilibus abſtinentis, id fortaſſe noſtræ parti magis fauet; ex eo enim facto non malè quis colligat, virum hunc ſanctum ita Regulæ præceptum intellexiſſe, licet Trithemius putauerit id vltra Regulæ menſuram obſeruaſſe, qui fortaſsè in illa fuerit ſententia, vt volatilium eſum ab ipſa Regula permiſſum putarit.

Reſpondetur ſententiæ Rabani Mauri.

Ad Rabanum Maurum reſpondeo, eum ex aliorum fortè ſententia ſcripſiſſe in Regula Monachorum (ſine dubio S. BENEDICTI) non prohiberi niſi quadrupedum carnes: vel eius fuerit iſta ſententia ſingularis. Conſtat enim ab ipſo Fuldẽſis Monaſterij exordio Monachos carne abſtinuiſſe, prout ad Zachariam Papam illius Monaſterij fundator S. Bonifacius ſcribebat. Neque exoleuerat ſtricta illa obſeruantia Rabani tempore, nam cum Fuldenſi Cœnobio etiamnum puer traderetur, arduam tum pro Dei amore Monachi vitam ducebant: *Et*, vt ait Trithemius, *à vino & carne omni tempore abſtinebant, & nec ius carnium præter infirmos, omninoque debiles ſumebant in cibum, nec huius mundi voluptatibus vtebantur.* Hanc autem viuendi rationem credibile eſt non ſtatim defeciſſe, aut ab ipſo Rabano immutatam: quippe qui ob religionis obſeruantiam ab Einardo Abbate dicitur *vir valdè religioſus*, cui cura quàm maxima circa diſciplinam Monaſticam, & profectum diſcipulorum: qui in oratione, vigilijs, & abſtinentia, ceteriſque virtutum titulis formam ſe ſuis ſubditis præbebat.

Trithem. lib. 3. vitæ Rabani.

Libr. de tranſl. SS. Marcell. & Pet.

Item exemplo Cuthberti anceꝗ exhibentis pro edulio.

Ad id verò quod de S. Cuthberto adſerebatur, reſponderi poſſet, Monachos illos ad abſtinentiam à carnibus, præſertim volatilium, quorum maxima erat in illis inſulis copia, aliarum verò rerum ingens, eo præſertim ſæculo pœnuria, nondum fuiſſe à S. Cuthberto perductos. Sed duplicem aliam reſponſionem adfert Edoardus Maihew. Prior eſt, eam hoſpitalitatis tum apud priſcos illos Monachos, tum apud Benedictinos fuiſſe curam, vt cùm alia non haberent, etiam in diebus ab Eccleſiâ prohibitis, carnes hoſpitibus, & peregrinis non-

Maihew Tab. 2. 10. Matrij.

REFECTORIVM. nunquam appoſuiſſe legantur. Cùm igitur A præceptum Regulæ S. BENEDICTI de abſtinentiâ à carnibus in diebus ab Eccleſiâ non interdictis, regulare tantùm ſit, quis non videt Sanctum Cuthbertum in Regulam S. BENEDICTI non peccaſſe, cùm aliud non habens, carnes ſuis fratribus, quos vt hoſpites habuit, comedendas obtulit? Quamuis enim fratres illi ſecum alia, quæ comederent attulerant, hoc tamen S. Cuthberto erat incognitum, imò ex iure hoſpitalitatis debebat ipſe menſam illis ex proprijs parare. Poſterior eſt, Aucam illam fortaſſe fuiſſe B quoddam genus piſcium; & contrarium nullo modo ex relatione Venerabilis Bedæ conuinci poſſe. Auca enim & anſer idem ſignificant; ſub Anſeris enim nomine comprehendi ea volatilium genera, quæ nos Anglicè *Bernacles*, & *Puffines* vocamus (Latinè *Brantas*, vel *Bernaclas*, & *Puffinos* appellat Geſnerus) quæ noſtrates inter piſces computant, & comedunt, certiſſimum eſt. Et certè veriſimile eſt, aucam illã S. Cuthberti non fuiſſe anſerem domeſticum; Primùm, quia non eſt probabile S. Cuthbertum, quem etiam in ægritudine per quinque continuos dies nihil aliud præter cepas manducaſſe S. Beda refert, talem auem in manſione ſua habuiſſe: deinde, quia nimis magnum duobus Monachis ſtruxiſſet epulum. Denique per ſeptem dies reſeruata, & ad parietem appenſa hæc auis, vt ex Beda colligitur, non eſt putrefacta. Erat igitur fortaſſe ex illis auibus, quas *Puffinos* appellamus, quaſque ſale conditas in quadrageſimam nonnulli reſeruant. Hæc Edouardus.

Secundò.

Quid ſit auca.

Geſner lib. 3. de auibus §. de Anſere.

Tertiò. Quibus addere licet, potuiſſe Aucam à fra- D tribus illis comedi, tum quia iter ſuſcipiebant, tum quia ab Epiſcopo rogabantur. In vtroque enim hoc caſu S. Fructuoſus eſum carnium permittit, *ſeruato*, inquit *moderamine pietatis*. Probabiliorem tamen arbitror poſteriorem illam Edouardi reſpõſionem: ſi enim diſpenſatio hîc aliqua intercedere debuiſſet, facilè allegare potuiſſent puniti ob relictam Aucam fratres, nihil opus eſſe diſpenſatione, cùm regulares cibos ipſi attuliſſent.

Cap. Carnem de cõſecrat. diſt. 5.

Soluitur quòd aues ſint eiuſdem generis cum piſcibus. Sed diſcutiamus etiam allatas pro volu- E cribus rationes. Prima ſanè illa, quod eodem die, eodem ex elemento piſces & aues conditæ dicantur, parum vrget. Non enim propterea eãdem habẽt naturam: cùm aues calidi ſint ſanguinis, piſces autem frigidi. Et licet, vt Galenus dixit, *volucrum caro concoctu facilior ſit*, nonnulla tamen volatilia, etiam ex Medicorum ſententia duriorem & craſſiorem habent ſubſtantiam, quàm multa terreſtria: ſic Anſeres, Anates, Palumbi, Vultures, arietes duritie ſuperant, vt tradit Celſus. Et vt ita non eſſet, lautorum hominum, & qui delicatè corpus ſuum nutriunt exemplum, facilè euincit auium carnes inter delicias haberi: Has enim quadrupedũ præferunt, & menſis ſuis crebrò inferunt. Quare vel hoc nomine Monachi noſtri, quibus præſcriptum eſt, *Delicias non amplecti*, laudabiliter ijs abſtinebunt. Cap. 4.

Galen. l. 3. de facult. alim. c. 19.

Celſ. lib. 2. cap. 17.

Obiectio hac horribili exemplo retuſa. Sed enim libet hîc referre horrendum exemplum, quo huius obiectionis vis aliquando retuſa, & volucrum comeſtio in Benedictino Monacho punita fuit. S. Odo Cluniacenſis Abbas illud refert, vt habet in eius vitâ Ioannes Monachus: Frater quidam manè ad Patris ſui ædes veniens, rogat, num quid habeant quod poſſint ipſi edendum apponere. Illis dicentibus nondum eſſe edendi tempus, reſpondit iratus: *Hem totâ nocte equitaui, vt explerem quod iuſſus ſum, & vos ieiunare me cogitis?* Afferte ſi quid habetis. aiunt illi, ſe habere piſces. At miſer acrioribus etiam iracundiæ ſtimulis percitus, & faſtu tumidus, huc illucque circumfert oculos, videtque gallinarum gregem ad pedes ſuos. Mox non niſi furiâ quadam arrepto baculo vnam ex eis, quæ ei arrideret percuſſit, oreque rabido: *Hæc mihi*, inquit, *modò piſcis erit*. Qui tum illic aderant, non ſine rubore aiunt ad eum: *Fortaſſis licet tibi pater veſci carnibus? Volatilia*, inquit, *non ſunt caro. Vnam enim habent cum piſcibus originem, pariſque cum illis conditionis ſunt, ſicut habet quidam hymnus noſter* (innuens id quod feriâ V.) ad veſperas ex Ambroſio canitur:

Ioan. in vit. S. Odon. l. 3. cap. 2.

Monachus gallinam ſibi apparari facit.

Magne Deus potentiæ,
Qui ex aquis ortum genus,
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aëra.
Demerſa lymphis imprimens,
Subuecta cœlis irrigans,
Vt ſtirpe vnâ prodita,
Diuerſa rapiant loca.

ſtrangulatur primo bolo. Pergit verò S. Odo: Ad hæc eius verba conticuerunt omnes. Deinde appoſita eſt illi aſſa Gallina, ex qua cùm morſellum accepiſſet, eum nec traijcere in ſtomachum, nec exſpuere potuit, repente è medio ſublatus.

Satisfit rationibus S. Hildegardis. Reſtant S. Hildegardis rationes, quæ nec ipſæ magnam difficultatem habent. Nam quod ait, Carnes volatilium eſſe mundas, ſi de legali munditia intelligat, non vniuersè verum eſt. Leuiticus enim plures enumerat aues, quarum eſus vitandus. At quamuis omnes aues mundæ eſſent, id parum referret, cùm poſt Euangelicam lucem notum ſit legis vmbras ceſſaſſe, nec Moſaicas cærimonias Chriſtianos obſtringere, nec Monachis ſuis eas S. BENEDICTVS præſcribere voluit, aut debuit. An verò minùs libidinem excitent, auium carnes, quàm terreſtrium animalium, Medicis examinandum relinquo. Id ſanè conſtat delectabiliores eſſe volatilium carnes, & Leuit. 11.

gulam

gulam magis irritare, quæ ſufficiens ratio fuerit ad earundem abſtineutiam indicendam.

An ob Monachorum imperfectionem carnes à S. Benedicto conceſſa.

Quod vltimò ex S. Hildegarde adfertur, Monachorum conuerſationem tempore S. P. BENEDICTI rudem & ferè inſolitam fuiſſe, adeoque tanquam valdè imperfectis auium carnes permitti debuerint, id ex vero non eſt. Conſtat enim primos S. Patris noſtri diſcipulos, vt Maurum & Placidum, alioſque rigidiſſimæ abſtinentiæ fuiſſe, & totâ vitâ quadrageſimalem viuendi formam ex S. BENEDICTI exemplo obſeruaſſe. B Quinimo S. Maurus exiſteute adhuc in viuis S. BENEDICTO, de eodem dicere veritus non eſt, quòd multorum exſtiterit fuudator Cœnobiorum multaque Domino acquiſierit millia perfectorum Monachorum, vt teſtatur Fauſtus. Nou igitur tãquam imperfectis opus erat carnium eſum indulgere. Sed & ſi fateamur ſanctiſſimum Legiſlatorem antiquorum Monachorum rigorem temperaſſe, uon ideo tameu volucrum carnes permittere debuit, quas plerique Religionum conditores, qui eum poſtea ſunt ſecuti, à ſuis congregationibus excluſerunt. C Neque crediderim eo tempore pro magno habitam fuiſſe abſtinentiam à carnibus, quam olim primi Chriſtiani Alexandriæ ſub S. Marco obſeruabant, vt ex Philone refert Euſebius.

Fauſt in vitâ S. Mauri.

Euſeb. lib. 2. Eccleſ. hiſt. cap. 22. & 17.

Oſtenditur oppoſitum.

Vtcumque ergo admitteremus tempore S. BENEDICTI multos rudes fuiſſe, & imperfectos; non tameu eonſque ſanctiſſimum Patrem eorum imperfectioui condeſceudiſſe crediderim, vt volatilium carnes eis in cibum couceſſerit. Voluit potiùs eos ad quæque perfectiſſima mauuducere, & iam tum ſine dubio ſciebat toti muudo D ſe Regulam ſuam exarare, quam proinde opus non eſſet ob ſuorum Monachorum imperfectionem, uimiùm relaxare. Quomodo verò à S. Gregorio vocaretur *Arctiſsimæ vitæ Magiſter optimus*, ſi volatilium comeſtionem, à quibus etiam multi nou Monachi omui æuo abſtinueruut, permiſiſſet? aut quomodo vita illa arcta & ſtricta diceretur, quæ delicatiorum homiuum cibos à ſua menſa uon remoueret?

Reſpondetur ad auctoritatem S. Hildegardis.

Verùm vrgetur S. Hildegardis auctoritas, cuius ſcripta in Coucilio Treuirenſi, E agente S. Bernardo, approbata ſuut, ipſaque dicit ſe lumiue Dei vidiſſe quę iu Regulam S. BENEDICTI commentata eſt. Sed reſpondendum (quod ex S. Gregorio Angelicus doctor adfert) quòd aliquando Prophetæ ſaucti dum couſuluntur, ex magno vſu prophetaudi, quędam ex ſuo ſpiritu proferuut, & ſe hæc ex prophetia dicere ſuſpicantur.

Greg. hom. 2. iu Ezechiel.
S. Thom. 2. 2. qu. 171. art. 5.

Atque hanc reſpouſionem ad aliam quandam einſdem S. Hildegardis adhibendam putauit Martinus Delrio. Poſtquam enim A reuelationem de quadã energumena enarraſſet: hic locus, inquit, oſtendit veriſſimum eſſe dictum Theologorum, ſæpè eos, qui aſſueuere multis reuelationibus etiam veris, putare ſe habere per reuelationẽ, quod habuêre per diſcurſum opinioneméque. Atque eo loco habet idẽ auctor, quod B. Hildegardis affirmauit corpus B. Pauli cùm raptus eſt ad tertium cœlum, verè ab anima fuiſſe ſeparatum. Dubitaut; ait, quotquot memiui Patres, dubitant etiam Scholaſtici omnes: ipſe Paulus ſe neſcire profeſſus eſt. Et verò, ſi vt ſacras prophetias accipere velimus quæcumque ad Regulam annotauit, cogemur admittere, id quod S. BENEDICTVS de Cellerario Monaſterij ſcripſit: *Fratribus conſtitutam annonam ſine aliquo typo, vel mora offerat*, ex diuinâ reuelatione idem eſſe atque, *ſine præſignata menſura determinatæ inſtitutionis. Vbi etiam in typo intelligitur Ty, quod eſt, tibi: Et Po, quod eſt poteſtas, ſcilicet no Cellerarius intra ſe dicat: Tibi poteſtas dare & negare vbi vis.* Quis autem hanc interpretationẽ ex mẽte dicat eſſe S. BENEDICTI, magiſq; ex Spiritus ſancti reuelatione? omitto alia quæ adferri poſſent. Certè Columbanus Vranck in MS. Commentario non veretur dicere: Cùm S. Hildegardis paradoxum, & ab omnium opinione extraneam adferat huius loci (*quadrupedum abſtineatur comeſtio*) expoſitionem, videtur nou Dei, ſed ſuum & humauum hac iu parte ſecuta ſpiritum. Cognouerit igitur, hæc quæ ad S. BENEDICTI Regulam explanandum adfert, uou per expreſſam reuelationem, ſed per inſtinctum quemdam occultiſſimum, quẽ (vt Auguſtiuus ait) *neſcientes humanæ mentes patiuntur*, ad ea autem quæ cognoſcit homo D per iuſtinctum, *aliquando ſic ſe habet* (inquit Thomas) *vt non plenè diſcernere poßit, vtrum hæc cogitauerit aliquo diuino inſtinctu, vel per ſpiritum proprium: Non autem omnia quæ cognoſcimus diuino inſtinctu, ſub certitudine prophetica nobis manifeſtantur. Talis enim inſtinctus, eſt quiddam imperfectum in genere prophetiæ.* Ita S. Doctor.

REFECTORIVM.

Reuelationes putantur quæ non ſunt.

Delrio diſquiſ. mag. l. 3. p. 1. qu. 4. ſect. 7.

Idem lib. 1. q. 25. Hildeg. in quæſtionib. ſuis.

Cap. 31.

S. Hildegardis in explicatione Regulæ allucinata.

Nec ſemper ſecuta Dei ſpiritum.

Auguſt l. 2. de Geneſ. ad lit. c. 17.
S. Thom. 2. 2. qu. 171. art. 5.

Qui non facilè cognoſcitur.

Conſtat autem viros ſauctos & doctos etiam eodem tempore, quo B. Hildegardis vixit, aliter de hoc puncto iudicaſſe, vt patèt ex S. Petro Venerabili, Cluniacenſi Ab- E bate, qui carnium eſum in ſuis reprehendens, inter cætera vrget, quod etiam anſer, Gallinæ & prorſus omne volatile domeſticum Sanctorum Monachorum menſas operiant. *Aucupum arte, ait, Phaſiani, perdices, turtures capiendi ſunt: ne ſeruus Dei fame pereat.* Non ergo exiſtimauit ille fas eſſe noſtris volucrum carne veſci, ueque hæc quam carpit creophagia totum Ordinem iuquiuauerat, ſed quoſdam tautùm in Prioratibus commorantes, vt ex ipſa epiſtolæ inſcriptione patet.

Tempore Hildegardis aliud ſenſerunt viri docti & ſancti.

Petr. Ven. lib. 6. epiſt. 15.

REFEC-TORIVM. *Cluniacenſes abſtinebant à carnibus.*

Viguiſſe autem apud cæteros Cluniacenſes omnimodam à carnibus abſtinentiam, vel inde patet, quòd S. Bernardus in illa ſua Apologia contrarium non eis obiecerit. Quinimò ipſe huius abſtinentiæ aſſertor & teſtis eſt. *Fercula*, inquit, *ferculis apponuntur; & pro ſolis carnibus, à quibus abſtinetur, grandia piſcium corpora duplicantur.* Aliter ergo S. Hildegardi coæui de S. BENEDICTI mente iudicabant, quàm ipſa, vt proinde ab eorum ſententia non ſit declinandum. Atque iſta ſuffecerint, vt volatilia à Monachorum menſis auolare faciamus.

DISQVISITIO IV.

An licitum Benedictinis adipe Carnium vti?

Status quæſtionis.

SVPPOSITÂ obſeruantiâ Regulæ circa abſtinentiam à carnibus, dubium eſt, an ſaltem ſagimine, aut pinguedine carniũ veſci fas ſit ijs diebus, quibus vel communi lege, vel loci conſuetudine, aut ſpeciali priuilegio licitum eſt lacticinijs, ouis, & butyro vti. Quamuis enim non propriè caro dicatur, maximam tamen cum ea propinquitatem habet. Similiter ambigi poteſt de iure, in quo carnes decoquuntur, aut de oleribus & leguminbus cũ carnibus ſimul coctis; hæc enim ex illa coniunctione multũ de earum ſubſtantia & virtute participant.

Quidam ſagimen admittunt. — Siueſt. v. ieiunium q. 5. nu. 16.

Saginninis autem vſum, eſumque admittit Gloſſa in *c. admonere 33. q. 2. & in c. Presbyter. diſt. 82.* Abbas *c. conſuluit. num. 2. de Iudæis.* Silueſter, Hoſtienſis autem in ſum, de obſeruat. ieiunij ait: *Cui conceditur vſus ouorum & caſei, intelligitur conceſſum vt poſſit vti ſagimine, & ſic*, inquit, *vtuntur Cluniacenſes Monachi, ſed Ciſtercienſes, & quidam alij Religioſi contrarium ſeruant.* Sic ille. Quod refert, nec refutat Azorius. Henricus quoque ob penuriam olei, ſagimen adhibere, vbi mos id ſuſcepit, ait non eſſe damnandum. Quod etiam apud Monachos locum habet: Nam vt Azorius ait; Conſuetudo inducta aduerſus ea, quæ tantùm Regula præcipit, aut prohibet, valet, ſi fuerit impunè permiſſa. Hinc eſt, vt in Hiſpania, ſi apud Monachos S. BENEDICTI Regulam profeſſos ſit inducta conſuetudo in Sabbatis extremas animalium partes edendi, ea valeat: non quia laicorum conſuetudo ad Monachos protendatur, ſed quia ſit Monachorum conſuetudo vſu approbata, quæ ſicut legem humanam ex toto vel ex parte interdum abrogat: ſic etiam Religioſi inſtituti Regulam ex ea parte, quâ tantùm eſt iuris humani non diuini vel naturalis, vel communis.

Azor. to. 1. lib. 7. c. 10. quæſt. vlt. Henric. l. 7. de indulg. cap. 13. *Etiam apud Monachos* Azor. lib. 7. c. 19. qu. 3.

Contrarium magis probabile.

His tamen non obſtantibus, dicendum arbitror, eo ipſo quo carnes Monachis interdicuntur, ſimiliter interdictum cenſeri eſum lardi, & ſaginninis, niſi ſpeciali priuilegio aut conſuetudine vim legis obtinente contrarium permiſſum ſit. Ita Paulus Layman. Et ante illum Nicolaus Serarius multis refutabit & diſſoluit argumenta in contrarium adducta, quæ, ne forſitan prolixior ſim, adtexere ſuperſedeo. Thomas verò à Ieſu ſententiam hanc confirmat ex iure: Nam *cap. de eſu carnium* præcipitur, vt ſextâ feriâ Chriſtiani à carnibus abſtineant: In Eccleſia verò, inquit, communi interpretatione & iure receptum eſt, quod ibi nomine carnium non ſolùm carnes ipſæ, ſed etiam ſagimen, lardum, pinguedo, &c. prohibeantur; quod non fieret, ſi hæc nomine carnium non comprehenderentur. Deinde idem probat ex ſua Regula, nam cùm Albertus abſolutè carnium eſum interdixiſſet: Innocentius IV. id mitigans indulſit, vt itinerantes vti poſſent pulmentis coctis cum carnibus. Ex quo quaſi per neceſſariam ſequelam rectè inferas cetera prohiberi: nam ſi nomine carnium non prohibeantur in Regula ſagimen, pinguedo, ius aut pulmentum, ſuperuacanea eſſet hæc permiſſio ſiue exceptio. Atque ita in ſua Religione ait communi interpretatione & conſenſu receptum. In Ordine verò S. BENEDICTI idem puto obſeruatum apud eos, qui conſtitutiones Caſſinenſes, & Burſfeldenſes ſequuntur. In his enim nulla de pinguedine, aut adipe mentio. Sed iam olim etiam Fuldēſes ab ijs abſtinebant. Teſtatur enim Trithemius in vita Rabani Mauri, eo tempore quo monaſticam ille vitam ſuſcipiebat, vino & carnibus omni tempore abſtinuiſſe, *& nec ius carnium*, inquit, *præter infirmos, omninoque debiles ſumebant in cibum.* Poſtea tamen id vſurpatum Pontificis diſpenſatione. Qua de re poſteris documentum relinqui placuit, quod monachi illi *Capitulum* dixere *neceſſariò ſciendum* de Ludouico videlicet Pio Caroli Magni filio: *Quod Monachis in ciuitatibus & in matricularibus eccleſiarum locis conſiſtentibus, qui cum maximo labore & ſtudio diuinum ſeruitium toto anni tempore peragũt, obtinuerit apud Papam ſui temporis Gregorium, ſaginatis vti cibis.* Ita Browerus.

Laym. l. 4. tract. 8. c. 1. num. 5. Serar. Not. in epiſt. 142. S. Bonifac. Tho. à Ieſu in Regul. Carm. c. 12. dub. 2. *Confirmatur.* Cap. de conſecrat. diſt. 5. *Ex vſu Benedictinorum.* Trith. l. 1. vit. Raban. *Quando inde cœptum diſpenſari.* Antiq. Foldenſ. lib. 2. c. 16.

Conſuetudinem autem illam Cluniacenſium, cuius Hoſtienſis meminit, expreſſam inuenimus in ſtatutis S. Petri Venerabilis, in quibus habetur: *ſtatutum eſt, vt vniuerſi fratres Cluniacenſes, omni ſextâ feriâ, præter natiuitatem Domini, ſi eadem die occurrerit ab adipe abſtineant.* Solebant autem, vt ibidem dicitur, adipe legumina ſua infundere, & eo frixa diuerſa fercula comedere. Et infrà. *Statutum eſt, vt omni die aduentus Domini, exceptâ primâ dominicâ, ab adipe, qui in duodecim lectionum feſtis in vſu eſſe ſolebat, omnes abſtineant.* Sed & ante eum Lanfrancus ſtatuit, *vt Dominicâ primâ Septuageſimæ fratres*

Cluniacenſes adipe vſi. Stat Petr. Clun. art. 10. Art. 15. Lanfr. ſtatut. c. 1. §. 3.

Monachi Anglicani.

fratres adipem comedant, deinceps vſque ad Paſcha abſtineant. Itemque: *In Dominicis aduentus, & feſtis quibus duodecim lectiones faciunt, adipem camedant.* Præceſſerat S. Dunſtanus, cuius hæc verba: *In aduentu Domini pinguedo interdicitur, ſcilicet lardi, niſi feſtiuis diebus. In ſeptuageſima verò pinguedo intermittatur vſque in quinquageſimam.* S. Petrus Damiani de ſuæ Congregationis inſtitutis agens, inſinuat ſuillæ carnis adipem in vſu fuiſſe: nam de ijs, qui arctiori viuendi genere ſe obſtrinxerunt, ait, aliquos eſſe, *qui ouis, lacte ſimul & caſeo, ſuinâ quoque pinguedine* B *non veſcantur.* Regula Solitariorum: *In his regionibus vbi defuerit oleum, ſi neceſſitas expoſcerit, adipe vtantur interdum.* Rupertus Tuitienſis, reſpondens Clericis regularibus hoc nomine ſe Monachis præferentibus, quòd adipis vſum ſponte proiecisſent, ait: *Hoc neque illis augere, neque his minuere altitudinem meriti, Eccleſiæ namque Dominus claues regni cælorum in B. Petro tradidit. Eccleſia autem tantam poteſtatem habens generali Synodo Monachis (quoniam olei copiam non haberent) non carnes, ſed carnibus cognatum indulſit* C *adipem.*

Dunſtan. in ſtat.

Opuſc. 15. cap. 14. S. Petri Damiani.

Reg. Solit. cap 44. Item Germani.

Rupert. lib. 4. in Reg. S. Bened. cap. 11.

Sed non Paderbornenſes.

Auct. vit. apud Brovver, inter ſidera German.

Rigidioris obſeruantiæ fuere Monachi Paderbornenſes, quantumuis ex Cluniacenſium familia exiſterent, vt patet ex facto Meinwerci Epiſcopi, quod ad illuſtrandam hanc diſquiſitionem adſcribere viſum. Quodam tempore officinas Monaſterij ſui noui, more ſolito circumiens, fratribus ad capitulum conſidentibus, coquinã intrauit, & ſeruis fortuitò vacantem inueniens, inuento fruſto panis, in ollas igni appoſitas truſit, nullius autem pinguedinis vel ad- D mixtionis ſpeciem præter aquam & cibum animaduertens ſimplicem, tẽpore coquendi, Conuentum intrauit, & cauſatus filiorum ſuorum, & fratrum aridum cibum, quem in coquina vidiſſet & feciſſet, retulit: Abbate autem ob virtutum cuſtodiam ſeruandam aſſerente parcimoniam: reſpondit Venerabilis epiſcopus, vt ſi ipſe religioſus eſſet, vel videri vellet, circa vitam propriam ſeuerus, erga ſubditorũ benignus exiſteret, Euangelicis & Apoſtolicis documẽtis propoſitis, quomodo laborans agricola, mer- E cede operis ſui dignus eſſet. Et, data auctoritate, quomodo Dominus Eccleſiæ claues B. Petro Apoſtolo tradiderit, & Eccleſia tantam habens poteſtatem generali Synodo, Monachis, quoniam olei copiam non haberent, non carnium, quadrupedum eſum, *ſed carnibus cognatum adipem indulſerit*; aduocatis villicis, porcos dari mandauit, de quorum ſagimine & pinguedine, cibum fratrum parari mandauit. Probare autem volens Epiſcopus diſpoſitionis ſuæ obſeruantiam, quadam die indutus cappâ laicali, coquinam iterum fratrum intrauit, & quaſi

Qui ab Epiſcopo rogati, non acquieſcunt.

Licet is porcos eorum vſibus aſſignet.

A aduena ignotus, de ſcitu, habitu monaſticæ conuerſationis, clauſtralis religionis, quotidianæ refectionis, curioſè quæritans; beatam vitam, quantum ad Deum inibi duci; miſeram verò, quantum ad corporis indigentiæ vſum, agi, à coquo audiuit. Vnde feſtinus ad cubiculum rediens, Abbatem aduocari velociter mandauit, & de ſegni diſpoſitionum ſuarum executione eum arguit, incuſans; nouem pernas optimas ſecum ad clauſtrum deferri mandauit. Hæc ibi.

REFECTORIVM.

B Inquirens verò Browerus, quænam hæc Eccleſiæ Synodus, quæ ſaginiminis vſum indulſerit, ait, ſe haud facilè id explicare: Laudari ſolet Capitulum *Presbyter*, in quo *vini & ſaginimis, ouorum, & caſei vſus pœnitenti indulgetur.* Id caput, quia Gloſſa meminit, ex Gangrenſi Concilio depromptum fortè ob hanc cauſſam vſus ſaginiminis, eadem hinc operâ cenſetur ſtabiliri. Ita ille.

Quæ Synodus adipis vſum Monachis indulſerit.

Brovv. not. in hanc vit. num. 45.

Mihi autem minimè dubium eſt, Meinwercum & Rupertum reſpexiſſe Concilium Aquiſgranenſe, anno 817. in quo ita C habetur: *Vt fratres aliquid pinguedinis in victu quotidiano habeant, exceptâ ſextâ feriâ, & diebus octo ante natale Domini, & à quinquageſima vſque ad paſcha.* Atque ex hac huius Synodi indulgentiâ crediderim morem illum à Dunſtano & Lanfranco commemoratum, & à Cluniacenſibus vſitatum profluxiſſe, atque ita paſſim obtinuiſſe. Neque enim credibile eſt, abſque ſufficienti auctoritate id viros ſanctos permiſiſſe.

Aquiſgranenſis, anno 817. celebrata.

Concil Aquiſg. can. 77.

Bilem verò mouit Synodalis hæc conſtitutio Guidoni Iuuenali, qui ſexcentis & D amplius poſt eam annis acerbo calamo eam ita perſtrinxit: vt mihi perſuadeam compellit quoddam Cõcilium Aquiſgranis celebratum nõ generale, ſed particulare quorundam Prelatorum. In quo neſcio qui Abbates congregati, neſcio quo ſpiritu, ſtatuerunt præmaturo (ne dicam maturo) conſilio, vt Monachi vterentur oleo lardino. Egregium ſcilicet ſtatutum multiſque prædicandum ſæculis. Sed lardini quod decretum facere poſſunt, niſi lardinum? ex abundantia cordis os loquitur, & viuendi E mores lingua tacere non potuit. Vtinam dormiuiſſent in ſtratis ſuis, cùm talia protulerunt, & ſuis vanis decretis Ordini tam præclaro notam inurere non erubuerunt! Ita ille. Sed nimio zelo, nec ſecũdùm ſcientiam, abripi ſe vir bonus paſſus eſt, & credere debuit non defuiſſe cauſſas rationabiles, cur ita Patres iſti conſtituerint, olei ſcilicet aut butyri defectum, vel eam tum fuiſſe conſuetudinem, vt difficile admodum videretur, eam tolli poſſe.

Guid Iuu. Reform. Monaſt. vindict. lib. 1. cap. 11.

Quam indiſcretè quidã ideò vellicat.

Ceterùm, quod Hoſtienſis ſuprà dixit, Ciſtertienſes à ſagimine abſtinuiſſe, cõſtat ex ſtatutis in generali Capitulo anni 1134.

Ciſtertienſes olim non edebãt adipem.

quæ

REFECTORIVM. Cap. 24. apud Manriq. tom. 1. Annal Ciſterc. Cæſar. l. 6. cap. 3. Ibid. cap. 4.

quæ ſic habent: *Infra Monaſterium nullus ſagimine, & carne veſcatur, niſi omninò infirmi, & artifices conducti.* Praxim confirmaot exempla à Cæſario commemorata de Hermanno Abbate Hemmeorodeoſi, & Daniele Priore eiuſdem loci. Quibus autem ſagimiois vſus vetitus, eiſdem ius carnium, & legumina cum carnibus ſimul cocta arbitror interdicta.

DISQVISITIO V.

Quanti ipſa S Patris BENEDICTI *de abſtinentiâ à carnibus conſtitutio facienda?*

Maihevv cap. 1. *Quedum cenſet non eſſe veros Benedictinos, qui carnes comedunt.*

IVVERIT, oi fallor, hoc loco aliorum ſcoſu, Legiſlatoris noſtri prohibitionem expendere, vt piam hanc obſeruantiam, quà licet foueamus. Et quidem Edouardus Maihew in MS. tractatn *de abſtinentia à carnibus iuxta Regulam* S. BENEDICTI, tanti ponderis hoc Legiſlatoris noſtri præceptum arbitratus eſt, vt ſcripſerit, verè & propriè S. P. N. BENEDICTI filium oon eſſe, qui accideotale aliquod alicuius pooderis illius Regulæ ex instituto oon ſeruat, ſed ad maiorem libertatem deflectit. Rem autem eiuſmodi magoi ponderis oos æſtimamus meritò inter plura alia ab ipſo præſcripta præceptum ipſius de abſtineotia à caroibus extra caſus à Regula permiſſos. Idque confirmat hac ratione: Omnes omoioo Religioſorum Ordines eundem fioem vltimum ſibi propoſitum habent, tam io hac, quàm io altera vita, perfectam ſcilicet cum Deo per charitatem vniooem, & perpetuam deinde eiuſdem fruitionem. Ex hoc igitur capite nolla ioter religiones diſtinctio: ſed oeque per media eſſentialia, quibus ad propoſitum finem teoduot, inter ſe differunt. Omnes oamque eadem media eſſentialia, nimirom tria vota, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ amplectuntur. Differentia ergo inter Religioſos ex accideotalibus qoibuſdam oritur, per quæ ad finem generalem omnibus Religioſis commuoem cootenduot. Huiuſmodi autem media ſunt dioerſi modi exercendi diuerſas virtutes, & varias mortificatiooes, tam aoimæ quàm corporis: quales ſuot abſtineotiæ, ieiunia, vigiliæ, &c. Ratiooe quarum differentiarum ſancta Dei Eccleſia mirâ religioſorum ordinum ornatur varietate. Ex quibus clariſſimum videtur, oon eum tantùm, qui eſſeotialia ſua Ordinis tranſgreditur, verùm illum, qui accideotale aliquod alicuius momeoti præuaricatur, verè & propriè illins Ordiois noo eſſe. Hioc enim eſt quòd ſi Carthuſiani abſtinentiam à carnibus, ſiue ſilêntium; ſiue Minimi abſtinentiam ab

Probat ex eodem fine omnium Ordinum religioſorum.

Qui differunt tantum accidentaliter.

Qui accidentale omittit, deflectit à ſui inſtituti perfectione.

A ouis & lacticioijs ex inſtituto ſuo abijcerent, verè & propriè Carthuſiaoi & Minimi iuxta ſtatuta ſua, & regulas fuodatorum ſuorum noo eſſent. Atque idem de Benedictinis, alijſque Religioſis aſſerendum: Et ooſtro, inquit, iudicio ſatius & melius foret, vt qui liberiùs viuere copit quàm Regula Benedictina permittit, alium ordinem laxiorem ſibi eligeret, quàm ſi ſub Beoedictino nomioe alterius, imò nullius Ordinis inſtituta ſequeretur. Ita ille.

Iudicium de hâc ſententiâ.

B Cuius ſeoteotiam ad rigidiorem ſtateram forſitan examioaotes noo prorſus probauerint. Nobis tamen non omittenda videbatur, quod vix dici poſſit, quæoam ſit differeotia, quæ religioſum per tria eſſeotialia vota in commuoi Religioſorum genere cooſtitutum, ad hanc vel illam religioois ſpeciem contrahat, oiſi id aliquid ex accidentalibus eſſe dicamus. In eſſentialibus enim omoes, vt dictum, conueniuot.

Bleſ. ſerm. 50. ad Monach. *Vitu Monaſtica in tribus maximè conſiſtit.*

Atque ita ſerè ante aliquot ſæcula ra- C tiocinari viſus eſt Petrus Bleſenſis; nam Cœoobiticam vitam dicens ab Apoſtolis inſtitutam, in tribus maximis cooſiſtere, in communi dilectiooe fraterna, io communi ſubſtantia, io communi obedieotia. Hæc tria caput ſunt Monaſticæ religioois. *Damnus autem* BENEDICTVS *huic capiti quadam ſupererogauit, ornamenta, vel, vt veriùs dicam, circa ſterilem ficulneam fodit, vt fructum ferret, & ſtercora appoſuit, vt plus ferret; de ariditate ſcilicet ciborum, de vilitate veſtium, de humilitate lectarum, de temporibus ieiuniarum, de cuſtodia labiarum, de exercitia* D *laborum, de diſtinctionibus orationum.* Cenſet ergo has obſeruantias veluti notas & characteres eſſe Benedictiniſmi, & per eas verum conſtitui Benedictinum. Vnde alibi ait: *Character Ordinis tui eſt, mediocritas in victu, veſtitu, habitu, inceſſu, tonſura, in pſallenda & eiuſmodi. Non extenues* igitur *ſaliditatem, neque emollias Ordinis rigorem, vt tanquam priuilegiatus velis edere lautiùs, bibere ſapidiùs, cubare molliùs, laqui licentiùs, vigilare parciùs, arare tenuius. Hunc enim* E *Ordinis rigorem quaſi iureiuranda profeſſianis ſancitum quadam vitia latenter emolliunt,* inter quæ recenſet, abſentare ſe à communi fratrum menſa, *& cùm ſub obtentu bona hac ſe facere praponat, verior tamen cauſſa, quoniam alera clauſtri ſemicocta faſtidit, & inuncta, & vinum aquâ mixtum, ſilentium, ſeſſionem in clauſtro carcerem reputans.* Hactenus ille.

Quibus quædam addita.

Idem ſerm. 31. *Quæ omiſſa Ordinis propria.*

Idem ſerm. 50.

Sed & alij in hoc ſenſu fuiſſe videntur, vt ſanos carnibus veſceotes à Benedictino grege excluderent. Nam Petrus Cluniacenſis ſic ſcribit: *Aut ergo nega* S. BENEDICTVM *patrem tuum, & comede carnes tuas:*

Iudicia aliorum ſuper creophagia Benedictinorum.

Petr. Ven. lib. 6. epiſt. 15.

aut

aut confitere, & abſtine à carnibus non tuis. Dico eas non tuas, ſi Monachus & ſanus es. Polydorus Vergilius falsè ſubſannat, qui creophagiam admittunt: *Benedictini*, ait, *à carnibus perpetuò ſe abſtinent, niſi cùm ægrotare cœperint. Vnde Monachi, qui hodie continenter carnibus veſcuntur, quorum numerus vbique gentium extra Italiam, ingentiſſimus eſt, perpetuò ægrotent neceſſe eſt, niſi velint impudenter fateri, ſe contra ſuas leges facere.* Sed & Cardinalis à Vitriaco, Ordinis noſtri à primæuo vigore collapſi ruinam deplorans, inter ceteras cauſſas etiam illam inſinuat, quòd priſtinam abſtinentiam relaxauerint. Atque in eos torquet illud Iſaiæ: *Vocauit Dominus ad fletum & ad planctum, & ad caluitium, & cingulum ſacci, & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, & idcirco facti ſunt hodie contemptibiles Deo & hominibus odibiles.*

Polyd lib. 7. de inuēt. rerum c. 2.

Ordinis ruina illi tributa.

Vitri. Hiſt. occident. lib. 2. c. 10.

Iſaiæ 22.

Contra verò cōtinuum Carthuſiani Ordinis in priſtino ſtatu vigorem non dubitauit Richardus Hallus eò referre, quòd ne quidem in neceſſitate carnes comedant. Nam ſi in aliquibus caſibus diſpenſatio admitteretur, id eis ſenſim accideret quod in alijs Ordinibus, maximè Benedictinorum factum eſt, vbi cùm primùm liceret in infirmarijs comedere carnes, poſtea ad ipſum refectorium commune poteſtas hæc translata fuit, non ſine graui incommodo totius Religionis Monaſticæ. Sic ille.

Carthuſiãſium vigor ob eam reiectam.

Richard. l. 3. de conſcient. c. 46.

Et horum quidem non eo fine adduxi teſtimonia, quaſi aſſerere velim, carnibus ex Diſpenſatione vel conſuetudine vtentes non eſſe verè & propriè Benedictinos; ſed eò dumtaxat, vt oſtenderē quanti hunc Regulæ articulum prædicti auctores fecerint: quorum rationes alijs expendendas lubens relinquo.

Quo fine hæc adferuntur.

DISQVISITIO VI.

Quo loco olim habita inter Benedictinos fuerit abſtinentia à Carnibus?

NON inter minima habitam hanc abſtinentiam, ex pluribus capitibus poteſt comprobari.

I. PRIMÒ enim, quotquot ferè inſigni pietatis & ſanctitatis laude floruerunt Monaſteria, in hac obſeruantia fuiſſe memorantur, vel ab ea commendantur. Fuldenſium ſanè & Hirſaugienſium laudabilis vigor hoc nomine non ſemel Trithemij noſtri præconium meruit. Caſſinenſes olim ſub Theodemaro Abbate, cùm non niſi in Paſchate & Natiuitate Domini volatilium carnes admitterent, plurimi tamen eorum ab ijs abſtinebant, vt in eiuſdem habetur epiſtola. Quibus verò cibis ante ſexcentos & ampliùs annos Floriacenſes in Gallia vſi

Monaſteria celebriora carnibus abſtinuerunt.

Trithem. Chron. Hirſaug.

Poſt Chro. Caſſin.

A ſint, liquidò patet ex vetuſtis eiuſdem Monaſterij Conſuetudinibus. Quæ dum Monachorum recenſent fercula, *oua, legumina, & piſces* perpetuò commemorant. Idem alia paſſim Monaſteria laudabiliter præſtiterunt, vt minimè operæ pretium ſit, prolixum hîc eorundem texere catalogum. Nec pauca hæc adduxi, quaſi ceteris hæc obſeruantia defuiſſet, ſed quod in memoriam & calamum primò influxerint.

REFECTORIVM.

Deficiente autem hac obſeruantiâ, tota regularis diſciplina relaxata fuit. Teſtatur B id, & Angliæ ſuæ accidiſſe deplorat Edouardus Mathew: tantum, inquit, abeſt, vt ſtricta obſeruantia Regulæ S. BENEDICTI cum ieiunijs & abſtinentia à carnibus eruditioni obſit, vt etiam eidem proſit. Ex his enim quæ in hac tabula commemorata ſunt, eſt manifeſtum Ordinem S. BENEDICTI nunquam plures præclaros, & eruditione celebres viros in Anglia peperiſſe, quàm cùm in eo floruit ſtricta illa Regulæ obſeruantia. Quàm primùm verò ab ea receſſerunt, & ad libertatem declinauerunt ma- C iores noſtri, vnà cum obſeruantia Regulæ perijt etiam omnis ferè eruditio, ſanctitas, dignitas, honor. Quod etiam in Monaſterijs Fuldenſi, Hirſaugienſi in Germania, Cluniacenſi & Floriacenſi in Gallijs, & alijs plurimis contigiſſe, facillimum eſt demonſtrare.

Math. in Troph. Angl. ad calcem tab. 3.

Obſeruantiâ hac deficiente, regularis diſciplina relaxata fuit.

SECVNDÒ. Tanti hanc abſtinentiam Ordinis noſtri ſancti, & Epiſcopi nonnulli fecerūt, vt ne in Epiſcopatu quidem eam deſeruerint. Laudatur hoc nomine S. Guilielmus ex Monacho Ciſtercienſi Archiepi- D ſcopus Bituricenſis, qui ab eo tempore, quo relicto ſæculo, monaſticum vitæ genus amplexus eſt, *nunquam carnibus veſci voluit:* licet ob gratiam hoſpitum, tam ex aucupio, quàm venatione apparata fercula iuberet menſæ ſuæ inferri, cùm id ratio poſtularet. Sanctus Elphegus, Malmesburienſi, & Osberno teſtibus, carnibus nunquam niſi æger indulſit: Et qui eundem in Epiſcopatu præceſſit S. Ethelwoldus, Abendoniæ primò monachus, & Abbas, deinde Wintonienſis epiſcopus, & ſi permoleſtis E afficeretur doloribus, nunquam tamen carnibus veſci voluit, niſi ſemel grauiſſimo compulſus morbo, idque iubente B. Dunſtano Archiepiſcopo, & rurſus in ea infirmitate quâ diſceſſit. Ita vitæ auctor.

II.

Benedictini Epiſcopi ab hac obſeruantiâ clari.

Sur. in vit. 10. Ianuar.

Sur. in vit. 1. Auguſti.

Sed quid mirum eſt, tam accuratè hunc Regulæ illud præceptum ſeruaſſe, cùm ipſe vnà cum S. Dunſtano Archiepiſcopo, & Oſwaldo epiſcopo egregiam nauauerit operam, vt Benedictina Religio ſæuis Danorum perſecutionibus pænè exſtincta in integrum reſtauraretur. Nam in Concordia regulari Monachorum, Sanctimonialiumque

Quoniam in Anglia pro abſtinentia carnium laborarint.

Præfat. ad ſtat Dunſt.

REFECTORIVM.

liumque Angliçæ nationis, in Wintonienſi Concilio edita, *legitimum vatum Domino noſtro Ieſu Chriſto vouerunt, pactoque ſpiritnali confirmauerunt ſe vitâ comite, iugo Regulæ deditas, has adnotatas morum conſuetudines communi palam cuſtodire conuerſatione.* Poſtea autem ſubijciunt: *victum cum pondere, menſura & numero, veſtitum, ieiunium, abſtinentiam, vigiliam, taciturnitatem, obedientiæ bonum & cetera quæque, quæ Patroni noſtri* BENEDICTI *traditione voluntariè ſuſcepimus.* &c.

Verùm vt quæ de abſtinentia à carnibus in Anglicana Eccleſia olim conſtituta ſunt, hìc conſequenter exhibeamus, tranſcribenda ſunt quæ de ijs Edouardus Maihew iam pridem annotauit: Accedamus, inquit, ad poſteriora ſæcula, in quibus capitula generalia à noſtris prædeceſſoribus celebrata ſuot. In horum enim antiquiſſimo, cuius memoria exſtat, eadem obſeruantia io particulari quantum ad abſtinentiam à carnibus decreta & ſtabilita eſt. Imò idem decretum auctoritate ſedis Apoſtolicæ & Conciliorum prouincialium totius Angliæ, quæ illis præſidentibus celebrata ſuot, confirmatum. Demonſtrari iſta poterunt ex Coocilio Loodinenſi, io qno præſidente Ottone Cardinale, Gregorij IX. ſummi Pontificis Legato à latere, anno Chriſti 1237. pro reformatione Ordinis S.BENEDICTI, hoc modo cooſtitutum eſt: *Audiuimus & lætati ſumus, quòd religioſi viri Abbates Ordinis* S.BENEDICTI *per Angliam conſtituti, conuenientes in vnum nuper in Concilio ſuo generali tanquam filij iuxta ſermonem propheticum ad ſuos terminos reuertentes, proinde ſtatuerunt, vt de cetero ſecundum* S.BENEDICTI *Regulam ab eſu carnium debeant abſtinere, exceptis debilibus & infirmis, quibus debet ſecundum eiuſdem Regulæ continentiam in infirmitorio prouideri. Quod vtique approbantes ſtatuimus inuiolabiliter obſeruari.* Hæc ipſe in Coocilio Londinenſi. Præterea ſequenti anno 1238. idem D.Legatus Otto (vt ſcribit Matthæus Paris) omnes Abbates Angliæ nigri Ordinis auctoritate Domini Papæ citauit, vt coram eo apparerent Londini in Eccleſia S.Martini, de Ordine Monaſtico reformando tractaturi. Inter plurima verò & iſta habet: *Ad hæc cùm eſus carnium ſit Monachis nigri Ordinis per Regulam* S.BENEDICTI, *ac ſtatutum noſtrum, nec non & Abbatum præſidentium generali capitulo interdictus, vt Monachos, qui conſueuerunt veſci carnibus per abuſum, tollatur occaſio & materia murmurandi, præcipimus Abbatibus & Prioribus, vt loca illins cibi illis vetiti ſtudeant, & procurent iuxta facultatem domus cibum alium competentem miniſtrari.* Anno denique Chriſti 1266. à Clemente IV. ſummo Pontifice miſſus eſt in Angliam Othobonus S.Hadriani Diaconus Cardinalis, qui anno Chriſti 1268. Londini conuocato Concilio, plurima pro reformatione Eccleſiæ Anglicanæ & monaſtici Ordinis egregiè inſtituit. Quæ quidem omnia vnà cum Conſtitutionibus Angliæ impreſſa exſtant. Inter alia autem Legatus iſte, quæ ſuprà recitauimus ab Othone priùs conſtituta, confirmauit, & inſuper vt ea exactiùs obſeruentur, hoc decretum adiunxit: *Nos autem adijciendo firmiter & diſtrictè præcipimus, & inhibemus, vt Abbates & Priores Abbates proprios non habentes. Abbatiſſa ſeu Prioriſſæ Ordinis* S.BENEDICTI *contra eſum carnium diligenter & ſollicitè inquirant, vt eos quos inuenerint in hoc delinquentes, grauiter puniant delicti & delinquentium circumſtantias attendētes. Epiſcopi quoq; cùm ſubiecta Monaſteria viſitant, de eiuſmodi eſu carnium ſubtiliter inquirant, & puniāt illos, quos pœnâ inuenerint indigere. Alioquin præter indignationis & maledictionis æternæ acerbitatem, donec id fecerint ſint ſuſpenſi.*

Math tract. MS. de abſtin. à carnib. c. 2. In Capitulis.

In Concilio Londinenſi, anno 1237.

Tom. 3. Conc. p. 2.

Item anno 1238.

Quid in eadem conſ. ſa decretum ab Othobono Cardinale.

Et pœna in prævaricantes conſtituta.

III. TERTIÒ. Zelus Sanctorum & acris Superiorum reprehenſio aduerſus tranſgreſſores regularis præcepti de abſtioentia à carnibus ſatis arguit, quo loco hanc S.BENEDICTI conſtitutiooem habuerint. Atque vt in ore duorū aut trium teſtium ſtet hoc verbum, Primò, occurrit qui abhinc ſexcentis annis vixit, Cardinalis Vindocinenſis, ita ſcribens: *Gaffridus Vindocinenſis monaſterij ſeruus, Guillelmo Priori de Caſtella, & fratribus qui cum eo ſunt, obſeruare Regulam, & regulæ irritamenta declinare. Peruenit ad aures noſtras de vobis irreligioſa & inordinata prorſus opinio: dictum eſt enim quòd contra Regulam, quam Deo & ſanctis eius vos obſeruaturos promiſiſtis, carnes ſolemniter & generaliter manducatis. Vnde ſi ita eſt, imò quoniam ita eſſe credimus, veſtræ intemperantiæ vehementer condolemus, & ne vlterius fiat, Regulæ vobis auctoritate prohibemus. Carnis comeſtio ſicut Monachis pro corporis infirmitate conceditur; ita eis in carnis voluptate negatur. Infirmi etiamſi à carne penitus abſtineant, non propter hoc Regulam violarent* Ita ille. Secundus ſit S.Petrus Venerabilis, qui multò acerbiùs in tranſgreſſores inuehitur, qui paſſim omnibus diebus Eccleſiæ præcepto noo interdictis carnes manducabant. Atque inter cetera ait: *O quineumque es talium conuiuiorum carnifex, hoccine eſt quod Monachum profitens Deo vouiſti? hoccine eſt Regula ſecundum quam te viuere ſpopondiſti? videamus, videamus ipſa Regula in mediū adducatur, & vtrum profitens quod de carnibus profitetur teneat, agnoſcatur. Carnium quadrupedum, inquit, omnino ab omnibus abſtineatur comeſtio præter omnino debiles & ægrotos. Et in alio loco. Carnium eſus infirmis quoties expedit offeratur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. Quid dicis, Monachus ſum? & ò vtinam! Si ergo Monachus es, vbi eſt hoc quod profeſſus es? profeſſus es certè obedientiam ſecundum Regulam* S.BENEDICTI.

Sancti acriter in creophagos Monachos inuecti.

Goffrid. lib. 4. epiſt. 42. Primò, Goffridus Vindocinenſis.

Secundò, S. Petrus Abbas Cluniacenſis. Petr. Ven. lib. 6. epiſt. 15.

Hæc

Hæc ſunt autem de hoc capitulo verba Regulæ, quæ audiſti. Quid igitur præuaricaris? Quid Deo mentiris? Quid te ipſum fallis? verba tua te condemnant, de ore tuo vt ſeruum nequam te iudicant, chirographum quod ſcripſiſti homines ſeruant, Angeli retinent, proponendum tibi in die magni iudicij Dei ante tribunal ſummi & veri iudicis Ieſu Chriſti: proponẽdum, inquam, & legendum, ſiue ad vitam, ſiue ad mortem. Soluit deinde obiectionem quam monere potuiſſent. *Et ne tibi,* inquit, *incurrere liceat ad id quod ſoles, vt dicas, & hoc capitulum ſicut & alia quædam à ſanctis quibuſdam Patribus certâ ratione mutatum. Reſpondeo; aliter eſt. Si enim de Nouitiis ſuſcipiendis, ſi de opere manuum, ſi de veſtibus & quibuſdam ſimilibus, à bonis patribus poſt* S. BENEDICTVM *mutatum eſt: non dubiâ, ſed certâ & rationabili cauſſâ factum eſt. At huius capituli præuaricatio, quâ ratione excuſabitur? Quâ cauſſâ ſoſpes & integris viribus Monachus carnibus vtens, reus non eſſe monſtrabitur?* Hæc ille, & plura in eundem ſenſum.

Soluit obiectionem aliquorum.

Tertiò, S. Bernardus.

Tertius teſtis accedat S. Bernardus, qui reprehendens morem quemdam Cluniacenſium, qui ſani & validi in valetudinarium ſe quibuſdam recreationum diebus recipiebant, vt ibidem carnes comederẽt, ita ait: *Ridiculum verò (ſi tamen verum eſt) quod relatum eſt mihi à pluribus, qui hac ſe pro certo ſcire dicebant, reticendum eſſe non arbitror. Aiunt enim incolumes & validos iuuenes conuentum ſolere deſerere, in domo ſe infirmorum, qui non ſunt infirmi collocare, carnium eſu (qui vix ægrotis dumtaxat & omnino debilibus ex Regulæ diſcretione pro virium reparatione conceditur) non quidem corporis infirmantis ruinas reficere pro incommodo, ſed carnis luxuriantis curam perficere in deſiderio. Rogo quæ eſt hæc ſecuritas inter frendentium vndique hoſtium fulgurantes haſtas, & circumuolantia ſpicula, tanquam finito iam bello, & triumphato aduerſario proiicere arma; & aut prandiis incubare longioribus, aut nudum molli volutari in lectulo? Quid hoc ignaniæ eſt, ô boni milites? ſociis in ſanguine & cæde verſantibus, vos aut cibos diligitis delicatos, aut ſomnos capitis matutinos?* Hæc Bernardus.

Bern. Apolog. ad Guil. Abb.

DISQVISITIO VII.

Quæ Benedictinarum Congregationum de eſu Carnium decreta?

NON agam hîc de Congregationibus illis ſub Regulâ S. BENEDICTI militantibus, quæ mutato habitu nouorum Ordinum nomina ſunt ſortitæ: quamuis eas viri docti vnius S. BENEDICTI Ordinis diſtincta membra, ſiue Congregationes cenſuerint vocandas. Pleræque enim in exordio hanc abſtinentiam ſectatæ ſunt, ſuiſque conſtitutionibus præſcripſere, vt Camaldulenſes, Ciſtertienſes, Vallisumbroſani, Cæleſtini, & alij. De Ciſtertienſibus ſanè ex definitionibus Ordinis ait Ioannes Craesbeeck: legem abſtinendi à carnibus etiam Ordinis noſtri patres confirmauerunt, tamque irrefragabiliter teneri mandauerunt, vt eam latâ ſententiâ excommunicationis ſanxiuerint. Cæleſtini verò ſic olim decreuerunt: *Nulli omnino permittimus eſum carnium exceptis ægrotis. Contrafacientes pro qualibet vice tribus diebus in capitulo recipiant diſciplinam ad vnum miſerere: quibus etiam diebus ieiunent in pane & aqua.* De aliis verò longiori non opus probatione, cùm potior cauſſa nouum inſtituendi Ordinem illis fuerit, quod accuratam regularis vitæ obſeruantiam, priſtinumq; Regulæ vigorem iam pridem collapſum vellent poſtliminio reſtituere. De ijs igitur tantùm agemus Congregationibus, quæ nigro retento habitu, relaxatam Ordinis diſciplinam in priſtinum ſtatum reuocare conatæ ſunt: nec de omnibus tamen, ſed ijs dumtaxat quæ celebriores, hodieque aut integræ, aut magnâ ex parte ſubſiſtunt.

Benedictinæ congregationes initio carnibus abſtinuerunt

REFECTORIVM.

Dist. 13. c. 2.

Stat. Cæleſt. l. 2. c. 5.

Initium ſumo à celeberrimâ Congregatione Cluniacenſi, *quæ in eccleſiæ paradiſo* (vt Gregorius IX. loquitur) *dextera Dei plantata, à mari vſque ad mare protenſis palmitibus gratos flores, & vberes fructus produxit honeſtatis.* Hæc autem Congregatio, quàm Regulæ tenax in ipſo ſuo flore fuerit, * alibi dictum, & rigidè à carnibus abſtinuiſſe ipſa S. Odonis, totius reformationis auctoris vita declarat, in quâ diuinitus puniti leguntur huius legis tranſgreſſores, & ad obſeruantiæ commendationem miracula quædam facta. S. verò Petrus Venerabilis etiam carnibus veſcentes Monachos redarguit, tanquam à S. Odonis inſtitutis deuiantes: *Veniat,* inquit, *poſt Magnum* BENEDICTVM *& eius diſcipulum Maurum, ſummus Ordinis Monaſtici in Galliis reparator, præcipuus Regulæ reformator, Odo: Odo, inquam, primus Cluniacenſis Ordinis Pater, qui emortuum iam & penè vbique ſepultum Monaſtici propoſiti feruorem reſuſcitare ſummo conamine aggreſſus eſt. In cunctis penè Europæ noſtræ finibus, de monacho præter tonſuram & habitum nihil. Inſtitit ille diuino operi penè tunc ſolus, & Cluniaci prima iaciens fundamento, poſt huc illucque religionis ſemina, quamdiu adixit ſerere non ceſſauit. Ille ergo, ô frater, primus tuus Pater, quid de carnium capitulo ſenſit? quid dixit? Quid ſcripſit? conſule librum eius, relege verbo eius. Inuenies inter alia, quæ ad terrorem talium ſcripſerit.* Subdit deinde ter-

De Cluniacenſibus.

* l. 2. tr. 8. diſq. 9.

Qui à S. Odone inſtitui.

Petr. Vener. l. 6. ep. 15.

Et à carnibus docto abſtinere.

Kkkkk ribilem

REFEC-TORIVM.

ribilem punitionem in Monachum carnibus veſcentem factam. Deinde refert eum Floriacenſibus Monachis, qui cuncta mandendo moliebantur conſumere, vt ita ſaltem inuitis carnem eis edendam concederet, cuncta impendiſſe competentia, vt ab vno eos prohiberet. *A quo*, inquit, *vno? A carne vtiq; edenda. Hac eſt, inquam, vt dixi, ſi Cluniacenſis es, doctrina Patris tui.* Sed & idem Petrus in Statutis ſuis, cùm forte nonnulla circa hunc articulum irrepſiſſet corruptela, ita decreuit: *Statutum eſt, vt exceptis infirmis & omninò debilibus, carnibus nullus veſcatur.* Reddidit verò rationem decreti ſui: *Cauſſa*, inquit, *inſtituti huius fuit ipſa Regulæ auctoritas, in quâ hoc idem præcipitur: & ne ſanus & integris viribus Monachus carnem comedat, prohibetur. Inſuper etiam quia nulla rationabilis cauſſa mutandi huius capituli inueniri poterat, ſicut in quibuſdam aliis eiuſdem Regulæ olim mutatis capitulis à Patribus inuenta eſt.* Sub Hugone tamen 5. receptus videtur carniũ vſus, qui ſcandali metuens, ſic decernendum putauit: *Statuimus, ne quis carnibus veſcatur, niſi in domibus noſtris, & noſtri Ordinis, & diebus conſtitutis.* Solebant enim tum recreationis cauſsâ aliquot diebus infirmariam intrare, & ibidem etiam ſani & valentes carnes comedere, vt ex ſtatutis colligitur.

Petrus Venerabilis eandem abſtinentiam præſcripſit. Petr. in Stat. art. 12.

Quando ea relaxata. Stat. Hug. in Bibliot. Cluniac. pag 1461.

Sed paulò poſt Hugonis tempora Gregorius IX. pro reformatione Cluniacenſium bullam edidit, quâ hanc licentiam reuocauit. Ita enim habet: *Præcipimus etiam (iuxta quod in B.* BENEDICTI *Regula continetur) vt nullus Monachus in quouis loco vel domo Cluniacenſis Ordinis aut extra, niſi tantùm in infirmaria (vt prædictum eſt) carnes manducare præſumat: quod qui præſumpſerit, ſi clauſtralis fuerit, graui pænâ ſubdatur, vel ſi dignitatem vel adminiſtrationem habuerit, priuetur eadem.* Paulò antè verò decreuerat, vt in infirmariâ nullus comederet, niſi *propter infirmitatem, vel debilitatem* illuc fuiſſet deſtinatus. Nicolaus tamen IV. ad Cluniacenſes ſcribens, *Circa eſum*, inquit, *carnium, licentiam relinquimus diſpenſationi Abbatis, ſecundum indulgentiam Clementinæ.* Vnde poſteà paulò latiùs diſpenſatum fuit, vt in *Infirmariarum generalibus* (vt loquebantur) & aliis recreationibus conſuetis, extra refectorium carnes comederent.

Et à Gregorio IX. inſtaurata. Anno 1227.

Anno 1288.

Sed ad Caſſinenſem Congregationem conuertamur, quæ carnium vſum Regulæ contrarium ſentiens, ſtatuit prohibitionem de abſtinentiâ à carnibus etiam ſeruandam ab iis, qui in itinere ſunt conſtituti, ac deinde hæc ſubiungit: *Vnde vt honeſtas Religionis arctiùs conſeruetur, & nulla proximis propter hoc ſcandali præbeatur occaſio, ordinamus & arctiùs prohibemus, ne quis noſtræ congregationis, etiamſi hoſpes fuerit, extra ipſius congregationis Monaſterio carnes vllatenus manducare præſumat, ſine licentiâ prælati: neque etiam in locis, vel membris eis annexis, ceſſante legitimo infirmitatis impedimento: quæ fortè ei extra dicta monaſterio poſito ſuperuenerit, aut ſi cauſſa infirmitatis ad Balnea acceſſerit, cui pro ſui ſuſtentatione eo caſu carnes comedere, ſtando & redeundo de indulgentiâ ſingulari concedimus, quod tamen ita fiat, vt nemini ſcandalum præbeatur. Quam conſtitutionem ſi quis tranſgreſſus fuiſſe repertus, aut conuictus fuerit: quot vicibus carnes comederit, tot diebus ieiunet in pane & aqua, & inſuper ſtet per menſem degradatus.* Vt autem omnis auferretur occaſio carnes concupiſcendi, alio loco eiuſdem congregationis Patres ſtatuunt, vt hoſpitibus præterquam infirmis, debilibus, aut ex itinere fatigatis, in infirmitorio, aut alio loco ſeorſum eſus carnium non concedatur, iuxta conditionem perſonarum. Atque eadem mens eſt recentiorum Congregationum SS. Vitoni & Hydulphi in Lotharingiâ S. BENEDICTI, aliàs Cluniacenſis, & S. Mauri in Galliâ, item noſtræ in Belgio. Sed notandum Lotharingicas Conſtitutiones citata Caſſinenſium verba nõnihil reſtringere, intermittunt enim illũ de balneis caſum: hoſpitibus autẽ præterquã omnino infirmis carnibus interdicũt.

Caſſinenſiũ de abſtinentiâ à carnibus decreta.

In declarat. ad c. Reg. 39. n 3.

Ad c. Reg. 51. num. 7. *Etiam ad hoſpites reſtricta.*

B C

Sed in Germaniam tendamus, & quid Burſfeldenſis Reformatio de carnium eſu cenſuerit, inſpiciamus. In ſtatutis enim recenſet *legumina & olera, piſces: oua, lacticinia*, & cetera huiuſmodi, nulla carnium facta mentione. Contra quas anno 1512. tale decretum in annali Capitulo conſtitutum fuit: Ad aures venerabilium Dominorum Præſidentium grauis & enormis præcedente clamoſa inſinuatione crebrò querimonia deuoluta eſt ſuper eſu carniũ; cùm etiam ſecundùm Regulam & ſacros canones Abbatibus ſeu Monachis ſanis eſus carnium interdicatur, quare etiam omnem eſum carnium procul abiecimus. Nos Præſidentes, Definitores totumque Capitulum ſtatuimus, vt quicumque noſtræ obſeruantiæ profeſſus huiuſmodi tam laudabilis inſtitutionis trãſgreſſor fuerit, carnes ſcilicet comedendo, ſeu alicui perſonæ miniſtrando, aut comedẽtibus ſiue miniſtrantibus cõſentiendo, niſi & in quantum ſancta Regula permittit, ipſo facto tanquam ſuæ profeſſionis calumniator & tranſgreſſor iudicetur, ad arbitrium capituli ſine miſericordia puniendus. Anno autẽ 1521. de eodem articulo patres in Capitulo congregati agentes, citant bullam Pij II. qui hanc congregationem primo Pontificatus ſui anno approbauit, ac priuilegiis exornauit. Is autẽ à quibuſdam Monachis conſul-

Quid Burſfeldenſes de carnium eſu cenſuerint. Burſfeld. diſt. 3. c. 18.

D

Eum ſæpe prohibent.

E

tus

Digitized by Google

Anno 1459. Pius II. *Allegata ſententia Pij II.*

tus declarauit, non licere Religioſis Bene- A dictinis vti carnibus, his verbis: *Sanè certis refarmatis Ordinis* S. BENEDICTI *Monachis referentibus ad noſtrum peruenit auditum, quod iam diuturna altercatio etiam diſtrictionis & inconſtantia generatiua, circa eſum & abſtinentiam carnium inter aliquos habita ſit, quod ſalubre foret noſtra declarationis adminiculo ſubmoueri. Volentes igitur paci & quieti ipſorum Reformatorũ conſulere, & diſtractionis & euagationis materias amputare, attendenteſq; Regulam* S. BENEDICTI, *diſcretione præcipuam, decernimus & declaramus non licere Monachis* S. BENEDICTI, *ſubmiſſis obſeruantia Regulari ſine non ſubmiſſis, vti carnibus; niſi ſecundùm Regulam prætacti Ordinis, & cum ſuorum ſuperiorũ licentia, non per importunitatẽ extorta, ſed piâ conſideratione concedenda ſub hac moderationis & diſcretionis modeſtia.* Deinde ibidem citatur decretum Nicolai de Cuſa tituli S. Petri ad Vincula Cardinalis & Legati, quod ſic habet: *Carnium eſus ſub vniuerſis omni tempore & loco (caſu à Regulâ permiſſo dumtaxat excepto) ſtrictiſſimè interdictus.* Sequenti autem anno eadem confirmata ſunt. Anno C verò 1530. cum quidam ab hâc obſeruantiâ deſciuiſſent, in virtute Sanctę obedientiæ, & ſub pœnâ excommunicationis pręcipiunt à carnibus abſtineri. Quod quidem octo capitulis conſequentibus identidem ſancitum, & confirmatum fuit, tanti ſcilicet ad Regulæ obſeruantiam his pattibus viſa eſt à carnibus abſtinentia.

Et Cardinalis de Cuſa.

Et ſub pœnâ excommunicationis.

De Valliſoletanâ, quæ in Hiſpaniâ viget Congregatione, nihil hîc dicendum, quòd ob piſcium raritatem, congruam habeant diſpenſationem veſcendi carnibus omni- D bus (ni quadrageſima aliaque prohibitio obſtet) totius anni diebus, vt loquitur Antonius Perez, eiuſdem Congregationis aliquando Generalis. Eremitæ tamen Montiſſerrati ab ijs abſtinent, vt expreſſum in Conſtitutionibus Valliſoletanis.

Diſpenſatũ cum Valliſoletanis.

Perez ad cap. Reg. 39. Valliſ. cap. 122.

DISQVISITIO VIII.

Quid alij Ordines circa Carnium abſtinenteam ſtatuerint?

TANTI habita ſuit in Eccleſiâ Dei carnium abſtinentia, vt complures ſancti, etiamſi nulla monaſtica inſtituta ſuſcepiſſent, à carnibus ſibi temperandum duxerint. Quod ex hiſtoriis, quas breuitatis cauſsâ omitto, euidentiſſimum eſt. Porrò religioſi Ordines plerique carnibus abſtinuerunt, & vel latâ lege, vel inductâ conſuetudine earumdem abſtinẽtiam ſtabilierunt. Omiſſis illis, qui ſub S. BENEDICTI ſignis militant, ſolos ex iis Grandimontenſes in medium adduco, qui, referente Cardinale Vitriaco, Regulam & inſtituta Ciſtertienſium in omnibus pænè obſeruant, exceptoquòd *numquam carnes poſtquam profeſſionem fecerunt, de cetero licet eis manducare, quantacumque ægritudine prægrauentur.* Hos proximè ſequuntur Carthuſiani, qui tanto rigore carnium abſtinẽtiam amplexi ſunt, vt ne imminente quidem mortis periculo, earundem eſum permittant. Quare etiã in dubium reuocatum eſt hoc eorum ſtatutum, & non defuerũt, qui affirmarent illud irrationabile & crudele, atque ita teneri B Carthuſienſes non abſtinere à carnibus in articulo mortis quamuis ſcãdalum ſequeretur. Hanc ſentẽtiam amplexi ſunt [a] Martinus à Magiſtris, [b] Medina Complutenſis, & [c] Syluester. Sed eorum ſtatutũ ſiue conſuetudinem latè defendunt [d] Gerſon peculiari libro de abſtinentiâ Carthuſianorum, [e] Maior, [f] Arnoldus de villa noua, [g] Richardus Hallus, aliique plures Scholaſtici. Nec improbari poteſt, quia ab Eccleſiâ hoc ſtatutum fuit ſemper laudatum & approbatum, imò & fortè ratione huius ab- C ſtinentiæ, Carthuſianorum religio, vt ſtrictior & perfectior ab Eccleſiâ iudicatur.

I. *Grandimontenſes perpetuò carnibus abſtinent.*

REFECTORIVM. Vitriac l. 2. hiſt. occid. c. 15.

Item Carthuſienſes.

Quid de hu quidam ſenſerint.

a q. 2. de abſtinent. b C. de Ie. in. q. 4. ad vlt. arg. c V. iuramentum 4. § 10. d Alphab. 39. litt. C. e in 4. diſt. 38. q. 4. concl 5. f apud S. Anton 3. p. Sum. tit. 16. c. 6. § 5. g lib 1 de quin. conſcient. c. 47.

Secundò, Ordo Præmonſtratenſis ante centum triginta annos perpetuam à carnibus abſtinẽtiam ſeruabat, & ſi qui ab illâ deuiarant, inquit Seruatius Lairuelz, id non ſine conſcientiæ ſcrupulis faciebant; vt ſatis prodit diploma Pontificium, quo carnis eſus diſpenſationis beneficio permiſſus fuit. Quinimò Ordini ipſi coæua hęc abſtinentia. De parente enim eius S. Norberto, ita vitæ auctor: *Cibus ab eo niſi* D *quadrageſimalis & veſpertinus, præterquam Dominicis diebus minimè ſumebatur: Piſcibus autem ſeu vino rariſſimè vtebatur.* Et probabile videri poſſit eum id à Sigebergenſibus Benedictinis, à quibus inſtitutus fuit, aſſumpſiſſe, cui fauet pręfatus Seruatius, dicens: Proponebat ſibi conſuetam Monachorum viuendi normam, quibus eſus carnium interdicitur: etſi enim fratres ſuos in Ordinem Monachorum non redegerit, ſed Canonicorum; eos tamen non ſolùm Canonicis legibus, ſed & Monachorum auſteritaE tibus, aduerſus duros inſolenteſque carnis impetus, communiuit, prout fidem faciunt ſubuculæ laneæ, quæ (teſte Nauarro) Monachorum ſunt, non Canonicorum, ne quidem regularium.

II. *Præmonſtratenſes olim non edebant carnes.* Lairu. to. 2. Catheſ. nouit. lect. 9. Apud Sur. 6. Iunij. *Nec ipſe S. Norbertus.*

Cap. Com ad Monaſt. de ſtat. Monach.

Nauar. de Regular. comment. 3. n. 42.

Tertiò, inter Ordines Mendicantium Carmelitæ ex præſcripto Regulæ etiam abſtinent, ita enim pręſcribitur: *Ab eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio ſumantur.* Quam conſtitutionẽ à ſummis Pontificibus mitigatam in vſum poſtliminio reuocarunt Carmelitę Diſcalceati, qui ſeſe antiquo Patrum ſuorum ſpi-

III. *Carmelitæ.*

Reg. Alberti cap. 12.

Et hodie Diſcalceati.

REFECTORIVM

ritui reſtituere non poſſe, niſi relicto carnium eſu arbitrati ſunt.

IV. *Prædicatorum Ordo.* Apud Sur. 4. Auguſt.

Quartò, illuſtris Prædicatorum Ordinis Patriarcha Dominicus, vt Theodoricus de Apoldiâ narrat: *Quidquid eſſet appoſitum, patienter edebat, niſi quod carnes noluit edere, nec cibos vllos carnibus admixtos, vel ſanguini, vbi id ſcire potuit.* Eiuſdē verò Ordinis Profeſſores, ex primæuis Conſtitutionibus ab edundis carnibus excluduntur, ad quarum obſeruantiā aliquibus locis iam remeatũt; Verba Conſtitutionum hæc ſunt: *Pulmenta noſtra ſint vbiq; ſine carnibus in conuētibus noſtris, præterquam in infirmariis. Fratribus autē noſtris (ne ſint hoſpitibus oneroſi) pulmenta cocta cum carnibus comedere liceat, extra clauſtrum.*

Diſt. 1. c. 5. n. 3.

V. *Quid in hoc genere S. Auguſtinus.*

Quintò, Carnium abſtinentiam, aut ſaltē parcum carū vſum S. Auguſtinus ſuo exemplo commendauit. Veſcebatur enim vt ſemper oleribus aut leguminibus, interdũ autem hoſpitibus aduentātibus, pauxillum carnis adhibebat. In Regulâ verò, carnem ieiuniis & abſtinētiâ domandam monebat, quantum valetudo permittit; atque ex hoc capite, crediderim Nicolaum Tolentinatē Eremitam Auguſtinianum, etiam in morbo tam conſtanter carnes, à quibus ſemper abſtinebat, reieciſſe, vt nec medicorū conſilio, nec Prioris ſuaſu eas admiſerit. Obedientiâ autem Patris Generalis cōſtrictus, vix modicè eas guſtauit. Sed laudandi eum primis inter Auguſtinianę Regulę profeſſores Canonici Aroaſienſes, quorum præteritis ſæculis in Arteſiâ floruit Congregatio, de quâ Vitriacum audi: *Regulares Canonici qui de Arroaſia nuncupantur, fundamentum Regulæ D. Auguſtini retinentes, vt carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis arctiùs crucifigerent, carnes à refectorio ſuo ſubſtraxerunt.* Quin & congregatio fratrum de Brittinis peculiares conſtitutiones cōmuni conſenſu olim fecerat, quas Gregorius IX. diplomate ſuo confirmauit; inter cetera autem decernitur: *Inſuper fratres, quorum vnuſquiſque cultellum habeat non acutum, ab eſu carnium & cōdimento ſaginis præter infirmos penitus abſtinebũt.* Recitat hanc bullā Gabriel Pennottus in hiſtoriâ Canonicorū regularium.

Et S. Nicolaus. Sur. 10. Septemb.

Canonici Aroaſienſes.

Vitr. Hiſt. occid. c. 23.

Fratres de Brittinis.

Gabr. Pen. c. 47. n. 8.

VI. *S. Frāciſcus carnibus abſtinuit.*

Sextò, Non dubito hanc abſtinētiam maximo Minimorum Patri S. Frāciſco admodum placuiſſe. Abſtinētiæ enim fuit maximè deditus, de quo hæc ſcribit Cyprianus Cronſers: Seraphicus Pater, & plures alij SS. Ordinis fratres nec vinum nec ſiceram biberunt, nec aliquid præter panē ſiccum, & olera mãducauerunt, *ab omni carne abſtinuerunt*; imò nec pane in cibum vſi ſunt. Quod verò ad decreta eiuſdē Sanctiſſimi Patris ſpectat, ſcimus eum ita ſtatuiſſe: *Secundum Euāgelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.* Quæ verba exponens Hugo de Dinâ: Abſtinentia carniũ, inquit, in locis fratrum B. Franciſci tēpore dicitur incepiſſe. Sanè qui Ægypti carnes in eremo religionis deſiderant, iram Dei contra ſe prouocant. Ita ille. Et Cyprianus Crouſers eundem Regulæ textum explicans, ait, quoſdam ad auſteritatem propenſiores, exiſtimare eſum carniũ in conuentu nō eſſe per Regulā conceſſum: quod enim expreſſè non conceditur, iuxta aliquos ceſeri prohibitum. Imò aliquorum, inquit, ſententia eſt, eſum carniũ non fuiſſe in vſu intra conuentum apud priſcos Ordinis Patres: ſed Martinum V. diſpenſaſſe pro eſu carnium. Huic ſentētiæ ſuffragari videtur quædā ordinatio facta in octauo capitulo Generali, ſub S. Bonauentura. Verùm non arbitror hac ordinatione aliquid amplius ſtatui, quàm quod Cōſtitutionibus noſtris ſtatuitur de non procurandis carnibus pro fratribus benè valentibus, & robuſtis: ad eum modum ſcilicet, quo pro valetudinariis ex charitatis præcepto, cuius etiam regula meminit, procurantur. Sic ille.

Crouſ. lect. 5. ad cap. 3. Reg. S. Franc.

Cap. 3. Reg. S. Franciſc.

Exponitur eius Regula in hunc ſenſum.

Crouſ. lect. 10. ad cap. 3. Reg.

Quis pro eſu carniũ in illâ diſpenſauerit.

Quamuis autem mihi certum ſit, non interdictũ Minoribus carnium in conuētu eſum, hæc tamen attuli, vt oſtenderē quàm etiam huic Ordini probata ſit à carnibus abſtinētia. Quod non obſcurè S. Frāciſcus inſinuauit, dum Monialibus S. Claræ iniunxit, omni tempore ieiunarent, ita tamen, *vt in Natiuitate Domini, quacūque die venerit, bis refici poſſint.* Sed antequam S. Franciſci accepiſſent regulam, viuente adhuc eodem S. Patre, ſub Regulâ militabant S. BENEDICTI, cuidam Ambroſio Ciſtertienſi vt viſitatori ſubiectæ. Gregorius enim IX. referēte Innocentio IV. in bullâ anno ſui pontificatus 3. data, tradidit eis obſeruandam Regulā Beatiſſimi BENEDICTI, atque iiſdē eſum carnium idem Gregorius IX. interdixit, quia vt ait: *In Ciſtertienſi, & quibuſdam aliis Ordinibus laudabiliter eſt ſtatutum, vt carnes infrà Monaſteriorum ſuorum ſepta, exceptis* (ſecundùm S. BENEDICTI Regulam) *infirmis & debilibus non edantur.* Quod ex Regiſtro Vaticano, ep. 357. recitat Waddingus.

Minoribus non eſt interdictus carnium eſus.

Clariſſæ olim ſub Regulâ S. Benedicti.

Carnes non edebant.

Waddingus in annal. Minor. to. 1. an. 1219. num. 45.

VII. *Minimi ad ad quadrageſimalem vitam adſtricti.*

Septimò, S. Franciſcus de Paulâ, parens Minimorum Maximus, ſuos ad quadrageſimalem vitam quarto voto obſtrinxit, cuius hoc decretum: *Singuli fratres huius Ordinis à cibis carnalibus omninò abſtineant, & dignos pœnitentiæ fructus in cibo quadrogeſimali taliter agant, quod ipſi carnes ac omnia ſementinam originem à carnibus ipſis trahentia, penitus vitent. Carnes igitur & pinguedo, oua, butyrum, caſeus, & quæuis lacticinia ex eiſdem congeſta & producta, quæcumque intus ac extra* (*ſaluis modificationibus infraſcriptis*) *omnibus ac ſingulis fratribus ipſis & oblatis ſint omnino & irrefragabiliter interdicta.* Et paulò infrà: *Caneant*

Franc. de Paula in Reg. c. 6.

Digitized by Google

neant autem omnes ipſi fratres ac oblati, nequemquam medicorum pro quadrageſimali vita deſerenda, & Paſchali ſeu pingui aſſumenda, per ſe nec per interpoſitam perſonam inducant. Ita vir ſanctiſſimus.

Pſeudo-Hieronymi Regula Monales à carne arcet. Reg. Monach c. 35.

Poſtremò annotandum eſt, eandem abſtinentiam præſcribi in Regulâ Monacharum, quæ inter opera S. Hieronymi habetur, in quâ ita ſancitur: *Non apponantur incitatiua libidinum, ſed quæ poſſint famem extinguere, aut legumina, aut olera cōdiantur in oleo. Carnes verò ſolùm ſint ex licētiâ Abbatiſſæ indultæ debilibus & infirmis: alioquin cuius ſint ſaporis ignoret cœnobium.* Tot igitur Ordinum in hanc abſtinentiam conſenſus ſtimulo nobis eſſet debet, ne in quo nos alij imitati ſunt, in eo ipſi deficiamus.

Miracula quibus hæc abſtinentia illuſtrata.

Nec leuius calcar ſubdit conſideratio miraculorum, quæ diuina bonitas in huius abſtinentiæ fauorem operata eſt, aut pœnarum, quibus præuaricatores ſubinde affecit. Obuia hæc paſſim in SS. Hiſtoriis. Miracula vide apud S. Gregoriū de S. Honorato. De S. Prięiecto apud Surium 25: *Ianuar.* De S. Gerardo Btoniēſi Abbate apud eundem 3. *Octobris.* De S. Romualdo legendus [a] Petrus Damiani in vitâ. De S. Berengario cōfeſſore, [b] Menardus. [c] Petrus Sutor mira refert de Carthuſianis ſuis. De S. Stephano [d] Henriquez in faſciculo SS. Ciſter. De viuario S. Odonis precibus impetrato, ne Benedictini piſcibus carerent, [e] Ioannes Monachus in vitâ.

Greg. l. 1. dial. c. 1. — [a] Cap. 69. — [b] l. 2. obſer. 26. Maij. — [c] l. 1. vit. Carth. tr. 3. cap 8. — [d] l. 1. diſt. 3. cap. 4. — [e] Apud Sur 18 Nouemb. l. 3. c. 11.

Pœna tráſgreſſoribus inflicta. Vit. S. Odon. l. 3. c. 2. & Collat. l. 3. c. 10. & 30. — Apud Sur. 22. April.

Quod pœnas ſpectat tranſgreſſoribus inflictas, adeat pius Lector vitam S. Odonis, & eiuſdem Collationes, quæ Bibliothecæ Patrum & Cluniacenſi inſertę ſunt: Quin vt videat etiam Deum animaduertere in laicos, qui in Monaſteriis quæ carnibus abſtinent, eas ediderint, legat vitam S. Theodori Archimandritæ à Metaphraſte exaratam.

DISQVISITIO IX.

An à vino abſtemiis carnium eſum S. BENEDICTVS *indulſiſſet?*

Quidam eò propendent.

VIRI quidam docti ac pij non rarò mecum de hoc Regulæ noſtræ articulo agentes, in eam propendere viſi ſunt ſententiam, vt putarent, ſi S. P. N. BENEDICTO conſtitiſſet, alium potum præter vinū, qui corporis valetudini non aduerſaretur, Monachis exhiberi poſſe, eum potiùs cum illo vel aquæ potu, carnium eſum permiſſurū fuiſſe, quàm piſces eum continuo vſu vini. Ducebantur autem hoc potiſſimum argumento:

Ipſorum argumentum.

A carnibus abſtinētia, ad refrenandam carnis petulantiam maximè pręcepta videtur. Sed vinum magis ad libidinem incitat, quàm caro: ſcriptum eſt enim: *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas.* Item: *Vinum & mulieres apoſtare faciunt ſapientes.* Et Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Scriptura autem nuſquam ita aſſerit carnes luxuriæ eſſe ſeminariū: Nazaræi quoque & Rechabitæ à vino, non autem à carnibus abſtinebant, quod ſignū eſt maioris olim habitam abſtinētiam vini, quàm carnium. Ergo S. BENEDICTVS potiori ratione vini vſum, quàm carnium ſuſtuliſſet. Verùm quia Italis monachis difficillimum fuiſſet, ſolùm aquam bibere, quod eis perſuaderi non poſſe Legiſlator noſter teſtatur, maluit carnium eſum prohibere, vt ita libidinis ſomitem reſtringeret. Alioqui ſi de cereuiſiâ, aut alio ſimili potu cogitaſſet, ſaniori conſilio illum carnes quàm vinum conceſſurum fuiſſe.

REFECTORIVM. Prouerb. 20. — Eccli. 19. — Num. 6. — Iud. 13.

Non placet hæc coniectura.

Mihi verò (ſaluo meliori iudicio) hæc coniectura non omnimodo probatur, quia ſupponere videtur Legiſlatorem noſtrum, omnium iuſtorum ſpiritu plenum, quique Spiritu ſancto dictāte Regulam ſcripſerit, aut ignoraſſe aliquibus locis non eſſe familiarem vini potum, aut eo locorum degentibus Monachis ſarcophagiam permiſiſſe, cùm tamen expreſsè dixerit: *Vbi autem loci neceſſitas expoſcit, vt nec ſupraſcripta menſura inueniri poſſit, ſed multò minùs, aut ex toto nihil; benedicant Deum qui ibi habitant, & non murmurent.* Ex quibus verbis duo colligo. Primum, non latuiſſe B. Patrem aliquibus locis vini defectum, vel in toto, vel ſaltem in parte accidere poſſe. Alterum, poſito hoc caſu, nihil eum in vini compenſationē indulgere, neque Abbatis conſiderationi aut iudicio quidpiam vti aliàs facit, in hoc concedere: neque enim ait: hæc conſideratio penes Abbatē ſit; vel, in arbitrio & poteſtate Abbatis ſit, ſi expediat aliquid mutare, vel carnes indulgere: ſed ſimpliciter ait, *Benedicant Dominum qui ibi habitant, & non murmurent,* ac ſi dicat: Gratias agant, & benedicant Deo, qui manifeſtam occaſionē exercendæ paupertatis, patientiæ, manſuetudinis ac ſobrietatis tribuit, diſcantque cum Paulo abundare, & penuriam pati, atque in illâ cum S. Iob dicant: *Sit nomen Domini benedictum. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus?* Atque hæc de ſenſu S. BENEDICTI.

Cap. 40. — *Et aliud colligitur ex verbis S. Regulæ.* — *Quæ obiter explicantur.* — Iob. 1. & 2.

Benedictini vino carentes olim non admiſerunt carnes.

Sed videamus, an vbi in Ordine noſtro à vino abſtinuerunt, ibi carnes in compenſationem admiſerint. Sanctus Bonifacius Zachariæ Papæ ſcribit ſibi decretum, Monachos conſtituere ſub Regulâ S. BENEDICTI viuentes; *viros ſtrictæ abſtinentiæ abſque carne & vino; abſque ſicera & ſeruis.* Quomodo hoc animi ſui propoſitum executus ſit, in vitâ B. Sturmi, Ægil diſcipu-

 lus

Digitized by Google

REFEC. TORIVM. *Cluniacenſes abſtinebant à carnibus.*

Viguiſſe autem apud cæteros Cluniacenſes omnimodam à carnibus abſtinentiam, vel inde patet, quòd S. Bernardus in illa ſua Apologia contrarium non eis obiecerit. Quinimò ipſe huius abſtinentiæ aſſertor & teſtis eſt. *Ferçula*, inquit, *ferculis apponuntur; & pro ſalis carnibus, à quibus abſtinetur, grandia piſcium corpora duplicantur.* Aliter ergo S. Hildegardi coæui de S. BENEDICTI mente iudicabant, quàm ipſa, vt proinde ab eorum ſententia non ſit declinandum. Atque iſta ſuffecerint, vt volatilia à Monachorum menſis auolare faciamus.

DISQVISITIO IV.

An licitum Benedictinis adipe Carnium vti?

Status quæſtionis.

SVPPOSITÂ obſeruantiâ Regulæ circa abſtinentiam à carnibus, dubium eſt, an ſaltem ſagimine, aur pinguedine carniũ veſci fas ſit ijs diebus, quibus vel communi lege, vel loci conſuetudine, aut ſpeciali priuilegio licirum eſt lacticinijs, ouis, & butyro vti. Quamuis enim non propriè caro dicatur, maximam tamen cum ea propinquitatem habet. Similiter ambigi poteſt de iure, in quo carnes decoquuntur, aut de oleribus & leguminbus cũ carnibus ſimul coctis; hęc enim ex illa coniunctione multũ de earum ſubſtantia & virtute participant.

Quidam ſagimen admittunt.

Siluest. v. ieiunium q. 5. nu. 16.

Sagiminis autem vſum, eſumque admittit Gloſſa in *c. admonere 33. q. 2.* & *in c. Presbyter. diſt. 82.* Abbas *c. conſuluit. num. 2. de Iudæis.* Silueſter, Hoſtienſis autem in ſum, de obſeruat. ieiunij ait: *Cui conceditur vſus ouorum & caſei, intelligitur conceſſum vt poſſit vti ſagimine, & ſic,* inquit, *vtuntur Cluniacenſes Monachi, ſed Ciſtertiẽſes, & quidam alij Religioſi contrarium ſeruant.* Sic ille. Quod refert, nec refutat Azorius. Henricus quoque ob penuriam olei, ſagimen adhibere, vbi mos id ſuſcepit, ait non eſſe damnandum. Quod etiam apud Monachos locum habet: Nam vt Azorius ait; Conſuetudo inducta aduerſus ea, quæ tantùm Regula præcipit, aut prohibet, valet, ſi fuerit impunè permiſſa. Hinc eſt, vt in Hiſpania, ſi apud Monachos S. BENEDICTI Regulam profeſſos ſit inducta conſuetudo in Sabbatis extremas animalium partes edendi, ea valeat: non quia laicorum conſuetudo ad Monachos protendatur, ſed quia ſit Monachorum conſuetudo vſu approbata, quæ ſicut legem humanam ex toto vel ex parte interdum abrogat, ſic etiam Religioſi inſtituti Regulam ex ea parte, quâ tantùm eſt iuris humani non diuini vel naturalis, vel communis.

Azor. to. 1. lib. 7. c. 10. quæſt. vlt. *Henric. l. 7. de indulg. cap. 13.* *Etiam apud Monachos.* *Azor. lib. 7. c. 19. qu. 3.*

Cõtrarium magis probabile.

His tamen non obſtantibus, dicendum arbitror, eo ipſo quo carnes Monachis interdicuntur, ſimiliter interdictum cenſeri eſum lardi, & ſagiminis, niſi ſpeciali priuilegio aut conſuetudine vim legis obtinente contrarium permiſſum ſit. Ita Paulus Layman. Et ante illum Nicolaus Serarius multis refutauit & diſſoluit argumenta in contrarium adducta, quæ, ne forſitan prolixior ſim, adtexere ſuperſedeo. Thomas verò à Ieſu ſententiam hanc confirmat ex iure: Nam *cap. de eſu carnium* præcipitur, vt ſextâ feriâ Chriſtiani à carnibus abſtineant: In Eccleſia verò, inquit, communi interpretatione & iure receptum eſt, quod ibi nomine carnium non ſolùm carnes ipſæ, ſed etiam ſagimen, lardum, pinguedo, &c. prohibeantur; quod non fieret, ſi hæc nomine carnium non comprehenderentur. Deinde idem probat ex ſua Regula, nam cùm Albertus abſolutè carnium eſum interdixiſſet: Innocentius IV. id mitigans induſit, vt itinerantes vti poſſent pulmentis coctis cum carnibus. Ex quo quaſi per neceſſariam ſequelam rectè inſeras cetera prohiberi: nam ſi nomine carnium non prohibeantur in Regula ſagimen, pinguedo, ius aut pulmentum, ſuperuacanea eſſet hæc permiſſio ſiue exceptio. Atque ita in ſua Religione ait communi interpretatione & conſenſu receptum. In Ordine verò S. BENEDICTI idem puto obſeruatum apud eos, qui conſtitutiones Caſſinenſes, & Burſfeldenſes ſequuntur. In his enim nulla de pinguedine, aut adipe mentio. Sed iam olim etiam Fuldẽſes ab ijs abſtinebant. Teſtatur enim Trithemius in vita Rabani Mauri, eo tempore quo monaſticam ille vitam ſuſcipiebat, vino & carnibus omni tempore abſtinuiſſe, *& nec ius carnium,* inquit, *præter infirmos, omninoque debiles ſumebant in cibum.* Poſtea tamen id vſurpatum Pontificis diſpenſatione. Qua de re poſteris documentum relinqui placuit, quod monachi illi *Capitulum* dixere *neceſſariò ſciendum* de Ludouico videlicet Pio Caroli Magni filio: *Quod Monachis in ciuitatibus & in matricularibus eccleſiarum locis conſiſtentibus, qui cum maximo labore & ſtudio diuinum ſeruitium toto anni tempore peragũt, obtinuerit apud Papam ſui temporis Gregorium, ſaginatis vti cibis.* Ita Browerus.

Laym. l. 4. tract. 8. c. 1. num. 5. *Serar. Not. in epiſt. 142. S. Bonifac.* *Tho. à Ieſu in Regul. Carm. c. 12. dub. 2.* *Confirmatur.* *Cap. de conſecrat. diſt. 3.* *Ex vſu Benedictinorum.* *Trith. l. 1. vit. Raban.* *Quando inceptum diſpenſari.* *Antiq. Fuldenſ. lib. 2. c. 16.*

Conſuetudinem autem illam Cluniacenſium, cuius Hoſtienſis meminit, expreſſam inuenimus in ſtatutis S. Petri Venerabilis, in quibus habetur: *ſtatutum eſt, vt vniuerſi fratres Cluniacenſes, omni ſextâ feriâ, præter natiuitatem Domini, ſi eadem die occurreris ab adipe abſtineant.* Solebant autem, vt ibidem dicitur, adipe legumina ſua infundere, & eo frixa diuerſa fercula comedere. Et infrà. *Statutum eſt, vt omni die aduentus Domini, exceptâ primâ dominicâ, ab adipe, qui in duodecim lectionum feſtis in vſu eſſe ſolebat, omnes abſtineant.* Sed & ante eum Lanfrancus ſtatuit, *vt Dominicâ primâ Septuageſima fratres*

Cluniacenſes adipe vſi. *Stat. Petr. Clun. art. 10.* *Art. 15.* *Lanfr. ſtatut. c. 1. §. 1.*

Monachi Anglicani.

fratres adipem comedant, deinceps vſque ad Paſcha abſtineant. Itemque: *In Dominicis aduentus, & feſtis quibus duodecim lectiones faciunt, adipem comedant.* Præceſſerat S. Dunſtanus, cuius hæc verba: *In aduentu Domini pinguedo interdicitur, ſcilicet lardi, niſi feſtiuis diebus. In ſeptuageſima verò pinguedo intermittatur vſque in quinquageſimam.* S. Petrus Damiani de ſuæ Congregationis inſtitutis agens, inſinnat ſuillæ carnis adipem in vſu fuiſſe: nam de ijs, qui arctiori viuendi genere ſe obſtrinxerunt, ait, aliquos eſſe, *qui ouis, lacte ſimul & caſeo, ſuinâ quoque pinguedine non veſcamur.* Regula Solitariorum: *In his regionibus vbi defuerit oleum, ſi neceſſitas expoſcerit, adipe vtantur interdum.* Rupertus Tuitienſis, reſpondens Clericis regularibus hoc nomine ſe Monachis præferentibus, quòd adipis vſum ſponte proieciſſent, ait: *Hoc neque illis augere, neque his minuere altitudinem meriti, Eccleſiæ namque Dominus claues regni cælorum in B. Petro tradidit. Eccleſia autem tantam poteſtatem habens generali Synodo Monachis (quoniam olei copiam non haberent) non carnes, ſed carnibus cognatum indulſit adipem.*

Dunſtan. in ſtat.

Opuſc. 13. cap. 14. S. Petri Damiani.

Reg. Solit. cap 44. item Germani.

Rupert. lib. 4. in Reg. S. Bened. cap. 11.

Sed non Paderbornenſes.

Rigidioris obſeruantiæ fuere Monachi Paderbornenſes, quantumuis ex Cluniacenſium familia exiſterent, vt patet ex facto Meinwerci Epiſcopi, quod ad illuſtrandam hanc diſquiſitionem adſcribere viſum, Quodam tempore officinas Monaſterij ſui noui, more ſolito circumiens, fratribus ad capitulum conſidentibus, coquinã intrauit, & ſeruis fortuitò vacantem inueniens, inuento fruſto panis, in ollas igni appoſitas truſit, nullius autem pinguedinis vel admixtionis ſpeciem præter aquam & cibum animaduertens ſimplicem, tẽpore coquendi, Conuentum intrauit, & cauſatus filiorum ſuorum, & fratrum aridum cibum, quem in coquina vidiſſet & feciſſet, retulit: Abbate autem ob virtutum cuſtodiam ſeruandam aſſerente parcimoniam: reſpondit Venerabilis epiſcopus, vt ſi ipſe religioſus eſſet, vel videri vellet, circa vitam propriam ſeuerus, erga ſubditorũ benignus exiſteret, Euangelicis & Apoſtolicis documẽtis propoſitis, quomodo laborans agricola, mercede operis ſui dignus eſſet. Et, data auctoritate, quomodo Dominus Eccleſiæ claues B. Petro Apoſtolo tradiderit, & Eccleſia tantam habens poteſtatem generali Synodo, Monachis, quoniam olei copiam non haberent, non carnium, quadrupedum eſum, *ſed carnibus cognatum adipem indulſerit;* aduocatis villicis, porcos dari mandauit, de quorum ſagimine & pinguedine, cibum fratrum parari mandauit. Probare autem volens Epiſcopus diſpoſitionis ſuæ obſeruantiam, quadam die indutus cappâ laicali, coquinam iterum fratrum intrauit, & quaſi aduena ignotus, de ſcitu, habitu monaſticæ conuerſationis, clauſtralis religionis, quotidianæ refectionis, curioſè quæritans; beatam vitam, quantum ad Deum inibi duci; miſeram verò, quantum ad corporis indigentiæ vſum, agi, à coquo audiuit. Vnde feſtinus ad cubiculum rediens, Abbatem aduocari velociter mandauit, & de ſegni diſpoſitionum ſuarum executione eum arguit, incuſans; nouem pernas optimas ſecum ad clauſtrum deferri mandauit. Hæc ibi.

Auct. vit. apud Browver. inter ſidera German.

Qui ab Epiſcopo rogati, non acquieſcunt.

Licet iis porcos eorum vſibus aſſignet.

REFECTORIVM.

Quæ Synodus adipis vſum Monachis indulſerit.

Inquirens verò Browerus, quænam hæc Eccleſiæ Synodus, quæ ſaginiinis vſum indulſerit, ait, ſe haud facilè id explicare: Laudari ſolet Capitulum *Presbyter*, in quo *vini & ſaginiinis, ouorum, & caſei vſus pænitenti indulgetur.* Id caput, quia Gloſſa meminit, ex Gangrenſi Concilio depromptum fortè ob hanc cauſſam vſus ſaginiinis, eadem hinc operâ cenſetur ſtabiliri. Ita ille.

Browv. not. in hanc vit. num. 45.

Aquiſgranenſis, anno 817. celebratu.

Mihi autem minimè dubium eſt, Meinwercum & Rupertum reſpexiſſe Concilium Aquiſgranenſe, anno 817. in quo ita habetur: *Vt fratres aliquid pinguedinis in victu quotidiano habeant, exceptâ ſextâ feriâ, & diebus octo ante natale Domini, & à quinquageſima vſque ad paſcha.* Atque ex hac huius Synodi indulgentiâ crediderim morem illum à Dunſtano & Lanfranco commemoratum, & à Cluniacenſibus vſitatum profluxiſſe, atque ita paſſim obtinuiſſe. Neque enim credibile eſt, abſque ſufficienti auctoritate id viros ſanctos permiſiſſe.

Concil. Aquiſg. can. 77.

Bilem verò mouit Synodalis hæc conſtitutio Guidoni Iuuenali, qui ſexcentis & amplius poſt eam annis acerbo calamo eam ita perſtrinxit: vt mihi perſuadeam compellit quoddam Cõcilium Aquiſgranis celebratum nõ generale, ſed particulare quorundam Prelatorum. In quo neſcioqui Abbates congregati, neſcio quo ſpiritu, ſtatuerunt præmaturo (ne dicam maturo) conſilio, vt Monachi vterentur oleo lardino. Egregium ſcilicet ſtatutum multiſque prædicandum ſæculis. Sed lardini quod decretum facere poſſunt, niſi lardinum? ex abundantia cordis os loquitur, & viuendi mores lingua tacere non potuit. Vtinam dormiuiſſent in ſtratis ſuis, cùm talia protulerunt, & ſuis vanis decretis Ordini tam præclaro notam inurere non erubuerunt! Ita ille. Sed nimio zelo, nec ſecũdùm ſcientiam, abripi ſe vir bonus paſſus eſt, & credere debuit non defuiſſe cauſſas rationabiles, cur ita Patres iſti conſtituerint, olei ſcilicet aut butyri defectum, vel eam tum fuiſſe conſuetudinem, vt difficile admodum videretur, eam tolli poſſe.

Guid Iuu. Reform. Monaſt. vindict. lib. 1. cap. 13.

Quam indiſcretè quidã ideò vellicat.

Ceterùm, quod Hoſtienſis ſuprà dixit, Ciſtertienſes à ſagimine abſtinuiſſe, cõſtat ex ſtatutis in generali Capitulo anni 1134. quæ

Ciſtertienſes olim non edebãt adipem.

REFECTORIVM. Cap. 24. apud Manriq. tom 1. Annal Ciſterc. Cæſar. l. 6. cap. 1. Ibid. cap. 4.

quæ ſic habent: *Infra Manaſterium nullus ſagimine, & carne veſcatur, niſi omninò infirmi, & artifices canducti.* Ptaxim confirmant exempla à Cæſario commemorata de Hermanno Abbate Hemmenrodenſi, & Daniele Priore eiuſdem loci. Quibus autem ſagiminis vſus vetitus, eiſdem ius carnium, & legumina cum carnibus ſimul cocta arbitror interdicta.

DISQVISITIO V.

Quanti ipſa S. Patris BENEDICTI *de abſtinentiâ à carnibus conſtitutio facienda?*

Maihew cap. 1. Quidam cenſet non eſſe veros Benedictinos, qui carnes comedunt.

IVVERIT, ni fallor, hoc loco aliorum ſenſu, Legiſlatoris noſtri prohibitionem expendere, vt piam hanc obſeruantiam, quà licet foueamus. Et quidem Edouardus Maihew in MS. tractatu *de abſtinentia à carnibus iuxta Regulam* S. BENEDICTI, tanti ponderis hoc Legiſlatoris noſtri præceptum arbitratus eſt, vt ſcripſerit, verè & propriè S. P. N. BENEDICTI filium non eſſe, qui accidentale aliquod alicuius ponderis illius Regulæ ex inſtituto non ſeruat, ſed ad maiorem libertatem deflectit. Rem autem eiuſmodi magni ponderis nos æſtimamus meritò inter pluta alia ab ipſo præſcripta præceptum ipſius de abſtinentia à carnibus extra caſus à Regula permiſſos.

Probat ex eodem fine omnium Ordinum religioſorum.

Idque confirmat hac ratione: Omnes omnino Religioſorum Ordines eundem finem vltimum ſibi propoſitum habent, tam in hac, quàm in altera vita, perfectam ſcilicet cum Deo per charitatem vnionem, & perpetuam deinde eiuſdem fruitionem. Ex hoc igitur capite nulla inter religiones diſtinctio: ſed neque per media eſſentialia, quibus ad propoſitum finem tendunt, inter ſe differunt. Omnes namque eadem media eſſentialia, nimirum tria vota, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ amplectuntur.

Qui differunt tantum accidentaliter.

Differentia ergo inter Religioſos ex accidentalibus quibuſdam oritur, per quæ ad finem generalem omnibus Religioſis communem contendunt. Huiuſmodi autem media ſunt diuerſi modi exercendi diuerſas virtutes, & varias mortificationes, tam animæ quàm corporis: quales ſunt abſtinentiæ, ieiunia, vigiliæ, &c. Ratione quarum differentiatum ſancta Dei Eccleſia mirâ religioſorum ordinum ornatur varietate.

Qui accidentale omittit, deflectit à ſui inſtituti perfectione.

Ex quibus clariſſimum videtur, non eum tantùm, qui eſſentialia ſua Ordinis tranſgreditur, verùm illum, qui accidentale aliquod alicuius momenti præuaricatur, verè & propriè illius Ordinis non eſſe. Hinc enim eſt quòd ſi Carthuſiani abſtinentiam à carnibus, ſiue ſilentium; ſiue Minimi abſtinentiam ab ouis & lacticinijs ex inſtituto ſuo abijcerent, verè & propriè Carthuſiani & Minimi iuxta ſtatuta ſua, & regulas fundatorum ſuorum non eſſent. Atque idem de Benedictinis, alijſque Religioſis aſſerendum: Et noſtro, inquit, iudicio ſatius & melius foret, vt qui liberiùs viuere cupit quàm Regula Benedictina permittit, alium ordinem laxiorem ſibi eligeret, quàm ſi ſub Benedictino nomine alterius, imò nullius Ordinis inſtituta ſequeretur. Ita ille.

Iudicium de hac ſententiâ.

Cuius ſententiam ad rigidiorem ſtateram forſitan examinantes non prorſus probauerint. Nobis tamen non omittenda videbatur, quod vix dici poſſit, quænam ſit differentia, quæ religioſum per tria eſſentialia vota in communi Religioſorum genere conſtitutum, ad hanc vel illam religionis ſpeciem contrahat, niſi id aliquid ex accidentalibus eſſe dicamus. In eſſentialibus enim omnes, vt dictum, conueniunt.

Bleſ. ſerm. 10. ad Monach. *Vita Monaſtica in tribus maximè conſiſtit.*

Atque ita ferè ante aliquot ſæcula ratiocinari viſus eſt Petrus Bleſenſis; nam Cœnobiticam vitam dicens ab Apoſtolis inſtitutam, in tribus maximis conſiſtere, in communi dilectione fraterna, in communi ſubſtantia, in communi obedientia. Hæc tria caput ſunt Monaſticæ religionis. *Domnus autem* BENEDICTVS *huic capiti quædam ſupererogauit, ornamenta, vel, vt veriùs dicam, circa ſterilem ficulneam fodit, vt fructum ferret, & ſtercora appoſuit, vt plus ferret; de ariditate ſcilicet ciborum, de vilitate veſtium, de humilitate lectorum, de temporibus ieiuniorum, de cuſtodia labiorum, de exercitio laborum, de diſtinctionibus orationum.*

Quibus quænam addita.

Cenſet ergo has obſeruantias veluti notas & characteres eſſe Benedictiniſmi, & per eas verum conſtitui Benedictinum.

Idem ſerm. 31. *Quæ cuiq; Ordini propria.*

Vnde alibi ait: *Character Ordinis tui eſt, mediocritas in victu, veſtitu, habitu, inceſſu, tonſura, in pſallendo & eiuſmodi. Non extenues* igitur *ſoliditatem, neque emollias Ordinis rigorem, vt tanquam priuilegiatus velis edere lautiùs, bibere ſapidiùs, cubare molliùs, loqui licentiùs, vigilare parciùs, orare tenuiùs.*

Idem ſerm. 50.

Hunc enim Ordinis rigorem quaſi iureiurando profeſſionis ſancitum quædam vitia latenter emolliunt, inter quæ recenſet, abſentare ſe à communi fratrum menſa, *& cùm ſub obtentu boni hoc ſe facere proponat, verior tamen cauſſa, quoniam olera clauſtri ſemicocta faſtidit, & inuncta, & vinum aquâ mixtum, ſilentium, ſeſſionem in clauſtra carcerem reputans.* Hactenus ille.

Indicia aliorum ſuper creophagia Benedictinorum.

Sed & alij in hoc ſenſu fuiſſe videntur, vt ſanos carnibus veſcentes à Benedictino grege excluderent.

Petr. Ven. lib. 6. epiſt. 15.

Nam Petrus Cluniacenſis ſic ſcribit: *Aut ergo nega* S. BENEDICTVM *patrem tuum, & comede carnes tuas:*

aut

Polyd lib. 7. de inuēt. rerum c. 2.

aut confitere, & abſtine à carnibus non tuis. Dico eas non tuas, ſi Monachus & ſanus es. Polydorus Vergilius falsè ſubſannat, qui creophagiam admittunt: *Benedictini*, ait, *à carnibus perpetuò ſe abſtinent, niſi cùm ægrotare cœperint. Vnde Monachi, qui hodie continenter carnibus veſcuntur, quorum numerus vbique gentium extra Italiam, ingentiſſimus eſt, perpetuò ægrotent neceſſe eſt, niſi velint impudenter fateri, ſe contra ſuas leges facere.* Sed & Cardinalis à Vitriaco, Ordinis noſtri à primæuo vigore collapſi ruinam deplorans, inter ceteras cauſſas etiam illam inſinuat, quòd priſtinam abſtinentiam relaxauerint. Atque in eos torquet illud Iſaiæ: *Vocauit Dominus ad fletum & ad planctum, & ad caluitium, & cingulum ſacci, & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, & idcirco facti ſunt hodie contemptibiles Deo & hominibus odibiles.*

Ordinis ruina illi tributa. Vitri. Hiſt. occident. lib. 2. c. 10. Iſaiæ 22.

Contra verò cōtinuum Carthuſiani Ordinis in priſtino ſtatu vigorem non dubitauit Richardus Hallus eò referre, quòd ne quidem in neceſſitate carnes comedant. Nam ſi in aliquibus caſibus diſpenſatio admitteretur, id eis ſenſim accideret quod in alijs Ordinibus, maximè Benedictinorum factum eſt, vbi cùm primùm liceret in infirmarijs comedere carnes, poſtea ad ipſum refectorium commune poteſtas hæc tranſlata fuit, non ſine graui incommodo totius Religionis Monaſticæ. Sic ille.

Carthuſienſium vigor ob eam obiectam. Richard. l. 3. de conſcient. c. 46.

Et horum quidem non eo fine adduxi teſtimonia, quaſi aſſerere velim, carnibus ex Diſpenſatione vel conſuetudine vtentes non eſſe verè & propriè Benedictinos; ſed eò dumtaxat, vt oſtenderē quanti hunc Regulæ articulum prædicti auctores fecerint: quorum rationes alijs expendendas lubens relinquo.

Quo fine hæc adſeruantur.

DISQVISITIO VI.

Quo loco olim habita inter Benedictinos fuerit abſtinentia à Carnibus?

NON inter minima habitam hanc abſtinentiam, ex pluribus capitibus poteſt comprobari.

I. *Monaſteria celebriora carnibus abſtinuerunt.* Trithem. Chron. Hirſaug.

PRIMÒ enim, quotquot ferè inſigni pietatis & ſanctitatis laude floruerunt Monaſteria, in hac obſeruantia fuiſſe memorantur, vel ab ea commendantur. Fuldenſium ſanè & Hirſaugienſium laudabilis vigor hoc nomine non ſemel Trithemij noſtri præconium meruit. Caſſinenſes olim ſub Theodemaro Abbate, cùm non niſi in Paſchate & Natiuitate Domini volatilium carnes admitterent, plurimi tamen eorum ab ijs abſtinebant, vt in eiuſdem habetur epiſtola. Quibus verò cibis ante ſexcentos & ampliùs annos Floriacenſes in Gallia vſi ſint, liquidò patet ex vetuſtis eiuſdem Monaſterij Conſuetudinibus. Quæ dum Monachorum recenſent fercula, *oua, legumina, & piſces* perpetuò commemorant. Idem alia paſſim Monaſteria laudabiliter præſtiterunt, vt minimè operæ pretium ſit, prolixum hîc eorundem texere catalogum. Nec pauca hæc adduxi, quaſi ceteris hæc obſeruantia defuiſſet, ſed quod in memoriam & calamum primò influxerint.

Poſt Chro. Caſſin. REFECTORIVM.

Deficiente autem hac obſeruantiâ, tota regularis diſciplina relaxata fuit. Teſtatur id, & Angliæ ſuæ accidiſſe deplorat Edouardus Mathew: tantum, inquit, abeſt, vt ſtricta obſeruantia Regulæ S. BENEDICTI cum ieiunijs & abſtinentia à carnibus eruditioni obſit, vt etiam eidem proſit. Ex his enim quæ in hac tabula commemorata ſunt, eſt manifeſtum Ordinem S. BENEDICTI nunquam plures præclaros, & eruditione celebres viros in Anglia peperiſſe, quàm cùm in eo floruit ſtricta illa Regulæ obſeruantia. Quàm primùm verò ab ea receſſerunt, & ad libertatem declinauerunt maiores noſtri, vnà cum obſeruantia Regulæ perijt etiam omnis ferè eruditio, ſanctitas, dignitas, honor. Quod etiam in Monaſterijs Fuldenſi, Hirſaugienſi in Germania, Cluniacenſi & Floriacenſi in Gallijs, & alijs plurimis contigiſſe, facillimum eſt demonſtrare.

Math. in Troph. Angl. ad calcem tab. 3. *Obſeruantiâ hac deficiente, regularis diſciplina relaxata fuit.*

SECVNDÒ. Tanti hanc abſtinentiam Ordinis noſtri ſancti, & Epiſcopi nonnulli fecerūt, vt ne in Epiſcopatu quidem eam deſeruerint. Laudatur hoc nomine S. Guilielmus ex Monacho Ciſtertienſi Archiepiſcopus Bituricenſis, qui ab eo tempore, quo relicto ſæculo, monaſticum vitæ genus amplexus eſt, *nunquam carnibus veſci voluit:* licet ob gratiam hoſpitum, tam ex aucupio, quàm venatione apparata fercula iuberet menſæ ſuæ inferri, cùm id ratio poſtularet. Sanctus Elphegus, Malmesburienſi, & Osberno teſtibus, carnibus nunquam niſi æger indulſit. Et qui eundem in Epiſcopatu præceſſit S. Ethelwoldus, Abendoniæ primò monachus, & Abbas, deinde Wintonienſis epiſcopus, & ſi permoleſtis afficeretur doloribus, nunquam tamen carnibus veſci voluit, niſi ſemel grauiſſimo compulſus morbo, idque iubente B. Dunſtano Archiepiſcopo, & rurſus in ea infirmitate quâ diſceſſit. Ita vitæ auctor.

II. *Benedictini Epiſcopi ab hac obſeruantiâ clari.* Sur. in vit. 10. Ianuar. Sur. in vit. 1. Auguſti.

Sed quid mirum eſt, tam accuratè hunc Regulæ illud præceptum ſeruaſſe, cùm ipſe vnà cum S. Dunſtano Archiepiſcopo, & Oſwaldo epiſcopo egregiam nauauerit operam, vt Benedictina Religio ſæuis Danorum perſecutionibus pæne exſtincta in integrum reſtauraretur. Nam in Concordia regulari Monachorum, Sanctimonialiumque

Quoniam in Anglia pro abſtinentia carnium laborarunt. Præfat. ad ſtat. Dunſt.

REFEC-TORIVM.

lumque Aoglicæ oationis, in Wintonienſi A Cõcilio edita, *legitimum votum Domino noſtro Ieſu Chriſto vouerunt, pactoque ſpirituali confirmauerunt ſe vitâ comite, iugo Regulæ deditos, has udnotatas morum conſuetudines communi palam cuſtodire conuerſatione.* Poſtea autem ſubijciunt: *victum cum pondere, menſura & numero, veſtitum, ieiunium, abſtinentiam, vigiliam, taciturnitatem, obedientiæ bonum & cetera quæque, quæ Patroni noſtri* BENEDICTI *traditione voluntariè ſuſcepimus.* &c.

Verùm vt quæ de abſtineotia à carnibus in Anglicana Eccleſia olim conſtituta ſuot, hîc conſequenter exhibeamus, tranſcribenB da ſunt quæ de ijs Edouardus Maihew iam pridem annotauit: Accedamus, inquit, ad poſteriora ſæcula, in quibus capitula generalia à noſtris prædeceſſoribus celebrata ſuot. In horum enim aotiquiſſimo, cuius memoria exſtat, eadem obſeruantia in particulari quantum ad abſtinentiam à carnibus decreta & ſtabilita eſt. Imò idem decretum auctoritate ſedis Apoſtolicæ & Conciliorum prouincialium totius Angliæ, quæ illis præſidentibus celebrata ſuot, confirmatum. Demonſtrari iſta poterunt C ex Coocilio Londinenſi, in quo præſideote Ottone Cardinale, Gregorij IX. ſummi Pontificis Legato à latere, aooo Chriſti 1237. pro reformatione Ordinis S.BENEDICTI, hoc modo conſtitutum eſt: *Audiuimus & lætati ſumus, quòd religioſi viri Abbates Ordinis* S.BENEDICTI *per Angliam conſtituti, conuenientes in vnum nuper in Concilio ſuo generali tanquam filij iuxta ſermonem propheticum ad ſuos terminos reuertentes, proinde ſtatuerunt, vt de cetero ſecundum* S.BENEDICTI *Regulam ab eſu carnium debeant abſtinere, exceptis debilibus & infirmis, quibus debet ſecundum eiuſdem D Regulæ continentiam in infirmitorio prouideri. Quod vtique approbantes ſtatuimus inuiolabiliter obſeruari.* Hæc ipſe in Coocilio Londinenſi. Præterea ſequenti anno 1238. idem D.Legatus Otto (vt ſcribit Matthæus Paris) omnes Abbates Angliæ nigri Ordinis auctoritate Domioi Papæ citauit, vt coram eo apparereot Londini in Eccleſia S.Martini, de Ordine Monaſtico reformando tractaturi. Inter plurima verò & iſta habet: *Ad hæc cùm eſus carnium ſit Monachis nigri Ordinis per Regulam* S.BENEDICTI, *ac ſtatutum E noſtrum, nec non & Abbatum præſidentium generali capitulo interdictus, vt Monachis, qui conſueuerunt veſci carnibus per abuſum, tollatur occaſio & materia murmurandi, præcipimus Abbatibus & Prioribus, vt loco illius cibi illis veſtiri ſtudeant, & procurent iuxta facultatem domus cibum alium competentem miniſtrari.* Aono denique Chriſti 1266. à Clemente IV. ſummo Pontifice miſſus eſt in Angliam Otholonus S.Hadriani Diaconus Cardioalis, qui anno Chriſti 1268. Londini conuocato A Concilio, plurima pro reformatione Eccleſiæ Anglicanæ & monaſtici Ordiois egregiè inſtituit. Quæ quidem omnia vnà cum Conſtitutionibus Angliæ impreſſa exſtant. Inter alia autem Legatus iſte, quæ ſuprà recitauimns ab Othone priùs cooſtituta, confirmauit, & iosuper vt ea exactiùs obſeruentur, hoc decretum adiunxit: *Nos autem adijciendo firmiter & diſtrictè præcipimus, & inhibemus, vt Abbates & Priores Abbates proprios non habentes, Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ Ordinis* S.BENEDICTI *contra eſum carnium diligenter & ſollicitè inquirant, vt eos quos inuene-B rint in hoc delinquentes, grauiter puniant delictis & delinquentium circumſtantias attendẽtes. Epiſcopi quoq; cùm ſubiecta Monaſteria viſitant, de eiuſmodi eſu carnium ſubtiliter inquirant, & puniãt illos, quos pœnâ inuenerint indigere. Alioquin præter indignationis & maledictionis æternæ acerbitatem, donec id fecerint ſint ſuſpenſi.*

Mathæi tract. MS. de abſtin. à carnib. c. 2.

In Capitulis.

In Concilio Londinenſi, anno 1237.

Tom. 3. Conc. p. 2.

Item anno 1238.

Quid in eadem cauſa decretum ab Otholono Cardinale.

Et pœna in prævaricantes conſtituta.

TERTIÒ. Zelus Sanctorum & acris Superiorum reprehenſio aduerſus tranſgreſſores regularis præcepti de abſtinentia à carnibus ſatis arguit, quo loco hanc S.BENEDICTI conſtitutionem habuerint. Atque vt in ore duorũ aut trium teſtium ſtet hoc C verbum, Primò, occurrit qui abhinc ſexcentis annis vixit, Cardinalis Vindocinenſis, ita ſcribens: *Goffridus Vindocinenſis monaſterij ſeruus, Guillelmo Priori de Caſtello, & fratribus qui cum eo ſunt, obſeruare Regulam, & regulæ irritamenta declinare. Peruenit ad aures noſtras de vobis irreligioſa & inordinata prorſus opinio: dictum eſt enim quòd contra Regulam, quam Deo & ſanctis eius vos obſeruaturos promiſiſtis, carnes ſolemniter & generaliter manducatis. Vnde ſi ita eſt, imò quoniam ita eſſe credimus, veſtræ intemperantiæ vehementer condolemus, D & ne vlterius fiat, Regulæ vobis auctoritate prohibemus. Carnis comeſtio ſicut Monachis pro corporis infirmitate conceditur; ita eis in carnis voluptate negatur. Infirmi etiamſi à carne penitus abſtineant, non propter hoc Regulam violarent.* Ita ille. Secundus ſit S.Petrus Venerabilis, qui multò acerbiùs in tranſgreſſores inuehitur, qui paſſim omnibus diebus Eccleſiæ præcepto non interdictis carnes manducabant. Atque inter cetera ait: *O quicumque es talium conuiuiorum carnifex, hoccine eſt quod Monachum profitens Deo vouiſti? hæccine E eſt Regula ſecundum quam te viuere ſpopondiſti? videamus, videamus ipſa Regula in mediũ adducatur, & vtrum profitens quod de carnibus profitetur teneat, agnoſcatur. Carnium quadrupedum, inquit, omnino ab omnibus abſtineatur comeſtio præter omnino debiles & ægrotos. Et in alio loco. Carnium eſus infirmis quoties expedit offeratur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. Quid dicis, Monachus ſum? & ô vtinam! Si ergo Monachus es, vbi eſt hoc quod profeſſus es? profeſſus es certè obedientiam ſecundum Regulam* S.BENEDICTI.

III. Sancti acriter in creophagos Monachos inuecti.

Goffrid. lib. 4. epiſt. 42.

Primò, Goffridus Vindocinenſis.

Secundò, S. Petrus Abbas Cluniacenſis.

Petr. Ven. lib. 6. epiſt. 15.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſunt autem de hoc capitulo verba Regulæ, quæ audiſti. Quid igitur prævaricaris? Quid Deo mentiris? Quid te ipſum fallis? verba tua te condemnant, de ore tuo vt ſeruum nequam te iudicant, chirographum quod ſcripſiſti homines ſeruant, Angeli retinent, proponendum tibi in die magni iudicij Dei ante tribunal ſummi & veri iudicis Ieſu Chriſti: proponẽdum, inquam, & legendum, ſiue ad vitam, ſiue ad mortem. Soluit deinde obiectionem quam mouere potuiſſent. *Et ne tibi,* inquit, *incurrere liceat id id quod ſoles, vt dicas, & hoc capitulum ſicut & alia quædam à ſanctis quibuſdam Patribus certâ ratione mutatum. Reſpondeo; aliter eſt. Si enim de Nouitiis ſuſcipiendis, ſi de opere manuum, ſi de veſtibus & quibuſdam ſimilibus, à bonis patribus poſt* S. BENEDICTVM *mutatum eſt: non dubiâ, ſed certâ & rationabili cauſſâ factum eſt. At huius capituli prævaricatio, quâ ratione excuſabitur? Quâ cauſſâ ſoſpes & integris viribus Monachus carnibus vtens, reus non eſſe monſtrabitur?* Hæc ille, & plura in eundem ſenſum.

Soluit obiectionem aliquorum.

Tertiò, S. Bernardus. Tertius teſtis accedat S. Bernardus, qui reprehendens morem quemdam Cluniacenſium, qui ſani & validi in valetudinarium ſe quibuſdam recreationum diebus recipiebant, vt ibidem carnes comederẽt, ita ait: *Ridiculum verò (ſi tamen verum eſt) quod relatum eſt mihi à pluribus, qui hac ſe pro certo ſcire dicebant, reticendum eſſe non arbitror. Aiunt enim incolumes & validos iuuenes conuentum ſolere deſerere, in domo ſe infirmorum, qui non ſunt infirmi collocare, carnium eſu (qui vix ægrotis dumtaxat & omnino debilibus ex Regulæ diſcretione pro virium reparatione conceditur) non quidem corporis infirmantis ruinas reficere pro incommodo, ſed carnis luxuriantis curam perficere in deſiderio. Rogo quæ eſt hæc ſecuritas inter frendentium vndique hoſtium fulgurantes haſtas, & circumuolantia ſpicula, tanquam finito iam bello, & triumphato aduerſario proiicere arma; & aut prandiis incubare longioribus, aut nudum molli volutari in lectulo? Quid hoc ignaniæ eſt, ô boni milites? ſociis in ſanguine & cæde verſantibus, vos aut cibos diligitis delicatos, aut ſomnos capitis matutinos?* Hæc Bernardus.

Bern. Apolog. ad Guil. Abb.

DISQVISITIO VII.

Quæ Benedictinarum Congregationum de eſu Carnium decreta?

NON agam hîc de Congregationibus illis ſub Regulâ S. BENEDICTI militantibus, quæ mutato habitu nouorum Ordinum nomina ſunt ſortitæ: quamuis eas viri docti vnius S. BENEDICTI Ordinis diſtincta membra, ſiue Congregationes cenſuerint vocandas. Pleræque enim in exordio hanc abſtinentiam ſectatæ ſunt, ſuiſq́ue conſtitutionibus præſcripſere, vt Camaldulenſes, Ciſtercienſes, Vallisumbroſani, Cæleſtini, & alij. De Ciſtercienſibus ſanè ex definitionibus Ordinis ait Ioannes Craesbeeck: legem abſtinendi à carnibus etiam Ordinis noſtri patres confirmauerunt, tamq́ue irrefragabiliter teneri mandauerunt, vt eam latâ ſententiâ excommunicationis ſanxiuerint. Cæleſtini verò ſic olim decreuerunt: *Nulli omnino permittimus eſum carnium exceptis ægrotis. Contrafacientes pro qualibet vice tribus diebus in capitulo recipiant diſciplinam ad vnum miſerere: quibus etiam diebus ieiunent in pane & aqua.* De aliis verò longiori non opus probatione, cùm potior cauſſa nouum inſtituendi Ordinem illis fuerit, quod accuratam regularis vitæ obſeruantiam, priſtinumq́; Regulæ vigorem iam pridem collapſum vellent poſtliminio reſtituere. De ijs igitur tantùm agemus Congregationibus, quæ nigro retento habitu, relaxatam Ordinis diſciplinam in priſtinum ſtatum reuocare conatæ ſunt: nec de omnibus tamen, ſed ijs dumtaxat quæ celebriores, hodieque aut integræ, aut magnâ ex parte ſubſiſtunt.

Benedictinæ congregationes initio carnibus abſtinuerunt.

REFECTORIVM.

Diſt. 13. c. 2.

Stat. Cæleſt. l. 2. c. 5.

Initium ſumo à celeberrimâ Congregatione Cluniacenſi, *quæ in eccleſiæ paradiſo* (vt Gregorius IX. loquitur) *dextera Dei plantata, à mari vſque ad mare protenſis palmitibus gratos flores, & vberes fructus produxit honeſtatis.* Hæc autem Congregatio, quàm Regulæ tenax in ipſo ſuo flore fuerit, * alibi dictum, & rigidè à carnibus abſtinuiſſe ipſa S. Odonis, totius reformationis auctoris vita declarat, in quâ diuinitus puniti leguntur huius legis tranſgreſſores, & ad obſeruantiæ commendationem miracula quædam facta. S. verò Petrus Venerabilis etiam carnibus veſcentes Monachos redarguit, tanquam à S. Odonis inſtitutis deuiantes: *Veniat,* inquit, *poſt Magnum* BENEDICTVM *& eius diſcipulum Maurum, ſummus Ordinis Monaſtici in Galliis reparator, præcipuus Regulæ reformator, Odo: Odo, inquam, primus Cluniacenſis Ordinis Pater, qui emortuum iam & penè vbique ſepultum Monaſtici propoſiti feruorem reſuſcitare ſummo conamine aggreſſus eſt. In cunctis penè Europæ noſtræ finibus, de monacho præter tonſuram & habitum nihil. Inſtitit ille diuino operi penè tunc ſolus, & Cluniaci prima iaciens fundamenta, poſt huc illucq́ue religionis ſemina, quandiu adixit ſerere non ceſſauit. Ille ergo, ô frater, primus tuus Pater, quid de carnium capitulo ſenſit? quid dixit? Quid ſcripſit? conſule librum eius, relege verba eius. Inuenies inter alia, quæ ad terrorem talium ſcripſerit.* Subdit deinde terribilem

De Cluniacenſibus.

* l. 2. tr. 8. diſq. 9.

Qui à S. Odone inſtituti.

Petr. Vener. l. 6. ep. 15.

Et à carnibus docti abſtinere.

REFECTORIVM.

ribilem punitionem in Monachum carnibus veſcentem factam. Deinde refert cum Floriacenſibus Monachis, qui cuncta mandendo moliebantur conſumere, vt ita ſaltem inuitis carnem eis edendam concederet, cuncta impendiſſe competentia, vt ab vno eos prohiberet. *A quo*, inquit, *vno? A carne vtiq; edenda. Hac eſt, inquam, vt dixi, ſi Cluniacenſis es, doctrina Patris tui.* Sed & idem Petrus in Statutis ſuis, cùm fortè nonnulla circa hunc articulum irrepſiſſet corruptela, ita decreuit: *Statutum eſt, vt exceptis infirmis & omninò debilibus, carnibus nullus veſcatur.* Reddidit verò rationem decreti ſui: *Cauſſa*, inquit, *inſtituti huius fuit ipſa Regulæ auctoritas, in quâ hac idem præcipitur: & ne ſanus & integris viribus Monachus carnem comedat, prohibetur. Inſuper etiam quia nulla rationabilis cauſſa mutandi huius capituli inueniri poterat, ſicut in quibuſdam aliis eiuſdem Regulæ olim mutatis capitulis à Patribus inuenta eſt.* Sub Hugone tamen 5. receptus videtur carniũ vſus, qui ſcandali metuens, ſic decernendum putauit: *Statuimus, ne quis carnibus veſcatur, niſi in domibus noſtris, & noſtri Ordinis, & diebus conſtitutis.* Solebant enim tum recreationis cauſsâ aliquot diebus infirmariam intrare, & ibidem etiam ſani & valentes carnes comedere, vt ex ſtatutis colligitur.

Petrus Venerabilis eandem abſtinentiam præſcripſit. Petr. in Stat. art. 12.

Quando ea relaxata. Stat. Hug. in Biblioth. Cluniac. pag. 1463.

Sed paulò poſt Hugonis tempora Gregorius IX. pro reformatione Cluniacenſium bullam edidit, quâ hanc licentiam reuocauit. Ita enim habet: *Præcipimus etiam (iuxta quod in B.* Benedicti *Regula continetur) vt nullus Monachus in quouis loco vel domo Cluniacenſis Ordinis aut extra, niſi tantùm in infirmaria (vt prædictum eſt) carnes manducare præſumat: quod qui præſumpſerit, ſi clauſtralis fuerit, graui pœnâ ſubdatur, vel ſi dignitatem vel adminiſtrationem habuerit, priuetur eadem.* Paulò antè verò decreuerat, vt in infirmariâ nullus comederet, niſi *propter infirmitatem, vel debilitatem* illuc fuiſſet deſtinatus. Nicolaus tamen IV. ad Cluniacenſes ſcribens, *Circa eſum*, inquit, *carnium, licentiam relinquimus diſpenſationi Abbatis, ſecundum indulgentiam Clementina.* Vnde poſteà paulò latiùs diſpenſatum fuit, vt in *Infirmariarum generalibus* (vt loquebantur) & aliis recreationibus conſuetis, extra refectorium carnes comederent.

Et à Gregorio IX. inſtaurata. Anno 1227.

Anno 1288.

Sed ad Caſſinenſem Congregationem conuertamur, quæ carnium vſum Regulæ contrarium ſentiens, ſtatuit prohibitionem de abſtinentiâ à carnibus etiam ſeruandam ab iis, qui in itinere ſunt conſtituti, ac deinde hæc ſubiungit: *Vnde vt honeſtas Religionis arctiùs conſeruetur, & nulla proximis propter hoc ſcandali præbeatur occaſio, ordinamus & arctiùs prohibemus, ne quis noſtræ congregationis, etiamſi hoſpes fuerit, extra ipſius congregationis Monaſteria carnes vllatenus manducare præſumat, ſine licentiâ prælati: neque etiam in locis, vel membris eis annexis, ceſſante legitimo infirmitatis impedimento: quæ fortè ei extra dicta monaſteria poſito ſuperuenerit, aut ſi cauſſa infirmitatis ad Balnea acceſſerit, cui pro ſui ſuſtentatione eo caſu carnes comedere, ſtando & redeundo de indulgentiâ ſingulari concedimus, quod tamen ita fiat, vt nemini ſcandalum præbeatur. Quam conſtitutionem ſi quis tranſgreſſus fuiſſe repertus, aut conuictus fuerit: quot vicibus carnes comederit, tot diebus ieiunet in pane & aqua, & inſuper ſtet per menſem degradatus.* Vt autem omnis auferretur occaſio carnes concupiſcendi, alio loco eiuſdem congregationis Patres ſtatuunt, vt hoſpitibus præterquam infirmis, debilibus, aut ex itinere fatigatis, in infirmitorio, aut alio loco ſeorſum eſus carnium non concedatur, iuxta conditionem perſonarum. Atque eadem mens eſt recentiorum Congregationum SS. Vitoni & Hydulphi in Lotharingiâ S. Benedicti, aliàs Cluniacenſis, & S. Mauri in Galliâ, item noſtræ in Belgio. Sed notandum Lotharingicas Conſtitutiones citata Caſſinenſium verba nõnihil reſtringere, intermittunt enim illũ de balneis caſum: hoſpitibus autẽ præterquã omnino infirmis carnibus interdicũt.

Caſſinenſiũ de abſtinentiâ à carnibus decreta.

In declarat. ad c. Reg. 39. n. 3.

Ad c. Reg. 53. num. 7. *Etiam ad hoſpites reſtricta.*

Sed in Germaniam tendamus, & quid Burſfeldenſis Reformatio de carnium eſu cenſuerit, inſpiciamus. In ſtatutis enim recenſet *legumina & olera, piſces: oua, lacticinia*, & cetera huiuſmodi, nulla carnium facta mentione. Contra quas anno 1512. tale decretum in annali Capitulo conſtitutum fuit: Ad aures venerabilium Dominorum Præſidentium grauis & enormis præcedente clamoſa inſinuatione crebrò querimonia deuoluta eſt ſuper eſu carniũ; cùm etiam ſecundùm Regulam & ſacros canones Abbatibus ſeu Monachis ſanis eſus carnium interdicatur, quare etiam omnem eſum carnium procul abiccimus. Nos Prçſidentes, Definitores totumq́ue Capitulum ſtatuimus, vt quicumque noſtræ obſeruantiæ profeſſus huiuſmodi tam laudabilis inſtitutionis trãſgreſſor fuerit, carnes ſcilicet comedendo, ſeu alicui perſonę miniſtrando, aut comedẽtibus ſiue miniſtrantibus cõſentiendo, niſi & in quantum ſancta Regula permittit, ipſo facto tanquam ſuæ profeſſionis calumniator & tranſgreſſor iudicetur, ad arbitrium capituli ſine miſericordia puniendus. Anno autẽ 1521. de eodem articulo patres in Capitulo congregati agentes, citant bullam Pij II. qui hanc congregationem primo Pontificatus ſui anno approbauit, ac priuilegiis exornauit. Is autẽ à quibuſdam Monachis conſul-

Quid Burſfeldenſes de carnium eſu cenſuerint. Burſfeld. diſt. 3. c. 18.

Enim ſæpe prohibent.

tus

Anno 1459. Pius II. *Allegata ſententia Pij II.*

tus declarauit, non licere Religioſis Benedictinis vti carnibus, his verbis: *Sanè certis reformatis Ordinis* S. BENEDICTI *Monachis referentibus ad noſtrum peruenit auditum, quod iam diuturno altercatio etiam diſtrictionis & inconſtantiæ generatiua, circa eſum & abſtinentiam carnium inter aliquos habita ſit, quod ſalubre foret noſtræ declarationis adminiculo ſubmoueri. Volentes igitur paci & quieti ipſorum Reformatorũ conſulere, & diſtractionis & euagationis materias amputare, attendenteſq́; Regulam* S. BENEDICTI, *diſcretione præcipuam, decernimus & declaramus non licere Monachis* S. BENEDICTI, *ſubmiſſis obſeruantiæ Regulari ſiue non ſubmiſſis, vti carnibus; niſi ſecundùm Regulam prætacti Ordinis, & cum ſuorum ſuperiorũ licentia, non per importunitatẽ extorta, ſed piâ conſideratione concedenda ſub hac moderationis & diſcretionis modeſtia.* Deinde ibidem citatur decretum Nicolai de Cuſa tituli S. Petri ad Vincula Cardinalis & Legati, quod ſic habet: *Carnium eſus ſub vniuerſis omni tempore & loco (caſu à Regulâ permiſſo duntaxat excepto) ſtrictiſſimè interdictus.* Sequenti autem anno eadem confirmata ſunt. Anno verò 1530. cum quidam ab hâc obſeruantiâ deſciuiſſent, in virtute Sanctę obedientiæ, & ſub pœnâ excommunicationis pręcipiunt à carnibus abſtineri. Quod quidem octo capitulis conſequentibus identidem ſancitum, & confirmatum fuit, tanti ſcilicet ad Regulæ obſeruantiam his patribus viſa eſt à carnibus abſtinentia.

Et Cardinalis de Cuſa.

Et ſub pœnâ excommunicationis.

De Valliſoletanâ, quæ in Hiſpaniâ viget Congregatione, nihil hîc dicendum, quòd ob piſcium raritatem, congruam habeant diſpenſationem veſcendi carnibus omnibus (ni quadrageſima aliaque prohibitio obſtet) totius anni diebus, vt loquitur Antonius Perez, eiuſdem Congregationis aliquando Generalis. Eremitæ tamen Montiſſerrati ab ijs abſtinent, vt expreſſum in Conſtitutionibus Valliſoletanis.

Diſpenſatũ cum Valliſoletanis.

Perez ad cap. Reg. 39. Valliſ. cap. 122.

DISQVISITIO VIII.

Quid alij Ordines circa Carnium abſtinenteam ſtatuerint?

TANTI habita fuit in Eccleſiâ Dei carnium abſtinentia, vt complures ſancti, etiamſi nulla monaſtica inſtituta ſuſcepiſſent, à carnibus ſibi temperandum duxerint. Quod ex hiſtoriis, quas breuitatis cauſsâ omitto, euidentiſſimum eſt. Porrò religioſi Ordines plerique carnibus abſtinuerunt, & vel latâ lege, vel inductâ conſuetudine earumdem abſtinẽtiam ſtabilierunt. Omiſſis illis, qui ſub S. BENEDICTI ſignis militant, ſolos ex iis Grandimontenſes in medium adduco, qui, referente Cardinale Vitriaco, Regulam & inſtituta Ciſtertienſium in omnibus pænè obſeruant, excepto quòd *numquam carnes poſtquam profeſſionem fecerunt, de cetero licet eis manducare, quantacumque ægritudine prægrauentur.* Hos proximè ſequuntur Carthuſiani, qui tanto rigore carnium abſtinẽtiam amplexi ſunt, vt ne imminente quidem mortis periculo, eaundem eſum permittant. Quare etiã in dubium reuocatum eſt hoc eorum ſtatutum, & non deſuerũt, qui affirmarent illud irrationabile & crudele, atque ita teneri Carthuſienſes non abſtinere à carnibus in articulo mortis quamuis ſcãdalum ſequeretur. Hanc ſentẽtiam amplexi ſunt [a] Martinus à Magiſtris, [b] Medina Complutenſis, & [c] Syluester. Sed eorum ſtatutũ ſiue conſuetudinem latè defendunt [d] Gerſon peculiari libro de abſtinentiâ Carthuſianorum, [e] Maior, [f] Arnoldus de villa noua, [g] Richardus Hallus, aliiq́ue plures Scholaſtici. Nec improbari poteſt, quia ab Eccleſiâ hoc ſtatutum fuit ſemper laudatum & approbatum, imò & fortè ratione huius abſtinentiæ, Carthuſianorum religio, vt ſtrictior & perfectior ab Eccleſiâ iudicatur.

I. *Grandimontenſes perpetuò carnibus abſtinent.*

REFECTORIVM. Vitriac l. 2. hiſt. occid. c. 15.

Item Carthuſienſes.

Quid de hu quidam ſenſerunt.

a q. 2. de abſtinent. b C. de ieiu. q. 4. ad vlt. arg. c V. iuramentum 4. § 10. d Alphab. 39. litt. C. e in 4. diſt. 18. q. 4. concl. 5. f apud S. Anton 3. p. Sum. tit. 16. c. 6. § 5. g lib. 1 de quin conſcient. c. 47.

Secundò, Ordo Præmonſtratenſis ante centum triginta annos perpetuam à carnibus abſtinẽtiam ſeruabat, & ſi qui ab illâ deuiarant, inquit Seruatius Lairuelz, id non ſine conſcientiæ ſcrupulis faciebant, vt ſatis prodit diploma Pontificium, quo carnis eſus diſpenſationis beneficio permiſſus fuit. Quinimò Ordini ipſi coæua hęc abſtinentia. De parente enim eius S. Norberto, ita vitæ auctor: *Cibus ab eo niſi quadrageſimalis & veſpertinus, præterquam Dominicis diebus minimè ſumebatur: Piſcibus autem ſeu vino rariſſimè vtebatur.* Et probabile videri poſſit eum id à Sigebergenſibus Benedictinis, à quibus inſtitutus fuit, aſſumpſiſſe, cui fauet pręfatus Seruatius, dicens: Proponebat ſibi conſuetam Monachorum viuendi normam, quibus eſus carnium interdicitur: etſi enim fratres ſuos in Ordinem Monachorum non redegerit, ſed Canonicorum; eos tamen non ſolùm Canonicis legibus, ſed & Monachorum auſteritatibus, aduerſus duros inſolenteſq́ue carnis impetus, communiuit, prout fidem faciunt ſubuculæ laneæ, quæ (teſte Nauarro) Monachorum ſunt, non Canonicorum, ne quidem regularium.

II. *Præmonſtratenſes iam olim non edebant carnes.*

Lairu. to. 2. Catheſ. conit. lect. 9.

Apud Sur. 6. Iunij.

Nec ipſe S. Norbertus.

Cap. Cum ad Monaſt. de ſtat. Monach.

Nauar. de Regular. comment. 3. n. 42.

Tertiò, inter Ordines Mendicantium Carmelitæ ex præſcripto Regulæ etiam abſtinent, ita enim pręſcribitur: *Ab eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio ſumantur.* Quam conſtitutionẽ à ſummis Pontificibus mitigatam in vſum poſtliminio reuocarunt Carmelitę Diſcalceati, qui ſeſe antiquo Patrum ſuorum ſpi-

III. *Carmelitæ.*

Reg. Alberti cap. 12.

Et hodie Diſcalceati.

ueant autem omnes ipſi fratres ac ablati, ne quemquam medicorum pro quadrageſimali vita deſerenda, & Paſchali ſeu pingui aſſumenda, per ſe nec per interpoſitam perſonam inducant. Ita vir ſanctiſſimus.

Pſeudo-Hieronymi Regula Monialis à carne arcet. Reg. Monach c. 15.

Poſtremò annotandum eſt, eandem abſtinentiam præſcribi in Regulâ Monacharum, quæ inter opera S. Hieronymi habetur, in quâ ita ſancitur: *Non apponantur incitatiua libidinum, ſed quæ poſsint famem extinguere, aut legumina, aut olera cōdiantur in oleo. Carnes verò ſolùm ſint ex licētiâ Abbatiſſæ indultæ debilibus & infirmis: alioquin cuius ſint ſaporis ignoret cœnobium.* Tot igitur Ordinum in hanc abſtinentiam conſenſus ſtimulo nobis eſſet debet, ne in quo nos alij imitati ſunt, in eo ipſi deficiamus.

Miracula quibus hæc abſtinentia illuſtrata.

Nec leuius calcar ſubdit conſideratio miraculorum, quæ diuina bonitas in huius abſtinentiæ fauorem operata eſt, aut pœnarum, quibus præuaricatores ſubinde affecit. Obuia hæc paſſim in SS. Hiſtoriis. Miracula vide apud S. Gregoriū de S. Honorato. De S. Prœiecto apud Surium 25. *Ianuar.* De S. Gerardo Bronieñſi Abbate apud eundem 3. *Octobris.* De S. Romualdo legendus [a] Petrus Damiani in vitâ. De S. Berengario cōfeſſore, [b] Menardus. [c] Petrus Sutor mira refert de Carthuſianis ſuis. De S. Stephano [d] Henriquez in faſciculo SS. Ciſter. De viuario S. Odonis precibus impetrato, ne Benedictini piſcibus carerent, [e] Ioannes Monachus in vitâ.

Greg. l. 1. dial. c. 1.
a Cap. 69.
b l. 2. obſer. 26. Maij.
c l. 1. vit. Carth. tr. 4. cap. 8.
d l. 1. diſt. 3. cap. 4.
e Apud Sur 18 Nouemb. l. 3. c. 11.

Pœna tranſgreſſoribus inflicta.

Quod pœnas ſpectat tranſgreſſoribus inflictas, adeat pius Lector vitam S. Odonis, & eiuſdem Collationes, quæ Bibliothecæ Patrum & Cluniacenſi inſertę ſunt: Quin vt videat etiam Deum animaduertere in laicos, qui in Monaſteriis quæ carnibus abſtinent, eas ediderint, legat vitam S. Theodori Archimandritæ à Metaphraſte exaratam.

Vit. S. Odon l. 3. c. 2. & Collat. l. 3. c. 20. & 30.
Apud Sur. 22. April.

DISQVISITIO IX.

An à vino abſtemiis carnium eſum S. BENEDICTVS *indulſiſſet?*

Quidam eò propendent.

VIRI quidam docti ac pij non rarò mecum de hoc Regulæ noſtræ articulo agentes, in eam propendere viſi ſunt ſententiam, vt putarent, ſi S. P. N. BENEDICTO conſtitiſſet, alium potum præter vinū, qui corporis valetudini non aduerſaretur, Monachis exhiberi poſſe, eum potiùs cum illo vel aquæ potu, carnium eſum permiſſurū fuiſſe, quàm piſces cum continuo vſu vini. Ducebantur autem hoc potiſſimum argumento: A carnibus abſtinētia, ad refrenandam carnis petulantiam maximè pręcepta videtur. Sed vinum magis ad libidinem incitat, quàm caro: ſcriptum eſt enim: *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas.* Item: *Vinum & mulieres apoſtare faciunt ſapientes.* Et Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Scriptura autem nuſquam ita aſſerit carnes luxuriæ eſſe ſeminariū: Nazaræi quoque & Rechabitæ à vino, non autem à carnibus abſtinebant, quod ſignū eſt maioris olim habitam abſtinētiam vini, quàm carnium. Ergo S. BENEDICTVS potiori ratione vini vſum, quàm carnium ſuſtuliſſet. Verùm quia Italis monachis difficillimum fuiſſet, ſolùm aquam bibere, quod eis perſuaderi non poſſe Legiſlator noſter teſtatur, maluit carnium eſum prohibere, vt ita libidinis fomitem reſtringeret. Alioqui ſi de cereuiſiâ, aut alio ſimili potu cogitaſſet, ſaniori conſilio illum carnes quàm vinum conceſſurum fuiſſe.

Ipſorum argumentum.
REFECTORIVM. Prouerb. 20. Eccli. 19. Num. 6. Iud. 13.

Non placet hæc coniectura.

Mihi verò (ſaluo meliori iudicio) hæc coniectura non omnimodo probatur, quia ſupponere videtur Legiſlatorem noſtrum, omnium iuſtorum ſpiritu plenum, quique Spiritu ſancto dictāte Regulam ſcripſerit, aut ignoraſſe aliquibus locis non eſſe familiarem vini potum, aut eo locorum degentibus Monachis ſarcophagiam permiſiſſe, cùm tamen expreſſè dixerit: *Vbi autem loci neceſsitas expoſcit, vt nec ſupraſcripta menſura inueniri poſsit, ſed multò minùs, aut ex toto nihil: benedicant Deum qui ibi habitant, & non murmurent.* Ex quibus verbis duo colligo. Primum, non latuiſſe B. Patrem aliquibus locis vini defectum, vel in toto, vel ſaltem in parte accidere poſſe. Alterum, poſito hoc caſu nihil eum in vini compenſationē indulgere, neque Abbatis conſiderationi aut iudicio quidpiam vti aliàs facit, in hoc concedere: neque enim ait: hæc conſideratio penes Abbatē ſit; vel, in arbitrio & poteſtate Abbatis ſit, ſi expediat aliquid mutare, vel carnes indulgere: ſed ſimpliciter ait, *Benedicant Dominum qui ibi habitant, & non murmurent,* ac ſi dicat: Gratias agant, & benedicant Deo, qui manifeſtam occaſionē exercendæ paupertatis, patientiæ, manſuetudinis ac ſobrietatis tribuit, diſcantque cum Paulo abundare, & penuriam pati, atque in illâ cum S. Iob dicant: *Sit nomen Domini benedictum. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus?* Atque hæc de ſenſu S. BENEDICTI.

Cap. 40.
Ex aliud colligitur ex verbis S. Regulæ.
Quæ obiter explicantur.
Iob. 1. & 2.

Benedictini vino carentes olim non admiſerunt carnes.

Sed videamus, an vbi in Ordine noſtro à vino abſtinuerunt, ibi carnes in compenſationem admiſerint. Sanctus Bonifacius Zachariæ Papæ ſcribit ſibi decretum, Monachos conſtituere ſub Regulâ S. BENEDICTI viuentes; *viros ſtrictæ abſtinentiæ abſque carne & vino; abſque ſicera & ſeruis.* Quomodo hoc animi ſui propoſitum executus ſit, in vitâ B. Sturmi, Ægil diſcipu-

REFECTORIVM. Ægil. in vit. Sturm. apud Brovv.

lus & ſucceſſor ita exponit: S. Epiſcopus cùm fratribus ſacras expoſuiſſet Scripturas, *& quod nuſquam vinum Monachorum legeret eſſe, conſenſu omnium decretum eſt, vt apud illos nulla potio fortis, quâ inebriari poſſit, ſed tenuis ceruiſia biberetur. Quod poſt plures annos, creſcente familia, propter ægrotos & imbecilles, tempore Pipini regis, Synodali decreto, immutatum eſt; aliqui tantùm ex fratribus vſque ad finem vitæ ſuæ, ſe à vino, & ceteris fortibus potionibus abſtinuerunt.* Meminit huius abſtinentiæ etiam Tritbemius Abbas, aitque in vſu etiam fuiſſe cùm Rabanus monaſticum inſtitutum ſuſciperet: *A vino*, inquit, *& carnibus omni tempore abſtinebant. Panis eorum cribarius erat & ruſticus: faba piſa, & olera cibus, aqua vel cereuiſia potus.* Sed & Caſſinates illi monachi, qui Theodemaro teſte, vinum numquam niſi de ſacro calice bibere ſoliti erant, à carnibus abſtinebant. Quid, quod in Aquiſgranēſi Synodo vniuerſim ſtatutum legamus: *Vbi autem vinum non eſt vnde hemina detur, duplicem menſuram de cereuiſiâ bonâ accipiant.* Nec tamen Abbates illi ob vini defectum; carnes in compenſationem concedendam putauerunt.

Tritbem. in vit. Rabani. l. 1.

Nec in hoc caſu diſpenſatum à Concilio Aquiſgran. Can. 22.

Antequam verò ad argumenta initio propoſita reſpondeam, monendum hîc duxi, non diſſimili argumentandi genere hæreticos, quoſdam in Monachos Eccleſiamque catholicā incurrere. Rodolphus Hoſpinianus ex Zwinglij grege, hanc inter Nazaræos, noſtroſque Monachos ponit differentiam: *Nazaræis*, inquit, *vinum quidem & ſicera interdicebatur, non autem eſus carnium. Monachis autem, vice verſâ, vſus carnium olim in vniuerſum vetitus fuit, licet Carthuſiani ſoli eam legem obſeruent hodie, ceteri verò certis quibuſdam diebus per annum à carnibus abſtineant. A vino autē tantum abeſt, vt ſibi tēperent Monachi, vt nullum aliud genus hominum eo ſe magis ingurgitet, nec iniuriâ eorum ſtomachi amphora Bacchi, in veteri epigrammate vocati ſunt. Cùm autem multa ſint carnes, quæ vt vinum, calorem & libidinem non accendant, meo quidem iudicio potus vini magis, quàm eſus carnium prohiberi debebat.* Ita hiſtrio ille, vt eum vocat Serarius; qui reſpondet falſum eſſe olim Monachis omnibus vſum carniū vetitum, & quod ait de vini ingurgitatione, ſi fuerint iſta quorumdam vitia, eſſe non debere in omnes conuitia. Addo ego non videri vetus epigramma, quod hæreticus citat, ſed in Monachorum odium à Nouatoribus nequiter compoſitum, felle enim & amaritudine plenum eſt; ita namque (ſi Muſis & Apollini placet) Poëtaſter ille cecinit, aut potiùs eructauit:

Hoſpin. lib. de orig. Monach. c. 5.

Quidam hæretici vinum potiùs, quàm carnes Monachis adimunt.

Serar. in Iud. c. 13. q. 9. *Refutantur.*

Et inſulſum quòd in Monachos ſtringant epigramma.

O Monachi, veſtri ſtomachi, ſunt amphora Bacchi,

A *Vos eſtis, Deus eſt teſtis, teterrima peſtis.*

Sed hęc ipſa aliaq; validiora in prædicantes, Epicuri de grege porcos, retorqueri poſſent. Quod autem vini potiùs quàm carnium vſum prohibendum iudicet, reponit Serarius: Si qui velint poſſunt ſibiipſis omne vinum, cereuiſiam, medonem, ſiceramque omnem prohibere. Incipiant prædicantes. Si quorum tamen legibus Monachorum vinum eſſet prohibitum, hos dicerent noui iſti Miſomonachi, Turcas & Mahometanos, qui Alcorano vinum ve-
B tanti, quàm Euangelio vinum concedenti, morem mallent gerere.

Et ſanè iam olim Turcarum Saladinus, qui Ieroſolymam expugnauit, hoc ipſo argumento S. BENEDICTI de abſtinentiâ à carnibus ſanctionem oppugnauit, eiuſque Regulæ Mahumetanam legem à vino ſuos arcentem prætulit. Rem narrat Guilelmus Neubrigenſis. Nam cùm ex duobus Ciſtertienſibus de inſtitutis Regulę S. BENEDICTI plura eſſet percunctatus, atque inter cetera de cœlibatu & abſtinentia à
C carnibus intellexiſſet, iuſſit, illos indulgentiori cuſtodiæ mancipari, & per duas decentis formæ mulierculas ad eorum miniſterium deputatas, ſolas eis carnes cum potu aquæ ad victum miniſtrari. Qui carnibus vſi & aquâ madentes, exemplo B. Iob fœdus pepigerunt cum oculis ſuis, vt ne cogitarent quidem de turpitudine, ſed ſobrietate comite ſolliciti pudicitiæ ſuæ cuſtodes, orationi vacabant. Quod vbi comperit Saladinus, carnes & aquam, piſcibus & vino iuſſit mutari. Inſidiabatur
D callidus, vt ſimplicitatem arte deluderet, & ex hoc Religioni calumniam concinnaret. Vinum ergo ſumentes, dum blandientibus mulierculis triſtitiam ſuam paulò indulgentiori hauſtu leuirent, illam Apoſtolicam regulam, *modico vino vtere propter ſtomachum tuum*, minimè tenuerunt. Nam quod ſtomacho ſat eſt, hilaritati minus eſt. Vbi autem in hilaritate, honeſtatis irrepſit obliuio. Salomonicæ de vino ſententię veritas claruit. Quippe ingreſſum eſt blandè, ſed in nouiſſimo momordit vt coluber. Denique inciderunt in feminas idipſum molientes. Manè digeſto vino, & reatu agnito,
E fleuerunt amarè, & lacrymis madidi producti ſunt iubēte molitionis artifice. Quibus ait: *Cur ſolito triſtiores eſtis? Quia*, inquiunt, *peccauimus grauiter vino abſorpti.* Et ille: *Cùm carnibus*, inquit, *veſceremini & aquam biberetis, propoſitum veſtrum, cautè cuſtodiſtis. Porrò abſque eſu carnium vino madentes, Regulæ veſtræ, & propoſiti noſtri præuaricatores inuenti eſtis, ex quo apparet quòd ille veſtræ Philoſophiæ auctor* BENEDICTVS *minus ſapiens fuerit, eſum ſcilicet carnium inhibens,*

Saladinus eodem argumento vſus.

Neubrig. hiſt. Angli. l. 5. c. 12.

Duobus Monachis carnes cum aquâ apponi iubet.

Inde piſces cum vino.

Quo ad luxuriam inducti.

Hinc lapſis inſultat tyrannus.

Digitized by Google

hibens, quo animi ſtatus nequaquam turbatur, A *& vini vobis vſum relaxans, quo etiam integerrimæ rationis vigor eneruatur, quod tam recenti veſtro probatis exemplo. An non ergo prudentior philoſophus noſter & Legiſlator, qui nobis animi turbatorem vini vſum inhibuit, & ſemper innoxium carnium vſum indulſit?* Dimiſitque eos liberè ad propria reuerſuros, homo inueteratâ peſte imbutus, & ad ſugillandum quod ſapere non valebat, argutus. Ita quidē cum noſtris viſus eſt ludere, qui tamen magis ſtuduit ſanæ doctrinæ, cuius ignarus erat, illudere, cæcâ vanitate B carpens virum Spiritu Dei plenum, de quo ait beatus Papa Gregorius, quod ſcripſerit *Monachorum Regulam, diſcretione præcipuam, ſermone luculentam.* Nam reuera præcipuæ diſcretionis fuit, quod ad ſacram militiam tranſeuntibus ciborum delitias, quæ animum emolliunt, & reſoluunt, curaret reſtringere, iuxta formam Apoſtolicam, modicum vini vſum, quo & caro infirma refocillatur, & animus non grauatur, voluit relaxare. Hactenus ille.

Et Alcoranum S. Benedicti decretis ſtaliſis præfert.

Ea defenduntur.

Quod verò adducebatur, de vini ad con- C citandam libidinem energia, id quoque contra Eccleſiaſtica ieiunia obiici poteſt; in ijs enim interdicto carnium eſu, vini potus permittitur, & obiectionem hanc iam olim Angelicus Doctor propoſuit. Et poſt eum Martinus Kemnitius hæreticus ait, non eſſe dubium quin concupiſcentia carnis magis & facilius irritetur per potum vini, quàm per eſum caſei & ouorum, proinde nullam eſſe cauſſam, cur ieiunantes potiùs ab ouis & caſeo, quàm à vino contineant. Sed reſpondet poſt S. Thomam Cardinalis Bellarminus, noluiſſe Eccleſiam vini abſtinentiam imperare, quoniam à plurimis ſine magno valetudinis periculo tolerari non potuiſſet. Carnes verò interdixit, quia cùm magis conformentur humano corpori, plus delectēt, & maius ſuppeditent nutrimentum, adeoque cauſſa luxuriæ ſint magis principalis, quàm potus vini. Carnis ſiquidem alimētum parat materiam generationis, quâ exuberante deſpumat corpus in luxuriam, vinum autem non parando materiam, ſed calefaciendo corpus incitat ad libidinem. Sed flamma, quæ ex vino concipitur, ſi materia generationis non ſuppetat, non difficulter extinguitur; materia verò generationis exuberans, etiamſi vinum abſit, ſtimulare non ceſſat ad libidinem. Hæc ille. Quibus adde, ſi vinum, prout Regula iubet, non vſque ad ſatietatem bibatur, ſed parciùs, ac vt Caſſinenſes monent, aquâ temperatum; non adeò magnum fore periculum. Complures quoque experientiâ docti non ſemel teſtati ſunt, ſe poſt receptam à carni- A bus abſtinentiam multò rariores carnis ſtimulos ſenſiſſe, quantumuis quotidie vino vterentur, cùm anteà crebriùs impugnarentur. Quid, quod & cereuiſia potentior non minùs libidinem prouocet, & pollutionibus corpora reddat obnoxia, quàm potus vini?

Reſpondetur ad argumentum de vini energia ad libidinem.

S. Tho. 2. 2. q. 148. a. 8. Kemnit. 4. par exam. pag. 442.

Bellar l. 2. de bon. op. in part. c. 5. Cur Eccleſia carnibus interdicat, non item vino.

Vini modicus vſus non adeò periculoſus.

REFECTORIVM.

Eadem igitur ex cauſsâ, quà Eccleſia hunc in ieiuniis permiſit, & carnium abſtinentiam indixit, idipſum à S. BENEDICTO circa Monachos factum arbitror. Voluit enim Eccleſia prohibere certum cibi B genus, quòd magis nutriret, & delectabilius eſſet, & à quo omnes ſibi poſſent temperare, vt ita vniformis eſſet ieiunandi ratio, non autem potum vini, qui plurimis eſſet neceſſarius. Non diſſimili, inquam, ratione placuit S. BENEDICTO eam abſtinentiam monachis præſcribere, quæ in Eccleſiâ eſſet vſitatiſſima, quamque veteres Anachoretæ & Monachi religioſè obſeruaſſent.

S. Benedictus Eccleſiā deuotiā hic ſecutus.

Hinc & illud ſoluitur, quod quidam dicunt: cùm S. BENEDICTVS dicat, *vinum* C *Monachorum non eſt*, illud potiùs fuerat prohibendum, quàm carnes, quando præſertim non de carnibus perinde ac de vino meritò quis dixerit, non eſſe Monachorum. Reſpondetur enim, perinde ac de vino dixiſſe S. BENEDICTVM; *omni tempore vita Monachi quadrageſimæ debet obſeruationē habere.* Ac proinde videmus nullo tempore carnes eſſe Monachorum, niſi forſan ęgrotent. Quod quidem veteribus ita perſuaſum erat Monachis, vt prouerbij inſtar D velut minus malum inferentes dicere ſolerent, præſtare carnes manducare, quàm hoc, aut illud facere. Hinc dixit Abbas Hyperichius: *Melius eſt comedere carnes, & vinum bibere, quàm comedere in vituperatione carnes fratrum.* Vide etiam Pelagium l. 4. n. 51. Refert & Ioannes Moſchus ſcandalizatum quempiam ſæcularium, quòd Abbatem Stephanum carnibus veſcentem vidiſſet. Nec tamen eadem religione à vino abſtinebant omnes, cùm illud ſolemnitatis & lętitiæ cauſsâ ſubinde admiſsū ſit. Nonnus enim ex Tabennenſi Monacho Epiſco- E pus, cum Pelagiam meretricem conuertiſſet ad Chriſtum, illi ſibique congratulans, dixit: *Tibi dico frater Diacone, lætemur hodie cum Angelis Dei, & oleum extra conſuetudinem ſumamus in cibo, & vinum cum lætitia ſpiritali accipiamus, propter ſalutem huius puellæ.* Et S. BENEDICTVS vinum indulſit, quod illud etiam in quadrageſimâ Chriſtianis omnibus Eccleſia permittat.

Soluitur aliud argumentum.

Cap. 49.

Caro non eſt magis Monachorum, quàm vinum.

Vit. Patr. l. 3. n. 134.

Prat. Spir. c. 65.

Vit. Patr. l. 1. in vit. Pelag.

Vinum ſubinde à Sanctis admiſſum.

REFECTORIVM.

DISQVISITIO X.

Num valetudini ac ingenio noceat à carnibus abſtinentia?

QVÆ Monaſtica exhibet menſa olera, legumina, ac præſertim piſces, quidam prorſus inſalubria clamant. Hinc è medicorum ſchola petitis argumentis, grauiter in piſces incurrunt. Rhaſis, inquiunt, dicit omnes piſces difficilis eſſe concoctionis, longo tempore in ſtomacho hærere, ſitim inducere. Iulius Alexandrinus, magni nominis Medicus, ait, Piſcium alimento, id vitij ineſſe, vt excrementitium valde ſit, concoctu ſæpè contumax, tardi deſcenſus ex ventriculo in inteſtina: facilè corrumpi: neruoſis partibus maximè noxium: articulorum, podagricíſque doloribus nocumentum præbens. Quid, quod nonnulli affirment, eſu piſcium vitam abbreuiari, nam ex Hippocratis oraculo: *Imbecilles cibi breuem vitam præſtant.* Hieronymus Cardanus, carniuora animalia vult eſſe ſagaciora, adeóque à carnibus abſtemios cenſet ſtupidiores. In eodē ſenſu eſt Petrus Caſtellanus, Medicinæ Louanij profeſſor, cuius hæc verba: Subſtantia piſcium aquea eſt, & labilis, atque obnoxia putredini. Quocirca propter defectum caloris, ſpiritus generat frigidos, impuros, & aqueos, à quibus obtuſius ingenium. Atque hæc præcipua ferè quæ contra Ichtyophagiam obiiciuntur.

Piſces quidam volūt difficulter concoqui. Rhaſis l. 4. ad Almanſ. c. 16. Iul. l. 14. Salubrium. *Eſſe mali ſucci.* *Abbreuiare vitam.* 6 Epidem. ſect. 5. ſententi. 10. *Et hebetare ingenium.* Petr. Caſt. l. c. 2.

Ad hæc verò noſtri inſtituti hominibus vno Bernardi verbo reſpondere poſſem: *Puta te, quæſo, Monachum eſſe, non medicum, nec de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Quid hic vos dicitis obſeruatores ciborum, morum neglectores? Hippocrates & ſequaces eius docent animas ſaluas facere in hoc mundo, Chriſtus & eius diſcipuli perdere. Quemnam vos è duobus ſequi Magiſtrum eligitis? at manifeſtum ſe facit, qui ſic diſputat, hoc oculis, hoc capiti, & illud pectori vel ſtomacho nocet.* Hæc Bernardus. Verùm quia hoc videri poſſit non tam reſpondere, quàm aduerſariorum argumenta concedere, aut ſubterfugere, operæpretium fuerit Æſculapij hortos, ad quos nos deducunt, nonnihil ingredi, & vt paribus armis pugnemus, ex ijs delibare, quæ piſcium innocentiam tueantur.

Quæ Monachorum curanda. Bernard. Serm. 30. in Cant. *Suſcipitur piſcium patrocinium.*

Sapientiſſimis profectò viris, inquit Renatus Moreau, Pariſienſis medicus, non abſurdum viſum fuit, reuocare in dubium deterioresne eſſent carnes aliorum animalium, quàm piſcium. Ac inter alios Ferdinādus Rodericus Cardoſus rem ita examinauit, vt pænè à piſcium partibus ſtare videatur. Ab eo Ludouicus Nonnius opere proprio de piſcium eſu, ſalubres eſſe probat. Ex quo deinceps quæ ad rem videbuntur, ſublegam.

Renat. animaduerſ. ad c. 68. Schol. Saler. *Controuerſum an carnibus non præſtent.* Ferd. c. 30. de reb. non natural. q. 5. problem. 5.

Xenocrates apud Oribaſium magnum vſum ad ſalubrem victus rationem præſtare piſces, auctor eſt. Plutarchus verò: *Nam & marina obſonia præterquam quòd ſint ſuauiſſima, maximè etiam ſunt innoxia, nam & carnoſa ſunt, & non periude vt carnes grauant, ſed facilè concoquuntur, & digeruntur.* Quod non indiſcriminatim cuivis vitæ generi conducere, Nonnius monet, ſed ijs qui forenſem vitam, quia otia, ac ſtudiorum amœna ſectantur. Teſtem adducit Galenum ita loquentem: *Piſcium alimentum hominibus otioſis, ſenibus, imbecillis, & ægrotis eſt commodiſſimum, qui verò corpus exercerent, cibos poſtulant firmiores.* Idem aſſerit Simeon Sethi: *Conueniunt*, inquit, *piſces otioſis hominibus, & non robuſtis, & à morbo conualeſcentibus.*

Laudantur à ſalubritate. Plutarch. 4. Symp. q. 4. *Conueniūt ſedentariis.* Galen. lib. 3. de alim. facult. c. 29. Seth. l. de alim. facul.

Quod verò obiiciunt, piſces concoctu eſſe difficiles, excrementis abundare, ac tardè ex ventriculo deſcendere: hæc à vero maximè aliena ſunt. Namque Galeno, Xenocrate, præcipuiſque medicorū ſuffragantibus, nunc εὔχυμοι, nunc εὔπεπτοι, aliàs εὐανάδοτοι, boni ſucci, facilis concoctionis, facilis digeſtionis paſſim dicantur. Certè malè de humano genere meritus fuiſſet Galenus, aliíque claſſici ſcriptores, ſi magnas haſce piſcium noxas imprudenter vel malignè præteriiſſent. Sed adiiciamus eiuſdem Galeni verba, quæ facilè omnes aduerſariorum rationes ſubuertunt: *Alimentum, inquit, quod ex piſcibus ſumitur, non modò ad coquendum eſt facile, ſed hominum etiam corporibus eſt ſaluberrimum, vt quod ſanguinem medium conſiſtentia generet, medium autem voco, qui neque admodum tenuis, neque aquoſus, neque vehementer craſſus eſt.*

Falſum eſt, quòd ſint concoctu difficiles. Galen. l. 3. de alim. fac. c. 2.

Quid, quòd piſces in ægrorum diæta à medicis exhibiti fuerint: Plutarchus refert, Zenonem ac Cratonem conſueuiſſe, ægrotantes ante omnes alios cibos, ad piſces ablegare, veluti cibum leuiſſimum. Idem pluribus in morbis fecit Galenus, vt videre eſt apud Nonnium. Alexander verò Trallianus doctiſſimus poſt Galenum medicus, in omnibus pænè morbis ægros piſcibus variis nutrit. Recenti quoque memoriâ Ioannes Alphonſus Complutenſis Academiæ publicus profeſſor ſpeculū medicinæ Chriſtianæ conſcripſit, in quo examinat, quibus in morbis, ægritudinibus, corporis affectionibus, aut debilitatibus abſque periculo veſci piſcibus poſſimus, paucoſque omninò recenſet morbos, quibus eſus piſcium non conueniat.

Ægris præ diætâ exhibiti. Plutarch. 4 Sympoſ. Nonn. c. 11. de piſc. eſu. *Omnibus ferè in morbis vtiles.*

Iam quod ſecundo loco afferebatur, piſcium eſum vitæ officere, eamque breuiorem reddere, impugnat id Arnoldus de Villa

Non corrūpunt vitam.

Io. And. in nouell. de obſer. ieiu. Auton. 3. p. ſum. tit. 16. c. 6. §. 5.

Villa noua apud Ioannem Andreæ, & S. Antoniuum, aitque id falſum & phantaſticum, arque hæreſim ſapere: nam aduerſatur, inquit, approbationi & tolerātiæ Romanæ Eccleſiæ, & fingit nouum dogma in pertinentibus ad vtilem ſtatum fidelium, ponendo, quandoq; à mortis periculo non poſſe ſine vſu carnium liberari; & ſic ad vitę longitudinem carnium vſum neceſſarium, quod eſt falſum. Quod pluribus deinde probat. Tandemque ſubdit: In Ordine Carthuſiano multi ſeneſcunt & viuunt etiam octogenarij. Et ante diluuium non comedebantur carnes, vt dicitur *diſt*. 35. & tamen longiùs viuebant. Hæc Aruoldus.

Cap ab Exordio.

Populi quidam ſolis piſcibus victitantes.

Quòd ſi vetuſtatis tabularia introſpicere lubet, & gentium aliquot conſenſu, piſces inter ſalubria alimenta reponere; occurrunt plures nationes, quæ ſolis piſcibus ſaluberrimè ętatē egerunt. Grauis Auctor eſt Strabo, prope Geodroſiam Ichtyophagorum eſſe nationem, quæ non ſolùm piſcibus pro obſonio & pane veſcebatur, ſed quod magis mirere, eorum pecora ijs vtebātur, *pecorum verò carnes piſcibus præbebant*. Arrianus verò refert, Nearchum multas Ichtyophagorum nationes detexiſſe, quæ etiam farinam ex aſſis piſcibus contritis parabant, vnde mox panes conficiebant, triticeo verò pane pro obſonio veſcebantur. Plura de his curioſus Lector apud Diodorum Siculum, & Philoſtratū inueniet. Sed ne antiquis his nimiùm immorer, ſeruut auctores circa promontorium Bonæſpei, Æthiopes habitare, qui ex piſcibus ſole exſiccatis panes ſibi conficiuut frumenti penuriâ. Auctor eſt Petrus Bellonius, pleroſque Aſiæ, & Gręciæ populos, piſcibus frequentiſſimè veſci, ac ſaluberrimè viuere. In Hollandiâ & Zelandiâ, inquit, Ioannes Viringus, quotquot ex piſcatione viuunt, vix vnquam carnes attingunt: ſed & multis è vulgo paſſim ſortuna non carues ſolùm, ſed & piſces denegat totâ vitâ, vt ferè perpetuam ſeruare quadrageſimam videantur, & videmus interim eos optimâ frui valetudine.

Strabo Geograph. lib. 15.

Arrian. l. 8.

Ichtyophagorum populi.

Diod. Sic. lib. 4.

Philoſt. in vit. Apoll. Thyan. l. 3.

Bellon. l. 1. obſeruat.

Viring. l. 5. de ieiu. & abſtin. c. 17.

Anachoretæ & Monachi ſine carniū eſu longæui.

Hieron. in vitâ.

Athan. in Vitâ.

REFECTORIVM.

Caſſ. coll. 1. cap. 1.

Hieron. in Vitâ.

Theodor. in Philotheo.

Quid verò de priſcis Anachoretis & ſanctis Monachis dicemus? cōſtat ſanè eos admodum fuiſſe longæuos, quantumuis non carne tantùm, ſed aliis etiam plurimis cibis abſtinerent, quibus rigidioris continentiæ Monachi licitè veſcuntur. S. Paulus primus Eremita ætatem ad annos fere 116. produxit: ex quibus circiter centum egit in eremo, quadraginta quidem primos paucis dactylis, & hauſtu aquæ; reliquos cùm dactyli defeciſſent, pane dimidio, quem coruus ei quotidie ſubminiſtrabat. S. Antonius ad annos 105. peruenit, è quibus nonaginta egit in eremo, ſolo A pane & aquâ (quibus aliquid oleris in extremâ ſenectute addebat) corpus ſuſtentans. S. Paphnutius exceſſit annos 90. ſolo pane veſcens. S. Hilarion etſi naturæ eſſet teneræ, & ſemper rebus diuinis intentus, vixit annos circiter 84. ex quibus ferè 70. tranſegit in eremo mirâ abſtinētiâ, & cultus victuſque aſperitate. Iacobus eremita Perſa genere partim in eremo, partim in Monaſterio tranſegit annos 104. victu tenuiſſimo. S. Macarius, cuius extant homiliæ, exceſſit annum nonageſimum, ex qui- B bus in eremo, aſſiduo ieiunio peregit 60. Arſenius præceptor Arcadij Imperatoris annos vixit centūm viginti, ex quibus 55. tranſegit in deſerto abſtinētia admirabili.

Oſtenditur idipſum in Benedictinis.

S. Benedicto.

S. Mauro.

S. Romualdo.

S. Roberto.

S. Cæleſtino.

S. Gallo.

S. Æmiliano.

S. Silueſtro.

Sed ne ſolos Anachoretas commemoremus noſtri inſtituti prodeant Monachi, qui in ſummâ abſtinentiâ carnibus prorſus deſtituti, vſque in ſenectam & ſenium ętatem duxerunt. Venerabilis Beda ab anno ætatis ſeptimo vſque ad nonageſimum ſecundum in Religione vixit. Sed & omnes quos venerandos nobis Monaſticum Bre- C uiarium Pauli V. exhibet, diuturno vixerunt tempore, nec ex iis vllus præmaturè mortuus eſt, præter S. Placidum martyrij laureâ decoratum & cæleſti gloriâ iam ſatis maturum. Ipſe Sanctiſſimus Patriarcha Benedictvs ſexageſimum tertium ætatis attigit annum. S. Maurus diſtrictiſſimè viuens ſeptuagenario maior migrauit in cælum. S. Romualdus cùm annos centum & viginti ageret, & centum ipſos in ſummâ vitę auſteritate Deo ſeruiuiſſet, migrauit in cælum. S. Robertus nonageſimo ter- D tio ætatis anno ſpiritum reddidit Creatori, cùm anno vndecimo habitum ſuſcepiſſet regularem. S. Petrus Cæleſtinus etiamnum puer aſperam duxit vitam, & quamuis ieiuniū perpetuò ſeruaret, (Dominicis diebus exceptis) nihilominùs ſex quadragenas per annum diſpoſuit: in quibus pane tantùm & interdum ſolis oleribus, aut pomis, vel caſtaneis, ſiue ſabis emollitis, aut crudis rapis veſcebatur, & ſitim aquâ ſedabat. Carnes numquam, vinum rarò guſtauit, & tamen ætatem perduxit ad annū vſq; octogeſimum primum. Ioannes Gualbertus ſeptuageſimū octauum annū agens E ieiuniis, abſtinentiis & vigiliis confectus ex hac vitâ diſceſſit. S. Gallus nonaginta quinque annis vixit, quem quinquennio etiam ſuperauit S. Æmilianus, qui ex centum octoginta Chriſto dedicauit. B. Silueſter Abbas ferè nonagenarius vltimum ſpiritum exhalauit. Omitto plures alios longæuos, quos ex hiſtoriis eruere liceret. Hi ſuffecerint ad refellendum id quod de breuitate vitæ ex carnium abſtinentiâ timebatur.

Quod

REFFECTORIVM. *An piſces ingenium obtundant.* Scalig. Exerc. 152. in Card.

Quod autem poſtremò piſces ingenium obtundere dicebantur, ridet id Scaliger, atque ita contra Cardanum diſſerit: Caro, inquit, craſſa eſt, & craſsè alit. Herbæ tametſi craſſiores, tamen ex earum ſubtiliſſimis partibus conſit alimentum. Itaq; Septemtrionales barbaros, Scythas, Sarmatas, Iſlandos, Lituanos, multâ veſcentes carne, craſſo obſitos ingenio, ſtupidos, bardos, videmus. Ægyptios, Syros, Aſſyrios, Chaldæos, longè omnium ſapientiſſimos. Galenus aliquot locis, Laërtius, perpetuo inſtituto virorum illuſtrium vitas narrant: rarò carnes in eorum cibis commemorant. Percurres etiam Brachmanum, Gymnoſophiſtarum mores. πλαγήματα, πέμματα, πλεονεκάδια, ῥοφήματα, lac, mel, ficus paſſas: quæ erant etiam munera Prophetarum, panem ſatis habuiſſe pro opulentiâ. Hæc Scaliger.

Heroes rarò carnibus vſi.

Sed quid doctiſſimis ac ſanctiſſimis patribus Cardanus faciet? An eos, qui à carnibus abſtinuerunt, in Bœotia omnes, aut

Iuuen. Sat. 10.

Veruecum in patriâ, craſſoq; ſub aëre natos

cenſebit? Apud Perſas tria genera Magorum fuiſſe, Hieronymus narrat, quorum primi, quos doctiſſimos & eloquentiſſimos facit, exceptâ farinâ & olere, nihil amplius in cibum ſumebant. De Iaponibus fertur, quòd dociles ſint, & ingenioſi, quos conſtat non ſolùm parciſſimè, ſed etiam tenuiter admodum victitare, adeò vt vix piſcibus vtantur; legumina, oriza præcipuæ epulę nobilium, & rarò ſatis vſurpantur, alioqui folia colligunt, & ſiccant in annonam, viuunt nihilominùs, & valent quantumuis medicis deſtituti.

Sapientes eiſdem abſtinuerunt. Hieron. l. 2. aduerſ. Iouinian.

Viring. de iein. & abſtin. l. 5. c. 17.

Sed vt ad Benedictinos reuertamur, audiendus hîc R. P. Edouardus Maihew, ita diſſerens: Liceat hic quorumdam periculoſum admodum errorem ſi non deplorare, ſaltem admirari, qui autumant ſine carnium eſu non poſſe Monachum vt decet, vel ſtudiis incumbere, vel in re litteraria proficere. Numquid enim iis ſęculis queis doctiſſimi viri Ordinis noſtri claruerunt, noſtri Monachi, contradicente Regula, carnibus veſcebantur? Abſit ſanè vt huiuſmodi quid vel leuiter ſuſpicemur, & quidem de Fuldenſibus Monachis oppoſitum eſt manifeſtum. Verùm non noſtri tantùm Ordinis viri plurimi, qui ad ſummum eruditionis apicem abſque carnium eſu peruenerunt, hunc errorem reiiciendum demonſtrant, ſed etiam alterius: Quid enim de Alberto Magno, quid de Angelico Doctore Thoma Aquinate, quid de aliis Ordinis S. Dominici religioſis, qui in ipſius exordio ſummè floruerunt, affirmabimus? Numquid ipſi carnes comedebant? Sanctus ſanè Dominicus conſtitutis ſuis, quæ adhuc eo ſaltem tempore à diſcipulis ſuis A obſeruantur, id vetuit. Denique antiquorum Monachorum, imò antiquorum Patrum ea fuit ſententia, ieiunia & abſtinentias ad felicem in ſtudiis progreſſum, præcipuè verò ad contemplationem & ſacrarum Scripturarum intelligentiam plurimum conducere.

Mah. Præfat. ad 3. tab. Troph. Anglican. *An ſine carnibus Monachi ſtudere nequeant.*

Abſtinentia ſtudia promouet.

Verùm vt aduerſariorum aduerſus piſces tela retorqueamus, non deſunt qui carnibus hanc noxam tribuant, quòd concoctu ſint difficiliores, & ingenij obtundant vigorem. Ea mens Plutarchi fuit, qui B vehementiùs etiam ſarcophagiam exagitat: *etenim carnes*, inquit, *quas edimus, difficile eſt à concoctione ſubigi: quin etiam ſuperatæ vi concoctionis carnes, cruditates tamen moleſtas gignunt.* Et paulò pòſt: *Porrò carnis eſus non modò præter naturam corporibus noſtris accidunt, ſed ſatietatem quoque craſſitiemq; ingenerant. Vinum enim & carnium eſus, corpus quidem robuſtum validumq; efficiunt, animos autē hebetant.* Et infrà: *Oculus humore occupatus abundante hebeſcit, & officium ſuum facere nequit. Solem per aërem humidū, vaporumq; mul*C*titudinem crudorum intuentes, non purum aut ſplendidum, ſed obſcurum & caliginoſum dubioque lumine conſpicimus. Ita profectò etiam in corpore repleto & turbido, alienisq; cibis grauato, omninò neceſſe eſt ſplendorem animi lucemq; retundi atque conturbari, vagariq; & ad viles res cernendas ſe conferre, cùm ad conſideranda ea quæ aliquid habent difficultatis, nihil ei ſit acuminis atque virium.* Idemque alio loco: *Maximè cruditates metuendæ ſunt ab eſu carnium. Nam hæ & initio ſtatim valdè prægrauant, & reliquias poſt ſe malignas relinquunt:* D *ac optimum quidem erat ita corpus aſſuefacere, vt nullum id carniū requireret eſum. Non enim ad nutriendum modò ſufficientia largiter tellus producit, ſed etiam ad delectationem & voluptatem: quibus partim nullum alium apparatum requirentibus veſci poſſis, partim ſexcentis modis miſcere & ſuauia reddere.* Ad cuius ſententiam (inquit Leſſius) accedunt multi medici, eamque probat experientia: multæ enim ſunt nationes, quæ rarò carne veſcū- tur, ſed potiſſimùm viuunt orizâ & fructibus, & tamen diutiſſimè viuunt & ſaniſſi- E mè, vt Iaponij, Sinenſes, Africani multis regionibus, & Turcæ.

Contra Creophagiam quæ obiiciantur. Plutarch. orat. 1. de eſu carn.

Carnes concoctu difficiles.

Alia carnium vitia, & noxæ.

Plut. lib. de ſan. tuenda.

Leſſ. Hygiaſt.

Ceterùm, *copiâ ciborum*, inquit Seneca, *ſubtilitas animi impeditur.* Ad quæ Lipſius: veriſſimè. & Ariſton ſcitè Athletas aſſimilabat *columnis quæ ſunt in Gymnaſio, pariter nitidos & ſaxeos*, id eſt, ſine ſenſu. Magis etiam Diogenes Cynicus, qui *interrogatus, quare athletæ ferè ſine ſenſu aut mente eſſent? Quia, inquit, ex ſuillis & bouillis carnibus conſtant*: acutè ad ſtuporem animalium alludens, & ijs aptans, qui veſcebantur. Galenus etiam de Athletarum ſagina & ab eâ ſtupore,

Senec. epiſt. 15. *Carnes, ſi nimis edantur, ſtupidos faciunt.*

ſtupore, idem ſatetur: additque *hoc ob omnibus hominibus decantatur, quod venter pinguis, mentem non gignit tenuem.* Hæc ille. Idem epiſt. 108. Alibi idem Seneca ait, ſe Attali inſtinctu *abſtinere animalibus* cœpiſſe: & *anno*, inquit, *peracto non tantùm facilis erat mihi conſuetudo, ſed dulcis: agiliorem mihi animum eſſe credebam.* Et brutos. Tecum ſentiam (ait ibidem Lipſius) & aſſidua hæc κρεωφαγία, nimis Europæis vſurpata, brutos facit. Clemens Strom. l. 7. Clemens Alexandrinus de carnium comeſtione agens, ait, *ijs quidem qui corpus exercent eſt vtilis, ijs autem qui ipſam conantur augere animam, propter* B *eam quæ ex eſu carnium ingeneratur hebetudinem, non vtique. Creophagia,* vt aiebat Theo- Athen l. 4. deipn. pompus apud Athenæum, *rationem conſiliumque exhaurit, & animi lucem imminuit.* Hæc nos ex citatis auctoribus delibauimus, quæ peritioribus Medicis penitiùs examinanda relinquimus.

DISQVISITIO XI.

Quibus ex Regulâ Carnium eſus permiſſus?

C SApientiſſimus Legiſlator noſter etſi pro carnis caſtigatione eſum carnium à ſuis proſcripſerit, ne tamen id rigidum *S. Benedictus eſum carnis permiſit infirmis.* fortaſsè videretur, ſolitâ ſuâ diſcretione moderandum duxit, cùm ab hac abſtinentiâ infirmos exemit, ita ſiquidem ait: *Carnium verò quadrupedum omnino ab omnibus* Cap. 39. *abſtineatur comeſtio, præter omnino debiles & ægrotos.* Cap. 36. Et alio loco: *Sed & carnium eſus infirmis omninoq́; debilibus, pro reparatione concedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus* D *more ſolito omnes abſtineant.* Quæ conſtitutio maiorum nititur exemplis, nam S. Pa- Reg. Pachom. art. 22. & 23. *Exemplo veterum, qui ægrotantibus habebant.* chomius vinum & liquamen ex piſcibus à quibus ſani abſtinebant, ægrotantibus indulget, *ad omnẽ abundantiam,* vt ipſe loquitur, *vt in nullo frater languidus contriſtetur.* S. Hieronymus de ſui temporis Monachis: Hieron. epiſt. 22. *Si quis cæperit ægrotare, tanto ſenum miniſterio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quærat affectũ.* Regula monacharum eidem ſancto, ſed perperam adſcripta, eadẽ prorſus cum S. BENEDICTO habet: E Reg. Monach. c. 35. *Carnes,* inquit, *ſolùm ſint ex licentiâ Abbatiſſæ indultæ debilibus & infirmis: alioquin cuius ſint ſaporis ignoret cænobium.* Laudat porrò ab hac benignitate idẽ Hieronymus S. Paulam: Hieron. in vit. S. Paulæ c. 19. *Quid memorem,* ait, *clementiam & ſedulitatẽ in ægrotantes, quas miris obſequiis & miniſteriis confouebat? Languentibus enim largè præbebat omnia, & eſum quoque exhibebat carnium.* *Quinam carnes exhibuerint.* S. Cæſarius Arelatenſis hæc de ægrotis: Cæſar. in Reg. art. 24. *Pullos & carnes numquam ſani accipiant, infirmis quidquid neceſſe fuerit, miniſtretur.* Iſid. Reg. c. 21. Iſidorus: *ægrotis delicatiora ſunt præbenda alimenta, quouſque*

A *ad incolumitatem perueniant. Poſtquam ſalutem receperint, ad vſum priſtinum reuertentur.* REFECTORIVM. Carmelitarum Regula eandem exceptionem poſuit: Albert in Reg. Carm. c. 12. *Ab eſu,* ait, *carnium ſemper abſtineatis, niſi pro infirmitatis aut nimiæ debilitatis remedio ſint ſumenda.*

Verùm vt Regulam noſtram elucidemus, prima hîc oritur quæſtio: An duobus *An infirmi diſtinctè à debilibus, & ſingulis danda carnes.* hominum generibus carnium eſus concedatur, primò, *ægrotis,* ſecundò, *debilibus?* An verò vni tantum, ita ſcilicet, vt ægrotus, ſimul debeat eſſe debilis, vt alterutrum non ſufficiat? Quæ quidem diſquiſitio aliis quoq́; ſeruire poteſt, nam Innocentius III. Archiepiſcopo Braccarẽſi reſcribens, dum Cap. Concilium de obſeruat. ieiun. carnes die Sabbati prohibet, ait; *ſic tamen, quod debilibus & infirmis periculum non emergat.* Idemque de noſtris in Cap. De Statu Monach. *Cùm ad monaſterium* agens, *debiles & infirmi,* inquit, *quæ neceſſaria fuerint ſibi, tam in carnibus, quàm in aliis recipiant competenter.* Reſpondet verò Cardinalis Turrecremata, duo *Sententia affirmatiua.* hominum genera hîc poni, quibus eſum carnium S. Pater concedat, ſcilicet infirmorum, & debilium, Infirmis pro reparatione ſanitatis; debilibus pro reparatione valetudinis, ſiue virium. Itaquoque ſentit Thomas à Ieſu. Contra verò Smaragdus Thom. comment. ad Reg. Albert. ait: *Quad autem dicit* S. BENEDICTVS, *debiles ægrotos, non duas vt pleriq́; putant, ſed vnam* *Negatiua.* *tantùm ſignificat eſſe perſonam.* Quiſnam autem dicendus ſit debilis ægrotus, ita definit: *Debilis ægrotus dicitur, qui longâ vel durâ ægritudine preſſus eſt, ad debilitatem perductus, cui reparationis cauſſa victus eſt carneus adhibendus.* S. Fructuoſus Epiſcopus agens de ouium paſtoribus, ait: Cap. 9. *Inde ſuſtentantur infirmi, & recreantur paruuli, inde fouentur ſenes, inde redimuntur captiui, inde ſuſcipiuntur hoſpites & peregrini.*

Verùm, ſaluo meliori iudicio, priorem *Prior magis probabilis.* ſententiam, ſi benè explicetur, exiſtimo veriorem: nimirùm vt ægroti, qui à morbo ægrè ſanari abſque carnium indulgentia poſſunt, ijs veſcãtur. Deinde, idem concedatur quoque debilibus, & magnâ imbecillitate laborantibus. Dicuntur autem debilitate laborare illa corpora, quæ à Me- *Qui propriè debiles.* dicis dicuntur neutra, & velut media inter corpora ſana & ægra: quoniam non habent illam perfectionem actionum, quæ ſanis debetur; neque illud vitiũ quod ineſt ęgris, ſed medio quodã modo conſiſtunt, & ideò dici ſolent debilia, languida, corpora lapſa, ſiue neutra. Sunt autem iſta corpora, teſte Galeno, in duplici differentia, nam alia ſunt Galen lib. art. medic. c. 6. neutra decidentiæ, alia conualeſcentiæ. Decidentiæ illa corpora neutra dicuntur, *Sunt dupliciu generu.* quæ ſunt paratiſſima ad ęgrotandum: quæ licet actu non ęgrotent, habent tamen tantam debilitatem, vt ex qualibet minima occa-

Clement. l. 3. tit. 13. c. 2. Probatur ex Clement. & Concil. Viennenſi.

Sed vt propiùs ad Monaſticas conſuetudines veniamus, Ciſtertienſes olim in Monaſterio hoſpitibus carnes non indulſerũt, vt conſtat ex Clementin. & Concil. Viennenſi, vbi ita Pontifex loquitur: *Ad noſtrum (quod dolentes referimus) peruenit auditum, quòd Eccleſiarum Prælati ad Monaſteria Ciſtertienſis Ordinis accedentes, licet ab eis charitatiuè recipiantur, & eis curialiter neceſſaria miniſtrentur, cibis tamen regularibus non contenti, contra priuilegia dicti Ordinis carnes petunt: & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter.* Hiſce verò incommodis occurrere volens Pontifex, ſacro approbante Concilio, ſtatuit, *vt ſi Epiſcopi non cauſâ viſitationis, ſed charitatiua hoſpitalitotis ad Monaſteria venerint ſupradicta, victualia gratioſè recipiant, quæ charitatis gratiâ eis fuerint miniſtrata.* Si autem ex debito officij in Monaſterijs fuerint, & à carnibus abſtinere noluerint, extra ſepta Monaſterij, vel ſaltem extra portam regularem adminiſtrari debent.

Ex Caſſinenſibus. Caſſin. ad cap. 33.

Sic & Caſſinenſes: *Hoſpitibus autem, præterquam infirmis, debilibus aut ex itinere ſatigatis, in infirmitorio, aut alio loco ſeorſum eſus carnium non concedatur, iuxta conditionem perſonarum.* Rurſum: *prohibemus autem omninò eſum carnium ſæcularibus in Monaſterijs noſtris concedi.*

Num. 15.

Et doctrina SS. Patrũ.

Quod ne cui inhumanũ videatur, etiam antiquioribus ſanctis, & Monachorum Magiſtris placuiſſe legitur.

Ephræm doct. var.

S. Ephræm: *Monache, ſi acceſſerit ad te Monachus, ſiue ſæcularis quiſpiam; noli ſupra vires offerre te ei: ne poſt fratris diſceſſum doleas de bonis inſumptis apud fratrem tuum: ſed appone quod tibi Dominus largitur. Melius eſt enim apponere olera cum charitate, quàm victimas cum triſtitia.*

Ambroſ. l. 1. de Abraham c. 5.

Conſonat S. Ambroſius: *Non opes à te hoſpes requirit, ſed gratiam: non ornatum conuiuium, ſed cibum obuium.*

Baſil. reg. fuſ. diſp. 20. Rationes pro hâc ſententiâ.

Beatus verò Baſilius propiùs hanc quæſtionem tangens, poſitâ interrogatione; *Quæ ratio Monachis tenenda ſit in accipiendis hoſpitibus*, non tantùm huic quæſtioni reſpondet, Monachos non decere, vt hoſpitibus exquiſitas apponant epulas, verùm etiam plutibus eam rationibus confirmat.

Prima, ne Monachi ſæculo conformmur.

PRIMÒ enim, ait, hoc pacto Religioſos nimiùm conformari huic ſæculo, quod iam deſeruerunt. *Videmus*, inquit, *eos qui inciuili vitæ genere verſantur, humilitatem paupertatis fugere veluti rem ignominioſam, ob eamque rem quotieſcumque aliquis ipſis ſuſcipiendus hoſpes ſit, epularum & copiam & magnificentiam ſtudioſiùs conſectari. Equidem metuo nè ad nos quoque furtim ſe iſtiuſmodi peſtis inſinuet, neve planè ij eſſe conuincamur, quos tantopere commendatæ à Chriſto paupertatis pudeat. Vt igitur ſi vaſa argentea, velave purpurea prætexta, aut mollia ſtragula, & pellucida* A *amicula foris arceſſita compararemus, ex decoro noſtro non eſſet: ſic indecorum prorſus fuerit, ſi noua &* à COMMVNI VICTVS NOSTRI RATIONE *longè abhorrentia eſcarum genera excogitare velimus.*

REFECTORIVM.

Et hoſpites nimio luxu ſcandalezent.

Et poſt pauca: *Quòd ſi futurum eſt, vt nos quoque in iiſdem in quibus ipſi* (diuites) *criminibus ſimus, & ea quæ voluptaria ſunt, inquiramus, & ad oſtentationem ea apparemus; equidem metuo, ne quæ deſtruximus, ea ædificare videamur, illis etiam iiſdem rebus per quas ceteros iudicamus, nempè quorum vita aſſimilatio ſit, qui videlicet modò* B *in hanc modò in illam formam pro varia temporum ratione tranſeamus, niſi fortè veſtitus etiam demutandus nobis ſit, quotieſcumque caſus tulerit, vt in ſuperbos, ac faſtidio elatos aliquos inciderimus. Quòd ſi hoc facere minus inſtituto noſtro conueniat, illud certè multo ab honeſto alienum, ſi ob iſtos delicatulos à* MENSÆ NOSTRÆ SOLITO RITV RECESSERIMVS.

Secunda, ne nimia ſolicitudine perturbentur.

SECVNDÒ, arguit ſollicitudinem conquirendi hoſpitibus alium cibum, Monachos ſæcularibus æquare, atque eo- C rum quietem interturbare. *Illud enim circumcurſare nos, vt ea perueſtigemus, quæ non ad neceſſarium vitæ vſum requiruntur, ſed ad explendam miſeram libidinem ambitionemque anxiè ſolita ſunt inueniri: præterquam quod fœdum ac turpe eſt, & ab inſtituto noſtro alienum, exemplo etiam apprimè nocet: quando videlicet qui luxu diffluunt ac delicijs, & vitam beatam ventris voluptatibus finiunt, nos quoque in earumdem rerum, quibus inhiant ipſi, curis ſolicitudinibuſque verſari animaduertunt.* Quod paucis inter- D iectis Chriſti Domini verbis, Marthæ ſolicitudinem reprehendentis, confirmat. Atque in communi hoc ſtatui vult, vt cibaria, quæ promiſcuè omnibus apponantur eiuſmodi ſint quæ cum vili pretio, tum paruo etiam negotio comparentur.

Tertia ratio.

TERTIÒ, hoc vtitur dilemmate. *Acceſſit ad nos hoſpes aliquis? ſi frater eſt, & idem nobiſcum vitæ inſtitutum habet, is domeſticam ſuam menſam agnoſcet: quippè cùm, quæ domi reliquerit, ea inuenturus ſit apud nos.* E *Acceſſit alius à communi vulgarique viuendi conſuetudine? Hic diſcat ex factis, quæ ratio illi perſuadere non potuit, formulam & adumbrationem hinc mutuetur vitæ frugalioris. Inſideant in eius animo monumenta, quæ ipſi memoriam excitent menſæ Chriſtianorum, neque pudenda propter Chriſtum paupertatis. Quòd ſi his minimè ille permouebitur, ac potiùs ridiculo habebit, prorſus iterum nobis moleſtus non erit.*

Quarta.

QVARTÒ, Saluatotis noſtri exemplum in medium adducit, qui quinque millia hominum parciſſimâ menſâ excepit, cui tamen facilli-

REFEC-TORIVM.

facillimum erat quoduis eduliorum genus, pari miraculo, quo panes multiplicauit, exhibere.

Quinto, ne hoſpites intemperantia arguantur.

QVINTÒ, ait, notari hoſpitum intemperantiam, quaſi non pietatis cauſsâ, ſed gulæ ac ventris Cœnobia viſitarint. *Quamobrem*, ait, *tu quoque cum & largiore epularum copiâ & requiſitâ nimis in illis ad voluptatem apparandis ſolertiâ in fratre accipiendo menſæ tuæ ſolitum ritum immutas, ſine controuerſia ipſum veluti hominem voluptatibus deditum accuſas, & apparatu illo ei contumeliam infligis, nimirùm qui ventris illi libidinem obijcias. An non ſæpenumerò, & genere ipſo, & modo apparatus animaduerſo, coniecturam conſueuimus facere, quis aut cuiuſmodi ille ſit, qui exſpectetur?*

Adhac ſumptus & expenſæ multiplicarentur.

Atque hactenus quidem S. Baſilium diſſerentem audiuimus, quibus hoc adijciamus, cùm hoſpites incertis horis atque etiam diebus ſuperueniant, ijque, vt S. P. N. BENEDICTVS loquitur, *nunquam deſunt Monaſterio*; omni propemodum tempore, interdictos Monachis cibos præparare, atque in promptu habere neceſſarium eſſet. Quod quis non videat valdè inconueniens, cùm deficientibus hoſpitibus cibos illos corrumpi, aut pauperibus elargiri oporteret, qui facilè hinc ſcandalizarentur, arbitrantes de ſuperfluo Monaſticæ menſæ eleemoſynam ſibi fieri, aut ipſos Religioſos eo cibo veſci. Omitto tunc exceſſum ſumptuum & expenſarum, quæ conſequuntur ex duplici illo ciborum genere, quorum alterum hoſpitibus, alterum Monachis præbeatur.

Et periculum eſt, ne Monachi tententur ad creophagiam.

Iam verò quanta carnes concupiſcendi Religioſis tentatio ingeritur, dum eas toties menſæ inferri, hoſpiteſque comedere viderint? Imò verò cùm ipſimet eas præparare, coquere, diuidere, lancibus imponere, ac demum ijſdem eximere, eas abluere, aliaque circa illas facere coguntur, quæ coquinæ miniſteria, ab ipſis Religioſis iuxta noſtram Regulam obeunda, exigunt? Quæ ſanè nemo negauerit eſſe irritamenta malorum, ab oculis infirmiorum & iuniorum, quà fieri poteſt longiſſimè remouenda.

Honeſti non refugiunt Monaſticā frugalitatem.

Non rarò quoque accidit honeſtos pioſque hoſpites adeò non abhorrere à Religioſorum frugali menſâ victuſque ratione, vt eâ etiam vehementer delectentur: dum quod ſenſualitati deeſſe videtur, id copioſiùs animæ ſubminiſtratur, & piâ lectione, quæ conuentuali menſæ adhibetur, cibi quodammodo condiuntur.

Suo ſubinde commodo.

Neque verò deſunt frequentia ſatis exempla eorum hoſpitum, qui ad Religioſorum menſam & communem cum eis cibum ſumendum admiſſi, magna cum ædificatione, fructuque ſpirituali ab eis receſſerunt, adeoque nonnulli compuncti interdum fuere, vt vel ſimile vitæ inſtitutum, vel morum ſaltem mutationem inde meditari cœperint. Atque quemadmodum legere eſt clementiſſimū Deum, ijs quos ad rigidiorem abſtinentiam ex religionis præſcripto tolerandam vocauerat, ita nonnunquam ſuaues reddidiſſe eos cibos, à quibus delicatior aliàs ſtomachus abhorrebat, vt meliùs ſe nunquam refectos ipſimet faterentur: ita & hoſpites Religioſorum victu contentos huius ſuauitatis aliquando fecit participes.

Baron. anno 429. nu. 18.

Theodoſius Imp. viſitat Anachoretam.

Quo in genere memorabile valdè eſt, quod de Theodoſio Imperatore ex Vitis Patrum refert Baronius. Manebat, inquit, quidam Monachus Ægyptius in ſuburbano Conſtantinopolitanæ ciuitatis: Et dum tranſit Theodoſius Iunior Imperator per illam viam, reliquit omnes qui in obſequio eius erant, & venit ſolus ad cellam eius, & pulſans ad oſtium Monachi, aperuit ei Monachus. Cùm ergo introiſſet, fecerunt orationem, & ſederunt. Cœpit autem eum interrogare Imperator, dicens: *Quomodo ſint Patres in Ægypto:* Et ille; *orant pro ſalute noſtra omnes.* Imperator autem circumſpiciebat in cella eius, & quid haberet: & nihil ibi vidit, niſi paruam ſportulam habentem modicum panis, & lagenam aquæ; & dixit ei Monachus: *Guſta modicum:* & infudit ei panem, & miſit oleum & ſal, & manducauit, & dedit ei aquam bibere. Dixit autem ei Imperator: *Scis quis ſim ego?* Et ille dixit ei: *Deus te ſcit quis ſis.* Tunc dixit ei: *Ego ſum Theodoſius Imperator:* ille autem ſtatim adorauit: ſalutans eum humiliter. Et dixit Imperator: *Beati eſtis vos Monachi: quia licet in Imperio natus ſim, nunquam tamen delectatus ſum, ſicut hodie pane & aqua: ſatis enim & libenter comedi.* Hæc ibi.

Pane & aqua ſuauiſſime paſcitur.

DISQVISITIO XIII.

Quale peccatum contra Regulam carnes manducare?

Monachus comedens carnes, non peccat mortaliter.

S.[a] Antoninus, [b] Cardinalis Turrecremata, & noſter [c] Iacobus à Graffijs tractantes hanc quæſtionem, vno ore reſpondent: Monachum non peccare mortaliter comedendo carnes, ſi abſit ſcandalum, formalis inobedientia contra præceptum prælati abſtinentiam iubentis, & contemptus Regulæ. Nituntur autem maximè auctoritate S. Thomæ, qui hunc in modum diſſerit: *Dicendum quod nihil eſt peccatum Monacho, vel Religioſo cuicumque per ſe loquendo,*

[a] Part. 2. tit. 16 c. 6 §. 5.
[b] Tr. 104. in Reg. S Bened.
[c] Deciſion. l. 3. c. 5. nu. 66.
Thom. quodlib 1. art. 20.

Probatur ex S. Thoma.

loquendo, quod non ſit peccatum mortale alteri, niſi ſit contrarium ei, ad quod ſe voto profeſſionis obligauit, per accidens tamen, vt ratione ſcandali, vel alicuius huiuſmodi poſſet aliquid ei eſſe peccatum, quod non eſſet alij peccatum. Ceterùm quæ non continentur in Regula ſub præcepto, non cadunt directè ſub voto, vnde ea prætermittens non peccat mortaliter. Abſtinentia autem à Carnibus non ponitur in Regula Beati BENEDICTI *vt præceptum, ſed vt ſtatutum quoddam: vnde Monachus comedens carnes, non ex hoc ipſo peccat mortaliter, niſi in caſu propter inobedientiam, vel contemptum.* Ita Angelicus Doctor.

S. Bernardo. Bernard de præcept. & diſpenſ.

Cuius doctrina confirmari poteſt ex S. Bernardo, qui ait: *Vniuerſorum quæ per ſe, aut propter ſe nec bona nec mala ſunt, aut diuinâ inſtitutione aut propriâ, cuiuſque profeſſione fixa non ſunt, non iuſſa quidem licitè, vtrumlibet, vel admittantur vel omittantur; iuſſa verò ſine culpa non negligantur, ſine crimine non contemnantur.* Sentit ergo, inquit Suarez, quæ ſunt in Regula, ſecluſo contemptu ſine mortali omitti, hoc enim vocat crimen, non tamen ſine aliqua culpa, etiamſi ex negligentia fiat, quæ ad minimum erit venialis.

Item ex Bernardo Caſſinenſi. Bern Caſſin in ſpec. pag. 1.

Expreſſiùs Bernardus alter Caſſinenſis Abbas: *Inter maiora Regulæ inſtituta*, ait, *ſunt eſus carnium ſine neceſſitate, vel reparationis vtilitate, vel Superiore mandante. Hoc niſi ex contemptu frequentetur, & indifferenter ex conſuetudine patretur, peccatum mortale non iudico, nec ad pœnam mortalem obligare credo. Sed pro certo ſi frequentatio eius ſine cauſſa rationabili fiat, ſicut ligna longum cruciatum habebit delinquens, tamen quaſi per ignem ſaluus erit.* Hæc ille.

Thom. in expoſit. Reg. c. 12. dub. 4. *Dum tamē abſit ſcandalum.*

Nec diſſimiliter Pater Thomas à Ieſu obligationem quâ Carmelitæ ex Regula à carnibus abſtinere teneutur, explicat: Certum eſt, inquit, eum qui carnes ſine ſcandalo ederet, non peccare mortaliter: quia cùm hoc Regulæ ſtatutum de ſe ſolùm obliget ad venialem culpam, & ex aliâ parte non appareat aliquod aliud præceptum, ſine dubio eius tranſgreſſio non eſt de genere letalis culpæ: quamuis non dubitem inter venialem offenſam eſſe grauiſſimam, & dignam, vt à Prælato ſeuerè & acriter puniatur.

Obiectio. Diſtinct. 5. de conſec.

Objicitur Cap. *Carnem*, in quo ita ſtatuitur: *Si Manachus contra ſanctionem Regulæ vſumque veterum eſcam carnis præſumpſerit, ſex menſium ſpatio retruſiani & pœnitentiæ ſubiaceat.* Sed talis pœna non infligitur niſi pro peccato mortali, ergo comedens illud incurrit.

Soluitur. S. Thom. vbi ſuprà.

Reſpondet S. Thomas, pœnam illam infligi Monacho contumaciter & inobedienter carnes comedenti. Atque hæc ſunt, quæ de hâc materiâ apud auctores ferè inueni. Vide etiam quæ ad hanc obiectionem * aliàs reſpondimus.

* Lib. 2. tr. 8. diſq. 1.

Conſultus tamen à Prælato S. Andreæ Eximius Dominus Ioannes Schinckelius S. Theol. in Vniuerſitate Louanienſi Doctor, aliter ad hanc quæſtionem reſpondet, ſupponit enim tria.

REIECTORIVM. *Alia. Schinckelij ſententia.* Schinck in MSS. reſolut.

Primum, in omni Regula præter Dei præcepta & materiam voti, quædam præcipi ſub mortali. Secundum, omnia Regulæ præcepta atque Ordinis ſtatuta hoc ipſo quo circa grauem verſantur materiam, obligare ſub mortali, tam ratione præcepti, quàm voti. Tertium, quando Legiſlator nō declarat quantam inducere velit obligationem, tum ipſa præcepti ſeu legis obligatio adæquatur materiæ, adeò vt tanta ſit, quantæ materia eſt capax. Quæ ipſe latiùs deducit. Ex quibus deinde infert, Regulam S. BENEDICTI obligare ſecundum capacitatem materiæ ad mortale aut veniale, nuſquam enim declarauit ſe velle imminuere obligationem infrà proportionem materiæ.

Qui cenſet abſtinentiā à carnibus obligare ſub mortali.

Sed contrà articulos Regulæ ſub nomine præceptorum, & legis inculcat, atque tranſgreſſoribus, tanquam Dei irriſoribus grauem pœnam denuntiat. Atque hinc vlteriùs concludit abſtinentiam à carnibus obligare ſub mortali, quando earum comeſtio conſtituit materiam grauem ſeu notabilem. Hanc autem materiæ grauitatem non ita ſtrictim vult accipi, atque in ieiunio Eccleſiaſtico, adeò vt vnicâ refectione peccatum mortale incurratur. Quia, inquit, Eccleſiaſticum ieiunium diſtinctè præſcribitur quoad certos dies, ita vt ſi ſingula ieiunij Eccleſiaſtici præcepta obligent ſub graui culpa (prout habet ſenſus fidelium & Eccleſiæ) eorum tota materia vni diei adſtricta non poſſit non cenſeri grauis.

Quoties edenda carnes ut ſic peccetur.

At ieiunium hoc Benedictinum quoad eſum carnium ſimul & ſemel ſtatuitur pro toto tempore vitæ religioſæ, in quo obiecto non videtur notabile eſſe, quod quis ſemel aut iterum toto eo tempore carnibus reficiatur, non ſolùm ſi quantitatem ſpectes & compares, ſed neque ſi perfectionis detrimentum aut cautelæ neceſſitatem; neque enim magnum periculum incontinentiæ aut alterius vitij ex vna aut altera huiuſmodi refectione mox conſequitur. Subditque: Tantùm ergo volui præceptum hoc Benedictini ieiunij Religioſos obligare ſub mortali, ne quinque diebus continuis, aut ſaltem toties repetitis vicibus carnes edant, quot iudicio prudentum cenſetur conſtituere notabilem tranſgreſſionem illius articuli, notabilemque diſciplinæ Benedictinæ in hac parte laxationem.

Repetitio venialium quando fiat mortalis.

Quando enim ex repetitione vel continuatione actuum de ſe venialium naſcitur occaſio, vel periculum alicuius mali grauioris, quod ſub mortali vitare teneamur, tum etiam inducunt ſpeciem culpæ mortalis.

REFECTORIVM.

Atque hoc nomine non ſolùm Religioſi in commnnitate viuentes, ſed etiam ſeculares mortaliter peccabunt, niſi periculi cauſſam præſcindant. Hoc ſolùm intereſt, quòd frequentiùs magna incommoda ſequantur ex cõtinuatione & frequentatione actuum, qui ſunt contta ſtatuta ant Regulam Ordinis Religioſi, quàm in vitâ priuatâ, ex frequentatione actuum, qui ſunt cõtra legem Dei. Et hoc capite Superiores Religionum tenentur ſub mortali principijs obſtare, ne laxatâ diſciplinâ in minoribus, ad maiora deinde gradatim procedatur.

Probatur, ex iure Canonico.

Violationem autem illius articuli de abſtinentia à carnibus in materia notabili inducere culpam mortalem, præterquam quod ex prædictis illis tribus principijs ſequatur, probatur etiam ex pœna illa carceris, ad ſex menſes præuaricatori in cap. *Carnem*, decreta. Hæc enim tam grauis pœna grauem culpam indicat, quam Ordo conceperit in huius articuli tranſgreſſione. Ita verò etiã Suarez admittit articulos Regulæ ſub mortali obligare, quando ſenſus & vſus Ordinis ita eos interpretatur.

Gratiani Decretum quomodo obliget.

Etſi autem capitula illa, quæ Gratianus in Decretum retulit, non plures, nec fortiùs obligẽt, quàm iuxta authoritatem eorum à quibus ſunt primùm edita: Hoc ipſo tamen quo corpori Iuris Canonici ſunt inſerta, neque vel notâ aliquâ perſtricta, neque à Iuris interpretibus repudiata, exiſtimo ſolemniùs & validiùs teſtari ſenſum Eccleſiæ & fidelium circa id quod continent. Quare cùm Iuris interpretes huius capituli auctoritatem receperint, illudque ad Benedictinos extenderint, nominatim D. Thomas, Antoninus & Cardinalis à Turrecremata, duo videtur mihi admodum probabiliter poſſe inſerri.

De auctoritate cap. Carnem.

Prius, quòd religioſum ieiunium materiam contineat capacem obligationis ad mortale, adeoque meritò ſub ea obligatione præcipiatur. Poſterius, quòd non modò Fructuoſus, ſed etiam BENEDICTVS ſub eâ obligatione illud Regulæ ſuæ inſeruerit: illudque ita non ſolùm Fructuoſum exiſtimaſſe aut præcepiſſe, ſed fideles communiter hoc idem ſibi perſuaſum habuiſſe, hoc ipſo quo nemo rigorem illum pœnæ, vti nimium reprehendit, & tam celebres ac religioſi auctores publicis ſcriptis Ordini S. BENEDICTI Capitulum hoc applicuernnt.

Occurritur obiectioni.

Neque huius argumenti vim elidit, quod Fructuoſus videatur non fuiſſe Religioſus S. BENEDICTI, vt enim hoc demus, quod fortaſſis non ſatis certò probari poſſet: Eſt tamen omninò veriſimile, eum vti BENEDICTO poſteriorem (quippe qui ſæculo ſexto floruit) ex Regula BENEDICTI hoc ſtatutum in ſuorum Monaſteriorum Regulam tranſcripſiſſe, eo rigore ac ſenſu, quo illud religioſi Benedictini tunc A temporis ſeruandum iudicabant.

S. Fructuoſus fuit Benedictinus. Wion in Martyrol. Monaſt. 16. April. Yepez to. 2. Chron. Benod.

Quæ coniectura admodum probabilis eſt. Fructuoſum enim Arnoldus Wion, Antonius de Yepez & Hugo Menardus inter Benedictinæ Regulæ profeſſores connumerant, atque hi regulam eius exiſtimant quandam Regulæ S. BENEDICTI explicationem. Ego verò, qui manuſcriptum Regulæ S. Fructuoſi exemplar penes me habeo, facilè adducor vt credam in eius Monaſterijs vnà cum ipſius Regula etiam S. BENEDICTI, tanquam principalem fuiſſe ſeruatam, prout olim moris fuiſſe * aliàs B probauimus. Id quod ex ipſis S. Fructuoſi verbis non obſcurè colligitur, ita enim ait: *Obedientia, præceptum eſt Regulæ, vt in impoſſibilibus quoque rebus opere atque affectu oſtentetur, & teneatur vſque ad mortem.* Vbi per antonomaſiam præceptum Regulæ S. BENEDICTI intelligit, quæ capite 68. id habet quod S. Fructuoſus citauit. Omitto maximam vnius cum altera Regula ſimilitudinem & conſormitatem.

* Lib. 1. tr. 1. diſq. 6.

Reg. Fruct. cap. 8.

Probatur vlterius ex cap. Exiui.

Vt verò in viam redeam: Abſtinentiam à carnibus ſub mortali obligare argumento à C ſimili colligitur ex cap. *Exiui* de verborum ſignificatione, vbi ex ſententia Concilij Viennenſis Clemens V. inter articulos Regulæ S. Franciſci, quos vult ſeruari tãquam obligantes ſub mortali, ponit ieiunium à feſto omnium Sanctorum vſque ad Natalem Domini, & ieiunium feriæ ſextæ.

Reſpondetur ad S. Thomam.

Ad S. Thomæ reſponſionem, quâ putat pœnam in cap. *Carnem* infligi ob contemptum & inobedientiam, reſpondet Schinckelius: videri eam magis ad ſuffugium quæſitam, quàm ex verbis genuinè elicitam. Quod enim non decernatur in eos, D qui perſonale Abbatis præceptum tranſgreſſi fuerint, clarè indicant iſta capituli verba: *Contra ſanctionem Regulæ, & vſum veterum.* Neque vllum eſt diſcrimen à parte rei & ceteris paribus inter præceptum perſonæ & Regulæ quoad obligationem ſub mortali, cum neque Abbas, neque fundator Ordinis poſſit materiam leuem præcipere ſub mortali. Quod ſi peccatum mortale eſt, non obedire Superiori præcipienti abſtinentiam à carnibus, mortale quoque erit non obedire legi, quâ præcipitur ea- E dem abſtinentia, tantùm enim lex obligat quantum mandatum. Quare videtur ſibi S. Thomas cõtradicere, cùm eſum carnium ob præceptũ Superioris, non item ob præceptum legis vult eſſe mortale; & confusè admodum diſtinguit in Regula, præcepta, ſtatuta, conſilia: neque diſtinctionis ſuæ vllam cauſſam allegat: aut quare abſtinentia à carnibus ſtatuta ſit, non præcepta.

Ad ſententiam S. Bernardi.

Ad S. Bernardi ſententiam reſpondet, eam vniuerſaliter intellectam non videri probabilem, nec ipſe illam ſpecificauit in

eſu

eſu carnium, neque forſitan tam vniuerſaliter intellexit. Hactenus ex illo Doctore.

Aſſeruntur alia pro hac ſententia. Cuius diſcurſus ex eo etiam confirmari poſſet, quòd inter caſus reſeruatos Præſidenti & Viſitatoribus Congregationis Caſſinenſis, ſecundo loco recenſeantur: *Comedentes carnes extra Monaſteria, aut alia loca eis annexa, contra formam præſtitutam, & exceptis caſibus in Ordinatione expreſſis.* Et quòd *vnâ die pro qualibet vice, pro peccati ſui ſatisfactione in pane & aqua ieiunent.* Ita ad finem *Eſus carnium inter caſus reſeruatos.* *Ann.1604.* Conſtitutionum Caſſinenſium editionis Moguntinæ, quod in Florentina anni 1520. B textui Declarationum inſertum erat. Inter caſus autem Prælatis reſeruatos ponitur in dicta editione Moguntina & hic: *Si quis ſine licentiâ carnes manducauerit*, citatque cap. 39. Declaratorij, in quo decernitur, vt, *quot vicibus carnes comederit tot diebus ieiunet in pane & aqua, & inſuper ſtet, per menſem degradatus.* Suprà quoq; vidimus Burſfeldenſes carnium eſum, exceptis caſibus à Regula permiſſis, ſub pœna excommunicationis Præſidenti reſeruatæ interdicentes. Sed caſus reſeruatio & excommunicatio peccatum ſupponit mortale. *Num.15.*

Et hæc quidem adferre placuit, vt noſtri penitiùs intelligant, quid de hoc articulo viri docti ſentiant, & cognitâ opinionum varietate, altiùs indagare, vel tutiorem poſſint eligere partem. Quamuis enim, vt aliàs diximus, ſecluſo contemptu Regula non obliget ad peccatum mortale, niſi in materia votorum, aut alia ſub hoc reatu præcepta; potuit tamen ex particularium Congregationum Conſtitutionibus grauior obligatio induci. *Lib.2. tr.8. diſq.1.*

DISQVISITIO XIV.

Num generaliter aliquando cum Benedictinis diſpenſatum ſit circa eſum carnium?

SVMMVM Chriſti vicarium, Romanum Pontificem poſſe in hoc aliiſque Regulæ articulis diſpenſare, dubitandum non eſt. Generaliter enim cum toto Ordine Ciſtertienſi diſpenſatum fuit ab Alexandro VI. & Antonius Perez ſcribit, Monachos Benedictinos Hiſpaniæ ob piſcium in illis regnis raritatem à ſummo Pontifice habere diſpenſationem congruam veſcendi carnibus (ni quadrageſima aliaque prohibitio obſtet) totius anni diebus. Aliæ etiam Congregationes & particularia Monaſteria ſuis hac in parte fulciuntur prærogatiuis, & Apoſtolicis, vt credimus, indultis. *Alexander VI. diſpenſauit cum Ciſtertienſibus. Ann.1498. Perez ad c. 40. nu.13.*

An generaliter pro toto Ordine diſpenſatum. An autem aliquando generalis aliqua pro toto Ordine à S. Sede emanauerit diſpenſatio, diſputari poſſet ob decretum A Benedicti XII. qui in Benedictina hoc modo ſtatuit: *Verùm quia ad ſalutis profectum tenditur, ſi moderationis ſobrietas & modeſtia obſeruentur: volentes ea, quæ circa eſum & abſtinentiam carnium B.* BENEDICTI *regularis inſtitutio tradidit, & in conſtitutione piæ memoriæ Innocentij Papæ III. prædeceſſoris noſtri, ſunt ſtatuta, firmiter obſeruari: Statuimus & ordinamus, quod per totum annum feriâ quartâ & die Sabbati, & à prima Dominica de Aduentu, vſque ad diem Natalis Domini, & à Dominica Septuageſima vſque ad diem Paſcha, omnes regulares eiuſdem Ordinis, ſeu religioſi ab eſu carnium vbique abſtineant: niſi neceſſitas infirmitatis non ficta, per Abbatem vel alium Prælatum proprium fortè ſuadeat cum aliquo diſpenſandum. Diebus autem quibus Monachi in infirmitorio carnes edent, ſic prouideatur omninò, quod in refectorio remaneat ad minùs medietas Monachorum, Capituli vel Conuentus: & idem fiat vbi Abbas, ſeu alius Prælatus principalis, aliquos ad domum, ſeu ad cameram ſuam vocabit, ad meliùs & pleniùs exhibendum. Quoties verò plures ſimul carnes in infirmito-* C *rio comedent, verſus & oratio in principio menſæ, ac poſt refectionem hymnus & verſus dicatur; & continuum diſcumbendo ſilentium obſeruetur. Ibique legatur, ſicut in Refectorio, continuè aliquid quod ædificet audientes: nullaque perſona ſæcularis ad comedendum inibi aliquatenus inuitetur.* Hæc Pontifex. Ex quo iam olim multi conficiebant, licere Benedictinis omnibus diebus (præterquam hoc decreto exceptis) in Infirmitorio carnes comedere, remanente tamen mediâ conuentus parte in Refectorio, & ibidem à D carnibus abſtinente. Hoc ipſo enim quo certis diebus eſum carnium interdicit, reliquis videtur permittere. Vt quid enim feriam quartam & Sabbatum, dies aduentus, & ſeptuageſimæ nominat, ſi omnibus omninò à carnibus ſit abſtinendum? *REFECTORIVM. Benedict. cap.16 anno 1336. Bulla Benedicti XII.* *Variè exponitur.*

Verùm, reſpondendum puto, Benedictinam hanc Bullam non diſpenſaſſe generatim, vt temporibus & locis non prohibitis liceat Monachis carnes comedere, nec ſignificaſſe quòd poſſit ſubeſſe iuſta cauſſa, ob quam Abbates ita generatim cum E Religioſis ſuis diſpenſent: ſed tantùm permiſiſſe, vt intra hæc tempora & hunc numerum poſſint iuſtâ occurrente cauſsâ diſpenſare. Pugnauit pro hâc ſententiâ iam olim Guido Iuuenalis in Reformationis Monaſticæ vindicta: Et probatur *Primò*, quia vt vrget ille, Pontifex ſuo decreto non derogat Regulæ Sancti BENEDICTI, cùm id non exprimat: quando autem id non fit, manet Regula & ſtatuta in ſuo vigore. Quinimò contrarium potiùs facit, nam in fronte capitis expreſsè ait, ſe velle ea quæ circa eſum & abſtinentiam carnium Beati BENEDICTI Regularis inſtitutio tradi- *Sed veriùs, non generatim eſum carnium permittere.* *Guid. Iuvenal. l.2. cap.13.* *Probatur Primò.*

REFECTORIVM.

ꝛradidit, & in conſtitutione Innocentij III. ſunt ſtatuta, firmiter obſeruari. Quod ſi idem Pontifex protinus carnes permitteret, temporibus tantùm quibuſdam exceptis, quomodo ſibi conſtaret in dictis ſuis, quæ tam limata, tamque accuratè digeſta, ſolent ſemper ex Apoſtolico pectore in publicum procedere? Sic ferè ille.

Secundò. Schinckel. in MS. Reſolut. q. 4.

Secundò, nullo verbo, vt ait Eximius D. Schinckelius, in Bullæ textu exprimitur proprius & poſitiuus actus diſpenſandi, ſed tantùm vetatur vlterior diſpenſatio, vel conſuetudo vltra terminos præſcriptos. Qui autem prohibet ne diſpenſando excedatur, non idcirco ipſe intra eoſdem terminos diſpenſat, ſed diſcretioni eorum, penes quos eſt diſpenſandi poteſtas, permittit, quando, & cum quibus intra hoc terminos iudicauerint diſpenſandum. Aduertendum tamen, quòd etſi licitum ſit ex hac bulla diſpenſare temporibus in ea non interdictis, non tamen intelligendum id quaſi diſpenſari poſſit pro toto illo tempore copulatim ſiue ſimul ſumpto, ſed ſeorſim quouis die non prohibito, nunc cum hoc, nunc cum illo, vel etiam pluribus, modò non vltra medietatem Conuentus carnibus veſcantur.

Tertiò probatur.

Tertiò, probatur ex ipſis verbis Pontificis, qui ait: *Verùm quia ad ſalutis profectum tenditur, ſi moderationis ſobrietas & modeſtia obſeruentur.* Innuens ſe non relaxationem, ſed potiùs reſtrictionem velle inducere. At qualis quæſo reformatio foret, ſi quatuor hebdomadatim diebus carnium eſum ſanis indulgeret, quas Regula, & Innocentius III. tantùm infirmis concedunt (licet Innocentius permittat, vt Abbas ſubinde nunc his, nunc illis carnes in camera ſua recreationis cauſsâ exhibeat.)

Quomodo diſpenſet Benedictus XII.

Benedictus autem XII. nihil aliud hîc facit, quàm quòd Abbatibus prohibeat, ne hac diſpenſandi poteſtate vtantur ferijs quartis & Sabbatis, diebus Aduentus & Septuageſimæ. Alijs verò diebus diſpenſare poſſint, & fratres ad cameram Abbatialem vocare: atque inſuper vt ſubinde liceat medietatē conuentus in Infirmitorio carnibus paſcere. Certum enim eſt non de infirmis eum agere, quando enim medietas conuentus ſimul ægrotat? & quid ſi vltra medietatem ſint infirmi, an illi ad refectorium ablegandi? Deinde, cùm vult continuam fieri lectionem ad menſam, & cùm ait: *Diebus verò quibus Monachi in Infirmitorio carne edent.* Et poſteà: *Quoties verò plures ſimul carnes in infirmitorio comedent*: Innuit ſatis ſe loqui de ſanis, ægris enim moleſtior & importunior poſſet eſſe continua lectio.

Abſurda quæ hinc ſequerentur.

Prætereà, ſi admittamus BENEDICTVM diſpenſaſſe, ſequetur maximâ anni parte conuentum comedere diuerſis in locis, vnam partem in Refectorio, alteram in Infirmitorio. At quantam hoc diuerſitatem, quantas moleſtias adferret? oporteret enim duas eſſe culinas, duos coquos, duos lectores menſæ, plures Seruitores, & plura alia. Quis verò credat Pontificem reformationis ſtudioſum, & cui ea laus tribuitur, quòd duos Ordines, Ciſtertienſem & Benedictinum reformauerit, hæc omnia ſuo decreto conceſſiſſe?

Probatur Quartò, ex varijs Capitulis generalibus.

Probatur *Quartò*, quia ipſi Ordinis noſtri profeſſores, viri docti & pij, nullam hîc agnouêre diſpenſationem. Abbates enim capituli generalis prouinciarum Rhemenſis & Senonenſis in oppido Compendij, anno Chriſti 1379. ita ſtatuerunt: *Cùm omnes & ſinguli Monachi, exceptis debilibus & ægrotis, iuxta monaſticam Regulam ab eſu carnium debeant abſtinere, ſtatuimus & ordinamus ab eſu carnium abſtineri ſecundum conſtitutionem fælicis recordationis Papæ Benedicti XII. nec non & vigilias feſtorum Beatiſſimæ Virginis Mariæ ieiunari.* Num. 3. Quòd ſi quatuor diebus per hebdomadam ex conceſſione Benedicti XII. fas eſſet carnibus veſci, non vocaſſent hanc abſtinentiam, ſed potiùs indulgentiam, quam amplecterentur. Idem probari poteſt ex quibuſdam Capitulis Anglicanis, nam in Capitulo Anni 1338. (quod biennio poſt editam Benedictinam celebratum) Patres expreſsè dicunt Benedictum ſtatuiſſe, quòd diebus recreationis Monachorum medietas conuentus in Refectorio remaneat.

Quæ Benedictinam ſic intellexerant.

Non putabant ergo Benedictinam intelligendam de quibuſuis diebus, ſed tantùm de ijs, quibus concedi ſolent recreationes. Rurſum in capitulo an. 1444. allatis pluribus Regulæ, canonum & doctorum auctoritatibus, legem de eſu carnium moderātur & modificant. Quod ſine dubio non feciſſent, ſi à Papa diſpenſatum putaſſent. Ex allegatis enim auctoribus probant ſe poſſe diſpenſare. In Capitulo quoque anni 1422. hic articulus conceptus erat: *Quia eſus carnium ipſis Religioſis exceptis certis caſibus, quodammodo eſt interdictus: penſataque infirmitate modernorum, & longa ac diutina obſeruantia in contrarium; videtur multùm expediens, vt fiat auctoritate Apoſtolicâ modificatio gratioſa.* Sed quid opus eſſet ſedis Apoſtolicæ modificatione gratioſâ, ſi iam ante Benedictus Papa tam effuſam indulſiſſet comedendi carnes licentiam? Eadem ſentit Carolus Ferdinandus Benedictinus in epiſtola parænetica ad Monachos Sagienſes. Ferdinand. epiſt. c. 63. & ſeq.

Probatur Quintò ex Bulla Pij II.

Probatur *Quintò*, ex Bulla Pij II. qui à quibuſdam reformatis Monachis interrogatus, declarauit anno 1459. non licere Religioſis Benedictinis vti carnibus, his verbis: *Sanè certis reformatis Ordinis* S. BENEDICTI *Monachis referentibus ad noſtrum peruenit auditum,*

auditum, quòd iam diuturna altercatio etiam diſtractionis & inconſtantiæ generatiua circa eſum & abſtinentiam carnium inter aliquos habita ſit, quod ſalubre foret noſtræ declarationis adminiculo ſubmoueri. Volentes igitur paci & quieti ipſarum reformatorum conſulere, & diſtractionis & euagationis materias amputare, attendenteſq́; Regulam S. BENEDICTI *diſcretione præcipuam, decernimus & declaramus, non licere Monachis* S. BENEDICTI *ſubmiſſis obſeruantiæ Regulari, ſiue nondum ſubmiſſis, vti carnibus, niſi ſecundùm Regulam prætacti Ordinis, & cum Superiorum ſuorum licentiâ, non per importunitatem extortâ ſed piâ conſideratione concedendâ, ſub hâc moderationis & diſcretionis modeſtia.* Deinde permittit Pius viſitatoribus, quod ſi aliquod Monaſterium reformãdum foret ſiue Monachorum, ſiue Monialium, & putaretur ob quorumdam teneritudinem vel debilitatem non introducēda reformatio, niſi cõceſſo eſu carnium, vt cum talibus diſpenſent, vt eas edant bis aut ter in hebdomada, *ceteris tamen* (inquit) *in regulari inſtitutione Innocentij III. & Benedicti XII. conſtitutionibus contentis modificationibus obſeruatis.* Di-

Qui ſupponit Benedictum XII. non abſolutè diſpenſaſſe.

ſertè hic ait Pontifex, etiam non reformatis Benedictinis nefas eſſe vti carnibus. At hoc non ſubſiſteret, ſi Benedictus XII. abſolutè diſpenſaſſet, nec ait Pius, Benedictum diſpenſationem vel moderationem regulari inſtitutioni adhibuiſſe, ſed modificationes, quas ex Innocentij III. & Benedicti XII. conſtitutionibus obſeruari vult, hoc modo intelligendæ ſunt; vt Monachi, quibus viſitatores bis aut ter in hebdomada eſum carnium permittunt, ſeruent modum in Benedictino præſcriptum, vt videlicet non comedant eas in communi refectorio, ſed in infirmitorio, ibiq́; habeatur continua lectio, ſeruetur ſilentium, dicatur Benedictio, gratia regulari modo ſicut in conuentu. Atque hinc ſatis, ni fallor, patet quæ mens Benedicti XII. in illa Bulla fuerit: quam eodem penè modo interpretatur Clariſſimus IC.[tus] Franciſcus Zypæus, Archidiaconus Antuerpienſis.

Zypæ. Conſul. Can. l. 3. t. 4.

Soluitur obiectio.

Ex quibus etiam facile eſt reſpondere ad obiectionē initio huius diſquiſitionis propoſitam, non enim ſequitur quòd inhibens ne carnes à Monachis edantur, quartâ feriâ & Sabbato, reliquis id diebus conceſſerit: *Quaſi verò*, inquit Guido Iuuenalis, *ſi Abbas prohibuerit Religioſis ſuis, ne ad vrbem ſe conferant, videatur conceſſiſſe vt ad agros aliorum locorum vel gentium illis liceat proficiſci; ridicula ſunt hæc & circulatorum ludo ſimilia, mentiturq́; vt aſſolet ſibi iniquitas, quæ omnia præcipitat.* Hæc ille.

Cur Sabbato Benedictinis à Papa prohibeantur carnes.

Sed mirabitur forſitan quis, cur Sabbatinis diebus carnium eſum Monachis Benedictinis Papa prohibeat, cùm omnes ab ijs abſtinere cogantur Chriſtiani? Reſpon-A detur, hunc morem non fuiſſe vniuerſalem, nam Gregorius VII. in Synodo Romana hãc abſtinentiam decreuit, vt alibi dictum. Sed cùm ducenti quinquaginta anni à Gregorio VII. vſque ad Benedictum XII. interfluxerint, videtur carnium eſus diebus Sabbati in Gallia ſenſim inualuiſſe, vel quia Gregorij lex recepta non fuerit, vel contrariâ conſuetudine abrogata: vel ſi in feſtiuitatibus Sanctorum Sabbato occurrentibus, populus (vt Gregorij conſtitutio permittit) carnibus veſcebatur, voluerit Bene-B dictus XII. id Monachis illo die non concedi. Sic enim & nunc conſuetudo habet, vt ob gaudiũ Dominicæ Natiuitatis & B. V. Mariæ honorē omnibus Sabbatis à Natali Domini vſque ad Purificationem Deiparæ Virginis multis locis carnes tam Clerus quàm populus manducet, quod Guido Iuuenalis in Gallia quoque ſuo tempore vſitatum teſtatur, & tamen Religioſi paſſim (vti credo) à carnibus tunc abſtinent, niſi fortè magis placeat eiuſdem Guidonis ſuſpicio, qui ait, ita peſſũmdatum Monaſticum C Ordinem, vt etiam diebus inſuetis aruina, tuſiſque forſan carnibus vterentur: adeò vt acceperim, inquit, in quodam ſolemni Monaſterio idipſum crebrò contigiſſe, vt pauperes ad agapen ex more venientes, carnium nidore, aut certè pinguedinis afflari, horrore abſcurrerent, malentes inedia laborare, quàm communem Eccleſiæ ritum violare, id quidem verum ſit necne, vtique me latet, nil enim præter auditum habeo. Hæc ille.

REFECTORIVM.

Coniectura Guidonis Iuuenalis.

Non eſſe autem omninò vanam hanc D eius coniecturam, vel inde liquet, quòd iam olim S. Bernardi æuo Petrus Cluniacenſis Abbas, ſtatuens, vt vniuerſi fratres Cluniacenſes, omni ſexta feria præter Natiuitatem Domini, ſi eadem die occurrerit, ab adipe abſtineant: hanc inſtituti ſui cauſſam aſſignauerit, *qui id eſſet inconueniens non paruum, quod non ſolùm Clerici, non ſolùm laici, ſed & ipſi pueri & infimi totius Latinæ Eccleſiæ ab omni eſu carnis, & ſolidæ vel attritæ, & liquefactæ pro more iam antiquo ea die, ob reuerentiam paſſionis Dominicæ abſtinebant, ſoli Monachi tam* E *dicti adipe & legumina ſua infundebant, & eo frixa diuerſa fercula aſſumebant. Inſuper autem tam abſurdum hoc omnibus præter Monachos videbatur, vt nec ipſi pauperes datas ſibi talium ciborum reliquias comederent, ſed aut in poſterum diem reſeruarent, aut ſtatim indignantes proijcerent.* Si autem in poſterum diem, qui erat Sabbati, illas reliquias aſſeruabant, & comedebant, ſignum eſt non tantâ religione Sabbatum fuiſſe cultum, vt nefas putaretur adipem, aut fortè etiam carnes manducare, vt proinde decretum Gregorij VII. ſaltem quoad Monachos, in vſum reuocare forſitan voluerit Benedictus XII. Quin ipſe

Confirmatur.

Petr. Ven. in Stat. art. 10.

Cluniacenſes feria 6. olim adipe vſi.

Fortè & Sabbato carnes manducarunt.

REFEC-TORIVM. Petr Clun. lib. 6. epiſt. 15.

Petrus Cluniacenſis ſcribit: *Abſtinent cauſâ Dei ipſi Mimi vel lixa à carnibus omni ſabbato: abſtinent inſuper plerique laicorum omni quarta, abſtinent quidam ex ipſis etiam omni ſecunda feria. At fratres noſtri Sancti Ordinis, cæleſtis propoſiti Monachi, & hoc Cluniacenſes, ſpreto Deo, & abiecto pudore, totum vt dicitur annum, nullâ præter ſextam, exceptâ feriâ, in abſumendis carnibus continuant, nec hoc ſaltem occultè, ſed palam & publicè.*

DISQVISITIO XV.

Poßitne Abbas in abſtinentia à carnibus diſpenſare?

Abbas poteſt diſpenſare in abſtinentia à carnibus.

EX ijs, quæ ſuperiori Diſquiſitione attulimus, facilè colligitur Abbatem circa abſtinentiam à carnibus poſſe diſpenſare. Nam ſi Benedictus XII. limites conſtituit intra quos Abbas ex rationabili cauſſâ poſſet diſpenſare; quis non videat ſupponi hoc ei eſſe licitum, ſeruatis regulis à Pontifice præſcriptis, qui nimiam diſpenſandi licentiam ſuâ voluit conſtitutione cohibere & reſtringere.

Probatur Primò, ex ipſâ Regulâ. Cap. 41.

Verùm vt altiùs hoc repetamus, probatur *Primò*, ex ipſa Regula, quæ regularia ieiunia in *Abbatis vult eſſe prouidentia*, additque: *Et ſic omnia temperet, atque diſponat, qualiter & animæ ſaluentur, & quod faciunt fratres, abſque murmuratione faciant.* Ad quæ verba Boerius: *Nota hic Abbatem poſſe diſponere in ieiunijs regularibus, & in cibo augmentando,* additque caſus, in quibus tam ex Regula, quàm ex iure poſſit Abbas diſpēſare. Rurſus S. Pater de Abbate loquens: *Sic omnia temperet, vt & fortes ſint qui cupiant, & infirmi non refugiant.* Qui *omnia dixit, nihil excepit,* inquit Petrus Venerabilis. Et Turrecremata in hunc locum ſcribens, tradit Abbatem poſſe diſpenſare in *ieiunio, in eſu carnium, ſilentio,* & ſimilibus.

Cap. 64. Petr. lib. 1. epiſt. 28.

Secundò, ex conſuetudine. Petr. Clun. lib. 4. epiſt. 17.

Probatur *Secundò*, ex vſu & conſuetudine Ordinis, quâ Abbates ſæpiùs vſi, teſtis Petrus Cluniacenſis: *Habes*, inquit, *& Maurum præcipuum inter eius* (S. BENEDICTVM intelligit) *diſcipulos diſcipulum, qui ab eo miſſus in Gallias, aliqua vel multa de eius Regula, eo quem ſuprà ſcripſi oculo legitur immutaſſe. Habes & plurimos poſt ipſum Monaſteriorum Patres, quos ſpiritu Dei, pro temporibus, pro locis, pro perſonis ad moderanda ſæpe dicta Regula ſcripta, actos eſſe, & vita præcellens, & innumera tam in vita quàm poſt mortem à Deo per ipſos facta miracula, luce clarius manifeſtant.*

Tertiò, ex S. Bernardo. De præcep. & diſp. c. 2.

Probatur *Tertiò*, ex S. Bernardo, qui ait: *Ita ſanè neceſſaria dixerim* (Regulæ ſtatuta,) *vt ex eis minimè præiudicetur neceſſarijs rationabilibuſque diſpenſationibus. Sed non omnibus in huiuſmodi credita eſt diſpenſatio, niſi his dumtaxat, qui cum Apoſtolis dicere poſſunt: ſic nos* A *exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*, Et rurſus de inſtitutis Baſilij, Auguſtini, BENEDICTI agens: *Licitè interdum innoxièque pro cauſſis, perſonis, locis, & temporibus diſpenſantur. Vbi ſanè qui hæc legit, attendat me cautè non dicere ea poſſe vel ab iſtis leuiter pro voluntate mutari, ſed ex ratione fideliter diſpenſari.* Et infrà: *Patet quòd ex magna parte regularis traditio ſubeſt eius qui præeſt, & ſi non voluntati, certè diſcretioni.* Plura vide ibidem.

1. Cor. 4. Bern. ibid. cap. 3. Ibid. c. 7.

Quartò, ex Innocentio III.

Probatur *Quartò*, ex Innocentio III qui B in cap. *Cùm ad Monaſterium*, ait: *Non exiſtimet Abbas, quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare.* Quod ſanè non diceret, niſi in alijs aliquibus Abbas poſſet diſpenſare. Cauſſam autem cur in proprietate habenda nequeat diſpenſare, hanc reddit Pontifex, *Quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeò eſt annexa Regulæ Monachali, vt circa eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Vnde inferas, à contrario ſenſu poſſe Abbatem diſpenſare in ijs, quæ non repugnant ſubſtantiæ ſeu C eſſentiæ ſtatus Religioſi, ſi ſubſit cauſſa rationabilis. Sixtus autem IV. in Priuilegio Ciſtercienſibus conceſſo ait, *Quod eſus vel non eſus carnium de ſubſtantialibus Regulæ eiuſdem Ordinis non ſit.* Sed in hoc ipſo caſu, de quo agimus, idem Innocentius ſignificat Abbatem poſſe diſpenſare, ait enim: *Nec extra refectorium, niſi in infirmitorio eſum carnium credant ſibi licere: quamquam ex indulgentia poſſit Abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos nunc illos, prout neceſſitas poſtulauerit, aduocare, ipſoſque ſecum in camera ſua meliùs & pleniùs* D *excipere.* Vbi illud, *ex indulgentia*, diſpenſationem importat, quam quidem non ait ſe Abbati de nouo tribuere, ſed ſupponit tanquam ex Regula & inſtituto Ordinis Abbati cōpetere. Neque referri poteſt hęc indulgentia ad piſces, vel alios regulares cibos meliùs & pleniùs in camera Abbatis exhibendos: quia particula *quamquam*, vt obſeruauit Panormitanus, *debet propriè intelligi in eſu carnium, cùm veniat aduerſatiuè ad præcedentia, & ſic debet aduerſari in iure & in facto.* Et hoc modo hanc *Indulgentiam* in E his verbis Innocentij intellexit Nicolaus IV. in Bulla ſua ad Cluniacenſes, ſic loquens: *Circa eſum verò carnium licentiam relinquimus diſpenſationi Abbatis, ſecundum indulgentiam Clementinæ.* Hæc autem quoad eſum carnium refert ſe ad Innocentium III. Et Pius II. declarauit non licere Monachis S. BENEDICTI vti carnibus, *niſi ſecundum Regulam prætacti Ordinis, & cum ſuorum Superiorum licentia, non per importunitatem extorta, ſed pia conſideratione concedenda.*

Abſtinentia hæc an ſit de ſubſtantialibus Regulæ. Ann. 1475. Idib. Dec. *Quid indulgentia importet in verbis Innocentij.* Panorm. in hunc loc. Clem. ne in agro. *Auctores pro hâc ſententiâ.* In c. Cum ad Monaſt.

Eandem ſententiam tenet Gloſſa, Speculator, Ioannes Andreæ, & Turrecremata, qui & hanc præſcribit regulam: *Circa*

Specul. tit. de legato §. ſunt quoque. Turrecr. tr. 104. & 139.

Quid cauendum in diſpenſatione.

Circa diſpenſationes cauenda eſt ſemper generalitas tam locorum, quàm perſonarum, quàm temporum: quia nec debet fieri cum toto conuentu diſpenſatio ſine maxima cauſſa. Ex quo patet, A *quòd diſpenſationes de ieiunio regulari, aut de eſu carnium cum toto conuentu, non ſunt rationabiles.* Sic ille. REFECTORIVM.

TRACTATVS VII.

DE IEIVNIIS MONASTICIS.

I*N religioſo hoc Refectorio non de cibis dumtaxat, ſed & de eorumdem abſtinentia, ac ieiunijs monaſticis tractandum. Cùm enim in his vnica per diem concedatur refectio, non alio loco de ijs ſermo inſtitui poterat. Hæc igitur ordine quæremus.* Primò, *cur feriâ quartâ & Sextâ ieiunandum?* Secundò, *cur nihil de Sabbati ieiunio præſcripſerit* S.BENEDICTVS? Tertiò, *quod Ieiunium Regulare?* Quartò, *Cur illud inſtitutum?* Quintò, *Quo die inchoandum?* Sextò, *An Ieiunium Regulare nonnunquam relaxetur?* Septimò, *An omnibus feriatis diebus ieiunandum?*

DISQVISITIO I.

Cur feriâ quartâ & ſextâ ieiunandum?

Cap. 41. *Quàm vetus conſuetudo ieiunandi 4 & 6. feriâ.*

QVæ ſuis S.P.BENEDICTVS A indixit ieiunia, à quarta & ſexta inchoat feria, de quibus ſic loquitur: *A Pentecoſte tota æſtate, ſi labores agrorum non habent Monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat, Quartâ & Sextâ feriâ ieiunent vſque ad Nonam.* Ieiunij huius antiquitatem & cauſſas ex SS. Patribus optimè adſtruit Baronius, dicens illud ex Apoſtolica obſeruatione & traditione manaſſe. Vnde S.Igna- B tius ad Philippenſes ſcribens, poſt inculcatum ieiunium Quadrageſimæ, quartâ inſuper & ſextâ feriâ ſingulis hebdomadis eſſe ieiunandum admonet; quod quidem vſu receptum in Eccleſia fuiſſe, docet Tertullianus, cùm ait: *Cur ſtationibus quartam & ſextam Sabbati dicamus?* Stationes enim more ſuo ieiunia nominat. Itidem Clemens Alexandrinus: *Nouit ipſe*, fidelis ſcilicet, *ieiunij* C *quoque ænigmata horum dierum, quarti inquam, & ſexti: Dicitur autem ille quidem Mercurij, hic verò Veneris*, appellat Clemens ænigmata, cauſſam videlicet ac latentem rationem, ſeu myſterium, cuius intuitu præ ceteris diebus hebdomadæ Eccleſia ex traditione Apoſtolica dictos dies ieiunandos ſuſcepit. De iiſdem ieiunij diebus Epiphanius: *Per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in*

Baron. anno 57. nu. 199.
Ignat. ep. 8.
Tertull. aduerſ. Pſychic. c. 14.
Clem. Strom. lib. 7.
Epiph. in Compend. Doct. Eccl.

A *eadem ſancta catholica Eccleſia, quarta, inquam, & pro ſabbato vſque ad horam nonam, exceptâ ſolâ Pentecoſte.*

Cauſſa huius ieiunij.

Sed quam ob cauſſam ieiunium illud ſiue à veteribus Chriſtianis, ſiue à Monachis ſuſceptum ſit, diſquitamus. Explicat verò eam antiquus Canon S.Petri Martyris Epiſcopi Alexandrini, his verbis: *Non reprehendat nos quiſpiam quartam & ſextam feriam obſeruantes, & quibus nos ieiunare ſecun-* B *dum traditionem præceptum eſt. Quartam enim propter initum à Iudæis concilium de proditione Domini; Sextam verò quòd ipſe pro nobis paſſus ſit.* Pluribus verò eam cauſſam explicat Auguſtinus, *Cur autem*, inquit, *quartâ & ſextâ maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta ſabbati, quam vulgo quartam feriam vocant; concilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iu-* C *dæi: intermiſſo autem vno die cuius veſpera Dominus Paſcha cum diſcipulis manducauit, qui finis eſt eius diei quam vocamus quintam ſabbati; deinde traditus eſt ea nocte, quæ iam ad ſextam ſabbati, qui dies paſſionis eius manifeſtus eſt, pertinebat.* Et paulò pòſt: *Paſſus eſt Dominus (quod nullus ambigit) ſextâ ſabbati; quapropter & ipſa ſexta rectè ieiunio deputatur: ieiunia quippe humilitatem ſignificant. Vnde dictum eſt: humiliabam in ieiunio animam meam.*

Aug. epiſt. 86. ad Caſulan. Fuſiùs explicatur.

Huc

REFECTORIVM.

Huc vſque Auguſtinus.

Quæ S. Benedictum mouerint ad indicendum hoc ieiunium.

Ob has igitur cauſas, & vt à veterum Chriſtianorum diſciplina non diſcederet B. BENEDICTVS, duabus hiſce ferijs etiam ieiunium indixit, quod Monachis à B. Pachomio inſtitutis in vſu fuit, de quibus Hieronymus: *Bis in hebdomada, die quarta & ſexta ſabbati ab omnibus ieiunatur, excepto Pentecoſte.* Ieiunium autem horum dictum diſtrictiùs ſeruabatur, quàm alia monaſticis regulis inſtituta, vnde Abbas Apollo apud Palladium: *Catholica, & generalia ieiunia non licet ſoluere ſine ingenti neceſſitate. In quarta enim feria traditur Saluator, & in Paraſceue crucifigitur; qui ergo ea ſoluit, Saluatorem vnà tradit, & crucifigit.* Sed & Caſſianus ſcribit, indifferenter quotidiana ieiunia à Monachis in Ægypto ad aduentum hoſpitum ſolui ſolere, *abſque* (ait) *legitimis quartæ ſextæque ferijs*, hoc eſt, exceptis quartæ & ſextæ feriæ ieiunijs, quæ lege, & præcepto Eccleſiæ ſancita, & illis temporibus communi fidelium vſu recepta & obſeruata erant. Quanta verò religione filij S. BENEDICTI indictum hoc à Patre ſuo ieiunium ſuſceperint, & obſeruauerint, teſtis eſt Theodemarus Caſinenſis Abbas, qui de duorum horum dierum ieiunio Carolo Magno ſcribit; *Quarta & Sexta feria, duo tantùm reficiendis fratribus præparamus pulmentaria; excepto quod plures ex fratribus noſtris pane tantùm his diebus, herbiſque hortenſibus veſcantur.*

Præfat. in regul. S. Pachom.
Strictè à priſcis Monachis ſeruatum.
Hiſt. Lauſ. cap. 4.
De conſec. diſt. 5. cap. ieiun.
Caſſ. lib. 5. cap. 14.
Et à Benedictinis.

De ieiunio feriæ ſextæ.

Succedentibus deinde temporibus, ſuadente potiſſimùm S. Petro Damiani, magnâ diſtrictione feriæ ſextæ ieiunium ijdem Caſſinenſes monachi obſeruarunt, de quo Auctor vitæ: *Sed & ſextam omni tempore feriam, præter Paſchales, vel cæteros dies ſolemnes, ſub eadem tam diſciplinæ, quã abſtinentiæ norma, ob reuerentiam Crucis, illis* (ſuis Monachis) *obſeruandam adhibuit. Deniq; omnis illius adhortatio adeò, cooperante Domino, fructificaſſe dignoſcitur; vt inſigne illud quoq; Caſini môtis Cœnobium tanto eam feruore ſumpſiſſet, quòd præfata omnia inter regularia mandata conſcribenda ſtatuiſſet.* Quàm rigidum verò fuerit illud ſextæ feriæ ieiunium, Leo Oſtienſis exponit: *Porrò Domnus Petrus Damianus ad monaſterium veniens, cum verbo pariter & exemplo ad Dei ſeruitium quoſcumque poſſet feruenter accenderet: tandem permiſſione Domni Abbatis ab omni congregatione obtinuit voluntariâ oblatione, in remiſſione peccatorum omnium, vt ſextâ feriâ per totum annum, pane & aquâ contenti, diſciplinam ſinguli factâ confeſſione perciperent.* Neque verò à priſca hac pietate recedere Caſſinenſes voluerunt, qui etiam paſchali tempore ſextæ feriæ inediam vltra Regulæ menſuram decernunt: *Ordinamus*, inquiunt, *vt omnes Congregationis noſtræ Monachi, & Commiſſi ieiunent per totum annum omni*

Ioan. in vitâ Petr. Damian. c. 19.
Leo Chro. Caſſin. lib. 3. cap. 21.
Rigidè à Caſſinenſibus obſeruatum.
Declarat. ad cap. 41.

A *bus diebus Veneris, ob reuerentiam eius diei, in quo Dominus ac Redemptor noſter Ieſus Chriſtus paſſus eſt. Niſi fortè tali die aliquando contingeret aliquod ſolemne & præcipuum feſtum celebrari, quo caſu diſpenſandum eſſet.* Eadem propemodum Camaldulenſes ſtatuunt, iiſdemque veſtigijs gradiuntur Burſfeldenſes, quorum hæc verba: *Omnibus ſextis ferijs, etiam eo tempore quo bis in die refici permittit Regula noſtra, ieiunamus: exceptâ feriâ ſextâ in hebdomada Paſcha, & ſi Natiuitas Domini ceciderit in ſextam feriam.* Sed hæc obſeruantia B & ieiunium feriæ ſextæ omnibus ferè Religioſis Ordinibus communis eſt, vt videre eſt apud Iulium Nigronum.

Nec hodie intermittitur.
Etiam ab alijs.
Burſf. diſt. 5. cap. 16.
Nigron in reg. 5. Soc.

Neque deſunt inuitamenta & ſtimuli, quibus ad hanc obſeruantiam retinendam Religioſi incitentur, quorum potiſſimùm eſt, cultus & veneratio Dominicæ paſſionis & ſanctiſſimæ crucis; quæ ratio permouit etiam ſæculares, vt illâ die abſtinentiam aliquam ſeruarent. Teſtis eſt in primis Venerabilis Beda & S. Iſidorus, qui ita loquũtur: *Præter hæc autem legitima tempora ieiunio* C *rum, omni ſexta feria propter paſſionem Domini à quibuſdam ieiunatur.* Theodoſius iunior (vt auctor eſt Nicephorus) feriâ quartâ & ſextâ quot hebdomadibus ieiunio corpus domabat: Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, & S. Carolus Borromæus toti familiæ ſuæ, in necis Chriſti memoriam ferijs ſextis ieiunium indixerunt. Quinetiam (vt Nigronus ſcribit) hoc ipſo tempore in regno Poloniæ, & Angliæ ſextâ quaque feriâ ieiunatur ab omnibus Catholicis, ex antiqua conſuetudine, & in aliquot Italiæ pro- D uincijs religio eſt, vulgo eo die lac & oua comedere. Cum in Eccleſia primæua generale erat illud, ſiue præceptum, ſiue conſilium ieiunandi feria quartâ & ſextâ, quis non intelligit quã multos laicorum vtriuſque ſexus ea ſancta conſuetudo comprehenderet? Sed vel ideò hæc noſtris Religioſis commendatior eſſe debet obſeruantia, quod eam S. Petrus Damiani noſtri Ordinis Monachus in magnam Italiæ partem, vt ait Hieronymus Rubeus, induxerit ac potiùs antiquitus inſtitutam, & iam ferè E obliteratam reuocauit. Propagata autem maxime fuit per ſuos & Caſini môtis Monachos, vt ipſemet S. Petrus ad eos ſcribens teſtatur.

Stimuli ad ieiunium hoc retinendum.
Beda lib. de offic. c. vlt. Iſid. lib. 1. de off. eccl. cap. 42.
Nicephor. lib. 14. c. 3.
Vinc. Maiora in vit. S. Antonini.
Glaſſ. lib. 2. vit. S. Car. cap. 3.
A laicis hodie q; colitur.
Petrus Damiani illud propagat.
Rub. lib. 5. hiſtor. Rauen.
Petr. Dam. opuſc. 43.

Verùm enim verò, quemadmodum à noſtri inſtituti Monachis hæc ſancta obſeruantia multis locis inducta & propagata fuit, ita placuit diuinæ bonitati cæleſti reuelatione eam confirmare, quam pluribus leges in vita B. Petri Damiani.

Cap. 19.

DISQVI-

DISQVISITIO II.

Cur nihil de Sabbati ieiunio præſcripſerit S. BENEDICTVS?

Ieiunium Sabbati ante S. Benedictum.

MIRABITVR nonnemo prætermiſſum à S. Legiſlatore Sabbati ieiunium, cùm in Eccleſia Dei à carnibus eo die omnes abſtineant, & ante S. BENEDICTI tempora Sabbatini ieiunij vſus viguerit.

Innocent. epiſt. 1. c. 4.

Innocentius ſiquidem I. ſic decreuit: *Sabbato ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat.* B Subditque rationem: *Si feriâ ſextâ propter paſſionem Domini ieiunamus; Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtiq; conſtat Apoſtolos biduo iſto in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occultaſſe, & ieiunaſſe.* Exſtat & Concilij Eliberini canon 26. vt omni Sabbato ieiunetur.

Cur eius non meminerit.

Non defuit tamen S. BENEDICTO ſufficiens ratio, cur de hoc ieiunio ne verbum quidem diceret. Ea nimirũ quòd ſancta Dei Eccleſia etiam in hac parte circumamicta eſſet varietate. C

Orientalis eccleſia non ieiunabat Sabbato.

Orientalis enim ex pia conſuetudine Sabbato, vno Paſchali excepto, non ieiunabat, idque in deteſtationem hæreticorum, Simonis Magi, Menandri, Saturnini, Cerinthi, Carpocratis, eorumque ſectariorum Cerdonis & Marcionis;

Et quare.

qui omnes Deum auctorem mundi, cum omnibus à ſe creatis rebus, malum eſſe, atque ideò à carnis eſu, & propagatione per matrimonium, abſtinentes, die Sabbato ieiunandum eſſe, ne creator mundi, qui die ſeptima requieuit, honorari videatur; docebant & obſerna- D bant: vt conſtat ex Irenæo, & Epiphanio.

Iren. lib. 1. cap. 10. Epiph. hæreſ. 21. & 41. Ignat. epiſt. 8. ad Philipp.

Hoc ſenſu dixit S. Ignatius: *Si quis Dominicam diem, aut Sabbatum, vno excepto,* (nempe Paſchali) *ieiunarit, hic Chriſti interfector eſt.* Cur autem Chriſti interfector eſt? quia nimirum Deo debitum honorem, & gloriam adimere conatur.

Occidentalis ieiunabat.

Occidẽtalis verò Eccleſia hæreſi iam illâ extinctâ, non licitè modò, ſed piè Sabbato ieiunat, vt quàm longiſſimè à Iudæis Sabbatum colentibus recedat: cùm ob rationes ex Innocentio iam allatas, tum ob memo- E riam Dominicæ ſepulturæ: & vt quaſi præparationem Dominicæ præmittat diei. Quibus adde venerationem Deiparæ Virginis.

Non vbiq; tamen.

Non fuit tamen vniuerſalis hæc per Occidentem conſuetudo.

Auguſt. epiſt. 86. ad Caſul.

Scribit ſiquidem Auguſtinus: *Contingit maximè in Africa, vt vna Eccleſia, vel vnius regionis eccleſiæ, alios habeant Sabbato prandentes, alios ieiunantes.*

Ibid. & epiſt. 118.

De Italia teſtatur idem, Romæ Sabbato ſeruatum ieiunium, cùm Mediolani pranderent.

Hieron. epiſt. 28.

Ex Hiſpania Lucinius Bæticus Hieronymum conſuluit, an Sabbato eſſet ieiunan- A dum.

REFECTORIVM. Reg. Fruct. cap. 5.

Regula Fructuoſi à ieiunio eximit Sabbatum: *Sabbato*, inquit, *vel Dominicis diebus ad veſperum vna potio adijciatur.*

Reg. Aurel. cap. 6.

In Francia relaxatum Sabbato ieiunium, conſtat ex Regula S. Aureliani Arelatenſis: *A kalendis Nouembris vſque ad Natale cottidie ieiunãdum eſt, abſque Sabbato & Dominica.*

Agath. can. 12.

Concilium Agathenſe præcipiens ieiunium Sabbati in quadrageſima, innuit alio tempore non ieiunaſſe Chriſtianos.

Propter hãc varietatem S. B. nihil ſtatuit de hoc ieiunio.

Cùm igitur varia eſſet circa Sabbati ieiunium obſeruantia, nihil de eo præſcribendum duxit S. BENEDICTVS, relinquens hoc cuiuſque Eccleſiæ conſuetudini. Secutus nimirum trium celeberrimorum Eccleſiæ Doctorum reſolutionem, Hieronymi inquam, Ambroſij & Auguſtini.

Hieron. vbi ſuprà.

Hieronymi verba ſunt. *Traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti.*

Aug. epiſt. 86.

Auguſtinus pro ſe & matre ſua Ambroſium ſuper hac diuerſitate conſulens, hoc tulit reſponſi: *Quando hic ſum* (Mediolani) *non ieiuno Sab-* C *bato, quando Romæ ſum, ieiuno Sabbato: & ad quamcumque Eccleſiam veneritis, eius morem ſeruate, ſi pati ſcandalum non vultis, aut facere.*

Epiſt. 118.

Huic ſententię Auguſtinus conſenſit, eamdemque Ianuario inculcauit.

Nec erat opus id exprimere.

Nec verò neceſſarium adeò erat, Sabbati ieiunium à S. BENEDICTO exprimi, nam ab Idibus Septembris vſque ad Paſcha prolixiori iſti ieiunio ex Regulæ decreto Sabbatinum includebatur. A Paſchate vſque ad Pentecoſtem ieiunia relaxabantur. Reſiduis ergo menſibus æſtiuis ſatis illi D fuerit, ſi per hebdomadam bis ieiunarent, quartâ ſcilicet & ſextâ feriâ, quibus tamen & prandium ex Abbatis prouidentia indulget, *ſi opera in agris habuerint, aut æſtatis feruor nimius fuerit.* Vt proinde facilè credam nimiùm S. Patri viſum prædictis duabus ferijs tertium ſuperaddere ieiunium Sabbatinum.

Cap. 41.

Quis ſtatuerit Sabbato carnibus abſtinendum.

Quod autem in Eccleſia Sabbato à carnibus abſtineant, poſterius eſt S. BENEDICTO, nam à Gregorio VII. Benedictino in Synodo Romana ſic anno 1078. decre- E tum: *Quia dies Sabbati apud ſanctos Patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorumdem auctoritatem ſequentes, ſalubriter admonemus, vt quicumque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die, niſi maiori feſtiuitate interueniente, vel infirmitate impediente, abſtineat.*

Refertur diſt. 5. de conſecr. c. 31.

Petr. Dam. opuſc. 34.

S. Petrus Damiani Gamugnenſes Monachos ad Sabbati ieiunium in ſepulturæ Chriſti honorem vehementer hortatur.

DISQVI-

REFECTORIVM.

DISQVISITIO III.

Quod Ieiunium Regulare?

Vnde ieiunium regulare.

PRÆTER ea ieiunia, quæ vniuerſalis Eccleſiæ indixit Auctoritas, & quartæ ac ſextæ feriæ, aliud prolixum ſatis ieiunium apud Benedictinos viget, quod *Regulare* vocamus, quia à Regula nobis præſcriptum; ita enim Legiſlator noſter ait: *Ab Idibus Septembris vſque ad caput quadrageſimæ, ad Nonam ſemper reficiant fratres.* Reficere autem ad Nonam S. BENEDICTO & veteri- B bus Patribus, idem quod ieiunare eſt, quod multis probari poſſet; hîc ſuffecerit quod S. BENEDICTVS de quarta & ſexta feria loquens, dicat, *ieiunent vſque ad Nonam*, & quod ab Idibus Septembris vſque ad caput quadrageſimæ ſtatuens ad Nonam ſumendam refectionem, cœnæ non meminerit, nec eam prandium vocauit, prout fecit cùm de refectione ad ſextam ſumenda egit. Prandere enim eſt non ieiunare. Vnde S. Ambroſius: *Illud etiam fratres ad perfectionem ieiunij tacendum non eſt, vt qui abſtinemus, & minimè prandemus, hoc tempore prandia noſtra* C *pauperibus prærogemus.* Et Auguſtinus: *Rogo vos fratres chariſſimi, & admoneo vt in iſto legitimo, ac ſacratiſſimo tempore, exceptis Dominicis diebus nullus prandere præſumat.* Sed & Hippocrates; *Semel in die*, inquit, *cibum capere, attenuat, & ſiccat, & aluum ſiſtit. Prandium contraria facit.* Quo in loco, vt benè notat Matthæus Curtius, clarè indicat, idem eſſe prandere & bis comedere, ſemel in die comedere, & cœnare.

Cap. 41. — *Reficere ad nonam, quid.* — *Prandere eſt, non ieiunare.* — Ambroſ. ſerm 33. — Aug. ſerm. 62 de tempor. — Hippocr. l. 2. de Diæta. — Curt. de prand. ac cœnæ modo

S. Benedictus ieiunium ab Idibus Septemb. præſcripſit.

Verùm ex vſu & praxi Regulæ notiſſimum omninò eſt, prædictis illis S. BENE- D DICTI verbis, Monachis noſtris ieiunium præſcribi, cuius obſeruationem S. Bernardus quoque confirmat, dicens de quadrageſima: *Hactenus vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum vniuerſi.* Quod miror obſeruatum nõ fuiſſe ab R. P. Thoma à Ieſu, qui exponens cap. 11. Regulę Carmelitarum S. Alberti, ad marginem adiecit: *In nulla verò Regula ieiunium ab exaltatione S. Crucis vſque ad Paſcha Reſurrectionis decernitur:* exiſtimans nimirum id ſuæ Regulæ peculiare, quod dubio 2. dubitan- E ter affirmat: quantum, inquit, opinor, nulla Regula tam prolongata ieiunia ſtatuit. Sed de noſtra eum docere potuiſſet Smaragdus & Turrecremata, alijque Commentatores, vt omittam variarum Congregationum Conſtitutiones.

Bern. ſerm. 3. de quadrag. — *Allucinatio viri docti.*

Idem ieiunium ab alijs indictum. — Iſid Reg. cap. 9.

Idem porrò ieiunium in Regula S. Iſidori præſcribitur: *In refectione Monachorum*, ait, *à diebus Pentecoſtes vſque ad autumni principium tota æſtas interdiana prandia inuitet, reliquum tempus ſuſpendat prandia: cœna tantùm* A *apponatur.* Interdiana vocat prandia, quia alternis ferè diebus exhibebantur, ternis enim diebus per ſingulas hebdomadas ieiunabant, ferijs nimirum ſecundis, quartis, & ſextis. Ieiunium autem illud, quod ad Autumni principium inchoari vult, prorſus idem videtur cum eo, quod S. BENEDICTVS præſcripſit, nam vt patet capite ſequenti, voluit illud ſtatim inchoari ab æquinoctio autumnali, quod non longè ab Idibus Septembris incidit. Quare quod ait: *Tertium ſequitur quotidianum ieiunium, ab Octauo Calendas Octobris vſque ad Natalem Dominicum* For- B tè mendum ibi eſt, & legendum, *A decimo Octauo Calendas Octobris*; tum enim cum S. BENEDICTO conſentiret, proximus enim dies ab Idibus Septembris eſt decimus octauus Kalendarum Octobris, in quem feſtum Exaltationis S. Crucis incidit, eſtque principio & æquinoctio autumnali vicinior.

Et ad formam Benedictinam. — Iſidor. cap. 11.

Confirmatur ex Regula Fructuoſi.

Coniecturam porrò hanc non vanam eſſe, hinc apparere poteſt, quòd S. Fructuoſus à Smaragdo relatus dicat: *A Paſcha vſque ad Pentecoſtem reficiendum eſt ad ſextam. A Pentecoſte vſque decimo octauo Kalend. Octobris* C *interdiana ieiunia retinenda ſunt.* Quæ videntur ex Iſidoro deſumpta, & vnitatis nota forſitan exciderit, vt pro 18. poſtea lectum ſit 8. Pergit verò Fructuoſus: *Ab octauo decimo Calendas Octobris vſque ad Paſcha ſollicitè ieiunandum eſt.* vbi ipſum Regulæ ieiunium eadem, quâ S. BENEDICTVS formâ præſcribit. Sed vtut hæc ſint, tantùm decem dierum differentia eſſet. Et quamuis ieiunium hoc ad Chriſti natiuitatem ſiſtit, mox tamen à circumciſione Domini vſque ad Paſcha reſumendum & continuandum ibidem D præſcribitur.

Cap. 18.

S. BENEDICTVM verò præter Iſidorum & Albertum, imitati ſunt Patres Ordinis Prædicatorum, in quorum Conſtitutionibus hæc habentur: *A feſto autem ſanctæ Crucis vſque ad Paſcha continuum tenebimus ieiunium, & Nonâ dictâ, comedemus, exceptis Dominicis diebus.*

Prædic. diſtinct. 1. c. 4.

DISQVISITIO IV.

Cur Ieiunium Regulare inſtitutum?

Duplex cauſſa ieiunij regularis.

CAVSSAM indicti huius ieiunij ſæpiùs mihi diſquirenti duplex hæc occurrit. Prior, ieiunij vtilitas, per quod Deo pro peccatis ſatisfacimus, ac deinde animam ad orationem, & cæleſtium rerum cõtemplationem diſponimus. Altera cauſſa eſt, veterum Monachorum imitatio, quorum veſtigijs S. P. N. libenter inſiſtit, vt paſſim totâ Regulâ vidimus. Qualia autem eorum fuerint ieiunia, ex Hieronymo diſce, qui ait: *Ieiunium totius anni*

Hieron. epiſt. 22.

æquale

Qualiaue-terum Monachorum ieiunia. *æquale eſt, exceptâ quadrageſimâ; in quâ ſolâ conceditur diſtrictius viuere. A Paſchâ vſque ad Pentecoſten, cœna mutantur in prandia, quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato.* Idemque patet ex

Caſſ. lib. 5. cap 14. Caſſiano, qui ait, in Ægypto indifferenter ad aduentum hoſpitum quotidiana ſolui

Aug. lib. de mor eccl. ſolere ieiunia. Auguſtinus quoque Cœnobitas quotidie ieiunaſſe ſcribit. Chryſoſto-

Chryſoſt. homil. 57. ad pop. Antioch. mus de Monachis loquens: *Illi*, inquit, *poſtquam pranſi fuerint, imò verò poſt cœnam, numquam enim prãdium norunt, ſcientes quod præſens tempus ſit luctus & ieiunij.* Eſſeni à S.

Euſeb. hiſt. Eccleſ. l. 2. cap. 16. Marco inſtituti nec cibum, nec potum ante ſolis occaſum accipiebant, vt ex Philone ſcribit Euſebius. Idemque Magnus An-

Athan. in vit. Anton. Hieron. in vit. Hilar. tonius & S. Hilarion præſtitêre. Hos imitari, quantum licuit Regulæ noſtræ conditor voluit.

Cur S.B. nõ indixerit ieiunia quotidiana à Pentecoſte. Sed quare, inquies, à Pentecoſte vſque ad Exaltationem S. Crucis quotidiana non indixit ieiunia? Reſpondeo, eùm ſcripſerit Regulam diſcretione præcipuam, voluiſſe veterum Monachorum rigorem nonnihil temperare. Cauſſas autem moderationis

Ob feruorẽ æſtatis, & labores. ſuæ habuit omnino duas, quarum prior eſt, *nimietas*, vt loquitur, *aut nimius feruor æſtatis*. Altera, *labores agrorum*, qui ipſis totâ æſtate ferè erant quotidiani: vſque adeò, yt ob eaſdem has cauſſas, etiam quartâ &

Cap. 41. ſextâ feriâ ieiunium poſt Pentecoſten relaxari permittat, eademque conſideratione prandij tempora prorogari indulgeat.

Quid de his aly ſtatuerint. Ob æſtatis feruorem ieiunium tantùm ternis diebus poſt Pentecoſten ſeruari, etiam Iſidorus ſcribit. Sed & S. Petrus Damiani non iudicauit poſt Pentecoſten quotidiana ſtatim aſſumenda ieiunia, ſed tantùm aliquot dierum, de quo ipſum loquen-

Petr. Dam. opuſc. 15. cap. 6. tem audire iuuat: *Ab octaua*, inquit, *Pentecoſtes vſque ad Natiuitatem B. Ioannis, tertiâ quidem feriâ pulmentum fratribus horâ nonâ tribuitur, quintâ verò feriâ refectio iteratur. Porrò à feſtiuitate S. Ioannis vſque ad idus Septembris, tertiâ, & quintâ feriâ bina refectio in die tenetur: reliquis verò quatuor diebus ieiunium ex more ſeruetur.* In II. Turoni-

Concil. Turon. 2. cap 18. ca Synodo ita ſcribitur: *De ieiuniis, antiqua à Monachis inſtituta conſeruentur. Poſt quin-*

Ieiuniorum remiſſio tẽ æſtate valde vetus. *quageſimam* (Paſchale tempus quinquaginta dierum, quod in Pentecoſte terminatur intelligit) *vſque ad Kalendas Augusti in ſeptimanâ ieiunent, ſecundâ, quartâ, & ſextâ die, exceptis his qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto quia quotidie Miſſæ Sanctorum ſunt, prandium habeant.* Valdè ergo antiqua eſt etiam apud Monachos ieiuniorum remiſſio æſtiuo tempore, quare non

Thom. in expoſit. reg. Carm. c. 11. dub. 2. malè annotauit Thomas à Ieſu, quotidianam illam ieiunij diſtrictionem, quam Ægyptij Monachi tenebant, ſequentibus temporibus propter nimium æſtatis rigorem, nullibi apud Religioſorum inſtitutores communi præcepto obſeruatam inueniri. REFECTORIVM.

Quàm verò gratum ſit Deo regularis huius continentiæ libamen, patet ex reuelatione, quam S. Gertrudis, Ordinis noſtri Monialis habuit. Cùm enim in feſto Exaltationis S. Crucis inuocaret auxilium Domini ad inchoandum ipſo die *Ieiunium Regulare*, quod per dimidium annum à Religioſis obſeruatur: Dominus dignantiſſimè reſpondit: *Quicumque Religionis zelo inſtigante, voluntariè pro amore meo ſe præbet ad obſeruantiam ieiunij Regularis, & per hoc non ſuam, ſed meam deſiderat gloriam: hoc ego, licet bonorum veſtrorum non egeam, tamen propriâ benignitate tanti accepto, quanti Imperator acceptaret à fideli principe ſuo, ſi ſe offerret ſingulis diebus ad menſam propriis expenſis ipſi ſufficientiſſimè miniſtraturum.* Quantâ igitur animi deuotione fratres noſtri ſuſcipient regulare ieiunium, quod tantò nobis commendatur promiſſo? Laudandus meritò Ordinis noſtri Martyr & Abbas B. Aygulphus, qui malè multatus, & ergaſtulo clauſus, ſtatam à Regulâ comedendi horam infringere renuit, vt *aliàs retulimus.

Quàm grata Deo regularis ieiunij obſeruatio. Lib 4. Inſi. diuin. Piet. cap. 54.

Laudatur abbas B. Aygulphus. * Lib. 2. tr. 8. diſq. 9.

DISQVISITIO V.

Quo die inchoandum Regulare Ieiunium?

AB *Idibus Septembris* (ait Legiſlator noſter) *vſque ad caput quadrageſimæ, ad Nonam reficiant fratres.* Iiſdem vocibus vtitur S. Petrus Damiani, Lanfrancus, aliique. Sed quæſtio eſt, an ipſis Idibus, an verò poſtridie incipiat hoc ieiunium. Smaragdus eandem quæſtionem proponens, dubitandi rationem etiam adiecit, ſic enim habet: *Quæſtio oritur, quomodo hic ab Idibus Septembris ieiunandum quotidie dicat, cùm in capitulo 48. dicturus ſit, A Paſchâ vſque ad Kalendas Octobris poſt ſextam ſurgentes à menſâ pauſent. Quæ ita ſoluitur: Si habuerint opera in agris, vel vindemiam in vineis, vbi per ſe occupentur, vſque ad Kalendas Octobris ad ſextam reficiant. Sin autem non habuerint, ab Idibus Septembris generale ieiunium inchoetur.* Hæc ille. Verùm non arbitror hanc eſſe S. BENEDICTI mentem, ita enim non eſſet certum & ſtatum ieiunij Regularis exordium, illa autem verba capitis 48. aliter poſteà explicabimus, atque ex iis verum huius textus ſenſum eruemus.

Cap. 41. *An ipſis Idibus, an poſtridie ieiunium incipiat.* Smarag. in cap 41. I. *Smaragdi ſententia.* *Non placet.*

Secundò igitur, P. Thomas à Ieſu eandem quæſtionem proponit de ieiunio ſuæ Regulæ, in quâ dicitur: *Ieiunium ſingulis diebus (exceptis Dominicis) obſeruetis à feſto exaltationis S. Crucis.* Hic igitur quærit, an II.

Thom in c. 11. Reg. Carm. dub. 1.

REFECTORIVM. An à, excludat vel includat diem.
Nau. conſ. 18. de præbend. & dignit. nu. 6.

illa præpoſitio, *à*, includat etiam ipſum diem termini, cui adiungitur; an verò illum excludat? Pro reſolutione hanc ex Nauarro affert regulam: quod quando, *à*, præpoſitio adiicitur à lege alicui diei determinato, tunc includit ipſum, niſi incluſio ſit contra ius commune. Pro quo aliqua iura affert. Et facit pro hâc ſententia *l. 3. §. minorem ff. de minoribus, l. pater, ad legem Iuliam de adulteriis*. Ex quibus ſic infert: cùm, *à*, præpoſitio in noſtro caſu adiuncta ſit diei determinato, nec ſit contra ius, quod illa dies interno includatur; apertè colligitur ipſâ etiam die Exaltationis ieiunandũ eſſe. Ita ille. Iuxta quem ſenſum Benedictinis ieiunium inchoandum eſſet pridie Exaltationis S. Crucis, cum Regula dicat, *ab Idibus Septembris*: ille enim feſtum illud immediatè præcedunt, atque hoc modo Regulam noſtram intellexit Lanfrancus, qui ait: *Ab Idibus Septembris priuatis diebus agantur continuè ieiunia, quæ Regula præcipit, atque ipsâ die Iduum incipiant ieiunare, ſicut* B. BENEDICTVS *inſtituit*. Sed nec hanc ſententiam arbitror explicare verum ſenſum Regulæ noſtræ.

Pro inchoando ieiunio pridie Idus Septemb.
Lanfr. Stat. cap. 1. §. 6.

III Quare dico *Tertiò*, illud *Ab Idibus Septembris*, intelligendum eſſe excluſiuè, ita vt poſtridie Iduum inchoetur regulare Ieiuniũ. Ita Caſſinenſes: probantque hanc expoſitionem ex cap. 48. vbi dicitur: *A Paſchâ vſque ad Kalendas Octobris poſt ſextam ſurgentes à menſâ, pauſent in lectis*. Hæc enim verba ſic declarant: Intellige omnes Kalendas, quæ ſunt decem, & octo: aliter contradiceretur iis, quæ ſtatuuntur in Capitulo quadrageſimo primo, quibus horis oporteat reficere fratres: vbi dicitur, quòd *ab Idibus Septembris vſque ad caput quadrageſimæ, ad Nonam ſemper reficiant fratres: & ſic incipimus ieiunare, & ceſſare à meridianâ dormitione, in ipsâ die in quâ occurrit feſtum S. Crucis*. Ita illi. Kalendæ igitur Octobris non primam illius menſis diem, ſed omnes octodecim Kalendas ſimul, vel potius primum ex illis diem ſignificant, cuius rei ignoratio Smaragdum decepit, illamque euaſionem, vt loca in ſpeciem pugnantia conciliaret, procudere fecit.

Proponitur vera ſententia.
Caſſin. ad cap. 48. n. 3.
Kalendæ Octobris S. Benedicto non ſunt prima dies menſis.

Atque ita præter Caſſinenſes Regulam intelligunt Valliſoletani in Hiſpaniâ, & Burſfeldenſes, qui expreſsè ſic ſcribunt: *Ieiunium regulare incipitur, ipſo die Exaltationis S. Crucis*. Et ſuprà vidimus tempore S. Gertrudis eodem die illud inchoatum fuiſſe. Conuenimus ergo in exordiendo hoc ieiunio cum Patribus Carmelitis & Prædicatoribus, quibus idem nobiſcum commune eſt.

Qui nobiſcum hic ſentiant.
Burſf. diſt. 3. cap. 16.

DISQVISITIO VI.

An Ieiunium regulare nonnumquam relaxetur?

I. NVllos omninò dies à regulari ieiunio nominatim excipit S. BENEDICTVS. Excipiendi autem Dominici dies, prout expreſſit in Regula Carmelitarum Albertus, eamdemque fuiſſe mentem S. BENEDICTO, fas fuerit exiſtimare, cùm communis Eccleſiæ traditio ſit, his diebus ſoluendum ieiunium. Tertullianus: *Diebus Dominicis ieiunare, nefas ducimus*. Caſſianus: *Diem Dominicam cuſtodimus, in quâ maiores noſtri, nec ieiunium agendum, nec genu eſſe flectẽdum, ob reuerentiam Reſurrectionis Dominicæ tradiderunt*. Vbi primam vides aſſignari cauſſam, cur Dominica non ieiunetur, nam in Dominica Dominus reſurrexit. Secundam verò cauſſam aſſignat Ambroſius: *Dominicâ*, inquit, *ieiunare non poſſumus: quia Manichæos etiam ob iſtius diei ieiunia iure damnamus*. Tertiam cauſſam Monachis peculiarem addit Caſſianus, vt hic dies totius ſeptimanæ videatur obſeruantiam relaxare, *& pro hac ipsâ quæ intermiſcetur, quadam differentia, eumdem diem velut feſtiuum prouocet rurſum ſolemnius exſpectari, minuſque faciat hebdomadis venturæ ieiunia huius exſpectatione ſentiri*.

Dominici dies à ieiunio exempti.
Tertul. l. de coronâ Milit. cap. 3.
Caſſ. coll. 21. cap. 10.
Tribus de cauſſis.
Ambr. ep. 83.
Caſſian. lib. 3. cap. 11.

II. *Secundò*, diſpenſant Caſſinenſes infrà ſcriptis diebus, propter reuerentiam ſolemnitatum, in feſto S. Matthæi Apoſtoli, Dedicationis S. Michaëlis, S. Iuſtinæ de Paduâ, S. Lucæ, SS. Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, S. Martini, S. Andreæ quando celebratur extra Aduentum, Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum tribus ſequentibus diebus, Circumciſionis ipſius, Epiphaniorum eius, S. Antonij Abbatis, Purificationis B. Mariæ Virginis, S. Matthiæ, quando extra quadrageſimam venit, Tituli loci. Patres Congregationis SS. Vitoni & Hydulphi in Lotharingiâ, Caſſinenſium inhærentes veſtigiis, diſpenſant in omnibus feſtis, quæ ſunt de præcepto occurrentibus extra Aduentum & Quadrageſimam, excepto feſto Exaltationis ſanctæ Crucis. Item in feſto omnium SS. Monachorum Ordinis, S. Placidi, S. Mauri, B. item Scholaſticæ, Titularis congregationis, & loci & Dedicationis propriæ eccleſiæ.

Catalogus feſtorum in quibus diſpenſant Caſſinenſes.
Declar. Caſſin anni 1520. ad c. 41.
Et qui eos ſequuntur.

An autem rationi conſentanea ſit horum Patrum diſpenſatio, & num nimia relaxatio videri poſſit, forſitan quis dubitauerit. Verùm non deſunt argumenta & exempla quibus tueri ſe poſſint. Nam & S. Iſidorus feſtiuis diebus indulgentiùs, & meliùs fratres

An hæc diſpenſatio iniuſta.
Defenditur ex S. Iſidoro.

tres

Reg. cap. 9.

tres haberi voluit : *Per omnem autem hebdomadam fratres viles olerum cibos , ac pallentia habeant legumina. Diebus verò ſanctis inducant cum oleribus leuiſſimarum carnium alimenta.* Sequenti verò capite catalogum texit ſolemniorum dierum , quos *Monachorum ferias* vocat, in quibus ieiunia conquieſcunt. Nominat autem dies Dominicos , totum tempus Paſchale, à die Natalis Domini, vſque ad diem Circumciſionis, feſtum Epiphaniæ , diem item quo quiſque fratrum conuertuntur, aut ex aliis monaſteriis fratres viſitandi gratiâ occurrunt , tum verò pro charitate adimplenda interrumpuntur ieiunia.

Exemplis item Sanctorum. In vitâ S. Ambroſ.

S. Ambroſium , ſcribit Paulinus, ſingulis diebus ieiunaſſe, nec prandiſſe, exceptis Dominicis, ſabbatis , & præcipuis Martyrum feſtis. Et ſuprà ex Turonenſi Concilio vidimus , iuxta veterum Monachorum inſtituta , toto Auguſto indulta fuiſſe prandia , ſiue reſoluta ieiunia , quia (vt ibi dicitur) *quotidie Miſſæ ſanctorum ſunt.*

Conc. Turon 2.

Vbi etiam ſubditur : *Et quia inter natalem Domini , & Epiphaniam omni die feſtiuitates ſunt , item prandebunt.*

Solemnitates ieiunia ſoluunt. Pet. Dam. opuſc. 55. cap. 5.

Sufficiens ergo cauſſa relaxandi ieiunium SS. Patribus viſa eſt , Sanctorum ſolemnitas, vnde tempore S. Petri Damiani, vt ipſe ad ſuos eremitas ſcribit , hoc axioma ferebatur: *Cum ſolemnitate ieiunium conuenire non poteſt , & apud quorumdam examen ſub feſtiuitatis præſentia ieiunium vires non habet, ſed ſemper feſtiuitas præualet.* Quod quidem cum in totum negare non poſſet, verum eſſe concedit in præcipuis feſtiuitatibus , quia vt S. Thomas affirmat , *ieiunia quæ præcepto Eccleſiæ inſtituuntur , cum ſint magis ieiunia afflictionis , quam exultationis, non conueniunt in diebus lætitiæ.*

Thom. 2. 2. q. 147. ar. 5. ad 5.

Veteres in iis epulabantur. Cap. 51.

Solemne autem fuit etiam Chriſtianis, feſtis diebus conuiuia celebrare, vnde Feſtiuare quibuſdam conuiuari eſt. Et iam olim in Concilio Laodiceno ſtatutum eſt, in quadrageſimâ non oportere Martyrum natalitia celebrari , ſed eorum in Sabbato ac Dominica tantùm memoriam fieri. Refert idem Gratianus. Cuius quidem inſtituti cauſſa fuit , ne ob feſtiuitates ſolueretur ieiunium , quod ſabbatis & dominicis non ſeruabatur.

33. q. 4. c. non licet.

Benedictini olim in feſtis ieiuniũ relaxarunt. Lanfr. Stat. cap. 1. §. 6.

Sed vt ad Ordinis noſtri ieiunia reuertamur, certum omninò eſt, iam olim ob feſtorum celebritates regulare ieiunium relaxatum fuiſſe , & quidem tempore Lanfranci non vidẽtur noſtri ieiunaſſe in Sanctorum feſtiuitatibus. Ait enim : *Ab Idibus Septembris priuatis diebus agantur continuè ieiunia, quæ Regula præcipit.* S. Petrus Damiani eamdem conſuetudinem inualuiſſe ſubindicare videtur, quam tamen corrigit, & relaxationem ieiunij, ad pauciora feſta re-

Pet. Dam. opuſc. 15. cap. 6.

A ſtringit : *In feſtiuitatibus duodecim lectionum, quæcumque veniunt ab Idibus Septembris vſque ad Reſurrectionem Domini , ſemel tantum reficiant fratres, exceptis videlicet his ſolemnitatibus, Omnium Sanctorum, S. Martini, S. Andreæ , hebdomada natalis Domini , & vno die Epiphaniæ & Hypopanti. Quibus nimirùm diebus iteratur pro more refectio. In ceteris autem feſtiuitatibus , vnâ tantummodò ſint refectione contenti.*

REFECTORIVM. Eremita S. Petri Damiani

Deſignauit & S. Petrus Cluniacenſis, quibus Feſtis gemina refectio fratribus danda , nempe in feſto *S. Michaëlis, Dedicationis Eccleſiæ , & Apoſtolorum , extra Aduentum, & Septuageſimam, prouenientibus, feſtiuitatibus Abbatum Cluniacenſium, octo diebus natalis Domini , Epiphaniæ primâ tantùm, die feſto S. Marcelli Papæ, & S. Vincentij Martyris, atque Purificationis S. Mariæ. In conuerſione verò S. Pauli ieiunium non ſoluetur, quoniam de eodem Apoſtolo alias aliis temporibus feſtiuitates eccleſia celebrat. Cathedra S. Petri eadem ieiunium relaxabitur, & etiam quia infrà ſeptuageſimam feſtiuitas illa ſemper occurrit.*

Cluniacenſes. Petr. in Stat. Cluniac. n. 14.

B

Caſſinenſes. Epiſtol. Theod. ad Carol. M.

Et iam olim ipſi Caſſinenſes ſub Theo- C demaro Abbate, aliquam indulgentiam ob Sanctorum ſolẽnia habebant, ſcribit enim Carolo Magno : *Die Dominico, & in feſtiuitatibus præcipuis quartum additum pulmentum, in iiſque bis ad prandium phialas miſceri*, quod aliàs non niſi ſemel fiebat. In vetuſtis Conſuetudinibus Floriacenſis Monaſterij legitur: *Si feſtiuitas conuerſionis S. Pauli extra Septuageſimam venerit, bis comedere debemus, & ad prandium duo fercula.* Neque dubito, quin aliis quoque diebus ieiunium reſoluerint, & fortè Cluniacenſium Conſtitutiones ſequebantur, & iiſdem diebus, quibus illi ie- D iunium diſpenſabant , hac tantùm exceptione, quod in conuerſione S. Pauli cùm illi ieiunarent, his cænare liceret. Carolus Caluus Frãcorum Rex Cœnobitis S. Germani victualia aſſignans, expreſsè ait ſe illis villas quaſdam confirmare, ad refectiones in Dominicis diebus , & deputatis ſolemnitatibus Sanctorum fratribus adminiſtrandas, vt refert Aimoinus. Sed & Statuta Capituli Prouincialis Northamptoniæ in Angliâ, ab Idibus Septembris vſque ad caput quadrageſimæ, cænam indulgent E *diebus Dominicis, feſtis principalibus, duplicibus duodecim lectionũ, ac Natalis Domini feſtiuo tempore, vſque ad octauam Epiphaniæ.* Ob eamdem quoque feſtorum celebrationẽ etiam alij Ordines ieiuniũ ſextæ feriæ relaxant.

Floriacenſes.

S. Germani Monachi. Anno 877. Aimoin. l. 3. de geſt. Franc. c. 34.

Angli. Anno 1444. cap 7.

DISQVISITIO VII.

An omnibus feriatis Diebus ieiunandum?

NEque Regula, neque antiqua Ordinis noſtri ſtatuta, quæ ſuperiori diſ-

quiſitione

REFECTORIVM

Caſsinenſes diem vnam præter ſeptimanam à ieiunio eximunt.

Ad cap 41. Reg.

quiſitione attulimus, alios dies à ieiuniis A quam indulgeant, non ſecus atque in medio longioris itineris commodè conſtituitur diuerſorium, in quo viatores ad reliquum viæ facilius emetiendum, proſtratas nonnihil reparant vires. Sed & ſolidiores cauſſæ, cur hic dies relaxationi decretus ſit, adferri poſſunt. Nam vetus imprimis obſeruatio eſt in eccleſia Dei, vt in memoriam Aſcenſionis Chriſti illâ die non ieiunetur, de quâ noſter Alcuinus: *Melchiadei Papa natione Afer, trigeſimus quartus poſt S. Petrum, conſtituit, vt nemo præſumeret in* B *primâ vel quintâ feriâ ieiunare. In primâ propter Domini reſurrectionem: in quintâ, quia in eâ cœnauit Dominus cum diſcipulis ſuis, & in eâ aſcendit in cælum. Tunc placuit fidelibus, vt octo hebdomadas conſecrarent ieiunio*, quia nimirùm ex ſingulis ſeptimanis Dominicum diem, & feriam quintam ſubtrahebant. Idem teſtatur Micrologus, additque S. Gregorium in diſpoſitione officiorum, quintam feriam infra quadrageſimam vacantem dimiſiſſe; *vt quia feſtiua erat, ſicut Dominica, etiam officio Dominicali honorare*C*tur. Sed quia eadem feria ieiuniis poſtmodum applicata eſt, Gregorius iunior officia illi adiecit*. Si ergo etiam quadrageſimale ieiunium ob gaudium aſcenſionis Dominicæ olim ſoluebatur, æquiori iure regulare ieiunium, quod tantæ obligationis non eſt, eadem die intermitti poterit.

Cur hic dies ſolutus:

Alcuin. lib. de diuin. offic.

Quia olim in eo non ieiunabant.

Microl. de Eccleſiaſt. obſeruat. cap. 50.

Nō quidem in quadrageſima.

Verùm certiſſimum mihi prorſus eſt, licentiam hanc ſufficienti ſubnixam eſſe auctoritate. S. enim BENEDICTVS Abbati concedit, vt ob agrorum labores, aut nimium æſtatis feruorem, in ieiuniis regularibus diſpenſet: atque inſuper mandat, *vt ſic omnia temperet atque diſponat, qualiter & animæ ſaluentur, & quod faciunt fratres, abſque vllâ murmuratione faciant*. Quòd ſi tantum vnicuique Abbati indulget, nullo modo id denegandum eſt integræ Congregationi, præſertim quæ ad hoc ſedis Apoſtolicæ auctoritate munita fuerit, quod Caſſinenſes in principio ſuarum Declarationum teſtantur.

Licitè emonitò.

Cap. 41.

Neque verò citra rationem, aut veterum Monachorum exempla, vnum in ſeptimanâ diem à ieiunio immunem fecerunt. Ægyptij enim Monachi non niſi quinis in hebdomadâ diebus ieiunabant, feriâ nimirum ſecundâ, tertiâ, quartâ, quintâ & & ſextâ, Sabbato ieiunium ſoluentes, vt teſtis eſt Caſſianus. Quòd ſi & nos nonniſi quinis diebus in hebdomade ieiunandum duxerimus, alio quàm Sabbati die ieiunium ſolui conuenit. Nec leuis ſubeſt cauſſa, quod nimirum S. BENEDICTVS ex veterum Monachorum, & præſertim Ægyptiorum imitatione regulare ieiunium inſtituerit, vt ſuprà commemorauimus, atque ita videri queat, non fuiſſe ex eius mente, vt durante regulari ieiunio, crebriùs noſtri ieiunarent, quàm illi, præſertim cum eorum rigorem ſuâ diſcretione temperaſſe paſſim affirmetur. Et ne Ordinis noſtri exemplum hîc deſideretur, refert de ſuis Monachis S. Petrus Damiani, eos ab Idibus Septembris vſque ad reſur- E rectionem Dominicam quinque per hebdomadam diebus ex more ieiunium tenuiſſe.

Nec ſine veterum Monachorum exemplo.

Caſſ lib. 3. cap. 9.

Quos imitatur S. Benedictus.

Pet Dam Op. 15. c. 6.

Porrò eadem hac quintâ feriâ S. Petri Damiani Monachos ieiunium relaxaſſe, ex eius ſcriptis colligere licet. *Omnem enim relaxationem ieiunij tempore Paſchali, & à Pentecoſte vſque ad Idus Septembris aſſignat feriæ* D *tertiæ, & quintæ, in eaſque transferri vult Sanctorum feſtiuitates, ne ſcilicet ratione feſti ſolueretur regulare ieiunium*. Quòd ſi ergo vnus hic dies Eremitis iſtis, ſtrictè alioqui ieiunantibus, hebdomadatim indulgebatur, non admodum incongruum erit, id etiam Benedictinis hoc ſæculo concedi, præſertim ſi in aliis regularibus obſeruantiis ad primæuum regulæ vigorem ſtudeant accedere. Guigo qui primus Carthuſianorum ſtatuta ſcripſit cap. 33. ait: *in quinta feria caſeum, vel aliquid cibi lautioris accipimus*. Vnde colligitur quintam feriam vtcumque ſolemnem haberi, atque eius gratiâ nonnihil de rigore remitti. Quamquam inficias ire nolim, Regulæ omninò conformius eſſe, ſi omnibus omnino diebus ieiunium [illegible]neatur: Feſtiuitatibus tantùm, iiſque ſolemnioribus, aut quæ eccleſiæ præcepto celebrantur, exceptis.

Monachi S. Damiani feria V. non ieiunabant.

Opuſc. 15. cap. 6.

Quid ſit conformius Regulæ.

Iam verò vt de die, quo hac diſpenſatione vtuntur, aliquid agamus, ſciendum eſt illum ex conſuetudine eſſe *feriam quintam*, vt in medio hebdomadæ quietem ali-

Feriâ quintâ diſpenſant Caſſinenſes.

TRA-

REFECTORIVM.

TRACTATVS VIII.
DE QVADRAGESIMÆ OBSERVATIONE.

Quadrageſimalis ieiunij dignitas.

PRINCIPEM *inter Ieiunia, ſiue antiquitatem, ſiue prolixitatem, ſiue etiam dignitatem ſpectemus, locum obtinet* Quadrageſimale Ieiunium; *Moyſis & Eliæ, qui in typo præceſſerunt, exemplis nobilitatum,* IESV *Chriſti obſeruantiâ ſanctificatum; & ad imitationem Chriſtianis propoſitum. Hoc ſecundum Apoſtolicam traditionem vniuerſa tenet Eccleſia. Monachi verò quadragenos hoſce dies veluti ſpiritualium nundinarum tempus, quo vberius liceat lucrari, & cæleſtes congregare theſauros, exiſtimantes, pietati ſuæ de Superiorum licentia habenas laxare conſueuerunt. Quo nomine & S.P.* BENEDICTVS *peculiari capite* de Quadrageſimæ obſeruatione *tractandum ſibi putauit, vt quid ſacro hoc tempore à ſuis potiſſimum conueniret fieri, præſcriberet, & ſpontaneæ cuiuſque deuotioni ad quædam ſupererogationis opera locum concederet & indulgentiam. Huius proinde Tractatus diſquiſitionibus explicabimus,* Primò, *Cur Quadrageſimale ieiunium inſtitutum?* Secundò, *Cur omni tempore Quadrageſimæ obſeruantia Monachis commendata?* Tertiò, *Quomodo veteres Monachi obſeruauerint Quadrageſimam?* Quartò *Quænam peculiariter in Quadrageſimâ S.* BENEDICTVS *fieri voluerit?* Quintò, *Quâ religione Benedictini Quadrageſimam tranſegerint?* Sextò, *Quare ad opera ſupererogationis facultas Abbatis petenda?* Septimò, *quâ id formâ fieri ſoleat?* Octauò, *Cur libri initio Quadrageſimæ diſtribuendi?* Nonò *Quodnam ſit caput Quadrageſimæ?* Decimò, *Quo ritu libri diſtribuendi?*

DISQVISITIO I.

Cur Quadrageſimale Ieiunium inſtitutum?

De antiquitate ieiunij quadrageſimalis.

RECEPTAM paſſim in Eccleſiâ Quadrageſimę obſeruantiam & magno pietatis affectu à priſcis illis Monachis cultam, ſupponit S. Legiſlator. Nos autem vt plenior ſit traditę ab eo doctrinę explicatio, inſtitutionis eius cauſſas hîc diſquiremus. Prænotandum antè non eſſe nuperam huius ieiunij adinuentionem, ſed ex Apoſtolicâ traditione, ſiue ſcripto ad nos tranſmiſſam. Vnde Canones Apoſtolorum Clericum Quadrageſimam non ieiunantem ab officio deponēdum, laicum excommunicandum cenſent. Clemens Romanus teſtatur Apoſtolos ſic docuiſſe. *Seruandum eſt à vobis ieiuniū Quadrageſima continens memoriam cōuerſationis Legiſlatoris Domini.* S. Ignatius Martyr: *Quadrageſimam ne pro nihilo habeatis.* Et Abdias refert Matthæum Apoſtolum, in oratione quam ha-

Can 68.

Clem. l. 5. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 12.

Ignat. ep. ad Philip.

Abdias l. 7. certam. apoſt.

A buit pro virginis Iphigeniæ caſtitate tuenda, ſic locutum: *Diebus certis, ſiue Quadrageſima, ſiue legitimorum ieiuniorum temporibus, tam ab edacitate carnium, quàm à commixtione corporum, qui non abſtinuerit, non pollutionem ſolùm, ſed etiam ſimul crimen incurrit.* Non ergo Teleſphorus, vt quidam volunt, Quadrageſimale inſtituit ieiunium, cùm hæc ante eius tempora ſcripta ſint. Anſam autē ita opinandi inde ſumpſerunt, quod Teleſphorus legatur Clericis mandaſſe, vt ſe-
B ptem integras hebdomadas à carnibus abſtinerent, cùm laici ſeptem hebdomadas non integras abſtineant. Montanus autem tres induxit Quadrageſimas; in quibus nihil præter panem, & ſalem, & aquam, ex voluntate (vt dicebat) Spiritus ſancti permiſit, ſed ab Eccleſiâ eiectus eſt. Catholica igitur ſententia eſt, quam S. Hieronymus ita expreſſit: *Nos vnam Quadrageſimam, ſecundum*

Teleſphorus illud non inſtituit.

Teleſph. epiſt. ad omnes fideles.

Hieron. ep. ad Marcellam aduerſ. Montan.

REFECTORIVM.

Leo ſer. 6. de Quadr. & ſerm. 9. Quadrag.

cundùm traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis cõgruo, ieiunamus. Et Leo: *Apoſtolica inſtitutio quadroginta dierum ieiuniis impleatur.* Iterumque: *A Sanctis Apoſtolis per doctrinam Spiritus S. maiora ſunt inſtituta ieiunia.* Sed cauſſas hîc inquirimus.

Cur inſtitutum.

Primò. Ignat. ep. ad Philipp. Hieron. in cap. 58. Iſa.

Prima ſit, quam tradit Ignatius Martyr, quia *Quadrageſima continet imitationem conuerſationis Domini.* Hieronymus: *Dominus,* inquit, *quadraginto diebus in ſolitudine ieiunauit, vt nobis ſolemnes ieiuniorum dies relinqueret.* Ambroſius: *Quadrogeſimam,* inquit, *nobis Dominus ſuo ieiunio conſecrauit.* Et alibi: *Hoc*

Ambroſ. ſerm. 34. Serm. 37.

B

fecit cauſſa ſalutis noſtræ, vt rem vtilem non ſolùm doceret verbis, ſed etiam exemplis inſtrueret, vt iiſdem veſtigiis, quibus ad fidem currimus, ad abſtinentiam graderemur. Hinc ſancti Patres [a] Hieronymus, [b] Auguſtinus, [c] Leo atque ipſe [d] Ambroſius ab ipſo Chriſto Domino indictam Quadrageſimam fuiſſe docent, non quidem verbo, ſed exemplo.

[a] in cap. 58. Iſa. & 3. Ionæ. [b] in pſal. 110. [c] Serm. 12. de quadr. [d] Serm. 26.

Secundò. Caſſian. collat. 21. cap. 25.

Secundam rationem tradit Caſſianus: *Vt ipſius,* inquit, *conuerſationis noſtræ, & humani vſus operumque noſtrorum decimas offeramus, quæ profectò in ſupputatione Quadrageſimæ euidenter implentur. Omnium enim dierum numerus, quibus reuolutus in orbẽ annus includitur, triginto ſex ſemis dierum numero, decimatur.* Recte autem dixit, triginta ſex ſemis dierum numero, nam decima pars dierum totius anni triginta ſex dies cum dimidio cõplectitur ſecundum exactiſſimum calculum. Gregorius autem & Iſidorus triginta tantum ſex dies ponunt, non habitâ ratione dimidij diei, qui tamen addendus. Cùm enim, ipſo Gregorio teſte, trecẽtos, & ſexaginta quinque dies annus contineat, & triginta ſex decies multiplicati efficiant trecentos ſexaginta dies, remanent quinque dies, quarũ decima pars dimidium conſtituit diem. Adiiciamus autem ad triginta dies alios quatuor, vt ita quadragenarium numerum expleamus, & quod fortè aliis diebus defuerit quatuor iſtis ſuppleatur. Ita ergo iuxta veteris legis prçceptum decimas Domino offerimus, *vt qui nobiſmetipſis* (inquit Gregorius) *per acceptum annum viximus, auctori noſtro nos in eius decimis per abſtinentiam mortificemus. Vnde, fratres chariſſimi, ſicut offerre in lege iubemini decimas rerum, ita offerre contendite decimas dierum.*

C

Quadrageſima ieiunium pro decimis ſoluimus.

Gregor. hom. 16. in Euang. Iſidor. lib. 1. de offic. cap. 36.

D

Exod. 22.

Leuit. 27.

E

Tertiò, ad diluendas negligentias toto anno commiſſas.

Tertia ratio, Vt Chriſtiani omnes pro negligentiis toto anno commiſſis agant, quaſi communem & publicam pœnitentiam, & Deum coniunctis ſtudiis, precibus & lacrymis placare nitantur. Sic enim loquitur S. Leo: *Dum per varias actiones vitæ huius ſolicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano puluere etiã religioſa corda ſordeſcere, ideò magna diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, vt ad reparandam mentium puritatem*

Leo ſer. 4. de Quadr.

A

quadraginto nobis dierũ exercitatio mederetur: in quibus aliorum temporum culpas & pia opero redimerent, & ieiunio caſta decoquerent. Et Gregorius: *Quia per carnis deſideria, decalogi mandata contempſimus, dignum eſt vt eandem carnem quaterdecies affligamus.*

Gregor. homil. 16. in Euang.

Quartò, ad memoriam Paſſionis Chriſti.

Quarta ratio, vt impleatur quod Dominus ait: *Cùm auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt.* Hanc enim rationem reddebant antiquiſſimi Chriſtiani apud Tertullianum. Et Hieronymus ſcribit, Montaniſtas occaſione huius ſentẽtiæ, inſtituiſſe vnam quadrageſimam ieiuniorum poſt Pentecoſten, *quod abloto ſponſo, filij ſponſi debeant ieiunare.* Sed Eccleſia Catholica à Spiritu S. meliùs edocta, per ablationem ſponſi paſſionem eius & mortẽ interpretatur. Et ideò tunc maiora ieiunia inſtituit, cùm ipſam Dominicam Paſſionem cõmemorare aggreditur.

Matth. 9. Tertull. lib. de ieiun. Hieron. in cap. 9. Mat.

Quintò.

Quinta, Vt Quadrageſima ſit paraſceve Paſchæ, ſicut enim Chriſtus, antequam reſurgeret fuit mortuus: ſic & nos ante reſurrectionẽ ſpiritualem, peccato mori debemus. Hanc tradit S. Leo: *Cognoſcimus,* inquit, *ad celebrandum Paſchæ diem meritò nos quadraginta dierum ieiunio præparari, vt digni poſſimus diuinis intereſſe myſteriis.*

Leo ſer. 10. de Quadr.

Sextò.

Sexta ratio, vt ad digna ſacroſanctæ Euchariſtiç ſumptionem prçparemur. Sic nimirum Elias quadraginta dierum ieiunio purgatus fuit, vt veniret ad montem Dei Horeb. Ita Hieronymus ſcribit, ieiunari Quadrageſimam, *vt ſpirituoli ſagini, ieiunio corporis præparemur.* Et alibi: *Ipſe Dominus verus Ionas ieiunauit quadragint a dies & hereditatẽ nobis ieiunij derelinquẽs, ad eſum corporis ſui, ſub hoc numero noſtras animas præparat.*

3 Reg. 19. Hieron in cap. 9. Mat. Idem in c. 3. Ionæ.

Septimò, propter allegorias numeri quadragenarij.

Pro *Septimâ* ratione adiici poſſent variæ allegoriæ quadragenarij numeri, cuius myſterium quadrageſimæ noſtræ SS. Patres non rarò accommodant. Primò enim, Deus in diluuio quadraginta dies pluit, de quo Ambroſius: *Legimus in veteri teſtamento Noë temporibus, cùm omne genus humanum ſcelerata iniquitas occupaſſet, tot dierum numero pateſactis cataractis cæli, aquarum pluuias defluxiſſe, & myſterio quodam quadrogeſimæ, inundatione orbi terrarum facto, non tam diluuium quàm baptiſmum contigiſſe.* I.

Ambroſ. ſerm. 3. de Quadrag.

Deinde, vt cum eodem Ambroſio pergamus, *S. Moyſes in eremo quadraginta onnorum curriculo filios Iſraël cæleſti manna nutriuit. Bonus numerus, qui ſemper cælum aperit. Vnde & nos obſeruemus hunc numerum, vt aperiantur nobis cæli, quatenus & nos ſpiritualium ſacramentorum manna reficiat.* II.

Prçtereà ad eiuſdem numeri ſacramentum *quadragintamãſiones* (vt Caſſianus ait) *quibus ſolitudinem Iſraël myſticè pertranſiſſe deſcribitur, non incongruè coaptantur.* Eodem enim numero (vt ait citatus Ambroſius) III.

Caſſ. coll. 21. c. 28. Ambroſ. ſerm. 13.

Moyſes

Moyſes per manſiones peruenit ad requiem, quò & nos per ieiunia properamus ad cælum. Huc referri etiam poteſt, Iſraelitas per quadraginta annos fuiſſe in itinere ad terram promiſſionis. Exploratores à Moyſe miſſos quadraginta diebus abfuiſſe. Ezechiel quadraginta dies decubuit in latere dextero, portans peccata domus Iuda. Totidem diebus Niniuitæ pœnituerunt. Totidem Moyſes, Elias, & Chriſtus Dominus ieiunauerunt. Tot quoque diebus poſt reſurrectionem idem manſit in terris.

Num. 23. 23. Num. 13. 26. Ezech. 4. 6. Ion. 3. 4.

Alia ſymbola huius numeri.

Alia quadragenarij numeri ſymbola, noſter Hieronymus Lauretus in Siluâ Allegoriarum, Concionatores, & Patres ſuppeditabunt. Hęc nobis ſuffecerint, vt cõgruâ veneratione quadrageſimale ieiuniũ ſuſcipiamus, magna deuotione obſeruemus, & *cum ſpiritualis deſiderij gaudio*, iuxta Legiſlatoris noſtri votũ, *ſanctum Paſcha exſpectemus.*

DISQVISITIO II.

Cur omni tempore Quadrageſimæ obſeruantia Monachis commendata?

Cap. 49. Qui cenſeant vitâ Monachi perpetuam eſſe quadrageſimâ. Leo ſer. 4. de Quadr.

DE Quadrageſimâ acturus S. Legiſlator, præmittit: *Licet omni tempore vita Monachi Quadrageſimæ obſeruationem debet habere.* Videtur autem eam ſentẽtiam ex S. Leonis verbis didiciſſe, qui ait: *Debebatur quidem tantis myſterijs ita inceſſabilis deuotio, & continuata reuerentia, vt tales permaneremus in conſpectu Dei, quales nos in ipſo Paſchali feſto dignum eſt inueniri.* Hęc Leo. Patrem autem ſuum imitatus S. Bernardus, & ipſe perpetuam veluti Quadrageſimam Monachis commendat: *Nouerimus,* inquit, *Quadrageſimam noſtram non ſolos quadraginta dies habere: continuanda enim nobis eſt quadrageſima cunctis diebus miſeræ huius vitæ. Errant planè, qui pauciſſimos dies iſtos ad pænitentiã ſufficere credunt, cùm certum ſit totum vitæ huius tempus non niſi ad pænitentiam inſtitutum. Quærite Dominum* (ait Propheta) *non ſolùm quadraginta diebus, ſed dum inueniri poteſt.* Sed iam dicti huius rationes adferamus.

Bernard. de Quadrag. Iſa. 55.

Aſſignantur rationes. Primo.

Primò, quia cùm Quadrageſimę tempus luctui & pœnitentiæ ſit dedicatum, *Monachus autẽ*, vt S. Hieronymus loquitur, *plangentis habeat officium*, & pœnitentiam Benedictini nigrâ veſte profiteantur; optarit Monachalem vitam tantæ eſſe diſtrictionis, tantumque pœnitentiæ, orationi, lectioni, & compunctioni toto anno dedicatam, quantum hiſce operibus reliqui Chriſtiani vacare ſolent in Quadrageſima.

Secunda. Veteres Monachi ſemper ieiunabant.

Secundò, quia multi veterum Monachorum perpetuam quaſi Quadrageſimam obſeruabant, pauciſſimo cibo vtentes ſemel in die, idque ad veſperam. Ita de pri-

A mis illis Eſſenis à S. Marco inſtitutis ſcribit Philo Iudæus: *Temperantiæ tanquam fundamento in anima iacto virtutes ceteras ſuperſtruunt. Nec cibum, nec potum quiſquam ſumit ante ſolis occaſum, quod ſapientiæ ſtudium luci conuenire iudicent, tenebris verò curam corporis, ideò totos dies alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuunt.* Auguſtinus agens de Cœnobitis: *Conueniunt,* ait, *diei tempore extremo de ſuis quiſque habitaculis, dum adhuc ieiuni ſunt ad audiendum illum Patrem,* &c. Et de Ægyptiis Monachis ſcribit S. Hieronymus,

REFECTORIVM. Philo lib. de vit. contemp. Auguſt. lib. de mor. Eccleſ. c. 31.

B eos poſt nonam ſolere refici. *Ieiunium,* inquit, *totius anni æquale eſt, exceptâ Quadrageſimâ, in quâ ſolâ conceditur diſtrictiùs viuere. A Paſchâ vſque ad Pentecoſten cænæ mutantur in prandia, quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato.* Quare quod de S. Ioanne Baptiſta magnus Baſilius dixit, vitam eius aliud non fuiſſe, quàm *vnicum & perpetuum ieiunium*; id de Monachis his non diſſimiliter dici poterit, eos ſcilicet totâ vitâ Quadrageſimæ obſeruationem habuiſſe.

Hieron. epiſt. 22. Baſil. ſerm. 3. de ieiun.

C *Tertiò,* voluit S. BENEDICTVS ſuos ad antiquorum Patrum perfectionẽ prouocare. Explicauit id S. Petrus Damiani his verbis; *Cùm dicit, Licet omni tempore vita Monachi Quadrageſimæ debeat obſeruationem habere, tamen quia paucorum eſt iſta virtus, & multa ſimilia; quid eſt aliud, quàm ſi dicat; alta quidem oſtendo, ſed poplitibus teneris adhuc vos claudicare conſpiciens; per plano deduco, ſi cui autem poſſibilitatis vigor acceſſerit, deſerat ima, quæ inuitus indulgeo, teneat alta quæ volo.* Sic ille.

Tertia, hos imitandos prabonit S. Benedictus. Petr. Dam. op. 13. c. 7.

D Sed cùm ad alta gradiẽtium Monachorum S. P. proponit veſtigia, quæ ſuorum etiam pedibus optabat teri, videamus deinceps, quid in hoc genere illi præſtiterint.

DISQVISITIO III.

Quomodo veteres Monachi obſeruauerint Quadrageſimam?

CVM *omnem obſeruãtiam noſtram,* vt Leo Papa ait, *ratio dierum iſtorum depoſcat augeri*, ſanctis Monachis quotidianũ ieiu-E nium ſatis nõ fuit, ſed magno vigore multa eidem ſuperaddiderunt. Tabenneſiotæ, vt refert Palladius, nihil cocti cibi per Quadrageſimã totam comedere cõſueuerunt. Quod vbi S. Macarius intellexiſſet, ſtatuit ſeptẽ annis nihil comedere quod per ignẽ tranſiſſet: & toto illo ſeptennio nihil guſtauit præter cruda olera, vel ſi quæ fortè inueniſſet legumina humectata. De diuerſo verò eorumdem Monachorum in Quadrageſima viuendi modo, hęc ibidem: *Cùm præteriiſſet aliquantum temporis, aduenit Quadrageſima; & vidit ſenex Macarius vnumquem-*

Leo ſerm. 2. de Quadr. *Tabenneſiotarum rigor in Quadrageſima.* Pallad. Lauſiac. cap. 19.

REFECTORIVM

Et varia ieiunãdi forma.

que ſuſcepiſſe diuerſas viuendi rationes: alium quidem comedere veſpere, alium verò poſt duos dies, alium poſt quinque, alium ſtare per totam noctem, interdiu verò ſedere ad opus. Paulus Abbas Galata in vnâ Quadrageſimâ *cum ſextario lentis, & paruo vaſculo aquæ perdurauit, & vnam mattulam faciens, eandem texebat & retexebat, ne tantummodò foras exiret.* Adolius Abbas in Quadrageſimâ poſt quinque tantùm dies comedebat. Simeon Stylites exemplo Chriſti, Moyſis, & Eliæ, per integram Quadrageſimam abſque vllo cibo annis 28. ieiunauit. Euſebius quindecim caricis totam tranſigebat Quadrageſimam, cùm iam vixiſſet pluſquam nonaginta annos. De Chriſtianis verò teſtatur Lucianus, ſic ſolitos eſſe ſeruare ieiunium, vt, *decem ſoles ſine cibo tranſigerent.*

Vit. Patr. lib. 7. c. 2. — *Aliorum Monachorũ abſtinentia in Quadrageſima.* — Pallad. Lauſiac. cap. 104. — Theodor. in Philoth. cap. 26. — Lucian. in Philopat.

At verò maiora his ſunt, quæ Gregorius Nazianzenus de inhabitantibus Ponticam ſolitudinem Monachis ſui temporis ad Hellenium ſcribit, complures nimirum ex illis fuiſſe, qui totos viginti dies, totidemque noctes à cibo abſtinerent, dimidia ex parte Chriſti ieiunium imitantes; ex eiſq; vnum ſui gregis ouem ſuiſſe teſtatur. Auguſtinus nõnullos qui vltra hebdomadam perpetuum ſeruaſſent ieiunium, ſe nouiſſe tradit, atque addit: *ad ipſum quadragenarium numerum perueniſſe quemdam, à fratribus fide dignis nobis aſſeueratum eſt.* Sed vix operæ prætium eſt Monachorum ſtupendam abſtinentiam in Quadrageſimâ recenſere, cùm multi totâ vitâ, pane, ſale, & aquâ dumtaxat vixerint: quidam etiam crudis herbis, ac oleribus longo tempore ſe ſuſtentarint, quæ miranda potiùs, quàm imitanda cenſentur.

Greg. Naz. ad Hell. de Monachis. — *Viginti dierum.* — Auguſt. ad Caſul. epiſt. 86. — *Et quadraginta.*

Sed prætermittenda non eſt Monachorum circa Iordanem commorantium inſignis Quadrageſimæ tempore pietas, quam ex Sophronio, Ieroſolymorum Epiſcopo, hîc adſcribere viſum eſt. Dominica, quam primam ieiuniorum hebdomadam nominari mos eſt, agebantur diuina ſacramenta conſuetè, & vnuſquiſque particeps efficiebatur viuifici, ac intemerati corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſolito modicum cibum ſumentes, congregabantur omnes in oratorium, & curuatis genibus, factaque ſuppliciter oratione, ſalutabant ſe inuicem Monachi, & vnuſquiſque genu flexo publicè amplectebatur Abbatem, *poſtulantes orationem, vt haberent ad inchoatum certamen, eum cooperatorem & comitatorem.* His ita ſe habentibus, fores monaſterij patefiebant, & pſallentes conſonâ voce: *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus defenſor vitæ meæ, à quo trepidabo?* &c. exibant, vnum multoties, aut duos monaſterij cuſtodes relin-

Monachorum ad Iordanem pietas. — Sophron. in vit. Mariæ Ægypt. c. 6. — *Primo Dominica Quadrageſimæ communicabãt.* — Pſal. 26.

A quentes, non vt cuſtodirent ea, quæ intus erant repoſita (non enim erant apud illos aliqua furibus congrua) ſed ne Oratorium abſque diuinis relinquerent ſolemniis. Vnuſquiſque autem ſe annotabat, prout poterat, aut volebat. Nam vnus portabat corpori ad menſuram ſufficiens, alius caricas, alius palmarum fructus dactylos, alius verò legumina aquis infuſa, alius nihil præter corpus proprium, & veſtimentum quo vtebatur. Nutriebantur autem, quando neceſſitas exigebat naturæ, herbis quæ naſcebantur per ſolitudinem. B Canon autem erat vnuſquiſque ſibiipſi, & lex abſque præuaricatione, vt non cognoſceret aliquis conſocium, qualiter abſtinebat, aut quomodo agebat. Iordanem enim mox tranſmeantes, longè ab inuicem ſe ſequeſtrabant, & nullus ſe iungebat ad ſociũ, ciuitatem æſtimantes ſolitudinem. Sed & ſi vnus ex ipſis à longè venientem ad ſe aliquem videbat, mox declinabat de itinere, & ad aliam partem pergebat. Viuebat autem ſibi & Deo; pſallens frequenter, & conſtituto guſtans tempore cibum. Ita omnia ieiunia celebrantes, reuertebantur C ad monaſterium ante viuificum diem Reſurrectionis Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quam feſtã Dominicam cum ramis palmarum celebrare ſancta accepit Eccleſia. Hæc ibi. In Hiſpaniis quo rigore Quadrageſimam Monachi tranſegerint, docet nos Regula S. Iſidori: *In obſeruatione Quadrageſimali, inquit, ſicut fieri ſolet poſt exemptum ieiunium, pane ſolo & aquâ contenti omnes erunt, à vino quoque & oleo abſtinebunt.*

Inde cremam portabant. — *Eorum edulia.* — *Reuertebantur Dominica in Pſalmis.* — Reg. Iſid. c. 9.

DISQVISITIO IV.

Quænam peculiariter in Quadrageſimâ D *S. BENEDICTVS fieri voluerit?*

CVM paucorum ea ſit virtus, vt perpetuò Quadrageſimalem obſeruationem retineant, *ideò*, inquit S. BENEDICTVS, *ſuademus iſtis diebus Quadrageſimæ omni puritate vitam ſuam cuſtodire, omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus ſanctis diluere. Quamuis enim*, vt ait S. Leo, *nulla ſint tempora, quæ diuinis non ſint plena muneribus, & ſemper nobis ad miſericordiam Dei per ipſius* E *gratiam præſtetur acceſſus: nunc tamen omnium mentes maiori ſtudio ad ſpiritales profectus moueri, & ampliori fiduciâ oportet animari, quãdo ad vniuerſa pietatis officia, illius nos diei, in quo redempti ſumus, recurſus inuitat; vt excellens ſuper omnia paſſionis Dominicæ ſacramentũ purificatis & corporibus & animis celebremus.* His ergo diebus vult S. BENEDICTVS præteritorum temporum negligentias dilui, quod tunc dignè fit, ſi primò ab omnibus vitiis nos tẽperemus. *Illa eſt enim*, Auguſtino teſte,

Cap. 49. — *Primò, Vitare peccata.* — Leo ſer. 4. de Quadr. — Aug. ſer. 14. de temp.

ſte,

Digitized by Google

ſte, *Quadrageſimæ diebus grandis vtilitas, quod dum etiam à licitis abſtinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abſtinemus nos à carnibus, quibus aliis diebus vti licet, qui nos abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet, qui ergo iſta vitamus, quæ aliquando licent, in primis peccata vitemus, quæ omninò numquam licent. Itaq; volumus bene ieiunare à cibis? ante omnia ieiunemus & à vitiis.*

Secundò, bona facere. *Secundò*, quia non ſatis eſt mala fugere, ſed bona inſuper oportet facere; ſubiungit S. P. pia exercitia, quibus per Quadrageſimam inſiſtendum. *Orationi*, inquit, *cum fletibus, lectioni & compunctioni cordis, atque abſtinentiæ operam demus.* Optimè autem coniunxit ieiunio orationẽ, nam vt Bernardus ait: *Bern. ſer. 4. de ieiun. & orat. Mediante oratione.* *Ieiunium & oratio ſic faciantur, vt frater adiuuans fratrem ambo conſolentur. Oratio virtutem impetrat ieiunãdi, & ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat ieiunium, & Domino repræſentat. Quid enim ieiunium nobis proderit, ſi relinquatur in terra? Subleuetur ergo ieiunium pennâ quadam orationis.* Orationi autem fletum & compunctionem cordis pro more ſuo S. BENEDICTVS adiũgit, qui alibi quoque ait: *Cap. 20.* *In puritate cordis & compunctione lacrymarũ nos exaudiri ſciamus.* Et cùm inſtruit eum, qui ſecretiùs vult orare, monet vt id faciat, *Cap. 52.* *non in clamoſa voce, ſed in lacrymis & intentione cordis.* Cùm antẽ in Quadrageſimâ ſuadeat peculiares orationes, illas ſine dubio tales requirit, quales hiſce locis deſcripſit.

Tertiò, addere aliqua ſupererogationis opera. *Tertiò*, non contentus hac admonitione, quam ad omnes generatim direxit, ſingulos deinde hortatur opera quædam ſupererogationis hoc ſancto tempore conſuetæ obſeruãtiæ adiicere. *Cap. 49.* *Ergo his diebus*, inquit, *augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ: Orationes peculiares, ciborum & potus abſtinentiam: vt vnuſquiſque ſuper menſuram ſibi indictam, aliquid propria voluntate cum gaudio ſancti Spiritus afferat Deo: id eſt, ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum ſpiritualis deſiderij gaudio ſanctum Paſcha exſpectet.* Optima protſus admonitio, in quâ S. N. Patri præiuit S. Leo: *Leo ſer. 2. de Quad.* *Quia nemo noſtrum*, ait, *tam perfectus & ſanctus eſt, vt perfectior, ſanctiorq; eſſe non poſſit: omnes ſimul ſine differentiâ graduum, ſine diſcretione meritorum, ab iis, in quæ peruenimus, in eâ quæ nondum apprehendimus, pia auiditate curramus, & ad menſurã conſuetudinis noſtræ neceſſarij aliquid addamus augmẽti. Parum enim religioſus alio tẽpore demonſtratur, qui in his diebus non religioſior inuenitur.*

Eccleſia in Quadrageſima preces auget. Ipſa quoque Eccleſia his quadraginta diebus preces Miniſtrorum ſuorum multiplicat, & officiũ Defunctorum, Pſalmos graduales, & Pœnitentiales ſingulis ſeptimanis ſemel iniungit. Olim plura fuiſſe adiuncta, colligere licet ex Radulpho Tungrenſi, qui ait: *REFECTORIVM. Propoſ. 26.* *Diebus priuatis Quadrageſimæ, penſum ſeruitutis noſtræ augmentare debemus, in orationibus & operibus bonis, vt omninò tũc efficiamur religioſiores. Et hoc augmentum fit, quia ad Miſerere mei Deus in ſeptẽ horis ſuperadduntur ſeptem pſalmi pœnitentiales, & Inclina, vel altero in ſexta adiuncto. Vigiliæ mortuorum cum nouem lectionibus celebrantur. Poſt primam, decem Pſalmi de Pſalterio recitentur, quolibet die decem, bini & bini ſub vna Gloria, cum Litania, ſeptem pſalmis iterum & orationibus conſuetis. Huiuſmodi ſeu alia particularia officia in ipſo ſancto ieiunio addi debent.*

Supererogationis autem opera à S. BENEDICTO commendata, breui verſiculo concluſit S. Gregorius: qui vt Benedictinæ Regulæ ſe probet profeſſorem, non rarò eius verba tranſcribit, ait igitur: *S. Gregorius Benedictinas phraſes amat.*

Vtamur ergo parciùs
Verbis, cibis, & potibus,
Somno, iocis, & arctiùs
Perſtemus in cuſtodia.

Quæ nemo non videt ex ſuperiori loco S. BENEDICTI eſſe adumbrata. Strenua fuit in hoc ieiuniorum incremento S. Aſella, quæ Hieronymo teſte, *Hieron. ep. 15. ad Marcellam.* *Cùm per omnem annũ iugi ieiunio paſceretur, biduo, triduoq; ſic permanens, tum verò in Quadrageſima nauigij ſui vela tendebat: omnes penè hebdomadas vultu lætãte coniungens.* Sed ad noſtros ſe flectat oratio.

DISQVISITIO V.

Qua religione Benedictini Quadrageſimam tranſegerint?

QVÆ de quadrageſimali ieiunio piis operibus ſanctificando Legiſlator noſter ſuis commendauit, ea tum ipſe in primis, tum diſcipuli eius exactiſſimè obſeruarunt. De rigidiſſimâ viuendi ratione, quam ſanctiſſimus BENEDICTVS totò illo triennio, quo in ſpecu vixit, tenuit, lege quæ in Commentario ad vitam diximus. *Ad cap. 1. num. 13.* Magiſtrum ſecuti ſunt primi Diſcipuli Maurus & Placidus. De illo Fauſtus: *S. Mauri abſtinentia in Quadrageſima. Fauſtus in vit. apud Sur. 15. Ian.* *Frequenter enim vidimus in diebus ſanctæ Quadrageſimæ nec tunica, nec cuculla, niſi ſolummodo ſacco vti cilicino, & duabus tãtummodò vicibus in hebdomadâ paruiſſimum potiùs prægustare, quàm ſumere cibũ. Iſte quippe mos in omni vita ſanctiſſima fuit Benedicto: cuius ille exemplo prouocatus, afflictione prævalida carnẽ macerabat, in quantum illi eiuſdem Patris ſui permittebat licentia. Tunc etiam ſatagebat, non iacendo, ſed potiùs ſtando, vel cùm nimia eum laſſitudo compuliſſet, ſedendo, ſomnum capere.* De S. Placido teſtatur Gordianus, *S. Placidi. Gordian. in vit. apud Sur. 5. Octob.* *quod omni tempore quadrageſimalem vitam ducens, vinũ unnquam bibit. In Quadrageſima Dominico die, tertia & quinta feria, pane tantùm & aqua cõtentus erat,*

S. Lau-

REFECTORIVM.
S. Laurentij.
Apud Sur. in vit. cap. 17. 14. Nouemb.
Beda Eccl hiſt. Ang lib 5. c. 2.
Ioannis Epiſcopi Hagulſtadenſis.

S. Laurentius Dublinenſis Epiſcopus in concauitate cuiuſdam rupis per Quadrageſimam latitans, *ter tantùm in hebdomada panem & aquam, interdum etiam olus ſumebat, tanquã alter Moyſes cõtẽplationis diuinæ ſuauitate refectus.* Nec impar huic fuit S. Ioannes, ex Monacho Epiſcopus Hagulſtadẽſis, qui in Quadrageſimâ ſecretam quandam manſionẽ, nemore raro & vallo circumdatam petebat, vbi manere cum paucis, atque orationibus & lectioni quietiùs operã dare conſueuerat. *Cumq; tempore quodam, incipiente Quadrageſima, ibidẽ manſurus adueniret, iuſſit ſuis quærere pauperem aliquem maiore infirmitate vel inopia grauatum, quem ſecum habere illis diebus ad faciendam eleëmoſynam poſſet. Sic enim ſemper facere ſolebat.* Adduci autem præcepit mutum & ſcabioſum, cui quotidianam impendebat ſtipem, & tandem etiam loquelæ cum miraculosè reſtituit.

Bern. epiſt. 89.

Quid verò de S. Bernardo dicemus, qui Quadrageſimæ tempore tam religiosè coluit ſilentium, vt etiam illud litteris ſcribendis violare metueret.

Sed & Sanctimoniales peculiaria pietatis opera hoc ſancto tempore exercuerũt.

Sur. in vitâ tom. 1 10. Februat.

S. Auſtrebertha omnibus Quadrageſimis, præter dies Dominicos, non niſi ter inter hebdomadam comedebat.

S. Radegundæ.
Fortunat. lib 1. vitæ apud Sur. 13. Auguſt.

Quis verò non miretur S. Radegundis ex reginâ Monialis pœnitẽtiam? Totâ Quadrageſimâ etiamnũ nupta cilicio induebatur. Sanctimonialis verò effecta *more S. Germani, iubet ſibi molam ſecretiſſimè deferri, ex qua tota Quadrageſima, inquantum quatriduana refectio poſtulauit, ſua manu commoluit. Prima Quadrageſima, quaſe reclusit in cellulâ, donec fuiſſet tranſacta, panis non ſumpſit cibaria, niſi die Dominico tantùm. Radices herbarum aut olera de malua ſine olei gutta, ſine ſale compoſita ſumebat in cibum: verùm ex aqua toto ieiunio nec ſumens duo ſextaria. Hinc tanta ſiti laborabat, vt faucibus deſiccatis, vix pſalmũ diceret arida.* Eadem quoq; catena ferrea corpus allegare & collum, brachiaq; ferreis circulis in Quadrageſima innexuit, quin & ignitâ cruce, duobus locis corpus aduſſit, aliaque tormenta ſpiritu feruens mulier ſibi ipſi inflixit, vt voluntario martyrio ſe Deo immolaret, quæ miranda potius quàm imitanda dixerim.

Abſtinentia Monachorum S. Petri Damiani in Quadrageſima.
Pet. Dam. op. 15. c. 6.

Sed iam à ſingulis Monachis ad integras Congregationes tranſeamus, & quid ad ſolitum penſum ſeruitutis diuinæ adiiciendum putauerint, diſpiciamus. S. Petrus Damiani ſic de Eremitis ſuis: *Ieiunare illos dicimus, qui panem cum ſale, & aqua percipiunt. Vbi præter hæc aliud quid additur, in eremo ieiunium non vocatur. Duabus autem illis Quadrageſimis, quæ vel natale Domini, vel ſanctum Paſcha præcedunt, nonnulli fratres hic ſunt, qui totam hebdomadam ieiunando tranſcurrunt:*

A *& quotidie, exceptis Dominicis diebus: in pane & aqua viuunt. Quidam etiam fratres in vtriuſq; Quadrageſimæ nõ ſolùm quibuſq; feſtiuitatibus, ſed & Dominicis diebus coquinatibus abſtinent. Veſcuntur autem pomis, & herbarum radicibus, ac leguminibus infuſis, vel etiam elixis. Nec illud planè ſilenter omittimus, quòd in Quadrageſimæ vtriuſq; principio omnes Monachi, nec non & laici triduanum ieiunium diſtrictè conſeruant: ita vt qui à percipiendis alimentis omninò ſe compeſcere nequeunt, ſolo tamen pane, ſimul & aqua contenti viuant.* Idem quoq; in Mo-

B naſterio B. Vincentij à Petrâ pertuſa, hoc tamquam regulare conſtituerat edictum, vt ſub diſtricta cenſura rigoris quadrageſimale celebraretur initium: *nimirùm, vt per triduum non niſi modicum panis cum aqua omnes fratres comederent: nulla niſi lectionum, ſiue ordinum verba proferrent, nudis pedibus lugubres, ac mærentes incederent: expleto communi modulatione pſalterio, mutua ſe ſcoparum caſtigatione purgarent.*

Idem lib. 6. epiſt. 32.

Vt porrò ad aliarum Ordinis noſtri Congregationum decreta veniamus, notare hîc

C licet omnibus omninò cõmune eſſe, quadrageſimale ieiunium ad biduum anticipare, ita vt strictiorem abſtinentiam à feriâ ſecunda poſt Dominicam quinquageſimę incipiant. Suis autem in Angliâ Benedictinis hæc S. Dunſtanus præſcribit: *Quia Regulæ tenemus ornamentum in his ſanctis diebus Quadrageſimæ aliquid nobis augẽdi diuinæ ſeruitutis ad ſolitum penſum noſtræ ſeruitutis, cenſuimus vt à capite Quadrageſimæ vſque ad cœnam Domini, feſtiuis exceptis diebus, quotidie poſt expletionem vniuſcuiuſque horæ duos pſal-*

Quid Angliæ Benedictini olim ſuperaddiderint.
Dunſt. in Stat. c. 4.

D *mos proſtrati ſolo oratorij peroremus deuoti,* quorum ordinem per ſingulas horas, additis & aliis precibus, adtexit. Similia habent Statuta Lanfranci, quę etiam addunt feriis quartis & ſextis proceſſionẽ, cum litaniis, quam peragebant nudis pedibus, excepto Sacerdote & Diacono. *Inſtitutum eſt* (ait Petrus Bleſenſis) *vt ſingulis diebus Quadrageſimæ fratres, antequam comedant, pedes pauperum lauent, & victualia eis miniſtrẽt.* De quibus autẽ fratribus loquatur, incompertum mihi eſt. Caſſinenſes ad augendum penſum ſeruitutis ſuæ, iubent tota Quadrageſima dicta Prima recitari pſalmos pœnitẽtiales,

Stat. Lanfr. §. 3.
Bleſ. ſerm. 11.
Quid Caſſinenſes.

E cum litaniis, ſi officiũ fiat de feriâ, & quot hebdomadibus feriis quartis alteram infligi diſciplinã, pręter eam quæ toto anno fit feria ſexta. Burſfeldenſes à capite ieiunij vſque ad cœnã Domini, omnibus ſecũdis, quartis & ſextis feriis, niſi feſto duodecim lectionũ impediãtur, ſeptem pſalmos pœnitentiales flexis genibus dicunt, poſt eam horã, quę immediatè pręcedit ſummã miſſam, atq; abſolutis pſalmis inſtituitur proceſſio per circuitũ clauſtri, & in eâ litaniæ decan-

Burſfeldenſes
In ordinat. diuin. off. cap. 7.

Ibid. c. 13. decantantur. Iiſdem tribus feriis diſcipli- A nam poſt Completorium à Priore ſingulis infligi mandant. *Valliſoletani.* Iiſdem diebus Valliſoletani in Hiſpaniâ diſciplinam decernunt, & quoties fit officium de feriâ, pſalmos pœnitentiales ad Completorium ſtando dicunt, litanias verò ad Primam, & inſuper ante ſingularum horarum collectas interſerunt pſalmum *Miſerere mei Deus.*

Optimè autem recitatio ſeptem pſalmorum quadrageſimali tempore ab hiſce Patribus decreta eſt. Quid enim magis *Pſalmi pœnitentiales rectè in Quadrageſimâ dicuntur.* congruat pœnitentiæ, quàm pſalmi pœnitentiales, vnde in publicâ & ſolemni B pœnitentia, quę olim in capite Quadrageſimæ ſuſcipi ſolet, Epiſcopus cum omni Clero, ſeptem pœnitentiæ pſalmos, in terram proſtratus cum lacrymis pro pœnitentium abſolutione decantabat, vt con- Agath. can. 9. ſtat ex Concilio Agathenſi; vide Iuonem p. 15. cap. 45. Burchardum lib. 19. cap. 26. Gratianum diſt. 50. c. *In capite.* Solent eidem ſeptem pſalmi præmitti in reconciliatione, & abſolutione publica pœnitentium, quæ fit in die Cœnæ Domini. Qua- Radulph. propoſ. 9. re Radulphus Tungrenſis hoc conſilium omnibus pœnitentibus ſuggerit: *Si vis pœnitentiam agere, & peccatorum confeſſionem; non celeritate verborum, ſed intentâ mente decanta ſeptenos Dauid pœnitentiæ pſalmos, & celerrimam experieris Dei clementiam, tuam mentem ſpirituali gaudio illuminare, & magnam tibi ſpem indulgentiæ promittere.* Litaniæ verò non minùs pœnitentibus conueniunt, quibus creberrimè ira Dei placata Serar. l. t. de Litan. c. 7. legitur, quod pluribus exemplis confirmat Serarius.

Atque hæc ſunt, quæ in Congregationibus Ordinis noſtri vniuerſim ſtatuta Bern. ſerm. 3. in cap. ieiun. ſunt, de quibus illud Bernardi iure meritoque vſurpauerim: *Si quid additur ad ſolitū* D *Communis abſtinentia priuatæ præferenda.* *abſtinentiæ modum, numquid non valdè indignum eſt, vt nobis oneroſum ſit quod Eccleſia portat vniuerſa nobiſcum.* Quare hæc etiam multò ſolicitiùs obſeruanda cuique ſunt, quàm ea quæ quiſque ſibi propriâ volun- Leo ſerm. 3. de ieiu ſept. menſ. cap. 2. tate delegerit. Nam vt S. Leo ait: *Diuinarum quoque ſanctionum inter qualibet ſpontaneæ obſeruantiæ ſtudia habet ſemper priuilegium ſuum, vt ſacratius ſit quod publicâ lege celebratur, quàm quod priuatâ inſtitutione de-* E *fenditur. Exercitatio enim continentiæ quam ſibi quiſque proprio arbitrio inducit, ad vtilitatem cuiuſdam pertinet portionis. Ieiunium verò quod vniuerſa Eccleſia ſuſcipit, neminem à generali purificatione ſeiungit, & tunc fit potentiſſimus Dei populus, quando in vnitatem ſanctæ obedientiæ omnium corda conueniunt, & in caſtris militiæ Chriſtianæ, ſimilis ex omni parte præparatio, & eadem eſt vbiq; munitio.*

DISQVISITIO VI. REFECTORIVM.

Quare ad opera ſupererogationis facultas Abbatis petenda?

CVM incrementum aliquod pietatis Quadrageſimę tempore à ſuis ſuſcipi vellet S. BENEDICTVS, rationem quâ id facerent adiūxit: *Hoc ipſum*, inquit, *quod vnuſ-* Cap. 49. *quiſque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cum eius fiat oratione & voluntate.* *Auſteritates cum licentia ſuperioris facienda.* Quæ verba hac diſquiſitione illuſtranda ſunt. Et primò quidem, ſpiritualis vitæ Magiſtri docent, pœnitentiæ auſteritates, ne in iis menſura excedatur, accedente Superioris voluntate obeundas. Audi magnum Baſilium: *Vero*, Baſil ſerm. 2. de inſtit. Monach. inquit, *perfectaq; ſubiectorum aduerſus moderatorem Ordinis obedientia in eo cernitur: ſi quis ex eius cōſilio non à rebus modò flagitioſis abſtineat, ſed ſi ne ea quidem, quæ laudabiliora ſunt, ſine eius ſententia faciat. Nam abſtinentia & omnis corporis incōmodorum perpeſſio, vtiliter hæc quidem comparata ad aliquid ſunt at ſi quis propriæ obſequens volūtati, ſpretis conſiliis Antiſtitis ſui, id facere voluerit, quidquid ipſi collibitū ſit, hic plus erit, quod faciat mali, quàm quod* C *boni.* B. Theodorus Studita doctrinam ean- Theod. Stud. in laud. B. Plat. dem nobis exhibuit: *Continentia*, inquit, *vigiliæ, & vnaquæq; earum rerum, quæ ſuprà diximus* (commemorarat autē plura corporalium afflictationum genera) *ipſa quidē per ſe laudabiliora eſſe concedet aliquis; ſed nihil tamen expedire, imò verò & ruinæ cauſſam illi eſſe affirmamus, qui ſuo arbitrio in his faciendis vtitur, niſi eius, qui præeſt ductu & regula dirigatur.* Bernardus ſanè pulchrè allata S. BENE- Bern. ſer. 71 in Cant. DICTI verba illuſtrat: *Vereor ne & inter nos aliqui ſint, quorū non acceptet munera ſponſus: eò quòd non redoleant lilia. Etenim ſi in die ieiunij* *Ieiunium voluntatis propriæ diſplicet Deo.* *mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium* D *eligit ſponſus, nec ſapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ, ſed vitium propriæ voluntatis ſapit. Ego autem non ſolùm de ieiunio, ſed de ſilentio, de vigiliis, de oratione, de lectione, de opere manuum, poſtremo de omni obſeruatione Monachi, vbi inuenitur voluntas ſua in eâ, & non obedientia Magiſtri ſui, idipſum ſentio. Minimè prorſus obſeruātias illas & ſi bonas in ſe, tamen inter lilia, id eſt, inter virtutes cenſuerim deputandas: Sed audiet à Prophetâ qui* E *eiuſmodi eſt: Nunquid tale eſt obſequium quod* Iſai. 58. *elegi, dicit Dominus? Et addit: In die bonorum tuorum inueniūtur voluntates tuæ.* Hæc Bernardus. S. Hildegardis ita hanc Regulę no- S. Hildeg. in explic. Reg. ſtræ partem explicat: *Nullus itaq; fratrum Regularem aut communem cibum & potum in conuentu fratrum ſuorum ſibi regulariter & communiter appoſitum deuitare debet ex integro, niſi Abbatis ſui permiſſione.*

Tria damna facientium opera ſupererogationis ſine venia. Tria autem damna incurrit, qui propriâ voluntate hæc pietatis opera aggreditur.

REFECTORIVM

Incurrit enim primò præſumptionem. Secūdò, vanam gloriam. Tertiò, amittit præmium, de quibus ita S. BENEDICTVS: *Quia quod ſine permiſſiane patris ſpiritualis fit, præſumptiani deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia faciendaſunt.*

I. Præſumptionis.

Argutè Bernardus dixit: *Qui ſe ſibi magiſtrum canſtituit, ſtultaſe diſcipulum ſubdit.*

Bern. ep 87.

Hieronymus monet: *Bonum eſt obedire maioribus, parere perfectis, & poſt regulas Scripturarum, vitæ ſuæ tramitem ab aliis diſcere, nec præceptare vti peſſima, ſcilicet præſumptiòne ſua.*

Hieronym. epiſt. 22.

II. Vana gloria.

Patent deinde hi tales vanæ gloriæ, dum ſibi in actibus propriis complacent, quorum ſoli ſibi ſint conſcij, quare lepido admodum apothegmate priſci illi monachorum antiſtites, vt refert S. Ephræm, dicebant: *Si videris iuuenem voluntate ſua aſcendentem in cælum, tene pedem eius, & praiice eum in terram, quia non expedit ei.* Cur autem non expedit ei? quia (vt Pariſienſis Cancellarius expoſuit) cum tali vno ſuperbiæ pede, clarum eſt ipſum nunquam totum introire cælum. S. Baſilius, poſitâ interrogatione: *Nunquid in fratrum familia permitti alicui debeat, vt pluſquam ceteri ieiunet, vigiletve ex propria ipſius voluntatis arbitrio?* Reſpondet: *Quicquid quiſque ex propriæ voluntatis arbitrio facit, id cùm facientis proprium ſit, alienum eſt à cultu pietatis: metuendumq́; eſt, ne de eo quod videtur facere, ipſi dicatur à Domino:* Ad te conuerſio eius, & tu dominaberis ei: *Quamquam etiam in collatione cum ceteris, hoc quod quis in rebus etiam bonis velit excellere, contentianis vitium eſt, quod ex appetitiane naſcitur inanis gloriæ.*

Ephræm to. 2. paræn. 35.

Gerſon to. 3. tr. de relig. perfect. conſ. 12.

C

Baſil. reg. breu. 138.

Geneſ. 3.

D

Obiectio.

Sed inſtabit aliquis: maius periculum vanæ gloriæ videri, ſi ad ſupererogationis opera facultas Prælati petatur, facilè enim inimicus alicui ſuggeret propriam complacētiam, & quod à Superiore inter perfectos habebitur, & veluti maioris profectus ſtudioſus. Reſpondet Thomas à Ieſu: Periculum vanæ gloriæ, paulatim obedientiæ merito extingui, & cum in hac mortali vita omnia ſint plena laqueis & periculis, illud inter duo eligendum, quod minori diſcrimini ſubiacet. Minus autem periculum eſt vanæ gloriæ, quàm proprij iudicij & voluntatis. Nam per hoc ad innumera alia aditus patefit. Addiderim ego, non tam facilem vanæ gloriæ eſſe occaſionem, quādo lege ſtatutum eſt, vt ſupererogationis opera hoc tēpote fiant, & omnes omnino illa de Prælati venia faciant. Muniendus igitur animus eſt, etiā contra hunc hoſtem. Rectè enim Ambroſius: *debet eſſe aliquid, quod quadrageſimæ diebus addatur: ſed ita vt nihil aſfectationis cauſſâ fiat, ſed religionis.*

Thom. in epilog. reg. Carmelit. dub. 2. Soluitur.

E

Ambr. l. 3. de Virg.

III. Perdunt mercedem.

Perdunt prætereà mercedem, *grande*

A

enim malum, ait Bernardus, *propria voluntas, qua fit, vt bana tua tibi bona non ſint.*

Bern ſer. 71. in Cant.

Ob haſce cauſſas grauiter noſtri corripuerunt, qui propria auctoritate ſibi abſtinentias aliquas indixiſſent. S. Romualdus noluit orari pro Gaudentio defuncto Monacho, qui contra eius licentiam cunctis pulmentis dimiſſis, pane & aqua contentus, pomis quoque ſiue crudis oleribus victitauerat. Cumq́; ex quadā viſione cognouiſſet eum in alia vitâ mœſtum eſſe (quod eâ fortè de cauſſâ detineretur in Purgatorio) iuſſit pro eo precibus enixiùs inſiſti; vt narrat B. Petrus Damiani.

Correpti, qui extraordinariè abſtinuerunt ſine veniâ.

Petr. Dam. in vit. S. Romuald. c. 57.

B

Alcuinus caſtigauit Monachi ſui clancularium & propriâ voluntate aſſumptam abſtinētiam quod in eius vitâ ita refertur: Raganardus tentauit ſe nimiis vigiliis, & abſtinentiæ nimia ſuperfluitate, ignorantibus omnibus, affligere: Ita vt pro hac intemperantia grauiſſimæ ſuccūberet febri. Ad quem viſitandum pater veniens Albinus, iubet omnes præter Sigulfum exire de domo eius, quem increpans, ait: *Cur ſine cuiuſquam conſilio tam intemperanter agere tentaſti? Nam ego conſiderans te velle hoc agere, in domo in quâ dormio te quoque dormire iuſſi. Tu verò ſtatim vt omnes dormire noueras, candelam latenter accendens in laternâ celabas, ac ad locum illum pergens tota nocte vigilabas, & quidquid occultè ibi faciebas, noueras quod Deus ſolus.* Et ipſe ei indicauit, addens: *Quando mecum quoque ad mandatum pergebas, & te vinum bibere iubebam: arte callidiſſimâ dicebas: Bibi, Domine pater, meo cum auunculo ſufficienter. Cùm autem ad tuum venires auunculum, & ipſe quoque hoc te iuberet, aiebas mecum te bibiſſe. Voluiſti nos deludere, & deceptus es. Caue ergo iſta poſtquam ſurrexeris de febre, ne tale aliquid indiſcretè vnquam coneris agere.* Hæc ibi.

In vit. Alcuini, ante eius opera.

Raganardi clancularia abſtinentia caſtigata.

Goffridus Vindocinenſis Robertum monachum iubet intermittere abſtinentiam, quam propriâ voluntate ſuſceperat, verba eius grauiſſima hæc ſunt: *Abſtinentia, quam facis, ſcilicet quod tribus diebus tantummodò in hebdomada reficis, ſatis laudabilis eſſet, ſi qua moda videretur regularis. Regula namque, quam te obſeruaturum coram Deo & ſanctis eius promiſiſti, præcipit, quòd ſi quis fratrum, aliquid Deo offerre valuerit, illud prius Abbati ſuo oſtendat, vt eius voluntate & conſilio fiat: ſi autem aliter fecerit, præſumptioni deputabitur, & non mercedi. Tu verò ſine voluntate noſtra hanc abſtinentiam arripuiſti. Vnde timeo ne vanitati potiùs deputetur, quàm ſaluti. Te igitur, frater, admoneo, vt quod voluntate propriâ præſumpſiſti, voluntate noſtra & conſilio deſeras, &, non meam facere voluntatem, cum Domino dicas.*

Item Roberti Monachi. Goffrid. l. 4. ep. 28.

Cap. 49.

Notum porrò eſt Heronis illius à Caſſiano relatum exemplum. Is quia in remiſſione ieiunij & ſilentij nunquam maiorum

Hero Monachus ob idiorythmiam à dæmone decipitur. Caſſ. coll. 2. cap. 5.

conſi-

Digitized by Google

conſilijs & mandatis acquieuit, permiſſus A eſt à dęmone miſerabiliter decipi. Perſuaſit enim illi, vt in profundiſſimum puteum ſeipſum conijceret, quo experimento probaret tanta eſſe merita ſua, vt nequaquam iam poſſet alicui diſcrimini ſubiacere. Paruit miſer conſilio hoſtis maligniſſimi, qui monitis amicorum & præceptis maiorum obedire noluerat, & ingenti caſu pręcipitatus in eadem opinione, quòd Angelo lucis credidiſſet, poſt tertiam diem vitam finiuit. Quo exemplo Dominus commonſtrauit, obedientiam in omnibus eſſe ſernandã, nec B fas eſſe homini colore alicuius boni ſeipſum regere, & à cõſilijs & mandatis Prępoſitorum deuiare. Sed quã hic vituperio, tam laude dignus fuit B. Ioannes de Monte mirabili, regia Francorum ſtirpe ortus, hic Ciſtertienſem Ordinem ingreſſus, abſtinentię admodum deditus erat. Sed cùm quidã Abbatem monerent, quòd indiſcretâ abſtinentiâ ſe affligeret ſeuerius eum Abbas corripuit, præcipiens, vt tantum panis, quantum poſſet maximè, comederet: quod fecit Ioannes, ita vt nihil reliquiarum ſupereſſet. C Magno tamen ſuo incommodo Abbati paruit, quare eũ rogauit ne ſe deinceps ad id cogeret: quod miſertus Abbas tandẽ conceſſit. Relatum eſt rurſus Abbati, quod pulmentum non comederet, ei Abbas piſcem miſit non modicum, mandans vt integrum comederet, ille morem gerens, etiam oſſa piſcis non ſine magno cruciatu comedit. *Ergo* (vt S. BENEDICTVS dixit) *cum voluntate Abbatis omnia facienda ſunt.*

Menard. l. 2. obſeruat. 29. Sept. *Ioannes à Monte mirabili Obedientia cõmendatur.*

DISQVISITIO VII.

Quâ formâ ad peculiaria pietatis exercitia peti & concedi ſolet venia?

SI quis attentiùs conſiderare voluerit, quę Cardinalis Turrecremata, Smaragdus, & Regula Magiſtri annotarunt, facilè deprehendet certo ritu ac religioſa cęrimonia conſueuiſſe olim Monachos veniam ad ſupererogationis opera petere, & ab Abbate concedi; & veroſimile eſt, eam in noſtro Ordine vſitatã fuiſſe, quibuſdam ſaltem in locis. Quare non grauabor eam ordine hîc ex ipſis Auctoribus deſcribere, vt ſi quibus forſitan exemplum hoc placuerit, habeant quod imitentur.

Smaragd. & Turrecr. in cap 49. *Antiquitas huius ritus.*

I. *Abbas dat veniam.* Reg. Mag. cap. 43.

Primò, igitur, Regula Magiſtri: Ipſo die quadrageſimę antequã communicẽt, detur licentia ab Abbate in oratorio talis: *Dicat Abbas omnibus fratribus: Qui vult pro anima ſua ſpiritualiter laborare, & aliquid abſtinere, ad bonum hoc opus liberam ei voluntatem concedimus. Qui verò noluerit, Regulæ de hoc titulo conſtituta accipiet, & quadrageſimæ contentus erit menſurâ.* Quæ inde tranſſcripſit Smaragdus.

REFECTORIVM. II. *Religioſ. indicant opera ſupererogationis.*

Secundò, pergit Magiſter: *Iam qui de fratribus voluerint abſtinere, humiliẽt ſe ad genua Abbatis, agentes gratias de bono obtus voluntate conceſſa, & poſt impenſam humilitatẽ ſimul & ore ſuo Abbati indicent, quis quid voluerit abſtinere.* Turrecremata verò vtcumque ſpecificat quænam ferè illa ſint, quę Religioſi ad ſolitum penſum adiungere poſsẽt. Qui, inquit, vltra menſurã & generalem metam Regulę aliquid vult addere ieiuniorũ, vigiliarum, aut diſciplinæ & auſteritatis: vt puta abſtinere à vino per quadrageſimã, portare cilicium, aut cingulũ ferreum, & ſimilia; debet patri ſuo Abbati pandere. Non diſſimiliter Burſfeldẽſes ſtatuunt: *Quia his diebus ſanctis quadrageſimæ, ſecundum Beatiſſimi patris noſtri admonitionem, augendũ nobis eſt aliquid de ſolito penſo ſeruitutis noſtræ: in orationibus videlicet particularibus, ciborumque & potus abſtinentia: Idcirco ſataget vnuſquiſq; fratrum, quotidie eodẽ currente tempore, peculiarem aliquam hora & loco competentibus orationem facere, arbitrio Abbatis ſui moderandam. Similiter ſi quis de cibo, potu, aut ſomno ſibi quidquam ſubtrahere voluerit: non niſi Abbatis licentiâ & moderamine fiat.*

Qualia hæc ſint.

Burſfeld. in ord. diuin. offic. c. 32.

III. *Abbas expendit conditiones, & vires perſonæ.*

Tertiò, intellectâ ſubditi voluntate, Abbas tanquã prudens Paſtor, ait poſt Bernardum Caſinenſem (quem hîc & alibi ſæpe exprimit) Turrecremata, debet conſiderare & cõditiones perſonę & vires naturæ. Cõditiones perſonæ, ſi ſit leuis & mobilis, aut diſcreta & conſtans. Vires naturę etiam debet conſiderare, ſi ſit fortis, debilis, ægrotatiuus aut robuſtus: & ſecundum iſta poteſt aut totum, aut partem cõcedere aut omnino nihil. Vbi nota quòd duo requiruntur D ab Abbate, ſcilicet voluntas, ſiue licentia, & orationis ſuffragium. Voluntas ſiue licentia ad operandum, oratio verò in auxilium.

IV. *Benedicit illis Religioſis.*

Quartò, Abbas cùm dat huiuſmodi licentias, debet ſimul adiungere benedictionem ſuam cũ oratione dicendo huiuſmodi verba: *Dominus qui incepit in te hoc opus virtuoſum, bonum deſiderium perficiat; tribuendo tibi gratiã illud perficiendi & cõſummandi ad gloriam ſuam & tuæ animæ ſalutem, Amen.* Aut ſimilia.

V. *Poſcit aliorum pro iſdem preces.*

Quintò, Quia Abbas nõ debet de ſua tantùm oratione in huiuſmodi operibus præ- E ſumere: debet in generali & ſpeciali aliorũ fratrũ orationes poſtulare. In generali quidem, vt in capitulo dicat ita: *Fratres rogemus Dominum, vt illi qui in hoc ſancto tẽpore quadrageſimæ proponunt Deo aliquid offerre vltra ſolitũ morem de orationibus, abſtinentijs, pſalmodia, vel diſciplinis, cum eius adiutorio incipiant, & in augmentum gratiæ proſequantur.* Et finaliter in ſpeciali dicit, vt tacito nomine fratris dicat Abbas: *Eſt quidam frater, qui cũ licentia noſtra ſe aſtrinxit ad aliquam ſingularem pænitentiam, habete eum recommiſſum in orationibus veſtris, vt illam diuina virtute adiutus ſalubriter valeat adimplere,* Hactenus Turrecremata.

REFECTORIVM. *Prædicta omnia conſentanea inſtituto Benedictino.*

Quæ quidem conſentanea ſunt admodum inſtituto S. BENEDICTI, & digna ſanè, noſtro iudicio, quæ in vſum reuocentur, vt externo & pio hoc ritu Religioſi admoniti, alacriùs deinceps in opera ſupererogationis incumbant. Veſtigiũ aliquod huius cęrimoniæ iã ſuprà vidimus in Monachis illis circa Iordanem cum Zoſima habitantibus. Illi enim poſt ſacram cõmunionem congregabantur omnes in oratorium, & curuatis genibus, factaque ſuppliciter oratione, ſalutabant ſeinuicem, & vnuſquiſque genuflexus publicè amplectebatur Abbatem poſtulans orationem, vt haberet ad inchoatum certamen eum cooperatorem & comitatorem. Hoc autem quid aliud erat, quam cum voluntate, Benedictione & oratione Abbatis, pietatis exercitia ſuſcipere?

DISQVISITIO VIII.

Cur Libri initio Quadrageſimæ diſtribuendi ſint?

Cap. 48

Cauſſæ huius inſtituti.

QVOTIDIANAM, quam ſuis Legiſlator noſter indixit lectionem, ab ipſa quadrageſima exordiũ ſumere voluit, ita enim ſtatuit: *In diebus quadrageſimæ accipiant omnes ſingulos codices de Bibliotheca, quos per ordinẽ ex integro legant. Qui codices in capite Quadrageſimæ dandi ſunt.* Decreti verò huius optimas cauſſas habuit, quarum

Prima, ieiunium mentem diſponit ad Deũ.

Prima ſit. Cũ in Spirituali lectione Deus nobis loqui dicatur, quemadmodum nos in oratione Deo, ieiunium animum noſtrum diſponit, vt Deum in ſe loquentem audiat, magiſque percipiat doctrinam illam, quam pij libri ſuggerunt. Deus enim, vt canit Eccleſia: *Corporali ieiunio vitia cõprimit, mentem eleuat.* Et S. Cyprianus: *Ieiunijs,* inquit, *vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcẽtiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates. Ieiunium ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ ſpoliat & exarmat. Ieiuniũ extraordinarios motus in cippo claudit & arctat, & appetitus vagos diſtringit & ligat.* Voluptates verò & gulæ illecebræ ingenium obtundunt, mentem in cœno quaſi demergunt, nec facilè ſapientię vacare permittunt. Moyſes ſanè quadraginta dierum ieiunio, promeruit colloquium cum Deo. Daniel trium hebdomadarũ inediâ ſe comparauit ad excipiendas diuinas reuelationes. Optimè proinde Chryſoſtomus: *Ieiuniũ animæ noſtræ alimentũ eſt, leues ei pennas producit, vt in ſublime feratur & ſumma contemplari queat, voluptatibuſque, & omnibus, quæ in hoc mundo habentur ſuauia, ipſa ſit ſuperior.* Cùm igitur, vt vetus habet prouerbium, *Anima ſicca ſit ſapientiſſima;* Voluit S. BENEDICTVS ieiunium lectioni piæ coniungi, imò hanc cum illo ſumere initium, vt ab eodem vires acciperet, & ad lectionis fructum, pioſq; affectus, per ieiunium animus diſponeretur.

Cyprian. de ieiunio & tentat.

Ieiunij bona & fructus.

Exod. 34.

Dan. 10.

Chryſoſt. homil. 1. in Geneſ.

Cur lectioni iungatur.

Secunda cauſſa:

Secunda cauſſa hæc eſſe poteſt. Cum videamus paſſim etiam à ſæcularibus in quadrageſima frequentari ſacras cõciones, quę tum ferè ſingulis diebus habentur, voluerit S. BENEDICTVS eas in Monachis ſacrâ lectione cõpenſari, in qua ipſi pabulum verbi Dei ſibi ſumerẽt ac ruminarent: atque ideo plus temporis lectioni impendi vult in quadrageſima, quàm aliàs. Statuit enim à manè vſque ad tertiam plenam lectioni vacandũ eſſe; atque inter ea quibus aliorum temporũ hiſce diebus ſanctis diluuntur negligentiæ, præter orationem, etiam enumerat *lectionem*, illique ſtatim ſubiungit *compunctionẽ cordis* quaſi indicare vellet, hãc ab illa velut è fonte proprio profluere. Et ſanè quàm compuncti fuerint duo Aulici, lectâ vitâ S. Antonij grauiſſimis verbis refert Auguſtinus. S. Fulgentius legens expoſitionem B. Auguſtini in pſalmum 36. corde compunctus, religioſũ ſtatũ amplexus eſt. Benè ergo Smaragdus noſter: *Lectio ſalubrẽ gemitum facit, & lacrymas compunctionis corde producit.*

Compunctio ex lectione ſequitur.

Aug. lib. 8. confeſſ. c. 6.

Vit. S. Fulg. c. 3.

In cap. 4. Reg. inſtrum. 56.

Tertia cauſſa, vt animus lectione paſcatur.

Tertia cauſſa ſit, vt dum corpus ieiunat, animus lectione reficiatur, eſt ſiquidem ſpiritualis lectio, mentis refectio. Hæc ieiuno corpore, erit panis cor hominis cõfirmans. Quare bene in vitis Patrum quidam dixit: *Labor honeſtus eſt lectionis, & multũ ad emendationem animæ proficit. Sicut enim ex carnalibus eſcis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs homo interior nutritur.* De B. Platone refert Theodorus Studita, eum quotidianâ oratione ac lectione, veluti cibis pro delicijs ac ſuauibus condimentis vſum. Abſque hoc lectionis paſtu anima macreſcit, & fame velut cõſumitur. Quare auctor Epiſtolę ad Demetriadem benè eam monet: *Nihil in hoc ſecreto magis agere debes, quàm animã diuinis eloquijs paſcere, & quantum ei per totum ſufficere poſſit diem, hoc eam veluti cibo pinguiore ſatiare.*

Vit. Patr. p. 2. lib. de laud. virt. c. 16.

Stud. in orat. fun. de Plat.

Epiſt. ad Demetriad. cap. 23.

Quarta, quia frequens lectio in Quadrageſima commendatur.

Quartam cauſſam habuit, imitationẽ aliorum ſanctorum, qui Quadrageſimę tempore, frequentiorem ſuadent lectionem. Audi Auguſtinum: *Tempus,* inquit, *quadrageſimæ venit, fratres, vt dies iſtos ſanctè ac ſpiritualiter celebremus, vt obſeruatio ſanctæ quadrageſimæ non nobis iudicium pariat, ſed profectum. Si enim negligenter agimus, ſi ſcripturas diuinas, aut ipſi non legimus, aut legentes alios non libenter audimus, ipſa nobis medicamẽta conuertuntur in vulnera, & inde habebimus iudicium, vnde potuimus habere remedium. Nec ſolùm vobis ſufficiat, quod in Eccleſia diuinas lectiones auditis, ſed etiam in domibus veſtris, aut ipſi legite, aut alios legentes requirite, & libenter audite.* Infra: *Ideo fratres in iſtis quadraginta diebus quaſi totius anni cibaria animæ noſtræ ieiunando, legendo, vel orando prouidere debemus. Nam licet per totum annum (Deo propitio) lectiones frequenter & fideliter audiatis,*

Aug. ſerm. 10. de tẽp. tom. 10.

in iſtis

in iſtis tamen diebus de fluctibus & pelago huius mundi quaſi ad portum quadrageſimæ confugientes debemus requieſcere, & lectiones diuinas in exceptorio cordis noſtri cum ſilentio & pace ſuſcipere. Ita Auguſtinus, qui inſtar omniũ nobis eſſe poterit. Quòd ſi ille crebram, & quidem attentam lectionem ab omnibus Chriſtianis in quadrageſima requirat, meritò eã S. BENEDICTVS à Monachis vitæ contemplatiuæ deditis exiget.

DISQVISITIO IX.

Quodnam ſit caput Quadrageſimæ?

Veteres variè obſeruabant Quadrageſimã.

LIBROS diſtribui pro Spirituali lectione vult S. BENEDICTVS *in capite quadrageſimæ*, ſed cùm varia apud antiquos fuerit quadrageſimæ obſeruatio, nõ vnum potuit apud omnes habere initium, ſiue caput. Alij enim ſex, alij ſeptẽ hebdomadibus ieiunabant. Latini, ſiue Romani per ſex tantũ hebdomadas ieiunabãt, quia ſolos dies Dominicos à ieiunio quadrageſimali excipiebant, vt patet ex Caſſiano. Græci verò quadrageſimæ tempus ſeptem hebdomadibus circumſcribebant, vt docet S. Damaſcenus, dies enim ſabbatinos à ieiunijs eximebant, vnde in numero dierũ concordia erat, licet differrent in numero hebdomadarum. Latini ieiunabãt quadraginta duobus diebus, *Ex quibus dum ſex dies Dominici abſtinẽtiæ ſubſtrahuntur*, ait Gregorius, *non plus in abſtinentia, quàm triginta & ſex dies remanent.* Græci verè per ſeptem hebdomadas, ſiue quadraginta nouem dies ieiunabant; ſubductis autem inde ſeptem dominicis diebus, & ſex Sabbatinis (ſabbato enim Sancto ieiunabant) remanent itidem triginta ſex dies ieiunio deputati. Atque hinc diuerſum eſſe debebat quadrageſimalis ieiunij initium, quod erat vel Dominica, quã primam Quadrageſimæ vocamus, vel Dominica Quinquageſimæ. Cùm autem vt facer numerus quadraginta dierũ adimpleretur additi fuerint quatuor dies (quod quando factũ fuerit, non ſatis conſtat, antiqui enim patres quadragenarium dierũ numerum, paſchali ieiunio ferè tribuunt) hinc exurget tertius dies, qui ieiunij quadrageſimalis caput poſſit appellari.

Caſſ. coll. 21. c. 27.
Damaſc. l. de ieiunijs ad Comet.
Latini.
Homil. 16. in Euang.
Græci.
Hinc diuerſum Quadrageſimæ apud illos exordium.

Quidam aliud ſtatuunt Dominicã primã Quadrageſimæ.
Microl. de Eccleſ. obſeruat. c. 14.

Sed vt Græcos miſſos faciamus, in Latina Eccleſia non niſi de Feria IV. Cinerum & Dominica eam ſubſequente cõtrouerſia eſſe poteſt. Et quidem Micrologus caput quadrageſimæ contendit eſſe primam Dominicam Quadrageſimæ, ita loquens: *Hoc autem initium Quadrageſimæ, non à capite ieiunij ſed à ſubſequenti Dominica eſt computandum. Nam quamuis à capite ieiunij pro quodam complemento quadrageſimalis abſtinẽtiæ incipiamus, à ſubſequenti tamen Dominica iuxta aſſertionem* A *ſancti Ambroſij & S. Gregorij, & aliorum ſanctorum Patrum, quadrageſimam propriè exordimur.* Alcuinus dicit, Quadrageſimam incipere Dominica, quæ ſequitur quinquageſimam. Quin ipſe Eccleſiæ vſus videtur hanc Dominicam caput quadrageſimæ conſtituere. Vt enim ex noſtra Regula alijſque auctoribus patet, ieiuniũ in quadrageſima ſoluitur poſt veſperas: Eccleſia autem illum vſum non incipit, niſi ſabbato ante hanc Dominicam. Hymni quoque, capitula, & reſponſoria, quæ quadrageſimali tẽpore congruunt, non ante hanc Dominicam inchoantur.

REFECTORIVM.
Alcuin. lib. de diuin. offic.
Qua ipſi ſaneant.

B Verùm niſi caput quadrageſimæ in feriam quartã Cinerum collocemus, non habebimus quadraginta dies, à quibus Quadrageſima nomen habet. Conſtat enim Dominicos dies è ieiunio exemptos eſſe, quis ergo dies quadrageſimæ poſſit eſſe caput, niſi ille qui ex quadraginta primus eſt? Adhæc, Conciliũ Agathenſe circa annum Domini 506. celebratum præcipit pœnitentes cinere aſperſos, & cilicio indutos ab Epiſcopo extra Eccleſiam eijci *in capite quadrageſimæ*, quod non aliud eſſe videtur, quã ipſa quarta feria cinerũ. Amalarius Fortunatus C ait, Quartam feriam, quâ hoc ieiunium inchoamus, *caput quadrageſimæ* appellari conſueuiſſe. S. Auguſtinus ſermonem, illa feriâ habitum inſcripſit, *in capite ieiunij.* Ita quoque Petrus Bleſenſis, & illi contemporaneus S. Bernardus, qui ſuum ſermonem ita exorditur: *hodie dilectiſſimi ſacrum quadrageſimæ tempus ingredimur: tẽpus militiæ Chriſtianæ: Non nobis ſingularis eſt hæc obſeruatio, vna omnium eſt quicumque in eamdem fidei conueniunt vnitatem.*

Alij, Feriã quartã Cinerum.
Agath. c. 9.
Et variã probant.
De Eccleſ. offic. lib. 1. cap. 7.

Sed facilè hæc conciliari poſſunt, ſi dica- D mus hanc feriam quartam eſſe caput ieiunij quadraginta dierum, ſiue primã ex quadraginta: Primam autem Dominicam quadrageſimæ dici caput quadrageſimæ, prout olim triginta tãtum ſex diebus, decimâ ſcilicet parte anni, ieiunabatur. Eſt hęc Dominica Quadrageſimę caput, quia ab ea (vt iam dictum eſt) incipiunt Eccleſiaſtica officia, quadrageſimali tempori peculiaria.

Conciliatur vtraque ſententia.

Quod verò librorum diſtributionem à S. BENEDICTO præſcriptam ſpectat, ea ſecundum communẽ Ordinis obſeruantiam E facienda iuxta poſteriorem hanc explicationem, qua caput quadrageſimæ intelligitur ipſa Dominica prima quadrageſimę, atque in illa Burſfeldenſes eam fieri decreuũt. Statuta tamen S. Lanfranci & Vallisoletanæ Congregationis in Hiſpania, eam differunt in feriam ſecundam ſequentem.

Quo die Libri diſtribuendi.
In ordine diuin. offic. cap. 32.

REFECTORIVM.

DISQVISITIO X.

Quo ritu Librorum diſtributio facienda?

VT quotidianæ lectionis ſtudium à S. BENEDICTO præſcriptũ maiori curâ ac diligentiâ à Religioſis ſuſciperetur, non inutiliter quarundam Cõgregationum Patres decreuerunt, vt librorum diſtributio, quæ in capite quadrageſimæ ex præſcripto Regulæ fieri debet certâ quadã ac ſolemni cerimoniâ exornaretur. Nam vt Angelicus Doctor ait: *Habet hoc humanus affectus, vt ea quæ communia ſunt, & nõ diſtincta ab alijs, minus reuereatur, ea verò quæ habent aliquam excellentiæ diſcretionem ab alijs, magis admiretur & reuereatur.* Cùm ergo viderint Religioſi ſolemni quodam apparatu, ritibuſque conuenientibus quotannis libros diſtribui, hinc animus eorum ſine dubio excitatur, vt non vulgarem de ſpirituali lectione opinionem habeant, magniq́; apud illos ſit pretij, quod conſpiciunt tot verbis à Legiſlatore præcipi, tãque celebri cærimoniâ cohoneſtari.

Ritus diſtribuendi Libros.

Thom 1.2. q. 102. art. 4. in corp.

Excitat ad pietatem.

Viſum ideo hîc ex Lanfranci, Valliſoletanis, & Burſfeldenſibus Conſtitutionibus communem ritum, quo libros diſtribuendos ſtatuunt, ordine deſcribere.

I. *Celebratur Capitulum ſolemne.*

In *primis* volunt ſolemne fieri capitulum, cui præſideat Abbas, omneſque interſint Monachi & Nouitij, *etiam infirmi*, aiunt Burſfeldenſes, *ſi tamen valetudo corporalis permittat.*

II. *Bibliothecarius libros præparat.* Stat. Lanfran. cap. 1. §. 3.

Secundò, prinſquã fratres intrent capitulum (cõſtitutio eſt S. Lanfranci) *Cuſtos librorum debet habere congregatos libros in Capitulo ſuper tapetum extenſum, præter eos qui præterito anno ad legendum dati ſunt; illos enim intrantes capitulum ferre debent quiſq́; ſuum in manu ſua: de quâ re præmoniti eſſe debẽt à prædicto librorum cuſtode in capitulo præcedentis diei.* Burſfeldenſes verò iubent pridie huius capituli libros diſtribuendos à fratribus ad Cantorem deferri, qui eos in capitulo reponat.

III. *Legitur caput 49. Regulæ.*

Tertiò, in principio huius actus capitularis legitur caput 49. *De quadrageſima obſeruatione*, & ſecundum Burſfeldẽſes etiam vltima pars capitis præcedentis, ab illis ſcilicet verbis: *In quadrageſima verò diebus*: ac deinde A fit de illis ſermo & exhortatio, quâ finitâ, Cantor iuſſu Præſidentis, ſingulis ſecundũ ordinem codices diſtribuat. Qui eos ambabus manibus præ gaudio diuinarũ ſcripturarum ſuſcipiant, modicè ſe inclinantes. Ita Burſfeldẽſes. Paulò ſolemniũs Lanfrancus: Vult enim, vt Bibliothecariùs, quem *librorũ cuſtodem* nominat, *legat breue, qualiter præterito anno fratres habuerunt libros; cùm verò audierit vnuſquiſq́; nomẽ ſuum pronunciari, reddat librũ, qui ad legendum ſibi alio anno fuerat commendatus; & qui cognouerit ſe non perlegiſſe librum, quẽ* B *recepit, proſtratus culpam dicat, & indulgentiam petat. Iterum prædictus librorum cuſtos vnicuique fratri alium librum tribuat ad legendum.* Valliſolerani verò volunt, vt Cantor in inferiori gradu iuxta Abbatem ſedens, legat memoriale librorum ab Abbate Monachis diſtribuendorum, & vnuſquiſq́; vbi nomen ſuum legi audierit, humiliter ſe inclinet, & eleuans ſe vadat ad Abbatem, & oſculetur eius manum dum librum accipit, iterumq́; ſe profundè inclinans, reuertatur ad locum ſuum. Factâ deinde librorũ partitione omnes ſe in locis ſuis proſternãt in ſignum hu- C miliationis, veniam petentes negligentiarũ in choro, lectione, ſtudijs, operæq́; commiſſarum. Abbas ſuauiter reprehendat, & pro pœnitentia iniungat choro dextro ſeptem pſalmos pœnitentiales, & choro ſiniſtro officium defunctorum.

Quomodo Monachi Libros ſuſcipiant.

Iuxta Lanfranci decreta.

Item Valliſoletanorum.

IV. *Inſcribuntur libri quos quiſq́; accepit.* Lanfranc. vbi ſuprà.

Quartò, Ne libros cõtingat fortaſſe amitti, aut ſi negligenter & ſordidè tractati fuerint, vt ſciatur cuius id culpâ euenerit, ſanxit Lanfrancus, vt: *diſtributis per ordinẽ libris, præfatus librorum cuſtos in eodem capitulo inbreuiet nomina librorum, & eos recipientium.* An- D notet nimirum in catalogo, quem vnicuique librum dedit.

V. *Deputantur à Prælato circitores.*

Quintò denique, Regulæ inhærendo, hæc Burſfeldẽſes ſubiungunt: Poſtea præſidens deputet vnũ aut duos è fratribus, qui horis quibus vacãdum eſt lectioni, per totum annum circumeant Monaſterium & officinas eius, ſolicitius explorãdo, ſi fortè ſint aliqui vacantes otio, aut fabulis, ſeu aliàs inordinatè ſe gerentes. Quod ſi tales reperti fuerint, ac ſemel & ſecundò admoniti non emendauerint; ſecundum Regulam taliter corripiantur, vt alijs cedat in exemplum.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM

EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SÆCVLVM.

MONA-

MONASTICARVM
DISQVISITIONVM
LIBER VNDECIMVS:
IN QVO
HOSPITIVM,
ITINERARIVM,
VALETVDINARIVM.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et HOSPITALITATEM nolite obliuiſci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis HOSPITIO receptis. *Hebr. 13.*

ARGVMENTVM.

REFECTORIO, actis de more Deo gratijs egredientes, quò nos potiſſimùm conferemus, niſi ad eos, qui extra illud refici conſueuerunt: *Hoſpites*, inquam, *Itinerantes, Infirmos?* Hos in tribus ab inuicem vtcumque diſparatis inuenire erit cubiculis, quæ ſuis inſcripta titulis, ſe primo aſpectu offerunt; *Hoſpitium, Itinerarium, Valetudinarium.* Quæ ne quid præterijſſe videamur, ſigillatim nobis luſtranda. Manifeſtum autem eſt, quantam Hoſpitum, in viam dirigendorum fratrum, & Infirmorum curam accuratiſſimus noſtræ familiæ Pater habuerit. In Hoſpitibus enim Chriſtum ſuſcipi, in ægrotis eidem ſeruiri, pro Itinerantibus eidem ſupplicari præcepit. Nimirùm ſciebat in extremo iudicij die omnium remuneratorem dicturum: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum: Hoſpes eram, & collegiſtis me; Infirmus, & viſitaſtis me.* Itinerantium autem tantò maior Matth. 25.

 exhi-

HOSPITIVM. exhibenda ſolicitudo, quantò maioribus ſiue corporis, ſiue animæ periculis plerumque expoſiti. Cum his igitur, & de his toto hoc agemus Libro, quem in quinque partimur Tractatus, quorum *Primus* De Hoſpitibus ſuſcipiendis. *Secundus*, De modo eos excipiendi. *Tertius*, De menſa Hoſpitum. *Quartus*, De Fratribus in viam directis. *Quintus*, De Infirmis. Elucidamus autem hoc Libro Regulæ S. BENEDICTI capita XXXVI. XXXVII. LI. LIII. LVI. & LXVII.

TRACTATVS I.

DE HOSPITIBVS SVSCIPIENDIS.

HOſpitalem *ingredimur domum, ad Regulam* S. P. BENEDICTI *conſtructam, legibus eius inſtructam, circa quam diſquirimus* Primò, *Cur de Hoſpitibus ſuſcipiendis peculiariter* S. BENEDICTVS *egerit?* Secundò. *Quinam Hoſpitio excipiendi?* Tertiò, *An mulieres?* Quartò, *Quanti temporis Hoſpitium indulgendum?* Quintò, *Quo loco excipiendi Hoſpites?* Sextò, *Quid Fratribus circa Hoſpites obſeruandum?*

DISQVISITIO I.

Cur de Hoſpitibus ſuſcipiendis peculiariter S. BENEDICTVS *egerit?*

I. *Quia Chriſtus in hoſpite ſuſcipitur.* Cap 53 Matth 25.

PLVRES ſanctiſſimum Patriarcham impellere potuerunt cauſſæ. Principem autem eam ſtatuo, quam ipſemet expreſſit, ſtatim in ipſo initio dicens: *Omnes ſuperuenientes Hoſpites tamquam Chriſtus ſuſcipiantur: quia ipſe dicturus eſt. Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me.* Quomodo autem Chriſtus ſuſcipiatur, ipſemet declarat: inducens enim ſaluandos in extremo iudicio dicturos *Domine quando te vidimus Hoſpitem, & collegimus te.* Reſpondet: *Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et alibi dixerat: *Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.* Hinc Hieronymus Nepotianum monet: *Menſulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Chriſtus nouerit.* Ita Abraham Patriarcha in Angelis Hoſpitibus Deum ſuſcepiſſe ſcribitur. *Vides*, inquit Ambroſius, *quia Abraham Deum recipit hoſpitio, dum Hoſpites quærit. Vides, quia Loth Angelos ſuſcepit: Qui ſcis an & tu cum ſuſcipis Hoſpitem, ſuſci*-

Matth.25. 35. Matth.10. 40. Hieron. epiſt 2. ad Nepot. *Probatur ex Patribus.* Gen 18 19. Ambroſ l 2. offic. cap. 21.

A *pias Chriſtum? Licet in Hoſpite ſit Chriſtus, quia Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait: In carcere eram & veniſtis ad me: nudus eram & operuiſtis me.* Auguſtinus: *Diligenter*, inquit, *hæc audite fratres, qui hoſpitalitatem exercere non vultis, qui Hoſpitem velut hoſtem excipitis. Ecce beatus Abraham, dum homines feruenter exciperet, ipſum Deum ſuſcipere hoſpitalitatis contemplatione promeruit. Hoc etiam in Euangelio Chriſtus confirmauit dicens: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Nolite ergo negligere peregrinos, ne fortè quem non* B *excepiſtis, ſit ipſe Chriſtus.* Vnde Chryſoſtomus: *Habes domum, in quam veniat Chriſtus. Dic, hæc cellula Chriſti eſt cubiculum hoc ei ſegregatum eſt. Licet humi ſitum ſit, ac vile, non deſpiciet.* Exemplo autem res hæc non ſemel declarata eſt, audi S. Gregorium: *Quidam Paterfamilias cum tota domo ſua magno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat. Cumq; quotidie ad menſam ſuam peregrinos ſuſciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad menſam ductus: dumque paterfamilias ex humilitatis conſuetudine aquam vellet in eius manibus fundere,*

Auguſt. ſerm 63. de temp. Matth.25. Chryſoſt. homil. 45. in Acta. *Et exemplo S. Gregorij.* Greg hom. 23. in Euang.

dere, conuerſus vrceum accepit: ſed repentè eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cumq́; hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem ei nocte Dominus per viſionem dixit: Ceteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti. *Ecce in iudicium veniens dicet: Quod vni ex minimis*
Ioan. Diac. lib. 2. c. 22. *meis feciſtis, mihi feciſtis.* Hæc Gregorius, quaſi de alio, quæ Ioannes Diaconus in vita de illomet refert. Viuâ igitur fide Chriſtus in hoſpitis perſona concipiendus, vt tantò accuratiùs ei hoſpitalitatis iura impendantur. Quæ conſideratio, præterquam quod B meriti ſit feraciſſima, animum ad pietatem & ſedulam diligentiam magis excitabit.

II. *Quia S. Scriptura hoſpitalitatem inculcat.*
Secunda cauſſa eſſe poteſt, quòd legiſſet in ſacris litteris crebras ad hoſpitalitatem cohortationes, vnde Iſaias. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq́; induc in domum*
Iſa 58. 7.
tuam. Et B. Paulus: *Neceſſitatibus ſanctorum*
Rom. 12. 13.
communicantes. Hoſpitalitatem ſectantes. B. Petrus: *Hoſpitales inuicem ſine murmuratione:*
1. Petr. 4. 8.
Vnuſquiſq́; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores C
3 Ioan.
multiformis gratiæ Dei. Et S. Ioannes ab hac virtute Gaium commendat: *Chariſſime,* ait, *fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ, quos benefaciens, deduces dignè Deo.* Pertranſeo hoſpitalitatis exempla in Scripturis commemorata. Abrahæ, Loth, Iob, & aliorum.

III. *Præmium hoſpitalitatis in hoc ſæculo.*
Tertia cauſſa ſit, ingens præmium huic virtuti tam in hac, quàm in altera vita deſtinatum, de quo paſſim Patres. S. Ambroſius: *Abraham,* inquit, *pro hoſpitalitatis mercede*
Ambroſ. l. 1. offic. cap. 21.
fructum poſteritatis recepit. Loth quoq́; nepos eius D *non ſolùm genere, ſed etiam virtute proximus, propter hoſpitalitatis affectũ Sodomitana à ſe ſuiſ-*
Idem lib. 1. de Abrah. cap. 5.
que ſupplicia detorſit. Idemque rurſus: *Deniq́; Iacob oues adaquauit Rachel, & gratiam reperit,*
Geneſ. 19. 9.
& vxorem acquiſiuit. Vnius horæ hoſpitio vidua
Reg. 1. 7. 4. Reg. 4.
illa, quæ ſuſcepit Eliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt numquam de hydria farina deficeret. Eliſeus quoque defuncti pignoris reſuſcitatione donata reſoluit hoſpitij penſionem.
Matth. 10. 42.
Et Dominus Ieſus in Euangelio, eum quicumque E *dederit hoſpiti potum aquæ frigidæ, cæleſtium aſſerit præmiorum non exortem futurum.* Hoſpitalitatis quoque merito diſcipuli Emmauntem petentes illuminati ſunt. *Quia hoſpitali-*
Auguſt. lib. Euangel. quæſt. cap. vlt.
tatem, ait Auguſtinus, *ſectati ſunt, eum quem in expoſitione Scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoſcunt.* Quid Chriſti hoſpites Martha & Magdalena. Matthæus, Zachæus conſecuti ſunt, ex Euangelio no-
Et in futuro.
tum eſt. Denique ampliſſimum præmium eſt, quod hoſpitalitas *non tantùm habeat mer-*
Ambroſ. l. 1. de Abrah. cap. 5.
cedem humanæ gratiæ (vt Ambroſius loquitur) *ſed quod maius eſt, remunerationis diuinæ.*

A Et Chryſoſtomus: *Eiuſmodi res hoſpitalitas eſt, quâ magis accipit, quam dat, qui illam promptè & alacriter exercet.* HOSPITIVM. Chryſoſt. homil. 41. in Gen.

IV. *Exemplum primorum Chriſtianorum.* Tertull. de præſcript. cap. 20.
Quarta cauſſa ſit, primitiuorum Chriſtianorum exemplum. Tanta enim inter eos interceſſit hoſpitalitatis beneuolentia, vt inter Catholicæ communicationis ſymbola illam annumeret Tertullianus, dicens: *Itaque tot ac tantæ eccleſiæ, vna eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum vnam omnes probãt vnitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraterni-* B *nitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ iura non alia regit, quam eiuſdem ſacramenti vna traditio.* Hæc Tertullianus, qui per *conteſſerationem hoſpitalitatis,* certum quoddam ſignum intelligit, quod qui ferret, vt Eccleſiæ Catholicæ legitimus filius, quocumque pergeret, à fidelibus æquè Catholicis honorificè recipiebatur hoſpitio. *Teſſera hoſpitalitatis apud Chriſtianos quæ & qualis.* Quod quidem ſignum cùm adulteraſſent hæretici, à Catholicis noſcitur ſæpè mutatum, ac litteris tandem commiſſum, quas Patres in Nicæno Concilio nominauère *Formatas,* vt C annotat Baronius. Litteris autem illis ſubſcribebant has quatuor Græcas litteras, *Baron. anno 75. nu. 25.* quaſi teſſeram, & profeſſionem Chriſtianiſmi, ſcilicet, π. υ. α. π. id eſt, πατὴρ, υἱὸς, ἅγιον πνεῦμα; hoc eſt, *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.* Hinc Peregrinus impoſtor, teſte Luciano, Chriſtianum ſe finxit, quia ſatis ſibi viatici eſſe dicebat in Chriſtianorum hoſpitalitate; *Lucian. in Dialog. Peregrin. Impoſtor eâ abuſus.* ita vt non tantùm ab illis aleretur, ſed etiam in via deduceretur, atque ſic quaquaverſum ſtipatus incederet: nam non recipere, nec coniungere oblatam teſſeram, idem erat, quod à Catholica communione D ſeiungere; periode vt apud gentiles confringere hoſpitalem teſſeram, erat amicitiam diſſoluere. Hac de cauſsâ magnus ille Pachomius, cùm adhuc ethnicus militaret in caſtris Conſtantini Imperatoris, Thebaſq́ue veniſſet, viſâ Chriſtianorum Thebanorum in commilitones ſuos hoſpitalitate & charitate, ad Chriſtum conuerſus fuit, tantuſq́ue euaſit, quantum iam omnes miramur. *Vit. Pach. cap. 4. Pachomius ad Chriſtũ conuerſus.*

V. *Imitatio veterum Monachorum.*
Quinta cauſſa hæc eſſe potuit, vt ſuo more B. Pater veterum Monachorum imita- E retur exempla. Apud Ægyptios ſcribit Caſſianus, magnâ cordis alacritate vbiq́; hoſpites ſuſcipi, & ad illorum aduentum quotidiana ſolui ieiunia. *Caſſ. lib. 5. de inſtitut. cap. 24.* De Nitrienſibus Palladius: *Cùm vidiſſent,* inquit, *aliqui ex ipſis nos procul venientes, aliqui quidem nobis cum aqua occurrerunt, & alij quidem pedes noſtros lauabãt, alij verò veſtes mundabant, alij verò ad cibum inuitabant, alij autem ad contemplationem & Dei cognitionem, & quod vnuſquiſq́ue ex ijs poterat, in eo ſtudebat nos iuuare.* *Pallad. Lauſ. c. 69.* Oxyrinchi Magiſtratus & principales ciuitatis, & reliqui ciues (qui omnes penè Monachi) *ſtudioſè*

 per

HOSPITIVM.

Rufin. in vit. Patr. lib 2 c.5. *Hoſpitalitas, regula Monachorum.* Vit Patr. lib.5 libel. 13.num.7.

per ſingulas portas ſtatuunt, qui obſeruent, vt ſicubi apparuerit peregrinus aut pauper, certatim ad eum qui præoccupauerit adductus, quæ ſunt neceſſaria conſequatur. Hoſpitalitatem velut ſuam Regulam olim Monachi cenſebant, vnde cùm quidam frater hoſpitio egrediens, diceret: *Ignoſce mihi, Abba, quia impediui Regulam tuam.* Ille reſpondit, & dixit ei: *Mea Regula eſt, vt recipiam te in hoſpitalitate, & cum pace dimittam.* Quare Bleſenſis à Priore quodam hoſpitio excluſus, ita expoſtulat: *Vbi eſt quaſo illa hoſpitalitatis gratia quam olim veſtri anteceſſores exercebant in Scithi, Mutius, Apollanius, Paphnutius, Macarius, Antonius, Paulus: inter quas diutiſſimè certatum eſt piâ contentione, quis alteri panem frangeret, cùm Dominus gratiâ hoſpitalitatis quotidianum annonæ ſtipendium duplicaſſet.*

Bleſenſ. epiſt.19.

Ex his porrò alijſque capitibus S. BENEDICTO commendatiſſima fuit hoſpitalitas, quam ad actiuæ vitæ exercitium ſuis quoque præſcripſit diſcipulis. Hinc olim, vt * alias dictum, pleriſque Monaſterijs coniuncta erant hoſpitalia. Quantæ verò obligationis illa ſit, nolim meâ ſententiâ definire. Walloncappellius noſter de ea ſic loquitur: In hoc Ordine, vt in alijs pleriſque præter eſſentialia communia, id eſt, paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, peculiare aliquod præceptum inuenire eſt, ſcilicet Hoſpitalitatis. Sicut enim per inſtitutionem ſui Ordinis, alij tenentur prædicare verbum Dei, alij miniſtrare ſacramenta, alij audire confeſſiones, alij militare pro fide, infirmos & ægros viſitare, ſepelire mortuos, & ſimilia facere. Ita etiam inſtituto D. BENEDICTI proprium eſt ac peculiare, excipere omnes hoſpites & peregrinos, maximè tamen pauperes; quod vbi non obſeruatur, ſecundum D. BENEDICTI inſtitutum non viuitur. Sic ille. Quæ hauſiſſe videtur ex reſponſione D. Ioannis Heſſelij Doctoris Louanienſis à Facultate Theologica approbata, anno 1565. qua probat, hoſpitalitatem in Regula S. BENEDICTI cenſeri ex ſubſtantialibus, quæ nullâ ratione prætermitti poſſunt. Nam S. BENEDICTVS *religionem ſuam inſtituit ad vitam contemplatiuam, ita tamen vt ſimul coniungeret abſque impedimento contemplationis vitam actiuam. In quantum igitur eius religio eſt contemplatiua, præcipitur opus Dei, in quantū verò aliquo modo actiua, præcipitur hoſpitalitas, ita tamen vt per hoſpites conuentus non diſtrahatur.*

* Lib.2. tr. 7.diſq 5. *Quomodo obliget Benedictinos.* Wallon cap.in inſtituc. Monaſt tract de hoſpit. c.2.

Quidam cenſent hoſpitalitatem inter ſubſtantialia Regulæ S. Benedicti.

His porrò reſpondet D. Ioannes Caramuel, & oppoſitum validiſſimè confirmat ex Diplomate Alexandri IV. qui à Ciſterti enſibus conſultus reſcripſit: *Intimantibus vobis accepimus, cùm exhibeatis vos in hoſpitalitate omnibus liberales, Diœceſanis veſtris ac alijs Eccleſiarum Prælatis, eorumque familijs, cùm ad veſtra Monaſteria declinant, charitatiuè (iuxta* A *facultatum veſtrarum exigentiam) neceſſaria miniſtrantes; nonnulli Prælatorū ipſarum huiuſmodi gratiam conuertere molientes in debitum, & quod ſic ſpontè ipſis impenditis, ſibi deberi ex antiqua conſuetudine aſſerentes, vos & Monaſteria veſtra propter hoc multipliciter aggrauant, & moleſtant. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, & valentes in hac parte quieti veſtræ paternâ diligentiâ prouidere, ne quiſquam Prælatus, id quod ſic gratioſè impenditis, à vobis ex debito ſeu præſcripta conſuetudine præſumat exigere, auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibe-* B *mus.* Nec refert, peculiariter Ciſtertienſibus hanc bullam directam, quia Pontifex non eximit eos ab obligatione, quâ aliàs tenebantur, ſed declarat non eſſe obligatos, cùm ait eos ſe exhibere *in hoſpitalitate omnibus liberales, charitatiuè neceſſaria miniſtrare;* & quoſdam gratiam conuertere moliri in debitum, & quod ſpontè ipſis impēditur, &c. Cenſuit ergo illos non teneri ex vi Regulæ, aut cōſuetudinis, ſed eſſe meram liberalitatem charitatiuè de gratia ſpontè impēſam. Cùm ergo Ciſterciēſes exactiùs ſtuduerint C Regulam obſeruare, quàm alij, ſi hi ad hoſpitalitatem non obligeutur, ergo nec alij.

Probatur cōtrarium. Caram. diſq 47.a.3. & diſq 153. num.1669. in Reg. S. Bened. Ex Bulla Alexandri IV.

Explicatur eius mens.

DISQVISITIO II.

Quinam Hoſpitio excipiendi?

LIBERALI prorſus animo ac verè Chriſtiano S. Legiſlator ait: *Omnes ſuperuenientes Hoſpites tamquam* CHRISTVS *ſuſcipiantur.* Illud autem vocabulum ſuperuenientes excludere videtur, ait Boërius, *contiguos* D *vel proximos habitatores, qui potiùs domeſtici vel ciues quàm Hoſpites appellari poſſunt.* Indifferenter verò quoſlibet admittendos SS. Patrum exempla & admonitiones ſuadent. Audi quid de ſe ſcribat Hieronymus: *Fateor,* inquit, *me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, & occupatione de toto huc orbe venientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in qua non fratrum occurramus turbis, & Monaſterij ſolitudinem hoſpitum frequentia commutamus, in tantùm, vt aut claudēdum ſit nobis oſtium, aut Scri-* E *pturarum, per quas aperienda ſunt fores, ſtudia relinquenda.* Et in Rufinum: *Nobis in Monaſterio hoſpitalitas cordi eſt, omneſque ad nos venientes latâ humanitatis fronte ſuſcipimus. Veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniat in diuerſorio: ne nobis Ieſus dicat excluſis: Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. Solos hæreticos non ſuſcipimus.* Hæc Hieronymus. Meritò autem excludit hæreticos, quibus nec aue dicere liceat, vnde & abſtinendum ab omnibus excommunicatis. Sic quoque publicè infames, blaſphemi, periuri, adulteri, fures, alijſque vitijs notati, minimè admittendi; ne vitijs eorum fauere videamur.

Cap. 53. *Omnes promiſcuè hoſpitio excipiendi.*

Hieron in proœm. 17. comment. in Ezech.

Hieron. Apolog. in Rufin.

Excluſis hæreticis & Anathematiſatis.

Bonos

Digitized by Google

Boni cur ſemper admittendi.

Bonos verò promiſcuè admittendos, S. BENEDICTI ratio ſuadet. Omnes enim Chriſtum repræſentant, omnes Chriſti ſunt membra, & pro omnibus Chriſtus mortuus eſt: Chriſtus proinde io eis aut ſuſcipitur, aut excluditur. Quare S. Siluester omnes peregrinos Romam venientes (teſte Metaphraſte) lubenter excipiebat. Et S. Gregorius quotidie ad menſam ſuam quotidie inuitabat. Ambroſius verò promiſcuam hãc hoſpitalitatem meritò commendat. *Magna*, inquit, *hoſpitalitatus eſt gratia, nec facilè violanda; omnibus aperta eſt, omnibus parata eſt: & Sanctos libenter ſuſcipit & peccatores tolerat patienter.* Quid, quod ſancti Patres moneant, non anxiè ſcrutanda merita, aut ſtatum ſuſcipiendorum hoſpitum. *Propoſitum nobis eſt*, inquit Hieronymus, *pedes lauare venientiũ*. Similiter Auguſtinus: *Multò melius eſſe arbitramur in hoſpitibus ignotis ſuſcipiendis malum hominem perpeti, quàm forſitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauetur, ne recipiatur malus.* Vide plura apud Chryſoſtomum.

Metaph. apud Sur. 30. Dec. Ioan. Diac. lib. 2. c. 22. Ambroſ. ſerm. 32.

Non anxiè ſtatum inquirendum. Hieron. in Apol. ad. ueiſ Rufin. Auguſt. epiſt. 149. Chryſoſt. hom. 41. in Geneſ. & hom. 33. in epiſt. ad Hebr.

Quid, ſi nõ ſuppetant diuitia ad omnes excipiendos.

Sed enim, dicet aliquis, quomodo omnes poteruot recipi in Monaſterijs præſertim pauperioribus? Vnde tãta opum vis, vt omnibus congruum præſtetur ſubſidium? Vix ipſis Religioſis alicubi ſuppetũt neceſſaria, & qui illi obuios quoq; hoſpitio & menſa excipieot? Reſpõdere hic illud liceat quod filio ſuo Tobias dicebat: *Quomodo potueris, ita eſto miſericors. Si multùm tibi fuerit, abũdanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude.* Et verò opus hic in Deo fiducia, cui *fœneratur, qui miſeretur pauperis.* Nam *qui dat ſemen ſeminanti, & panem od manducandum præſtabit*, inquit Apoſtolus. Quin & illud dicere liceret, quod Cellerario S. BENEDICTVS inculcat: *Cui ſubſtantia non eſt quæ tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bonus, vt ſcriptum eſt: Sermo bonus ſuper datum optimum.* Si defiot diuitiæ, & varij menſarum apparatus, ſaltem tecto & lecto, & qualicũmque menſâ Hoſpites excipiantur.

Tob. 4. 8. Prou. 19. 2. Cor. 9. Cap. 31. Eccl. 18

Saltem aliquid impendendum.

Nullam enim hîc admittit excuſationem S. Hieronymus. *Poterit alius*, inquit, *cauſſari & dicere, paupertate prohibeor, tenuitas me retinet, vt hoſpitalis eſſe non poſſim: & hanc excuſationem leuiſſimo præcepto diluit, vt talicem aquæ frigidæ toto animo porrigamus. Frigida, inquit, aquæ, non calidæ, ne & in calida paupertatis ex penuria lignorum occaſio quæreretur.* Hæc Hieronymus. Fateor tamẽ difficile eſſe omnes paſſim admittere. Vnde Caſſinenſes: Etſi, inquiunt, modernis temporibus frequẽtia hoſpitum difficultatem generet adimplendi omnia, quæ textus Regulæ continet: habitâ tamen diſcretione, & temporum ac perſonarum conſideratione, facilè ſaltem vtiliora implebuotur. Sic ibi.

Hieron. in Matth. lib. 2. cap. 10. Caſſin. ad cap. 53.

Quinam maximè excipiendi.

Verùm enimuerò, etſi communis & congrua omnibus debeat impẽdi charitas, deſignat tamen S. Pater quibus ea magis exhibenda: *Omnibus*, inquit, *cõgruus honor exhibeatur, maximè domeſticis fidei, & peregrinis.* Quod exponens Smaragdus: *Quamuis*, inquit, *vna charitas omnes ampleɛtatur interiùs, aliter tamẽ exteriùs congruit miniſtrare pauperibus, aliter potentibus, neque enim æqualis omnibus danda eſt ſeſſio, neque æqualis omnibus ciborum cõuenit præparatio: ſed vnicuiq; neceſſe eſt cum charitatu diſcretione congruus locus, congruus cibus, congruus lectus, congruus omnibus exhibeatur & honor. Vt congruè à nobis recepti ſine murmurio ad propria reuertãtur amici.* Aliter ergo, vt habet Petrus Boerius, hooorari debet Epiſcopus & Abbas, aliter Clericus & Monachus: aliter Prælatus, aliter ſubditus: aliter magnæ religionis & famæ adueoiens frater, aliter Sarabaita vel Gyrouagus: aliter nobiles, & aliter pauperes, & generatim ſecundùm qualitatem ſuſceptæ perſonæ ſeroetur decentia in honoris exhibitione, in ciborum præparatione, io occurſione & in aſſociatione. Quod autẽ ait *Domeſticos fidei*, duobus modis, inquit Smaragdus, *intelligere debemus, ſine omnes generaliter Chriſtianos, vnã nobiſcum fidem, vnum habentes baptiſma, ſine ſpiritualiter Monachos qui nobiſcum Deo peculiarem fidei cultũ, & religionis exhibent famulatum.* Quod poſterius magis placet. Qui enim à fidei communione exortes ſuot, vt hæretici, Gentiles, Iudæi, hi ad hoſpitalitatis participationem vix ſunt admittendi. Quod Iſidorus diſertis verbis expreſſit: *Licet omnibus hoſpitalitatis bonum cum gratia oporteat referri, vberior tamen Monachis deferenda eſt honorificentia hoſpitalitatis.*

HOSPITIVM.

Diſcrimen attendendum inter perſonas.

Qui ſint domeſtici fidei.

Iſidor. in Reg. c. 22.

Ponit antè & S. BENEDICTVS quoddam inter pauperes, & diuites diſcrimen: *Pauperum & peregrinorũ maximè ſuſceptio omni curâ ſolicitè exhibeatur, quia in ipſis magis Chriſtus ſuſcipitur. Nam diuitum terror ipſe ſibi exigit honorem.* Præfert pauperes diuitibus ſecũdùm ioteriorem affectum & ſuſceptionem deuotionis, vt inquit Bernardus Caſſinenſis, *Diuitibus verò quoad externa maior honos exhibedus.* Cauſſam autẽ aſſignat, quia io pauperibus magis Chriſtus ſuſcipitur. Ipſe enim propter oos pauper fuit, natus in paupere domo, paupere matre, & totavita paupertatem adeò coluit, vt nõ haberet vbi caput reclinaret. Magis ergo in pauperibus Chriſtus ſuſcipitur, quia meliùs eum repræſentant. Deinde nulla ferè cauſſa ſuſcipiendi pauperes eſſe poteſt, quam ipſe Chriſtus, ob cuius amorem admittuntur. In diuitibus ſæpe oobilitas, ſplendor generis, affectatio amicitiæ, ſpes retributioois, aucupatio alicuius fauoris aut beoeuolentiæ, aliaque cooſiderari poſſuut, quæ ad eorum permoueaot ſuſceptionem, vt non tam propter Chriſtum, quã ob alium quemuis reſpectũ grati ſint. Audiendus hîc pro multis Chryſoſtomus: *Non ſub hac ſpe*, inquit, *alijs beneficia confera-*

Pauperum cur habenda ratio.

Bernard. Caſſin. in cap. Reg. 53.

Diuites quibus titulis præferantur.

Chryſoſt. homil. 1. in epiſt. ad Coloſſ.

HOSPITIVM.

conferamus, vt nobis retribuant. Hæc enim frigida eſt intẽtio, vnde talis amicitia celeriùs euaneſcit. Si verò pauperem vocaueris, Deum nũquam obliuiſcentem habebis debitorem. An rectè. *Quantò minor eſt frater, tantò magis per eum Chriſtus accedit & viſitat. Nam qui magnum ſuſcipit, ſæpe propter vanam gloriam facit, & vtilitas pluries quæritur, vt promoueatur per illum.* Pluribus autem Ambroſius contendit pauperes diuitibus præferendos, quem vide ſi placet. Ambroſ. l. 2. offic, cap. 25.

Religioſi Mendicantes maximè ſuſcipiendi. 1 Tim. 5. Matth. 10. Ex hoc verò capite maximè ſuſcipiendi ſunt Religioſi Ordinũ Mendicãtium, digni vtique duplici honore, vtpotè laborantes *in verbo & doctrina*, de quibus Dominus: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.* Quare & in Statutis Capituli prouincialis Monachorũ noſtri Ordinis in Prouincijs Cantuarienſi & Eboracenſi hoc decretum: Anno 1444. cap. 9. *Cùm iuxta canonũ ſanctiones in hoſpitalitate non ſit facienda diſtinctio, ſed indifferẽter, & abſque perſonarũ delectu, hoſpitales nos exhibere, quibuſcumque ſufficimus, debeamus: ne quod abſit, dum hominem quempiam repellere credimus, Deum à nobis in homine repellamus: id firmiter obſeruari mandamus, vt fratribus Mendicantibus quibuſcumq; ad noſtri Ordinis Monaſteria venientibus, iuxta ſtatuum eorũ exigentiam, victualia miniſtrentur.* Deſumptum autem id eſt ex antiquiori Capitulo anni 1343. vbi ijſdem verbis hoc præſcribitur.

DISQVISITIO III.

An Mulieres Hoſpitio ſuſcipiendæ?

TANTA eſt ſequioris ſexus illecebra, tantum meliori ab eâ periculũ, vt tam diuinæ litteræ, quàm Patrũ ſentẽtiæ omne commercium inter inæquales ſexu intercidere videantur. Occurrunt hæc paſſim, vna alterave hîc ſuffecerit. Patres vix ſinunt Monachos cum mulieribus loqui. *Hoſpitiolum tuum*, inquit Hieronymus, Hieron ad Nepot. epiſt. 2. *aut rarò, aut nunquã mulierum pedes terat. Omnes puellas & virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto manſites.* Et B. Ephrem: Ephræm tom. 2. in doctr. varia. *Non decet*, inquit, *Monachum vllam habere cum femina ſocietatẽ: ad eam verò quæ virginitatẽ profitetur, prorſus ne acceſſeris, ſiquidem vllus in te carnalis ſenſus viget. Nam Monachũ inter epulas cum feminis verſari, idem eſt ac ſe in ignem proijcere.* Ob periculum caſtitatis. *Qui autem earum fugit conſuetudinẽ, fugiat tamquam dama ex retibus, & velut auis ex laqueo. Mulieres*, inquit Baſilius, Baſil. ſerm. de Monaſt. inſtitut. *à Monaſteriorum ingreſſu prorſus arceantor.* Idemq; alibi: Idem cap. 4. *Fugiendæ in primis, cum mulieribus nobis cõgreſſiones ſunt, collocutioneſque, neque ad eas vmquã accedẽdum, niſi cùm grauiſſima nos aliqua ad eas neceſſitas impellat, & aliter facere non poſſimus. Atque ipſa etiam vbi nos neceſſitas adegerit, ab ipſis nõ ſecus atque ab igne cauendũ eſt. Adeò vt quàm ocyſſimè nulla mora ab iſtis nos extricemus.* Pluribus verò interiectis: *Danda opera eſt, vt ſi fieri poſſit mulierũ colloquia congreſſuſq; funditus fugiamus. Sin id non poſſit, in eo enitẽdum eſt certè, vt quàm rariſſima illa, & quàm breuiſſima fiant: neque id ex odio ſexus, apage, neque vt qui cognationẽ illarum abnegemus: quin potiùs earum etiam patrocinũ ſuſcipiamus, congreſſum tamen defugiamus, ne ex ipſarum aſpectu in memoriam eius, cui ſemel nuntiũ remiſimus, libidinis redire cogamur.* Hæc Baſilius. Prudenter proinde dixit quidam Senior: Moſch. in Prat. Spirit. cap. 217. *Filioli ſal ex aqua eſt, & ſi appropinquauerit aqua continuò ſoluitur, & deficit: & Monachus ſimiliter ex muliere eſt, itaque ſi appropinquauerit mulieri, ſoluitur & ipſe, atque in id deſinit, vt iam Monachus non ſit.*

Mulieres à clauſtris exclusæ. His alijſque de cauſſis, plerique ſanctorum Patrum feminas omnes omnibus Monachorum clauſtris excluſerunt. Sanè de Fiacrio notæ ſanctitatis Eremita apud Meldẽſes, Sur. in vit. 30. Auguſt. memoriæ proditum eſt, feminis Monaſterij ſepta, quod Virgini Matri iſtic extruxerat, vſque adeò voluiſſe interdicta, vt precibus à Deo cõſecutus ſit, vti quæcumque pedem proteruè intuliſſet, hanc protinus vltio diuina repelleret. Huius inſtituti Brovver. antiq. Fuldenſ. lib. 1. c. 8. tanta fuit in Fuldẽſi Monaſterio obſeruantia; vt feminam recipere, non dicam aliquatenus intra ſepta, ſed in publicæ baſilicæ penetralia, Fulda etiã à templo. multis ſæculis nefas extiterit atque religio. Cuius rei teſtem familiarẽ habemus Rudulphum in memoria S. Liobæ, quam Fuldenſium Monaſterium ſic ingreſſam fatetur, vt nec priùs, nec poſteà vlli vmquam feminarum id concedi potuerit: *Quia loco illi*, inquit, Sur. in vit. c. 22. *ex eo quo Monachis habitari cœptus eſt, femineus negabatur ingreſſus. Tãtùm autem huic Liobæ ſoli conceſſus erat; quia S. Bonifacius Martyr ſenioribus eam commendarat, corpuſq; eius ibi ſepeliendum decreuerat.* Hoc autem priuilegiũ Zacharias Papa S. Bonifacio Cum Pontificum priuilegio. conceſſerat, quo æternùm vetitus feminarum ingreſſus, quod tãti deinceps habitum fuit, vt cõfirmari etiam à ſummis deinceps Pontificibus Martino, Silueſtro, & Ioanne alijſque petierint. Hinc cùm Lotharius rex anno Chriſti 1132. Fuldæ cum coniuge Pẽtecoſten celebraret, ſacrum nõ in primario, ſed in noui montis vicino Monaſterio celebratum fuit, eò quòd reginæ in iſtud aditus eſſet interclusus. Tale & illud quod ex veteri Chronico habetur. Etiam regina excluſa. Anno 1165. *Fridericus Imperator de Saxonia, in qua ieiunauerat, in vigilia Palmarum Fuldam peruenit; & quia regina in comitatu eius erat, vrbem ei intrare nõ licuit. Montem igitur Epiſcopi adiens, ibi ſequentem diem Palmarum honorificè celebrauit.* Scribit verò Browerus, Brovv. ſupra. cùm Bonifacius IX. certis diebus mulieribus templi ingreſſum induliſſet, Templi conflagratio, vnde. templum fulmine de cœlo tactum conflagraſſe, ſeptimâ die menſis Iunij, id eſt, triduo poſtquam S. Bonifacij feſtâ luce, feminis in baſilicam & Monaſterij ſepta, tũc

primùm

Digitized by Google

primùm ingreſſus datus. Tam chara nimirùm Deo fuit hæc feminarum à Monaſterijs excluſio.

Canones à Monaſterijs feminas arcent. Concil. Later. I.

Prudenter proinde olim Gregorius Magnus in Concilio Lateranenſi, Monachis priuilegia exemptioneſq; concedens, prohibuit miſſas publicas ab Epiſcopis in cœnobijs fieri; *Ne*, inquit, *in ſeruorum Dei receſſibus, & eorum receptaculis vlla popularis conuentus præbeatur occaſio, vel mulierum fiat nouus introitus, quod omninò nō expedit animabus eorum.* Hæc Gregorius. Hinc Turonenſe Concilium I. ſtatuit: *Mulier intra ſepta Monaſterij* B *nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte aut Præpoſitus negligēs apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim eiecerit, excommunicetur.* Et Antiſſiodorenſe: *Si quis Abbas mulierem in Monaſterio ſuo ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus menſibus in alio Monaſterio retrudatur pane & aquâ contentus.* Caſſinenſes in Declaratorio, de hâc re ita præſcribunt: *Mulieres verò ſiue laicas, ſiue Religioſas, cuiuſcumque ætatis, gradus, ſtatus, & conditionis ſint, prohibemus diſtrictiùs intra* C *ſepta Monaſteriorum noſtrorum quauis occaſione duci, ingredi, aut morari. Quod ſi contra ſcienter fuerit attentatum, iuxta litteras Eugenij IV. Pij V. & Gregorij XIII. tam ipſa mulieres, quàm earum ductores & receptores (ſi voluntariè hoc fecerint) ipſofacto ſententiam excommunicationis incurrent, alijſque pœnis, prò vt in ipſis bullis ſubiacebunt.*

Conc. Turon. I. can. 17.

Conc Antiſſiod. can. 26. *Sub certis pœnis.*

Caſſin. ad cap. 53. nu. 21.

Mulieres caſibus ſuſcipi poſſunt.

Quamquam autem hæc ita ſint, meritòque mulieres à clauſtro, choro, & habitaculis Monachorum arceantur, aliquid tamen hoſpitalitatis infirmiori ſexui extra loca regularia impendi charitas ſubinde ſuadet, D aut ineuitabilis neceſſitas. Vnde S. Pachomius feminas quoq; ad xenodochium Monaſterij ſui recipiebat, cuius hæc in Regula conſtitutio: *Si ſæculares homines, aut debiles, aut vaſa infirmiora, id eſt, mulierculæ, venerint ad oſtium, ſuſcipient ſingulos in diuerſis locis iuxta ordinem Præpoſiti, & ſexus ſui, præcipuè feminas maiori honore & diligentiâ curabunt, cùm omni timore Dei, & locum ſeparatum ab omni virorum vicinia eis tribuent; vt nulla ſit occaſio blaſphemandi. Quod ſi ad veſperas venerint, abijcere eas nefas eſt, ſed accipient, vt diximus ſeparatum locum, & clauſum cum omni diſciplina, atque cautela, vt grex fratrum liberè ſuo officio ſeruiat, & nulli detur offendiculum detrahendi.* E

Pachom in Reg. ar. 29.

Exemplo S. Benedicti.

Hæc S. Pachomius. S. P. N. BENEDICTVM feminas ſuſcepiſſe inſinuat S. Hildegardis, vt & aliàs citauimus. Minimè verò dubito, ſi feminas vllas B. Pater vmquā ſuſceperit, quin id fecerit tanta, ſi non maiore cautione, quâ quotannis ſorôrem ſuam ad colloquium admittebat. Non ergo intra Monaſterij ſepta, vel illa, vel vlla fuit mulier recepta. Cluniacenſes quoque mulieres alicubi recepiſſe, auctor eſt Petrus Venerabilis, qui

Cluniacenſium.

A S. Bernardo ita ſcribit: *Clericis, militibus ruſticis, clientibus, mimis, & diuerſarū qualitatum hominibus ipſis quoque, quæ ab hoſpitali charitate non excluduntur, mulieribus, Monachi cohabitabunt;* ſi nimirùm ſingulos ſalutare, & manus pedeſque abluere velint. Vſus Ciſtertienſis feminas, quas intra regularia loca nō admittit, alicubi foris excipere ſolet. Sic enim habet: *Pueri paruuli non ſolent duci ad orationem. Sed nec qui cum mulieribus veniunt recipi, ſed foris cum mulieribus victus datur eis.*

HOSPITIVM. Petr. Ven. lib. 1. epiſt. 28.

Et Ciſtertienſium.

Vſus Ciſt. cap. 120.

B

DISQVISITIO IV.

Quanti temporis Hoſpitum indulgendum?

Nihil definitum à S. Benedicto.

CERTVM temporis ſpatium Legiſlator non definiuit, quo hoſpites in Monaſterio morari poſſint, relinquens hoc, prout multa alia, Abbatis diſcretioni, & charitati, cui nullam opus eſt præfigere menſuram. Patres verò Camaldulenſes ita habent: *Nullus cuiuſuis rei prætextu, vltra tres dies in noſtris Monaſterijs detineatur, niſi fortè ob negotium ali*- C *quod Monaſterij, aut ob vrgētem aliquā neceſſitatem.* Sic illi. Quorum rationabilis cōſtitutio, nam propter multitudinem & frequētiam hoſpitum huius temporis, vix aliter poteſt fieri. Tēpore verò S. BENEDICTI rariorem arbitror hoſpitum fuiſſe aduentum, nam vt S. Hildegardis ait: *Illo tempore Monachi tumultum ſuperuenientium extraneorum nondum ſentiebant: ſed qui eos adibāt, Chriſtum & non aliud ibi quærebant, quem etiam in ſanctis operibus ibi inueniebant.* Innuit ergo ſancta hæc virgo, etiam ſuo tempore non tam propter Chri- D ſtum, quàm alijs de cauſſis ſæculum & carnem magis ſapientibus, adita fuiſſe Monaſteria, prout hodie etiam pleriſque locis fit; vt proinde tridui hoſpitalitas abundè eis ſufficere debeat, ne ſuperfluitate ſua (vt ſæpè fit) ſeruos Dei perturbent, aut ſæcularibus moribus Religioſos inficiant. Neque verò honeſtiores vltra hoc tempus abſque cauſſa remorari vellent.

Camald ad cap. 53. Reg. S. Bened.

Cuius æuo rariores erant hoſpites.

Hildegard. in Reg. S. Bened.

Et aliâ cauſſâ veniebant.

Tridui hoſpitalitas ſufficiens.

Poſt tres quippe dies, vileſcit piſcis & hoſpes:
Ni ſale conditus, vel ſit ſpecialis amicus.

Obſeruatum id etiam à Comico:

E *Hoſpes nullus tàm in amici hoſpitium diuorti poteſt,*
Quin, vbi triduum *continuum fuerit, iam odioſus fiet.*

Plaut. in milit. act. ſcen. 1.

Olim quoq; tantumdem temporis hoſpitalitati priſci illi Monachi in eremo degentes tribuebant. Vnde quidā, vt in Vitis Patrum legitur, diſcedentes fratres, qui charitatis officium non benè interpretabantur, retinere volens, dicebat: *Manete aliquantum temporis nobiſcum; ſin aliàs, vel propter mandatum, dies tres ſecundùm conſuetudinem eremi facite nobiſcum. Illi autem videntes, quia non relaxaret eos, fugerunt occultè.* Sic ibi.

Vit. Patr. lib. 5. libel. 10. nu. 97.

Cete-

HOSPITIVM.

An Monachi peregrini ſuſcipi poſſint quādiu voluerint.

Walloncap. tract. hoſpit. c. 4.

Ceterùm indicat Petrus Walloncapellius, Monachos peregrinos & Sacerdotes ob fidem patriâ pulſos tanto tempore ſuſcipiendos, quanto deſiderauerint, idque auctoritate S. BENEDICTI nititur confirmare: Equidem, inquit, quod D. BENEDICTVS auctoritate Regulæ in Monachorum peregrinorum ſuſceptione ſanxit obſeruandum, idipſum omninò in ſuſceptione Sacerdotum egenorum ſeruandum cenſuerim, & tantò magis, quantò dignitate præſtat ordo Sacerdotalis Monaſtico. *Si quis*, ait, *Monachus peregrinus de lōginquis regionibus ſuperuenerit, & pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio, & contentus fuerit conſuetudine loci, quam inuenerit, & non fortè ſuperfluitate ſua perturbat Monaſterium, ſed ſimpliciter contentus eſt eo, quod inuenerit, ſuſcipiatur quanto tempore cupit.* Quid ni ſic hodie ſuſcipiantur Sacerdotes, ob Catholicam fidē exules, cùm Monaſteriorum bona, poſt iuſtam ſatisfactionem pauperum eſſe conſtet? Sic ille. Cuius quidem vt zelum pro pauperibus Sacerdotibus iudico commendandum; ita perſuadere mihi non poſſum confici ex S. BENEDICTI verbis, quod ille intendit. Agitur enim illo capite de Monachis peregrinis non ſimpliciter ad hoſpitium ſuſcipiendis, ſed ad Monaſticam profeſſionem, ſiue loci ſtabilitatem, vt omnes fatentur, & ex ipſo textu patet. Quod autem dicit, *ſi pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio, ſuſcipiatur quanto tempore cupit*, id ita intelligendum, vt hoſpitalitatis tempus loco nouitiatus ei ſeruiat, cùm in priori Monaſterio profeſſus, ſecundo non videatur egere tirocinio. Id verò ex ipſis S. BENEDICTI verbis intelligitur, ait enim: *Si verò poſteà voluerit ſtabilitatem ſuam firmare, non renouatur talis volūtas, & maximè quia tempore hoſpitalitatis potuit eius vita dignoſci. Quod ſi ſuperfluus aut vitioſus repertus fuerit tempore hoſpitalitatis, non ſolùm non debet ſociari corpori Monaſterij: verumetiam dicatur ei honeſtè vt diſcedat, ne eius miſeriâ etiam alij vitientur.* Ex quibus manifeſtum eſt, hanc peregrinorum Monachorum ſuſceptionem intelligi in ordine ad profeſſionem, eadem phraſi, quâ caput 58. inſcriptum eſt: *De diſciplinâ ſuſcipiendorum fratrum*, & quâ dixit: *Si quis de ordine Sacerdotum in Monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit.* Et ipſe Walloncappellius in MS. Regulæ commentario ſic prorſus ſentit.

Putat quidam, Cap. 61.

Et ad Sacerdotes ob fidem exules extendit.

Non videtur id conſici ex Regula.

Cap. 58.

Cap. 60.

Quibus diuturnior hoſpitalitas indulgenda.

In viam igitur redeuntes aſſerimus, longioris temporis hoſpitalitatem iure meritòque indulgeri ijs, qui eo animo Monaſteria accedunt, vt bonam Monachorum conuerſationem cominus ſpectent, ab eaque ædificentur; & qui experiri voluerint, num Ordinis noſtri exercitijs pares futuri ſint. Addo his, qui pietatis & recollectionis cauſsâ ſe in Monaſtica ſolitudine exercere ad tempus voluerint; aut quos ibidē detinet negotiorum honeſta cauſſa, aut alia neceſſitas ex iudicio & voluntate Abbatis, cuius diſcretioni atque arbitrio, vt dixi, S. Pater totam hanc rem reliquit. Inhoſpitalis etenim videbitur Superior, qui quantumuis importunum hoſpitem vltra triduum remanentem, inurbanè dimiſerit; totamque quam præcedentium dierum beneuolentiâ contraxerat gratiam, inciuili dimiſſione, quam expulſionem ingrati interpretabuntur, elidet. Nam vt dici ſolet:

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

A B

DISQVISITIO V.

Quo loco excipiendi Hoſpites?

NON omittenda in hoc Tractatu circumſtantia loci, in quo hoſpites tractandi: peculiarem enim his domum, aut cubiculum deſtinari, & ratio ſuadet, & vſus oſtendit. Vocatur autem à S. BENEDICTO *cella hoſpitum*: ea notione, quâ integrum dormitorium, & locum infirmorum *cellam* dixit. Bernardus Caſſinenſis ait: *Licet in ſingulari de cella loquatur, non debet tamen eſſe Religioſorum, & laicorum, diuitum, & pauperum peregrinorum vna cella, ſed plures: alius enim frater pauperum, alius diuitum, debet curam habere, & in alio loco debent prouiſores vtriſque ſeparatim prouidere.* Hoſpitalis ergo aliqua domus, in quâ plures cellæ ſiue cubicula, aut ſaltem lecti ſtrati, in Monaſterijs exſtruenda eſt, cuius quidem magnam olim habitam rationem, vt congruo ædificaretur loco, ex S. BENEDICTI vita conſtat: nam fratribus iuxta Taracinenſem vrbem Monaſterium ædificaturis dixerat: *Ite, & die illo ego venio, & oſtendo vobis, in quo loco Oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo* SVSCEPTIONEM HOSPITVM, *ædificare debeatis.*

Cella hoſpitum S. Benedicto nota.

Cap. 22. Cap. 36.

C

Eius habitatio in Monaſterijs ædificandis.

D

Gregor. lib. 2. Dial. cap. 22.

Quo autem loco putamus ab eo Hoſpitum ſuſceptionem deſignatam? exiſtimare licet remotiori à clauſtro & conuentu fratrum, ob eam quam alibi dat rationem: *Coquina Abbatis & Hoſpitum per ſe ſit, vt incertis horis ſuperuenientes Hoſpites, non inquietent fratres.* Quod ſi ſpecialiùs Hoſpitij locum petas deſignari, veroſimilius eſt circa portam, aut introitum Monaſterij fuiſſe exædificatum. Nam S. Pachomius *ſequeſtrato loco iuxta Monaſterij fores Hoſpites excipiebat.* Cuius facti eam Dionyſio Presbytero reddidit rationem: Quod nuper multi ex fratribus eſſent conuerſi, nec ſatis inſtructi, inter quos & pueri. *Idcirco*, inquit, *credidi eſſe commodius, vt ſuperuenientes fratres ſeorſum ſuſciperentur, in honore maximo conſtituti.* Sed quid de his ipſa Pachomij Regula? *Quando*, inquit, *ad oſtium Monaſterij aliqui venerint, ſi Clerici fuerint, aut Monachi, maiori honore ſuſcipiantur; lauabunt pedes eorum; ſeruabunt Euangelij præcepta,*

Constructa circa portam Monaſterij.

Cap. 53.

E

Vitâ Pach. cap. 13.

Quam vetus conſuetudo ſeparandi hoſpites à Religioſis.

Reg. Pach. art. 28.

Digitized by Google

cepto,& deducent ad locum Xenodochij,præbebunt omnia, quæ apta ſunt vſui Monachorum. Cauſſam verò cur peculiare conſtituerit Xenodochium, ipſe ſubiungit: *Vt nimirùm grex fratrum liberè ſuo officio ſeruiat, & nulli detur offendiculum detrahendi.*

Viguit etiã poſt S. Benedictum.
Reg. Mag. cap.79.
* Id eſt,mãticas,peras, à Gallico, *Beſace.*
Concil.Aquiſg. can. 27.

Sed & poſt S. BENEDICTVM id obſeruatum,ex Regula colligas Magiſtri, cuius hæc verba: *Cellaperegrinorum ſemotè à Monaſterio conſtituatur cum lectis ſtratis, vbi ſuperuenientes fratres,maximè ignoti dormiant,& * biſacias ſuas ponant.* Supponit idipſum Concilium Aquiſgranenſe decernens, *Vt Abbas, vel quiſpiam fratrum, ad portam Monaſterij cum Hoſpitibus non reficiantur.* Ad portam,inquit, quod ibi eorum eſſet Hoſpitium: nam alibi exceptos aduentantes aliunde Monachos, conſtat ex can. 58. quo dicitur: *Vt dormitoriũ iuxta oratorium conſtituatur, vbi ſuperuenientes Monachi dormiant.* Cõformiter Cærimoniale S. Iuſtinæ ſtatuit, *vt vbi fuerint hoſpitia Religioſorum,& ſæcularium per ſe ſeparata,ſecundùm ſtatum ſuum ad locum conuenientem deducantur.* Metuebant quoque Camaldulẽſes ex Hoſpitum cum fratribus coniunctione nonnihil periculi, proinde præſcripſerint: *Vt dum ibi morãtur, remotiùs à Monachorum habitatione hoſpitentur, ne fortè illi à nobis, vel nos ab illis incommodum aliquod patiamur.*

Cærim. S. Iuſtin.p.3. cap. 10.
Camald.ad c.53.Reg.

Quæ hoſpitij ſupellex.

In hac autem cella hoſpitum vult S. BENEDICTVS eſſe *lectos ſtratos ſufficiẽter.* Quod intelligendũ non tantùm ad lectorum qualitatem, ſed etiam ad numerum; vt ſenſus ſit; tot ſint lecticæ cum lectulis ſuis, quot aduentãtium perſonarum numerus requirit. Conuenit etiam vt alia Hoſpitibus neceſſaria in eodem cubiculo non deſiderentur.

DISQVISITIO VI.

Quid Fratribus circa Hoſpites obſeruandum?

Tria circa Hoſpites ſeruanda.

QVIA fratrum contemplatiuæ vitę vacantium quies, ſilentij vigor, & regularis diſciplina Hoſpitum aduentu interturbari facilè poſſet, voluit prudentiſſimus Legiſlator huic incommodo, quà liceret, obuiare. Tria proinde circa illos fratres, quibus iuſſum non eſt cum hoſpitibus agere, conſtituit.

1.
Vt conuentus propter ipſos non frangat ieiunium.
Cap. 53.

PRIMVM; vt etſi *ieiunium à Priore frangatur propter hoſpitem, fratres tamen conſuetudines ieiuniorum proſequãtur.* Cauſſam aſſignat Smaragdus: *Ne pro vno,* inquit, *hoſpite à toto Monaſterio ieiunij ſolemnitas auferatur. Nam vt charitas monſtretur haberi in hoſpite, ſolummodo ieiunium mandat frangi à Priore, & maximè propter ipſum hoſpitis honorem ſolus mãdat ieiunium ab ipſo Monaſterij Seniore.* Sic ille. Et ſanè ſi ab omnibus in aduentu Hoſpitum ſolueretur A ieiunium, iam nulla ſupereſſent regularia ieiunia. Cùm enim, vt S. BENEDICTVS ait, hoſpites numquam deſint Monaſterio, nũquam etiam deeſſet occaſio frangendi ieiunium. Regula tamen Magiſtri indulget ieiuniorum diebus propter hoſpites communem refectionem fratrum anticipari, idque ideò, quia non alio loco, quàm in refectorio hoſpites excipiebantur, ſed verba eius ſiſtamus. *Cũ fratres extranei ſuperuenerint, ſi quarta, ſexta feria & ſabbatum fuerit, voce præſentis Abbatis, aut Cellerarij, ſi abſens fuerit Abbas, ro-* B *gentur ad refectionem remorari ad Nonam, ſi autem vſque ad tertiam admonitionem, non vſque ad nonam conſenſerint remorari, ſed pro certo ſe vrſerint ambulare propter charitatem aduentus eorum, fracto ieiunio, omnes fratres Monaſterij, cum eis ad Sextam communicent. Si autem ante Sextam ſe vrſerint ambulare quæuis hora fuerit feſtinationis inuenta, iam ſine domeſticis fratribus ipſi ſoli reficiant.* Sic ibi. Non eſt autem magna ieiunij violatio horam refectionis ad horam vnam aut alteram præuenire ex rationabili cauſſa: cùm id etiam in Eccleſia- C ſtico ieiunio licere, auctores tradant. Circumſtãtia enim temporis non eſt de intrinſeca ratione ieiunij, & hora ſumendæ refectionis non eſt de ieiunij ſubſtantia, vt ait Bonacina, & Doctores ab eo citati.

HOSPITIVM.
Reg. Mag. cap.72.
Magiſter hic indulgentior.
An præuentio ieiunij violet.
Bonac.to. 2 diſp.vlt. q 1.p.4.n.2.

11
Vt non loquantur hoſpiti ſine licentia.

SECVNDVM, quod fratribus præſcribitur, eſt, *Vt hoſpitibus cui non præcipitur nullatenus ſocietur, neque colloquatur.* Hinc B. Macarius apud Smaragdum ait: *Nullus niſi cui cura circa hoſpites fuerit iniuncta reſponſum det venientibus, neque ſermocinari alicui fratri licebit, niſi ſoli qui præeſt, aut quos ipſe iuſſerit.* Vete- D rem autem eſſe hanc Monachorum obſeruantiam, teſtatur S. Dorotheus diligẽs eiuſdẽ obſeruator. Refert enim ſe in tentatione poſitum vidiſſe quemdam virum grauiſſimum Epiſcopali ſchemate inſignem, ſacra quædam manibus ferentem, ſacrarium ingredi. *Ego verò qui numquam ex veteri Monachorum conſuetudine hoſpitibus adhæſeram; abſq; neceſſitate, aut ſine permiſſione & voluntate Senioris, ac Patris Monaſterij, eo tempore neſcio quo trahente illum ſecutus ſum.*

Doroth. ſerm. 5.

Sanctus verò Baſilius mulctam impoſuit E cum externis vel hoſpitibus loquentibus. Sic enim in animaduerſionibus aduerſus Canonicas delinquentes ait: *Quæ cum extrario aliquo, eorum qui intrò ingrediuntur, ſermonem contulerit, antequam ei permiſſum ſit ab ea, cui moderanda diſciplinæ ſumma tradita ſit auctoritas, hebdomadam vnam ſegregator.* Et Auctor Pœnarum apud eundem Baſilium, de viris agens: *Si quis cum externis aut proprijs accedentibus conuerſatur, non permiſſus ab Archimandrita exceptis ad hoc deſignatis, careat benedictione.* Iſidorus Hiſpalenſis: *Nullus propinquum vel extraneum hoſpitem vel Monachum familiarem, ſeu parentem videre abſque imperio*

Pœna decreta in præuaricantes.
Baſil. in animaduerſ. nu.10.
Auctor. pœn. nu. 8.
Iſidor in Reg. c.24.

 audeat

REFEC-
TORIVM.

DISQVISITIO X.

Quo ritu Librorum diſtributio facienda?

VT quotidianæ lectionis ſtudium à S. Benedicto præſcriptũ maiori curâ ac diligentiâ à Religioſis ſuſciperetur, non inutiliter quarundam Cõgregationum Patres decreuerunt, vt librorum diſtributio, quæ in capite quadrageſimæ ex præſcripto Regulæ fieri debet certâ quadã ac ſolemni cerimoniâ exornaretur. Nam vt Angelicus Doctor ait: *Habet hæc humanus affectus, vt ea quæ communia ſunt, & nõ diſtincta ab alijs, minus reuereatur, ea verò quæ habent aliquam excellentiæ diſcretionem ab alijs, magis admiretur & reuereatur.* Cùm ergo viderint Religioſi ſolemni quodam apparatu, ritibuſque conuenientibus quotannis libros diſtribui, hinc animus eorum ſine dubio excitatur, vt non vulgarem de ſpirituali lectione opinionem habeant, magniq; apud illos ſit pretij, quod conſpiciunt tot verbis à Legiſlatore præcipi, tãque celebri cærimoniâ cohoneſtari.

Ritus diſtribuendi Libros.

Thom 2.2 q.102.art.4.in corp.

Excitat ad pietatem.

Viſum ideo hîc ex Lanfranci, Valliſoletanis, & Burſfeldenſibus Conſtitutionibus communem ritum, quo libros diſtribuendos ſtatuunt, ordine deſcribere.

I. *Celebratur Capitulum ſolemne.*

In*primis* volunt ſolemne fieri capitulum, cui præſideat Abbas, omneſque interſint Monachi & Nouitij, *etiam infirmi*, aiunt Burſfeldenſes, *ſi tamen valetudo corporalis permittat.*

II. *Bibliothecarius libros præparat.* Stat. Lanfran. cap. 1. §. 3.

Secundò, prinſquã fratres intrent capitulum (cõſtitutio eſt S. Lanfranci) *Cuſtos librorum debet habere congregatos libros in Capitulo ſuper tapetum extenſum, præter eos qui præterito anno ad legendum dati ſunt; illos enim intrantes capitulum ferre debent quiſq; ſuum in manu ſua: de quâ præmoniti eſſe debẽt à prædicto librorum cuſtode in capitulo præcedentis diei.* Burſfeldenſes verò iubent pridie huius capituli libros diſtribuendos à fratribus ad Cantorem deferri, qui eos in capitulo reponat.

III. *Legitur caput 49. Regulæ.*

Tertiò, in principio huius actus capitularis legitur caput 49. *De quadrageſimæ obſeruatione*, & ſecundum Burſfeldẽſes etiam vltima pars capitis præcedentis, ab illis ſcilicet verbis: *In quadrageſimæ verò diebus*: ac deinde
A fit de illis ſermo & exhortatio, quâ finitâ, Cantor iuſſu Præſidentis, ſingulis ſecundũ ordinem codices diſtribuat. Qui eos ambabus manibus præ gaudio diuinarũ ſcripturarum ſuſcipiant, modicè ſe inclinantes. Ita Burſfeldẽſes. Paulò ſolemniũs Lanfrancus: Vult enim, vt Bibliothecariùs, quem *librorũ cuſtodem* nominat, *legat breue, qualiter præterito anno fratres habuerunt libros; cùm verò audierit vnuſquiſq; nomẽ ſuum pronunciari, reddat librũ, qui ad legendum ſibi alio anno fuerat commendatus; & qui cognouerit ſe non perlegiſſe librum, quẽ*
B *recepit, proſtratus culpam dicat, & indulgentiam petat. Iterum prædictus librorum cuſtos vnicuique fratri alium librum tribuat ad legendum.* Valliſoletani verò volunt, vt Cantor in inferiori gradu iuxta Abbatem ſedens, legat memoriale librorum ab Abbate Monachis diſtribuendorum, & vnuſquiſq; vbi nomen ſuum legi audierit, humiliter ſe inclinet, & eleuans ſe vadat ad Abbatem, & oſculetur eius manum dum librum accipit, iterumq; ſe profundè inclinans, reuertatur ad locum ſuum. Factâ deinde librorũ partitione omnes ſe in locis ſuis proſternãt in ſignum hu-
C miliationis, veniam petentes negligentiarũ in choro, lectione, ſtudijs, operæq; commiſſarum. Abbas ſuauiter reprehendat, & pro pœnitentia iniungat choro dextro ſeptem pſalmos pœnitentiales, & choro ſiniſtro officium defunctorum.

Quomodo Monachi Libros ſuſcipiant.

Iuxta Lanfranci decreta.

Item Valliſoletanorum.

IV. *Inſcribuntur libri quos quiſq; accepit.* Lanfranc. vbi ſuprà.

Quartò, Ne libros cõtingat fortaſſe amitti, aut ſi negligenter & ſordidè tractati fuerint, vt ſciatur cuius id culpâ euenerit, ſanxit Lanfrancus, vt: *diſtributis per ordinẽ libris, præfatus librorum cuſtos in eodem capitulo inbreuiet nomina librorum, & eos recipientium.* An-
D notet nimirum in catalogo, quem vnicuique librum dedit.

V. *Deputantur à Prælato circitores.*

Quintò denique, Regulæ inhærendo, hæc Burſfeldẽſes ſubiungunt: Poſtea præſidens deputet vnũ aut duos è fratribus, qui horis quibus vacãdum eſt lectioni, per totum annum circumeant Monaſterium & officinas eius, ſolicitius explorãdo, ſi fortè ſint aliqui vacantes otio, aut fabulis, ſeu aliàs inordinatè ſe gerentes. Quod ſi tales reperti fuerint, ac ſemel & ſecundò admoniti non emendauerint; ſecundum Regulam taliter corripiantur, vt alijs cedat in exemplum.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM
EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SÆCVLVM.

MONA-

Digitized by Google

MONASTICARVM DISQVISITIONVM LIBER VNDECIMVS:

IN QVO HOSPITIVM, ITINERARIVM, VALETVDINARIVM.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et HOSPITALITATEM nolite obliuiſci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis HOSPITIO receptis. *Hebr.* 13.

ARGVMENTVM.

REFECTORIO, actis de more Deo gratijs egredientes, quò nos potiſſimùm conferemus, niſi ad eos, qui extra illud refici conſueuerunt: *Hoſpites,* inquam, *Itinerantes, Infirmos?* Hos in tribus ab inuicem vtcumque diſparatis inuenire erit cubiculis, quæ ſuis inſcripta titulis, ſe primo aſpectu offerunt; *Hoſpitium, Itinerarium, Valetudinarium.* Quæ ne quid præterijſſe videamur, ſigillatim nobis luſtranda. Manifeſtum autem eſt, quantam Hoſpitum, in viam dirigendorum fratrum, & Infirmorum curam accuratiſſimus noſtræ familiæ Pater habuerit. In Hoſpitibus enim Chriſtum ſuſcipi, in ægrotis eidem ſeruiri, pro Itinerantibus eidem ſupplicari præcepit. Nimirùm ſciebat in extremo iudicij die omnium remuneratorem dicturum: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum: Hoſpes eram, & collegiſtis me; Infirmus, & viſitaſtis me.* Itinerantium autem tantò maior Matth. 25.

 exhi-

HOSPITIVM. exhibenda ſolicitudo, quantò maioribus ſiue corporis, ſiue animæ periculis plerumque expoſiti. Cum his igitur, & de his toto hoc agemus Libro, quem in quinque partimur Tractatus, quorum *Primus* De Hoſpitibus ſuſcipiendis. *Secundus*, De modo eos excipiendi. *Tertius*, De menſa Hoſpitum. *Quartus*, De Fratribus in viam directis. *Quintus*, De Infirmis. Elucidamus autem hoc Libro Regulæ S. BENEDICTI capita XXXVI. XXXVII. LI. LIII. LVI. & LXVII.

TRACTATVS I.

DE HOSPITIBVS SVSCIPIENDIS.

HOSPITALEM *ingredimur domum, ad Regulam* S. P. BENEDICTI *conſtructam, legibus eius inſtructam, circa quam diſquirimus* Primò, *Cur de Hoſpitibus ſuſcipiendis peculiariter* S. BENEDICTVS *egerit?* Secundò, *Quinam Hoſpitio excipiendi?* Tertiò, *An mulieres?* Quartò, *Quanti temporis Hoſpitium indulgendum?* Quintò, *Quo loco excipiendi Hoſpites?* Sextò, *Quid Fratribus circa Hoſpites obſeruandum?*

DISQVISITIO I.

Cur de Hoſpitibus ſuſcipiendis peculiariter S. BENEDICTVS *egerit?*

PLVRES ſanctiſſimum Patriarcham impellere potuerunt cauſſæ. Principem autem eam ſtatuo, quam ipſemet expreſſit, ſtatim in ipſo initio dicens: *Omnes ſuperuenientes Hoſpites tamquam Christus ſuſcipiantur: quia ipſe dicturus eſt. Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me.* Quomodo autem Christus ſuſcipiatur, ipſemet declarat: inducens enim ſaluandos in extremo iudicio dicturos *Domine quando te vidimus Hoſpitem, & collegimus te.* Reſpondet: *Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et alibi dixerat: *Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.* Hinc Hieronymus Nepotianum monet: *Menſulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Christus nouerit.* Ita Abraham Patriarcha in Angelis Hoſpitibus Deum ſuſcepiſſe ſcribitur. *Vides*, inquit Ambroſius, *quia Abraham Deum recipit hoſpitio, dum Hoſpites quærit. Vides, quia Loth Angelos ſuſcepit; Qui ſcis an & tu cum ſuſcipis Hoſpitem, ſuſcipias Chriſtum? Licet in Hoſpite ſit Chriſtus, quia Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait: In carcere eram & veniſtis ad me: nudus eram & operuiſtis me.* Auguſtinus: *Diligenter*, inquit, *hæc audite fratres, qui hoſpitalitatem exercere non vultis, qui Hoſpitem velut hoſtem excipitis. Ecce beatus Abraham, dum homines feruenter exciperet, ipſum Deum ſuſcipere hoſpitalitatis contemplatione promeruit. Hoc etiam in Euangelio Chriſtus confirmauit dicens: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Nolite ergo negligere peregrinos, ne fortè quem non excepiſtis, ſit ipſe Chriſtus.* Vnde Chryſoſtomus: *Habes domum, in quam veniat Chriſtus. Dic, hæc cellula Chriſti eſt cubiculum hoc ei ſegregatum eſt. Licet humi ſitum ſit, ac vile, non deſpiciet.* Exemplo autem res hæc non ſemel declarata eſt, audi S. Gregorium: *Quidam Paterfamilias cum tota domo ſua magno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat. Cumq; quotidie ad menſam ſuam peregrinos ſuſciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad menſam ductus: dumque paterfamilias ex humilitatis conſuetudine aquam vellet in eius manibus fundere,*

I. *Quia Christus in hoſpite ſuſcipitur.* Cap. 53. Matth. 18. Matth. 25. 35. Matth. 10. 40. Hieron. epiſt. 2. ad Nepot. *Probatur ex Patribus.* Gen. 18. 19. Ambroſ. l. 2. offic. cap. 21. Auguſt. ſerm. 65. de temp. Matth. 25. Chryſoſt. homil. 45. in Acta. *Et exemplo S. Gregorij.* Greg. hom. 23. in Euang.

Digitized by Google

dere, conuerſus vrceum accepit: ſed repentè eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cumq́; hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem ei nocte Dominus per viſionem dixit: Ceteris diebus me in membris meis, he[illegible]no autem die me in memetipſo ſuſcepiſti. *Ecce in iudicium veniens dicet: Quod vni ex minimis*

Ioan. Diac. lib. 2. c. 22. *meis feciſtis, mihi feciſtis.* Hæc Gregorius, quaſi de alio, quæ Ioannes Diaconus in vita de illomet refert. Viuâ igitur fide Chriſtus in hoſpitis perſona concipiendus, vt tantò accuratiùs ei hoſpitalitatis iura impendantur. Quæ conſideratio, præterquam quod meriti ſit feraciſſima, animum ad pietatem & ſedulam diligentiam magis excitabit.

II. *Quia S. Scriptura hoſpitalitatem inculcat.* *Secunda* cauſſa eſſe poteſt, quòd legiſſet in ſacris litteris crebras ad hoſpitalitatem cohortationes, vnde Iſaias. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq́; induc in domum*

Iſa 58. 7. *tuam.* Et B. Paulus: *Neceſſitatibus ſanctorum*

Rom. 12. 13. *communicantes. Hoſpitalitatem ſectantes.* B. Petrus: *Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.*

1. Petr. 4. 8. *Vnuſquiſq́; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores*

3 Ioan. *multiformis gratiæ Dei.* Et S. Ioannes ab hac virtute Gaium commendat: *Chariſſime*, ait, *fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ, quos benefaciens, deduces dignè Deo.* Pertranſeo hoſpitalitatis exempla in Scripturis commemorata. Abrahæ, Loth, Iob, & aliorum.

III. *Præmium hoſpitalitatis in hoc ſæculo.* *Tertia* cauſſa ſit, ingens præmium huic virtuti tam in hac, quàm in altera vita deſtinatum, de quo paſſim Patres. S. Ambro-

Ambroſ. l. 1. offic. cap. 21. ſius: *Abraham*, inquit, *pro hoſpitalitatis mercede fructum poſteritatis recepit. Loth quoq́; nepos eius non ſolùm genere, ſed etiam virtute proximus, propter hoſpitalitatis affectũ Sodomitana à ſe ſuiſ-*

Idem lib. 1. de Abrah. cap. 5. *que ſupplicia detorſit.* Idemque rurſus: *Deniq́; Iacob oues adaquauit Rachel, & gratiam reperit,*

Geneſ. 29. 9. *& vxorem acquiſiuit. Vnius horæ hoſpitio vidua*

Reg. 1. 7. *illa, quæ ſuſcepit Eliam, & exiguo cibo perpetuum*

4. Reg. 4. *toto tempore ſamis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt numquam de hydria ſarina deficeret. Eliſeus quoq́; defuncti pignoris reſuſcitatione donato reſoluit hoſpitij penſionem.*

Matth. 10. 42. *Et Dominus Ieſus in Euangelio, eum quicumque dederit hoſpiti potum aquæ frigidæ, cæleſtium aſſerit præmiorum non exortem futurum.* Hoſpitalitatis quoque merito diſcipuli Emmaun-

Auguſt. lib. Euangel. quæſt. cap. vlt. tem petentes illuminati ſunt. *Quia hoſpitalitatem*, ait Auguſtinus, *ſectati ſunt, eum quem in expoſitione Scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoſcunt.* Quid Chriſti hoſpites Martha & Magdalena. Matthæus, Zachæus conſecuti ſunt, ex Euangelio no-

Et in futuro. tum eſt. Denique ampliſſimum præmium eſt, quod hoſpitalitas *non tantùm habeat mer-*

Ambroſ. l. 1. de Abrah. cap. 5. *cedem humanæ gratiæ* (vt Ambroſius loquitur) *ſed quod maius eſt, remunerationis diuinæ.*

A Et Chryſoſtomus: *Eiuſmodi res hoſpitalitas eſt, quâ magis accipit, quam dat, qui illam promptè & alacriter exercet.* HOSPITIVM. Chryſoſt. homil. 42. in Gen.

Quarta cauſſa ſit, primitiuorum Chriſtianorum exemplum. Tanta enim inter eos IV. *Exemplum primorum Chriſtianorum.* interceſſit hoſpitalitatis beneuolentia, vt inter Catholicæ communicationis ſymbola illam annumeret Tertullianus, dicens: Tertull. de præſcript. cap. 20. *Itaque tot ac tantæ eccleſiæ, vna eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum vnam omnes probãt vnitatem. Communicatio pacis, & appellatio frater-*

B *nitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ iura non alia regit, quam eiuſdem ſacramenti vna traditio.* Hæc Tertullianus, qui per *conteſſerationem hoſpitalitatis*, certum quoddam ſignum intelligit, quod qui ferret, vt Eccleſiæ Catholicæ legitimus filius, quocumque pergeret, à fidelibus æquè Catholicis honorificè recipiebatur hoſpitio. *Teſſera hoſpitalitatis apud Chriſtianos quæ & qualis.* Quod quidem ſignum cùm adulteraſſent hæretici, à Catholicis noſcitur ſæpè mutatum, ac litteris tandem commiſſum, quas Patres in Nicæno Concilio nominauêre *Formatas*, vt

C annotat Baronius. Baron. anno 75. nu. 15. Litteris autem illis ſubſcribebant has quatuor Græcas litteras, quaſi teſſeram, & profeſſionem Chriſtianiſmi, ſcilicet π. υ. α. π. id eſt, πατὴρ, υἱός, ἅγιον πνεῦμα; hoc eſt, *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.* Hinc Peregrinus impoſtor, teſte Luciano, Chriſtianum ſe finxit, quia ſatis ſibi viatici eſſe dicebat in Chriſtianorum hoſpitalitate; Lucian. in Dialog. Peregrin. *Impoſtor eâ abuſus.* ita vt non tantùm ab illis aleretur, ſed etiam in via deduceretur, atque ſic quaquaverſum ſtipatus incederet: nam non recipere, nec coniungere oblatam teſſeram, idem erat, quod à Catholica communione

D ſeiungere; perinde vt apud gentiles confringere hoſpitalem teſſeram, erat amicitiam diſſoluere. Hac de cauſsâ magnus ille Pachomius, cùm adhuc ethnicus militaret in caſtris Conſtantini Imperatoris, Thebaſque veniſſet, viſâ Chriſtianorum Thebanorum in commilitones ſuos hoſpitalitate & charitate, ad Chriſtum conuerſus fuit, tantuſque euaſit, quantum iam omnes miramur. Vit. Pach. cap. 4. *Pachomius ad Chriſtũ conuerſus.*

Quinta cauſſa hæc eſſe potuit, vt ſuo mo- V. *Imitatio veterum Monachorum.*

E re B. Pater veterum Monachorum imitaretur exempla. Apud Ægyptios ſcribit Caſſianus, magnâ cordis alacritate vbiq́; hoſpites ſuſcipi, & ad illorum aduentum quotidiana ſolui ieiunia. Caſſ. lib. 5. de inſtitut. cap. 24. De Nitrienſibus Palladius: *Cùm vidiſſent*, inquit, *aliqui ex ipſis nos procul venientes, aliqui quidem nobis cum aqua occurrerunt, & alij quidem pedes noſtros lauabãt, alij verò veſtes mundabant, alij verò ad cibum inuitabant, alij autem ad contemplationem & Dei cognitionem, & quod vnuſquiſque ex ijs poterat, in eo ſtudebat nos iuuare.* Pallad. Lauſ. c. 69. Oxyrinchi Magiſtratus & principales ciuitatis, & reliqui ciues (qui omnes pænè Monachi) *ſtudioſè*

HOSPITIVM. Rufin. in vit. Patr. lib. 2. c. 5. *Hoſpitalitas, regula Monachorum.*

per ſingulas portas ſtatuunt, qui obſeruent, vt ſicubi apparuerit peregrinus aut pauper, certatim ad eum qui præoccupauerit adductus, quæ ſunt neceſſaria conſequatur. Hoſpitalitatem velut ſuam Regulam olim Monachi cenſebant, vnde cùm quidam frater hoſpitio egrediens, diceret: *Ignoſce mihi, Abba, quia impedivi Regulam tuam.* Ille reſpondit, & dixit ei: *Mea Regula eſt, vt recipiam te in hoſpitalitate, & cum pace dimittam.* Quare Bleſenſis à Priore quodam hoſpitio excluſus, ita expoſtulat: *Vbi eſt quæſo illa hoſpitalitatis gratia quam olim veſtri anteceſſores exercebant in Scithi, Mutius, Apollonius, Paphnutius, Macarius, Antonius, Paulus: inter quas diutiſſimè certatum eſt piâ contentione, quis alteri panem frangeret, cùm Dominus gratiâ hoſpitalitatis quotidianum annonæ ſtipendium duplicaſſet.*

Vit. Patr. lib. 5. libel. 13. num. 7.

Bleſenſ. epiſt. 29.

Ex his porrò alijſque capitibus S. BENEDICTO commendatiſſima fuit hoſpitalitas, quam ad actiuæ vitæ exercitium ſuis quoque præſcripſit diſcipulis. Hinc olim, vt * alias dictum, plerìſque Monaſterijs coniuncta erant hoſpitalia. Quantæ verò obligationis illa ſit, nolim meâ ſententiâ definire. Walloncappellius noſter de ea ſic loquitur: In hoc Ordine, vt in alijs plerìſque præter eſſentialia communia, id eſt, paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, peculiare aliquod præceptum inuenire eſt, ſcilicet Hoſpitalitatis. Sicut enim per inſtitutionem ſui Ordinis, alij tenentur prædicare verbum Dei, alij miniſtrare ſacramenta, alij audire confeſſiones, alij militare pro fide, infirmos & ægros viſitare, ſepelire mortuos, & ſimilia facere. Ita etiam inſtituto D. BENEDICTI proprium eſt ac peculiare, excipere omnes hoſpites & peregrinos, maximè tamen pauperes; quod vbi non obſeruatur, ſecundum D. BENEDICTI inſtitutum non viuitur. Sic ille. Quæ hauſiſſe videtur ex reſponſione D. Ioannis Heſſelij Doctoris Louanienſis à Facultate Theologica approbata, anno 1565. qua probat, hoſpitalitatem in Regula S. BENEDICTI cenſeri ex ſubſtantialibus, quæ nullâ ratione prætermitti poſſunt. Nam S. BENEDICTVS *religionem ſuam inſtituit ad vitam contemplatiuam, ita tamen vt ſimul coniungeret abſque impedimenta contemplationis vitam actiuam. In quantum igitur eius religio eſt contemplatiua, præcipitur opus Dei, in quantũ verò aliquo modo actiua, præcipitur hoſpitalitas, ita tamen vt per hoſpites conuentus non diſtrahatur.*

* Lib. 2. tr. 7. diſq. 5. *Quomodo obliget Benedictinos.* Wallon cap. 10. inſtitut. Monaſt. tract. de hoſpit. c. 2.

Quidam cenſent hoſpitalitatem inter ſubſtantialia Regulæ S. Benedicti.

His porrò reſpondet D. Ioannes Caramuel, & oppoſitum validiſſimè confirmat ex Diplomate Alexandri IV. qui à Ciſtercienſibus conſultus reſcripſit: *Intimantibus vobis accepimus, cùm exhibeatis vos in hoſpitalitate omnibus liberales, Diœceſanis veſtris ac alijs Eccleſiarum Prælatis, earumque familijs, cùm ad veſtra Monaſteria declinant, charitatiuè (iuxta* A *facultatum veſtrarum exigentiam) neceſſaria miniſtrantes; nonnulli Prælatorũ ipſorum huiuſmodi gratiam conuertere molientes in debitum, & quod ſic ſponte ipſis impenditis, ſibi deberi ex antiqua conſuetudine aſſerentes, vos & Monaſteria veſtra propter hoc multipliciter aggrauant, & moleſtant. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, & volentes in hac parte quieti veſtræ paternâ diligentiâ prouidere, ne quiſquam Prælatus, id quod ſic gratioſè impenditis, à vobis ex debita ſeu præſcripta conſuetudine præſumat exigere, auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibe-* B *mus.* Nec refert, peculiariter Ciſtercienſibus hanc bullam directam, quia Pontifex non eximit eos ab obligatione, quâ aliàs tenebantur, ſed declarat non eſſe obligatos, cùm ait eos ſe exhibere *in hoſpitalitate omnibus liberales, charitatiuè neceſſaria miniſtrare;* & quoſdam gratiam conuertere moliri in debitum, & quod ſponte ipſis impẽditur, &c. Cenſuit ergo illos non teneri ex vi Regulæ, aut cõſuetudinis, ſed eſſe meram liberalitatem charitatiuè de gratia ſponte impẽſam. Cùm ergo Ciſtercieẽſes exactiùs ſtuduerint C Regulam obſeruare, quàm alij, ſi hi ad hoſpitalitatem non obligentur, ergo nec alij.

Probatur contrarium. Caram. diſq. 47. n. 3. & diſq. 153. num. 1669. in Reg. S. Bened. *Ex Bulla Alexandri IV.*

Explicatur eius mens.

DISQVISITIO II.

Quinam Hoſpitio excipiendi?

LIBERALI prorſus animo ac verè Chriſtiano S. Legiſlator ait: *Omnes ſuperuenientes Hoſpites tamquam* CHRISTVS *ſuſcipiantur.* Illud autem vocabulum ſuperuenientes excludere videtur, ait Boerius, *contiguos* D *vel proximos habitatores, qui potiùs domeſtici vel ciues quàm Hoſpites appellari poſſunt.* Indifferenter verò quoslibet admittendos SS. Patrum exempla & admonitiones ſuadent. Audi quid de ſe ſcribat Hieronymus: *Fateor,* inquit, *me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, & occupatione de tota huc orbe venientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & Monaſterij ſolitudinem hoſpitum frequentia commutamus, in tantum, vt aut claudẽdum ſit nobis oſtium, aut Scri-* E *pturarum, per quas aperienda ſunt fores, ſtudia relinquenda.* Et in Rufinum: *Nobis in Monaſterio hoſpitalitas cordi eſt, omneſque ad nos venientes latâ humanitatis fronte ſuſcipimus. Veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniat in diuerſorio: ne nobis Ieſus dicat excluſus: Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. Solos hæreticos non ſuſcipimus.* Hæc Hieronymus. Meritò autem excludit hæreticos, quibus nec aue dicere liceat, vnde & abſtinendum ab omnibus excommunicatis. Sic quoque publicè infames, blaſphemi, periuri, adulteri, fures, alijſque vitijs notati, minimè admittendi; ne vitijs eorum fauere videamur.

Cap. 53. *Omnes promiſcuè hoſpitio excipiendi.*

Hieron. in procem. l. 7. comment. in Ezech.

Hieron. Apolog. in Rufin.

Excluſis hæreticis & criminoſis.

Bonos

Boni cur ſemper admittendi.

Bonos verò promiſcuè admittendos, S. BENEDICTI ratio ſuadet. Omnes enim Chriſtum repræſentant, omnes Chriſti ſunt mēbra, & pro omnibus Chriſtus mortuus eſt: Chriſtus proinde in eis aut ſuſcipitur, aut excluditur. Quare S. Silueſter omnes peregrinos Romam venientes (teſte Metaphraſte) lubenter excipiebat. Et S. Gregorius peregrinos quoſlibet ad mēſam ſuam quotidie inuitabat. Ambroſius verò promiſcuam hāc hoſpitalitatem meritò commendat. *Magna*, inquit, *hoſpitalitatis eſt gratia, nec facilè violanda; omnibus aperta eſt, omnibus parata eſt: & Sanctos libenter ſuſcipit & peccatores tolerat patienter.* Quid, quod ſancti Patres moneant, non anxiè ſcrutanda merita, aut ſtatum ſuſcipiendorum hoſpitum. *Propoſitum nobis eſt*, inquit Hieronymus, *pedes lauare veniētiū.* Similiter Auguſtinus: *Multò meliùs eſſe arbitramur in hoſpitibus ignotis ſuſcipiendis malum hominem perpeti, quàm forſitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauetur, ne recipiatur malus.* Vide plura apud Chryſoſtomum.

Metaph. apud Sur. 30. Dec. Ioan. Diac. lib. 2. c. 22. Ambroſ. ſerm. 32.

Non anxiè nimis inquirendum. Hieron. in Apol. aduerſ Rufin. Auguſt. epiſt. 149. Chryſoſt. hom. 41. in Geneſ. & hom. 11. in epiſt. ad Hebr.

Quid, ſi nō ſuppetant diuitiæ ad omnes excipiendos.

Sed enim, dicet aliquis, quomodo omnes poterunt recipi in Monaſterijs præſertim pauperioribus? Vnde tāta opum vis, vt omnibus congruum præſtetur ſubſidium? Vix ipſis Religioſis alicubi ſuppetūt neceſſaria, & quî illi obuios quoſq; hoſpitio & menſa excipient? Reſpōdere hîc illud liceat quod filio ſuo Tobias dicebat: *Quomodo potueris, ita eſto miſericors. Si multùm tibi fuerit, abūdanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude.* Et verò opus hic in Deo fiducia, cui *fœneratur, qui miſeretur pauperis.* Nam *qui dat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit*, inquit Apoſtolus. Quin & illud dicere liceret, quod Cellerario S. BENEDICTVS inculcat: *Cui ſubſtantia non eſt quæ tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bonus, vt ſcriptum eſt: Sermo bonus ſuper datum optimum.* Si deſint diuitiæ, & varij menſarum apparatus, ſaltem tecto & lecto, & qualicumque menſâ Hoſpites excipiantur. Nullam enim hîc admittit excuſationem S. Hieronymus. *Poterit alius*, inquit, *cauſſari & dicere, paupertate prohibeor, tenuitas me retinet, vt hoſpitalis eſſe non poſſim: & hanc excuſationem leuiſſimo præcepto diluit, vt calicem aquæ frigidæ toto animo porrigamus. Frigidæ, inquit, aquæ, non calidæ, ne & in calida paupertatis ex penuria lignorum occaſio quæreretur.* Hęc Hieronymus. Fateor tamē difficile eſſe omnes paſſim admittere. Vnde Caſſinenſes: Etſi, inquiunt, modernis temporibus frequētia hoſpitum difficultatem generet adimplendi omnia, quæ textus Regulæ continet: habitâ tamen diſcretione, & temporum ac perſonarum conſideratione, facilè ſaltem vtiliora implebuntur. Sic ibi.

Tob. 4. 8.

Prou. 19. 2. Cor. 9.

Cap. 31.

Eccl. 18.

Saltem aliquid impendendum.

Hieron. in Matth. lib. 2. cap. 10.

Caſſin. ad cap. 53.

Quinam maximè excipiendi.

Verùm enimuerò, etſi communis & congrua omnibus debeat impēdi charitas, deſignat tamen S. Pater quibus ea magis exhibenda: *Omnibus*, inquit, *cōgruus honor exhibeatur, maximè domeſticis fidei, & peregrinis.* Quod exponens Smaragdus: *Quamuis*, inquit, *vna charitas omnes amplectatur interiùs, aliter tamē exteriùs congruit miniſtrare pauperibus, aliter potentibus, neque enim æqualis omnibus danda eſt ſeſſio, neque æqualis omnibus ciborum cōuenit præparatia: ſed vnicuiq; neceſſe eſt cum charitatis diſcretione congruus locus, congruus cibus, congruus lectus, congruus omnibus exhibeatur & honor. Vt congruè à nobis recepti ſine murmurio ad propria reuertātur amici.* Aliter ergo, vt habet Petrus Boërius, honorari debet Epiſcopus & Abbas, aliter Clericus & Monachus: aliter Prælatus, aliter ſubditus: aliter magnę religionis & famæ aduenens frater, aliter Sarabaita vel Gyrouagus: aliter nobiles, & aliter pauperes, & generatim ſecundùm qualitatem ſuſceptæ perſonæ ſeruetur decentia in honoris exhibitione, in ciborum pręparatione, in occurſione & in aſſociatione. Quod autē ait *Domeſticos fidei*, duobus modis, inquit Smaragdus, *intelligere debemus, ſiue omnes generaliter Chriſtianos, vnā nobiſcum fidem, vnum habentes baptiſma, ſiue ſpiritualiter Monachos qui nobiſcum Deo peculiarem fidei cultū, & religionis exhibent famulatum.* Quod poſterius magis placet. Qui enim à fidei communione exortes ſunt, vt hæretici, Gentiles, Iudæi, hi ad hoſpitalitatis participationem vix ſunt admittendi. Quod Iſidorus diſertis verbīs expreſſit: *Licet omnibus hoſpitalitatis bonum cum gratia oporteat referri, vberior tamen Monachis deferenda eſt honorificentia hoſpitalitatis.*

HOSPITIVM.

Diſcrimen attendendum inter perſonas.

Qui ſint domeſtici fidei.

Iſidor. in Reg. c. 22.

Ponit antē & S. BENEDICTVS quoddam inter pauperes, & diuites diſcrimen: *Pauperum & peregrinorū maximè ſuſceptio omni curâ ſollicitè exhibeatur, quia in ipſis magis Chriſtus ſuſcipitur. Nam diuitum terror ipſe ſibi exigit honorem.* Præfert pauperes diuitibus ſecūdùm interiorem affectum & ſuſceptionem deuotionis, vt inquit Bernardus Caſſinenſis, *Diuitibus autē quoad externa maior honos exhibēdus.* Cauſſam autē aſſignat, quia in pauperibus magis Chriſtus ſuſcipitur. Ipſe enim propter nos pauper fuit, natus in paupere domo, paupere matre, & tota vita paupertatem adeò coluit, vt nō haberet vbi caput reclinaret. Magis ergo in pauperibus Chriſtus ſuſcipitur, quia meliùs eum repræſentant. Deinde nulla ferè cauſſa ſuſcipiendi pauperes eſſe poteſt, quam ipſe Chriſtus, ob cuius amorem admittuntur. In diuitibus ſæpe nobilitas, ſplendor generis, affectatio amicitiæ, ſpes retributionis, aucupatio alicuius fauoris aut beneuolentiæ, aliaque conſiderari poſſunt, quæ ad eorum permoueant ſuſceptionem, vt non tam propter Chriſtum, quā ob alium quemuis reſpectū grati ſint. Audiendus hîc pro multis Chryſoſtomus: *Non ſub hac ſpe*, inquit, *alijs beneficia confera-*

Pauperum cur habenda ratio.

Bernard. Caſſin. in cap. Reg. 53.

Diuites quibus titulis præferantur.

Chryſoſt. homil. 1. in epiſt. ad Coloſſ.

HOSPITIVM.

conferamus, vt nobis retribuant. Hæc enim frigida eſt intẽtia, vnde talis amicitia celeriùs euaneſcit. Si verò pauperem vocaueris, Deum nũquam obliuiſcentem habebis debitorem. Quantò minor eſt frater, tantò magis per eum Chriſtus accedit & viſitat. Nam qui magnum ſuſcipit, ſæpe propter vanam gloriam facit, & vtilitas pluries quæritur, vt promoueatur per illum. Pluribus autem Ambroſius contendit pauperes diuitibus præferendos, quem vide ſi placet.

An rectè.

Ambroſ. l. 2. offic. cap. 25.

Ex hoc verò capite maximè ſuſcipiendi ſunt Religioſi Ordinũ Mendicãtium, digni vtique duplici honore, vtpote laborantes *in* B *verbo & doctrina*, de quibus Dominus: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.* Quare & in Statutis Capituli prouincialis Monachorũ noſtri Ordinis in Prouincijs Cantuarienſi & Eboracenſi hoc decretum: *Cùm iuxta canonũ ſanctiones in hoſpitalitate non ſit facienda diſtinctio, ſed indifferẽter, & abſque perſonarũ delectu, hoſpitales nos exhibere, quibuſcumque ſufficimus, debeamus: ne quod abſit, dum hominem quempiam repellere credimus, Deum à nobis in homine repel-* C *lamus: id firmiter obſeruari mandamus, vt fratribus Mendicantibus quibuſcumq́; ad noſtri Ordinis Monaſteria venientibus, iuxta ſtatuum eorũ exigentiam, victualia miniſtrentur.* Deſumptum autem id eſt ex antiquiori Capitulo anni 1343. vbi ijſdem verbis hoc præſcribitur.

Religioſi Mendicantes maximè ſuſcipiendi.

1 Tim. 5.

Matth. 10.

Anno 1444. cap. 9.

DISQVISITIO III.

An Mulieres Hoſpitio ſuſcipiendæ?

TANTA eſt ſequioris ſexus illecebra, D tantum meliori ab eâ periculũ, vt tam diuinæ litteræ, quàm Patrũ ſentẽtiæ omne commercium inter inæquales ſexu intercidere videantur. Occurrunt hæ paſſim, vna alterave hîc ſuffecerit. *Hoſpitiolum tuum*, inquit Hieronymus, *aut rarò, aut nunquã mulierum pedes terat. Omnes puellas & virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto manſites.* Et B Ephrem: *Non decet*, inquit, *Monachum vllam habere cum femina ſocietatẽ: ad eàm verò quæ virginitatẽ profitetur, prorſus ne acceſſeris, ſiquidem vllus in te carnalis* E *ſenſus viget. Nam Monachũ inter epulas cum feminis verſari, idem eſt ac ſe in ignem proijcere. Qui autem earum fugit conſuetudinẽ, fugiat tamquam dama ex retibus, & velut auis ex laqueo. Mulieres*, inquit Baſilius, *à Monaſteriorum ingreſſu prorſus arceantur.* Idemq́; alibi: *Fugiendæ in primis, cum mulieribus nobis cõgreſſiones ſunt, collocutioneſque, neque ad eas vmquã accedẽdum, niſi cùm grauiſſima nos aliqua ad eas neceſſitas impellat, & aliter facere non poſſimus. Atque ipſa etiam vbi nos neceſſitas adegerit, ab ipſis nõ ſecus atque ab igne cauendũ eſt. Adeò vt quàm ocyſſimè nulla mora ab iſtis nos extricemus.* Pluribus ve-

Patres vix ſinunt Monachos cum mulieribus loqui.

Hieron. ad Nepot. epiſt. 2.

Ephræm tom. 2. in doctr. varia.

Ob periculum caſtitatis.

Baſil. ſerm. de Monaſt. inſtitut.

Idem cap. 4.

A rò interiectis: *Danda opera eſt, vt ſi fieri poſſit mulierũ colloquia congreſſuſq́; funditus fugiamus. Sin id non poſſit, in eo enitẽdum eſt certè, vt quàm rariſſima illa, & quàm breuiſſima fiant: neque id ex odio ſexus, apage, neque vt qui cognationẽ illarum abnegemus: quin potiùs earum etiam patrocinium ſuſcipiamus, congreſſum tamen defugiamus, ne ex ipſarum aſpectu in memoriam eius, cui ſemel nuntium remiſimus, libidinis redire cogamur.* Hæc Baſilius. Prudenter proinde dixit quidam Senior: *Filioli ſal ex aqua eſt, & ſi appropinquauerit aquæ continuò ſoluitur, & deficit: & Monachus ſimiliter ex muliere eſt, itaque ſi appropinquauerit mulieri, ſoluitur & ipſe, atque in id deſinit, vt iam Monachus non ſit.*

Moſch. in Prat. Spirit. cap. 217.

His alijſque de cauſſis, plerique ſanctorum Patrum feminas omnes omnibus Monachorum clauſtris excluſerunt. Sane de Fiacrio notę ſanctitatis Eremita apud Meldẽſes, memoriæ proditum eſt, feminis Monaſterij ſepta, quod Virgini Matri iſtic extruxerat, vſque adeò voluiſſe interdicta, vt precibus à Deo cõſecutus ſit, vti quæcumque pedem proteruè intuliſſet, hanc protinus vltio diuina repelleret. Huius inſtituti tanta fuit in Fuldẽſi Monaſterio obſeruantia; vt feminam recipere, non dicam aliquatenus intra ſepta, ſed in publicæ baſilicæ penetralia, multis ſæculis nefas extiterit atque religio. Cuius rei teſtem familiarẽ habemus Rudulphum in memoria S. Liobæ, quam Fuldenſium Monaſterium ſic ingreſſam fatetur, vt nec priùs, nec poſteà vlli vmquam feminarum id concedi potuerit: *Quia loco illi*, inquit, *ex eo quo Monachis habitari cœptus eſt, femineus negabatur ingreſſus. Tantùm autem huic Liobæ ſoli conceſſus erat; quia S. Bonifacius Martyr ſenioribus eam commendarat, corpuſq́; eius ibi ſepeliendum decreuerat.* Hoc autem priuilegiũ Zacharias Papa S. Bonifacio conceſſerat, quo æternùm vetitus feminarum ingreſſus, quod tãti deinceps habitum fuit, vt cõfirmari etiam à ſummis deinceps Pontificibus Martino, Silueſtro, & Ioanne alijſque petierint. Hinc cùm Lotharius rex anno Chriſti 1132. Fuldæ cum coniuge Pẽtecoſten celebraret, ſacrum nõ in primario, ſed in noui montis vicino Monaſterio celebratum fuit, eò quòd reginæ in iſtud aditus eſſet interclusus. Tale & illud quod ex veteri Chronico habetur. Anno 1165. *Fridericus Imperator de Saxonia, in qua ieiunauerat, in vigilia Palmarum Fuldam peruenit; & quia regina in comitatu eius erat, vrbem ei intrare nõ licuit. Montem igitur Epiſcopi adiens, ibi ſequentem diem Palmarum honorificè celebrauit.* Scribit verò Browerus, cùm Bonifacius IX. certis diebus mulieribus templi ingreſſum induliſſet, templum fulmine de cœlo tactum conflagraſſe, ſeptimâ die menſis Iunij, id eſt, triduo poſtquam S. Bonifacij feſtâ luce, feminis in baſilicam & Monaſterij ſepta, tũc

Mulieres à clauſtris excluſæ.

Sur. in vit. 30. Auguſt.

Browver. antiq. Fuldenſ. lib. 1. c. 8.

Fulda etiã è templo.

Sur. in vit. c. 22.

Cum Pontificum priuilegio.

Etiam reginæ excluſa.

Browv. ſupra.

Templi conflagratio, vnde.

ptimùm

primùm ingreſſus datus. Tam chara nimirùm Deo ſuit hæc feminarum à Monaſterijs excluſio.

Canones à Monaſterijs feminas arcent.
Concil. Later. I.

Prudenter proinde olim Gregorius Magnus in Concilio Lateranenſi, Monachis priuilegia exemptionesq́; concedens, prohibuit miſſas publicas ab Epiſcopis in cœnobijs fieri; *Ne*, inquit, *in ſeruorum Dei receſſibus, & eorum receptaculis vlla popularis conuentus prabeatur occaſio, vel mulierum fiat nouus introitus, quod omninò nō expedit animabus eorum.* Hæc Gregorius. Hinc Turonenſe Concilium I. ſtatuit: *Mulier intra ſepta Monaſterij* B *nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte aut Præpoſitus negligēs apparuerit, qui eam viderit & non ſtatim eiecerit, excommunicetur.* Et Antiſſiodorenſe: *Si quis Abbas mulierem in Monaſterio ſuo ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus menſibus in alio Monaſterio retrudatur pane & aquâ contentus.* Caſſinenſes in Declaratorio, de hâc te ita præſcribunt: *Mulieres verò ſiue laicas, ſiue Religioſas, cuiuſcumque ætatis, gradus, ſtatus, & conditionis ſint, prohibemus diſtrictiùs intra* C *ſepta Monaſteriorum noſtrorum quauis occaſione duci, ingredi, aut morari. Quod ſi contra ſcienter fuerit attentatum, iuxta litteras Eugenij IV. Pij V. & Gregorij XIII. tam ipſæ mulieres, quàm earum ductores & receptores (ſi voluntariè hoc fecerint) ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrent, alijſque pœnis, prò vt in ipſis bullis ſubiacebunt.*

Conc. Turon. I. can. 27.
Conc. Antiſſiod. can. 26.
Sub certis pœnis.
Caſſin. ad cap. 53. nu. 21.

Mulieres caſibus ſuſcipi poſſunt.

Quamquam autem hæc ita ſint, meritòque mulieres à clauſtro, choro, & habitaculis Monachorum arceantur, aliquid tamen hoſpitalitatis infirmiori ſexui extra loca regularia impendi charitas ſubinde ſuadet, D aut ineuitabilis neceſſitas. Vnde S. Pachomius feminas quoq́; ad xenodochium Monaſterij ſui recipiebat, cuius hæc in Regula conſtitutio: *Si ſæculares homines, aut debiles, aut vaſa infirmiora, id eſt, mulierculæ, venerint ad oſtium, ſuſcipient ſingulos in diuerſis locis iuxta ordinem Præpoſiti, & ſexus ſui, præcipuè feminas maiori honore & diligentiâ curabunt, cùm omni timore Dei, & locum ſeparatum ab omni virorum vicinia eis tribuent; vt nulla ſit occaſio blaſphemandi. Quod ſi ad veſperas venerint, abijcere eas nefas eſt, ſed accipient, vt diximus ſepa-* E *ratum locum, & clauſum cum omni diſciplina, atque cautela, vt grex fratrum liberè ſuo officio ſeruiat, & nulli detur offendiculum detrahendi.*

Pachom in Reg. ar. 29.

Exemplo S. Benedicti.

Hæc S. Pachomius. S. P. N. BENEDICTVM feminas ſuſcepiſſe inſinuat S. Hildegardis, vt & aliàs citauimus. Minimè verò dubito, ſi feminas vllas B. Pater vmquā ſuſcepetit, quin id fecerit tanta, ſi non maiore cautione, quâ quotannis ſorôrem ſuam ad colloquium admittebat. Non ergo intra Monaſterij ſepta, vel illa, vel vlla fuit mulier recepta. Cluniacenſes quoque mulieres alicubi recepiſſe, auctor eſt Petrus Venerabilis, qui

Cluniacenſium.

A S. Bernardo ita ſcribit: *Clericis, militibus ruſticis, clientibus, mimis, & diuerſarū qualitatum hominibus ipſis quoque, quæ ab hoſpitali charitate non excluduntur, mulieribus, Monachi cohabitabunt;* ſi nimirùm ſingulos ſalutare, & manus pedeſque abluere velint. Vſus Ciſtertienſis feminas, quas intra regularia loca nō admittit, alicubi foris excipere ſolet. Sic enim habet: *Pueri paruuli non ſolent duci ad orationem. Sed nec qui cum mulieribus veniunt recipi, ſed foris cum mulieribus victus datur eis.*

HOSPITIVM.
Petr. Ven. lib. 1. epiſt. 28.
Et Ciſtertienſium.
Vſus Ciſt. cap. 120.

DISQVISITIO IV.

Quanti temporis Hoſpitum indulgendum?

Nihil definitum à S. Benedicto.

CERTVM temporis ſpatium Legiſlator non definiuit, quo hoſpites in Monaſterio morari poſſint, relinquens hoc, prout multa alia, Abbatis diſcretioni, & charitati, cui nullam opus eſt præfigere menſuram. Patres verò Camaldulenſes ita habent: *Nullus cuiuſuis rei prætextu, vltra tres dies in noſtris Monaſterijs detineatur, niſi forte ob negotium aliquod Monaſterij, aut ob vrgētem aliquā neceſſitatem.* Sic illi. Quorum rationabilis cōſtitutio, nam propter multitudinem & frequētiam hoſpitum huius temporis, vix aliter poteſt fieri. Tēpore verò S. BENEDICTI rariorem arbitror hoſpitum fuiſſe aduentum, nam vt S. Hildegardis ait: *Illo tempore Monachi tumultum superuenientium extraneorum nondum ſentiebant: ſed qui eos adibāt, Chriſtum & non aliud ibi quærebant, quem etiam in ſanctis operibus ibi inueniebant.* Innuit ergo ſancta hæc virgo, etiam ſuo tempore non tam propter Chriſtum, quàm alijs de cauſſis ſæculum & carnem magis ſapientibus, adita fuiſſe Monaſteria, prout hodie etiam pleriſque locis fit; vt proinde tridui hoſpitalitas abundè eis ſufficere debeat, ne ſuperfluitate ſua (vt ſæpè fit) ſeruos Dei perturbent, aut ſæcularibus moribus Religioſos inficiant. Neque verò honeſtiores vltra hoc tempus abſque cauſſa remorari vellent.

Camald ad cap. 15. Reg. S. Bened.
Cuius tūc rariores erant hoſpites.
Hildegard. in Reg. S. Bened.
Et aliâ cauſſâ veniebant.
Tridui hoſpitalitas ſufficiens.

Poſt tres quippe dies, vileſcit piſcis & hoſpes:
Ni ſale conditus, vel ſit ſpecialis amicus.

Obſeruatum id etiam à Comico:

Hoſpes nullus tam in amici hoſpitium diuorti poteſt,
Quin, vbi triduum *continuum fuerit, iam odioſus fiet.*

Plaut. in milit. act. ſcen. 1.

Olim quoq́; tantumdem temporis hoſpitalitati priſci illi Monachi in eremo degentes tribuebant. Vnde quidā, vt in Vitis Patrum legitur, diſcedentes fratres, qui charitatis officium non benè interpretabantur, retinere volens, dicebat: *Manete aliquantum temporis nobiſcum; ſin aliàs, vel propter mandatum, dies tres ſecundùm conſuetudinem eremi facite nobiſcum. Illi autem videntes, quia non relaxaret eos, fugerunt occultè.* Sic ibi.

Vit. Patr. lib. 5. libel. 10. nu. 97.

Cete-

cepta, & deducent ad locum Xenodochij, præbebunt omnia, quæ apta ſunt vſui Monachorum. Cauſſam verò cur peculiare conſtituerit Xenodochium, ipſe ſubiungit: *Vt nimirùm grex fratrum liberè ſuo officio ſeruiat, & nulli detur offendiculum detrahendi.*

Viguit etiã poſt S. Benedictum. Reg. Mag. cap. 79. * Id eſt, mãticas, peras, à Gallico, *beſace.* Concil. Aquiſg. can. 27.

Sed & poſt S. BENEDICTVM id obſeruatum, ex Regula colligas Magiſtri, cuius hæc verba: *Cella peregrinorum ſemotè à Monaſterio conſtituatur cum lectis ſtratis, vbi ſuperuenientes fratres, maximè ignoti dormiant, & * biſacias ſuas ponant.* Supponit idipſum Concilium Aquiſgranenſe decernens, *Vt Abbas, vel quiſpiam fratrum, ad portam Monaſterij cum Hoſpitibus non reficiantur.* Ad portam, inquit, quod ibi eorum eſſet Hoſpitium: nam alibi exceptos aduentantes aliunde Monachos, conſtat ex can. 58. quo dicitur: *Vt dormitoriũ iuxta oratorium conſtituatur, vbi ſuperuenientes Monachi dormiant.* Cõformiter Cærimoniale S. Iuſtinæ ſtatuit, *vt vbi fuerint hoſpitia Religioſorum, & ſæcularium per ſe ſeparata, ſecundùm ſtatum ſuum ad locum conuenientem deducantur.* Metuebant quoque Camalduleſes ex Hoſpitum cum fratribus coniunctione nonnihil periculi, proinde præſcripſerint: *Vt dum ibi morãtur, remotiùs à Monachorum habitatione hoſpitentur, ne fortè illi à nobis, vel nos ab illis incommodum aliquod patiamur.*

Cærim. S. Iuſtin. p. 1. cap. 10.

Camald. ad c. 53. Reg.

Quæ hoſpitij ſupellex.

In hac autem cella hoſpitum vult S. BENEDICTVS eſſe *lectos ſtratos ſufficiẽter.* Quod intelligendũ non tantùm ad lectorum qualitatem, ſed etiam ad numerum; vt ſenſus ſit; tot ſint lecticæ cum lectulis ſuis, quot aduentãtium perſonarum numerus requirit. Conuenit etiam vt alia Hoſpitibus neceſſaria in eodem cubiculo non deſiderentur.

DISQVISITIO VI.

Quid Fratribus circa Hoſpites obſeruandum?

Tria circa Hoſpites ſeruanda.

QVIA fratrum contemplatiuæ vitę vacantium quies, ſilentij vigor, & regularis diſciplina Hoſpitum aduentu interturbari facilè poſſet, voluit prudentiſſimus Legiſlator huic incommodo, quà liceret, obuiare. Tria proinde circa illos fratres, quibus iuſſum non eſt cum hoſpitibus agere, conſtituit.

I. *Vt conuentus propter ipſos non frangat ieiunium.* Cap. 53.

PRIMVM; vt etſi *ieiunium à Priore frangatur propter hoſpitem, fratres tamen conſuetudines ieiuniorum proſequãtur.* Cauſſam aſſignat Smaragdus: *Ne pro vno,* inquit, *hoſpite à toto Monaſterio ieiunij ſolemnitas auferatur. Nam vt charitas monſtretur haberi in hoſpite, ſolummodo ieiunium mandat frangi à Priore, & maximè propter ipſum hoſpitis honorem ſolus mãdat ieiunium ab ipſo Monaſterij Seniore.* Sic ille. Et ſanè ſi ab omnibus in aduentu Hoſpitum ſolueretur A ieiunium, iam nulla ſupereſſent regularia ieiunia. Cùm enim, vt S. BENEDICTVS ait, hoſpites numquam deſint Monaſterio, nũquam etiam deeſſet occaſio frangendi ieiunium. Regula tamen Magiſtri indulget ieiuniorum diebus propter hoſpites communem refectionem fratrum anticipari, idque ideò, quia non alio loco, quàm in refectorio hoſpites excipiebantur, ſed verba eius ſiſtamus. *Cũ fratres extranei ſuperuenerint, ſi quarta, ſexta feria & ſabbatum fuerit, voce præſentis Abbatis, aut Cellerarij, ſi abſens fuerit Abbas, ro-* B *gentur ad refectionem remorari ad Nonam, ſi autem vſque ad tertiam admonitionem, non vſque ad nonam conſenſerint remorari, ſed pro certo ſe vrſerint ambulare propter charitatem aduentus eorum, fracto ieiunio, omnes fratres Monaſterij, cum eis ad Sextam communicent. Si autem ante Sextam ſe vrſerint ambulare quauis hora fuerit feſtinationis inuenta, iam ſine domeſticis fratribus ipſi ſoli reficiant.* Sic ibi. Non eſt autem magna ieiunij violatio horam refectionis ad horam vnam aut alteram præuenire ex rationabili cauſſa: cùm id etiam in Eccleſia- C ſtico ieiunio licere, auctores tradant. Circumſtãtia enim temporis non eſt de intrinſeca ratione ieiunij, & hora ſumendæ refectionis non eſt de ieiunij ſubſtantia, vt ait Bonacina, & Doctores ab eo citati.

HOSPITIVM.

Reg. Mag. cap. 72. *Magiſter hic indulgentior.*

An præuentio ieiunii violet.

Bonac. to. 2. diſp. vlt. q. 1. p. 4. n. 2.

II *Vt non loquantur hoſpitis ſine licentia.*

SECVNDVM, quod fratribus præſcribitur, eſt, *Vt hoſpitibus cui non præcipitur nullatenus ſocietur, neque colloquatur.* Hinc B. Macarius apud Smaragdum ait: *Nullus niſi cui cura circa hoſpites fuerit iniuncta reſponſum det venientibus, neque ſermocinari alicui fratri licebit, niſi ſoli qui præeſt, aut quos ipſe iuſſerit.* Vete- D rem autem eſſe hanc Monachorum obſeruantiam, teſtatur S. Dorotheus diligẽs euſdẽ obſeruator. Refert enim ſe in tentatione poſitum vidiſſe quemdam virum grauiſſimum Epiſcopali ſchemate inſignem, ſacra quædam manibus ferentem, ſacrarium ingredi. *Ego verò qui numquam ex veteri Monachorum conſuetudine hoſpitibus adhæſeram; abſq; neceſſitate, aut ſine permiſſione & voluntate Senioris, ac Patris Monaſterij, eo tempore neſcio quo trahente illum ſecutus ſum.*

Doroth. ſerm. 5.

Sanctus verò Baſilius mulctam impoſuit E cum externis vel hoſpitibus loquentibus. Sic enim in animaduerſionibus aduerſus Canonicas delinquentes ait: *Quæ cum extrario aliquo, eorum qui intrò ingrediuntur, ſermonem contulerit, antequam ei permiſſum ſit ab ea, cui moderanda diſciplina ſumma tradita ſit auctoritas, hebdomadam vnam ſegregator.* Et Auctor Pœnarum apud eundem Baſilium, de viris agens: *Si quis cum externis aut proprijs accedentibus conuerſatur, non permiſſus ab Archimandrita exceptis ad hoc deſignatis, careat benedictione.* Iſidorus Hiſpalenſis: *Nullus propinquum vel extraneum hoſpitem vel Monachum familiarem, ſeu parentem videre abſque imperio*

Pœnæ decreta in præuaricantes.

Baſil. in animaduerſ. nu. 10.

Auctor. pœn. nu. 8.

Iſidor in Reg. c. 24.

HOSPITIVM.

Caſſ. lib. 4. cap. 16.

audeat Senioris. Caſſianus pœnæ reum facir, qui pareutum quempiam vel amicorum ſæcularium viderit, vel collocutus eis ſine ſuo fuerit Seniore.

Cauſſæ variæ huius ſtatuti. Antioch. hom 102.

Nec deſunt cauſſæ tam ſalutarls conſtitutionis: plurima enim damna ex ſæculariũ conuerſatione oriuntur. *Laquei enim & pedicæ*, inquit S. Antiochus, *ſunt aſpirantibus ad ſalutem ſæcularium congreſſus; ac prolixa eorum confabulationes mentem prorſus auocant à Dei*

Baſil. in regul. fuſ. diſp 32.

glorificatione & ſpirituali lætitia. Quare non immeritò Baſilius promiſcuum ad Religioſos ingreſſum prohibuit: *Plerumque enim*, ait, B *hæc temerè facta omnibus ingrediendi poteſtas, intempeſtiuorum quorumdam ſermonum ac narrationum minimè conuenientium cauſſa eſt; ex quibus animus in futiles, minimèque neceſſarias*

Colloquium cum ſæcularibus trahit ad mundum.

poſtea cogitationes delabitur. Sic ille. Præcipuum autem damnum à ſæcularium colloquio timendum illud eſt, quod ſępe Religioſos faciant corde reuerti in Ægyptum, & ad deſertum iam pridem ſæculum animo ſuſpirare. Audiendus hîc iterum Baſilius:

Baſil. ibid.

Summè, inquit, *elaborandum eſt, vt ijs, qui ſe adhuc in veræ pietatis ſpatijs exercent, omnes ab* C *omni parte ad peccandum cauſſa circumcidantur: in quibus illa eſt maxima, recordatio vitæ ſuperioris, ne quando id illis vſu veniat, quod dictum eſt*, Quod cordibus ſuis reuerſi ſunt Ægyptũ, *quæ res per frequentem cũ naturalibus propinquis conſuetudinem ac familiarẽ congreſſum ſolet accidere.* Qui alibi de his quoq; agens, ita ratio-

Baſil. conſt. Monaſt. cap. 21.

cinatur: *Qui autem maiorem in modum ſæcularium hominum amicitia delectatur, eaq; re aſſiduè cum illis eſſe in colloquio cupit; is ex frequenti cum illis ſermone, prauas eorum affectiones in animum facilè inſinuauerit & mente rurſus cogitationibus* D *mũdanis completa, à præclara illa; quam egreſſus, inſtantia operis deſciſcet, & à ſe deinceps proſcripta vitæ ſpiritualis ſtabilitate, quem ex animo effuderat, vitæ prioris vomitũ reſorbebit: atq; adeò ſaucius tandem concidet, & miſerè cõfixus ab hoſte.* Hactenus Baſilius.

Multa vitia ab illo vncantur al-linuntur.

Taceo autẽ nimiâ cum ſæcularibus collocutione extingui feruorẽ ſpiritus, deuotionem & affectum ad res ſpprituales; pretioſi temporis iacturam, multiloquij peccatum, & ſęcularium morum communicatio-

Seneca lib. 3. de Irâ cap. 8.

nem. *Sumuntur* enim, vt ait Seneca, *à conuer-* E *ſantibus mores; & vt quædam in contactos corporis vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit.* Er ad Lucilium ſcribens de vi-

Idem epiſt. 7.

tanda turba: *Numquam mores quos extuli, refero. Inimica eſt multorum conuerſatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut neſcientibus allinit.* Aut *commen-*

Lipſ. in epiſt. hanc.

dat, inquit Lipſius, exemplo: *imprimit* ſermone; *allinit* conuerſatione. *Facilius au-tem eſt*, vt Nazianzenus ait, *vitium contrahere, quàm virtutem impertiri, quemadmodum facilius eſt morbo infici, quàm ſanitatem largiri.* Nazianz. orat. 1. nu. 14.

His igitur alijſque de cauſſis, cui non præcipitur, hoſpiti non coniungatur aut colloquatur. Quare ſi hoſpes Religioſo, aut Religioſus hoſpiti loqui deſiderauerit, venia petenda erit. *Cluniacenſes accuratè hoc caput obſeruarũt.* Vnde Longinus rerum Polonicarum ſcriptor, tradit Legatos Poloniæ ad Caſimirum iam Cluniacenſem Monachum miſſos, vt ei regnum deferrent, cum eo tamen loqui non potuiſſe, niſi petitâ audientiâ, & de conſenſu Abbatis, Sancti nimirùm Odilonis. Ipſe autẽ Caſimirus Regulam B. Benedicti profeſſus, alieniq; iuris & arbitrij factus, etiã communionem conuerſationemque cum Legatis, non niſi Abbate permittẽte, ſibi nouerar, profeſſionis virtute interdictam. Arguit hęc hiſtoria accuratam Regulæ in hoc pũcto obſeruantiam. Hoſpites autem ſi fratribus aliquibus voluerint loqui, non ipſis, ſed Hoſpitalario inſinuabunt. Exſtat prudens hâc de re ſanctio in Statutis Lanfranci: *Quicumque Abbati vel Priori, ſeu alicui de clauſtro loqui vult, legationem ſuam huic debet iniungere; Ipſe verò nihil inde alicui aliquo modo indicans ad Abbatem vel Priorem voluntatem hoſpitis perferat, & poſteà quod ipſe decreuerit fiat. Si autem fratri, qui in clauſtro eſt, loquendi cum hoſpite vel propinquo, vel extraneo conceſſa licentia fuerit, iſtius eſt ipſum fratrem de clauſtro ad hoſpitem ducere. Quod ſi Abbati vel Priori non placuerit, vt ſimul loquantur, nec verbum, nec ſignum, nec aliquem nutum ipſi fratri faciat, quo aliquid inde percipere quolibet modo valeat.*

Baron. anno 1041.

Lanfranc. ſtat cap. 9. *Modus loquendi cum hoſpite.*

III. *Quomodo ſalutandus, quando non licet alloqui.*

Tertivm in occurſu hoſpitum ſeruandum, quod Regula decreuit: *Si*, inquit, *obuiauerit, aut viderit, ſalutatis humiliter, vt dictum eſt & petitâ benedictione, pertranſeat, dicens, non licere ſibi colloqui cum hoſpite.* Salutatio hæc & benedictionis petitio fit capitis inclinatione, aut genuflexione ſecũdum perſonarum qualitatem. Boërius notat Religioſos dicere Maioribus, *Benedicite*. Hoc enim, inquit, benedictionem petere eſſe puto, vel frater dicere debet: *Domine mi*, aut, *Reuerende Pater, non licet mihi vobiſcum loqui, quare cum benedictione veſtra diſcedo.* Hoſpes autem debet vtique reſpondere: *Ite Pater, vel frater in benedictione Dei.* Sic ille.

Cur ſalutandus hoſpes.

Sed cur Legiſlator noſter noluit fratres tacitos, & inſalutatis hoſpitibus pertrãſire? Hac reor de cauſſâ, quòd omnium gẽtium conſuetudo id habeat, vt notos quiſque, & præſertim amicos ſi obuiam venerint, ſalutent; durum enim & ſuperbum eſt non ſalutare. De quo quædam alibi à nobis dicta. Lib. 5. tract. 4. diſp. 7.

TRA-

TRACTATVS II.

DE MODO EXCIPIENDI HOSPITES.

PROSEQVEMVR *hoc tractatu ritus eos, & humanitatis officia, quæ in hoſpitum ſuſceptione* S.P.BENEDICTVS *non minus vrbanè, quam religioſè exhiberi voluit. In his ſiquidem, ſi ritè fiant, humilitas, charitas, aliæque virtutes exercentur, ipſiſque hoſpitibus non modica ædificationis præbetur materia.* *Diſquirendum* proinde Primò, *Quomodo Hoſpites ſuſcipiendi?* Secundò, *Quid ijs ſuſceptis agendum?* Tertiò, *Quod Hoſpitalarij officium?* Quartò, *Cur lauandi Hoſpitum pedes?* Quintò, *Quando, à quibus, quo ve ritu?* Sextò, *Cur Abbas Hoſpiti aquam fundere iuſſus?*

DISQVISITIO I.

Quomodo ſuſcipiendi Hoſpites?

Agenda in ſuſceptione Hoſpitum.

RELIGIOSAM admodum & piã ſuſcipiendi Hoſpites formulam B. Pater tradit, quæ in his quatuor conſiſtit. Primùm, vt hoſpiti occurratur, deinde vt ad orationem ducatur. Tertiò, vt benigna ſalutatio & pacis oſculum illi offeratur. Quartò, vt deinceps deducatur ad hoſpitium. De quibus ordine agendum.

I. *Occurratur ei,* Cap. 53.

PRIMVM igitur. *Cùm nuntiatus fuerit hoſpes,* inquit, *occurratur ei à Priore vel à fratribus cum omni officio charitatis.* Cura denuntiandi aduentum hoſpitum ad portarium ſpectat, qui hoſpitalario vel Superiori eum ſignificet. Quod benè explicatur à

Portario denunciante. Caſſin. in declar. ad c. 53.

Caſſinenſibus: Portarius, inquiunt, viſo hoſpite, iuxta qualitatem perſonæ, & temporum conditionem, aut extra exſpectare faciat, aut intra Monaſterij portam eum introducat, notumque faciat Superiori, ſi hoſpitandi conditio requiret, & Prælatus ordinauerit. A quo tunc ſiue ab vno Superiorum aut Oſtiariorum, vel curam hoſpitum habentium: vel ab alio, cui iuſſum fuerit, ſeu pluribus ipſi occurratur. Occurſus autem ille deuotionem ſuſcipientis indicat, à quâ laudatur Patriarcha Abraham, de quo ita ſacer textus. *Cumque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum: quos cùm vi-*

Laudati ab hoc occurſu Hebræi. Gen. 18. 2.

A *diſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi.* Quæ verba expendens Sanctus Ambroſius: *Feſtinauit,* inquit, *occurrere, quia non ſatis eſt rectè facere, niſi etiam mature quod facias. Vberiores enim fructus habet celerata deuotio. Diſce ergo quod impiger eſſe debeas, vt poſſis præuenire hoſpitem, ne quis præueniat, & te boni muneris defraudet copia.* Loth ſuſcepturus Angelos hoſpitio, *ſurrexit, & iuit obuiam eis.* Viguit autem & inter priſcos Monachos ritus hic obuiam procedendi; vnde Rufinus de S.

Ambroſ. l. 1. de Abraham c. 5. Geneſ. 19. *Et veteres Monachi.*

B Apollonio: *Vbi autem appropinquare iam cæpimus, auditâ voce pſalmi, etiam ipſe Sanctus Apollonius procedit in occurſum.* Idem de Nitrienſibus Monachis: *Vbi peregrinos fratres aduenire ſenſerint, continuò ſinguli quique ex ſuis cellulis prorunnt, atque in obuiam lato curſu & feſtinâ alacritate contendunt.*

Rufin l. 2. vit. Pat. c. 7. Ibid. c. 21.

II. *Ducantur hoſpites ad orationem.*

SECVNDVM eſt, vt *ſuſcepti hoſpites ducan-* C *tur ad orationem, & primitus orent pariter,* ſuſcipiens & ſuſcipiendus. Manauit & id ex veteri Monachorum cõſuetudine. *Hic enim mos eſt* (inquit Rufinus) *apud Ægyptum, vt vbi aduenerint fratres, ſtatim per orationem ſibi inuicem confœderentur.* Idem de S. Apollonio: *Vbi ingreſſi ſumus Monaſterium, oratione priùs (vt moris eſt) datâ, pedes noſtros proprijs manibus lauat.* De Nitrienſibus: *Tunc deinde ſuſceptos nos adducunt primò cum pſalmis ad Eccleſiam,*

Ruffin in vit. Patr. l. 2. cap. 1. Ibid cap. 7. Id. l. 2. c. 21.

HOSPITIVM.

Ratio huius decreti.

ſiam,&c. Hanc autem orationem S. BENEDICTVS fieri ait, *propter illuſiones diabolicas.* Quibus, inquit Turrecremata, aliquando ſatanas transfigurat ſe in figuram hoſpitum ſub ſpecie religionis, vt illudat ſanctis viris, ſicut legimus in vitâ Sanctorum Patrum quandoque contigiſſe. Expoſuit autem & B. Ioannes apud Rufinum cauſſam huius ritus: *Propterea enim & forma huiuſmodi inter Monachos obſeruatur, vt ſi quis ad eos veniat, ſiue vir ille, ſiue mulier ſit, ſiue ſenex, ſiue iuuenis, ſiue ignotus, ſiue notus; ante omnia vt oratio fiat, vt nomen Domini inuocetur: quia ſi fuerit aliqua transformatio dæmonis, continuò oratione facta fugatur.* Vbi Roſweydus ad marginem adiecit: *Mos hic durat apud Carthuſianos.* Illi autem à S.BENEDICTO, vt pleraque alia, eum mutuati ſunt.

Idem lib.2. cap.7.

Apud quos vigeat hic ritus.

Bursf. diſt. 3.c.26.

Quàm verò & apud noſtros hæc conſuetudo vigeat, ex Conſtitutionibus diuerſarum Congregationum patet. Bursfeldēſes: Hoſpitem, inquiunt, reuerenter nudato & inclinato capite ſuſcipiat, & ducat ad orationem. Ingreſſi Eccleſiam, aſpergatur hoſpes aqua benedictâ ab introeunte, poſteà flexis genibus ante altare, faciat orationem. Caſſinenſes verò optant, vt quantum fieri poteſt, iuxta portam Monaſterij ſit ſacellum, in quod ad orationem huiuſmodi hoſpites introducantur. Valliſoletani: Prælatus recipiat hoſpites loco deputato, aut mittat qui eos recipiant. Deinde ducantur ad Eccleſiam, aut locum aliquem, in ipſo Hoſpitio, in quo decenter ante aliquam imaginem preces fundi poſſint. Vſus Ciſtercienſis: *Occurrentes verò Hoſpitibus deponāt caputia de capitibus, ſi tunc ſuperpoſita fuerint, & ſic proſtrati ſuper genua ducant ad orationem. Ingreſſi vero Eccleſiam, aſpergat illos aquâ benedictâ ille cui officium illud iniunctum eſt.* Non diſſimiliter Camaldulenſes: Hoſpes ducatur ab Oſtiario domus in Eccleſiam. Interimque vocetur campanulæ ſigno, aut ab altero oſtiariorum, Abbas, vel alius vice eius. Qui veniens, & ipſe in Eccleſiam ordine breui facta oratione, hoſpitem detecto capite fraternè amplexetur: ac ſubinde in eā cameram hoſpitalitatis ducat, quę eius gradui, ac virtuti conueniet. Sic illi.

Caſſin. in declarat ad c.53.

Valliſol Conſt. cap. 74.

Vſus Ciſt. c.87.

Camald.ad c.53.Reg.

Quæ preces fundendæ in hoſpitum ſuſceptione

Collectat. Bursfeld.

Quæres autem quæ oratio in ſuſceptione hoſpitum dicenda. Reſpondeo Anglicanæ Miſſionis Patres præſcribere, vt dicatur, *Veni Sancte Spiritus*, & *Actiones noſtras*. Bursfeldenſes accommodatius noſtro iudicio ita ſtatuunt. In ſuſceptione hoſpitum, ſi hoſpes ſuſcipiendus pſalmos nouerit, dicatur ab ipſo & à ſuſcipiente. Pſal. *Deus miſereatur noſtri. Gloria Patri, Kyrie eleiſon, Pater, &c.* Oratio: *Deus humilium viſitator, qui nos fraternâ viſitatione conſolaris, prætende ſocietati noſtræ gratiam tuam, vt per eos in quibus habitas tuum in nobis ſentiamus aduentum. Qui viuis*

A *& regnas.* &c. Si hoſpes pſalmos non nouerit, per ſuſcipientem omnia compleantur. Ita illi: ex vetere ſine dubio more. Oratio enim illa habetur in libro Sacramentorum S Gregorij Papæ.

III.

Humiliter ſalutentur cum oſculo pacis.

TERTIÒ. Poſt orationem hoſpes humiliter ſalutādus, & in oſculo pacis ſuſcipiendus, de quo ita S. BENEDICTVS: *Quod pacis oſculum non priùs offeratur, niſi oratione præmiſſa, propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione omnis exhibeatur humilitas.* Quomodo autem illa exhibenda ſit, declarat cùm B ſubdit: *Omnibus venientibus ſiue diſcedentibus hoſpitibus, inclinato capite vel proſtrato omni corpore in terra, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur.* Nec defuit hæc humilitas hoſpitalitatis Magiſtro, Patriarchæ Abrahæ, de quo Scriptura. *Cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram.* Et *geſtibus, & verbis* (vt ait Chryſoſtomus) *magnum feruorem egregiam animi humilitatem, ſummam hoſpitalitatem declarans.* S. BENEDICTVM verò, alioſque, qui eum præceſſerunt Monachos, Abrahæ exemplum C imitari voluiſſe, clarum eſſe arbitror. Rufinus enim Apollonij Abbatis hoſpitalitatem commendans, ipſum Regulæ noſtræ ritum expreſſit: *Vbi*, inquit, *appropinquare cœpimus, etiam ipſe S. Apollonius procedit in occurſum. Et vt vidit nos, ſtatim prior adorauit vſque ad terram, & ſurgens oſculo nos ſuſcepit.* Qui paulò pòſt de hoſpitalitatis ſtudio apud hoſpites ſuos diſſerens, cærimoniæ huius cauſſam expoſuit: *Adorari fratres aduentantes propterea*, inquit, *traditio habetur, vt certum ſit, in aduentu eorum aduentum Domini Ieſu habe-* D *ri, qui dicit: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Sic enim & Abraham ſuſcepit eos qui homines quidem videbantur, Dominus autem in eis intelligebatur.*

Et Chriſtus in eis adoretur.

Geneſ.18.2.

Chryſoſt. hom.42 in Geneſ.

Rufin.l.2. vit. Patr.c. 7.

Cauſſa huius ritus.

Matth.25. Geneſ.18.

Aliter ſummates viri, aliter mediocres honorandi.

Quod autem ait, *inclinato capite*, vel *proſtrato toto corpore in terra* Hoſpites venerandos, Smaragdus exponens, ait: *Duas hic aduenientium inducis perſonas, vnam mediocrem, cui tantùm caput inclinatur à fratre; aliam verò ſummam, quæ in terra toto proſtrato adoratur & corpore.* Cui conſentit Bernardus Caſſinenſis, morem ſui temporis haud du- E biè explicans: Nam reges & Epiſcopi genuflectione, alij mediocres, Comites & Barones, Abbates & ceteri capitis inclinatione ſunt honorandi. Et fuiſſe olim morem, vt vel toto proſtrato corpore, vel genibus ſaltem flexis hoſpites ſuos Monachi venerarentur, aut cùm ſe mutuo inuiſerent, colligitur ex S.Ephræm: *Spiritalis*, inquit, *quando ad fratris conceſſurus eſt adhortationem, veniensque ad ianuam fratris, & pulſans, pœnitentiam agit.* Græcè eſt, *βάλλει μετάνοιαν*, de quo * alibi.

Bern.Caſſ. apud Boër. in c.53.

Olim Monachi proſternebantur.

Ephræm to.2. Parænef 35.

* Lib.8.tr. 3.

Cur pacis oſculum adhibendum.

Quod verò iubet Legiſlator pacis oſculum hoſpiti offerri, intelligimus id ex veteri

Rom.16. 1.Cor.16. 2.Cor 13. 1.Theſſ.5. Ignat epiſt. ad Antiochen. & ad Tarſ.

teri Eccleſiæ dictum conſuetudine. Paulus A enim non ſemel ait: *Salutate inuicem in oſculo ſancto.* Quem & S. Ignatius Martyr imitatus eſt. Cùm autem dixerunt *oſculum ſanctum*, diſtinctum illud voluerunt ab eo, quo gentiles vtebantur. Quondam enim vſu receptum erat quoties ſibi obuiarent inter ambulandum amici, ſeinuicem oſculo ſalutare, de quo Xenophon, Herodotus, & Strabo, quam quidem conſuetudinem vt permoleſtam, & frequentibus occaſionibus faſtidium afferentem Tiberius (teſte Suetonio) lege ſancitâ tollendam curauit. Viguiſſe autẽ apud Hebræos morem amicos in primo acceſſu oſculandi, patet ex ſcriptura, in quâ ſic Dominus ad Aaron: *Vade in occurſum Moyſi in deſertum. Qui perrexit obuiam ei in montem Dei, & oſculatus eſt eum.* Huc ſpectat oſculum Amaſæ & Ioab. Iudas etiam more gentis Saluatorem oſculatus videtur.

Xenoph. l. 1. de Cyro. Herod. l.1. Hiſt. Strabo l.18. Sueton in Tib c.34. Exod.4.27. 2.Reg.20.9. Matth.26.

Quadruplex oſculum. Auguſt. to. 4. lib. de Amicit. c 6.

Auctor verò libri de Amicitia apud Auguſtinum, quadruplex diſtinguit oſculum. *Primum*, quod fit in ſignum reconciliationis, *quando fiunt amici, qui fuerunt inimici. Secundum*, in ſignum pacis, *ſicut communicati in Eccleſia interiorem pacem exteriori oſculo demonſtrant. Tertium*, in ſignum dilectionis *inter ſponſum & ſponſam fieri permittitur, vel ſicut ab amicis poſt diuturnam abſentiam & porrigitur & ſuſcipitur.* Quartum, *in ſignum Catholicæ* C vnitatis, *ſicut fit cum hoſpes ſuſcipitur.* Poſtremum hoc oſculum etiam ad Monachos tranſijt, vnde Hieronymus de Paulo & Antonio: *Aperto oſtio, dum in mutuos miſcerentur amplexus, proprijs ſe ſalutauêre nominibus gratiæ Deo in commune referuntur. Et poſt ſanctum oſculum, reſidens Paulus*, &c. Similiter Paphnutius in vitâ Onuphrij, *Oſculum mihi pacis tribuit, atque dixit. Tu es frater meus, Eremiticæ cooperator vitæ, O fili ingredere.*

Quale vſurparint priſci Monachi. Hieron. in vit. Pauli, c.8. Vit. Onuphri c.8.

Amplexus pro oſculo inductus. Caſſin. in declar. ad c.51. Anton. Perez ad cap. 53. Reg.

Quod noſtros ſpectat, Caſſinenſes aiunt: *Oſculum dicimus amplexum, quem præſertim Religioſis, & deuotis perſonis exhibemus.* Perez de Valliſoletana Congregatione: Mos, inquit, iſte maximè apud Hiſpanos obſoleuit (quidquid ſit de Gallis, Germanis & ſimilibus) & ideò nos ab illo ſuperſedemus. Quamuis autem olim abuſus circa hoc oſculum irrepſerint, vt videre eſt apud Clementem Alexandrinum & Athenagoram; amplexus tamen ille, qui in pleriſque Ordinibus religioſè & circumſpectè exhibetur, abuſus vocandus non eſt. *Oſculum enim ſpiritale*, vt inquit auctor de Amicitiâ, *non fit oris attactu, ſed mentis affectu: non coniunctione labiorum, ſed commixtione ſpirituum, caſtificante omnia Dei ſpiritu, & ex ſui participatione cæleſtem immittente ſaporem.*

Clem. 3. Pædag. Athena. orat. ad Chriſt. *Non eſt abuſus.* Apud Aug. tom. 4 lib. de Amicit. c. 6.

Eſt amicitiæ ſymbolum. Cicer. l. 1. acad. quæſt.

Minùs periculi eſt in amplexu, quem amicitiæ ſymbolum agnouit Cicero, qui vnà cum Attico Marco Varroni obuiam A iuerat, & amplexus dimiſerat. *Atque illum complexi*, inquit, *vt mos amicorum eſt, ſatis eum longo interuallo ad ſuam villam reduximus.* Sed quod maius eſt, Chriſtus Dominus oblatos paruulos *complexans, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.* Fluxit autem hæc conſuetudo ex Patribus antiqui teſtamenti. Viguit & inter Monachos, cum magna charitatis ſignificatione. S. Pachomius Monachum ad ſe venientem amplectitur, vt auctor Metaphraſtes. Monachi occurrentes Antonio, in eius amplexus certatim ruunt. B B. Ioannem Chryſoſtomum à Monaſterio recedentem cum Flauiano Epiſcopo, *Monachi contubernales demulcebant amplectabantur, ſe membris illius implicabant.* B. Eſaias Abbas Monachos formans: *Si ad te frater peregrinus accedit, lætâ ipſum facie ſaluta atque complectere: & quã geſtat ſarcinam, cum gaudio ipſo ſuſcipe: & in eius diſceſſu rurſus idem facito.*

HOSPITIVM. Marc. 10.16. *Et à ſanctis viris vſurpatus.* Metaphr. in vit. Pachom. c 19. Athan. in vit B. Ant. Metaphr. in vit. S. Chryſoſt. B. Eſa. orat. 3.

Quæri autem hic poteſt, an ante orationem nulla hoſpiti in primo congreſſu dicenda ſalus; inurbanum id alicui videatur, & à communi conſuetudine alienum. C Caſſinenſes ad verba, *Adoretur Chriſtus in eis*, hanc adiecerunt declarationem: *Mentali ſcilicet oratione, & deuotione.* Conſuetudo tamen omnium pænè Religioſorum eſt, quando eis occurritur, in oſculo recipi poſtmodum duci ad orationem: quod quia ita communiter fit, inhumanum videtur, maximè ſi fuerint noti, primo occurſu non exhibere eis oſculum, ſed poſt orationem, propter communem conſuetudinem: tutius tamen eſſet ſeruare Regulam. Credimus tamen hoc reſpectu, ſi in principio oſ- D culum obtulerimus, præmiſſa tamen oratione mentali, & etiam dicto exteriùs aliquo, quod ad orationem, vel Dei laudem pertineat, & hoſpitem ſimilia proferre fecerimus, puta: *Deo gratias. Benedictus Dominus noſter Ieſus Chriſtus*, & huiuſmodi, non diſcedere ab effectu iuſtitiæ, dummodo poſteà ad orationem ducatur hoſpes. Sic illi. Quibus conſonant Camaldulẽſes. Hoſpitem detecto capite fraternè amplexetur Abbas, quòd ſi hoſpiti, antequam ad Eccleſiam veneit, obuiauerit, primùm ad pa- E cis amplexum eum excipiet; deinde ad Eccleſiam ducet. Quod peruetuſto ſatis nititur exemplo. De Apollonio enim ſic Rufinus: *Aduenientes nos ſtatim prior adorauit vſque ad terram, & ſurgens oſculo nos ſuſcepit. Vbi autem ingreſſi ſumus Monaſterium, oratione priùs (vt moris eſt) data*, &c. Vbi vides primùm ſalutatos hoſpites, & oſculo receptos, prinſquam ad orationem ducerentur.

An ante orationem hoſpes ſalutandus. Caſſin. ad c.53. Reg. num.3. *Videri ſalutationem præmittendam.* Ibid nu 4. *Confirmatur* Camald. l. 1. conſtit. c. 33. *Etiam veteri exemplo.* Rufin l. 2. vit. Pat. c.7.

HOSPITIVM.

DISQVISITIO II.

Quid Hoſpite iam ſuſcepto agendum?

Quo affectu ſuſcipiendi hoſpites.

Chryſoſt. hom 45. in acta Apoſt.

BENIGNE primùm exceptos hoſpites liberaliter deinde S.BENEDICTVS haberi voluit. Nam vt Chryſoſtomus: *Omnia illa habere oportet hoſpitio excipientem, alacritatem, feſtiuitatem, liberalitatem. Hoſpitis anima erubeſcit & confunditur, ſi non cum excellentia declaretur gaudium, abalienatur, & mox deterius fuerit quam non eſſe ſuſceptam, ſic eſſe ſuſceptam.* B Et Ambroſius: *Non ſola facilitas ſuſceptionis, ſed etiam ſedulitas ſuſcipientis, & affectus quaritur.*

Ambroſ. l. 1. de Abrah. cap. 5.

Primò, ducendi ſunt ad cellam Hoſpitium.

S.BENEDICTVS ergo hoſpitem ab oratione, *Primò*, deduci vult ad cellam hoſpitum, *vbi ſedeat cum illis*, inquit, *prior, aut cui iuſſerit ipſe.* Prior hîc, vt alibi Superiorem vel Abbatem ſignificat, ſic & in principio capitis dictum eſt, *Occurratur ei à Priore, vel à fratribus.* Quod autem ait: *aut cui iuſſerit ille*, ſignificat Superiore occupato, alium poſſe deſignari qui agat cum hoſpite, imò id conuenit quando eſt perſona minoris qualitatis, cui alius quilibet comes ſufficiat. Neque verò Abbas aut Prior ſingulis adeſſe poteſt hoſpitibus, in ijs præſertim Monaſterijs vbi frequens, & pænè quotidianus eſt Hoſpitum aduentus. Burſfeldenſes hîc præſcribunt, vt hoſpes breuiter interrogetur de cauſſà ſui aduentus, & humaniter tractetur ſecundum Regulam.

Quorum ſit cum ijs agere.

Secundò, prælegatur ijs pia lectio.

Vſus Ciſtert c. 87.

Burſfeld in Cerim. diſt. 3. c. 26.

Secundò, præſcribit S.Pater; *Legatur coram hoſpiti lex diuina, vt ædificetur.* Quando autem hæc lectio inſtituenda? Vſus Ciſtertienſis inſinuat ſtatim poſt oſculum pacis faciendam. Burſfeldenſes verò hoſpitem ab oratione deducunt ad hoſpitium, & recitatâ coram eo lectione breui de ſcripturis, aduentum eius Abbati ſignificant, ſi alius ab Abbate hoſpitem ſuſceperit. Caſſinēſes ita ſtatuunt: *Maximè laudamus, hoc fieri ſi commodè poſſit, & tempus hoc permiſerit, vt dum refectio paratur, aliquid hoſpiti legatur, vel Spiritualia dicantur, vnde ædificetur, habito reſpectu ad perſonæ qualitatem & neceſſitatem: ſaltem non omittatur, quin ad menſam hoſpiti aliquid legatur.* Sic illi. Et rectè quidem, ſic enim ſtatuit Eutichianus Papa: *Recitetur ſacra lectio, & non tantùm corporali cibo, imò verbi cæleſtis alimento conuiuantes ſe refectos gratulentur.* Quid verò, & quantum hoſpiti prælegendum in prima ſuſceptione, vix vlli definiunt, Patres Anglicani ita decernunt: ducatur ad cellam hoſpitum, vbi à fratre cui mandatur cura hoſpitum legatur lectio ex 1. Ioan. c. 4. *Chariſſimi diligamus*, &c. vſque ad finem; & dicatur *Tu autem Domine*, & ſtatim proſternat ſe coram hoſpite, deoſculans terram, quo Chriſtus in eo adoretur, iuxta Regu- A lam. Quæ religioſa admodum eſt obſeruantia.

Caſſin. ad cap. 53.

Eutichian. Pap. in pœnit. Rom. tit. 5. c. 2.

Quæ, & quāto tempore.

In cap. 53.

Annotauit porrò Antonius Poſſeuinus, exſtare apud Arnoldum Wion tres paruos ſermones nomine S.Gregorij magni, coram hoſpitibus ſecundum præceptum Regulæ legendos, & Caſſinenſibus Monachis ab eodem tranſmiſſos: quorum primus ſic incipit: *Penſate fratres Chariſſimi.* Secundus: *Ait enim Dominus & ſaluator noſter.* Tertius: *Domine & Saluator noſter.* Optandum eſſet hos tanti Patris ſermones ad Monachorum & B hoſpitum ædificationem publici iuris fieri.

Poſſeuin. in Appar. v. Gregor.

S. Gregorij ſermones Hoſpitibus legendi vbi exſtent.

Vbi verò nihil præterquam in menſa hoſpiti prælegitur, operæpretium fuerit Petri Boërij admittere cōſilium, quod his verbis ſuggerit: *fratres narrare debent hoſpitibus bona exempla, ſancta & ædificatiua ſanctorum miracula, & alia illectiua ad honeſtatem, ſanctitatem, humilitatem, & contemptum mundi: nō irriſoria, non immunda aut detractoria, ſiue riſum mouentia, quia talia ſunt nobis æterna clauſura damnata.*

Quid agendum deficiente lectione.

Boër. in hunc loc. Reg.

Tertiò: poſt recitatam lectionem præſcri- C bit S.BENEDICTVS, vt deinceps *omnis ei exhibeatur humanitas.* Notat Gazæus S.BENEDICTVM ex Caſſiani imitatione *humanitatem* pro hoſpitalitate ſumere. Vtitur enim illa voce in hac ſignificatione lib. 5. inſtit. c. 23. collat. 2. cap. 25. & 26. atque aliàs paſſim. Sed & alijs patribus ſolemne eſt, hoſpitalitatem *humanitatis* nomine appellare. *Omnes*, inquit Hieronymus, *ad nos venientes latâ* HVMANITATIS *fronte ſuſcipimus.* Et Rufinus: *Poſt hæc iubet officia erga nos* HVMANITATIS *atque hoſpitalitatis expleri.* Ambroſius: *In officijs hoſpitalibus omnibus quidem* HVMANITAS D *impartienda eſt.* Quid autem ſit humanitas, exponit Smaragdus: *Omnis humanitas*, ait, *dicitur omnis miſerantis affectus, & obſequium plenum & perfectum amoris, quod Hoſpitibus exhiberi oportet in cibi ac potus & omniū illis competentium adminiſtratione.* Et S.Hildegardis: *Humanitas eſt tam in affabili & ſociali ſermocinatione collocutionis, quàm in omni neceſſaria corporali neceſſitate.* Et vſurpari ſubinde *humanitatē* pro victu & potu, annotauit Claudius Menardus ad duos ſermones Augu- E ſtini de Calendis Ianuarij, in quorum poſteriore ait: *Quicunque ergo in Calendis Ianuarijs quibuſcumq́ miſeris hominibus aliquam humanitatem dederint*, &c. Ambroſius: *Si quis inſtaurandum conuiuium putat, negotiatorem mittit, vt abſynthiaci cupellam ſibi gratis deferat: ad Cauponem dirigit, vt Picenum vinum aut Tyriacū requirat: ad lanium, vt vuluam ſibi procuret. ad alium, vt poma ſibi adornet. Itaq́ humanitatem iudicant quæ alieno periculo conſtant.* Caſſiodorus: *Atque ideo humanitatem ſubter annexam vel ad equos capitum definitum illius gentis legatis ſine aliqua tarditate præſtabitis.* Acta Pantaleonis: *Audiui quòd circuis eos quos torqueo,*

Tertiò, omnis exhibeatur humanitas.

Gazæ. not. ad collat. 2. Caſſ. c. 25.

Quæ ſumitur pro hoſpitalitate.

Hieron. in Apolog. cont. Ruff.

Rufin. l. 2. cap. 1.

Ambroſ. l. 2. de offic. cap. 21.

Alia expoſitio.

Smaragd. in cap. 53.

Humanitas pro victu.

Ambroſ. l. de Tobia c. 14.

Caſſiod. l. 7 epiſt. 33.

Acta Pant. 5. Kal. Auguſti.

torqueo, qui non colunt Deos meos, & ipſos curas, & non ſolum hoc, verum etiam humanitatem eis praſtes.

DISQVISITIO III.

Quod Hoſpitalarij officium?

Curatoris Hoſpitum nomina.

COMMENDATA hactenus humanitas nõ Abbatem dumtaxat, ſed illum præcipue ſpectat Fratrem, cui hoſpitum cura fuetit demandata. Vſus Ciſtertienſis *Hoſpitalem Monachum*; Rituale Affligenienſe & B Cærimoniale S. Iuſtinæ *Hoſpitarium*; Burſfeldenſes, alijque *Hoſpitalarium* vocant. Cuius quidem officium pro ſua ſolicitudine breuiter S.P. BENEDICTVS deſcripſit, dicẽs: *Cellam hoſpitum habeat aßignatam Frater, cuius animam timor Dei poßideat, vbi ſint lecti ſtrati ſufficienter, & domus Dei à ſapientibus ſapienter adminiſtretur.*

Cap. 53. Qualitates exponuntur.

I. *Timor Domini.*

Prima igitur Hoſpitalarij qualitas & interior animi diſpoſitio eſt, timor Domini, quem meritò in eo requirit, quia, vt ait Eccleſiaſticus: *Qui timet Deum, nihil negligit.* C Diligentia autem & ſedulitas hoſpitalitatem maximè commendant, & à timore Domini oritur pietatis affectio ad proximorum miſerias Chriſti amote ſubleuandas. Hac qui caret, timore Dei vacuus eſt. *Qualis enim eſt iſte timor*, inquit Gregorius *ſi cum eo pietas non eſt? Qui enim miſereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationibus diſsimulat, huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus eſt, quia non ſubleuatur ad pietatem.* Præſidio deinde timoris Domini à multis eruetur peccatis & præuaricationibus, in quas D pronum eſt cum hoſpitibus agentes incidere. Qui enim Deum non timent, facilè cum hoſpitibus citra obedientiam manducant aut bibunt: facilè in multiloquium, otioſa & ridicula verba incidunt, & ſubinde Monaſterij ſecreta aut confratrum aperiunt defectus. Littetas aut munuſcula ſine venia accipere, vel dare, aut per hoſpites deſtinare non difficulter poſſent, qui timore Domini ad Regulæ obſeruantiam non vrgentur. Hic autem omnia hęc incommoda depellit, quia vt Eccleſiaſticus: *Timor Domini expellit peccatum.* Et Ambroſius: *Qui timet Dominum declinat errorem, & ad virtutis ſemitam vias ſuas dirigit, niſi enim quis timuerit Deum, non poteſt renunciare peccato.*

Eccli. 7. 19.

Greg. hom. 19. in Ezechiel.

Quo liberatur à multis peccatis.

Eccli. 1. 27. Ambroſ. l. 1. Hexam. c. 4.

II. *Sit ſapiens, prudens atque diſcretus.*

Secunda hoſpitalarij qualitas illis inſinuatur verbis: *Vt domus Dei à Sapientibus ſapienter adminiſtretur.* Requiritur ergo in eo ſapientia, prudentia & diſcretio: vt prouidus & circumſpectus ſit, in moribus & ſermone, vt aptum poſſit dare reſponſum, & hoſpites ædificare. Diſctetio quoque illi neceſſaria, vt ſciat quid vnicuique deferendum, quis locus deſignandus, quo honore A afficiendus, quid denique rationabilitet aut tribuendum aut negandum. Adhæc, diſpiciat quomodo cum diuerſorum ſtatuum hominibus agendum.

HOSPITIVM.

III. *Ingenio leni & manſueto.*

Tertia qualitas eſt, vt ſit ingenio quantum fieri poteſt leni & manſueto: turbulenti enim facilè animi motus coram hoſpitibus produnt, magno ſubinde ſcandalo, aut ſaltem paruâ hoſpitum ædificatione. Requirebat hanc Theodoſius Archimandrita, de quo Theodoretus: *Non leuem*, inquit, *curam gerebat hoſpitum, viris lenitate & B morum manſuetudine ornatis, & in proximum charitate praditis vt eis prouiderent committens, ipſe autem viſebat & inſpiciebat omnia, perſcrutans an ex latis legibus vnuſquiſque ſuo fungeretur officio.*

Theodor. in Philoth. c. 10.

IV. *Modeſtus & diligens.*

Quartam qualitatem præſcribunt Abbates Capituli Prouincialis noſtri Ordinis in Anglia apud Northamptonam celebrati: requirunt enim modeſtiam, & diligentiam: *Ad ſuſcipiendum hoſpites*, inquiunt, *deputetur Monachus diligens, & modeſtus, qui eos liberaliter, & benignè recipiat, religioſiſque hoſpitibus, C & præcipuè noſtri Ordinis in edendo, & bibendo, & alijs honeſtis ſolatijs, comitiuam exhibeat perſonalem. Si cui autem, & maximè Religioſo, per eum qui ad ſuſcipiendos hoſpites fuerit deputatus, ſine cauſſa neceſſaria fuerit hoſpitalitas denegata, à ſuo amoueatur officio, vel aliter grauiter puniatur.* Sed totum hoſpitalarij officium luculentiſſimè deſcriptum eſt in Cærimoniali Burſfeldenſi, ex quo hæc adijcimus: Hoſpitalarius eligatur vnus ex Monachis aut fratribus laicis, fidelis moribus & diſciplinâ, in quantum fieri poteſt eruD ditus, qui ſuperuenientes hoſpites deuotè ſuſcipiens, & omnibus honorem congruum impendens, maximè Religioſis & deuotis, ſciat ſingulis prout religio exigit, morem gerere, & deferre obſequium. Ipſe ſolerter prouideat, vt locus ſemper ſit mundus & decenter compoſitus, tam ille in quo reficere, quàm in quo dormire debuerint hoſpites. Sub eius cuſtodia & cura ſint vniuerſa pro ſuſceptione & decenti pertractatione hoſpitum requiſita. Ipſe loqui poteſt cum omnibus hoſpitibus, & E vbi neceſſe fuerit, in Monaſterio; extra verò, minimè. Ad ipſum pertinet mandatum per ſe vel per alium præparare, & eo parato horâ competenti eos qui mandatum facturi ſunt conuocare. Illoſque maximè autem Abbatem eundo & redeundo præire cum lumine ſi nox fuerit, & ad faciendum mandatum, ſi opus fuerit adiuuare. Hactenus ibi. Similia ferè pluribus habet antiquum Cærimoniale S. Iuſtinæ, quod monet ſæpiùs à Superiore exquirendum, quid circa hoſpitem fieri velit. *Itemque vt extra refectionem, in præſentia maximè alicuius Superioris, non colloquatur cum hoſpite*

Officium Hoſpitalarij plenius deſcriptum. Burſf. diſt. 2. c. 12.

Cærim. S. Iuſt. 1. part. c. 10.

Quiſque res præſente Superiore.

HOSPITIVM.

prolixè ſine licentia, ſed ſi putauerit vtile & laudabile, petat licentiam pro ædificatione & humanitate hoſpitis à Superiore ſuo, & ſic cum modeſtia poterit eſſe cum hoſpite. Plura alia ſuis temporibus opportune exhibēda ſuggeret pietas prudentiæ coniuncta.

Cur tam accuratus eſſe debeat.

Oportet autem accuratum eſſe Hoſpitalarium, quia de totius Monaſterij diſpoſitione ex eius ſedulitate Hoſpites coniecturam faciunt. Si enim diligens, beneuolus, prouidus & honeſtus fuerit, creditur Monaſterium rectè gubernari. Sin verò negligens, incurius, ſordidus, remiſſus aut diſſolutus, tales etiam putantur & reliqui: ſicque tam in ipſum præfectum, quàm in totam communitatem deriuatur negligentia & ruditas miniſtri.

Quibus ſtimulis vrgeatur.

Ad hæc porrò omnia ſingulari cum diligentia exhibenda plurimùm incitabitur ſi religioſæ hoſpitalitatis merita & præmia, quæ aliàs attulimus animo ſecum expendat, illoſque ſibi in exemplum proponat, qui accuratè admodum hoſpitibus ſeipſos impenderunt.

DISQVISITIO IV.

Cur lauandi Hoſpitum pedes?

ANTIQVISSIMA eſt ea conſuetudo, quâ hoſpitum & peregrinorum pedes ablui ſolent, Gentilibus ęquè ac ſacris Scriptoribus nota. Vnde Nauſicaa Alcinoi filia apud Homerum ait: *A Ioue ſunt omnes peregrini & mendici, munus quidem exiguum, ſed charum. Vos famulæ date peregrino cibum & potum:* ſed priùs *Lauate eum in fluuio.* Vlyſſes antequam epulis Alcinoi & Phæacum accumberet, aquâ calidâ lotus, & oleo vnctus eſt ab ancillis. *Cleobuli ſapientis & Lydiorum Monarchæ filiam non pudebat lauare pedes paternorum hoſpitum,* vt ſcribit Clemens Alexandrinus. Herodotus commemorat, Amaſin, regem Ægyptiorum, habuiſſe peluim auream, in qua tā ipſe, quàm omnes eius conuiuæ pedes lauare conſueuerint. In ſacra verò Scriptura plura occurrunt exempla. Abraham enim Angelis peregrinorum habitu ad ſe venientibus pedum lotionem obtulit. Loth, duobus Angelis dixit: *Declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & manè proficiſcemini.* Abrahæ ſeruo apud Bathuelem hoſpitanti loti ſunt pedes: fratres Ioſeph ante prandium pedes ſuos lauerunt. Quare & B. P. N. BENEDICTVS hoſpitum pedes lauari præcepit. *Pedes,* inquit, *hoſpitibus omnibus tam Abbas, quàm cuncta congregatio lauet.*

Ethnici peregrinorum pedes abluerunt. Homer. Odyſſ. 7. Ibid. Clem. Alexand. lib. 4. ſtrom. Herodot. l. 2. *Probatur idem ritus ex S. Scriptura.* Geneſ. 18. Geneſ. 19. Gen. 24. 32. Gen. 43. 24. *Cur à S. Benedicto præſcriptus.* Cap. 53.

Primò, ad commendandum hunc ritum.

Cauſſas verò huius Pedilauij inquirentes, *primam* eam eſſe arbitramur, voluiſſe nimirùm Legiſlatorem noſtrum probatum in S. Scriptura ritum ſuis commendare diſcipulis. Nam & S. Paulus à vidua requirit: *Si hoſpitio receperit, ſi pedes ſanctorum lauerit.* Id eſt, Chriſtianorum peregrè venientium. Et S. Auguſtinus hortatur, vt Abrahæ exemplum imitemur: *Diſcite fratres à B. Abraham hoſpites libenter accipere, pedes eorum cum humilitate & pietate lauare. Lauate, inquam, ſanctorum peregrinantium pedes, ne fortè in illis remaneat puluis, quem ad iudicium veſtrum poſſint de pedibus ſuis excutere.*

1. Tim. 5. Auguſt. ſerm. 70. de temp.

Secundò, vt corpus melius curetur.

Secunda eaque generalis Pedilauij cauſſa eſt, tum vt puluis, quem ex itinere fortè hoſpites contraxerint, aqua abſtergatur; tum etiam vt laſſitudo depellatur, corpuſque iucundiùs curetur. Experientia enim conſtat non parum ad hęc lotionem pedum conducere, vnde Dauid Vriæ peregrè aduenienti dixit: *Vade in domum tuam, & laua pedes tuos.*

2. Reg. 11.

Tertiò, vt Chriſti exemplum & præceptum impleatur.

Tertia cauſſa ſit, vt Chriſti Domini de hac re exemplum implerent & præceptum dicentis: *Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus & magiſter; & vos debetis alter alterius lauare pedes.* Ita veræ humilitatis magiſter; de quo Auguſtinus: *Didicimus fratres humilitatem ab excelſo, faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelſus. Magna eſt commendatio humilitatis: & faciunt ſibi hoc inuicem fratres, etiam opere ipſo viſibili, cùm ſe inuicem hoſpitio recipiunt. Eſt enim apud pleroſq; conſuetudo huius humilitatis vſque ad factum, quo cernatur expreſſa: vnde & Apoſtolus, cum viduam benè meritam commendaret: Si hoſpitio, inquit, recepit, ſi Sanctorum pedes lauit. Et apud Sanctos, vbicumque hæc conſuetudo non eſt, quod manu non faciunt, corde faciunt: ſi in illorum numero ſunt, quibus dicitur in hymno beatorum trium puerorum: Benedicite Sancti, & humiles corde Domino; multò autem eſt melius, & ſine controuerſia verius, vt etiam manibus fiat: nec dedignetur, quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus.*

Ioan. 13. Auguſt. tr. 58. in Ioan. 1. Tim. 5. Dan. 3.

Quartò, & aliorum ſanctorum.

Hinc verò ſequitur *Quarta* cauſſa, ab exemplo eorum, qui hoc Chriſti factum ſunt imitati, quod à pluribus olim tum Chriſtianis, tum Monachis legitur vſitatum. Hinc Tertullianus diſſuadet Chriſtianæ feminæ, ne cum Ethnico matrimonium contrahat cùm alias ob cauſſas, tum quia maritus talis non ſit paſſurus, *vt ſanctorum pedibus aquam offerat.* S. Silueſter omnes peregrinos Romam venientes lubenter excipiebat, menſam hilariter apponens, *aquâ pedes abluens,* & ad quieſcendum in ſtragulis eos collocans. S. Spiridion ad labores iter facientium recreandos, cum iam eſſet Archiepiſcopus Cypri, erat adeò dexter & officioſus, vt ipſe ſine famulis menſam eis apponeret, pedes ablueret, aliaque officia humaniter exhiberet. S. Hieronymus autem de ſuo ſuorumque lauandi hoſpitum pedes exercitio ita ſcribit: *Propoſitum nobis eſt lauare pedes venientium, non merita diſcutere.* Athanaſius ſcribit

Tertull. l. 2. ad vxorem. Apud Sur. 30. Dec. Sur. 12. Decemb. Hier. Apolog. aduerſ. Rufin.

Athanaſ. epiſt. ad Solit. vit. agentes. Chryſoſt. hom. ſerm. de eleemoſ. & hoſpital.

ſcribit Hermian *lauantem pedes peregrinorum* à populo arreptum, quem dux cum alijs tribus multis plagis conciſum in carcerem coniecit. Vnde non immeritò ait Chryſoſtomus, Peregrinos, non tantùm ſuſcipiendos, *ſed eorum etiam abluendos pedes.*

Quinta, ad acquirendam humilitatem. Auguſt. tr. 58 in Ioan.

Quinta ratio ſit, vt virtus humilitatis hoc pacto menti inſeratur, aut inſerta magis augeatur. Quā rationem Auguſtinus attulit: *Cùm*, inquit, *ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipſo vel excitatur, vel ſi iam inerat confirmatur ipſius humilitatis affectus.*

Pedilauiū meritò Monachis imperatum. Iſidor. in Reg. c. 22.

Iure igitur meritiſſimo de hoſpitum Podonipтro legem ſanciuit S. BENEDICTVS, prout etiam Iſidorus Hiſpalenſis, qui de hoſpitibus agens, ait: *Præbeantur eis habitacula, lauentur eorum pedes, vt præceptum Dominicum impleatur.* Similia ſtatuit etiam S. Fructuoſus

Fruct. in Reg. c. 10.

non negligenda igitur tot fulta rationibus pia hæc cærimonia, cuius neglectum deplorauerunt aliquando Fuldenſes Monachi, rogantes eam poſt liminio reſtitui à Carolo Magno: ita enim aiunt: *Quod peregrinorum ſuſceptio, & lauatio in eis pedum non negligatur, ſed ſecundum Regulam, & ſecundum priorum noſtrorum conſuetudinem, quandocumque venerint, miſericorditer ſuſcipiantur, & ab omnibus fratribus lauatio pedum eis exhibeatur.*

Brovver. antiq. Fuld. l. 3. cap. 12. num. 11. Fuldenſes ab eo laudati.

Hinc in Concilio Aquiſgranenſi ſtatutum, *vt mandatum, ſi tempus cœnæ eſt, tam fratrum quàm etiam peregrinorum poſt cœnam fiat.* Non abhorrent proinde Ordinis noſtri Religioſi hoc ſanctum humilitatis exercitium, quod regibus etiam curæ fuit.

Concil. Aquiſg. can. 22.

Item Robertus Fräcia rex.

De Roberto Rege Frācorum Helgaldus Floriacenſis hæc ſcribit: *In die cœna Domini poſt menſam præparans ſe ad Dei ſeruitium Rex humilis, ponebat veſtimenta ſua indutus ad carnem cilicio, adiunctoque Clericorum collegio centum ſexaginta & eo ampliùs numero, ad exemplum Domini, eorum pedes lauans, capillis capitis ſui tergebat, & ad mādatum Domini ſingulos eorum duobus ſolidis remunerans, clero præſente, & Diacono adſtante, qui lectionem legeret ſecūdum Ioannem in cœna Domini dictam, & factam.* S. Stephanus Hungariæ Rex, nocturnis horis *multâ alacritate & hilaritate abluebat fidelium pedes*, & in ſinu pauperum abſcondebat eleemoſynas, vt in eius vita ſcribit Chartuicius Epiſcopus. Sed & S. Ludouicus Francorum Rex, quolibet Sabbato conſueuerat *pedes abluere in loco ſecretiſſimo humiliter, & deuotè flexu genibus, trium pauperiorum hominum, ſeniorum que qui poterant inueniri, & poſt ablutionem pedes extergere & humiliter oſculari.* Ita Guillelmus de Nangis.

S. Stephanus Hungariæ rex. Et S. Ludouicus. Guiliel. de Nangis in reb. geſt. S. Ludouici Reg. Franc.

Ampliſſimè verò Monaſticum pedilauinm exornauit Leo IX. Pontifex Maximus, quod ſupra commemorauimus.

Lib. 10. tr. 1. diſq. 4.

DISQVISITIO V.

HOSPITIVM.

Quando, à quibus, quo ve ritu lauandi pedes?

I. Pedilauij tempus vacuum.

PEDVM lotioni nullum peculiariter tēpus ſanctiſſimus Pater aſſignauit, relinquens illud, vt equidem arbitror, receptæ apud Monachos conſuetudini. Ea autem olim fuiſſe videtur, vt primo ſtatim hoſpitum aduentu, poſt orationem pacíſque oſculum adhiberetur. De Nitrienſibus enim Monachis Rufinus ſcribit, eos ſuſceptos hoſpites primò adducere ſolitos cum pſalmis ad Eccleſiam, *lauare pedes, ac tum humanitatis officia impendere.* Idemque morem Anachoretarum ergo hoſpites explicans; *Vbi adeſſe ſenſerunt ſeruos Dei, excipientes ad a rant, pedes lauant, ad orationem inuitant.* Idem de Apollonij hoſpitalitate: *Vbi autem ingreſſi ſumus Monaſterium, oratione priùs (vt moris eſt) datâ, pedes noſtros proprijs manibus lauat.* Hæc ille. Ex quibus habes podonipтron in primo quaſi congreſſu, antequam hoſpes menſæ adhiberetur, fuiſſe exhibitum. Cuius quidem ſeu negligētiam ſeu omiſſionem Phariſeo Dominus exprobrans, dicebat: *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti.* Idque ideirco, vt ait Baronius, quod ſtatim poſt ingreſſum conuiuarum pedes lauari eſſet in vſu. De Romanis nulli eſt dubium, lotos priùs in balneo accumbere conſueuiſſe, quòd ſi loti non eſſent, pedes ſaltem lauabant: vnde illud Plauti: *Locus hic tuus eſt, hic accumbe, ferte aquam pedibus, Præben' tu puere?* ne pulueruloſis pedibus ſtrata inquinarent.

Rufin. l. 2. vit. Patr. c. 21. Veteres in primo appulſu Hoſpitum. Ibid. cap. 1. Ibid. cap. 7. Luc. 7. Romani antequam accumberent, loti. Ba on. to. 1. anno 14. num. 56. Plaut. in Perſa. Plaut. Perſ. act. 5. ſc. 2.

S. verò Hildegardis ait B. P. BENEDICTVM hoſpitibus cum à menſa ſurrexiſſent pedes lauiſſe, propter exemplum filij Dei, quod in cœna diſcipulis exhibuit. Burſfelденſes à Completorio pedilauium exhiberi mandant. S. Fructuoſus: *Hoſpitibus vel peregrinis fratribus cum ſumma reuerētiā, Charitatis & miniſtrationis obſequia ſunt præbenda, & ad veſperum lauandi pedes, & ſi ex itinere ſunt canſecti, oleo perungendi.* Synodus Aquiſgranenſis præſcribit: *Vt mandatum, ſi tempus cœnæ eſt, tam fratrum, quàm etiam peregrinorum poſt cœnam fiat.*

Hildeg. in expoſit. Reg. Quinam poſt Completorium lauent. Burſf. diſt. 2. cap 12. Fruct. in Reg. c. 10. Art. 22.

II. A quibus lauandi pedes Hoſpitum.

Quod verò ad ſecundum attinet, *A quibus* pedum lotio exercenda, S. Pater ait: *Pedes hoſpitibus omnibus tam Abbas, quàm cuncta congregatio lauet.* Hoc autem ſuâ non caret difficultate, vnde Ciſtertienſes ſuper hac re Cluniacēſibus litem intenderunt, dicentes: *Quod nec iſtud tantillum voti ſui contemptores ſeruare curarent.* Sed audiamus quid Petrus Venerabilis reponat: *Dicite, quæſumus, vtrū præuaricatrix & ideirco æterni ſalute defraudata iudicabitur Cluniacenſis ſeu alia quælibet congregatio:*

Petr. Ven. lib. 1. epiſt. 28.

Digitized by Google
Loyola(?) ...

HOSPITIVM.
Conuentus non poteſt id omnibus facere.

gregatio: niſi omnibus aduenientibus vel diſcedentibus hoſpitibus cum Abbate ſuo inclinauerit, aut ante eos proſtrata iacuerit? damnabitur niſi pedes & manus hoſpitibus omnibus lauerit? Oportebit igitur, aut Conuentum in domo hoſpitum aſsiduè morari: aut hoſpites in clauſtro, & fratrum officinis hoſpitari. Neque enim aliter iniuncta poterunt implere, niſi ſimul detur & manere. Aſsiduitas quippe aduentantium aſsiduitatem expetet miniſtrantium. Vnde fiet, vt quos Monachos eſſe vultis: iam monachi eſſe non poſsint, & cum ſecularibus cõmanentes, nomen Monachi & vitam amittant: & dum hoc vnum Regulæ mandatum indiſcretè ſeruare contenderint, cetera deſerant, nec iſtud etiam obtineant. Hactenus ille.

Propter aduenientium multitudinem.

Sed & Boerius fatetur ſtatutum hoc propter frequentiam hoſpitum diuerſis horis ſuperuenientium, ſeruari non poſſe ad vnguem. Verùm piam admodum fieri compenſationem, & quæ magis etiam ſit meritoria ex Bernardo Caſſineſi ſcribit: *Propterea*, inquit, *in noſtro, & in multis alijs Monaſterijs certus pauperum numerus habetur, quibus hoc quotidie exhibetur. Et tota Congregatio hoc obſeruat, quia conuentus diuiditur per certos dies, nunc iſti, nunc illi, ſicut ſunt inſcripti in matricula ad mandatum hoc implendum. Nam aliàs in ſola pedum ablutione per totam diem Congregationem contingeret occupari.* Viguit autem eadem conſuetudo paſſim in Ordine noſtro. De Cluniacenſibus enim ita citatus S. Petrus Venerabilis: *Per totius anni ſpacium vnaquaque die tribus peregrinis hoſpitibus manus & pedes abluimus, panem cum vino offerimus: Abbate in ordine ſuo id faciente, nulliſq; niſi Infirmis, qui hac implere non valent, exceptis. Sic de Regula quod valemus implemus, ne reliqua iſtorum cauſſa dimittimus.* In Rituali Affligenienſis noſtri Monaſterij plures habentur cærimoniæ in hoc quotidiano pauperum mandato obſeruandæ, atque illa cum primis laudabilis, vt tribus pauperibus, quorum pedes loti ſint, *iuſta* cereuiſiâ plena, & panis conuentualis detur. Dominicis verò diebus, quando Abbas mandatum facere tenetur, tres nummi vſualis monetæ tribus panibus ſuperadduntur. Præterire autem non poſſum, quin ea quæ de eodem exercitio S. Dunſtanus in Anglia præſcripſit, adijciam: *Omni die*, inquit, *ſine intermiſſione tres ex his, qui continuò in Monaſterio paſcuntur eligantur pauperes, quibus mandati exhibeatur obſequium, quique eiſdem paſcantur victualibus, quibus fratres vtuntur: & ad vnamquamque feriam tot conſtituantur fratres ad hoc agendum, vt extra Abbatem nullus ab hoc debito ſeruitutis excuſetur, qui tamen Abbas non vnâ tantùm feriâ, ſed ſæpiùs dum ei vacuum fuerit, vtque opportunitas dictauerit, ſeſe ad hoc agendum impedat: de cetero ſuperuenientibus peregrinis pauperibus, Abbas cum fratribus, quos elegerit ſecundum Regulæ præceptum mandati exhibeat obſequium.*

Modus inueniendus hoc piè compenſando.

Quotidie lauãdo aliquot pauperum pedes.

Petr. Ven. vbi ſuprà.

Cærim Affl̃g. part. 2. cap. 8.
Aſſignatã ipſis annonã.

Dunſtan. in ſtat c. 8.
Quæ Religioſis datur.

Verùm vt ad eos reuertamur, quibus hoc abluendi pedes munus incumbit, Caſſinenſes præſcribunt, vt fratres omnes hoſpiti pedem oſculentur, hoc enim modo dicũtur fratres omnes lauare pedes hoſpitis, cùm ibi eius cauſſâ aſſiſtant. Nam nimis abſurdum eſſet, quòd omnes fratres, qui ſortè erunt ſexaginta, actualiter lauarent pedes vnius hoſpitis. Burſfeldenſes autem volunt, vt *duo ex ordine fratres per hebdomadas ſingulas deputentur, ad faciendum ex more ſuperuenturis hoſpitibus mandatum. Sin autem Abbatem vel Priorem, cum hoſpitibus ſedentem inuenerint, ille lauet, ipſis cooperantibus, tergentibus, atque neceſſaria adminiſtrantibus.* Hæc ibi.

Quibus incumbat pedes lauare.

Caſſin. in declar. ad c. 56.

Burſf. diſt. 2. cap. 16.

III.
Quo ritu inſtituatur Pedilauiũ.

Venio ad *Tertium* de abluendi ritu & cærimonijs, de quibus peculiare nihil Legiſlator ſtatuit, præterquam quòd lotis pedibus, dicant hunc verſum: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuã in medio templi tui.* Et hoc ex priſco effluxiſſe ritu, ex vitâ S. Eugeniæ, quæ tẽpore Galieni Imperatoris paſſa eſt, diſcimus: Nam cùm S. Helenus ad monaſterium ſuũ properaret, egreſſi ſunt ei obuiam Monachi, hymnum Deo dicentes: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.*

Pſal. 47. 10.

Ann. Chriſti 194.
Vit Patr. l. 1. in vit S. Eugeniæ.

Caſſinenſes verò in ſolemni pedũ lotione quaſdam cærimonias huic actui adiecerunt. Primò autem, determinant quibus ea exhibenda: hæc, inquiunt, ſolemnis lotio pedum, præcipue exhibetur ijs, qui conuerſionis deſiderio ad noſtra Monaſteria veniũt. Aliquando ijs etiam qui deuotionis gratia, longo itinere Monaſteria noſtra viſitãt, aut alijs honeſtis cauſſis, ſicut Patribus Monaſterij viſum fuerit. Laudamus etiam hanc lotionẽ fieri maximè perſonis, vnde magis ædificatio ſequi poſſit, & augmentum deuotionis erga Religionẽ. Nam ſæpe huiuſmodi actibus humilibus fit, vt mens aliena à Chriſto, cõcepto ſancto deſiderio, Chriſtum cordis hoſpitio ſuſcipiat, meliuſq; tunc in eis Chriſtus ſuſcipiatur, quàm in menſa hoſpes.

Iuxta Caſſinenſes.
Primò, quibus lauandi pedes.

Secundò, ritum ablutionis hoc pacto deſcribunt: Ipſa autẽ lotio ita fit, conuenientibus fratribus in capitulo, aut in alio loco ſicut decet, Prælatus, & in eius abſẽtia Prior clauſtralis, & non titularis, genibus flexis ante hoſpitem pedes eius lauet. Quos dum incipit lauare, mox duo fratres in medio loci genuflexi incipiant aliquid cantare quod deuotionem excitet: & dicto primo verſu, ceteri fratres diuiſis Choris genuflexi verſus hoſpitem eundem verſum cantando reſpondent, quem etiam poſt ſingulos verſus quos illi duo fratres cantando proſequuntur, repetũt. Cùm verò ſuperior ambos pedes lauerit, tergat primò pedem ſiniſtrum, deinde dextrum, quo terſo cooperiat linteo, excepta parte quadam, quam ipſe primò oſculatur, & ſic ſucceſſiuè fratres omnes Hoſpiti pedem oſculantur, incipiendo à Superiore,

Secundò, quomodo fiat lotio.

Et pedum oſculum.

periore, & ſubſequendo per ordinẽ vtriuſque Chori. Cõpletâ deoſculatiooe, calceatiſq; pedibus hoſpitis, ſtatim ſurgit: & ſimul cum hoſpite genuflectẽs, omiſſo à fratribus cãtu incipiat verſũ: *Suſcepimus Deus*, &c. cum verſiculis & Collecta: poſteà, mandet fieri breuem orationẽ pro hoſpite: & facto ſigno dataq; benedictione, omnes (exceptis habẽtibus curã hoſpitũ, ſi quos retinere voluerit Prælatus, pro conſolatione aut obſequio hoſpitis) vadant cum ſileotio ad cellas ſuas.

Tertiò, de quotidianis Hoſpitibus.

Tertiò, Quid in quotidiano hoſpitum occurſu faciendum, his verbis aperiunt: Ceteris autem hoſpitibus, maximè qui de longè veoerint, vel qui aliàs in Monaſterio non fuerint hoſpitati, ſicut opus fuerit habentes curam hoſpitũ, pedes lauent. Quòd ſi multitudo non ſineret lotionem fieri, aut alia cauſſa vrgentior impediret, faciant quomodo poſſũt: ſcientes ſe multã retributiooem à Domino recepturos, ſi iuxta Regulã fecerint, è contrario pœnam, ſi ex oegligentia omiſerint. Atque hæc de his ſatis.

DISQVISITIO VI.

Cur Abbas Hoſpiti aquam fundere iuſſus?

Lotio priſcis vſitata ante menſam.
Nigron. ad Reg. 19 Societ. Ieſu num. 24.
Plaut. in Perſa.

VRBANVM eſt atque honeſtis moribus conſentaneum, immundis aut illotis maoibus ad menſã non accedere, quod omnium gentium, omnium ſæculorum, omniumq; Religioſorum vſu receptum ſcribit Nigronus. Veteres Romanos idẽ factitaſſe, colligitur ex Plauto, apud quem legimus:

Date aquam manibus, opponite menſam.

Vrſin. append. de triclin.

Fuluius Vrſinus: Quod cænaturi manos lauarent, ita notũ eſt, vt nõ egeat probatione. Probat tamẽ euidẽtibus teſtimonijs Homeri, Ciceronis ac Virgilij, vt cognoſcamus eũ morẽ tum apud Græcos, tum apud Latinos viguiſſe. Et verò hodieq; omoes bene educati ciues, operarij etiam ac ruſtici ante cibi ſumptionẽ lauant manus, idq; etiã in diuerſorijs paſſim fieri videmus. Cùm antẽ morẽ hunc erga hoſpites ſeruari S. BENEDICTVS vellet, non aliũ huic rei adminiſtrũ, quã ipſum ſtatuit Abbatẽ, dicẽs: *Aquam in manibus Abbas hoſpitibus det*, &c. idq; nõ vna de cauſſa.

Cur Abbas manus hoſpitum lauet.

I.
Ad exhibitionem humanitatis.
Turrecr. in c. Reg c. 53.

Prima autẽ ſit, vt ita *hoſpiti omnis exhibeatur humanitas*: quia, vt inquit Turrecremata, gratior proculdubio redditur hoſpitalitatis exhibitio Deo (addo ego & hominibus) ſi Magiſter domus in propria perſona hoſpitibus ſeruierit: ſicut Abrahã, & Martha Chriſti Domioi hoſpitio nobilis, feciſſe legũtur.

Luc. 10.
Sulpit. in vit. S. Martini c. 26.

S. Martinus Seuero Sulpitio, vt ipſemet refert, eandẽ humanitatẽ exhibuit. Cùm enim peregrinationẽ ad eum videndum ſuſcepiſſet, *credi nõ poteſt* (inquit Seuerus) *qua me humilitate, qua benignitate ſuſceperit. Miſerum me* (*penè non audeo confiteri*) *cum me ſancto conuiuio ſuo dignatus eſt adhibere*: AQVAM MANIBVS

S. Martinus hinc laudatus.

A NOSTRIS IPSE OBTVLIT, *ad veſperã autem ipſe nobis pedes abluit, nec reniti ad hoc aut contraire conſtantia fuit: ita auctoritate illius oppreſſus ſum, vt nefas putarẽ ſi non acquieuiſſẽ.* Hęc Seuerus. HOSPITIVM.

Exemplum porrò hoc ita placuit magno illi Nolano Antiſtiti Paulino, vt cũ illud legiſſet, ſtatim ſibi imitandũ putauerit. Sic enim ad ipſum Seuerum ſcribit. *Victor liberalium plenus affectuum, ſed ſeruiliũ adeò præceptor operum, vix vt me aquam miniſtrare manibus ſuis fineret. Ex libro enim tuo iſtius gratiam ſeruitutis adamaui, vt minimam ſaltem guttulam de ſa-*

Et S. Paulinus.
Paulin. epiſt. 3.

B *cris Martini actibus delibarem.* Hinc videas ex antiquorum Patrum & Sanctorum cõſuetudine hoc S. BENEDICTI decretũ fluxiſſe.

II.
Vt in hoſpite Chriſtus honoretur.

Secũda cauſſa eſt, vt in hoſpite Abbas Chriſtũ veneretur, qui & ſuſcipitur. Nec Abbatiali dignitate indignũ eſt, Domino & Creatori ſuo in ſeruis ſuis humiliter inſeruire. cũ & ipſe propter nos ſe exinaoiuit formã ſerui accipiẽs. Quàm verò id Chriſto gratũ, S. Gregorio, vt ſuprà diximus, oſtenſum fuit.

III.
Ad exercitium humilitatis.
Hildegard. ad c. 53.
4. Reg. 3. 11.
Sanct. in eum loc.
Aquã fundere lauantibus manibus, opus ſeruile.
Athan. præfat. ad vit. S. Anton.

Tertia cauſſa eſt, vt humilitatis virtutem Pręlatus exerceat, & tam interiùs quã exte-

C rius oſtẽdat. Aſſignauit hãc S. Hildegardis, dicẽs: *Propter humilitatis exhibitionem* ita eſſe ſtatutũ. Famulorũ enim eſt aquã miniſtrare. Vnde de Eliſeo dicitur: *Qui fundebat aquã ſuper manus Eliæ*, quod Gaſpar Sanctius nihil aliud eſſe ait, quã Eliæ fuiſſe famulũ, & illi talia pręſtitiſſe miniſteria, qualia ſerui aſſolent Dominis ſuis. De S. Antonij diſcipulo ſcribit S. Athanaſius, ſe referre ea quę ab eo didicit, *qui ad præbendã ei aquam nõ pauluũ tẽporis cum eo fecit*, quod Græcè eſt, καὶ ἐπιχέαντος ὕδωρ ἐπὶ χειρὸς αὐτοῦ. *Et qui lauanti manus aquas affundit.* Hoc igitur ſeruitutis officiũ ad hu-

D militatis cuſtodiã Abbas exerceat, memor pręcepti Dominici: *Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut miniſter, & qui præceſſor eſt, tanquam miniſtrator.* Imò & ipſe Chriſtus ita inſtitit huic pręcepto, vt præiret exẽplo: *Ego autẽ*, ſubijcit, *in medio veſtri ſum tãquã qui miniſtrat.* Nõ indecorũ itaq; erit religioſã humilitatẽ profeſſum hãc ſummi Magiſtri formã imitari.

Luc. 22. 26.

IV.
Ad hoſpitis ædificationem.

Quarta cauſſa ex pręcedẽtibus manãs eſt, hoſpitis ſpiritualis ædificatio. quæ S. BENEDICTO in primis cordi fuit, ideò enim dixit:

E *Legatur corã hoſpite lex diuina, vt ædificetur.* Et S. Hildegardis ait, eos qui S. BENEDICTVM adibãt, *Chriſtũ & non aliud ibi quæſiuiſſe, quem etiã in ſanctis operibus ibi inueniebant.* Hoc animo quicumq; ad Religioſos accedunt, non parum ædificabuntur, ſi ipſum Religioſorum Superiorẽ viderint ſe ad omnia obſequia demittere, & omnẽ humanitatem eis oſtendere. Neque deſunt quotidiana exempla eorum, qui maximè cõpunctos & in ſpiritu ædificatos ſe teſtati ſunt ex humili hoc Abbatũ miniſterio. Quamobrem cùm peculiarem difficultatẽ non habeat, indeceus duco ſi illud leuiter negligatur.

Hildeg. ſuprà.

TRA-

HOSPI-TIVM.

TRACTATVS III.

DE MENSA HOSPI-TVM.

EXHIBITIS *hucuſq; humanitatis officijs, pedibus manibuſque lotis, quò Hoſpitem deducemus, niſi ad menſam, vt cibo potúque refocilletur: quæ potior hoſpitalitatis pars eſt. Diſquirendum igitur* Primò, *An in Refectorio, an alibi Hoſpitum menſa?* Secundò, *Liceátne eos ducere ad refectorium?* Tertiò, *quæ aliorum de hoc iudicia?* Quartò, *quid reſpondendum ijs, quæ pro ſeparata hoſpitum menſa adferuntur?* Quintò, *quatenus propter hoſpites ſoluendum ieiunium?*

DISQVISITIO I.

An in Refectorio, an alibi Hoſpitum menſa?

Cap. 56. *Argumenta pro refectorio communi.*

MENSA *Abbatis cum Hoſpitibus & peregrinis ſit ſemper,* inquit Legiſlator. Sed vbi locorum hæc conſtitura, in communi Refectorio Fratrum, an extra illud? Prius illud monaſticæ obſeruantiæ & frugalitati magis conſonum, quod his argumentis videtur concludi. A

Primum. PRIMÒ, non meminit S. Pater cameræ, aulæ vel cœnaculi Abbatialis, in quo ſeorſum à Fratribus cum hoſpitibus & peregrinis reficiat Abbas. Ad commune proinde refectorium videntur ducendi. Ideò enim ſcimus Hoſpites non collocandos in dormitorio Fratrum, quia ſpecialem eis decreuit cellam; ita quoque deſignaſſet illis & Abbati peculiare cœnaculum; ſi extra refectorium eos comedere voluiſſet. B

Secundum. SECVNDÒ, antiqui Patres voluerunt Abbatem in congregatione refici. Ita Regula Patrum MS. Cæſarij Arelatenſis cap. 39. S. Aureliani cap. 49. quorum verba inferius producemus, his verò S. BENEDICTVM contrarium fuiſſe, quis credat? C

Tertium. Cap. 38. TERTIÒ permittit S. Regula, vt ſi voluerit Prior, liceat ei *pro ædificatione aliquid breuiter dicere* in menſa: vbi *Prior* pro Abbate vſurpatur. Sed ſi Abbas numquam reficiat in conuentu Fratrum, quia cap. 53. dicitur, numquam hoſpites deeſſe monaſterio, aut ſaltem raro, ſi locus ſumatur hyperbolicè, abſurdum eſſet permittere ipſi Abbati aliquid in refectorio de lectione dicere, qui numquam, aut raro debeat intereſſe.

A QVARTÒ, ſi S. BENEDICTVS ſequeſtratã Abbati & Hoſpitibus indulſerit menſam, occaſionem dediſſe videtur quotidie comeſſandi cum ſæcularibus, decoquendi, abliguriendi & dilapidandi bona Monaſterij: & hac occaſione introductam aiunt, diuiſionem menſæ Abbatialis à conuentuali. Ex bis ferè capitibus eruditiſſimus Menardus concludit menſam Abbatis & Hoſpitum in refectorio conſtituendam. *Quartum.* Menard ad cap. 63. cõcord. Reg.

B Verùm ſi Regulæ textum conſulamus, deprehendemus S. BENEDICTVM menſam Abbatis & Hoſpitum extra refectorium ſtatuiſſe. Nam qua ratione dixit: *Coquina Abbatis & Hoſpitum per ſe ſit,* eadem videtur dicẽdum, menſa Abbatis & Hoſpitum per ſe ſit: vtrobique enim hoc militat, *vt incertis horis ſuperuenientes Hoſpites, non inquietent Fratres;* tam enim ſuffi[c]ere poſſet Hoſpitibus & Fratribus eadem culina, quàm idem refectorium. Et plures ita olim Regulam intellexiſſe, Smaragdus teſtis eſt: *Æſtimatur,* inquit, *à multis, quia ſicut coquina alia quàm* C *Fratrum, & in alio erat conſtituta loco, ita & menſa Abbatis non tunc in cõmuni refectorio erat cum ceteris menſis poſita, ſed in alia erat cellula ſegregata, quam crebrò venientes hoſpites frequenter cibus inuenirent paratã.* Sic & Boerius. Turrecremata: *Quod dicitur de coquina, intelligendum eſt etiam de menſa.* *S. Benedictus mẽſam hoſpitum non ſtatuit in refectorio.* Cap. 53. *Probatur primo.* Turrecr. tract. 119. in Reg.

Deinde cùm S. BENEDICTVS dicit, *Quoties tamen minus ſunt hoſpites, quos vult de Fratribus vocare, in ipſius ſit poteſtate:* manifeſtè oſtendit menſam Abbatis non fuiſſe in refectorio, ad illud enim omnes æquè vocantur, & *Secundò.* Cap. 56.

tur, &

tur, & quamuis diſtinctæ ibi ſint menſæ, A vna tamen eademque cenſetur. Vnde ergo niſi à reſectorio Fratres vocet Abbas? Confirmatur id ex verbis immediatè ſequentibus: *Seniores tamen vnum aut duos ſemper cum Fratribus dimittendum procuret, propter diſciplinam.* His ſanè nihil opus eſſet, ſi Abbas ipſe ibi eſſet præſens, plus enim ſubditos vrgebit præſentia Abbatis, quàm Seniorum; quos dimitti vult *cum Fratribus*, ſiue eo loci in quo fratres comedunt: ac proinde non eſt ibidem Abbas. B Vnde Turrecremata ait: *Ex hoc loco maniſeſtè colligitur, quòd menſa Abbatis ſeparata debet eſſe à loco communi Fratrum, ſcilicet refectorio.* Solutionem adfert Menatdus ex Ruthardo, qui iam olim hæc ita tractauerit: *Quæritur in hoc loco, vbi debet Abbas manducare? vtrum in refectorio, an foris? ſunt alij, qui dicunt foris; alij verò intus. Quomodo ergo dimittere debet ſeniores duos, vel tres cum fratribus, ſi illic in refectorio debet manducare? qui reſpondentes dicunt, propterea dixit* S. BENEDICTVS *ſeniores dimittere: quia ſunt talia refectoria, in quibus ſedent fratres, vt propter multitudinem fratrum ab Abbate non poſſint videri, veluti in ſancto Gallo.*

Ruthardi ad ſecundam probationem ſolutio.

Reg Mag. cap. 82.

Quod confirmatur ex Regulâ Magiſtri, quæ ait: *Ad menſam Abbatis ſedeant ſeniores, extranei ſuperuenientes, vel vicibus fratres pſalterati, quos voluerit Abbas, præter Præpoſitos, qui in decadis ſuis ideò ad ſuas menſas iubentur eſſe præſentes; vt cauſſam Dei, id eſt, taciturnitatis & grauitatis in ſuſceptis ſuis cuſtodiant.*

Reſpondetur ad iſtam.

Sed ad hæc reſpondetur, non eſſe admodum veriſimile Sanctum BENEDICTVM reſpexiſſe ad maiora illa reſectoria, quaſi D paſſim in Ordine talia exſtiterint, cùm etiam de minori in Regulâ agat Congregatione, in quâ tam magnis non opus tricliniis. Suſpicor autem Ruthardi tempore viguiſſe paſſim Aquiſgraneuſium canonum obſeruantiam, in quibus menſâ Abbatis ſtatuitur iu refectorio, atque vt hoc cum Regula conciliaret, hanc ab ipſo excogitatam ſolutionem.

Et ad Regulam Magiſtri.

Quod autem habet Regula Magiſtri, non explicatio Regulæ S. BENEDICTI eſt, ſed peculiare illius Statntum: quamuis E enim ſæpius tranſſcribat & interpretetur S. BENEDICTVM; ab eo tamen frequenter recedit, vt in totâ diſpoſitione officij diuini, & alibi.

Item ad Menardi explicationem.

Addit Menardns, locum intelligendum de illis diebus, in quibus Abbas frangit ieiunium propter hoſpites; cùm nimirùm fratres reficiunt horâ nonâ, & Abbas cum hoſpitibus horâ ſextâ. Sed hoc eſt verba Sancti BENEDICTI reſtringere, ad certum caſum, quem nuſquam inſinuat: vult enim *ſemper* vnum aut duos ſeniores cum fratribus dimitti, propter diſciplinam: nec addit, ſi Abbas alia reficiat horâ, aut abeſſe eum contigerit. Et quando ieiunium dicit frangendum propter hoſpitem, nihil dicit de ſenioribus cum fratribus relinquendis. Quin imò ex hoc loco magis ſtabilitur noſtra ſententia. Si enim ieiunium ab Abbate frangendum propter hoſpitem, & hoſpites numquam deſint Monaſterio; ſequetur Abbatem pænè quotidie coram toto conuentu cum hoſpitibus ieiunium violare, aut propter hanc cauſſam comedere alibi: atque ita vix vmquam, aut ſaltem rariſſimè menſa Abbatis & hoſpitum erit cum Fratribus.

Probatur vlterius noſtra ſententia.

Præterea, ſegregatam à Sancto BENEDICTO Abbati hoſpitibuſque ſtatutam menſam, communis habet Interpretum ſenſus, ſicut ex Smaragdo ſuprà audiuimus. Ciſtercienſes Cluniacenſibus obiiciebant. *Non in conuentu, ſed extra conuentum menſæ Abbatis hoſpites ſociari debere;* quod C Regulæ conforme eſſe, non negat Petrus Venerabilis, ait enim: *Cùm de communi menſa ad ſingularem Regula* (S. BENEDICTI) *tranſmiſiſſet, iterùm de ſingulari ad communem regula rationis & charitatis reduxit.* S. Dunſtanus *non ad Regulæ contemptum*, ſed propter Synodale Statutum, Abbatem in refectorio comedere aſſerit. Turrecremata non vno loco ait, menſam Abbatis ſeparatam eſſe à communi refectorio. Idipſum inſinuant Caſſinenſes, cùm ad verba cap. 56. *Quoties minus ſunt hoſpites,* &c. adſcribunt: *Vel ſi elegit eſſe in refectorio cum fratribus, magis laudamus.* In eadem ſententia eſt Iacobus Breulius infrà citandus.

Pet. Vener. l. 1. ep. 28.

Stat Dunſt. cap. 8.

Turrecr. 19. & tract. 122.

Soluuntur rationes contra allatæ.

Atque hæc, ni fallor, ſatis oſtendunt S. BENEDICTI mentem: ſupereſt rationibus principio allatis reſpondeamus.

Prima.

Ad *primam* dicimus: quamuis S. Pater non meminerit cœnaculi, aut cameræ Abbatialis, eam tamen ſatis colligi ex eo quòd menſa debeat eſſe ſeparata à conuentuali; & Turrecremata exponens illud: *Quoties minus ſunt hoſpites, quos vult de fratribus vocare, in ipſius ſit poteſtate;* adducit cap. *Cùm ad Monaſterium*, in quo dicitur, quòd Abbas poſſit interdum aliquos Fratrum, nunc hos, nunc illos aduocare, ipſoſque in *Camerâ ſuâ meliùs & pleniùs exhibere*: vbi innuit hanc Pontificis indulgentiam inniti prædictis Regulæ verbis. Quamuis autem concederemus, Pontificem non agere hîc Regulæ interpretem, ſed id quod dudum introductum fuerat, & ægrè auelli poterat, tolerare; fatendum tamen ex ipſis Regulæ verbis ſic pridem intellectis hunc morem inuectum.

Cap. 56.

Occurritur dubio.

HOSPITIVM. *Secunda ratio eneruatur.*

Ad *ſecundum* reſpondetur, ex dictis ſatis conſtare, S. BENEDICTVM non inhæſiſſe illorum Patrum veſtigiis, nec defuiſſe illi iuſtas rationes ſeparatæ menſæ. Primò, ne Fratres turbarentur. Secundò, vt præ illis liberaliùs exciperentur. Tertiò, ne moribus imperfectiorum fratrum fortè offenderenrur. Quartò, ne daretur occaſio hoſpites ſine veniâ alloquendi.

Tertia.

Ad *Tertium* reſpondemus, *Prioris* nomine, cui permittitur pro ædificatione aliquid breuiter in menſâ dicere, intelligi quemcumque Superiorem, ſiue Abbas ſit, ſiue Prior, ſiue Subprior, qui conuentuali menſæ præſideat.

Quarta.

Ad *Quartum* dicendum. Quemadmodum ex Scripturis ſacris perperam intellectis tot enaræ ſunt bæreſes, nullo earum vitio, ſed interpretantium peruerſitate, & audaciâ: ita mirum non eſſe, ſi ex S. BENEDICTI verbis occaſionem nonnulli arripuerint ſuæ ſatisfaciendi ſenſualitati: & præſcriptam à S. Patre humanitatem, in ſæcularia conuiuia, & comeſſationes conuerterint. Quos *bono præcepta malè abuſos*, ait Petrus Venerabilis.

Pet. Ven. l. 1. epiſt. 28.

Verùm hoſpitalitatis bono & beneficentiâ in pauperes & peregrinos excuſari hanc diuiſionem menſæ Abbatis & hoſpitum à conuentuali, Walloncappellius, & Columbanus Vrancx annotarunt.

Wallonc. tr. de hoſp. c. 1. Vrancx in MS. comm.

DISQVISITIO II.

Liceátne Hoſpites communi in refectorio adhibere menſæ.

Probatur licere hoſpites ducere ad refectorium.

QVA licuit ſinceritate Regulæ ſenſum hactenus expoſuimus, vbi hæc iam oritur quæſtio, num Abbati liceat ſuam hoſpitumq́ue menſam ad commune Fratrum transferre refectorium, vt ibidem cum conuentu cibum ſumant. Id autem non eſſe prohibitũ, & S. BENEDICTVM in iis, quæ ſuperiori attulimus Diſquiſitione, locutũ ſecundum indulgenriam, non ſecundùm imperium, nullatenus dubito.

Pluribus autem id probari poteſt.

I. *Exemplo Sanctorum.* Apud Sur. 3. Ianuar.

PRIMÒ, quia ex hoc capite nonnulli Ordinis noſtri Sancti commendantur. De S. Eugendo ſic vitæ auctor: *Abbas iſte menſulam ſuam (vt facere quoſdam nuper audiui) nec victum vnquam exceptauit à Fratribus.* S. Eoſterwinus (teſte Venerabili Beda) *eodem quo fratres ceteri cibo, ſemper eadem veſcebatur in* DOMO.

Maiheyv tab. 2. 7. Mart.

II. *Ex Aquiſgranenſi Synodo.* Can. 27.

Probatur SECVNDÒ efficacius ex Concilio Aquiſgranenſi, in quo ſic decernitur: *Vt Abbas vel quiſpiam Fratrum ad portam monaſterij cum hoſpitibus non reficiatur, in Refectorio autem omnem eis humanitatẽ manducan-*

A *di exhibeat.* Paſſim autem hunc canonem receptũ ſatis liquet. Smaragdus enim ſcribit: *Sed modò ab Epiſcoporum, Abbatum, & ceterarum Francorum Magno Concilio ſalubre inuentum eſt conſilium, vt pro ſua & fratrũ cuſtodia habeat in communi refectorio menſam, vbi quando adfuerint, cum hoſpitibus, quando verò defuerint, cum quibus voluerit reficiat coram fratribus.* Sic ille. Viguiſſe & hunc canonem in Franciâ, auctorẽ babemus Aimoinum, qui recitat priuilegium Caroli Calui, in quo ita habetur: *Sin autem ex eiſdem vineis*
B *ad numerum duum millium modiorum non peruenerit: tunc idem numerus ex reliquis Abbatia villis in fratrum & hoſpitum vſus in refectorio edentium, iuxta veterem conſuetudinem ab Abbate percompleatur.*

Smaragd. in c. 53. *Quæ paſſim recepta & obſeruata.*

In Galliis. Aimoin. l. 5. de geſt. Franc. c. 34.

In Angliâ S. Dunſtanus ita ſcripſit: *Sancti Patres ob animæ ſalutem virtutumq́; potiùs cuſtodiam, quàm ad Regulæ contemptum, Synodali ſtatuerunt Concilia, magnopere cuſtodita, vt videlicet in monaſterio degens extra refectarium nec ipſe Abbas, nec fratrum quiſpiam, niſi cauſâ infirmitatis manducet vel bibat.* Ex qui-
C bus clariſſimè videas, auctoritate huius canonis iam inde ab octingentis annis hoſpites ad commune refectorium deductos.

In Angliâ. Dunſt. in Stat. cap. 8.

Verùm obiici poſſet, Canonem hunc aduerſari canoni 52. eiuſdem Concilij, quo ſtatuitur: *Vt laicus cauſâ manducandi vel bibendi in refectorium non ducatur.* Reſpondemus * alibi, per *Laicos* hîc ſignificari Conuerſos, ſiue Monachos choro non deputatos, nec clericali inſignitos tonſurâ. Quæ ſi minùs ſatisfaciat reſponſio, accipe hanc ex Legibus ab Edgaro Rege Anglorum Hy-
D denſibus Monachis datis, in quibus c. 13. hi duo Canones Aquiſgranenſes hoc modo coniunguntur: *Sacri ſummiq́; Ordinis hoſpites, ſi ratio exegerit, & peregrini ordinati longo terrarum ſpatio venientes, ad Abbatis menſam in Refectorio cautiſſimè inuitentur: Laicis in hoſpitio cõdecens exhibeatur humanitas. Monachorum quiſpiam manducandi vel bibendi cum eis ſecundum Patrum decreta licentiam non habeat: in Refectorio autem edendi cauſâ vel bibendi non introducantur.* In quibus verbis cùm ſacris ſummique Ordinis hoſpitibus oppo-
E nantur plebeij, intelligimus eos eſſe ſæculares, & infimæ ſortis homines, ſiue de communi plebe, qui non ſatis decorè ad menſam Abbatis & Religioſorum adhiberentur. Vnde & Petrus Cluniacenſis eodẽ ferè modò dixit, cum Abbate manducare honeſtas perſonas, indecens verò eſſe, *vt præſente conuentu quarumlibet perſonarum non cunctis placitura incongruentia indiſcretè introducatur, & ipſis fortè bonis inde ſcandalum oriatur.* Et hactenus de illo decreto Synodi Aquiſgranenſis, cui conſonat Concilium Londinenſe II. quo ſtatuitur: *Ne Abbates faciant*

Obiectio.

* Lib. 3. tr. 8. diſq. 8. *Soluitur dupliciter.*

Extſtant to. 1. Conc. Angl. anno 966.

Plebeij & triuiales meritò arcentur à refectorio.

Pet. Ven. l. 1. epiſt. 28.

Conc. Londin. anno 1102.

Digitized by Google

ciant milites, & vt in eadem domo cum Monachis ſuis dormiant, & comedant, niſi aliqua neceſſitate prohibente.

Probatur ex Congregationum ſtatutis.

III. *Tertiò*, probatur eadem ſententia ex plurium Congregationum ſub Regulâ S. BENEDICTI militantium conſenſu, quarum quanta ſit in Regulæ interpretatione auctoritas, nemini non eſt manifeſtum. Cluniacenſes ſanè hoſpites vnà cum Abbate in communi Refectorio excepiſſe, ex Ciſtertienſium obiectionibus, & Petri Venerabilis conſtat reſponſis. Sic autem ait: *Per Dei gratiam omnibus pauperibus, omnibus hoſpitibus ſufficiens apud nos pro poſſe charitas exhibetur, & vnicuique congruus honor deferetur. Quòd ſi iſto modo impleri à nobis Regula ſecundùm vos minimè poteſt, & hoc eſſe mandatum vt cum Abbate manducent, affirmatur: fit & iſtud quandoque de honeſtis perſonis.* Et paulò poſt: *vnde & Abbates noſtri, niſi infirmitas obſtiterit, nobiſcum ſemper comedunt, & aliquando cum hoſpitibus, quando tales adſunt, aliquando ſine illis: à communi tamen menſa numquam vel rarò diſcedunt, hoſpitibus autem & peregrinis nihil deeſſe patiuntur.* Hæc Vir ſanctus.

Petr. Ven. lib. 1 ep. 28. Cluniacenſes Abbates in refectorio cum hoſpitibus comediſſe.

Relaxata porrò videtur ſuccedentibus temporibus pia hæc conſuetudo. Quare Hugo 5. circa annum 1200. eam reuocandam cenſuit, atque ita ſtatuit: *vt Dominus Abbas cum conuentu in refectorio comedat, & in dormitorio iaceat. Idcirco autem cum conuentu eum ſemper manere cupimus, vt ſubiectorum infirmitatibus ex his quæ ſimul cum ipſis paſſus fuerit, compati nouerit.* Paulò pòſt ſubiungit: *Paſtorem* (forte piſtorem) *quoque proprium non habeat, ſed talem cibum & talem potum per omnia quotidie coram ſe habeat, qualem Conuentus habuerit.* Sic ibi.

Titul. pro Domno Abbat Cluniac. Reſtituta denuò hæc obſeruantia.

Lanfrancus quoque videtur eundem morem ſupponere & ſtabilire: ait enim ſpectare ad fratrem, cui hoſpitum ſuſcipiendorum cura demandata eſt, Abbati, vel Priori indicare, *ſi extranei Clerici ſe dixerint in refectorio velle comedere*, quos iubetur deinde inſtruere quomodo in refectorio ſe habere debeant, eoſque ad menſam Abbatis deducere.

Lanfr. in Statut. Viguit in Angliâ.

Caſſinenſes ita habent: *Si autem fuerint familiares* (hoſpites) *ducantur maiori cum ſolicitudine ad refectionem ordinariam in refectorio cum conuentu.* Ciſtertienſes de obſeruantiâ in Hiſpania eodem modo hoſpites ad commune deducunt refectorium, vt refert Chryſoſtomus Henriquez, & defendit auctoritate Petri Cluniacenſis.

Apud Caſſinenſes. Ad Reg. c. 53. num 14. Ciſtertienſes in Hiſpania.

Henriq. menol. Ciſtert.

Sed ex eodem capite vnde Caſſinenſium conſtitutio profluxit, eadem ad Ciſtertienſes de obſeruãtiâ in regno Caſtellæ migrauit. Ludouicus enim Barbo, primus Abbas obſeruantiæ regularis monaſterij S. Iuſtinæ de Padua, ac deinde Epiſcopus Triuiſinus ex cõmiſſione Eugenij IV. & plenaria poteſtate Sedis Apoſtolicæ, & licentiâ conceſſâ interpretandi, declarandi, exponendi modificandi, & diſpẽſandi quædam in Regulâ S. BENEDICTI, inter cetera, & hunc articulum poſuit: *Item diſponimus, quod quicumque Abbas, præcipuè Conuentualis, quantum poterit, ſemper comedat cum Monachis in conuentu, propter honeſtatem, niſi quando ſibi videbitur aliter expedire, præcipuè cum hoſpitibus religioſis, vel aliis notabilibus perſonis, quia tunc poterit comedere cum talibus in hoſpitio.*

Promouente & curante Ludouico Barbo.

HOSPITIVM.

Anno 1437.

Sed rariùs id fieri autumo, quia Eximius D. Ioannes Caramuel ait: Omnes ferè Hiſpani credunt D. BENEDICTVM in regulari refectorio, & ſæpius communi horâ peregrinos & exteros tractaſſe. Ideò ipſi, Patriarchæ exemplo, comedunt cum cõmunitate. Si hoſpes aduenerit menſâ Antiſtitis dignus, in refectorium introducitur; ſi vir minoris qualitatis, in ſecundo conuentu cum Oeconomo vel Cellerario refectionem ſumit.

Hiſpani cenſent S. Benedictum excepiſſe hoſpites in refectorio.

Caram. diſp. 132 in Reg. S Bened.

Burſfeldenſes etſi extra conuentum hoſpites tractent, tamẽ ſi ad refectorium admittantur, ſignificant id non eſſe Regulæ contrarium. Nam *diſt. 2. cap. 2.* dicitur ad Priorem ſpectare, hoſpites (ſi reficere debuerint in conuentu) locare. *Diſt. 3. cap. 27.* ſic dicitur: *Ad menſam verò Abbatis in conuentu ſi iungatur Præſidenti hoſpes, teneat dexteram Præſidentis*, &c. atque toto illo capite deinceps ordinem præſcribunt, quo hoſpites tam in choro quàm in menſa collocandi ſunt.

Quid de his Burſfeldenſes.

In Hiſpaniâ Vallisoletani permittũt aliquos ab Abbate ad Refectorium deduci, vt patet in Conſtitutionibus Hiſpanicis Barcinone impreſſis anno 1575. in quibus dicitur: *Dormiant & comedant in hoſpitio, niſi cùm Patri Abbati viſum fuerit aliquos adducere ad Refectorium.* Quin & in MSS. conſtitutionibus Benedictinorũ Miſſionis Anglicanæ ad c. 56. Reg. S. BENEDICTI hæc habetur declaratio. Intelligẽdum eſt hoc caput quando ob numerum hoſpitum, vel charitatis officia, quæ cum hoſpitibus exercenda ſunt, Abbas cum conuentu prandere nequeat, quod tum habeat menſam in cellâ hoſpitum, vel in propriâ; aliàs *iam vſu receptum eſt* (quoties commodè fieri poſſit) *vt Abbas cum hoſpitibus in Refectorio prandeat, eodem tempore quo conuentus.*

Vallisoletani in Hiſpania.

Vallisol. cap. 74.

Miſſionis Anglicanæ Patres.

Harum autem Congregationum Statuta, cùm à ſummis Pontificibus ſæpius ſint confirmata, neutiquam illicitum aut contra Regulam S. BENEDICTI eſſe credendũ eſt, quod illis præſcribitur, aut fieri poſſe permittitur. Atque hinc ſimul patet vſus & conſuetudo Ordinis noſtri in Italia, Hiſpania, Germania, Anglia, & Francia, totoque olim Ordine Cluniacenſi, vt poſteà

Quàm vniuerſalis & recepta hæc obſeruantia.

HOSPITIVM.

patebit ex teſtimonio S.Petri Venerabilis, adeoque quàm latè ferè patet Benedictiniſmus, tam vniuerſalis propemodum eſt hæc praxis, ſiue præterita aliquot ſæcula, ſiue viciniora nobis tempora, aut præſentem piarum congregationum morem ſpectare velimus.

IV. *Probatur ex Regulæ interpretibus.* Boër. ad c.56. Reg.

QVARTÒ, probatur ex Interpretum Regulæ noſtræ aſſenſu; quos inter Smaragdus iam ſuprà ſymbolum ſuum ſoluit. Boërius eidem ſententiæ fauet: *Non nego*, inquit, *quin Abbas poſſit habere menſam in Refectorio, in quâ cum honeſtis hoſpitibus conuentualiter comedat quibuſdam diebus & feſtiuitatibus, vt clarè probatur per Cap. Cùm ad monaſterium.* Citat inde Boerius ea quæ Smaragdus de Aquiſgranenſi Synodo attulit. Et iam ſuprà recẽſuimus. Cardinalis Turrecremata ita loquitur: *Si hoſpites eſſent perſonæ venerabiles, maturæ, & graues, ex quibus non niſi ædificatio bona actiua vel paſſiua, vel vtraq; exſpectanda ſit, commendabile eſt ſi aliquando ad refectionem cum Fratribus introducantur, aduiſatis tamen Fratribus, vt pro gloriâ Dei, & bona ædificatione aduenientium hoſpitũ, omni vtantur grauitate & modeſtia.* His adiungi poſſet S.Petrus Damiani, qui non ſemel hunc morem, quo Abbas in refectorio comedit, commendat, vt infrà videbimus.

Pet. Dam. opuſc.17. c.19. & op. 53. c.7.

Petrus Walloncappellius: Videtur, inquit, non eſſe religioſum ac regulare quòd Abbates remaneant ſeparati à ſuis fratribus & filiis, quodque numquam aut rariſſimè cum illis refectionem ſumant.

V. *Probatur rationibus.*

Probatur QVINTÒ ex rationibus, quæ Patres tam Concilij Aquiſgranenſis, quàm religioſatum Congregationum permouere potuerunt, vt hac in parte à textu Regulę nonnihil diſcederent. Potiſſimam autem rationem fuiſſe arbitror abuſum, vanitatem & luxum, quæ menſam hoſpitalẽ ſenſim occupauerint. Cùm enim priſca illa pietas paulatim refrigeſceret, & morum iniquitate omnia in peius ruerent, cœpit ſeparata illa Abbatialis menſa Ordini eſſe in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali. Inde eſt quòd Petrus Venerabilis ſcripſerit, hac occaſione Abbates à fratribus olim ſe ſequeſtrare ſolere, & ſub prætextu hoſpitum, lautioribus ſibi & familiaribus epulis indulgere, neque de ouium ſuarum paſtu curare. Et ſecundùm Prophetam (quod ſaluo myſtico intellectu dicimus) *quod craſſum videbant aſſumebant, & quod debile erat proiiciebant. Et cùm lympidiſſimam aquam biberent, reliquam pedibus ſuis conturbabant, & gregem Domini turbidâ & cœnosâ aquâ potabant: hoc eſt, ſibi optimè prouidentes, de ceteris non curabant, qui quoniam bono præcepto malè abutebantur, nouo vlceri nouum emplaſtrum ſuperponendum fuit, & præceptum,*

Menſa Abbatialis abuſus quantum nocuerit. Pet. Ven. l.1. epiſt.28. Ezech.34.

A *quod aliquando ſalubre fuerat, ſalubriore conſilio commutandum. Eapropter vt vitium de virtute ortum, rurſum virtute extingueretur, cùm de communi menſa ad ſingularem Regula tranſmiſiſſet, iterùm de ſingulari ad communem regula rationis & charitatis reduxit.* Laurentius Benard libero ſtylo Abbates noſtros alloquens, oſtendit mala quæ menſa Abbatialis à Religioſorum conuictu ſeparata in Ordinem inuexerit, Aitque hoſpites delicatioribus Abbatum epulis, velut circæis quibuſdam bolis fuiſſe in commendatarios

Charitas ſuaſit in hac parte à Regulâ recedere.

Benard Paræn.6. polit. reg.

Menſa Abbatialis genuit Commendatarios.

B paulatim trãſformatos. Hanc menſam Abbates expuliſſe monaſteriis, excuſſiſque pontificalibus mitris & paſtoralibus pedis, reliquiſſe eos, non minùs nudos quàm fuerit olim Protoplaſtus originalis iuſtitię ornamento ſpoliatus. Cui malo, non niſi à conuentuali & communi Religioſorum & hoſpitum menſa, ſecutus Petrum Cluniacenſem, remedium petendum docet.

Alias ſiue cauſſas, ſiue congruentias aſſignant Camaldulenſes, nimirùm quod experientia rerum magiſtra dilucidè ſatis C oſtenderit, ibi meliùs ſacræ religionis cærimonias ac reliqua omnia ad monaſticam vitam ſpectantia ſeruari, ac diligentiùs cuſtodiri, vbi Prælati præſentia adeſt. Deinde quod pater carnalis in vnâ & eadem cum ſuis filiis menſâ comedens, non ſolùm maiorem erga illos miniſtret dilectionis affectum, eiſdem cibis cum eis vtens, ſiue bonis ſiue malis: verumetiam faciat, vt modeſtiùs ſe habeant. Prætereà Chriſtum Dominum cum ſuis ferè ſemper cibum ſumpſiſſe diſcipulis. Hunc autem non Re- D ligioſos modò, ſed & omnes qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, conuenit quàm proximè fieri poteſt imitari.

Aliæ congruentiæ pro communi menſa. Camald. ad c.56. Reg.

DISQVISITIO III.

Quæ aliorum de communi hoſpitum cum Religioſis refectione iudicia?

LVCEM ac robur iis, quæ hactenus diximus, adferent aliorum quoque non E leuis auctoritatis ſententiæ. Quæ enim pluribus & ſanctitate præſtantibus & eruditione ſingularibus, diuerſis locis & temporibus non incongrua viſa ſunt, ea ſine dubio vt rationi & religioſis moribus conſentanea cenſenda erunt. Quare non noſtri Ordinis dumtaxat, ſed aliorum etiam cuiuſcumque generis teſtimonia audienda hîc indico.

Qui cenſeant hoſpites ducẽdos ad refectorium.

I. S. Baſilius. Baſil. reg. fuſ. diſp.21.

PRIMVM quidem in hoc ordine produco S.Baſilium. Diſputans ille, quæ ratio in ſeſſionibus & accubationibus teneri debeat, quandocumque ad prandium, cœnamve ventum eſt, ita quæſtionem reſoluit.

uit. *Si vulgaris ac communis vitæ ſint qui nobiſcum accumbant, danda opera eſt, vt hæc etiam in parte exemplo noſtro illi diſcant ſe intra modeſtiæ fines continere, neque prima ſubſellia appetere.* Ex quibus verbis videas S. Baſilium ſæculares ad Cœnobitarum ſuorum menſam admitti poſſe iudicaſſe.

II. *Regulæ aliæ Monachorum.*

SECVNDÒ: nou deſunt aliæ Monachorum Regulæ, quæ menſam Abbatis in communi ſtatuant refectorio, adeoque ſi hoſpites ad Prælati meuſam adhibeudi, neceſſariò & illos in conuentu veſci oportebit. Regula S. Iſidori: *Abbas*, inquit, *citra languaris neceſſitatem cibos in conſpectu pariter cum fratribus ſumat: nec aliud, quàm ceteri; nec cultiùs, quàm quæ in communi conſiſtunt præparari ſibi quidpiam expetat: ſicq; fit dum præſens eſt, omnia diligentiùs adminiſtrentur: & dum communia ſunt, ſalubriter & cum charitate ſumantur.* (Reg. Iſid. cap. 9.) Regula à SS. Patribus prolata: *Illud quoque ſtatuimus, vt Abbates omni tempore cum Fratribus reficiant, quia eo tempore quo fratres aut pro negligentia arguere, aut ſpiritali debent ſermone imbuere, abſque certa neceſſitate ſe remouere non debent.* (Reg. Patr. cap. 11.) Ex Regulâ Magiſtri, Abbatis menſam in refectorio fuiſſe colligitur, nam de lectione meuſali Abbas aliqua exponere iubetur, & de hoſpitibus ita ſubditur: *Si ſuperuenerint fortè menſæ monaſterij, laici propter detractionem futuram in ſæculo, cum ſecreta Dei ſæcularis agnouerit, ſi placuerit Abbati, aliam lectionem* (quàm Regulæ) *cuiuſcumque codicis legat, vt ſecretum monaſterij ab irriſoribus non ſciatur.* (Reg. Mag. cap. 24.) Vide eiuſdem Regulæ cap. 26. 72. & 85. Aurelianus in Regulâ ſuâ ita præſcribit: *Sanctus Abbas niſi inæqualitate faciente, extra Congregationem non reficiat.* (Reg. Aurel. cap. 30.)

III. *Statuta Præmonſtratenſium.*

Tertiò: Et aliis Ordiuibus religioſis hic mos non diſplicuit. In antiquis enim Statutis Præmonſtratenſis Ordinis ſic habetur: *Abbas debet in Dormitorio iacere, in Refectoria comedere, & in medio maioris menſæ ſedere.* (Diſt. 1. c. 1.) Et iu Statutis eiuſdem Otdinis Prouinciæ Hiſpaniæ: *Omnes Fratres, etiam Prælati, in communi refectorio comedant.* Deſumpta ſunt hæc (ait Seruatius Laituelz) ex vetuſtis eiuſdem Otdinis Priuilegiis, vbi Alexander Papa IV. etiã Abbates ad communem triclinij meuſam inuitat. (Lairu. to. 2. Catech. lect. 12. Priuileg. 88.) Verba Alexandri vt habentur libro 3. Bibliothecæ Præmonſtratenſis ſunt iſta: *Abbates quoque ſecundùm inſtituta præfati Ordinis in communi Refectario comedant, & in dormitario cum aliis iaceant, omni prorſus excuſatione ceſſante, illis cauſis dumtaxat exceptis, quæ in Inſtitutis eiuſdem Ordinis exprimuntur.* Idem ante eum decreuerat Innocentius IV. vt ibidem priuilegio 55. habetur. Commendatur hoc nomine ex eodem Ordine B. Siardus, Horti B. Mariæ iu Friſiâ Abbas, (*Siardus ab hac obſeruantia laudatus.*) qui, vt teſtis eſt Sibrandus: *Semper cum fratribus iam Abbas effectus refectorium frequentabat, nec quidquam ei peculiare præparari valebat. Quòd ſi id fieret, Fratribus diſtribuebat, dicens Cœnobitis omnia debere eſſe communia, nec aliis obeſſe poſſe quod ſibi conducere putaretur.* (HOSPITIVM. Sibran. in vitâ.) vixit ad annum 1230. Societatis IESV Patres, vt Nigronus teſtatur, extraneos hoſpites iu cœnaculum introducunt, nec habent hoſpitium ſeparatum quo recipiantur. (Nigron. tr. Aſcet. 4. §. 19.) In Moſcouiâ quoque (in quâ Schiſmatici deguut) Priores monaſteriorum electi priuſquam confirmentur à principe, coguntur ſe iuramento atque inſcriptione obſtringere, quod velint in eo monaſterio iuxta SS. Pattum conſtitutionẽ piè & ſanctè viuere, & inter cetera: *Non lautiùs priuatim viuere, ſed in eadem menſâ perpetuò eſſe, & cõmuni cibo cum fratribus vti.* (*Priores in Moſcouiâ ad eam adiguntur.*) Ita Bzouius ex cuiuſdam Varlami, Prioris Huttenieuſis Monaſterij, anuo 734. inſtituti litteris. (Bzou. an. 1114.)

IV. *Exemplum S. Caroli.*

Quartò: Conſuetudinem hanc exemplo ſuo plurimùm commendauit ſæculi noſtri lucidiſſimum ſidus S. Carolus Borromeus, qui quotidie in tricliuio communi reficiebatur, vbi ſemper erat vel ſacra lectio, vel Clericorum ſeminarij concio, & eo viros principes quoque perducebat, cupiens illis per lectionem prodeſſe. (Giuſſan. l. 2. vit. c. 5. & lib. 8. c. 26. Car. Epiſc. Nou. l. 7. vit. cap. 16.) Ad ea autem, ait Carolus Nouariæ Epiſcopus, quæ legebantur, edentium ipſe fuit attentus maximè, tum exteros quoque cum eo accumbentes attentos facere ſolitus eſt, de eo, quod audiebat, identidem aliquid dicens ad pietatem excitandam. (Idem cap. 7. lib. 2.)

Pontifices ſummi cum Monachis comederunt.

Neque verò ingratum fuit ſummis etiam viris in Monachorum triclinio Religioſorum cibis refici, quin id ſummâ etiam auiditate ambiuiſſe leguntur. A Pontificali incipiamus folio. Innocentium II. (*Innocentius II.*) cum Cardinalibus iu Clara-Valle hoſpitio excipiens S. Bernardus, non alios ei cibos, quàm Regula Monachis permitteret, propoſuit. De quo vitæ auctor ſic ſcribit: *Gaudebant omnes in Domino, & ſolemnitas non cibis, ſed virtutibus agebatur. Panis ibi opicus, pro ſimila: pro careno, ſapa: pro rhombis, olera: pro quibuſlibet deliciis, legumina ponebantur. Si fortè piſcis inuentus eſt, Domino Papæ appoſitus eſt, & adſpectu, non vſu, in commune profecit.* (Vit. S. Bern. l. 2. c. 1.) Sed & Pium II. Pontificem Maximum (*Pius II.*) præ ceteris in eo extollendum exiſtimo, quòd tanto iu honore menſam illam habuerit, vt biduo ad Sublacum cõmorans, & Capreolæ in Hetruria, & Mantuæ iu monaſterio D. BENEDICTI, & Florentiæ in Carthuſiâ, cùm inibi ſubſtitiſſet, non alio paſſus ſit ſibi apparatu & loco, quàm Fratribus miniſtrari. O menſam valdè felicem, cui aſſidere ſub Præſide Chriſto Pontifices Maximi laudi ducunt.

HOSPI-TIVM. *Item Reges. Conradus.* Ekkeh. de caſ. monaſt. S. Galli c. 1. *Fernandus.*

Eadem quoque regum præſentiâ nobilitata legitur. Conradus ſiquidem Romanorum Rex in refectorio S.Galli nō ſemel cum Monachis cibum ſumpſit, vt pluribus refert Ekkehardus. Caſtellæ & Aſturum regem Fernandum in S.Facundi monaſterio cibariis regularibus in communi refectorio famem depuliſſe, ſcriptum à Roderico Toletano: qui & addit, ipſas Regularium pœnitentias regiâ quadam decentiâ adimpleſſe, adeò vt cum porrectum vas vitreum de manu Abbatis ad menſam ſedens accepiſſet, illudque fractum eſſet, pro negligentiâ pœnitentem, vas aureum gemmis ornatum curaſſe adferri, & Abbati pro vitreo obtuliſſe. Acceptam à maioribus pietatem hanc ſtrenuè æmulatus eſt glorioſæ memoriæ Philippus II. Hiſpaniarum & Indiarum Monarcha, qui, vt ſcribit Ioſephus à Siguença, pridie idus Martij anni 1578. ipſo die Paſchatis ad S. Laurentij in Eſcuriali Monaſterium venit; recreatus porrò Monachorum in diuinis officiis feruore & diligentiâ, cum ipſis in refectorio comedit, Senioribus autem menſæ ſuæ fercula tranſmiſit, quæ, quod abundè ſufficerent, & iunioribus communicata. Ad dexteram ſedebat Rex cum duobus Principibus, in medio Archidux Albertus. Putauerint aliqui id ei delatum, quod Cardinalis eſſet, ſed hi minimè aduertūt, eodem illum loco ſedere ſolitum, priuſquam hac dignitate ornaretur. Et hinc ſoluitur illa à noſtri temporis antiquariis mota quæſtio, dextráne, an ſiniſtra honorabilior. Sequenti anno 1579. feriâ ſecundâ maioris hebdomadę, idem Rex recollectionis cauſsâ, & vt ſacris illis diebus quiete frueretur, diuiniſque intereſſet officiis, ſolus aduenit: ipſo Paſchatis die cum Fratribus in refectorio pranſus eſt, feſtoque peracto Madritum ſe contulit.

Roder. l. 6. de reb. Hiſp. c. 24.

Philippus II. Hiſpaniarum Monarcha. Siguen. to. 3. hiſt Ord. S. Hier. in Hiſp. l. 3. c. 1.

An dextra honorabilior ſiniſtrâ.

Ibid. c. 12.

Epiſcopi & Principes Aſſligenij in refectorio excepti.

Et ſanè plures in Belgio Epiſcopi & Principes viri ad nos ex occaſione diuertentes, cum honoris cauſsâ ſequeſtrata illis offerretur menſa, communem Religioſorum in refectorio prætulerunt, non minùs ſpiritu quàm corpore ſe ibidem paſtos in diſceſſu aſſerētes. Morem proinde hunc

Principibus placuiſſe viris, non infima laus eſt.

V. *Clementis VIII. conſtitutio.*

QVINTÒ, validiſſimè tandem ſententiam noſtram propugnat, contrariamque tantū non expugnat Clementis Papę VIII. auctoritas: hic enim in conſtitutione edita anno 1594. quæ incipit: *Religioſæ Congregationis*, &c. ait: *Si quos verò ditiores occaſione tranſitus, ſiue aliàs ex deuotionis aut neceſſitatis cauſſa eò* (ad Monaſteria) *diuertere contigerit, eos ſanè deceret Refectorio communi cum Religioſis, menſaq; & ferculis communibus, nequaquam à ceteris diſtinctis, contentos eſſe. Verùm omninò ipſi Regulares in hoſpitibus huiuſmodi potentioribus excipiendis ita ſe gerant, vt in eis frugalitas & paupertas religioſa prorſus eluceat.* Sic ibi. Approbat ergo ſummus Pontifex morem Congregationis Caſſinenſis, aliarumque eius ſequacium. Ne verò hoc paruipendatur, in aliâ Bullâ pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quàm Mendicantium cuiuſcumque Ordinis & Inſtituti, idem Pōtifex idipſum num. 34. his verbis inculcat. *Curent Superiores, vt conſtitutio interdicens largitiones munerum, & præſcribens hoſpitalitatis formam, ab omnibus in quolibet conuentu inuiolabiliter obſeruetur.* Atque hæc Decreta à Panlo V. & S.D.N. Vrbano VIII. confirmata & renouata ſunt.

Renouata & confirmata.

Magis ſtabilis vſum noſtrum.

Hinc antem vſum noſtrum non leniter ſtabilimus. Si enim, vt licitum in pleriſque Belgij Monaſteriis aſſumptum fuerit Breuiarium Romanum, relicto antiquo Ordinis S. BENEDICTI, quia Pius V. permiſerat id fieri poſſe, ſi fortè Romanum Breuiarium magis placeret; cur non æquè licitum cenſebimus Abbatis menſam conſtituere in Refectorio, quia ita non tantùm permittit, ſed magis etiam decere dixit Clemens VIII. In hoc enim puncto non tot Regulæ capitibus contrauenitur, atque in illo de officio diuino, neque tanti eſſe videtur exercendæ hoſpitalitatis formam, quàm dinini officij mutare; quare ſi vnum licet, & alterum licebit.

DISQVISITIO IV.

Quid reſpondendum ijs, quæ pro ſegregata Hoſpitum menſa ſuperiùs ſunt allata?

VIdimns hactenus qnibus argumentis, hoſpitum & Religioſorum in eodem loco menſa poſſit ſtabiliri: reliquum eſt, vt & illa, quæ pro ſegregata menſa allegari ſolent, diſcutiamus. Vrgetur autem potiſſimùm textus Regulę, in quâ dicitur, *Menſa Abbatis cum hoſpitibus & peregrinis ſit ſemper*, ad quam Abbati liceat, quoties minus ſunt hoſpites, Fratres aliquos vocare, ſenioribus tamen cum conuentu relictis. Ex qnibus manifeſtum eſt hoſpitalē menſam, vt dicebamus, non ponendam in conuentu.

Reſponſiones variæ ad textum Regulæ.

Prima.

Varias antem ad hunc locnm adhiberi video ſolutiones. *Primò* enim, Walloncappellius ait, iſtud non eſſe præcipientis, ſed prænunciantis quod futurū videbat, nempe tam frequentes hoſpites futuros, vt neceſſe foret, menſam ſemper eſſe cum hoſpitibus. Clariùs idipſum aſſeruit Iacobns Breulius: Non opns fuiſſet hac bonorum Mona-

Breul. ad l. 5. Aimoin. de geſt. Franc. c. 10.

Digitized by Google

HOSPITIUM.

Monaſterij in caput, & membra diuiſione, ſi Cœnobiarcharum quiſque ſententiam Salomonis, quâ dicitut, *Rectorem te poſuerunt, noli extolli, ſed eſto in illis quaſi vnus ex ipſis*, ad vnguem obſeruaſſet, communi victu veſtituque contentus, & ſubditis Monachis, neceſſaria quæque voluntariè & abſque acceptione diſpertiens. At dum omnia in ſe trahunt, & iuſtè petita aut magno ſupercilio renuunt, aut parcè, ægrè, & tardè largiuntur; neceſſarium fuit certam dominij, certam temporalis portionē, ab omni onere immunem, conuentui indulgere, vnde ſibi neceſſaria abſque mendicatione & moleſtia colligere poſſent. Et hoc faciendum S. BENEDICTVS iam prænidit, quum cap. 56. ſuæ Regulæ, menſam Abbatis à Conuentu ſequeſtrauit. Quamquam & hoc attendit, vt peregrinorum & hoſpitum ſuſceptinni intenderet. Quod tum ex charitate fit, ſi non diuites dubiâ menſâ, ſed paupetes frugali excipiantur. Sic ille.

Eccli. 32.

Vnde orta menſa Abbatialis.

Gaguin. lib. 4.

Secunda reſponſio.

Secundò. Camaldulenſes dicunt permitti, non præcipi, vt menſa Abbatis ſeorſum ſit. Verba ſcribo: *Nec obſtat*, inquiunt, *ſi tempore* D. P. BENEDICTI *ſeorſum ab aliis Abbates comedebant, quoniam id forſan fieri poterat ob hoſpitum multitudinem vndique aduentantium, aut ob aliquam aliam cauſſam, quæ modò non militat. Sed tamen eis vetitum non erat, ſi voluiſſent communem etiam menſam ſequi, Cùm hoc itaq;* D. P. BENEDICTI *eſſet permiſſio, non præcepto: nullum erit propterea modò abſurdum, ſi Patres iuſtis de cauſſis hanc tollunt permiſſionem, & volunt Abbatem quoad fieri poteſt, menſam communem frequentare.*

Tertia. S. Pet. Damian opuſ. 16. cap. 9.

Tertiò. S. Petrus Damiani, non corticem ſed medullam, non verba ſed mentem Legiſlatoris ſectandam docet. *Certè*, inquit, *eadem Regula præcipit, vt Abbatis menſa cum peregrinis & hoſpitibus ſemper ſit. Sed quia modò propter reprimendam quorumdam crapulam, & luxurioſa conuiuia Religioſi Cœnobiorum Rectores minimè faciunt; te iudice ab officio ſuo remouendi?* Quia nimirùm dum S. Doctoris intentionē vigilanter aſpiciunt ſeqni verborum ſuperficiem patuipendunt; & dum medullam viuificatotis Spiritus ruminant, occidentis litteræ paleas calcant. Sed quęnam B. BENEDICTI mens, niſi vt crapula vitetut, & id erga hoſpites fiat, ex quo magis queant ædificari? Id verò hiſce temporibus magis ex frugali & conuentuali menſa ſperandum, quàm ex ſequeſtrata, quæ in ſæcularem ferè deuergat.

Quarta. Pet. Clun. l. 1. ep. 28.

Quartò. Reſpondet Petrus Cluniacenſis: *Menſa Abbatis eſt cum hoſpitibus ſemper & peregrinis. Quoſcumque enim Abbas ſubſtantiâ Monaſterij reficit, nónne menſæ propriæ participes facit? Quòd ſi iſto modo impleri à nobis Regula ſecundùm vos minimè poteſt, & hoc eſſe mandatum, vt cum Abbate manducent, affirmatur: ſit & iſtud quandoq; de honeſtis perſonis.* Cenſet ergo Regulam adimpleri, ſi ad Abbatis menſam in Refectorio collocatam hoſpites adhibeantur. Non diſſimile porrò eſt, qnod Petrus Damiani magnopere commendat: *Nonnulla*, inquit, *in noſtris partibus Monaſteria præclaram nuper inſtitutionis normam ſibimet indiderunt, vt præter cetera pietatis opera, etiam tres pauperes cum priuata menſa iuxta ſe ſemper Abbas habeat, eiſque ſingulis menſuram cibi, quem quiuis habet frater apponat. Nam cùm regularis norma præcipiat, vt Abbatis menſa ſemper ſit cum hoſpitibus, hoc modo nouiter vtrumque completur; vt & Abbatis menſa non ſuperbis ſæculi, ſed ſanctis hoſpitibus hæreat, & ipſe conueſci fratribus non omittat.* Commendatum hoc tanto auctore pietatis obſequium, in vſu etiam fuit Monachis S. Dunſtani, qui ita præſcribit: *Omni die ſine intermiſſione tres ex his, qui continuò in Monaſterio paſcuntur eligantur pauperes, quibus eiuſdem mandati exhibeatur obſequium, quiq; eiſdem paſcantur victualibus, quibus fratres vtuntur.*

Petr. Dam. op. 11. c. 7. Ratio alendi tres pauperes pro hoſpitibus.

Stat. Dunſtan.

Quinta reſponſio. Pet. Clun. lib. 1. ep. 28.

Quintò. Vtcumque præter Regulam eſſe videatur, contendit tamen Petrus Cluniacenſis, Abbatis arbitrio hæc & ſimilia à Legiſlatore eſſe permiſſa: *His de cauſſis*, inquit, *nos contra* B. BENEDICTI *ſtatuta nil agere credimus, qui pro tempore & perſonis, vt ſæpe iam diximus, huiuſmodi mandata Abbati contemperanda permiſit.*

Sexta. Dunſt. ſuprà.

Sextò. Optimę S. Dunſtanus Concilij Aquiſgtanenſis auctoritate defendit legitimè mutationem circa hoc punctum factam; *SS. Patres*, inqnit, *ob animæ ſalutē virtutumq; potiùs cuſtodiam, quàm ad Regulæ contemptum, Synodali ſtatuerunt Concilio magnopere cuſtodito, vt videlicet in Monaſterio degens extra refectorium nec ipſe Abbas, nec fratrum quiſpiam, niſi cauſſâ infirmitatis manducet vel bibat.* Hæc ille. Cur autem ea mutatio facta, ſatis ex ſuperioribus patet, & S. Petrus Venerabilis à nobis antè citatus, clarè expoſuit.

Soluuntur rationes contra allata.

Sed quid ad rationes pro ſegregatâ menſâ allatas? Ad *Primam* dicendum, quando periculum eſt ex intempeſtiuo hoſpitum aduentu turbandos fore fratres, licitè tum ſeorſim eis menſam ſterni, & omnem exhiberi humanitatem.

Prima.

Secunda.

Ad *Secundam* dico, non deeſſe rationem etiam in ipſo refectorio liberaliùs hoſpitem ttactandi, exhibitis nimirùm plutibus & lautioribus ferculis, vt fieri etiam ſecundum hoſpitis qualitatem conſueuit. Atque ita Superior vix aut ne vix quidem cogetur communem frattum menſuram excedere, aut ob hoſpites notabiliter vel

HOSPITIVM.

crebrò ieiunium violare. Itaque maxima eſt in regularibus obſeruantiis capitis & membrorum vniformitas. Quod & murmutationis anſas præſcindit, & charitatem inter Prælatos & ſubditos cum magnâ externorum ædificatione nutrit ac fouet.

Tertia.

Ad *Tertiam* dicendum, re ſecũdùm pietatem conſideratâ, plus plerumque ædificationis hoſpites haurire ex honeſtâ & frugali Religioſorum refectione, modeſtâ morum compoſitione, vtili ac piâ quæ ad menſam adhibetur lectione, quàm ex ſequeſtratâ refectione; quæ ſæculi moribus quàm clauſtri ſit conformior. Neque timenda eſt mala hoſpitum ædificatio, aut ſcandalum, quo imminente alibi excipiendi eſſent, vt fieri ſolet in perſonis vilioribus, aut iis qui ſubſannandi cauſſas potiùs, quàm ædificationis ex Religioſorum ritibus & cærimoniis venantur. Prudenter proinde in præſentiâ hoſpitum ſuſpenduntur, aut differuntur potiùs pœnitentiæ, & ſatisfactiones, quæ in triclinio aliàs fieri ſolent.

Quarta.

Ad *Quartam* reſpondetur, non admodum timendum ne ſine veniâ fratres cum hoſpitibus loquãtur, quòd non promiſcuè cum fratribus, ſed in menſâ Prælati, aut aliâ ſequeſtratâ collocentur, & propter continuam lectionem & ſilentium nulla ſit loquendi occaſio. Abſolutâ verò refectione, non quilibet cum iis agit, ſed Superior, vel curator hoſpitum, aut alius cui id fuerit demandatum. Atque hæc ſuffecerint circa hanc controuerſiam, quam fuſiùs nonnihil proſecuti ſumus, quod paſſim intelligeremus hæc ſæpius ventilari.

DISQVISITIO V.

Quatenus propter hoſpites ſoluendum ieiunium?

Indulget S. Benedictus ſolui ieiunium propter hoſpites.

NE quid humanitatis hoſpiti vllâ in parte deeſſet, voluit B. Pater, eum ad cibum ſumendum, ſi verecundia fortè aut aliâ ex cauſſâ impediretur, Superioris exemplo inuitari. *Ieiunium*, inquit, *à Priore frangatur propter hoſpites, niſi fortè præcipuus ſit dies ieiunij, qui non poſſit violari.* Hauſit hanc doctrinam B. Pater ex veterum Monachorum conſuetudine, quam in Ægypto indifferenter ſeruari cùm vidiſſet Caſſianus, Seniorem quemdam eius rei cauſſam percunctatus eſt; qui ita reſpondit: *Ieiunium ſemper eſt mecum; vos autem continuò dimiſſurus mecum iugiter tenere non potero. Et ieiunium quidem licet vtile ſit ac iugiter neceſſarium; tamen voluntarij muneris eſt oblatio: Opus autem charitatis impleri, exigit præcepti neceſſitas. Itaq. ſuſcipiens in vobis Chriſtum, reficere eum debeo: deducens autem vos, humanitatem eius obtentu præbitam, diſtrictiore ieiunio in memetipſo potero compenſare. Non enim poſſunt filij ſponſi ieiunare, donec cum illis eſt ſponſus: Cùm autem diſceſſerit, tunc licitè ieiunabunt.* Hæc ibi. Alius quidam Senex duobus fratribus dicebat: *Ieiunium ſuam mercedem habet, & qui manducat propter charitatem, duo mandata implet; quoniam voluntatem propriam dereliquit, & mandatum impleuit reficiens fratres.*

Cap. 53. Caſſian. l. 5. inſtit. c. 24. — *Quæ eius rei cauſſa.* — Luc. 5. — Vit. Patr. l. 5. libel. 13. num. 10.

Quæſtiones aliquot.

I. *Quis hîc Prior?*

Plura autem circa S. BENEDICTI verba quæri poſſent. *Primò*, quis hîc *Prior*, à quo violandum ieiunium? Perez intelligit de Priore clauſtrali. Certè, inquit, decretum iſtud procedit tantùm in caſu quo hoſpites tempore ieiuniorum regularium occurrunt, & adhuc non horâ prandij, ſed cœnæ. Tunc enim cùm ſemel tantùm in die Monachi reficiant, cœna illis intercluſa eſt, & Priori tantùm, non autem Abbati, aut aliis imperata aut conceſſa. Id enim eſt quod ſignificant verba textus, *à Priore frangatur* illa die *ieiunium*. Sed *Prior* hîc non ſecundam Monaſterij perſonam, ſed primam, id eſt, Superiorem ſignificat, vt * alibi dictum. Abbatis igitur eſt, ieiunium propter hoſpites ſoluere, vt communiter Interpretes.

* Lib. 3. tr. 6. diſq. 2.

II. *Pro quibus ſoluendum ieiunium.*

Quæritur *Secundò*, Quorum gratiâ relaxandum ieiunium? Reſpõdet Smaragdus: *Non pro omnibus hoſpitibus, ſed tantùm pro peregrinis fratribus, aut illis ſummis perſonis, quæ tardè viſitant Monaſterium.* Contrarium tamen aſſerit Boëtius, dummodo ædificare aut prodeſſe in aliquo talis relaxatio poſſit. Idem ſentit Cardinalis Turrecremata.

III. *Quid agendum hoſpite veniente cum Prior comedit.*

Tertiò, Bernardus Caſſinenſis apud Boërium, refert quæſtionem ab Alexandro IV. ſibi propoſitam, in hunc modum. *Ponamus quod Prior ſatis comedit, ſuperuenit hoſpes, quid faciet? ſi comedat vltra ſatis, cedet id quidem ad crapulam, quod vltra ſatis ſumet, & tamen Regula dicit, remotâ præ omnibus crapulâ. Si autem non comedit, huius præcepti tranſgreſſor erit. Reſpondeo*, inquit, *ſicut ei reſpondi: quòd comedit ad ſuam neceſſitatem, dum in refectorio cum fratribus ſumit cibum, ſed comedit ad exhibendam charitatem, quando propter hoſpitem ieiunium frangit. Primum natura requirit, ſecundum charitas exigit. Primum fit neceſſitate naturæ, ſecundum auctoritate Regulæ. In primo Monachus ſuam naturam reficit, in ſecundo non Monachus, ſed charitas cibum ſumit. Comedat igitur ſecurè etiam nolens, quia quod natura negat, Regula & charitas imperat. Vel dic, quòd cùm ſatietas numquam debeat ſubrepere Monacho, ex charitate in modico cibi ieiunium poterit violare, & ſic vtrumque ſeruare.* Sed quæſtionem hanc diu ante ipſum, imò ante S. BENEDICTVM Caſſiano ſoluit Senex quidam,

Poteſt iterum comedere.

Et factum olim. Caſſian. lib. 5. c. 25.

dam, qui cum reficientem vt adhuc paululum quid ederet, hortaretur: ille verò diceret non poſſe; reſpondit: *Ego iam ſexies diuerſis aduenientibus fratribus menſam poſui, hortanſque ſingulos cum omnibus cibum ſumpſi, & adhuc eſurio, & inprimitus nunc reficiens, iam te dicis non poſſe.*

IV. *Quis præcipuus ieiuniorum dies.*

Quartò, quæritur quis præcipuus ieiuniorum dies, qui ob hoſpites non violandus? Reſpondet Smaragdus, intelligi *dies Paſchalis, quadrageſimæ, Litaniarum, & quatuor anni temporum, aut ſi alicuius dies fuerit agenda vigilia, quando non ſolùm à Canonicis Clericis, verumetiam à laicis catholicis ieiunatur.* Ita ille. Cui conſentiunt pleriq́ue Regulæ interpretes. Cùm autem S. BENEDICTVS Regulæ ſuæ decreta ex Caſſiano frequenter & veterum Monachorum viuendi ratione deſumpſerit, crediderim eum ſub præcipuo die ieiunij, etiam quartam & ſextam feriam comprehendiſſe. Priſci enim illi Patres aduentantibus hoſpitibus, prædictis feriis ieiunium ſeruabant, id enim diſertè teſtatur Caſſianus, ſcribens: *Cùm de Syria partibus Seniorum ſcita diſcere cupientes Ægypti prouinciam petiſſemus, ibiq́ tanta cordis alacritate nos ſuſcipi miraremur, vt nulla prorſus, ſicut fueramus in Palæſtina Monaſteriis inſtituti, vſque ad præſtitutam ieiunij horam, refectionis regula ſeruaretur, ſed abſque legitimis quarta ſextaque feriis quocumque pergebamus quotidiana ſtatio ſolueretur.* Sic ille. S. Apollonius apud Rufinum: *Ieiunio legitimo, id eſt, quarta & ſexta feria, monebat non eſſe ſoluenda, niſi grandis aliqua neceſſitas fieret. Dicebat ergo, vt ſi fortè in diebus ſupradictis ſuperuenerit aliquis fratrum, ſi quidem ante horam nonam itineris cauſâ velit reficere, ponendam ei eſſe menſam ſoli, quòd ſi nolit, non eum eſſe cogendum: communis namq́ue huius obſeruantia traditio eſt.* Hanc autem traditionem à ſuis quoque S. BENEDICTVM ſeruari voluiſſe, admodum mihi probabile eſt.

Etiam feria quarta & ſexta.

Caſſian. l. 5. inſtit. c. 24

Ex veterum traditione.

HOSPITVM. Rufin. l. 2. vit. Pat. c. 7.

Aliis autē regularis ieiunij diebus propter hoſpites non licitè tātùm, ſed meritoriè etiā comeditur. Nam, vt Caſſianus ait, *ſi velit quis in fratris aduentu, in quo Chriſtum debet humanitate reficere, & grātiſſima ſuſceptione complecti, auſteritatem ieiunij cuſtodire, nónne inhumanitatis potiùs crimen incurrit, quàm laudem aut meritum religionis acquirit?* Similiter & S. Proſper: *Si quoslibet aduenientes ieiunio intermiſſo reficio, non ſoluo ieiunium, ſed impleo charitatis officium. Ceterùm ſi propter abſtinentiam ſpirituales fratres, quos noui mea remiſſione delectari, contriſto, abſtinentia mea non eſt virtus dicenda, ſed vitium: quoniam quidem ipſa abſtinentia ac ieiuniorum continuatio, niſi fuerit quando res exigit prætermiſſa, & me inflat, & fratrem meum, cui charitas iubet ſeruiri, contriſtat.*

Aliis diebus cum merito ſoluitur ieiunium.

Caſſian. collat. 21. cap. 14.

Proſper lib. 2. de vit. contemp. cap. 24.

An autem hoſpitibus carnes vbi earum viget abſtinentia proponendæ * ſuperiùs expendimus.

* Lib. 10. tr. 8. diſq. 1.

TRACTATVS IV.

ITINERARIVM.

Benè ambuletis, & ſit Deus in ITINERE veſtro, & Angelus eius comitetur vobiſcum. *Tob. 5.*

QVAMVIS *ſolitudinis & ſilentij amator eximius* S. BENEDICTVS, *raram loquendi, rariorem è Monaſterio egrediendi Monachis tribui voluerit licentiam, atque ita Monaſterium conſtrui,* vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras, *quia omnino non expediat animabus eorum: neceſſitas tamen, vel charitas ſubinde requirit, vt ad negotia Fratres quidam foras mittantur. Quod & Patriarcham noſtrum non ſemel feciſſe, ex vitæ hiſtoria conſtat: qui etiam quid in ipſo itineris ingreſſu & regreſſu Fratribus faciendum, Regula auctoritate diſponit. Cuius decreta hoc Tractatu, quem* Itinerarium *placuit inſcribere, expendemus.* Prima igitur *Diſquiſitio eſt, Cur ſine ſocio & venia non exeundum?* Secunda, *Cur itinerantibus impendenda Benedictio?* Tertia, *Quibus precibus proſequendi?* Quarta, *Quæ in itinere obſeruanda?* Quinta, *Cur ſine veniâ foris non manducandum,*

Monachus conuenit ſubinde Monaſterio egredi. Cap. 66.

Greg. l. 2. Dial. c. 12.

ITINERARIVM. *dum, nec ad alia quàm Ordinis loca, vbi ea fuerint, diuertendum?* Sexta, *Cur vetitum foris audita in Monaſterio referre?*

DISQVISITIO I.

Cur ſine ſocio & venia non exeundum?

Binos foras mittendos ſtatuit S. Benedictus

TAM ex lemmate cap. 77. quàm ex ipſo Regulæ textu colligitur, non ſingulos, ſed binos minimum fratres mittendos foras. Nam de *Fratribus in via directis* acturus Patriarcha noſter, ait: *Dirigendi Fratres in viâ*, ac deinceps plurali numero cōſtanter vtitur. Veterum æmulantis Monachorum inſtitutionem & conſuetudinem. Pachomij enim lex eſt:
Reg. Pach. n. 34. *Nullus ſolus mittatur foras ad aliquod nego-*
Ex veterum imitatione. *tium, niſi iuncto ei altero.* Regula Patrum:
Reg. Pat. cap. 8. *Ad neceſſaria quærenda in cellulâ bini egrediantur, vel terni Fratres: & ita illi, quibus creditur, non qui verboſitatem aut gulam ſectantur.*
Auguſt. in c. 10. Auguſtinus: *Quando proceditis, ſimul ambulate; cùm veneritis, quò itis, ſimul ſtate.* Regula Orientalis: *Nullus mittatur foras ob aliquod negotium. Miſſi verò non ſinguli, ſed bini vel terni ambulent: vt dum ſe inuicem cuſtodiunt & conſolantur, & ſeniores eorum de honeſtâ conuerſatione ſecuri ſint, & illi non periclitentur.* Quod hi verbis, Legiſlator noſter plu-
Quod & ipſe fecit. rali, vt dixi, indicauit numero, ſuoque confirmauit exemplo. Pergens enim ad caſtigandum vagum Monachum, Maurum ſo-
Greg. lib. 2. Dial. c. 4. cium habuit. Aquam ex rupe producturus, Placidum aſſumpſit. Ad Scholaſticam
Cap. 5. ſororem nonniſi cum diſcipulis deſcendit.
Cap. 33. Pro reſponſo binos fratres deſtinauit. Eun-
Cap. 12. dem inuiſit Seruandus Abbas in comitatu
Cap. 35. ſuorum diſcipulorum. Deinceps verò hoc
Quàm religioſè obſeruatum. velut ex lege ſeruatum, S. Gregorius docuit, qui Conſtantinum Monachum à Fratribus in Abbatem expetitum hac cauſsâ
Greg. l. 10. epiſt. 22. repulit, quod, vt ait, *ſolus pergere, ſine aliquo fratrum ſuorum præſumpſit; ex quâ eius actione cognoſcimus, quia qui ſine teſte ambulat, rectè non viuat. At quomodo aliis Regulam teneat, quàm ſibi ipſi neſcit tenere?* Exiſtimabat ergo eum Regulam tranſgreſſum eſſe.

Et peculiariter in Concilijs renouatum. Ne autem vlla tergiuerſandi foret occaſio, quòd in Regulâ non ſatis expreſſè hoc præſcribatur, cenſuerunt Aquiſgranenſis
Concil. Aquiſg. can. Concilij Patres peculiari canone ſtatuendum: *Vt ſoli, & ſine alio Fratre in viâ non dirigantur.* Idem præſcripſerat Iſidorus: *Dum*
Iſid. in reg. cap. 23. *pro Monaſterij aliqua neceſſitate diriguntur, duo fratres ſpirituales ac probatiſſimi eligātur.* Eboracenſe dein Concilium pro Monachis & Canonicis Regularibus decreuit, *ne extra Monaſteria ſine certâ & rationabili cauſsâ, nec abſque ſocietate, cuius certa ſit honeſtas & indubitata, proficiſcantur.* Vlteriori autem proba- *Cauſſa huius moris.*
tione res non indiget omnium pænè Ordinum conſenſu recepta, & conſuetudine obſeruata. Sed moris huius inquirendæ cauſſæ.

Primo eſt, imitatio Chriſti, non ſolos, ſed *Prima.*
binos mittētis nunc diſcipulos nunc Apo- Luc. 10.
ſtolos. Sic ad parandam cœnam, & ad vi- Marc. 6. Luc. 22.
ſendum ſepulchrum, ad orationem & ad Ioan. 20.
Samaritanorum vrbem Petrus & Ioannes, Act. 3. & 8.
hoc eſt, duo ſimul, abierunt.

Secunda cauſſa eſſe queat, quam Salo- *Secunda.*
mon ita extulit: *Melius eſt duos eſſe ſimul,* Eccle. 4.
quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Enimverò, vt dici ſolet, *Comes fa-* Publ. in Sent.
cundus in viâ pro vehiculo eſt; ſuis ſermonibus triſtem ſolatur, debilem erigit, erran- *Varia ſocietatis emolumenta in itinere.*
tem corrigit, & piis colloquiis longioris itineris tædium mitigat. Rectè Ariſtote-
les: *Si duo ſimul iter faciant, & mente ad con-* Ariſtot. Ethic. lib. 8.
cipiendum, & manu ad operandum fortiores erunt. Duo in viam directi, quod S. BENEDICTVS voluit, congruis horis officium diuinum ſimul recitare poſſunt, aut alias preces. Quis verò dubitet, cùm ita de Deo vel ad Deum loquuntur, ipſum tum eſſe in medio eorum? Ita nimirum Saluator ait:
Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, Matth. 18.
ibi ſum in medio eorum. Fecit veritas quod
promiſerat: cùm enim ex diſcipulis duo Luc. 24.
Emmauntem proficiſcerentur, ſermoneſque de eo conſererent, medium ſe iunxit, & explicauit Scripturas, quæ de ipſo erāt. Ex quo exemplo & illud bonæ ſocietatis haurimus, quod alter alterum in viâ poſſit inſtruere, & de rebus Theologicis mutua & iucunda inſtitui confabulatio. Adhæc, ſi contingat alterutrum ægrotare, ſocium habet, qui omnia charitatis officia ei præſtet: lecto aſſideat, cibum porrigat, triſtem conſoletur. Adde his, ſi arduum ſit negotium pro quo miſſi ſunt, conſilium ab ſe mutuo capere poſſe.

Tertio ex eodem Salomone cauſſa eſt: *Si* *Tertia cauſſa.*
vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli: quia Eccle. 4.
cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Quod quidem ad litteram tam de equeſtri, quàm pedeſtri itinere locum habet. Occurrere
etiam poſſunt pericula caſus ſpiritualis & *Socius ſocium ſubleuat.*
peccatorum ex conſortio ſæcularium, & quæ paſſim occurrunt ſenſuum illecebris.

Quòd

Digitized by Google

Quòd ſi ex infirmitate quis labatur, ſocij monitione & oratione ſubleuari poteſt, quod maximè locum habet ſi alter ſit Sacerdos, cui liceat confiteri. Salomonis verba explicans Olympiodorus, *Qui bonis*, inquit, *de rebus conuenıunt, mutuum ſibi auxilium præſtant: ſi enim accidat vt alter ex humanâ fragilitate omittat aliquid, quod faciendum ſit; alterius conſilio emendabitur.*

Quarta cauſſa.

Auguſt. in reg. c. 12.

Quarta, vt comitis beneficio à lapſu ſocius præſeruetur, & cuſtodis Angeli, vel pædagogi munus exſequatur. Auguſtinus: *Quando ergo ſimul eſtis in eccleſiâ, & vbicumque feminæ ſunt, inuicem pudicitiam veſtram cuſtodite. Deus enim, qui habitat in vobis, etiam iſto modo, cuſtodiet vos ex vobis.* Mirum enim eſt quantum peccaturo frenum iniiciat alterius præſentia. Nonnullos enim peccare pudet coram hominibus, qui non verentur peccare coram Deo. Et quamuis Monachi virtutis & Dei præſertim amore ab omni malo cohiberi debeant; vrgente tamen & rationem obnubilante tentatione, etiam illos ingenuus pudor, infamiæ metus, pœnæ formido à peccando deterret. Ita accidit, vt quidam emiſſitios contineant oculos, modeſtiùs ſe gerant, cachinnis & leuitatibus abſtineant; occulta non accipiant munuſcula, cibum aut potum apud externos non ſumant; aliò quàm quò miſſi ſunt non diuertant; non ſeriùs reuertantur, qui fidum ſecum habuerint Ordinis cuſtodem.

Præſentia ſocij frenat peccaturum.

Quinta cauſſa.

Iuſt. Nouel. conſt. 133. auth. coll. 1. tit. 1. cap. 4.

Quinta cauſſa eſt, vt iter agentes ſint ſibi inuicem vitæ teſtes. Inde eſt quod Iuſtinianus Imperator voluit Monachos *inuicem teſtes eſſe mutuæ honeſtatis*; ſiue, vt aliàs loquitur, *Teſtes alterutris ſint honeſtatis & caſtitatis.* Seruit hic teſtis ad calumniam, quę in viros religioſos & eccleſiaſticos ſępe iacitur, depellēdam. Præter calumniam etiam ſuſpicionem, quæ de ſoliuago haberi poſſet, ſuâ propulſat præſentiâ. Solùm ambulantem, aut fugitiuum aut apoſtatam, aut ſine veniâ egreſſum, aut aliò quàm licitum ſit tendere, aut mali quidpiam machinari, facilè homines ſuſpicantur. Vnde Ennodius: *Feciſſe ſcelus creditur, qui potuiſſe facere perhibetur.* Et: *Errorem creditur fouere ſolitudo, & profundam nequitiam incomitatus admittere.* Quare & S. Thomæ *Monachus ſolus*, dictus *dæmon ſolitarius.* S. Carolus Mediolanenſis Antiſtes quamquam in ſalutandis obuiis officioſiſſimus, tamen obuiantes ſibi ſine comite Religioſos inſalutatos præteribat, caſtigans quaſi, & honore indignos ducens, quibus hæc Religionis ac probitatis nota deeſſet.

Soliuagi ſunt ſuſpecti.

Ennod. in præc. de cellul.

Ferd. Caſtell. p. 1. hiſt. præd. l. 3. c. 57.

Carol. Epiſc. Nouar. l. 7. vit. cap. 17.

Nec honore digni.

Atque hæ ferè cauſſæ, cur ſine comite non prodeundum foras. Tria autem hîc monita cuicumque in viam directo adſcribenda putaui.

ITINERARIVM.

Monita pro iter agentibus.

Primum, vt in ſocio acceptando ſeruet indifferentiam, nec oblatum ſibi diſplicere, aliumve magis placere, aut præeligere vllo modo oſtendat. I.

Secundum, ne ſocium quouis prætextu deſerat. Inculcauit hoc S. Bonauentura: *Ipſi Fratres in itinere ſe ab inuicem non debent nimis diſiungere, quin ad minus mutuo ſe videre, & audire facilè poſſint. Non eſt tutum, aut decens Religioſis, quos congruit binos ire, alterum ab altero longiùs ſeparari; taliſq; ſeparatio eis in periculum & occurrentibus cedit in ſcandalum.* Hoc autem quod dicit periculum & ſcandalum, maximè imminet, cùm infirmus adeundus eſt ſexus. Vnde Cantipratanus: *Nec ſocius ſocium debet deſerere, maximè in colloquio mulieris, niſi aliter alterum videat colloquentem.* Quæ autem diſcrimina nonnulli incurrerint à ſocio deſerti, commemorat Nigronus. II.

Ne ſocium deſerant.

Bonau. p. 1. Spec. p. 4. c. 2.

Cum adeunda mulieres.

Cantip. l. 2. apum c. 12. §. 2.

Nigron. ad reg. Soc. 43. n. 25.

Tertium monitum eſt, vt cum ſocio conſentiat, illius moribus ſe attemperet, infirmitates benignè toleret, verbis non contendat, opere non contriſtet. III.

DISQVISITIO II.

Cur Itinerantibus impendenda Benedictio?

QVOS binos itineri committit S. Pater, non niſi paterna benedictione & oratione munitos domo egredi, ad eamque regredi voluit. *Dirigendi*, inquit, *Fratres in viâ, omnium Fratrum, vel Abbatis orationi ſe commendent: & ſemper ad orationem vltimam operis Dei, commemoratio omnium abſentium fiat. Reuertentes autem de viâ fratres, ipſo die quo redeunt, per omnes canonicas horas, dum expletur opus Dei, proſtrati ſolo Oratorij, ab omnibus petant orationem propter exceſſus.* Legem hanc accuratè fuiſſe ſeruatam, docet nos S. Gregorius. Refert enim fratres quoſdam ad reſponſum egreſſos, cùm ad cellam rediiſſent, benedictionem Patris ſui BENEDICTI ex more petiiſſe. Et ſanè ſanctiſſima eſt conſtitutio. Si enim qui mari ſe cōmittunt, piè ac prudenter Sacramentorum ſe præſidio ante communiunt, quid ni Religioſi, velut ex arcâ Noë ad infidum mare huius ſæculi emittendi, cęleſti benedictione & orationibus armentur, ne fortè pereant in diluuio aquarum multarum? Qui denſa nemora & ſiluas latronibus prædonibuſque infeſtas peragrant, non ſine comitatu & armis iter aggrediuntur. Monachus verò è clauſtro in mundum prodiens, quid niſi vaſtiſſimam ingreditur ſiluam, latrunculis & prædonibus refer-

S. Benedicti de exeuntibus decretum.

Cap. 67.

Greg. lib. 2. Dial. c. 12.

Rectè precibus fratres muniuntur.

ITINERARIVM.

reſertiſſimam: nam vt quidam ait:

Qui in mundo, in ſilua eſt, aut capit, aut capitur.

Rectiſſimè proinde orationis præſidio, & benedictione munitur Religioſus ſiluam hanc frementium beſtiarum ingreſſurus.

Reuertentes cuſiè oratione expiandi.

Iam quod ad reuertentes ſpectat; qui loca infecta tranſierunt, ad aliorum conſortium non ante admittuntur, niſi expurgatis primò veſtibus: nec leproſus ad caſtra admittebatur, niſi ſacrificio & reliquo expiationis ritu purificatus. Totus hic mundus leprâ vitiorum & peſtilenti lue infectus eſt, quare meritiſſimo iure qui ab illo redit, communi oratione expiandus eſt, *propter exceſſus*, vt inquit S. BENEDICTVS, *ne quid fortè ſurripuerit in viâ viſus, aut auditus malæ rei, aut otioſi ſermonis.* Nemo facilè explicet, quàm contagioſa res cum ſęcularibus conuerſari, & quot nobis peccata allinant. *Ego*, inquiebat Seneca, *confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli refero. Aliquid ex eo, quod compoſui, turbatur: aliquid ex his, quæ fugaui, redit.* Contra hæc verò quàm pium, quàm vtile exeuntem benedictione & precibus protegi, redeuntem iiſdem à mundano puluere, quo religioſa corda non rarò ſordidantur expiari? Ita nimirùm fiet, quod Hieronymus dixit, *vt egredientes de hoſpitio armet oratio; regredientibus de plateâ, oratio occurrat antequam ſeſſio, nec prius corpuſculum requieſcat, quàm anima paſcatur.*

Periculoſa conuerſatio cum ſecularibus.

Senec. Epiſt. 7.

Hieron. Epiſt. 22.

Ritus hic fruſtra impugnatus.

In vitâ S. Euſt. apud Sur. 29. Mar.

Auſus eſt tamen morem hunc ſanctiſſimum impuro ore arrodere quidam Agreſtius, ſed ab Euſtaſio Abbate in Synodo Matiſconenſi validè refutatus, etiam poſt à proprio famulo confoſſus, calumniæ pœnas dedit, vt relatum à Ionâ. Ceterùm ſi Scripturas inſpiciamus, non infrequens eſſe comperiemus benedici iter aggreſſuris, nam Iſaac benedixit Iacob in Meſopotamiam proficiſcenti. Laban diſceſſurus à Iacob ſuiſque filiabus, *oſculatus eſt filios, & filias ſuas, & benedixit illis:* Tobias quoque filium ſuum Raphaëli commendans, vtrique benè precatus eſt, dicens: *Bene ambuletis, & ſit Deus in itinere veſtro, & Angelus eius comitetur vobiſcum.* Sed & Raguel, Tobiam dimiſſurus hac oratione vſus eſt: *Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatque vos incolumes.* Et an non Dauid hanc benedictionem apertè ſatis commendauit, dicens: *Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrarum.*

In Scripturis frequẽs.

Geneſ. 28.

Geneſ. 31.

Tob. 5. 21.

Tob. 10. 11.

Pſal. 67. 21.

A Monachorum Magiſtris commendatur.

Ephræm tom. 1. Paræn. 33.

Verùm & aliis Monachorum Inſtitutoribus placuit hæc benedictio & oratio. S. Ephrem de hac conſuetudine ita loquitur: *Spiritalis, quando ad fratris conceſſurus eſt adhortationem, imprimis etiam priuſquam ſuâ* A *egrediatur cellâ, in oratione conſiſtit, vt Dominus viam ſuam proſperet.* Auctor Pœnarum inter opera S. Baſilij hanc recenſet: *Si quis egrediatur de monaſterio, non accepta benedictione, aut non dimiſſus ab Archimandritâ, hoc eſt, Patre vel Præfecto monaſterij, ſit excommunicatus.* Climacus ſimiliter commemorat B. Mennam reuerſum ad monaſterium, proſtratumque Abbati, *& benedictionem ſecundum conſuetudinem ſuſcipere orantem ab Abbate* ad patientiæ probationem humi iacere permiſſum à veſpera vſque ad colle- B ctæ horam, quo ſpatio pſalterium omne recitauit: tunc verò illum benedicens erexit. Iſidorus Hiſpalenſis: *Quando fratres foras proficiſcuntur, vel redeunt, congregatis omnibus in eccleſiâ, benedictionem accipiant.* Quod idem videtur cum eo quod ſanciuit S. BENEDICTVS, ad cuius imitationem ait Nigronus recentiores Ordines ſimilia conſtituiſſe, citatque Canonicos regulares S. Saluatoris Congregationem Clericorum S. Pauli, Clericos regulares, & Carmelitas Diſcalceatos, qui exituros & redituros iu- C bent coram ſacramento, vel alio ad id deſignato loco breuiter orare, vt Deus illorum exitum, introitumque cuſtodiat, & benedictionem flexis genibus poſcere.

Num. 1.

Clim. grad. 4.

Iſidor. reg. cap. 25.

Qui Ordines S. Benedictum in hoc ſecuti.

Nigron. ad reg. 46. Soc. cit.

DISQVISITIO III.

Quibus precibus itinerantes proſequendi?

Tria de his ſtatuit S. Benedictus.

Cap. 67.

TRIA ſunt quæ circa Fratres in viam directos S. P. BENEDICTVS obſeruari D voluit. Primum, *vt omnium fratrum, vel Abbatis orationi commendentur.* Secundum, *vt reuertentes de viâ Fratres, ipſo die quo redeunt, per omnes canonicas horas, dum expletur opus Dei, proſtrati ſolo oratorij, ab omnibus petant orationem propter exceſſus.* Tertium, vt quamdiu in itinere ſunt, *ſemper ad orationem vltimam, operis Dei, commemoratio omnium abſentiũ fiat.* Antequam verò Orationis formulas adducam, notandum has Benedictiones non impendi niſi fratres foris E pernoctent: cùm enim eodem die reuertuntur, ſatis eſt benedictionem à Superiore ſigno crucis accipere, vt præſcribit Cærimoniale Caſſinenſe, ſtatuens vt fratres exeuntes ante Superiorem quocumque loco inuentum genuflectant, dicentes: BENEDICITE. Ille verò crucem ſuper illos formans, benedicat dicendo: *In viam pacis & proſperitatis perducat vos virtus ſanctæ Trinitatis.* Neque opus eſt (vt iidem declarant) per omnes horas aduentum reuertentium ſubſequentes, dum expletur opus Dei, in terram ſe proſternere, niſi ex longo itinere venerint, & per menſem

1\. *Quando & quomodo petenda benedictio.*

4 part. c. 3.

& vltra

& vltra à Monaſterio abfuerint. Cùm ve- A rò vltra tres dies: & minùs quam per menſem, extra Diœceſim fuerint morati, ſufficiat petere orationem in vna horarum Canonicarnm illins diei. Quod ſi poſt Completorium venerint (quia ampliùs nullæ ſunt horæ illius diei) petant hanc orationem à Prælato. Ita illi. Burſfeldenſes verò volunt hoc caſu die ſequenti benedictionem peti. Plura de his vide in Statutis Lanfranci.

Declar. in cap 17.

Stat. Lanfr.

Variæ formulæ orationum pro egreſſuris.

Iam quod ad Orationes ipſas attinet, non eadem ſemper formâ in Ordine no- B ſtro recitatas fuiſſe conſtat. Exſtant enim tres orationes in libro Sacramentorum Sancti Gregorij Papæ, in hunc vti reor vſum compoſitæ, ipſe ſiquidem titulus ex Regula noſtra deſumptus eſt, & crediderim olim modò vnam, modò aliam in hanc rem adhibitam, ſic autem ſe habent:

ORATIO

Pro Fratribus in via dirigendis.

Prima.

Deus qui diligentibus Te miſericordiam tuam ſemper impendis, & à ſeruientibus Tibi nullâ es regione longinquus, dirige viam famuli tui N. in voluntate tua, vt Te protectore, & Te præduce per iuſtitiæ ſemitas ſine offenſione gradiatur. Per Dominum.

Alia.

Secunda.

Exaudi Domine, preces noſtras, & iter famuli tui N. propitius comitare, eique miſericordiam tuam, ſicut vbique es, ita vbique largire, quatenus ab omnibus aduerſitatibus tua opitulatione defenſus, iuſtorum deſideriorum potiatur effectibus, tibi gratiarum referat actionem. Per Dominum.

Alia.

Tertia.

Deus qui ad vitam ducis, & confidentes in Te paterna protectione cuſtodis, quæſumus vt præſenti famulo tuo à nobis egredienti angelicum tribuas comitatum, vt eius auxilio protectus, nullius mali concutiatur formidine, nullo comprimatur aduerſitatis angore, nulli irruentis inimici moleſtetur inſidijs: ſed, ſpatijs neceſſarij itineris proſpero greſſu peractis, proprijſque locis feliciter reſtitutus, vniuerſos reperiat ſoſpites, ac debitas exoluat tuo nomini gratias. Per Dominum.

Subiungit verò vnam alteramque Miſſam pro iter agentibus, ac deinde hæc ponitur

Oratio pro redeuntibus de Itinere.

II. *Oratio pro reuertentibus.*

Omnipotens ſempiterne Deus, noſtrorum temporum vitæque diſpoſitor, famulo tuo N. continua tranquillitatis largire ſubſidium, vt quem incolumem proprijs laboribus reddidiſti, Tuâ facias protectione ſecurum. Per Dominum.

Alius ritus ex Smaragdo relatus. Smaragd. ad Reg. c. 67.

Atque hæc ex S. Gregorio. Alium tamen ritum refert Smaragdus: His, inquit, fratribus in via dirigendis ante altare pro- B ſtratis, & ab omnibus orationem poſcentibus, dicat Sacerdos hos verſus, ipſo tamen incipiente, & alijs reſpondentibus: *Saluos fac ſeruos tuos: Deus meus ſperantes in te. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen ſemitis meis. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* His peractis hanc Sacerdos orationis dicat Collectam.

Pro exeuntibus.

Angelus Domini bonus comitetur vobiſcum, C *vt peracto obedientia curſu, ad nos iterum reuertamini in gaudio Per Dominum &c.*

Pro redeuntibus.

Reuertentibus autem de viâ, & oratorij ſolo proſtratis, orationemque petentibus, hanc eis collectam Sacerdos dicat:

Quæſumus omnipotens Deus, vt his famulis tuis, quos ad nos incolumes de viâ redire feciſti, quidquid illic impediente fragilitate deliquerunt, tu propitiatus dimittas. Per Dominum.

Incertum vbi, & à quibus hæc formula vſurpata.

Verùm tam has, quàm illas S. Gregorij Orationes certò affirmare nequeo, quan- D do & in quibus Congregationibus vſitatæ fuerint. Poſterioribus tamen ſæculis animaduerto Cluniacenſes, Caſſinenſes, & Burſfeldenſes iiſdem vſos Collectis cum modica tantùm variatione circa verſiculos præmittendos, ſuntque hæ Collectæ quas hodie vſurpamus, ſubijciunturque ad calcem Pſalterij Monaſtici, Pauli V. auctoritate recogniti.

Cærim. S. Iuſt. 1. part. cap. 47.

Aliæ orationes pro exeuntibus.

In veteri tamen S. Iuſtinæ Cærimoniali præſcribitur, vt Superior exeuntibus benedictionem daturus præmittat pſalmum: E *Leuaui oculos meos in montes,* quem alternatim conuentus proſequatur. Congruè omninò in quo nimirùm ille verſiculus continetur: *Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc vſque in ſæculum.* Quo & S. Euſtaſius ritum hunc contra Agreſtij calumnias propugnauit. Pro Reuertentibus de viâ ante verſiculos idem Cærimoniale præſcribit pſalmum *Ad te leuaui oculos meos,* monetque aſpergendos aquâ benedictâ tam egredientes, quam redeuntes. Quin & illud piè ibidem decernitur, vt egredientes adeant *Oratorium ſi ſit apertum, ſin autem ad ianuam eius*

Et reuertentibus.

Part 4. c. 3.

Qqqqq *breuiter*

ITINERARIVM.

breuiter orent Deo & Sanctis omnibus ſe commendantes. Idemque redeuntibus faciendum ſtatuitur. Quia verò Sanctus BENEDICTVS decreuit, vt reuertentes, ipſo die quo redeunt, per omnes canonicas horas dum expletur opus Dei, petant orationem; diuerſas olim in hoc Affligenienſi Monaſterio habuerunt ad hoc collectas, vt ex veteri noſtro Rituali colligitur.

III. *Varia ſententia de commemoratione abſentium.* Cap. 67. *Prima.* Hildeg in expoſ. cap. 67.

TERTIVM verò illud, vt nimirùm *ſemper ad orationem vltimam operis Dei commemoratio omnium abſentium fiat*; varijs quoque modis vſurpatum inuenio. *Primò* ſiquidem, S. Hildegardis putat hanc commemorationem adiunctam olim orationi Dominicæ, *Quia*, inquit, *diſcipuli huius Patris* (BENEDICTI) *cùm in eadem oratione dicerent*, Sed libera nos à malo: *de abſentibus addiderunt, & famulos tuos fratres noſtros abſentes:* in hoc eorum commemorantes. Verùm cum orationi Dominicæ aliquid addere alijs incongruum viſum fuerit, aliam huius commemorationis rationem ineunt.

Secunda, Smaragdi.

Secundò igitur, Smaragdus Abbas ita de eâ loquitur. Priuſquam quinquageſimus pſalmus inchoetur, à Sacerdote dicatur: *Oremus pro fratribus noſtris abſentibus*. Fratribus verò reſpondentibus: *Saluos fac ſeruos tuos; Deus meus ſperantes in te*. Proſequatur Sacerdos & dicat: *Mitte eis Domine auxilium de ſancto*, Fratreſque reſpondeant: *Et de Sion tuere eos*. Item Sacerdos dicat: *Domine exaudi orationem meam*. Reſpondeant fratres: *Et clamor meus ad te veniat*. Et tunc ſubſequatur quinquageſimus pſalmus ab omnibus decantandus. Hæc Smaragdus.

Tertia. Camald. ad c. 67. Reg.

Tertiò, Camaldulenſes ſcribunt: *Vt expleto opere Dei commemoratio abſentium fiat, ordinarunt antiqui Patres, vt in orationibus ſecundis, quæ dicuntur in officio B. Virginis ad horam Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam dicerentur & illa verba* (licet etiam alium ſenſum habere poſſint) *& iter famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone*. Id autem nunc locum obtinere nequit: cùm oratio illa in laudibus & veſperis hoc tempore tantùm dicatur, atque etiam paulò aliter: dicimus enim iter, *actus & voluntates noſtras in ſalutis tuæ proſperitate diſpone*.

Quarta.

Quartò, Burſfeldenſes primis diuini officij collectis, ante communem clauſulam interſerunt: *Et famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi*. Verùm hoc non eſt ad vltimam orationem commemorationem abſentium facere: vt omittam non rarò incommodè hæc verba interponi, vt apparet in orationibus de S. Stephano, & *Deus qui ſalutis æternæ*, alijſque.

Quinta.

Quintò, Caſſinenſes olim eandem clauſulam, *& famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi* addebant in fine illius orationis, quæ dicitur in memoriam Beatæ Mariæ Virginis, eſtque abſolutè vltima oratio. Verùm inconuenienter ſatis vt dixi addi poteſt collectæ illi, *Deus qui ſalutis æternæ*, quæ à Natiuitate vſque ad Purificationem dicitur.

Sexta ſententia alijs præfertur.

Sextò igitur, optimè atque omnium commodiſſimè Breuiarium Monaſticum Pauli V. quo iam paſſim noſtri Ordinis Religioſi vtuntur, decernit poſt vltimam orationem, quæ Antiphonam de B. Maria ſubſequitur, dicendum: ℣. *Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum*. ℟. *Et cum fratribus noſtris abſentibus. Amen.*

Alia ſententia. Menard ad c. 71. Conc. Reg.

Menardus tamen de hâc oratione ita ſcribit: Per vltimam orationem operis Dei intelligit Sanctus BENEDICTVS collectam Completorij, poſt quam orandum eſt pro omnibus abſentibus; non verò vltimam orationem ſeu collectam cuiuſque horæ Canonicæ, quod ſanè expreſſiſſet, ſi ita eius mens fuiſſet, quemadmodum explicitè de reuertentibus ſignificauit: cùm præcipit, vt ad finem cuiuſque horæ Canonicæ pro eis oretur. Itaque ex antitheſi & oppoſitione vtriuſque ſententiæ huius loci manifeſta eſt interpretatio. Hactenus ille: non improbabili coniecturâ, quamuis vſus obtinuerit, vt ſemper dicatur, cum diſcedendum eſt è choro.

Non improbabilis.

DISQVISITIO IV.

Quæ in itinere obſeruanda?

DILIGENS illa & verè paterna ſolicitudo, quam pro fratribus in viam directis tot precibus Sanctus BENEDICTVS ſe habere teſtatus eſt, id ab ijs exigere videtur, vt & ipſimet ſedulam ſui gerant curam, ſanctiſque ſe muniant orationibus. Quare viſum fuit conſilia quædam ac monita huic rei opportuna inſerere.

Monita pro iter agentibus.

I. *Petant venias particulares à Prælato.* Cærim. S. Iuſtin p. 4. cap. 5.

PRIMVM ſit ex S. Iuſtinæ Cærimoniali, vt exeuntes, ſi eodem die ſe putent reuerſuros, petant licentiam refectionem vel Collationem ſumendi apud ſæculares, ſi ibi Ordinis noſtri locus non fuerit. Itemque diſpenſationem ſuper ieiunio regulari, ſi illâ indiguerint, licentiam quoque requirant ſibi inuicem confitendi, aut ſi opus fuerit alicui confeſſario alterius Ordinis, vel etiam Presbytero ſæculari. Si quid emere, vendere, mercari, dare vel accipere intendant, de ſingulis ante egreſſum licentiam petant, & ſi videatur Prælato poterit illis dare licentiam

geneta-

generalem ſuper ſimilia. Si extra prouinciam gradiantur, habeant licentiam in ſcriptis à Superiore ſubſignatam & Monaſterij ſigillo munitam. Abbas Eſaias ſimiliter monet: *Si te aliquò Abbas miſerit roga, vt te diuerti velit, & quæ tibi mandata det, diligenter animaduerte, ne plus minuſve facias.*

B. Eſaias Abb. orat. 3.

II.
Non aliò vadant, & redeant tẽpore præfixo.

SECVNDVM ſit, acceptâ exeundi facultate, caueant ne aliò quàm miſſi ſint vadant, aut præfixum redeundi terminum excedant, quod Ordines quidam in ſuas conſtitutiones retulerunt. Regula Tarnantenſis: *Si quis verò è fratribus in quocumque negotio ad ciuitatem, aut ad caſtellum, ſiue ad vicum ſeniore imperante dirigitur, niſi ad illum quò deſtinatur non præſumat accedere.* B. Iſaias Abbas plura congerit, quæ inter ſe itinerantes fratres obſeruare oporteat. *Si cum maioribus*, inquit, *iter facit, ne præcedat omninò. Si is, qui maior eſt, conſiſtit, & cum aliquo loquitur, tu ne contemne, aut conſide: ſed tamdiu ſta, quoad ille, quid tibi agendum ſit, dicat. Si in ciuitatem aut vicum proficiſceris, oculi tui deorſum aſpiciant, ne hoſtes tibi in cella ſuſcites. Peregrè proficiſcens ne dormias in cuiuſdam domo, vbi cor peccati periculum reformidet. Si cum ſeniore iter facis, ſarcinam ſi qua ferenda eſt, ne ſinas illum omninò geſtare. Sin æquales eſtis, eam ambo vicißim geſtate, ita tamen, vt ſemper omiſtus præcedat.* Item: *Si cùm iter facitis, eſt aliquis inter vos imbecillior, ſinite ipſum praire, vt ſi ſedere velit, poſſit.*

Reg. Tarnant. cap. 1.
Iſai. orat. 3.
Orat. 4.

III.
Orationis ſtudium nõ negligant.

TERTIVM ſit, cùm multa in itinere occurrere poſſint pericula, non ſatis habeant quòd Superioris benedictione & Confratrum oratione muniti ſint, ſed & ipſi in via precibus incumbant, vt proſperum iter largiatur Deus ſalutaris noſter: imò ſtudeant & viæ tædium meditationibus & orationibus ſubleuare. Quare conſultiſſimum fuerit *Itinerarium*, quod in fine Breuiarij præſcribitur, uon omittere. Morem hunc tenuit S. Carolus Borromæus, qui in itinere conſtitutus, ſi nauigio veheretur, flexis genibus cum ſuis recitabat *Itinerarium*, litanias & preces quaſdam pro defunctis. Quin & ipſos Nautas inſtruebat, vt ſimul ac ſoluerent, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & ſymbolum Apoſtolorum dicerent, eoſque ad Litanias cum alijs reſpondere docebat. Idemque ſanctiſſimus Antiſtes modò orationem mentalem, modò vocalem, modò ſpirituales conſerentias inſtituendo, piè & iucundè itineris horas tranſigebat. S. Tereſia in ſuis profectionibus tintinnabulum ſemper aſſumebat, quo & orandi & ſilendi tempore ſignum dabatur, quale domi fieri ſolebat. Habebat & clepſydram, ad horarum ſpatia interſtinguenda, & aquam luſtralem, & ſubinde etiam pueruli Ieſu ſtatuam vlnis geſtabat. Toto autem illo quo in via agebat tempore, omnes itineris ſocios, tam religioſos, & alios Sacerdotes, quàm laicos, cùm dominos, tùm famulos ſilere oportebat: nec pia hæc quemquam conſuetudo offendebat. Vbi verò ſoluta oratione vel ſilentio, iam ſignum dabatur inuicem conſabulandi, iucundum erat ſpectaculum videre, ecquo ſamuli gaudio geſtirent, quaſi iam vinculis ſoluti: quibus etiam, quod accuratè ſiluiſſent, aliquid pia Mater ampliùs in cibum ac dimenſum dari præcipiebat. Hæc in exemplum allata ſint.

Recitãdum Itinerarium.
Giuſſan. l. 7. vitæ cap. 21.
Et alia, exemplo S. Caroli.
Item S. Tereſia.
Ribera lib. 2. cap. 18. vit. S. Tereſ.
ITINERARIVM.
Quæ & via ſocios ad id inducebat.

Quid olim fratres Minores in via conſtituti facere conſueuerint, non ſubticuit S. Bonauentura: *Solent*, inquit, *fratres litanias, pſalmos pœnitentiales, canticum graduum & ſimilia, aut ſimul aut ſingulariter frequentare, & maximè ante tertiam: aut certè in ſanctis meditationibus occupari.* S. Eſaias Abbas iunioribus fratribus præſcribit in hunc modum: *In itinere mens in partes varias ne diſtrahatur, ſed tecum ipſe meditare, aut Deo funde preces in corde tuo.*

Quid olim quidam precati fuerint.
Bonau. in ſpec. diſciplin. part. 1. cap. 28.
Orat. 3.

Huc ſpectat, vt Eccleſiam vel ſacellum tranſeuntes, deuotè inclinent, eiuſque patronum inuocent, cœmeteria verò abſque oratione pro defunctis nullatenus decet pertranſire. Eademque ratio eſt de locis in quibus aliqui occiſi, aut extremo affecti ſunt ſupplicio, vbi pſalmum *De profundis* & preces pro Defunctis legere congruit.

Cum ante Eccleſias tranſitur.

IV.
Salutent obuios, & pia referãt.

QVARTVM ex eodem Bonauentura, vt occurrentes humiliter ſalutent, *& his cum quibus aliquando loqui contigerit, aliquid ad ædificationem, vel conſolationem proponant, & ad bonum per rationes & dulcem allocutionem inducant. Tunc exempla Patrum, vel alia quæuis bona, quæ vel accendant affectum, vel ſaltem inſtruant intellectum, ſunt ad laboris alleuiationem narranda. Turpißimum eſt neſcire tempus, niſi friuolis & fabuloſis narrationibus detinere. Væ tacentibus de te Domine; quoniam loquaces muti ſunt.*

Bonauent. vbi ſuprà.
Auguſt lib. 1. conf. c. 4.

V.
Adeant Eccleſiam, cũ ad terminum venerint.

QVINTVM. Cùm ad terminum peruenerint, primò omnium Eccleſiam adeant, atque in eius ingreſſu hunc ſi lubet verſiculum recitent. *Introibo in domum tuam, ad orabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Et nudato capite ſignum crucis ſuper ſe cum reuerentia facientes, ante altare vel alio loco orationi congruo, ad quem declinauerit ſenior, proſternere ſe humiliter debent. Vbi quantum Deus dederit deuotè orantes, pariter ab oratione ſurgentes, procedere poterunt ad ea quæ neceſſe habuerint iuxta propoſitum exequenda.* Hactenus Bonauentura.

ITINERARIVM. VI. *Quomodo agendum cum ſæcularibus.*

SEXTVM. Addendum hîc eſſet de modo conuerſandi cum ſæcularibus in hoſpitij loco, de quo plura ſequentibus capitibus idem Seraphicus Doctor, & Cærimoniale S. Iuſtinæ; ſumma eſt, nulli verbo, moribus, geſtibus aut indecenti habitu, offendiculo ſint, omnibus bonus Chriſti odor ſint in omni loco: per plateas vel taceant, vel parcè & ſubmiſsè loquantur: domeſtica ne euulgent, nec nimiùm commendent.

VII. *Geſtorum rationem reddant Superiori.*

SEPTIMVM hîc addi poteſt, vt domum reuerſi Superiori referant negotia quæ tractauerint, eorumq́ue ſucceſſum, prout ipſum velle exiſtimauerint, aut res ipſa poſtulauerit: Expedit enim vt Superior, qui vices Dei agere creditur, notitiam eorum habeat, quæ ſubditi ipſius geruut ac moliuntur. Viguit conſuetudo hæc in Ordine noſtro ſub Bernone Gigniacenſi Abbate. Cùm enim S. Odo redijſſet aliquando domum cum ſpirituali lucro animæ ad ſanctiorem vitam perductæ. *Poſtera*, inquit Auctor, *luce omnia, quæ geſſerat, ordine Abbati ſuo expoſuit, vt eſt more apud illos comparatum.* Poſteriores Ordines monitum hoc legibus ſuis inſeruerunt, Societas Ieſu, Clerici Regulares, Carmelitæ Diſcalceati, & alij.

Ioan. Monach l. 1. vit. S. Odon. c. 18.

Reg. Soc. com 44. Cōſt Cler. p 2. cap. 9. Diſcal c p. 2. conſt. c. 15. 9. 9.

DISQVISITIO V.

Cur ſine venia foris non manducandum, nec ad alia, quàm Ordinis loca, vbi ea fuerint diuertendum?

Cap. 51. *Sine venia non manducandum foris.*

AD Itinerantes ſpectat, quod S. BENEDICTVS in Regula his verbis præſcripſit: *Fratres, qui pro quouis reſponſo proficiſcuntur, & ea die ſperant reuerti ad Monaſterium, non præſumant foris manducare, etiamſi à quouis rogentur; niſi fortè eis ab Abbate ſuo præcipiatur. Quòd ſi aliter fecerint, excommunicentur.* Morem verò hunc de vſu Regulæ ſollicitè ſeruatum tempore S. BENEDICTI, tradit S. Gregorius, narrans duos fuiſſe correptos, quòd foris comediſſent & bibiſſent. Sed & ante S. BENEDICTVM S. Auguſtinus ita ſcripſit: *Nemo extra Monaſterium ſine præcepto manducet ſiue bibat; non enim ad diſciplinam pertinet Monaſterij.* Ad quem Auguſtini locum reſpexiſſe videtur Smaragdus, dicens: Antiqui Patres dixerunt: *Nemo extra Monaſterium manducet aut bibat: Hoc enim regulæ non recipit diſciplina, vt vel poma vilia præſumantur. Aquam ipſam ante refectionem legitimam bibere non præſumant. Si quis verò extra conſcientiam Abbatis vel Præpoſiti qualemcumque locum egreſſus, gula vel ebrietati ſe ſociauerit, aut ſi in proximo tranſmiſſus, pro ſua mentis leuitate, vel gula, non*

Greg lib. 2. Dialog. cap. 12.

August. in Reg. *Quam antiquum hoc decretum.*

Addita graues pœnæ.

A *ſtatim expedita neceſſitate ad cellulam redierit, aut cùm in id facinus fuerit detentus, vt canones docent, aut triginta diebus à communione ſeparetur, aut virgis cæſus emendetur.* Hæc Smaragdus. Vt autem hoc S. BENEDICTI caput explicemus,

Explicantur verba S. Benedicti.

PRIMÒ, Declarant Caſſinenſes atque ordinant, vt *nullus quantumcumque rogatus præſumat manducare, bibere, aut pernoctare in domibus, poſſeſſionibus vel locis quibuſlibet ſæcularium, in Ciuitatibus aut locis, in quibus habeutur Monaſteria vel loca noſtra, etiamſi* B *ſit in itinere conſtitutus. Qui autem contrà fecerit, comedat in terra in Refectorio in pane & aqua, pro qualibet vice.* Similia ferè habent Montis-Oliuetani: *Monachi*, inquiunt, *de Monaſterio ad Monaſterium migrantes, dum in itinere fuerint, in vrbibus & locis, vbi Monaſteria congregationis fuerint, extra Monaſterium apud parentes aut alios non pernoctent.* Non ſecus Burſfeldenſes: *Caueant ne domos ſeu hoſpitia ſæcularium ad inibi pernoctandum quærant, vbi noſtræ obſeruantiæ habere Monaſteria poterunt.* Innocentius III. ſimi- C lem conſtitutionem inſeruit Regulæ Ordinis SS. Trinitatis, quæ ſic ſe habet. *In ciuitatibus, in villis, ſiue caſtellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omninò extra domos illas, niſi fortè in domo Religionis, etiamſi à quouis rogentur, comedant vel bibant: niſi fortè aquam in domibus honeſtis; nec pernoctare præſumant extra eiuſmodi domos.* Omitto Prædicatores, fratres Minores S. Franciſci, Eremitas S. Auguſtini, Carmelitas Diſcalceatos paria præcipientes, quorum verba annumerare prolixum foret.

I. *In locis vbi ſunt Monaſteria Ordinis illicitū comedere.* Caſſin. ad cap. 51.

Oliuet. ad cap. 51.

Quod à varijs Ordinibus præſcriptū.

D SECVNDÒ, cauſſas cur ita Sanctus BENEDICTVS vetuerit, adſerunt Turrecremata & Perez. Prima ſit, ne Monachi nimiùm aſſueſcant conuerſationi ſecularium, ne fiat quod ſcriptum eſt: *Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.* Secunda, vt ſtimulante fame ad Monaſterium citiùs reuertantur. Ex quo capite crediderim Sanctum Petrum Damiani ſtrictiorem ſuis Eremitis indixiſſe obſeruantiam: *Sine ipſo*, in- E quit, *ſine alio die fuerit quis egreſſus, exceptis præcipuis feſtiuitatibus, ieiunus ſemper ad Eremum reuertatur: ſin aliàs, pœnitentia non deerit.* Tertia, quia difficulter ſubinde itineris labore fatigati regularem diſciplinam & decentem morum grauitatem ſeruare poſſunt, adeoq́ue metuendum, ne aliqui hinc offendiculi anſam arripiant. Quarta, in ſæcularium conuiuijs raro abſunt vitia edacitatis, loquacitatis, detractionis, & ſimilia. Quinta, facilè ſæculares ſcandalizantur, ſiue cùm Religioſi aliqua faciunt, quæ in ſe mala non ſunt; ſiue cùm eos vident relictis ſui Ordinis domicilijs,

II. *Cauſſæ huius prohibitionis.*

Prima. Pſal. 105.

Secunda.

Pet. Dam. opuſc. 15. cap. 11.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Digitized by Google

micilijs, diuettere ac pernoctare in ædibus ſæcularium. Suſpicantur enim vel apoſtatas eſſe aut ſugitiuos, qui metuant in poteſtatem Ordinis deuenire: vel libertatis appetentiores quam par eſt, atque oſores religioſæ diſciplinæ: vel aliquid mali, quod in conuentu ſociorum moliri non poſſint, machinari: vel denique nòn eſſe à ſuis receptos ex defectu charitatis.

III. *Diſcretio adhibenda circa hanc legem.*

Tertiò, Turrectemata ait, legem hanc ſanè intelligendam, vtpote eius Patris qui prudentiſſimus ſuit & humauiſſimus. Durum planè eſſet tempore maximè æſtiuo, & ſi locus tantùm diſtaret, vt ante veſperam frater reuerti non poſſet ad Monaſterium, hàc legem obſeruari. Diſcretione igitur, quam idem Pater ſanctus dicit eſſe matrem virtutum, opus eſt in obſeruatione huius legis. Attendenda eſt enim diligenter & benè penſanda diſtantia loci; qualitas temporis, conditio perſonæ quæ mittitur, & pondus negotij pro quo mittitur. Quibus penſatis Abbas prout expedite iudicauerit, licentiam comedendi frattibus ſic miſſis tribuat, ſi vſque dum reuertantur commodè abſtinere nequiuerint. Ita ille. Et rectè quidem, ac iuxta mentem Legiſlatoris. Nam ſi menſæ Seruitoribus ac Lectoribus ante conſtitutum tempus aliquid cibi ſumere indulgeat, *vt nimirùm horâ refectionis ſine murmuratione, & graui labore, ſeruiant fratribus ſuis:* cur non idem proficiſcentibus concedat, cùm eorum labores non ratò moleſtiores ſint, quàm menſæ ſeruientium?

Ex mente Legiſlatoris.

Cap. 35.

Religioſis non permittenda conuiuia ſæcularium.

Notandum verò, aliud eſſe permittere fratribus pro aliquo reſponſo miſſis, vt foris prandeant, aliud autem indulgete vt ad ſæcularium conuiuia inuitati, illa ſolùm de cauſsâ accedant, quod S. Benedictvm neutiquam crediderim permiſſurum. Raròenim id cum ſæcularium ædificatione fieri poteſt: illi enim velut Ariſtarchi quidam rigidique religioſorum morum cenſores, ſemper aliquid quod carpant inueniunt. Comedis parcè & frugaliter? hypocrita audis. Hilariùs paulò veſceris? guloſus atque edax haberis. Ædificationum infers colloquia? velut importunus concionatot reijcieris. Iocos narras aut facetias? ſcurrilis, & loquax cenſeberis. Denique obſeruantur ac numerantur hauſtus, verba & geſtus, quos coram fortè laudant, in abſentia vt indecoros calumniantur. Conſultum proinde non eſt Religioſis veniam concedere, vt ſæcularium comeſſationibus atque epulis interſint.

Qui plerumque rigidi obſeruatores.

IV. *Cõſiderãda inuitantis qualitas.* Petr. Waloncap. in MS. Comment.

Qvartò, quod S. Benedictvs ait: *etiamſi à quouis rogentur*, quamuis nullam hîc excipiat perſonam, conuenit tamen, vt hîc ait Petrus Waloncappellius, Prælatum conſiderare qualitatem inuitantis, nam ta-A lis eſſe poteſt, vt nullatenus expediat ei negare quidquam. Solet enim Epiſcopis & Principibus viris hac in parte aliquid concedi, de quo accipio illud, quod in Aquiſgranenſi Synodo conſtituitur: *Nullus Epiſcoporum Monachis volatilia comedere præcipiat.* Id enim intelligendum videtur de ipsâ Epiſcopali menſâ, ad quam fortaſſe inuitati eſſent Monachi, nam antè ſatis cauerant: *Vt volatilia intus foriſve, niſi pro infirmitate, nullo tempore comederent Monachi.* Expreſſiùs Burſfeldenſes hanc exceptionem B ponunt, & regularia ieiunia abſque Prælati diſpenſatione, etiam foris violari vetant: *Egredientes*, inquiunt, *de Monaſterio, reſtrictionem regularem ſeu conſuetudinariam in ieiunijs & abſtinentijs teneant, niſi Abbas eorum certa conſideratione relationis indulſerit gratiam, aut fortè à quoquam Abbate in ſuo Monaſterio, ſeu Epiſcopo, vel Legato ſedis Apoſtolicæ, ipſos ad ſecum reficiendum contigerit inuitari.*

ITINERARIVM. *Explicatur Concil. Aquiſgranenſe* Can. 9.

Can. 8.

Burſf. diſt. 3. cap. 12.

V. *Tranſgreſſores excõmunicandi.*

Qvintò, quod ait: *Si aliter fecerint, excommunicentur.* Intelligitur, iuxta Turrecrema-C tam, aut de maiore, aut minore excommunicatione, pro varietate exceſſus delicti, & perſonæ delinquentis conditione. Rurſum hæc excommunicatio non latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Quidam putant intelligi tantùm ſeparationem à menſa; alij à menſa ſimul & ab Oratorio, ſed delicti qualitas cumprimis attendenda.

DISQVISITIO VI.

Cur vetitum foris audita in Monaſte- D *rio referre?*

Locrensivm inter ceteras lex fuit, quę ſi quis peregrè reuerſus rogaſſet, num quid noui, eum mulctâ afficiebat. Non diſſimilem monaſticæ reipublicæ Legiſlator noſter præſcripſit: *Nec præſumat*, inquit, *quiſquam alijs referre quæcumque foris Monaſterium viderit, aut audierit, quia plurima deſtructio eſt. Quod ſi quis præſumpſerit, vindictæ regulari ſubiaceat.* Haurite potuit ex Pachomij legibus in quibus non ſemel ſimilia ha-E bētur: *Omnino*, inquit, *quidquid foris geſſerint, aut audierint, in Monaſterio narrare non poterũt.* Rurſus: *Si quis ambulauerit in via, vel nauigauerit, aut operatus fuerit foris, non loquatur in Monaſterio, quæ ibi geri viderit.* Similiter Regula Tarnantẽſis: *Reuertentes ea quæ foris agi viderint referre non audeant, niſi illa tantùm quæ ædificent audientes.* Eſaias Abbas: *Quæ foris audieris, ea reuertens nemini dixeris.* Iunge his citatum à Smaragdo cuiuſdam Patris teſtimonium, quo S. Benedicti mentem vtcumque explicare videtur: *Fabulis, quas à ſæcularibus, vel à quibuſlibet audierint vel intellexerint, nullatenus autem accommodent:*

Plutarch. lib. de curioſit.

Vetat S. B. referre viſa in ſæculo. Cap. 67.

Reg. Pach. art. 54.

Ex veterum mente. Art. 49.

Reg. Tern. cap. 2.

Eſai. orat. 3.

Smaragd. in c. 67.

 modent:

ITINERARIVM.

modent: & ſi nolentes audierint vel intellexerint, nullatenus conſodalibus ſuis referant. Quod ſi horum aliquid, quæ diximus, tranſgreſſi fuerint, regulari pœnitentiâ caſtigentur. A

Cauſſa huius decreti.

Cauſſam porrò prohibitionis ſuæ breuiter reddit S. BENEDICTVS: *Quia plurima deſtructio eſt.* Et Hugo Victorinus duodecim abuſiones clauſtri, *quibus tota Religionis ſumma turbatur*, recenſens, octauo loco nominat *rumorem in clauſtro.* De quo ita etiam loquitur Humbertus: *Qui ad clauſtrum rumores ſæculares adferunt, mundum quodam modo in clauſtrum introducunt, & faciunt Fratres reminiſci, quæ oportuit obliuiſci. Periculum Fratrum videntur amare, qui in nauim Religionis aquam maris huius mundi volunt ponere.* Quanta verò hinc oriatur deſtructio, recenſet S. Bonauentura, *Rumores*, inquit, *inquietant cor, & mentem diſtrahunt, & deuotionem exhauriunt, & tempus ſine vtilitate conſumunt.* Nec refert, quod ea quæ referuntur vera ſint, & bonis auctoribus accepta; eaſdem enim ſecum adferunt diſtractiones, & tumultuantium imaginum turbam. Quare idem monet: *Caueant etiam, ne ſint rumorum licet bonorum & veriſimilium delatores. Religioſos viros paſſim rumorigerulos eſſe non decet. Falſitas, quæ frequentiſſimè rumoribus ineſt, vel quæ per ſecundarios relatores apponitur, primis eorum auctoribus imputatur.* Plura de damnis quæ rumores in conuentum illati adferunt, vide apud Nigronum. B C

Hugo l. 2. de clauſt. anim. c. 11. & 10.

Humb. l. 4. Inſt. p. 3. c. 6.

Damna, quæ rumores inferunt clauſtris.

Bonau. t. 2. de inſtr. Nouit. p. 1. c. 14.

Idem Spec. p. 2. c. 5.

Nigron. ad regul. 37. comm.

Memorabile de S. Hugone Epiſcopo.

Illud minimè tacuero, commendatum hoc nomine S. Hugonem Lincolnienſem Epiſcopum, qui cùm pacem inter Franciæ & Angliæ reges conciliaſſet, interrogatus à Carthuſianis ſuis de modo initæ pacis, non parum contriſtatus, reſpondit verus Zelator Ordinis ſacri: *Rumores audire & referre, etſi licet Epiſcopis, ſed Monachis non licet.* Verè dixit, non licere Monachis, quod tam ſeuerè à Monachorum Patriarcha nouerat interdictum, & abſque cenſura pœnitentiæ noluit prætermiſſum.

Sur. in vita c. 22.

Quare Caſſinenſes hanc S. BENEDICTI verbis ſubdunt declarationem: *Hanc partem Regulæ ſtudeant Patres obſeruari facere, & tranſgreſſores grauiter punire: quia plurima deſtructio eſt. Quapropter ſi quis in hoc notabiliter exceſſerit, dicat ſuam culpam in capitulo: & comedat in terra in pane & aqua, arbitrio Prælati, toties quoties contrauenerit. Cui pœnæ ſubditi quoque ſint pari lege qui referre foris auſi fuerint, quæ in Monaſterijs acciderint*

Pœna in rumorigerulos. Caſſin. ad cap. 67. nu. 4. & 5.

Meritò igitur cum S. Petro Damiani concludam: *Satis*, inquit, *indecens eſt, & inhoneſtum, ac per omnia probatur abſurdum, vt quod in tabernis conſueuit quis eructare cauponum, quod paſſim verſatur inter gynacea textricum: in ſanctorum choro locum inuenire valeat Monachorum. Sanè vbi Prophetas & Apoſtolos alloqui deſiderantes aſpicio, vbi Chriſtum ſuum mihi pandentem Euangelium cerno, ego relictis illis, inquiram, ſi nuper Hadriam transfretantes adhuc applicuerint naues? quanti ſal veneat? vtrum annonæ modium taxema carius vendas? Faceſſat igitur ab ore militis Chriſti omnis vani rumoris ineptia; & lingua, quæ immaculati Agni, imò ſummi Verbi rubet ſanguine, dedignetur otioſi ſermonis ſe facibus inquinare.*

Pet. Dam. opuſc. 49. cap. 10. Seria ad eoſdem monitio.

TRACTATVS V.

VALETVDINARIVM;

SIVE,

DE INFIRMIS FRATRIBVS.

Fili in tua INFIRMITATE ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. *Eccli. 38.*

Eccli. 37. Religioſi etiam abſtemij, non liberi à morbis.

QVAMVIS *frugalior Monachorum vita, & frequentia quæ habent ieiunia, à pluribus eos eximere ſoleant morbis, & reddere longæuos:* (In multis enim eſcis, *vt Sapiens ait*, erit infirmitas; *Et:* propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam:) *accidit tamen, vt & veri ſerui Dei in varios frequenteſque incidant morbos, & languores. Cùm autem omnem ſui curam à ſe abdicauerint, & in ſuos tranſcripſerint Superiores, muneris*

neris ſui eſſe benigniſſimus Pater noſter putauit, & his quoque ex Regulæ auctoritate accuratius proſpicere. Quæ autem de Infirmis ſtatuit, Tractatu hoc explicabimus, adijcientes ea, quæ ſenibus (quoniã ſenectus ipſa morbus eſt) miſericorditer voluit indulgeri. Conſtat verò diſquiſitionibus duodecim, quarum Prima *inquirit, quæ cura impendenda Ægrotis?* Secunda, *Cur ex eorum miniſterio maior merces acquiratur?* Tertia, *Quanta Abbati Infirmorum debeat eſſe cura?* Quarta, *Quæ ipſi circa ægros ſpeciatim obſeruanda?* Quinta, *Quænam Infirmarij munia?* Sexta, *Num Religioſis adhibendæ Medicinæ?* Septima, *Num Monachis Balnearum vſus indulgendus?* Octaua, *Quæ à Fratribus circa Infirmos obſeruanda?* Nona, *Ægrotis quæ obſeruanda?* Decima, *Cùm affectato morbo laborantibus quid agendum?* Vndecima, *Quanta ſenum habenda cura?* Duodecima, *Quænam ſenibus piè indulgenda?*

VALETVDINARIVM.

DISQVISITIO I.

Quæ cura impendenda Ægrotis?

Veteres Monachi ſolicitè ægros curarunt.

A QVò minùs ſeipſi iuuare poſſunt infirmi, eò maiori pietatis affectu & diligentiori cura Monaſticarum legum cõditores ijs ſuccurrẽdum exiſtimarunt. De Ægyptijs Hieronymus: *Si quis*, inquit, *cæperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem: & tanto ſenum miniſteria confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quærat affectum.* Idem porrò de Pachomij agens Monachis, ait: *Ægrotantes miris ſuſtentantur obſequijs, & ad omnem copiam præparatis cibis.* De Monachis in Cellia habitãtibus ita Rufinus: *Si quis fortè in conuentu illo defuerit, intelligunt ſtatim eum corporis aliqua inæqualitate detentum, & ad viſitandum eum non omnes quidem ſimul, diuerſis tamen temporibus omnes abeunt, portantes vnuſquiſque ſecum, ſi quid apud ſe eſt, quod ægro poſſit gratũ videri.* Inter commoda vitæ Cœnobiticæ hoc non infimum in hiſtoria Sancti Onuphrij relatum, quòd cui infirmitas corporis aut imbecillitas obrepſerit, ſtatim curâ omnium fratrum cum omni ſollicitudine adiuuetur.

Hieron. epiſt. 22.

Idem præfat ad Reg. Pachom.

Vit. Patr. l. 2, c. 22.

Vit Onuphri. c. 5.

Hos imitatur S. Benedictus.

Hiſce veſtigijs inſiſtens S. BENEDICTVS, prudentiſſimè præſcripſit: *Infirmorum cura ante omnia & ſuper omnia adhibenda eſt, vt ſicut reuera Chriſto, ita eis ſeruiatur.* Cuius rei cauſſam mox ſubiungit: *Quia*, inquit, *ipſe dixit: Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et quod feciſtis vni de his minimis meis, mihi feciſtis.* Baſilio conformis hæc conſtitutio, qui poſita interrogatione: *Quali affectu debemus infirmis fratribus miniſtrare?* Reſpondet: *Sicut ipſi Domino offerentes obſequium, qui dixit: Quia quæcumq́; feceritis vni ex his minimis fratribus meis, mihi feciſtis.* Optimè proinde in hunc ſenſum Antiochus: *Qui ægrotas, aut carcere detentas, denique quauis neceſſitate miſerè afflictas interuiſit: eum vtique ipſomet teſte viſitat, qui noſtri cauſſa pauper fieri voluit, nempe Dei verbum*

Cap. 36.

Vultq́; ipſis ſeruiri vt Chriſto.

Matth. 25.

Reg. Baſil. apud Rufi. cap. 30.

Antioch. homil 99.

Imbutus hoc affectu feruens Chriſti amator S. Bonauentura ita exclamat: *Cur anima tota die anxiaris poſt Chriſtum? Indicabo tibi ſponſa, quem diligit anima tua. Certè in infirmaria iacet, ibi anguſtiatur, ibi dolore torquetur. Curre, & ſibi miniſtra, ſibique compatere infirmanti. Non interrogemus eum de cetero, nec dicamus ei: Vbi iaces, vbi cubas in meridie? quia iam nouimus locum: ſcimus enim eum in Infirmaria iacere; non autem reſtat, niſi præſtare obſequium.* Hactenus Bonauentura.

Bonauent. ſtim. Amor. 2. p. c. 7.

Cant. 1.

B Opus ergo viua fide, vt Chriſto in ægrotis, membris vtiq; ſuis, ſeruiamus, ea promptitudine & deuotione, qua ipſi in perſona ſeruiremus. Iterum hîc audiendus Bonauentura: *Cùm in lecto videt proximum infirmum, ſibi videtur, quod videat Chriſtum ſuum; & per hoc nihil ſibi difficile, nihil ſibi abominabile, nihil ignominioſum æſtimat facere pro infirmis, & pro alijs deſolatis: ſed omnia dulcia, omnia ſuauia, omnia amabilia iudicabit, eum ſic in proximo miniſtrat Chriſto.*

Quâ in re opus viua fide.

Bonauent. ſupra.

C Veritatem hanc dignatus eſt pijſſimus Dominus ipſo facto ſubinde oſtendere. Martyrius Monachus leproſum in via repertum in humeros ſuſtulit. Statim verò vt ad Monaſterij aditum peruenit, is qui leproſus eſſe putabatur, de collo eius exiliens, & in ea ſpecie apparens, qua recognoſci ab hominibus ſolet *Chriſtus Ieſus*, ad cœlum Martyrio aſpiciente redijt, ipſique aſcendens dixit: *Martyri tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cælos.* D Leo IX. cùm ante fores ſuas leproſum pauperem inueniſſet, eumq́; præ miſericordia collocari in lecto ſuo mandaſſet, apertis manè à ianitore foribus, nuſquam pauper inuentus eſt, Chriſtum pauperis nomine eo loci recubuiſſe creditum. Ita Platina.

Chriſtus ſub leproſi ſpecie à Martyrio geſtatur.

Greg. hom. 39. in Euang.

A Leone IX. in lecto collocatur.

Platina in Leone IX.

Ad commendãdam porrò vlteriùs ægrotorum curam & illud non mediocriter facit, quod Chriſtus Dominus nullum miſe-

Chriſtus ipſe erga infirmos pius.

Luc. 4

Ioan. 11.

Luc. 4 18.

 ricordiæ

VALETVDINARIVM.

ricordiæ corporalis genus, diligentius & frequentius legatur exercuiſſe, quàm qnod infirmorum ſpectat curationem, vt proinde expreſsè eum imitentur, qui piè ac ſolicitè curam ægrorum gerunt.

DISQVISITIO II.

Cur ex Infirmorum miniſterio maior merces acquiratur?

Infirmi patienter ferendi. Cap. 36.

CVM moroſi & queruli plerumq́ue ſint ægroti, inſignem ſibi miniſtrantibus patientiæ occaſionem, & ampliſſimi meriti anſam offerunt. Illud verò ne negligatur, monet ſanctiſſimus Patriarcha, hos tales *patienter portandos*, cauſſamq́ue ſubnectit, *quia de talibus copioſior merces acquiritur*. Meritorum porrò hæc copia, quæ Religioſorum animos ad ſanctum hoc miſericordiæ pietatis opus magnopere excitare poteſt, à priſcis olim Patribus obſeruata & commẽdata reperitur. Vnde in vitis Patrum, ad quas fortè S. BENEDICTVS reſpexit, talis occurrit narratio: *Quidam frater requiſiuit ſenes, dicens: Si duo fratres in vna ſunt cella, & ille quidem vnus ſex diebus integris ieiunat, ille autem alter infirmitati facit obſequium, cuius ergo opus maius eſt apud Deum? Reſpondit ſenex: Si ille qui ieiunat ſex dies, per nares ſe ſuſpenderit, non erit ſimilis illi alteri in conſpectu Dei.* Sic ibi.

Vit. Patr. l. 7. c. 19. *Propter meritum ingens, quod hinc oritur.*

Verùm vt meritorum ſeges aliquouſq́ue conſtet, capita aliquot recenſebimus, ex quibus huius operis fructus colligatur.

I. *Confirmatur in miniſtrante charitas.* Eccli. 7. 37.

PRIMÒ autem, colligitur ex radice charitatis, ait enim Eccleſiaſticus: *Non te pigeat viſitare ægrotum: Ex his enim in dilectione firmaberis*. Quo loco viſitare, vt ibidem obſeruauit Cornelius, non tantùm adire & viſere, ſed & ſolari, conſulere, benefacere, omniq́ue ope iuuare ſignificat. Ex his autem *in dilectione firmaberis*; Hæc enim ſunt officia & actus dilectionis; actus autem firmant & intendunt habitum. Non facilè, ait Palacius, à dæmone vincetur, qui infirmos viſitare contendit, infirmi infirmitas firmat infirmam Charitatem.

II. *Creſcit hinc affectus compaſſionis.* Gregor. lib. 20. Moral. c. 26.

SECVNDÒ, creſcit hoc meritum ex compaſſionis virtute, quâ ægroto compatimur, & eius dolorem noſtrum arbitramur. Vnde optimè Gregorius: *Ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicti quoque in ſe animum ſumit: vt prius in ſe dolentis paſſionem transferat, tunc contra dolorem illius per miniſterium concurrat.* Hunc in ſe affectum piè & luculenter expreſſit Apoſtolus, cùm de Epaphrodito ſermonem facit: *Infirmatus eſt* (inquit) *vſque ad mortem, ſed Deus miſertus eſt eius: non ſolùm autem eius, verumetiam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.* Quis autem neget magnæ virtutis meritique hanc eſſe condolentiam, quâ alterius ærumnis preſſi ærumnas miſeriaſq́ue in nos ipſos transfundimus, & ei malo vltro ſubiacemus, quod alterum reluctantem fortaſſis & inuitum excruciat.

Philipp. 2.

III. *Patientia & manſuetudo.*

TERTIÒ, ſumit & infirmorum cura à virtute patiẽtiæ & manſuetudinis augmentũ. Quis enim neſciat multiplices infirmorum deuorandas moleſtias, & quotidianas ſubinde audiendas querelas, vt quantumcumq́ue ſatagas, numquam eis ſatisfacias, & licet pro te multa reſpondere queas, diſſimulandum tamen ſit, ne ægrotorum animus morbo ſatis exaſperatus facilè irritetur, vt meritò Sanctus Legiſlator inculcauerit huiuſmodi patienter portandos eſſe.

IV. *Mortificatio & humilitas.*

QVARTÒ, his ipſis miſericordiæ exercitijs caro domatur, & ſpiritui ſubijcitur, ipſaq́ue humilitas, religioſæ perfectionis fundamentum, non leue accipit incrementum. Quis neget Mortificationis & humilitatis actus eſſe, noctu diuq́ue iuxta ægri lectum peruigilare, ſingulis pæuè momentis ęgrum alloqui, ſolari & fouere, pituitam & exſcreationes excipere, ſaniem à vulneribus abſtergere, excremẽta auferre, in naturæ neceſſitatibus ſubuenire, ſordes emundare, de lecto in lectum transferre, lectulos ipſos componere, cubicula, ollas, reliquamq́ue ſupellectilem nitidam conſeruare, & cùm opus eſt purgare? hæc, inquam, aliaq́ue ſimilia negare nemo poteſt, quin humilitatis materiam, adeoq́ue & meritum ſuggerant: cum in hiſce talibus multa faſtidia ſæpe ſint ſuperanda.

V. *Infirmis miniſtrantes venialia peccata redimunt.* Cæſar. homil. 8.

QVINTÒ, Infirmos viſitantibus magis autem continuò ſubſeruientibus tribuitur venialium peccatorum remiſſio, quæ S. Cæſarij Arelatenſis ſententia eſt. *Quibus*, inquit, *operibus minuta peccata redimantur plenius vobis inſinuare deſidero. Quoties infirmos viſitamus, in carcere poſitos requirimus, diſcordes ad concordiam reuocamus*, &c. *iſtis operibus & his ſimilibus minuta peccata quotidie redimuntur.* Hæc ille. Qui à S. Auguſtino hanc hauſerit fortaſſis doctrinam, qui ait: *Ad omnia, quæ vtili miſericordia fiunt, valet quod Dominus ait, Date eleëmoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Chryſoſtomus verò apud Damaſcenum plures vtilitates, quas conſequantur ægrotorum curam gerentes, vel eos inuiſentes coaceruatim proponit, dicens: *Nec te, ô homo fratres tuos ægrotantes viſitare pudeat. Siquidem huiuſmodi viſitationes & hortis & pratis, atque conuiuijs amæniores ſunt. Nam ex hortis nihil boni nobiſcum domum referimus, ex conuiuijs rurſum ebrietatem ac dementiam & innumera mala. At ex huiuſmodi viſitationibus lætas ſpes, diuinam beneuolentiam, cæleſtem fiduciam, animi probitatem, & æquitatem lucramur, atque hoc denique, vt nullis rerum euentibus conſternemur, ſed in omnibus quæ humanitus accidunt,*

Auguſt. Enchir. c. 71.

Damaſc. l. 2. Paral. c. 99.

Aliæ vtilitates, quas conſequuntur.

cidunt, philoſophicum animum præſtemus.

DISQVISITIO III.

Quanta Abbati Infirmorum debeat eſſe cura?

ABBAS, vti totius corporis, quod efficit religioſa congregatio, caput eſt: ita ſedula membrorum ſingulorum ei gerenda cura, maximè tamen eorum, qui magis indigent, quales ſunt infirmi.

Abbas magnam habeat infirmorum curam.

Proinde Legiſlator noſter grauiſſimis verbis hoc inculcandum putauit: *Cura maxima*, inquit, *ſit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur infirmi.* Et quaſi id ſatis non eſſet, iteratò idipſum monet: *Curam*, inquit, *maximam habeat Abbas, ne à Cellerarijs aut ſeruitoribus negligantur infirmi: quia ad ipſum reſpicit, quidquid à diſcipulis delinquitur.*

Cap. 36. Reg.
Ibid.

Stimulus ad eam.

Ad Prælatorum verò excitandam ſolicitudinem neſcio an maior adhiberi queat ſtimulus, quàm qui ab Apoſtolo ſuggeritur, cùm ait. *Si quis ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.*

1. Tim. 5. 8.

Quaſi dicat: Qui ſuorum domeſticorum tam corporis, quam animæ ſaluti non prouidet, fidem negauit. Non quidem verbo, ſed factis & opere: Deus enim ipſaque fides dicit & dictat illud Iſaię: *Domeſticos ſeminis tui non deſpexeris.* Qui ergo ſuos negligit, videtur fidem & Chriſtianiſmi famam negligere, eſſeque cauſſa cur infideles blaſphement Chriſtum, & Chriſtianos. *Et eſt infideli deterior.* Infideles enim naturali inſtinctu & pietate ſuorum curam gerunt; hic enim eſt ordo charitatis, etiam naturalis, vt domeſticis præ externis proſpiciamus.

Iſai. 58.

Eſt Pater ſubditorũ.

Quæ ſi in quemuis conueniant chriſtianum, quid quæſo dicendum de Abbate, qui ſuorum dicitur, & verè etiã eſt Pater ſubditorũ? Quid non meritò ſperent Religioſi ab eo, qui vt eius eſſent filij, Patrem & matrem, omnemq; cognationem pro Chriſto deſeruerunt? Patrem ſanè vix credet, qui in corporis ægritudine pium patris non ſenſerit affectum. Atque inde adeò contingit, vt & ſubditus viciſſim filialem animum, omnemq; erga Superiorem obſeruantiam exuat, contentus quocumque ſaltem modo eiuſdem imperijs, quæ parum fortè probat, ſatisfeciſſe.

Qui ſi negligantur, conqueruntur.

Et metuendum ne neglectus ſubditus de Superioris incuria grauiùs cõqueratur, non apud confratres tantùm, ſed & apud externos, à quibus ſubinde ſolatiã poſcat, domeſticis deſtitutus: *Bonus autem Prælatus*, vt ait S. Bonauentura, *agnoſcit ſe fratrum ſuorum patrem, non dominum: & exhibet ſe eis medicum, non tyrannum, nec reputat eos vt iumenta ſua, vel ſeruos emptionis. ſed vt filios hereditatis ſupernæ conſortes. & facit eis ſicut vellet ſibi fieri, ſi ſimiliter indigeret.*

Bonau. lib. de ſex alis Seraph. c. 4.

Talem vt ſe quiſ- A que præſtet Superior, non præceptis tantùm aut monitis, ſed viuis deinceps aliquot exemplis, quæ in vtramuis partem valent plurimùm, eum exſtimulabimus.

VALETVDINARIVM.

Exemplis ad hoc eſſe incitantur Prælati.

S. Ludouicus Franciæ Rex: *frequens viſebat ægrotos, quibus ipſe non ſolùm ſuis ſumptibus omnia ſuppeditabat, ſed etiam quæ opus erant, manibus miniſtrabat.*

S. Ludouici. Breu. Rom. 26. Aug.

Regi huic Romanorum Imperatores in hôc genere omninò præſtantiſſimos ſubijciamus. Titus Imperator, qui *amor ac deliciæ generis humani* dictus eſt, ægrotantes non modò inuiſebat, ſed etiam B per ſemetipſum reficiebat.

Titi Imperatoris. Sueton. in Tito c. 1.

Hadriani.

De Hadriano Spartianus: *Ægros bis ac ter die, & nonnullos equites Romanos ac Libertinos viſitauit ſolatijs refouit, conſilijs ſubleuauit.* Quod Dio quoque ſcripſit. Plinius Traianum laudat, quòd *ſolatium feſſis, ægris opem ferret.*

Plin. Panegyr. *Traiani.*

De eodem ex Suida annotauit Lipſius: *Traianus Princeps milites in prælio vulneratos curabat. Cùm autem faſciæ & volumina deficerent, nec ſuæ quidem veſti pepercit, ſed eam totam in ligamenta & fomenta diſcidit.* Ars hęc eſt imperatoria valdè ad beneuolentiam parandam, à qua Velleio C Paterculo laudatus etiam Tiberius: *Per omne*, inquit, *belli Pannonici tempus, nemo è militibus, cuiuſcumque gradus, imbecillus fuit, cuius ſalus & valetudo non ita ſuſtentaretur Cæſaris curâ, tanquam diſtractiſſimus ille tantorum operum mole, huic vni negotio vacaret animus. Erat deſiderantibus paratum iunctum vehiculum, lectica eius publicata: cuius beneficium cùm alij, tum ego ſenſi. Iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc ſolum importatum inſtrumentum balinei, nullius non ſuccurrit valetudini.*

Vellei. hiſt. lib. 2. *Mira Tiberij in ægros comitas.*

Sed ſtupenda prorſus eſt cura quam ſuis impendit Gratianus Imperator, quem ita alloquitur Au- D ſonius: *Ægrotantes amicos Traianus inuiſere ſolebat; hactenus in eo comitas prædicanda eſt. Tu & viſere ſolitus & mederi, præbes miniſtros inſtruis cibos, fomenta diſpenſas, ſumptum adijcis medelarum: conſolaris afflictos, reualeſcentibus gratularis. In quot vias de vna eius humanitate progrederis! legionibus vniuerſis, vt in communi marte euenit, ſi quid aduerſi acciderat, vidi te circumire tentoria, ſatin ſalue, quærere: tractare vulnera ſauciorum; & vt ſalutifera apponerentur medela, atque vt non ceſſaretur, inſtare. Vidi quoſ- E dam faſtidientes cibum, te commendante ſumpſiſſe.* Hactenus Auſonius.

Auſon. ad Gratian. *Stupenda Gratiani erga ſuos cura.*

Quòd ſi hæc aliaque Imperatores, & in ijs Ethnici, ſuis fecerint militibus, quid non exſpectandum à Religioſorum hominum Superioribus & Patribus? qui quos habent filios, etiam Dei filios, & regni cœleſtis heredes agnoſcunt.

Maiora exſpectanda à Religioſorum Patribus.

Effulſit ſanè plurium in hac parte charitas, hiſtoricis monumentis iam olim conſignata, ex quibus vnicum hîc ſubijcere ſatis erit. S. Macarius, vt refert Raderus, olim viſit Monachum morbo laborantem, quęſiuitque, ecquid deſideraret? *parum*, inquit, *panis recentis ex flore farris melioris.*

Laudata Macarij in Monachum ægrum charitas. Rader. p. 3. virid. Sáct. c. 6. nu. 19.

VALETVDINARIVM.

liorem. Pinſebant autem ibi tunc religioſi farinam ipſimet ad vſum totius anni; ſic enim illic mos obtinuerat. Ter ergo beatus ille ſuoque nomine digniſſimus Macarius, homo natus annos nonaginta, ea ætate profectus Alexandriam, panes, quos ſecũ aridos & ſiccos acceperat, delicatioribus permutauit, & ægro allatos porrexit.

DISQVISITIO IV.

Quæ erga infirmos Abbati ſpeciatim obſeruanda?

Abbas hæc erga infirmos ſeruet.

QVAMVIS Chriſtiana charitas iubens proximum amari ſicut ſeipſum, & quæ mox attulimus exempla, ſatis indicare videantur, in quibus Abbatis cura circa infirmos vigilare debeat, vtrorumque tamen gratiâ, tam infirmorum ſcilicet, quàm Abbatum, iuuerit hîc ordine exprimere quæ ab his illis ſunt præſtanda:

I. *Exſtruendum curet Valetudinarium.*

PRIMVM autem ſit, quod ait S. BENEDICTVS: *fratribus infirmis ſit cella per ſe deputata.* Ad Abbatẽ enim ſpectat hanc cellam ſiue valetudinariũ curare exſtrui. Habuiſſe autem veteres Monachos ſeparatim ſuam, vt vocant, Infirmariã, certiſſimum arbitror; cũ de ijs Hieronymus ſcribat: *Si quis cœperit ægrotare, transfertur ad exedrã latiorem* Et S. Pachomius: *Nullus,* inquit, *introeat locũ ægrotantiũ, qui non ægrotat. Qui ægrotauerit, à Præpoſito domus ducetur in tricliniũ ægrotantiũm.* Cæſarius Arelatenſis: *Et ſi hoc neceſſitas infirmarum exegerit, & matri Monaſterij iuſtum viſum fuerit, etiam Cellariolum & coquinam ſuam infirmæ communem habeant.* Idipſum in vtraque ſua Regula ſucceſſor eius expreſſit S. Aurelianus. Et Regula ad virgines. *Sit Abbatiſſæ curæ, vt ſeparatim cellam habeant cum omnibus opportunitatibus, vt nullum exteriorem laborem ſentiant, quæ in infirma carne pœnã portant.* Theodoſius Cœnobiarcha, vt habet Metaphraſtes, tria in ſuo Monaſterio extruxit valetudinaria, vnum quidẽ ijs qui propter Chriſtum erant ſeiuncti, & toti mundo crucifixi tribuit *ad curam corporis in infirmitatibus.* Reliqua duo permiſit ijs, qui in mundo verſabantur. *Quin etiam cum ſuis Monachis, quarum propter ſenium & labores longæ exercitationis ſoluta erat vis membrorum, in loca ſeparato aptum extruxiſſet Gerontocomion, id eis permiſit ad recreationem diuturnæ afflictionis, tanquam bonis viatoribus, longa via & aſpera defeſſis, accommodatum diuerſorium.* Ferunt S. Bernardum à quodam Abbate rogatum, num diruto priſtino Monaſterio nouum ei liceret excitare; reſpondiſſe id concedi, ſi primò omnium valetudinarium exſtrueret. Tanta ei erat infirmorum cura.

Hieron. epiſt. 22. Quod veteres Monachi habuerunt. Pachom. reg nu. 40. Cæſar. Reg Monial. ac 30. Reg. Monach. cap. 43 in Reg. Monial c. 37. Reg. ad Virg. c. 15. Apud Sur. 11. Ianuar. Etiam demunculas pro ſenibus.

II. *Abbas diligentem conſtituat Infirmarium.*

SECVNDÒ Abbatis eſt, diligentem & obſequioſum Seruitorem ex fratribus, quem *Infirmarium* vocant, ægrotis deputare: cui etiam, ſi neceſſitas id requirat, alij in ſubſidium adiungantur. Hoc ſcilicet illud eſt, quod S. BENEDICTVS ait: *Curam autem maximam habeat Abbas, ne à Cellerarijs aut ſeruitoribus negligantur infirmi: quia ad ipſum reſpicit, quidquid à diſcipulis delinquitur.* Sed de Infirmarij officio videndum poſteà.

III. *Proſpiciat de Medico, Pharmacis, &c.*

TERTIÒ, ad Prælatum ſpectat iuxta neceſſitatem proſpicere Infirmis de Medico, Chirurgo, Pharmacis, & cibis melioribus, prout opus fuerit. Nec dubium eſt quin graue committat peccatum, ſi in his neceſſarijs ex tenacitate, aliave cauſſa officio ſuo deſit. Quare Caſſinenſes benè præſcribunt, nulli omnino labori, nullique impenſæ parcatur, *vt infirmis neceſſaria obſequia, tum ſpiritualia, tum corporalia non deſint.*

IV. *De balneis & carnibus, cum opus.*

QVARTÒ, Prælato incumbit Balnearum vſum infirmis quoties expedit offerre, ſicut & carnium eſum, habito prudentum medicorum iudicio, piaque circa Infirmum conſideratione. Sed de his infrà.

V. *Facilè credat dicenti ſe ægrotare.*

QVINTÒ, facilis ſit Superior vt credat dicenti ſe ægrotare, ne murmurationis anſam infirmo ſuggerat. Morbus enim cũ incitet ad conquerendum, facilè in murmurationem deficientibus ad ſalutem remedijs æger labitur. Auguſtini hæc præſcriptio eſt: *Si latens eſt dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur.* In quibus verbis famulum Dei exponit Humbertus, *qui diem noctemque in Dei obſequio impendere anhelat, qui in ſuis Regulis humiliter & deuotè ſe exercet: qui libenter Prælati ſui voluntatẽ, non ſuam implet; qui bonum communitatis, non priuatum quærit; qui proximum verbo & exemplo paſcit: Tali famulo Dei* (cõcludit Humbertus) *dicenti quid ſibi doleat, ſine dubitatione credatur.* Breuiùs ante ipſum Hugo de S. Victore: *Iure ei credẽdum eſt, quem boni mores & conuerſatio ſancta famulum Dei eſſe commendant.* Verùm vt his meritò fidem adhibendam nemo negauerit; crediderim tamen non adeò ſtrictè hoc Auguſtinum ſumpſiſſe, cùm Monachos olim ſeruos Dei fuiſſe appellatos Proſper Stellartius aſſerat, eoque proinde nomine etiam non adeò exactè & ad perfectionis amuſſim viuentes intellexiſſe: & dum ſatis eſſet minùs perfectis in his ſemper fidem derogare, nimis anxiè labores eorum perſcrutari, aut ſtatim fictos ſuſpicari. Monet tamen Lairuelz, quoſdam eſſe, qui cùm ſint voluntate, & nõ naturâ delicatuli, nimiam ſuæ carnis curã gerunt, ac proinde minimo dolore capitis exſtante, medicum conſulere volunt, & medicinam ſumere, vel ſaltem ab obſeruantijs monaſticis abſolui. De huiuſmodi curam etiam ſolicitam debet gerere Prælatus, non vt eorum corpora nimia potionum congerie non grauentur, & vt eorum

Auguſt. in Reg. c. 6. Humb. c. 123. Non tantum perfectis, Hugo in Reg. S. Auguſt. Stellart. nucl. hiſt. ad reg. S. Aug. pag. 41. Sed etiam minùs perfectis credendum. Lairu. in Optic. reg. ſpec. 94. Verum diſcretè.

eorum mentes in deſiderijs carnis non fo- A ueantur. Idemque notat poſſe Prælatum tripliciter peccare non credendo Conſtatri ſuo dicenti ſe dolere. Primò, ſi hac ratione morbo non adhibeat remedium. Eſtque is defectus charitatis & iuſtitiæ. Nam ex vtriuſque obligatione debet prouidere ſuo Religioſo. Secundò, iudicando temere non dolere eum, qui conqueritur, facitque ei iniuriam, ſi non habeat iuſtam cauſſam ſic ſuſpicandi & dubitandi. Tertiò, Si id ſibi perſuadere non vult, ne ſit opus pecunijs ad ſatisfaciendū Medico, Chirurgo, vel Pharmacopolæ. Hæc enim non perſuaſio non B poteſt ipſum excuſate à peccato; quandoquidem illa non eſt bonæ, ſed malæ fidei.

Prælatus non credendo tripliciter peccat. Primò. Secundò. Tertiò.

VI. SEXTÒ, Superioris officium eſt, non minùs animæ, quàm corpori proſpicere; adeoque curā gerere, vt Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ægrotis tempeſtiuè & congruè adminiſtrentur, & vt ad ſanctam mortē, ſi illius periculum ſit, ritè diſponantur. Quinimo præſcribunt Caſſinenſes, vt *ægroti admoneantur, ne omittant propter infirmitatem, Confeſſionem & Communionem temporibus conſuetis, imò hortentur, vt ea crebriùs faciant.*

Superior etiam animæ ſaluti conſulat.

VII. SEPTIMÒ, cōuenit vt ipſe Superior infirmos ſæpiùs viſitet, ſuumque erga eos amorem, ſolicitudinē & cōpaſſionem oſtendat. *Magnū*, inquit Nazianzenus, *calamitoſo remedium eſt miſeratio ex animo collata: vereq; ac ſincerè condolere, calamitatem magna ex parte leuat.* Conſtitutiones Clericorum Regularium Theatinorū de hoc ita ſtatuunt: Prępoſitus & ceteri (ſi modò fieri poterit) quotidie, aut ſaltem alternis diebus ęgrotos viſitent, eoſque ad patientiam, diuinarumq; rerū deſiderių cohortentur. In inſtructionibus ſanè D Carmelitarum Diſcalceatorum præſcribitur, vt examinetur, an Prior viſitet infirmos ſingulis diebus.

Sæpiùs infirmos viſitet. Nazianz. orat. 16. Part. 2. c. 4. Prax. viſit. ſect. 4.

VIII. OCTAVÒ, denique, hîc addendum puto, quod vetuſta Regula à SS. Patribus prolata bis verbis præſcribit: *Id etiam pro cuſtodienda fama ſpecialiter ſtatuimus, vt nullus Monachus in infirmitate poſitus relicto Monaſterio, parentū ſuorum ſtudio commendetur, quia magis eum ſæcularium ſpectaculorum viſu & auditu pallui cēſemus, quàm ab ægritudine poſſe purgari.* Sic ibi. Cui & altera adiungi poteſt ratio, quod ſæculares E facilè ſcādalizentur, ſi videant Religioſos in infirmitate à ſuis deſeri Superioribus, quos neglectę arguunt charitatis, vt omittā quod conqueri poſſent propinqui ſe hoc pacto à Religioſis non parū grauari, adeoq; non ſatis benè de ijs loqui. Quare etiam Cōſtitutiones Valliſoletanę cōcedunt quidē ægrotos debileſq;, qui in Monaſterio nō poſſunt cōualeſcere ad alia Ordinis Monaſteria deduci, non tamen ad ędes ſuorum Parentum, vel ad villas, aut Prioratus Ordinis.

Non facilè eos ſæcularibus extra Monaſterium commendet. Reg. Patr. cap. 12. Propter ſcādalum. Conſt. Valliſol. c. 73.

Ne autem in his & ſimilibus à Superioribus delinquatur, ſeuerè admodū præſcribunt Caſinenſes, vt, *ſi de negligentia fuerint conuicti, puniantur à Regimine ſine miſericordia, quam ipſi quoq; exhibere noluerūt, maximè ed infirmis.* Et meritò, *Qui enim habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrē ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: Quomodo Charitas Dei manet in eo?*

VALETVDINARIVM. Negligens infirmos puniendus. 1. Ioan. 3. 17.

DISQVISITIO V.

Quænam Infirmarij munia?

POTISSIMA poſt Abbatem infirmorum cura ad eum ſine dubio ſpectat, qui ab ipſis *Infirmarij* nomen accepit, de quo breuiter præſcribit Legiſlator noſter, vt *fratribus infirmis deputetur Seruitor timens Deum & diligens, & ſolicitus.* Vbi tres optimas conditiones Infirmarij ponit, quarū *Prima* eſt, vt timeat Deum, adeòq; ſit humilis, manſuetus & patiens, vt in charitate timoris Dei ſciat ægrorum querimonias patienter ſuſtinere. *Secunda* eſt, diligentia, ne ſi tardior fuerit, Infirmos moræ impatientes contriſtet. *Tertia* C eſt, Solicitudo, vt nimirū de neceſſarijs abundè illis & ex charitate proſpiciat. *Infirmarium*, inquiunt Burſfeldēſes, *præcipuè miſericorde eſſe decet, & cōpatientem: qui quotidie quoties opus fuerit, infirmos viſitare debet, & ea quæ cuique opus eſſe perſpexerit, de coquina aut cellaria procurare, & ſecundum poſſibilitatem ſuam & monaſterij ſollicitus præparare.*

Cap. 36. Tres conditiones boni Infirmarij. Prima. Secunda. Tertia. Burſf. diſt. 1. cap. 10.

Sed quid alij antiquores de hoc officio præſcripſerint, operæpretiū fuerit expendere. Auguſtinus: *Ægrotantium cura, ſiue poſt ægritudinem reficiendorū, ſiue aliqua imbecillitate etiam ſine febribus laborantium vni alicui debet iniungi, qui de Cellaria petat quod cuique opus eſſe proſpexerit.* Regula Tarnantenſis: *Infirmantibus quoq; vel aliqua inæqualitate laborantibus ſatis fidelis & ſtrenua debet perſona præponi quæ & ægrotis cum pietate ſeruiat, & Monaſterialē diſciplinā regulariter cuſtodiat, & quæ cōueniunt Infirmus rationabiliter expendat.* Iſidorus Hiſpalenſis: *Cura infirmorum ſanæ ſanctæque conuerſationis viro cōmittenda eſt, qui pro eis ſolicitudinē ferre poſſit, magnaq; cū induſtria præſto faciat, quidquid imbecillitas eorū expoſcit. Ipſe autem ſic ægrotis deſeruiat, vt de ſumptibus eorū veſci non præſumat.* Poſtremum hoc monitū etiam haber Regula Fructuoſi: *Tales*, inquit, *ſint eu* (ægrotis) *miniſtri delegādi, qui & pulmēta ſtrenuè præparēt, & deuota eis miniſterio obſecundēt, & de his quæ illis reſidua ſunt, neque fraudem faciant, neque occultè comeſtione ſe illicita polluant.*

Quid veteres Monachorum Magiſtri de eodem ſtatuerint. Auguſt. reg. c. 8. Reg. Tarnant. c. 21. Iſidor. in Reg. c. 20. Fruct. Reg. c. 10.

Quod autem hîc Sanctus de præparandis ægrotorū cibis ſcribat, monendus Infirmarius, vt & hoc, cùm opus erit, non negligat, ceu Marthę vilius miniſterium ſuā perſonā indignū: Nam, vt Caſſiodorus de his agens, ait: *Hæc*

Infirmarius nō negligat Marthæ officia. Caſſiod. l. diuinar. inſtit. c. 18.

VALETVDINARIVM.

ait: *Hæc cum peregrinis atque ægrotis præparantur, ſiunt cæleſtia, quamuis videãtur eſſe terrena. Quale eſt enim languentes aut dulcibus pomis reficere, aut columbarũ fœtibus enutrire, aut piſcibus alere, aut mellis ſuauitate mulcere? Nam cùm vel aquam frigidam in nomine ſuo Dominus pauperi præcipiat afferri, quãtò gratius erit diuerſis egentibus eſcas ſuauiſſimas dare, pro quibus in illa iudicio fructum multiplicatâ poſſitis mercede recipere. Non debet negligi, vndecumq; poteſt homini ſubueniri probabiliter.*

Cærim. S. Iuſtin. p. 1. cap. 11. Sit diſcretus & compatiens.

Congregationis S. Iuſtinæ Cærimoniale vtilem hanc habet inſtructionem: *Infirmarij ſint diſcreti & compatientes infirmis ſuis, nulloq; modo increpare debent, maximè grauiter infirmatos, quia ipſi de ſe in continua triſtitia ſunt & mærore, & obiurgari in calamitate maius eſt quã ipſa calamitas; vnde cum omni gratioſitate ſi quid exceſſerint & quaſi tacẽdo monẽdi ſunt.*

Suos non contriſtet, aut irritet.

Delinquũt in hoc genere, qui Infirmis morborũ cauſſas exprobrant, & ipſiſmet attribuunt; deinde qui cũ eis contendunt, atque in omnibus contradicunt. qua ratione bilis excitatur & inflammatur. Item qui morbi longitudinem malè ominantes prędicunt, & mortem ante tempus prænuntiant. Deniq; qui coram ægroto cibos, medicinas, valetudinariũ, cœlum, Medicũ atque omnia vituperant, quæ ſanè Superiori, nõ ęgroto ſignificãda erant.

Nigron. ad Reg. 29. num 6.

De quibus vide plura apud Nigronum ad Regulas communes Societatis Ieſu.

Quales eius famuli eſſe debeãt. Part 4 c. 13. Petr Clun. in ſtat. nu. 24.

Vult Cærimoniale S. Iuſtinæ principalẽ Infirmariũ eſſe Monachũ, qui tamen ſocios habere poſſit cõuerſos, vel Cõmiſſos. S. Petrus Cluniacenſis: *Statutũ eſt, vt infirmis ipſis, vel quibuſlibet in infirmaria comedẽtibus, nullus, vt fieri ſolebat, famulorũ laicorum ſeruiat, ſed Monachi tantummodo, aut conuerſi barbati.* Cetera porrò quę ad Infirmarij officiũ ſpectãt, prudentię cõiuncta charitas, & particulares cuiuſq; Ordinis cõſtitutiones ſatis edocebũt.

DISQVISITIO VI.

Num Religioſis adhibendæ Medicinæ?

Quidam Patres medicamenta à Monachis remouerũt. Chryſoſt. hom 59. ad Pop Antioch.

RIGIDIORES hac in parte nonnulli SS. Patrum fuiſſe videntur, qui medicamenta à Monachis remouentes, ſpem ſolam in ſummo Medico Deo Opt. Max. collocandã cenſuerunt. Chryſoſtomus de Monachis agens, ait: *Si quis ægrotat, non lacryma, nõ luctus, ſed rurſum orationes, non medicorũ manus, ſed ſola frequenter fides ægrotũ liberauit. Si verò Medicis opus ſit, multa & hic modeſtia, tolerantia multa.*

Homil. 14. in 1. Tim. Macar. homil. 48.

Similia & alibi habet. Macarius Ægyptius: *Teipſo,* inquit, *diſcuſſa agnoſce, num aliquando morbi corporei te deducant ad medicos terrenos: quaſi Chriſtus cui credidiſti, curare te nequeat.* S. Bernardus verò, vti tẽporibus noſtris vicinior, ita Ciſtertienſes ſuos à medicinis reuocat, ſcribens enim ad fratres de S. Anaſtaſio qui varijs afflictabantur morbis, ita ait:

Bern. epiſt. 321. S. Bernardus in eo ſenſu.

*Compatior vtique, & multũ ego compatior infirmitati corporũ ſed timenda multò magis, ampliuſque cauenda infirmitas animarũ. Propterea minimè cõpetit religioni veſtræ, medicinas quærere corporales, ſed nec expedit ſaluti. Nã de vilibus quidem herbis, & quæ pauperes deceant, interdũ aliquid ſumere tolerabile eſt; & hoc aliquando ſolet fieri. At verò * ſpecies emere, quærere Medicos, accipere potiones, religioni indecens eſt, & contrariũ puritati: Maximèq; Ordinis noſtri nec honeſtati congruit nec puritati. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autem, quia qui in carne viuunt, Deo placere non poſſunt. Spiritualia proinde ſpiritualibus cõparanda, & quærẽda potio humilitatis, & clamandũ in toto corde. Sana animam meam, quia peccaui tibi.*

** Id eſt, aromata.*

1. Cor. 2. 13. Pſal. 40.

Item Petrus Bleſenſis. In c. 1. Iob.

Bernardo coëtaneus Petrus Bleſenſis ſimili Spiritu & ſtilo Religioſos perſtringit: *Si inueniat Religioſus,* inquit, *circa ſe, aut pulſum velocẽ, aut vrinã incenſam, aut hebetem appetitũ, conſulit medicos, examinat ſpecies, electuaria facit: nullis ſalſamentis vtitur, quæ non ſint condita ex cinnamomo & garyophillo, & nuce muſcata. O quàm odioſum eſt in homine, quod qui ſemper de hierarchia cæleſti debuerat loqui, de hierapicra & hieralogadij diſputare diſcit! Religioſus talis diſcipulus eſt potiùs Epicuri, quã Chriſti. Hoc capiti,* inquit, *hoc oculis, hoc ſtomacho, hoc hepati nocet. Butyrum conuertibilis eſt naturæ, cereuiſia ventos facit caules melãcholici ſunt, porri choleram accendunt, piſa guttã generant, faba conſtipat, lentes excæcãt, caſeus vniuerſaliter eſt peſſimus. Diu ad orationem ſtare neruos debilitat, ieiunare cerebrũ turbat, vigilare deſiccat. Nunquid inueniuntur iſta differẽtiæ in Euãgelio, aut prophetis? Certè non hoc habet inſtitutio* B. BENEDICTI: *ſed miſeris hoc reuelat caro & ſanguis.* Sic ille.

Qui acriter Monachos medicos perſtringit.

Huc faciũt exempla Sãctorum. Voſſ. Schol. ad ſerm. S. Ephrem de fide tom. 1. Nigron. ad reg 17. nu. 17. Cornel. in cap. 38. Eccli. v. 11. Et Anachoretarum.

His addi poſſent exempla Sãctorum, qui etiã in magna neceſſitate medicinas reſpuerunt, quæ recenſent Gerardus Voſſius, & Nigronus. Scribit verò Cornelius, veteres Aſcetas Medicis & medicinis abſtinuiſſe, tum, quia in eremis & locis ſolitarijs longè ab vrbibus & medicis degebant; tum quia ſtudio paupertatis, auſteritatis, pœnitentię & mortificationis ſe totos dederant. Axioma enim eorum erat: *Morbus corporis eſt purgatio animæ.* Item: *Corporis infirmitas, eſt mentis ſanitas & firmitas.*

Probatur licere Monachis vti medicinis.

Verùm his non obſtantibus, vt Diſquiſitionis titulo reſpondeamus, aſſerimus licitũ eſſe Religioſis medicorũ & medicamentorum vſum, modò is modũ nõ excedat. Supponit hoc Auguſtinus, qui lauacrũ corporis ſuis permittit, *de conſilio medici.* Et paulò pòſt ait: *ſed tamen vtrũ ſanando illi dolori, quod delectat, expediat, ſi nõ eſt certum, medicus conſulatur.*

Ex Auguſtino. Reg. cap 8.

S. Baſilio. In Reg fuſior. reg. 55.

Pluribus verò docet Baſilius, medicis & medicinis vtendũ, ita tamen vt potior ſpes in Deo collocetur: *Neque,* inquit, *fugienda penitus ars iſta eſt, neque rurſus omnia in ea ſalutis noſtræ præſidia collocãda; ſed quemadmodum licet agricultura vſum accepimus, frugum prouentũ*

tamen

Diadocho, qui Cœnobitis id indulget. Diadoch. de perf. ſpit. c.53.

tamen poſtulamus à Deo, & quamuis gubernatori clauum committomus, Deum tomen, vt nos ex alto incolumes conſeruet, oramus: Sic nihilominus eum medicum adhibemus, idq́; ratio fieri concedit, neutiquam à ſpe illius ergo nos banitatis debebimus diſcedere. S. Diadochus diſtinctione vtitur, *Medicos vocare,* inquit, *cùm nan valemus nihil prohibet: verùm non aportet ſpem ſanationis in illis collocare, ſed potiùs in vera Saluatare, & medico noſtro* IESV *Chriſto. Hæc verò illis qui in cœnobiis, & ciuitatibus propoſitum continentiæ excolunt, Dico. At ſi quis vitam Anachoreticam, id eſt, ab oculis hominum remotam, in locis deſertis, inter duos & tres vnius moris fratres degit; quibuſcumque ille morbis conflictetur, applicet ſe in fide ad Dominum, qui ſanat omnem morbum, & omnem languorem.*

Monachi Nitrienſes vſi medicinis. Pallad. in Lauſia. c.7.

Non deſniſſe porrò priſcis illis Monachis, qui in Nitriæ monte habitabant, medicos aut medicinas, videre eſt apud Palladium, vbi legitnr: *In hoc monte degunt etiam medici & Placentarij; vtuntur etiam vino, & vinum illic venditur.* Quod intelligo in vſum dumtaxat infirmorum. Idem refert de Apollonio: *Suis pecuniis & ſuis laboribus emens Alexandriæ vaſa medica omne genus, vniuerſæ fraternitati eo ſuppeditabat ad morbos: & licebat eum videre à primâ luce vſque ad horam nonam diſcurrentem obeundo monaſteria, & oſtium ingredientem & viſentem num quis decumberet. Portabat autem vuam paſſam, malapunica, oua, panem ſiligineum, & ea quibus opus habent ægroti.* Stephanus Abbas, coactus eſt à medicis carnes comedere, & paruit: ac Deo id non diſplicuit, vt frater eius è viſione quadam cognonit.

Ibid. c.14.

Prat. Spirit. c. 61.

Nec S. Benedicto diſplicuit.

Quod S. BENEDICTVM ſpectat, non dubito quin ei, qui *Infirmorum curom ante omnia & ſuper amnia* adhiberi voluit, placuerit etiam medicos aduocari, quod & diſcretionem cius decebat, & S. Baſilins ei facilè potuit perſuaſiſſe. Innocentius III. de Benedictinis agens, decreuit, vt *debiles & Infirmi, qui minutione indigent, vel alia medicina, non ſeorſum in cameris, ſed omnes in Infirmitorio quæ neceſſoria fuerint ſibi recipiant.* Ex quo loco Panormitanus deducit Monachos licitè vti medicinis & medico. Conſtitutiones Caſſinenſes expreſsè agunt de *medico,* & *medicamentis,* prout etiam Vallisoletanæ.

Innocent. Cap. Cum ad Monaſt. *Probatur & ex Iure Canonico.*

Vallisol. cap. 73.

Reſpondetur argumentis contra allatis. Primò.

Supereſt nnnc, vt teſtimoniis initio propoſitis reſpondeamus. *Primò* igitur, ad Chryſoſtomum dico, referre illnm dumtaxat, quis apud Monachos viguerit vſus, & illos tantæ fuiſſe obſeruãtiæ, vt etiam medicinæ arti renunciarent, & inſinuat ſatis, rarò illos ægrotaſſe, ſolaq́ne rigidioris obſeruantiæ nonnnlla remiſſione ſanitati priſtinæ reſtitutos.

A *Deinde*, S. Macarij teſtimonium vel de Anachoretis intelligendum arbitror, vel eum in illâ fuiſſe ſententiâ, vt voluerit ſuos, quos exhortabatur, medicamentis carere, vel ita iam apud illos vſu receptum erat.

VALETVDINARIVM. *Secundò.*

Tertiò, S. Bernardum & Petrum Bleſenſem aliud voluiſſe non puto, quàm nimis anxiam valetndinis tuendæ curam compeſcere & à pretioſorum medicamentorum vſu paupertatis profeſſores reuocare.

Tertiò.

Quartò, Exempla Sanctorum, qui in ne- B ceſſitate virtutis ergo medicinas reſpnerunt, ſatis docent in monaſteriis medicorum & medicamentorum vſum vetitum non fuiſſe, cùm illi hæc oblata, & ipſo vſu permiſſa refutauerint, quod alioqui in illis, vti ſingulare, non commendaretur. Heroicos ergo hi tales mortificationis & patientiæ actus exercuerunt.

Quartò.

Obſigno Diſquiſitionem hanc verbis Chriſti Domini S. Birgittæ dictis: *Multi electorum meorum fuerunt, qui nec habuerunt medicinas carnales, nec alias indulgentias car-* C *nis, & placuerunt mihi. Alij verò ſecundum diſpoſitionem temporum, locorum atque infirmitatum diuerſarum adhibuerunt ſibi medicomento: nec iſti diſplicuerunt mihi, quia totum fecerunt ad ſeruiendum mibi. Ideò obedientia illa, quæ nihil habet de propriâ voluntate, plus placet mihi, quàm ſacrificium magnum.*

Chriſti Domini de hac ſententia. Birg. reuel. extrau. c.60.

Obſeruandum verò, nec medicamenta ſùmenda, nec Medicum conſulendum, niſi de Snperioris licentia, vnde prudenter in ſuis declarationibns Caſſinenſes: *Ordinamus etiam, quòd nullus fratrum loquatur cum* D *medico, out ab eo petat conſilium, ſine licentiâ Superioris: nec potionem aliquam, vel pillulas cuſtodiâ egentes, ſine ſpeciali licentia Medici capiat.* Conſtitutionis huius æquiſſimæ plnres ſnnt cauſſæ, quas enumerat & expendit Inlius Nigronus.

In his nihil agendum ſine Superioris licentia. Caſſin. ad c.36.

Nigron. ad reg. 17. com. Soc.

DISQVISITIO VII.

Num Monachis Balnearum vſus indulgendus?

EVidens eſt de hoc S. P. BENEDICTI conſtitutio: *Balnearum vſus in infirmis quoties offerotur. Sanis autem, & maximè iu-* E *uenibus tordiùs concedatur.* Quæ quidem benigna & perliberalis diſcretiſſimi Patris indulgentia eſt. Quamnis enim ægrotis, cùm ita neceſſitas ſuadet, ſancti Patres pleriq́ue concedant, ſanis tamen omninò denegant, ſed pro maiori declaratione de vtriſque agemus ſeorſim.

Reſponſio affirmatiua. Cap. 36.

I.

PRIMÒ igitur, quod Infirmis quoties expedit vſnm balnearum vult offerri, id Caſſinenſes & Camaldulenſes intelligunt de balncis,

Sed intelligit S. Benedictus balnea domeſtica. Caſſin. Camald. ad c.36 Reg.

VALETVDINARIVM. Cap. 66. Reg.

de balneis, quæ ſunt in Monaſteriis, & ita crediderim S. Patrem intelligendum, *qui monaſterium ita voluit conſtrui, vt omnia neceſſaria in eo habeantur, vt non ſit neceſſitas monachis vagandi foras.* Quare & domeſticas eius tempore in ſingulis monaſteriis, aut ſaltem maioribus crediderim fuiſſe balneas. Nam Regula Solitariorum, quæ paſſim S. BENEDICTI verba deſcribit, etiam balneum quoddam & domeſticum ipſis concedit Anachoretis: *Habeant*, inquit, *ſolitarij infra cellulam retruſionis dolium, & quoties expedit Sacerdotes pro munditia corporis* B *balnearum vſu fruantur.* Crediderim autem hæc ideò ab eo ſcribi, quòd vidiſſet in Cœnobiis paſſim haberi balnea: quibus non modò infirmitatis cauſsâ, ſed & propter nocturnas vtebantur illuſiones. Quod colligo ex Iſidori Regula. Domeſtica quoque balnea ſupponere videntur Patres Synodi Aquiſgranenſis, dum volunt, *vt Balnearum vſus in arbitrio Prioris conſiſtat.* Caſſiodorus deſcribens Viuarienſe monaſterium, quod omnibus ad Monaſticam vitam neceſſariis inſtruxerat, ita ait: *Balneas quoque congruenter præparatas corporibus iuſſimus ædificari. Vbi* C *fontium perſpicuitas decenter illabitur, quæ & potus gratiſſima cognoſcitur & lauacris.* Burſfeldenſes ſtatuunt: *In ſingulis monaſteriis noſtris habeantur ad balneandum conuenientia æſtuaria, aut vaſa ampla coopertoriis deſuper clauſa.*

Reg. Solitar. c. 50.
Quæ plerisque in vſu olim fuere.
Reg. Iſid. cap. 21.
Conc Aqu. Can. 7.
Caſſiod l. diuin. lect. c. 29.
Burſfeld. diſt. 3. c. 15.

De Balneis verò extra Monaſterium præſcribunt Caſſinenſes, vt *propter periculum animarum, nemo accedere præſumat ſine licentiâ ſpeciali Capituli generalis, aut Præſidentis vel Viſitatoris.* Deinde volunt, vt non facilis tribuatur licentia, & Prælatus con- D ſulat medicum, *qui, ſi aliis remediis infirmo ſubueniri poſſit, hortetur eum vt faciat. Quòd ſi medicus eidem fratri vſum balnearum omnino neceſſarium eſſe duxerit, tunc Prælatus petat licentiam.* Similiter ferè Monachi montis Oliueti.

Balnea externa in magnâ neceſſitate indulgentur.
Oliuet. in c. 36 Reg. S. Bened.

Quod autem ægritudinis cauſsâ hæc balnea indulgeantur, non noſtris tantùm, ſed & aliis religioſæ vitæ præceptoribus placuit. S. Auguſtinus: *Lauacrum etiam corporis, cùm infirmitatis cogit neceſſitas, minimè denegetur. Fiat tamen ſine murmure de conſilio* E *medici, ita vt etiamſi nolit, iubente Præpoſito; faciat quod faciendum eſt pro ſalute, ſi autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur: aliquando enim, etiamſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat.* Vt autem ſciremus de externis agi balneis, mox ſubdit. *Nec eant ad balnea, ſiue quocumque ire neceſſe fuerit, minùs quàm duo vel tres.* Iſidorus: *nec differendum eſt lauacrum propter medelam ſi expedit: nec murmurandum eſt ſi fiat, quia non fit pro appetitu voluptatis, ſed pro remedio tantùm* A *ſalutis.* De Balneis ita ad Monachos ſcripſit S. Diadochus: *Conferre ſe ad balneum, nemo peccatum, aut à ratione alienum eſſe dixerit: propter continentiam tamen ab eo ſe abſtinere, virile & maximè temperantis eſſe dico.* Et ſuis S. Petrus Damiani ita abſolutè ſcribit: *Balneis verò, ſi fuerint incolumes, non vtantur.*

Etiam aliorum Ordinum Religioſis.
Reg. Auguſt. c. 8.
Iſid. in Regul. c. 21.
Diadoch. de perfect. Spir. c. 52.
Petr. Dam. op. 15. c. 18.

II.
Sanis cur balnea non interdicta.

SECVNDÒ, Vt & de ſanis agamus, mirari ſanè nonnemo poſſet, cur his abſolutè balneis non interdixerit, quod alios feciſſe conſtat, & laudatur Iacobus Apoſtolus à S. Hieronymo, *quod numquam balneis eſſet vſus.* Commẽdati & à Palladio Iſidorus & Euagrius, à Nazianzeno Baſilius, quod lauacra refugerint. S. Epiphanius varia Religioſorum commemorat inſtituta, & ex iis pleroſque abſtinuiſſe à Balneis. Et Humbertus ait Religioſos quoſdam eſſe, *qui numquam balneis vtuntur, pro quacumque neceſſitate.* Hinc L. Senecæ laus, quòd Attali philoſophi cohortationibus permotus, in omnem vitam balneum fugeret, & Plotini, quod itidem balneis abſtineret. Hæc cùm ita ſe habeant, mirari ſanè liceat, cur thermas S. Pater ſanis & iuuenibus, quamuis C tardiùs, concedit. Verùm intelligendum ipſum credo de domeſticis, quæ in ipſo erant monaſterio, balneis & viguiſſe illo æuo crebriorem lauandi conſuetudinem munditiæ cauſſa. Nam & ſingulis hebdomadibus omniũ pedes lauari voluit. Quid ſi & nimij caloris cauſsâ in iſtis regionibus aliquid indultum ſit? Alexandrum Abbatem dixiſſe ferunt: *Patres noſtri numquam facies ſuas lauabant, nos autem lauacra publica, balneaque frequentamus.* Hoc autem vt cuitaret S. BENEDICTVS, domeſtica fortaſſis, D licet rarò ſanis permittenda balnea putauit. Et S. Auguſtinus ſanis Monialibus menſtruam concedit lauationem: *Lauacrum etiam corporum*, inquit, *vſuſq; balnearum non ſit aſſiduus, ſed eo quo ſolet interuallo temporis tribuatur, hoc eſt ſemel in menſe.* Firmari quidam putant hunc thermarum vſum exemplo S. Ioannis Apoſtoli, qui ad publicum balneum acceſſit, vt apertè tradunt S. Irenæus, Euſebius, & Nicephorus. Sed Theodoretus ait ipſum id feciſſe propter imbecillam valetudinem. Quare & Gloſſa E ex hoc S. Ioannis facto colligit Religioſos poſſe balnea intrare, ſed in neceſſitate. S. verò Epiphanius ait S. Ioannem cùm penitus non lauaretur, coactũ à Spiritu ſancto progredi vſque ad balneum, vt oſtenderet vitandos hæreticos. Quare hoc factum non fauet iis, qui citra neceſſitatem, aut aduerſam valetudinem balneares requirunt delicias. Et malim hîc excuſato vſu, qui tempore S. BENEDICTI fuerit, & quarumdam regionum, ſanis monachis dicere quod ad Ruſticum Monachum Hieronymus

Cùm laudentur qui iis abſtinuerunt.
Nazian in laud. S. Baſilij.
Epiphan. in dict. compen.
Humb. c. 122. in Reg. S. Aug.
Senec. ep. 108.
Porphyt. in Plot.
Reſponſio.
Cap. 36.
Prat. Spir. c. 168.
Olim etiam ſani lauabantur.
Auguſt in Reg.
An S. Ioannes lauerit.
Iren l. 3. c. 3.
Euſeb l. 3. c. 22.
Niceph. lib. 3. c. 14.
Theod. l. 2. hæret. fab.
Gloſſ. Cap. omnis qui, 14. q. 1.
Epiphan. aduerſ. hæreſ. 30.
Quid ſanis nunc magis expediat.

ronymus

Hieron. epiſt. 4.

ronymus ſcripſit: *Balnearum fomēta non quærat, qui calorem corporis ieiuniorum cupit frigore extinguere.* Et ſubſunt nō leues cauſſæ cur ab his abſtinendum, nimirùm, vt vitet Religioſus nudi corporis aſpectum, *nam & ipſi nos*, vt Ambroſius ait, *inſpicere nudos reueremur*, vt delicias nō amplectatur, & animarū, quæ ſubeſſe poſſunt, fugiat pericula.

Ambroſ. l. 4. epiſt. 30.

Aliqua de venæ ſectione.

Conc. Aquiſgr. can. 11.

Coronidis loco non abs te fuerit verbulum hîc adiicere de phlebotomia, ſiue venæ ſectione, quæ ægrotis plerumq; adhiberi ſolet. De hac ſtatuit Aquiſgranenſe B Concilium: *Vt certum phlebotomiæ tempus non obſeruent; ſed vnicuique, ſecundùm quod neceſſitas expoſtulat concedatur; & ſpecialis in cibo & in potu tunc conſolatio præbeatur.* Ex his colligas ante hæc tempora moris fuiſſe, vt certis anni temporibus Religioſis venę ſectio adhiberetur, quę tamen Patres illi corrigendum putauerint. Conualuit tamen poſteà priſca conſuetudo, & certi minutionū dies non à noſtris tantùm, ſed etiam aliorū Ordinum profeſſoribus obſeruati ſunt. Vſus Ciſtercienſis ita habet: *Notādum quia quater in anno minui poſſunt:* C *& ſi fieri conuenienter poteſt, his minuuntur mēſibus, Februario, Aprili, Septembri. Quarta verò minutio circa feſtiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ fiat.* Guido in ſtatutis Carthuſianorū: *Minuimur in anno quinquies, poſt octauas Paſchæ, poſt ſolemnitatem Apoſtolorū Petri & Pauli, Secunda hebdomada Septembris, Septimana ante aduentum, & hebdomada ante quinquageſimam.* Burſfeldenſes quater quotannis venam ſecuiſſe colligas ex ipſorum Cærimoniali. Antiqua Præmonſtratenſium ſtatuta etiam crebriorem pręſcribunt phlebotomiam: *Minutio quoque in terminis iſtis fiat;* D *Prima erit feria ſecunda poſt octauas Paſchæ, Secunda poſt feſtum B. Ioannis Baptiſtæ, Tertia, poſt Natiuitatem B. Mariæ Virginis. Quarta, poſt feſtum B. Martini hyemalis, & Quinta, in Purificatione, Sexta autem, in diſpoſitione Abbatis remanebit. In quibus terminis minuat ſibi Conuentus, niſi aliqui pro negotiis domus, vel aliâ certâ cauſsâ, intus vel foris fuerint occupati.* Non diſſimilia habent & alij Ordines. Saluo tamen meliori iudicio conuenientiùs crederem, vt venæ ſectio non niſi ex iudicio medici, & pro cuiuſque tantùm neceſſitate adhiberetur. E

Quod olim certis temporibus fiebat. Apud Ciſtercienſes. Lib. vſu. Ciſt. c. 90. Carthuſienſes. Stat. antiq. Cap. 39. Burſfeldenſes. Burſfeld. diſt. 1. c. 14. Præmonſtratenſes. Stat. Præm. diſt. 1. c. 13.

Phlebotomia cum Superioris fiat licentia.

Alterum hîc addendum, phlebotomiam cum Prælati licentia faciendam, quod aliquorum Ordinum leges expreſsè præſcribunt. Cæleſtini in recentioribus Conſtitutionibus: *Sanguinis minutiones, quoties opus fuerit, cum Præſidentis licentia, & de Medici orū cōſilio, ſibi fieri faciant ſani, & infirmi.* Sed iam olim in vetuſtis monaſterij Floriacenſis Conſuetudinibus ita decretum erat: *Nullus ſanguine minuatur, niſi cui in Capitulo, petita venia conceditur.* In vitâ S. Odonis legitur:

Cæleſt. tr. 1. c. 16. p. 2. & 6. Biblioth. Floriac. p. 1. conſuetud. c. 1. Ioan. Monach. l. 1. vit. S. Odo.

A fratrem quemdam, cogēte neceſſitate, ſed tamen abſque licentia, phlebotomiæ curationem ſibi adhibuiſſe, ſed peſſimo euentu. *Mox enim per quam prius ſanguis effluxerat, diſrupta eſt vena, & quouſque redderet animam, à quocumque medicamine non fuit reſtricta.*

VALETVDINARIVM.

DISQVISITIO VIII.

Quæ à fratribus circa Infirmos obſeruāda?

Infirmi à fratribus viſitandi.

CVm fratres omnes vnius myſtici corporis ſint membra, par eſt vt vno dolente reliqua etiam membra cōpatiantur, & quà licet ſolatium & obſequiū impendant. Diſquirimus proinde hîc, quodnam reliquorum fratrum circa ægrotos ſit officium. Et Primò quidē loco, ex inſtrumentis bonorū operum à S. BENEDICTO commendatis aſſignamus: *Infirmum viſitare.* Cauſſas verò ſtimuloſq; ſubiicit Smaragdus: *Viſitare, inquit, debemus infirmos, quia in ipſis Dominum viſitamus; viſitemus & cauſsâ compunctionis infirmos, vt cùm Paulo: Quis infirmatur & ego non infirmor, dicere poſſimus. Viſitemus & cauſsâ viciſſitudinis, id eſt, vt cùm fuerimus infirmi, viſitemur à ſanis. Viſitemus & cauſsâ dilectionis, quia ſcriptum eſt: Non te pigeat viſitare infirmos, ex ipſis enim in dilectione firmaberis.* Hæc ille. S. Ephræm cnumerans virtutes, quas in fratribus ad imitationem obſeruari ſuadet, in iis recenſet etiam, *in ægrotis viſitandis charitatem.*

Cap. 4. Inſtiu. 16. *Cauſſæ &c.* Ephræm l. 1. in Hypomiſtico.

Fiat hæc viſitatio cum licentia.

Hæc porrò infirmorum viſitatio neutiquam fieri debet abſque Superioris licentia. Inculcauit id ſuis expreſsè S. Pachomius, qui cùm dixiſſet: *Nullus introeat locum ægrotantium, qui non ægrotat,* paulò pòſt D ſubdit: *Ægrotantem abſque conceſſu Maioris, nullus audeat viſitare, nec propinquus quidem, atque germanus ſine imperio Præpoſiti domus, miniſtrandi habebunt poteſtatem.* Sic ille. Cærimoniale S. Iuſtinæ de hac viſitatione ita præſcribit: *Omnibus officialibus ſuperioribus liceat in Infirmitorio dietim viſitare maximè grauiores in infirmitate, & continuò decumbentes. Alij autem fratres hoc faciant cum licentia alicuius præfatorum.* Præcipiunt & Valliſoletanæ Conſtitutiones: *Vt nullus poſt meridiem, aut poſt completorium Infirmos accedat,* E *niſi qui ipſorum curam habuerit, aut à Prælato licentiam, qui ſecus fecerit, in pane & aqua comedat.* In citato S. Iuſtinæ Cærimoniali cauetur, *ne plures ſimul infirmum viſitent, niſi fuerit neceſſe, ne fortè affligatur vel turbetur multorum concurſu, vel loquelâ.* Commendantur hoc nomine Monachi in Celliâ degentes, qui, vt Sozomenus ait, *à morbo præpeditum viſendum curandumque non omnes ſtatim adibant, ſed variis temporibus ſinguli quidquid habebant ad morbum leuandum accommodatum ſecum deferebant.*

Reg. Pach. n. 10. & 24. Cærim. S. Iuſt. p. 2. c. 16. Conſtitut. Valliſ. c. 73. *Nec plures ſimul viſitent.* Sozom. Hiſt. l. 6. c. 31.

VALETVDINARIVM.

Quid viſitantibus agendum.

Quo autem pacto ſe gerere debeant, qui de Superiorum licentia ægrotos viſitant, partim dictat prudentia, partim etiam præſcribit mox citatum Cærimoniale. *Viſitantes*, inquit, *ſtudeant conſolari infirmum, maximè ſpiritualiter cum omni religioſitate, charitate & hilaritate.* prudenter ſane; conſolatio enim afflictorum, potior eos viſendi cauſſa eſt: Sic amici Iob *condixerant, vt pariter venientes viſitarent eum, & conſolarentur.* Quantum verò ægrotos iuuet amica & opportuna conſolatio, diſcere ex Seneca licet: *Mihi*, inquit, *multùm contulerunt ad bonam valetudinem amici, quorum adhortationibus, vigiliis, ſermonibus alleuabar. Nihil æquè ægrum reficit atque adiuuat, quàm amicorum affectus, nihil exſpectationem mortis ac metum ſurripit.* Sic ille.

Iob 2. 11.

Senec. epiſt. 78.

Meritò autem triplex illa circumſtantia, Religioſitatis, charitatis, & hilaritatis in viſitatione infirmantiû requiritur, ſine his enim non admodum vtilis illa efficietur.

Requiritur primò in viſitante religioſitas.

Primò autem expoſcitur Religioſitas, quæ, vt eſt in Eccleſiaſtico, *cuſtodiet & iuſtificabit cor.* Cùm autem ex abundantiâ cordis os loquatur, eo per religioſitatem benè cuſtodito, haud ita facilè vana, ſæcularia, & religioſam modeſtiam dedecentia os proferet. Solet enim diabolus etiam hîc ponere ſuas inſidias, & incautos irretire. Vnde benè S. Ephræm: *Si ægrotum*, inquit, *viſitas, vide ne inimicus inter vos otioſiloquiû ſuggerat aut detractiones: ne tuæ mercedis iacturam patiaris, cùm moris ſit diabolo nocere vni per auditum, alteri verò per linguam: Sed ex ſacris Scripturis conſolari oportet potiùs laborantē, & paſſione Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.*

Eccli. 1. 18.

Ephr. to. 2. in doct. var. c. 35.

Secundò, Charitas.

Secundò, vel maximè in viſitante requiritur Charitas, quæ ſe non modò verbis & affectu, ſed ſi fieri poſſit, ipſo prodat effectu. Optandum ſanè, vt quicumque ægrotum viſitat fratrem, *eius anima*, vt Bernardus loquitur, *ſic ſit affecta, ſic imbuta rore miſericordiæ, ſic affluens pietatis viſceribus, ſic ſe omnibus omnia faciens, ſic facta ipſa ſibi tanquam vas perditum, vt cæteris præſto vbique ſemper occurrat atque ſuccurrat, ſic denique mortua ſibi, vt viuat omnibus.*

Bern. ſerm 12. in Cant

Tertiò, hilaritas.

Requiritur *Tertiò* hilaritas in hoc corporalis miſericordiæ opere, vt ſicut ſcriptum eſt: *Qui miſeretur in hilaritate*, Et: *hilarem datorem diligit Deus.* Hilaritas enim eſt quaſi flos ornans, & mel dulcorans ac perficiens omnes alias virtutes. Vnde Proſper: *Cùm bonum*, inquit, *facis, hilariter fac. Si enim triſtis facis, magis de te fit, quàm facis.* Hæc autem hilaritas in tribus potiſſimùm videtur ſita. Primò, in animi lætitia, vt vincant tædium & nauſeam vlceroſorum & morbidorum. Secundò, in vultus alacritate, vt per eam ægros, qui in ægritudine A mœrore laborant, conſolentur, & ſubleuent. Tertiò, in verborum affabilitate, quâ ægros multis indigentes, & multa petentes à ſe non abſterreant, ſed alliciant, vt ſuam opem, & operam fidēter implorent. Ita ſanctos nomullos legimus fuiſſe lepidos, facetos & vrbanos. S. Antonius, referente Nicephoro, *maximè gratioſus erat, in colloquiis, atque item acutus.* Macarius Alexandrinus, vt Palladius & Nicephorus tradunt; *Iucundus erat in colloquiis.* De S. Odone vitæ auctor ſcribit: *Spiritualis eius hilaritas internum gaudium noſtro cordi inferebat.* Sed quomodo in iucundo hoc colloquio ſe quiſque gerere debeat, ex Baſilio alibi diximus.

Rom 12. 8. 2. Cor. 9. 7.

Proſp. ſenten. 112.

Quæ in tribus ſita.

Sancti quidam lepidi fuerunt.

Niceph. l. 8. cap. 40.

Pallad. hiſt. Lauſ. c. 19.

Nicephor. l. 9. c. 14.

Lib. 2. vit. c. 3.

Ad hanc porrò hilaritatem & charitatē quoque ſpectat, quod habet Cærimoniale S. Iuſtinæ: *Vt ſi videatur Superiori, aliquoties à fratribus ad hoc opus vacatis coram ipſis grauiter infirmis cantentur aliquæ deuotæ laudes, ſi ex hac tamen ipſi infirmi conſolentur.* Vitanda dein omnia, quæ ægro moleſtiam quoquo modo adferre poſſent, quo nomine ablegandi clamores, longiores diſcurſus, importunæ interrogationes, diſputationes, & contentiones cum ægroto. Vetat item Cærimoniale S. Iuſtinæ: *Ne viſitantes infirmos, eis ſuggerant diuerſa remedia, ſed potiùs cohortentur ſeruare ordinata à medicis, ne cùm multifaria medicamina ab iſto & illo audiunt, auditaq́; experiri deſiderant, affligantur, quòd ſic illis non medeatur, vel quòd talis victus illis non exhibeatur, nec tales viſitātes, niſi cùm neceſſitas exigit, ibi diutiùs morentur, perdenda tempus, maximè aſtantibus aliis.* Sic ibi.

Alia ſolatia infirmis præſtanda.

Cærim. S. Iuſt. p. 3. c. 13.

Cauenda à viſitantibus.

Poſtremò, monendum ne viſitantes, aut alij quicumque fratrum cōtra infirmos eo nomine murmurent, quòd melius in victu aliiſq́; commoditatibus habeantur; prudētiſſimè Auguſtinus: *Qui infirmi ſunt ex priſtina conſuetudine, ſi aliter tractentur in victu, non debet aliis moleſtum eſſe nec iniuſtum videri eis, quos fecit aliqua conſuetudo fortiores: Nec illos feliciores putent, quia ſumunt, quod non ſumunt ipſi, ſed ſibi potiùs gratulentur, quia valent quòd non valent illi.* Idem inculcat Iſidorus: *Infirmi autem pro eo quòd delicatiùs aguntur, fortiores inde nequaquam ſcandalizentur. Qui enim ſani ſunt, infirmos tolerare debent: qui autem infirmi ſunt, ſanos & laborantes antepanendos ſibi non dubitent.*

Valentes & ſani non murmurent contra infirmos.

Auguſtin. in Reg.

Iſid. reg. cap. 22.

DISQVISITIO IX.

Ægrotis quæ obſeruanda?

QVamuis Infirmi morbo ſuo ſatis afflicti pluribus non videantur obruendi monitis; quia tamen ſanis congruit, vt tempeſtiuè diſcant quomodo morbi tempore ſe gerere debeant, opportunè hîc

ea proponemus, quæ ab aliis præſcripta inuenimus.

I.

Infirmi conſiderent in honorem Dei ſibi ſeruiri. Cap. 36.

PRIMVM autem ſit, quod habet S. BENEDICTVS: *Ipſi infirmi conſiderent in honorē Dei ſibi ſeruiri, & non ſuperfluitate ſua contriſtent fratres ſuos ſeruientes ſibi.* Quæ vtilis omninò & pia admonitio eſt, vt in humilitate contineantur ægroti. Quidam enim nimis deſpoticè & imperioſè agūt cum Infirmariis & aliis ſibi ſeruientibus, quos etiam cum ſtomacho ſubinde increpare non verentur, non conſiderātes, quòd Dei honore & amore, non ipſorum merito ſeruitia illis impendantur. Quamuis autē in hiſce talibus patienter tolerandi ſint, expedit tamen eos de his quoque præmoneri, ne ſuā impatientiā nimis aggrauent Conſratrū ſuorum miniſteria. Quare & S. Antonius elephātiacum, cui Eulogius Monachus quindecim ſeruiebat annis, à quo multas etiam iniurias & opprobria ſuſtinebant, magno clamore caſtigauit, dicens: *Elephantioſe, cœno & luto horride, nec terrâ digne nec cœlo, non deſinis iniuriam Dei vociferari? Neſcis quòd qui tibi miniſtrat Chriſtus eſt? Quemadmodum auſus es contra Chriſtum talia loqui? Nam propter Chriſtum ſe iſte ſeruitio tali, & obſequiis ſubiugauit.* Hoc fortaſſis exēplo permotus paulò ſeueriùs de Infirmis murmurātibus S. Fructuoſus præſcripſit: *Ipſi infirmi tantâ ſollicitudine admoneantur, vt de ore eorum nec quantulumcumque vel leuis ſermo murmurātis procedat, ſed in ſuâ infirmitate cum hilari mente, & vera cordis compunctione ſemper Deo gratias agant, & * fratrem qui eis miniſtrat, nullo pacto offendere audeant. Quòd ſi aliquis, vt diximus, ex ore eorum murmurationis proceſſerit ſcrupulus, ab Abbate increpentur, & ne talia ſupradicta facere præſumant, admoneantur: ita vt ille eos accuſet, qui hoc miniſterium iniunctum habet.* Sic ille. S. Franciſcus *carnalem* vocat, nec eſſe de fratribus, *qui turbatur, ſiue iraſcitur contra Deum, ſiue contra fratres, vel ſi fortè ſollicitè poſtulauerit medicinas, nimis deſiderans liberare carnem citò morituram.*

Et monendi, ſi ingrati ſint. Paſchaſius l. 7. in vit. Pat. c. 10. num. 3.

Imò acriùs increpandi, ſi murmurent. Fruct. in Reg. c. 7.

* Sic corrigo hunc locum; in MS. erat, Frater, mendoſè.

Franc. in Reg. 1. c. 10.

Notare porrò hîc ex Hugone Victorino licet, ægrotantes Religioſos tam imperfectos quàm perfectiores quatuor ex cauſſis ſolere conqueri; ſcilicet de *Infirmitate*, de *Medicinâ*, de *Cibo*, de *Ordine*. Et quidem imperfecti conqueruntur de Infirmitate, *quia pondus infirmitatis inuiti portant. De medicinâ verò, quòd non ſubueniatur eis (vt ipſi dicunt) charitate fraterna. De Cibo autem, eò quòd non ſufficiēter, vel quomodo, vel quando volunt miniſtretur eis. De Ordine autem, imputantes Ordinis grauitati infirmitatis ſuæ cauſſam, & ſic quod benè egerant, malè perdunt. Perfectiores verò cōtriſtari ſolent de morbo, eò quòd fratrum labori intereſſe nequeant. De medicinâ, quod diſpendium patiatur Eccleſia pro infirmitate eorū. De cibo dolent, eò quòd delicata comedant, nihil operantes; & quod aliquis eis ſeruiat, & ipſi nulli ſeruiant. De Ordine verò: quia à conuentu fratrū ſeparati delicatiùs tractentur. Si autem à lectulo fratrum in choro pſallentium voces audierint, tunc pſalmos ruminant, orantes in cubiculo cordis clauſis oſtiis; & licet totam noctem peruigilem duxerint doloribus ſuis agitati, illos tamen beatos iudicant, qui per partem noctis Deo ſeruientes laborant. Spondam lectuli non egrediuntur, & tamen illos qui tædium clauſtri benignè ferunt, felices eſſe putant: nihil de Ordine implere ſe fatentur, ſed, niſi fallor, implent totum. Infirmitatis clauſtro coarctantur, diſciplinantur anxietatum virgis, & ſpinis dolorum, ieiunant, vigilant, laborant, quia cibum ſomnum, quietē, infirmitas negat: & tamen ſi paretur lectulus ſuauior, ſi cogātur ſine caligis dormire; quaſi aliquid criminale fecerint, in huiuſmodi vitam timent finire. Tales indigent conſolatione, ne moleſtia corporis, vel interioris hominis afflictione deficiant.* Hactenus Hugo.

Religioſi ægri quatuor ob cauſſas conqueruntur. Hugo l. 1. de clauſt. animæ cap. 22.

Imperfecti.

Perfecti quid allegant.

VALETVDINARIVM.

Conſolatione egent.

Priores autem illi, quos imperfectos nominauit, non tam conſolatione, quàm inſtructione indigent, quam eis ſuppeditat Eccleſiaſticus dicens: *In tempore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam*, id eſt, patientiam, humilitatem, reſignationem, pœnitentiam, vel vt alij: *Oſtende conuerſationem tuam* præteritam Deo, & ſacerdoti in lege noua per ſinceram peccatorum confeſſionem; vel potiùs: *oſtende conuerſationem*, id eſt, conuerſionem tuam: ita enim fortaſſe verterit Vulgatus interpretes, Græcè enim eſt ἐπιστροφήν, id eſt, *conuerſionem*, regreſſionem, item conſiderationem, curam, animaduerſionem, caſtigationem. Prudenter proinde ægrotos monent Conſtitutiones Eremitarum S. Auguſtini: *Curent infirmi ex infirmitatibus corporis fructum aliquem capere ſpiritualem, non impatientes ſe exhibendo, ſed potiùs patientiam interiùs habendo, & exteriùs præ ſe ferendo, & verbis piis & ædificatoriis vtendo, quæ oſtendant ægritudinem vt donum de manu Domini ab eis ſumi.*

Imperfecti, inſtructione. Eccli. 18. 21.

In morbo oſtendant qui ſint.

Conſtitut. Erem. p. 2. c. 14.

Ceterùm de Infirmis & hæc habent Burſfeldenſes: *Miſſam quotidie audiant, quæ etiam ſi neceſſe fuerit, in capellâ infirmitorij celebretur. In feſtis tamen præcipuis & ſacratiori tempore, peramplius ſatagant quantum permittit corporalis valetudo, dum agitur opus Dei, in eccleſiâ præſentes eſſe.* Et paucis intermiſſis: *Ipſi ad miniſtrandum ad miſſas priuatas, ſeu etiam intereſſendum operi diuino, exigente neceſſitate, vocari poſſunt, ſi non nimiùm ex hoc grauentur.* Et mox: *Non enim putent infirmi liberam ſe habere facultatem loquendi vbi, quando, quibus & de quibus voluerint, maximè ij, qui non ſunt continuè decumbentes in lectis, ſed huc illucq; deambulant.* Idem ante ipſos fere ſtatutum in vſu Ciſtertienſi.

Peculiaria quædam ab infirmis ſeruanda. Burſfeld. diſt. 3. c. 30.

VALETVDINARIVM. * Lib. 10 tr. 6 diſq. 11. Vſus Ciſt. c. 91. Et à languentibus.

De eſu carnium, quem S. Pater Infirmis omninoq; debilibus pro reparatione conceſſit, egimus * aliàs: hic tantum annotandum videtur, quod ſcribit Vſus Ciſterctienſis: *Si quis habet infirmitatem, quæ nec multum eum debilitet, nec comedendi turbet appetitum, vt puta inflatura, vel inciſio membrorum, aut aliquid huiuſmodi, hic talis nec ſuper culcitram iaceat, nec ieiunia conſueta ſoluat, nec cibos refectorij mutet.* Hæc ibi, quæ PP. Prædicatores etiam in ſuas retulerunt Conſtitutiones.

Conſtit. Prædicat. diſt. 1. c. 5.

Cap. 36. Obſeruanda à conualeſcentibus.

Iam verò quod S. Pater ait: *At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant.* Admonet nos, vt & de conualeſcentibus aliquid addamus, de quibus piè admodum ita præſcripſit Auguſtinus: *Sanè quemadmodum ægrotantes neceſſe habent minus accipere ne grauentur, ita poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, vt citiùs recreentur, & iamſi de humillima ſæculi paupertate venerint.* Mox verò eos, qui valetudine obtentâ diutiùs in Infirmitorio, quàm par eſt, hærere vellent, ſuæq; ſatisfacere cupiditati, benignè ita inſtruit: *Cùm vires priſtinas repararerint, redeant ad fœliciorem conſuetudinem ſuam, quæ famulos Dei, tantò ampliùs decet, quantò minùs indigent; nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos neceſſitas leuarat infirmos; illos ſanè exiſtiment ditiores, qui in ſuſcipienda parcitate fuerint fortiores: melius eſt enim minus egere, quàm plus habere.* Sic ille.

Auguſt. in Reg.

Olim pudwit Monachos non ægros degere in valetudinario. Pachom. in Reg. n. 87.

Videntur autem priſci Monachi adeò quidem erubuiſſe in valetudinario degere, niſi euidens eſſet infirmitatis neceſſitas, vt S. Pachomius pœnitentiæ loco aliquos ad illud ablegauerit: *Qui habet, inquit, peſſimam conſuetudinem murmurandi, & quaſi graui onere ſe opprimi queritur, docebunt eum quinquies quod ſine cauſâ murmuret, & oſtendent perſpicuè veritatem; ſi poſt hac inobediens fuerit, & eſt perfectæ ætatis, ita eum habebunt, vt vnum de ægrotantibus, & ponetur in loco infirmorum, ibiq; aletur otioſus, donec redeat ad veritatem.* Vbi vides grauiùs cenſeri, mitti ad valetudinarium, quàm quinquies increpari, qui enim hac medicina non fuerit ſanatus, inter ægrotos deputatur; quaſi ſanum inter ægrotos degere, apertiſſimè ſignum ſit hunc mente & animo ægrotare.

Quinam cenſeantur perfectè conualuiſſe. Eremit. Conſt. p. 2. c. 14.

Sed quæſtio eſt, quiſnam cenſeatur ſufficienter conualuiſſe, vt ad communia illi exercitia ſit redeundum? Reſpondent Eremitæ Auguſtiniani: *Conualuiſſe perfectè ille credendus eſt, qui conſueto colori ſuo, aut priſtinæ corpulentiæ reſtitutus eſt, qui paratus eſt diſcurſibus, qui placitos labores non abhorret, & qui cibos ſumit in priſtina quantitate, & ideò ſi quis poſt huiuſmodi conualeſcentiæ ſigna redire ad communitatem diſtulerit, vt redeat compellatur, & de facto ſubſtrahantur ei cibaria infirmo-* A *rum.* Sic illi. Verùm arbitror prudentis Superioris iudicio hoc relinquendum: & bonum fore, ſi ægroti ipſi iam ſanitati vtcumque reſtituti, conſeruandæ diſciplinæ gratiâ ſeipſos Superiori ſiſtant, & communis vitæ exercitiis ſe vltrò offerant.

DISQVISITIO X.

Cum affectato morbo laborantibus quid agendum?

B INueniri & inter ſeruos Dei, qui non vero, ſed imaginario, & ſubinde etiam affectato laborent morbo, ſi non ſæpius experientia, plurimi ſanè ſcriptorum auctoritas fidem faceret. Medicorum princeps Galenus in Iſagogicis libellum ſcripſit, cui titulus, *Quomodo morbum ſimulantes deprehendendi ſint.* Inter eos, qui Monachis leges ſcripſere, Iſidorus hunc morbum nō morbum à ſuis proſcripſit, cùm ait: *nullum oportet, vel veram corporis infirmitatem celare, vel falſam prætendere.* Prætendit ſanè ille, *qui* (vt C refert S. Dorotheus) *cùm ob ignauiam ad matutinas vigilias aſſurgere detrectat cunctaturq́; nec fateri vult torpedinem & ignauiam ſuam Abbati, dicendo; Ignoſce mihi Pater, quia ex ignauia & torpore ac ſomnolentia nocte hac, non exſurrexi ad matutinas vigilias; ſed dicere non veretur: febrem paſſus ſum & vertiginem, ideò aſſurgere nequiui, debilis quidem eram, & ſtomachi, capitiſq́; dolore torquebar.* Sic ille. Timebat & hanc morbi affectationē in Marino monacho S. Petrus Damiani, cùm ei ita ſcriberet, *Cùm incolumis vigeas, noli ſpanD te languere. Aduertiſne quid loquor? Illud namque mihi in pleriſq; monaſteriis non mediocriter diſplicet, quod nonnulli vegeto corpore, quique prorſus medicinalis induſtriæ non indigeant, hodie vaporandam Nemitori venam prebent: cras ſibimet hirudines adhibent, diuerſa perendie medicaminum conſtruunt artificia. Interea ſimilago commolitur, placenta examuſſim fabrefacta, tepeſcentibus tantùm cineribus excoquuntur: fluminum ſinus, ſiue & marium perſcrutantur: macellum quoque vacare, quia piſcis pelagi profunda petierat, non meretur. Quid E plura? diſcumbentes tandem, imò iacentes, ſtomacho nauſeante ligurìunt: & edaci faſtidia vix impetrant, vt probent eſſe vera, quæ fingunt.* Hactenus ille. Perſtrinxit & Bernardus monachos quoſdam morbum deliciarum cauſsâ fingentes, vt ſuprà vidimus.

Quidam in Monaſteriis morbū ſimulant.

Iſid. in reg. cap. 22.

Doroth. ſerm. 9. Pigri quid prætexant.

Petr. Dam. op. 49. ſiue epiſt. 114. Deſcribuntur morbū affectantes.

S. Bern. in Apolog.

Quamuis autem hæc à gaſtrimargiæ ſpiritu delicatiora appetente, vel ab acediæ quietem ſectante, vt plurimùm oriantur: notat tamen Nigronus, in Ordinibus religioſis exiſtere nonnunquam viros probis quidem moribus, & verò etiam doctos, ſed melāchòlicos tum naturâ, tum aſſiduitate ſtudio-

Nigron. ad Reg. 17. comm. Societ Ieſu n. 12. Etiam docti viri imaginariis morbis obnoxii.

ſtudiorum. Qui quia firmiſſimæ ſunt apprehenſionis, ab amore vitæ naturali eò adiguntur, vt uon morbis, ſed morborum ſuſpicionibus inquietētur, vel certè ſi malè habent, morbis ſe grauioribus conflictari certò credant, quam ſit verum: & medicamentorum auidiſſimi fiant. Medicos quotidie conſulunt; quotidie noua mutant remedia. Solet in his talibus lędi imaginatio, quâ lęsâ in valetudinis curam incumbunt.

Quare.

Nocere autem corpori ſtudium mentis & diſciplinæ rigorem, nouumquam ad inſaniam vſque & cerebri perturbationem, ſenſus cōmunis eſt veterum Patrum, Medicorum, Philoſophorum, ac recentium Scriptorum, quos citat Nigronus. S. Hieronymus Ruſticum præmonens, quæ cauenda ſint Monacho, inter alia ait: *Sunt qui humore cellarum, immoderatiſq́ ieiuniis, tædio ſolitudinis, ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus ſuis perſonant, vertuntur in melancholiam, & Hippocratis magis fomentis, quàm noſtris monitis indigent.*

Nigron. Aſcet. 15. §. 4.
Hieron ep. 4. ad Ruſt.

Nec id adeò mirandum.

Itaque in Religioſis familiis, vbi multa datur opera contemplationi rerum diuinarum, multa cæleſtium ac naturalium perſcrutationi; multa lucubrationi ſtudioq́ue litterarum, vbi ieiunia, verberationes, inſomniæ, lacrymæ, atque aliæ corporis afflictationes ſunt in vſu frequēti, non mirum eſt lædi poſſe phantaſiam eatenus, vt mēte ſanus in ceteris rebus atque actionibus, & corpore benè valens, inſaniam illam contrahat vnam, quâ ſibi ipſe ſcatere morbis, & egere medicamentis videatur. Non latuit hæc imaginationis vis, & morborum ſuſpicio S. Matrem Tereſiam, quæ à dæmone malorū architecto phantaſiam nonnumquam immutari obſeruauit, quare hæc ſuis dicebat: *Nolite de infirmitatibus & morbulis quibuſdam muliebribus omnino conqueri: nam diabolus non niſi nudam quandam harum pœnarū & dolorum imaginationem ſubinde excitat: quæ ſicut veniunt, ita & abeunt, &, niſi hac dicendi, deq́ omnibus apud aliquem præterquam apud Deum conquerendi conſuetudinem exuatis, nunquam conquerendi erit finis.* Dixerat ſuperiori capite: *Statim ac ſomniauimus caput nobis dolere, chorum diu adire omittimus, cùm nec hoc nos enecaturum ſit. Primo quidem die quia caput dolebat: altero quia doluit, & tribus aliis diebus ne denuo doleat.*

Phantaſiam dæmon ſubinde immutat.
Tereſ. viæ perfect. c. 11.
Ibid. c. 10.

Quomodo agendum cum ægris imaginationis.
Reg. Mag. cap. 69.

Verùm quocumque ex capite morbi imaginatio aut ſuſpicio ſubrepſerit, videndum ſanè quomodo cum talibus agēdum. Seuerior prorſus in hos eſt Conſtitutio in Regulâ Magiſtri, quam non ad imitationem, ſed ad terrorem fictè ægrotantium, & declarandum veterem rigorem propono: *Fratres*, inquit, *ægrotos qui ſe dixerint eſſe, & ad opus Dei ſe non leuauerint, & continuò iacuerint, ad culpam non vocentur, ſed in refectione ſolūmodo ſuccos, vel oua, aut calidam aquam accipiant, quod vix poſſunt viri tædioſi accipere, vt, ſi ſe fingunt, vel fame compellantur leuari. Si verò poſt diei dictum ſurrexerint, excommunicentur, & ad menſam carnalem non accedant, qui ad ſpiritalem oratorij non affuerunt, quia laborem fugerunt, & opus Dei contempſerunt, nam in his talibus agnoſcitur diabolus per excuſationem tædij, ſomniq́ pigritiam miniſtrare, ideoq́ talem mercedem recipiant. Qui verò frater ſine febris membrorumque dolore laſſatur, ſi pœnam ſupradictæ laſſitudini excommunicationis ſuſtinere non vult, intret tamen in Oratoriū conſuetâ cum fratribus horâ, & ſi ſtare non poteſt, iacens in mattâ velut in oratione pſallat, cui à vicino fratre ſtante inſidietur, ne dormiat. Si verò poſteà ex toto nihil laborauerit, vnam quadram panis minus in annonâ ſuâ accipiat, & potiones duas ſubductas; & hoc tantum, quia vel ad opus Dei ſurrexit, quia nec iuſtum eſt, vt otioſus frater contra laborantem fratrem, cui digni laboris merces debetur, æqualiter iudicetur.* Sic ille, cuius, vt diximus, rigidior videri queat cenſura.

VALETVDINARIVM.

Rigida antiquæ Patris in eos cenſura.

Benignior præponitur & proponitur.
Bonauent. de ſex alis Seraph. c. 4.

Benigniorem autem ſe præbet S. Bonauentura, qui cùm dixiſſet omnem humanitatem infirmis & debilibus exhibendam, obiectionem proponit, quòd ſæpe fingant ſe quidam debiliores quàm ſint: cui reſpondet. *Nunquid propter hoc omnes ſunt hypocritæ iudicandi? cum è contrario pro paucis iuſtis, vt habetur in Geneſi, multis malis Dominus voluerit pepercisse.* Claudius Aquauiua ait has eſſe infirmitates humanâs, tolerandas patienter & curandas ſuauiter, monetq́ue Superiorem, ne virum bonum infirmitatem prætendentē facilè damnet quaſi imaginatiuum, & fugitantem labores. Sed ſi ex medicorum relatu, & nonnullis ſignis deprehendat aliquid eſſe admixtum imaginationis, & otij, tunc cautè procedendum. Deinde verò ad particularia deſcendit, & qua dexteritate, prudentia, benignitate & patientia, cum hiſce agendum ſit, Superioribus demonſtrat, quæ ab eo petat cui fuerit neceſſarium. S. Tereſia magnam cenſet imperfectionem, ob parua & tenuia mala conqueri, & corpus noſtrum quantò delicatiùs & molliùs habetur, tantò plures neceſſitates aperire & prætexere, ideoque miſellam animam decipi, ne quod in virtutibus incrementum capiat. Cùm verò corpora domare incipimus, tunc ea nobis tam moleſta non eſſe. Quare etiam ait: *niſi enim firmum propoſitum faciamus mortis ſemel generosè deglutiendæ, & ſanitatis corporalis negligendæ, nihil vnquam generoſi præſtabimus. Date operam, vt mortem non timeatis, & vt totos vos in Deum reſignetis, & veniat quidquid venire poteſt. Quid refert nos mori? an non cum*

Aquau. indust. c. 12.

Tereſ. viæ perfec. c. 11. Imperfecti eſt, ob minima conqueri.

Salutaris doctrina S. Tereſiæ.

VALETVDINARIVM.

corpus nos toties deceperit, ipſi id ſemel decipere volemus? & mihi credite; maioris huiuſcemodi reſolutio momenti eſt, quàm intelligere poſſimus. Sic generoſa illa mater, vt doceret non tam anxiè eſſe de ſanitate cogitandum, & ob minimum dolorem confeſtim conquerendum; voluit tamen Superiores benignos erga illos eſſe, qui etiam in paruo aut nullo morbo remiſſionem aliquam petant, & tum ſi aliqua intercurrat culpa, eam penes ipſos reſidere ſubditos. *Dicetis*, inquit, *mihi: Cur ego Præpoſito facultatem illam concedit? Reſpondeo; forſitan ſi* B *interiora cordis perſpecta haberet, ipſam negaret, ſed quia neceſſitatem ipſi prætexitis, nec medicus, qui ad hoc ſimili informatione, quam ante ei facitis, coadiuuet, nec amico aut aliquo de conſanguineis, qua vos deploret, deeſt; miſella Superior licet id ſubinde nimium ac ſuperfluum eſſe videat, quid quæſo faciet? Scrupulum ſentit, ac veretur ne fortè in caritatem nimio rigore peccet; mauult ergo vos peccare, quàm ſe, & nefas eſſe putat, ſiniſtrè de vobis iudicare.*

Ibid c. 10. Occurrit quorũdam obiectioni.

DISQVISITIO XI.

Quanta Senum habenda cura?

POſteaquam de Infirmis egerat S. BENEDICTVS, competenti ordine ſubiungit, de *Senibus vel Infantibus*, qui & ipſi cum infirmis in multis conueniunt. Quoniam infantes nondum receperunt debitũ virium incrementum, ſenes verò continuum roboris accipiunt detrimentum, & ſicut illi ſenſim proficiunt, ita hi paulatim deficiunt, & quod illis accedit, his decedit. Ob hanc, vt credo, conuenientiam, Guido D Iuuenalis omiſſo titulo, totum hoc caput præcedenti connectit; ſed diſtinctum eſſe, ipſe textus innuit, cùm ait: *In his ætatibus, ſenum videlicet & Infantum.* Non enim congruè diceretur, *in his ætatibus*, niſi in titulo præceſſiſſet, nam in capite de Infirmis nullum de his verbum. Et exemplaria tam MSS. quàm edita, atque etiam Smaragdus nouum hîc faciunt caput. Cùm autem de Infantibus alibi ſeorſim tractauerimus, hic de ſolis agemus ſenibus.

Senes rectè iunguntur infirmis.

An vnum cum iis caput habeant in Regulâ? Cap. 37.

Reſp. negatiuè.

Lib. 4 tr. 1.

Senex, vt vult Perottus, dictus eſt quaſi *seminex*, hoc eſt ſemimortuus, quod acta maiore ætatis ſuæ parte iam morti propinquior ſit. Iſidorus verò, *Senes*, ait, *dictos quidam putant à ſenſus diminutione, eò quòd iam præ vetuſtate deſipiant. Nam Phyſici dicunt homines ſtultos eſſe frigidioris ſanguinis, prudentes calidi. Vnde & ſenes, in quibus iam friget, & pueri in quibus necdum calet, minus ſapiunt: inde eſt quod conuenit ſibi infantum ætas & ſenum, hos enim repueraſcere & bis ſenes dicimus.* Vnde orator Antipho apud Clementem Alexandrinnm probè dixit: *Senis enim edu-* A *catio eſt ſimilis pueri educatione.* Quàm meritò autem infirmis accenſeantur, vulgò notiſſimum, nam vt Terentius ait: *Senectus ipſa morbus eſt.* Iuuenalis:

Senes vnde dicti.

Iſidor. l. 11. Orig. c. 2.

Clement. ſtrom. l. 6.

Meritò nũmerantur inter infirmos.

Terent. in Phorm.

Iuuen. Saty. 10.

Circumſilit agmine facto
Morborum genus omne ſenem.

Nunc de capite, nunc de ventre, aut de pectore, aut de faucibus queritur:

Ille humero, hic lũbis, hic coxâ debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luſcis inuidet, huius
Pallido labro cibum capiunt digitis alienis.

Ibid. Senectutis mala.

Hinc *Senectus*, vt probat Nonius Marcellus, veteribus dicta ÆTAS MALA, vt & Iuuentus BONA. Quemadmodum enim diei, ſic & ætatis prior pars melior, poſterior peior eſt; Virgilius:

Non. init. libri.

Virg. 3. Georg.

Optima quæque dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq́; ſenectus.

quæ piè fouenda, & benigniùs habenda eſt. Nam, vt Horatius,

Horat. l. 2. Satyr. 2.

Vbique
Accedunt anni, tractari molliùs ætas
Imbecillo volet.

Quare & S. P. BENEDICTVS prouidè de iis C ita diſpoſuit: *Licet ipſa natura humana trahatur ad miſericordiam in his ætatibus, Senum videlicet, & Infantum, tamen & Regulæ auctoritas eis proſpiciat:* vt ſi qui naturalis obliti compaſſionis, rigidiores erga Senes extiterint, ſaltem ex Regulæ auctoritate & præcepto diſcant illis piè ſuccurrere. Verùm priuſquam quæ S. Pater iis indulget examinemus, diſquirendũ hîc primùm, quoto ætatis anno quis ita dicatur ſenex, vt liceat ei hoc Regulæ priuilegio frui?

S. Benedictus benignè Senes haberi voluit.

Cap. 37.

Auctores variè ſenectutis initium ſta- D tuunt. Quidam enim duplicem faciunt, robuſtiorem vnam, alteram languidiorem, ſiue decrepitam ætatem. Priorem illam Hippocrates teſte Philone, inchoari ait, ab anno vndequinquageſimo vſque ad quinquageſimum ſextum, poſteriorem verò inde vſque ad vitæ coronidem protendi. Marcus Varro ab anno quadrageſimo vſque ad ſexageſimum ait Seniores nuncupatos, quod tunc corpus ſeneſcere incipiat. Inde verò vſque ad finem vitæ cuiuſque ſenes dictos, quod ea ætate corpus E iam ſenio laboret. Solon apud Clementem Alexandrinum vtramq́; hanc ſenectutem in nonum & decimnm annorum ſeptenarium partitur, & nono quidem, id eſt, anno ſexageſimo tertio, ſiue climacterico, ait minui vires. Decimo autem, ſiue ſeptuageſimo, mortem eſſe præ ſuribus. Ita autem cecinit:

Quod nam ſit Senectutis initium.

Philo de mundi opificio.

Variè definitur.

Clement. ſtrom. l. 6.

Nono aliquid poſſunt, ſed iam minuuntur in
illo
Vires, quis peragunt fortia facta viri.
Sed decimus cum alios ſeptẽ perfecerit annos,
Maturam mortem triſtia fata dabunt.

Iam

Videntur Senes anno quinquageſimo eximendi.

Num. 8. 25.

Iam verò quod ſpectat exemptionem à grauioribus operibus, videri poſſit quinquageſimo anno concedendã. Nam de Leuitis ſcriptũ eſt: *Cùm quinquageſimum annũ ætatis impleuerint, ſeruire ceſſabunt.* Hoc enim anno emetiti erant in militiâ tabernaculi, neque onera ferebant. In iure quoque Ciuili ſcribitur: *Manifeſti iuris eſt, maiores quinquaginta quinque annis inuitos ad munera perſonalia vacari non poſſe.* Adde, apud Romanos, & Græcos finẽ militię fuiſſe, quinquageſimum annum. Seneca clarè: *Lex à quinquageſimo anno militem non cogit.* Quinctilianus: *vt militia vacaret ex lege, quod quinquagenarius eſſet.* Ieiuniũ non leue onus eſſe cuilibet notiſſimum: verùm cùm hac ætate plerique ſint vtcumque robuſti, neminem legi qui ſolùm annorum titulo his ſcribat indulgendum. Videtur autem ea, quę in relaxando Eccleſiaſtico ieiunio circa ſenes ſeruatur conſideratio, locum etiam obtinere in remittendis abſtinentiis, & rigoribus regularibus. Variant autem in hac re Doctores; quidam enim ætatem ſeptuagenariam aſſignant, in quâ communiter ſenes à ieiunio excuſentur, ita Richardus citatus à Silueſtro. Alios pro hac ſententiâ vide apud Thomam Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 32. n. 17. Quibus adde Bonacinam. Alij Doctores eximũt quoſcumque ſexagenarios, quam ſententiam Sanchez, & Leſſius vocant communem Doctorum, de quâ ita Caietanus: *Formaliter loquendo quando quis eſt verè ſenex non tenetur ad ieiunia Eccleſiæ. Communiter autem videtur hoc accidere anno ſexageſimo ætatis.* Sic ille, quem plures ſequuntur. Nonnulli denique vt annotat Sanchez, nullam prorſus ætatem pręſcribunt, ſed attendendã complexionem corporis & robur affirmant. Quod quidam ſexagenarij aut ſeptuagenarij fortiores ſint ac robuſtiores aliis quinquagenariis. Quare cenſent arbitrio prudentis id committendum, qui attentis viribus, obligationem ieiunandi, aut exemptionem ab eo diiudicabit. Huius ſententiæ eſt S. Antoninus & Silueſter, qui ait: *In ſenibus nullum tempus ab aliquo determinatum eſt, in quo ab obligatione ieiunÿ abſoluantur: vnde excuſari poſſunt eo modo, quo infirmi & debiles, ratione verò ſenectutis tantùm, non excuſantur, ſi ſunt ad ieiunium fortes.*

Lib. 10. C. tit. 49. L. Manifeſti.

Quę militis olim abſoluti.

Senec. de breu. vit. cap. vlt.

Quinctil. inſtit. l. 9.

Quando Senes à ieiunio excuſentur.

Syluest. v. Ieiu. q. 6. dict. 2.

Bonacin. tom. 2. de præcept. Eccl. q. 1.

Anno ſexageſimo.

Leſſ. de iuſtit. l. 4. c. 2. dub. 6.

Caiet. 2. 2. q. 2. q. 147. a. 4.

Quidam attendunt ad robur.

Antonin. p. 2. tit. 6. c. 2. § 6.

Quid de Senibus Monachis dicendum.

Vallisol. cap. 97.

Iam verò vt ad Monachos Senes veniamus, Conſtitutiones Valliſoletanæ ita habent: *Ad euitandum dubium, quod occurrere poſſet, quinam ita cenſeantur ſenes, vt à Regulæ auſteritate in cibo, potu & labore manuum eximantur, declaramus tales habendos, qui ſexaginta compleuerint annos.* Ita illi. Mihi tamẽ magis placet iuxta vltimam ſententiam ex prudenti Superiorum arbitrio Regulę priuilegia ſenibus, prout magis vel minus indiguerint, concedenda. Cùm enim Religioſi facilè hîc dubitent, & ſuo nolint fidere arbitrio, meritò recurrunt ad ſuos prælatos, qui etiam cum ijs poſſunt diſpẽſare. Quare Silueſter in Religionibus ait relinqui diſcretioni Pręlatorũ circa quod tempus iuniores ieiunare, vel non ieiunare teneantur. Et Boërius attendens aliquos infirmiores eſſe anno quinquageſimo, quàm alij ſint ſexageſimo, putat hoc arbitrio Superioris relinquendum. Caſſinenſes in declaratorio ad verbum Senum addunt: *Non tam ætate, quàm imbecillitate, iuxta Prælati conſideratione.* Burſfeldenſes cogendos cenſent eos ad ſolatia, *quorum fuerit imbecillitas manifeſta*, quod rationi omnino conſentaneum eſt. Non rarò enim accidit, vt huiuſmodi emeritæ virtutis viri ſibi non parcant, & vltra vires laboribus velint inſiſtere. Audiendus proinde hîc Climacus, dicens: *Exhortare ex charitate Senes, ſcientiâ & actione claros, qui corpora ſua in exercitatione contriuerunt, modicum ſibi quietis indulgere.*

VALETVDINARIVM.

Regula & Prælati arbitrio tutius relinquenda.

Qui tempeſtiuè prouidebunt.

Burſf. diſt. 3 c. 20.

Clim. grad. 8.

DISQVISITIO XII.

Quænam Senibus piè indulgenda?

Duo Senibus indulgenda.

Cap. 37. Reg.

DVobus omnino capitibus cõtinentur ea, quæ S. Legiſlator ſenio affectis ex indulgentia concedit, prius ſic explicat: *Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, & nullatenus eis diſtrictio Regulæ teneatur in alimentis.* Poſterius hoc modo: *Sed ſit in eis pia conſideratio, & præueniant horas canonicas.* Circa vtrumq; autem nonnulla ſunt annotanda.

I. Non tenentur ad rigorem Regulæ in alimentis.

Turrecr. in c. 37. Reg.

Boër. in c. 37. Reg.

Fruct. in Reg. c. 8.

Primvm, illud *vt nullatenus eis diſtrictio regulæ teneatur in alimentis*, exponit Turrecremata: ſiue in qualitate, ſiue in quãtitate ciborum, videlicet vt non ſic agatur diſtrictè cum ſenibus & infantibus, quomodo Regula iubet. Petrus verò Boetius putat etiam eis carnes quadrupedum aut volatilium miniſtrandas. Et iam olim S. Fructuoſus Epiſcopus ita his præſcripſerat: *Cibi quibus reficiantur, teneri & molles ex induſtriâ ab hebdomadariis coquantur, & carnes, & vinũ propter imbecillitatem, moderatè eis præbeantur.* Verùm, ſaluo meliori iudicio, crediderim in his cuiuſque Congregationis Conſtitutiones ſequendas, aut prudentum Superiorum relinquẽdum arbitrio. Cùm autem *alimentorum* nomine, vt Silueſter annotauit, in legatis veniant veſtimenta & calciamenta, lectus, habitatio, & huiuſmodi, ſine quibus homo viuere nõ poteſt; vult Boërius etiam de his omnibus Senibus proſpiciendum. Et de veſtibus ita Fructuoſus: *Veſtimentum verò & calciamentum ſic eis præbeantur, vt abſque foco frigoris ab eis aſperitas arceatur.* Quantùm verò Senum Mona-

Quæ alimentorum nomine veniant.

Silueſt. v. Alimentum.

Fruct. ſupr.

VALETVDINARIVM. Greg l. 11. epist. 16. S. Gregorij erga ſenes Monachos cura.

Monachorum curam habuerit Magnus Gregorius, ipſe in epiſtolâ ad Ioannem Abbatem de monte Sina teſtatur, ita ſcribens: *Cognouimus, lectos vel lectiſternia in Gerontocomio, quod à quodam illuc Iſauro conſtructum eſt, deeſſe. Propterea miſimus lanas 15. racanas 30. lectos 15. pretium quoque de emendis culcitris vel naula dedimus: quæ dilectionem tuam petimus non indignè ſuſcipere, ſed in loco quo tranſmiſſa ſunt præbere.* Lænæ autem & Racanę, vt infrà exponemus, ſunt lectorum operimēta, aut viliores veſtes. Animaduertis porrò non modò de indumentis aut operimentis ibidem Senioribus proſpectum, verũetiam de habitatione, quam *Gerontocomium*, id eſt, Senum hoſpitium, ſeu locum in quo curantur, nominat. Sed & de Theodoſio Cœnobiarcha ſuprà iam diximus, quod Monachis Senibus aptum extruxerit *Gerontocomium*.

Deputata ipſis ſeparata domus. Sur. in vit. 11. Ianuar.

Cùm autem tempore S. BENEDICTI non haberent Religioſi ſinguli diſtinctas cellas in quibus dormirēt, & in clauſtro vel alibi ſtudio lectionis vacarent; magna tum erat ratio Senibus particularia aſſignādi cubicula: tum quòd difficile illis eſſet dormitorium aſcēdere & deſcendere, tum quòd ob tuſſim illis vſitatam facilè alios excitarent, & nec conueniret vt illi ad nocturnas excitarentur vigilias; tum denique, quod cum reliquis hieme in clauſtro degentes, durum eſſet frigus pati.

Idq; neceſſario.

Præter hęc autem vult S. Fructuoſus, vt Senes à *priſtino & coquinarum vice excuſentur, & ab agro, & duro labore quieti vacent, excepto quòd aliqua leuia opera eis iniungantur, ne feſſa ætas, ante tempus frangatur.* Quæ quidem ex mente S. BENEDICTI ſtatuta eſſe affirmauerim, nam & ipſe à coquinæ officio ægritudine detentos excuſat, & fratribus infirmis vel delicatis talem operam vel artem iniungi vult, *vt nec otioſi ſint, nec violentiâ laboris opprimantur.* In horum autem cenſu, ſine dubio veniunt Senes.

Alia à quibus excuſati ſenes. Cap. 35. Cap. 48.

Notanda autem & hîc ſunt quæ pro ſuis ſenibus Fuldenſes olim Monachi ſupplici Libello à Carolo Magno petebant, nimirum: *Quod infirmorum Senum videlicet & debilium; neque penuriâ victus affligantur, neque veſtitus paupertate conterantur; & nec ineptiis aliquibus vexentur; ita vt nec baculum eis pro ſuſtentatione ferre liceat, nec ad inclinatorium, quod nos formulam dicimus, morando hærere: quia cæcus & claudus, non poſſunt ſine ſuſtentatione baculi benè incedere; nec decrepitus, ſine formulâ, genua flectere. Hoc rogamus, vt tales propter faſtidium de Monaſterio non eiiciantur, ne fortè in cellis ſub laicis conſtituti, ſine confeſſione & neceſſario vitæ viatico moriātur.* Sic illi. Æquiſſima erat horum poſtulatio, nam vt reliqua omittā, neceſſarium pænè eſt, vt

Fuldenſium pro ſuis ſenibus ſolicitudo. Antiq Fuldenſ. l. 1. c. 12. n. 3.

——— *Baculo incumbens ruitura ſenectus,*
Aſſiduo pigram verbere pulſet humum.

Cornel. Gallus.

ALTERVM quod S. P. BENEDICTVS Senibus indulget, eſt, vt *præueniant horas canonicas*; ſiue regulares horas, quibus communiter comedit conuentus. Quomodo autē præueniendæ ſint horæ iſtæ, exponit Boërius, nimirùm, vt vel vna hora citiùs quàm alij manducent, ſicut ſtatutum eſt de ſeptimanariis coquinæ, & lectore menſæ, vel per duas aut tres horas, ſi eorum imbecillitas hoc expoſcat, nam pro his nullam horam Legiſlator expreſſit, ſicuti pro prioribus fecerat. Crediderim hoc ita intelligēdum, vt quamuis aliquot horis ante cōmunem refectionem comedant, ſiue ientaculum aliquod aut merendam ſumant, liceat eis rurſus cum conuentu ad communem menſam, vel aliam, ſi eis permiſſa ſit, accedere: ac proinde eis hîc facultatem concedi ſæpius manducandi in die. Ratio autem eſt, quòd ſenes nequeant ſimul totum alimentum naturæ ſufficiens ſumere: id enim ob caloris defectum, qui ſenectutem comitatur, concoquere non poſſunt: quare pauciori quàm iuuenes indigent cibo, ſed frequentius aſſumpto. Et habebat hoc peculiarem rationem tempore S. BENEDICTI, quando vel ad ſextam, id eſt, noſtram duodecimam, vel ad nonam comedebant horam, id eſt, ad tertiam pomeridianam. II.

Senes poſſunt præuenire horas canonicas. Quomodo id intelligendum. Cur ſæpe ipſis comedendum.

Videntur autem & hi ſenes eximendi à ieiuniis ſaltem Regulæ, iuxta prudentis Superioris arbitrium. Boërius ſanè dicit, eos non vſquequaque ad ieiunium obligari. Conſtitutiones Clericorũ Regularium Theatinorum conformiter ita ſtatuunt: *Senum, & qui imbecilli ſunt corporis valetudine, ratio habeatur. Si Præpoſito viſum fuerit, ieiunandi eos lege ſoluat.* Et meritò quidem ita decernunt. Senum enim ſanitas non eſt firma & conſtans, ſed fallax & incerta; mediaq́ue inter morbum & ſanitatē perfectam, vt teſtatur Galenus, cuius & hæc ſententia: *Scire licet ſenilis corporis ſtatum, quoniam ex leui momento in morbum decidit; ſimili ratione iis, qui ex morbo conualeſcunt in victu eſſe curandum.* Sicut ergo conualeſcentibus, qui totum cibum naturæ neceſſarium vnica vice accipere non poſſunt, & cetera diei parte abſtinere, ieiunium relaxatur: eadem ratione id Senibus & ſimiliter conſtitutis erit indulgendum.

A ieiuniis regularibus eximendi. Conſtit. Cler. Reg. p. 2. c. 4. Nec ſine cauſâ. Galen l. 5. de ſanit. tuenda.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM
EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SÆCVLVM.

MONA-

MONASTICARVM

DISQVISITIONVM

LIBER DVODECIMVS:

DORMITORIVM,

SIVE

DE QVIETE ET CELLIS.

Deus creator omnium, políque rector veſtijt
Diem decoro lumine, noctem ſoporis gratiâ.
Artus ſolutos vt quies reddat laboris vſui,
Mentéſque feſſas alleuet, luctúque ſoluat anxios.
Ambroſ. in Hymno ad Veſperas.

ARGVMENTVM.

QVOT apud Hebræos, Chriſto teſte, ſunt horæ diei, tot voluminis noſtri conſtituimus libros; quibus ſingula Monaſterij huius obiuimus, & pro modulo noſtro deſcripſimus loca. Sic nimirùm dies operi, horæ libris, horarum quadrantes Tractatibus, minuta quodammodo reſpondent Diſquiſitionibus. Vndecima itaque hora, vndecimum abſoluimus librum, vt de eo quod ſupereſt Lectoribus meis illud dicere queam: Ioan. 11.
Filioli, nouiſsima hora eſt: 1. Ioan. 2.

—— Et iam nox humida curſu Virg. 2. Æneid.
Præcipitat, ſuadentq́; cadentia ſidera ſomnum.

Quonam autem diurno ac diuturno labore fatigatum lectorem opportuniùs deducam, quàm ad locum quietis? Exhibet hunc duodecimus hic liber, quem DORMITORIVM indigitamus, quaſi Saluatoris illud vſurparemus:

Dormite iam, & requieſcite. Math. 26.

Spectaſtis hactenus orantes, laborantes, legentes, corpora curantes,

Digitized by Google

DORMITORIVM rantes, Hoſpitibus, Infirmiſque aſſiſtentes, & iter agentes Monachos, reliquum eſt dormitum euntes, & quieſcentes hoc libro comitemini. Poſtremus fratrum ſuorum eſt, adeoque minimus, minimo labore legendus, non tamen negligendus, aut in poſtremis habendus. Abſque eo enim imperfecta eſſet Cœnobij ipſius, quod hoc Opere depinximus, conſtructio. Tribus autem concluditur tractatibus, quorum *Primus* eſt, de Religioſorum lectis. *Secundus*, De ratione dormiendi. *Tertius*, De Monachorum Cellis. Explicantur autem hoc libro Regulæ capita VIII. XI. & LV. ex parte, XXII. ex toto.

TRACTATVS I.

DE RELIGIOSORVM LECTIS.

AD DORMITORIVM *admiſſi, locum ipſum & Religioſorum ſtrata conſiderabimus. De quibus erunt hæ Diſquiſitiones.* Prima, *Quid & quale Religioſorum* DORMITORIVM? Secunda, *Quid de Religioſorum in Regulâ præſcriptum Lectis.* Tertia, *Cur & quando Lecti ſcrutandi?* Quarta, *Quid Lectiſternia, & quot, aut qualia Monachis aſſignata?* Quinta, *Quid Matta; & quis eius apud Monachos vſus?* Sexta, *Quid Sagum? Quid Læna? Quid Capitale?*

DISQVISITIO I.

Quid, & quale Religioſorum Dormitorium?

IN libri huius limine ipſum DORMITORII nomen & rem expendemus. Vox priſcis vſitata. Plinius ſecundus nunc *Dormitorium membrum*, nunc *Dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem ſonumq; excludit*, nominat. Hunc pro more imitatus Sidonius Apollinaris: *Cùm ego*, inquit, *meique Dormitorium cubiculum petierimus.* Alij ferè ſubſtantiuè extulerunt, Beda: *Hæc tunc in Dormitorio ſororum pauſans.* Plura loca in ſequentibus occurrent. Græcis eſt Κοιτῶν Κοῖτον & Κοιτών. Moſchopulus: Κοιτὼν κυρίως μὲν οἶκος περιέχων κοίτας πολλάς, id eſt, *propriè domus complectens lectos multos.* Dicitur etiam κοιμητήριον. Athenæus: *Sunt vbique in domibus duo loca conuiuiis celebrandis aſſignata, quorum alterum vocant* ἀνδρῶνα, *alterum, in quo hoſpites dormiunt*, κοιμητήριον. ἀπὸ τοῦ κοιμάω, id eſt, *dormio.* Hinc quia Chri-

(Plin. l. 2. epiſt. 17. Idem l. 5. epiſt. 6. — Dormitorij nomen. — Sidon. l. 2. epiſt. 2. — Bed. lib. 4. hiſt. Angl. c. 23. — Græcis eſt, κοιτών. — Moſch. in Sched. — Et Cœmeterium. — Athen. l. 4. Deipnoſ.)

A ſtianis mors ſomnus, reſurrectio euigilatio, aut à ſomno excitatio eſt, loca in quibus fideles ſepeliũtur, *Cœmeteria* appellata.

Porrò quod rem ſpectat, non Monachis tantùm, ſed & Canonicis olim ſua in communi fuerunt *Dormitoria.* Concilium Turonenſe: *Canonici & Clerici Ciuitatum, qui in Epiſcopiis conuerſantur, conſiderauimus vt in clauſtris habitantes ſimul, omnes in vno Dormitorio dormiant, ſimulq; in vno refectorio re-*

(Canonicis olim aſſignatum commune Dormitorium. — Conc. Turon. c. 23.)

B *ficiantur.* Meldenſe ſub Sergio II. *Canonici in Ciuitate, vel Monaſteriis, ſicut conſtitutum eſt, in Dormitorio dormiant, & in refectorio comedant.* Synodus item Aquiſgranenſis: *Sint etiam interius Dormitoria, refectoria, cellaria, & ceteræ habitationes vſibus fratrum in vnâ ſocietate neceſſariæ.* Leo IX. apud Gratianum: *Omnibus vnum ſit refectorium & Dormitorium, ſeu cetera officinæ ad vſus Clericorum neceſſaria.*

(Concil. Meld. c. 32. — Conc. Aqu. c. 117. — Grat. cauſ. 12. q. 1.)

Et

Et verò cùm Clauſtri, tum *Dormitorij* Collegiatarum & Cathedralium Eccleſiarum in Belgio pluribus locis hodieque exſtant manifeſta veſtigia, & Collegiorum decreta Canonicis propoſiti ſolita.

Dormitoria olim non habebant diſtinctas cellas.

Monaſticum autem Dormitorium non erat olim, vt nunc, cellis & parietibus diſtinctum, ſed in amplo quodam cubiculo plurimi ex ordine certis quibuſdam interuallis collocabantur lectuli, eo ferè modo quo nunc in Xenodochijs diſpoſita videmus cubilia. Patet id apertiſſimè ex Regula S. P. BENEDICTI: *Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant: ſi autem multitudo non ſinit, deni aut viceni cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſolliciti ſint, pauſent.* Idem ſanciuit S. Cæſarius Arelatenſis: *Omnes*, inquit, *diuiſis lectulis in vna maneant cellula. Quæ verò ſenes ſunt, & infirmæ, ita illis conuenit obtemperari vel ordinari, vt non ſingulæ ſingulas cellas habeant, ſed in vna recipiantur omnes, vbi & maneant.* Eundem ſecutus S. Aurelianus: *Nulli liceat cellam, aut armariolum, aut aliquid eiuſmodi, quod peculiariùs claudi poſſit, habere.* Regula Ferreoli: *Cellam ſingularem, præter Abbatem, neque ad manendum, neque ad alium quemcumque vſum vlli habere liceat Monachorum.* Sed & his antiquior S. Baſilius idem inſinuat, monetque, ne iuniores nimis ſibi inuicem dum dormiunt, iungantur: *Quandocumque*, inquit, *capiendi ſomni cauſſa cubandum, caue ne veſtimenta inter ſe mutuo ſibi veſtra propinquent, potiuſque medius inter vos aliquis ſemper adhibeatur Senex.* Regula Poſthumij: *Procul ab inuicem contextas vites ſternite; cùm ad dormiendum ſeceditis, interſtitium cubitus habeatur vnius: ne, dum ad inuicem proximant corpora, nutriantur libidinis incętiua.* Quod totidem verbis deſcripſit Fructuoſus. Regula Iſidori: *Fratres omnes in vno conclaui commorari decet: Quod ſi difficile fuerit, certè vel decē quibus vnus proponendus eſt Decanus, quaſi Rector & cuſtos.* S. Auſtreberrha, *cùm poſt matutinum cognoſcere vellet, an cunctæ quieſcerent, progrediebatur leniter per Dormitorium, inſpiciens lectulos ſingularum.* Non potuiſſet autem S. Abbatiſſa dormientes videre, niſi in vno loco parietibus non interſtincto quieuiſſent.

Cap. 22. *Probatur ſupius.*
Cæſar in Reg. Monial cap. 9. 7. 10. 11
Aurel. in Reg. c. 8.
Ferr. Reg. c. 16.
Baſil. ſerm. de abdicat. rerum.
Vit Patr. l. 1.
Fruct. in Reg. c. 17.
Iſid in Reg. Monach. c. 13.
Sur in vit. 20. Febr.

Atque ita quidem habebat olim primæua Ordinis noſtri inſtitutio. Succedentibus verò temporibus, ipſum Dormitorium parietibus & cellis inſtrui cœptum. Eas tamen tanquam inſtituto Monaſtico contrarias S. Eugendus Abbas abrogauit, vt vitæ auctor refert. *Iſte*, inquit, *etiam refutato Archimandritatum more, vtiliùs omnes vniuit in medium. Deſtructis namque manſionum adiculis, vno cunctos ſecum Xenodochio quieſcere fecit, vt quos cauſſa vnitæ refectionis vna claudebat adicula, diſcretis quoque lectulis vna ambiret & manſio. Cui tamen lumen diei, ſicut in oratorio, indeficiens noctibus præbebatur.* Quæ etiam dormiendi ratio, vt nimirùm à tranſeuntibus dormientes videri poſſent, ſeruata fuit in Anglia tempore S. Dunſtani & Lanfranci. Viguitque idem mos anno Chriſti 1225. vt patet ex Capitulo generali illo anno in Monaſterio S. Andreæ apud Northampton celebrato. Benedictus tandem XII. in vniuerſo Ordine Cellas è Dormitorio his verbis eliminauit: *Statuimus & Ordinamus, quod in ipſis Dormitorijs cellæ de cetero nullæ fiant & iam factæ nullatenus dimittantur, ſed per Antiſtites in Cathedralibus Eccleſijs Monachalibus, & per Abbates vel alios Prælatos principales in Monaſterijs ac Prioratibus, & locis alijs per illos, qui eis præfuerunt, infrà quatuor menſes à tempore quo ſtatutum ſeu ordinatio huiuſmodi ad eos peruenerit, deſtruantur.* Ita Pontifex.

S. Eugendus cellulas abrogauit.
Apud Sur. 1. Ianuar.

DORMITORIVM.

Benedictus XII. per totum Ordinem ipſa fieri iuſſit.
Benedict. c. 26.

Cui præcepto Monachi in Anglia accuratè obedierunt, quin & in Capitulo anni 1341. nonnihil illi addendum putarunt; ita enim ſcribunt: *Cellas in Dormitorio fieri Benedictus Papa XII. prohibuit: noſque hoc adijciendum decernimus, quod vt tollatur omnis mali ſuſpicio, lecti Monachorum velaminibus, ſi quæ fuerint, amotis & perticis, ita ſint ordinati, vt in ipſis lectis exiſtentes, vel iuxta ſine obſtaculo, quocumque die, noctuque continuè valeant à Cuſtodibus Ordinis, & alijs tranſeuntibus intueri.* Idipſum repetitur in Capitulo prouinciali anni 1444. Cluniacenſes quoque in Capitulo generali ſub Ioanne Bourbonio, Abbate Cluniacenſi 42. anno 1458. ita decreuerunt: *Vt in Dormitorijs cellæ iam factæ contra ſtatuta Ordinis nullatenus dimittantur, ſed per Superiores indilatè deſtruantur.*

Quod paſſim factum.
Stat. pro-uin. a. 1341. c. 15.

In initio Præmonſtratenſis Ordinis, vt Lairuelz ait, in amplis Dormitorijs, nulla parietum poſitione diſtinctis, velut in Xenodochijs, ſuum quiſque cubile obtinebat, vno circiter paſſu ab alijs ſeparatum, prout etiam nunc videntur Præmonſtratenſe & Belleuallenſe Dormitoria fuiſſe aliàs compoſita. Et in maioribus Collegijs mendicantium, veluti Pariſijs apud Minores, vaſta cernuntur dormitoria, in quibus Iuniores, nulla inter lectulos parietum ſeparatione, dormiunt.

Præmonſtratenſium quale olim Dormitorium.
Laira. tom. 2. Catechiſ. apuit lect. 25. doc. 3.

Durante porrò hac Dormitorij forma, Religioſi in Capitulo vel in Clauſtro legebant, cantabant, & ſtudijs incumbebant. Dormitorium verò nonniſi quieti & dormitioni Religioſorum, iuxta nominis etymon, deſeruiebat.

DORMITORIVM.

DISQVISITIO II.

Quid de Religioſorum in Regula præſcriptum Lectis?

Luxus Lectorum vitandus. Clem. Alexand. lib. 2. Pædag c. 9.

CVBILE nobis nunc adeundum, lectuſque, & quæ ad eum pertinent, euoluēdus. Principio autem monet Chriſtiauus Pedagogus, ſpernēda pretioſa vel ipſo ſomno molliora cubilia. *Nobis*, inquit, *vt rationi eſt conſentaneum, ſimplici & frugali cubili vtendum eſt, quod habeat id quod nos iuuet commoderatum & conueniens: ſi ſit æſtus, quod protegat: ſi* B *ſit frigus, quod foueat. Sit autem lectus non affabre, & curioſè factus.* Hæc ille. Longiſſimè ab hoc luxu priſci fuêre Monachi, quibus nuda humus lecticam vt plurimùm præſtabat. De ſeipſo Hieronymus: *Si quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nudâ humo vix oſſa hærentia collidebam.* Idem in Hilarione: *Super nudam humum ſtratumque iunceum, vſque ad mortem cubitauit.* Huc ſpectant chameuniæ, quarum honorificè alibi meminit. Sidonius laudat Fauſtum Epiſcopum,

Veteres Monachi humum pro lecto habuerunt. Hieron. epiſt. 22. Hieron. in Iſai c. 41. Sidon. carm. 16.

Succinctos gelido carpentem ceſpite ſomnos. C

Paulin. l. 4. Paulinus de S. Martino:

At ſi quando breui ceſſiſſent lumina ſomno,
Nuda humus ad tenuem ſat erat ſubiecta ſoporem.

Vit Poſth. c. 6. Poſthumius, ne ſomno plus indulgere videretur, *paululum ſuper ſaxa requieſcebat, vt cùm duritia lectuli doloribus ageret corpus, ſtatim ad Dei conſurgeret opus.* Pachomius Monachis ſuis pro lecticis ſellas recliuas aſſignauit: *Non dormiat*, inquit, *quis præter reclinam ſellulam.* Id eſt (interprete Gazæo) retrò inclinatam, ac reſupinam, vt ei incubantes ſomnum caperent. D

Pachom in Reg. art. 50.

Quid de ſuis ſtatuat S. Benedictus. Cap. 22.

De noſtrorum autem lectis & dormiendi modo, hæc S. BENEDICTVS: *Singuli per ſingula lecta dormiant. Si poteſt fieri omnes in vno loco dormiant. Si autem multitudo non ſinit, deni, aut viceni, cum ſenioribus ſuis, qui ſuper eos ſolliciti ſint, pauſent. Candela iugiter in eâdem cellâ ardeat vſque manè. Adoleſcentiores fratres, iuxta ſe non habeant lecta, ſed permixti cum ſenioribus.* Notat hîc Boërius & ex eo Turrecremata, ſeptem circa cuſtodiam caſtitatis & dæmonum verſutias repellendas à S. BE- E NEDICTO inſinuari.

I. *Vetat lectorum ſingularitatem.* Iſidor. Reg. cap 13. Reg. c. 17. Chryſoſt. hom 14. in epiſt. ad Timoth.

PRIMVM eſt, lectorum ſingularitas, ne ſcilicet duo in vno iaceant ſtrato, quod etiā in Regula Poſthumij, vt vidimus, præſcriptum. Similiter & ab Iſidoro: *Duobus in vno lecto iacere non licet:* quæ ferè habet Fructuoſus. Monachi quos laudat Chryſoſtomus, ſingulis ſtoreis, & humi cubabant.

II. *Vult in vno loco dormire omnes.*

SECVNDVM, vt in vno loco dormiant omnes, quo ſibi inuicem teſtes & cuſtodes ſint caſtitatis & honeſtatis. Non debet ergo ex A mente S. BENEDICTI Dormitorium diſtingui per cellas, & vnicuique peculiare aſſignari cubiculum: Collige & hinc, ſi omnes vno loco debeant dormire, ergo & Abbas, quod expreſſè præſcripſit Iſidorus: *Abbatem cum fratribus pariter in congregatione commorari oportet, vt communis conuerſatio & teſtimonium bonæ vitæ, & reuerentiam præbeat diſciplinæ.* Sic ille. Et S. Aurelianus cùm in Regula præſcripſiſſet, vt omnes diuiſis manerent lectulis, ſubiungit: *Sanctus Abbas extra Congregationem non maneat.* Et hanc eſſe S. BENEDICTI mentem, Concilium Francofordienſe expoſuit, dicens: *vt Abbas cum ſuis dormiat Monachis ſecundùm Regulam S. BENEDICTI.*

Etiam Abbas. Iſidor. Reg. cap. 13. Aurel Reg. cap. 13. Conc. Frācof. can. 13.

III. Iſidor. Reg. c. 13.

TERTIVM eſt, ſolicitudo & vigilantia Seniorum, qui ſuper denos, aut vicenos ſolliciti ſint, quod Decanorum officium eſt, ab Iſidoro quoque præſcriptum.

IV. *Candela in eodem loco ardeat tota nocte.* Ibid.

QVARTVM eſt, vt *candela iugiter in eadem cella ardeat vſque manè.* Idem habet Iſidorus: *Lux*, inquit, *nocte dormiētium locum illuminet: vt depulſis tenebris, teſtimonium pateat ſingularis quietis.* Quod ſcilicet ſinguli per ſingulos dormiant lectos. Atque hæc prima cauſſa C luminis. Alteram addit Smaragdus, vt videant diuerſi, quomodo vnuſquiſq; lectum ſuum componat, ſeque collocans lectulo ponat. Tertia eſſe poteſt, ne quis ad alterum nocte accedat. Quarta, vt ſi vrgente neceſſitate aliquò eundum ſit, lumen accipi poſſit, & vnuſquiſque ſuum inueniat ſtratum. Candelam hanc S. BENEDICTVS alibi vocat *lucernam*, & plerumque ſolet eſſe lampas, & in Caſſinenſi Dormitorio, vt Nicolaus ait, ſeptem de nocte ſolebāt accendi lampades. Ad huius textus obſeruationē Petrus Ve- D nerabilis talem edidit ſanctionem: *Statutum eſt, ne quis fratrum noſtrorum, in proprijs ſaltem locis, ſine lumine noctibus dormiat. Qui ſi adeò pauper fuerit, vt propriam lucernam in dormitorio ſuo prouidere non poſſit, illam quæ in Eccleſia fuerit, accipiat, & ad dormitorium transferat.*

Rationes huius decreti. Cap. 41. Petr. Ven. in ſtatut. num. 47.

V. Tract. 8. diſq 2.

QVINTVM, vt dormiant veſtiti, de quo actum ſuprà in veſtiario.

VI. *Adoleſcentiores non ſimul dormiant.*

SEXTVM, vt adoleſcentiores fratres mixtim dormiant cum Senioribus, vt eorum reprehēſionem timentes, vigilantiores ſint ad cuſtodiam religionis. Ait enim Bernar- E dus: *Securus accedit tentator, vbi non timetur reprehenſor.*

VII. *Excitandi ſomnolenti.*

SEPTIMVM eſt, ne propter grauitatē ſomni aliquis prætendat excuſationem ad ſurgendum: *Surgentes verò ad opus Dei, inuicem ſe moderatè cohortentur, propter ſomnolentorum excuſationes.* Hoc tamen honeſtè faciendum eſt, aut ſonitu oris, aut pedis in terra, aut tactu lecti, abſque eo tamen quod dormiens tangatur, inquit Turrecremata.

DISQVI-

DISQVISITIO III.

Cur, & quando Lecti ſcrutandi?

Cap. 55. Lecti ſcrutandi propter proprium.

PRIVS illud S. BENEDICTVS ita definit: *Quæ tamen lecta frequenter ab Abbate ſcrutanda ſunt, propter opus peculiare ne inueniatur: Et ſi cui inuentum fuerit, quod ab Abbate non accepit, grauiſſimæ diſciplinæ ſubiaceat.* Neceſſe fuit hoc circa lectos prohibere, cùm enim olim cellas Monachi non haberent, ſi quid peculiariter vellent recondere, nullibi commodius id poterant, quàm ſub lectica. Ita apud S. Dorotheum frater quidam, fabas, palmulas, ficus, cepas, & alia id genus ſurripiebat, quæ ſub lectulo occultabat. Hinc præſcripſit Aurelianus: *Nullus circa lectum ſuum quod manducare aut bibere poſſit reponere præſumat.* Regula Donati: *Quæ ſoror ad lectum ſuum, quæ ad manducandum vel bibendum pertinent, præſumpſerit occultare, publicè coram omnibus arguatur, & tunc demum palam cunctis præſentibus obiurgata ſuperpoſitionem ſuſtinere cogatur.* Hac igitur cauſsâ voluit S. BENEDICTVS lectulorum ſubinde inſtitui ſcrutinium, ne fortè *opus peculiare*, vt loquitur, ſiue peculium aliquod ibidem deprehendatur abſconditum.

Doroth. ſerm. 11. Quod facilè ſub ijs occultabatur.
Aurel Reg. Monach. cap. 7.
Reg. Don. c. 24.

Quoties viſitandi lecti.

Sed quoties hoc ſcrutinium inſtituendum? Tempus nullum à Legiſlatore deſignatur, ſed *frequenter* id fieri vult. Caſſinenſes hûc textum ita declarant: *Prælati, qui vel quibus ipſi mandauerint, bis aut ter in anno ſcrupuloſè omnes cellas viſitent, aut viſitari faciant.* Ita illi. Quod tamen vix videtur eſſe frequens. Iſidorus Hiſpalenſis ita ſtatuit: *Per ſingulos menſes Abbas, ſiue Præpoſitus, lectulos cunctorum perſpiciat, ne quid indigeant fratres, nec ſuperfluum habeant.* Frequentiorem lectulorum inſpectionem præſcripſit Regula Cuiuſdam ad Virgines: *Omnibus Sabbatis poſt horam orationis Nonam, tam Senior quàm iuniores Præpoſitæ lectos omnium Sororum viſitent, propter earum negligentias inquirendas, aut ſi aliquid inueniatur illicitè, & ſine commeatu retentum.* Sic ibi. Sed omnium frequētiſſimè lectulorum inquiſitionem præſcripſit S. Fructuoſus: *Lectula ſingulorum Abba vel Præpoſitus bis in hebdomada reuoluat, atque perſcrutetur, vt videat ne quis ſuperfluum aliquid illic, vel occultum habeat.*

Iſidor. Reg. cap. 13. Quidam frequentior id fieri volunt.
Reg. ad Virg. c. 2.
Fruct. in Reg. c. 17.

Coronidis vice SS. Monachorum imitatione dignum exemplum hîc ſubijcere liceat: Quadringenti & quinquaginta illi Monachi, quos vno die Gemmeticēſe Monaſterium cœlo dedit, cùm ex S. Aichadri Abbatis conſilio ſe ad mortem præpararent, inter cetera, quæ egregiè præſtabant, etiam lectotum ſcrutinium propter opus peculiare ſibi faciendum putarunt: ne ignorantibus fortè aliquid ſubrepſiſſet, ita enim in vitâ ſcribitur. *Nec minùs erat videre proprios lectos, ne quid furtiuum inter paleas lateat, penitus euertere, tanto adeò ſtudio, vt ſi pilus cilicinus inueniatur, mox coram fratribus in medium proferatur. Sed neque hoc ſibi impunitum tranſire optabat is, qui attulerat.* Similem diligentiam Monachos Monaſterij S. Andreæ à S. Gregorio ſtructi obſeruaſſe ſuprà vidimus.

Gemmeticenſes Monachi ab hoc ſtudio laudati. Vit. S. Aich. c. 22. apud Sur. 15. Sept.
DORMITORIVM
Lib. 4 tract. 7. diſq 6

Et hinc fortè profluxerit ad noſtros actus expropriationis, vt vocant, de quo prouidè Caſſinenſes: *Mandamus omnibus noſtræ Congregationis Patribus, vt cùm finito capitulo ad propria Monaſteria applicuerint, in ipſorum reformatione Monaſteriorum, ante vel poſt Officialiū abſolutionem immediatè Breuiaria, & libros, & alia quæcumque, ſi habuerint concupiſcibilia, ſibi à fratribus deferri mandent, vel nunciari: Quæ omnia ipſorum arbitrio, & eorum beneplacito ſunt diſpenſanda, vt vitium proprietatis amputetur in Monachis.*

Vnde apud aliquos expropriationis actus.
Caſſin. ad c. 33. Reg.

DISQVISITIO IV.

Quid Lectiſternia, & quot, aut qualia Monachis aſſignata?

Lectiſternia, quid.

ALECTIS ad *Lectiſternia* tranſeamus. Quid illa? Calepino & Perotto dicū tur lecti, qui ſacrorū gratiâ in templis ſternebantur ad diſcumbendum, ſiue etiam pernoctādum. De quibus vide Ludouicum Viues. S. BENEDICTVS, & alij paſſim accipiunt pro eo, quod lectuli loco, aut ſuper ipſum ſternitur. *Lectus* enim, vt Varroni placet, dictus eſt *quod lectis herbis, frondibus, & ſtramentis fieri ſolebat.* Lectiſternia autem pro tegminibus aut coopertorijs etiam accipit S. Gregorius, dicens: *Ancillis Dei, quas vos Græcâ linguâ Monaſtrias dicitis, Lectiſternia emere diſpoſui, quia in lectis ſuis graui nuditate in huius hiemis vehementiſſimo frigore laborant.* Item: *Cognouimus lectos vel Lectiſternia in Gerontocomio deeſſe.* Vocat autem hæc *Lectiſternia* S. BENEDICTVS etiam *ſtramenta lectorum*, quòd ſolo, aut lecticæ quieſcendi gratia inſternantur. De quibus ait: *Lectiſternia pro modo conuerſationis ſecundum diſpoſitionem vel diſpenſationem Abbatis ſui accipiant.* Vbi primò explicandum quid illud ſit, *pro modo conuerſationis accipiant.* Varia enim hîc eſt interpretatio.

Viu ad l. 5. Auguſt. de ciuit c. 16.
Apud S. Benedictum.
Gregor l 6. epiſt. 23.
Lib. 11. ep. 16.
Dicta eidē ſtramenta lectorum.
Quid modus conuerſationis.

Primò.

PRIMÒ, Ioannes Cracsbeeck: *pro modo conuerſationis*, ait, hoc eſt, quæ conuerſationi & inſtituto Monachorum conueniunt. Inſtitutum enim Monaſticum omnes carnis illecebras, & voluptates abdicat, vitæ auſteritatem dictat. Lectiſternia proinde Monachorum eſſe debent non mollia, non pretioſa, ſed dura & vilia. Verùm id quidem, ſed non ſatis explicare videtur Legiſlatoris mentem. Quare

DORMITORIVM. Secundò. Columb. in MS Comment.

SECVNDÒ, Columbanus Vranck: *pro modo conuerſationis*, id eſt, vt vitam cuiuſque conſideret Abbas, videlicet ſenectutem, debilitatem, ægritudinem, aliamve neceſſitatem; ita vt diuerſa ſtragula pro cuiuſque conditione aſſignari velit. Sic Senibus & ægrotis plura, & etiam craſſiora tribuere licet tegmina.

Tertiò.

TERTIÒ, Boërius: *pro modo conuerſationis*, id eſt, ſecundùm qualitatem loci, in quo conuerſantur, quia in frigidis regionibus pluribus ſtramentis indigent fratres, quàm in calidis.

Quartò, Smaragdi & aliorum recta expoſitio.

QVARTÒ, Smaragdus, Bernardus Caſſinenſis & Turrecremata, Lectiſternia accipiunt pro locis vel locellis, in quibus lecti ſternendi ſunt. *Pro modo conuerſationis*, id eſt, vitæ, antiquitatis, debilitatis, neceſſitatis, ſeu alterius rei cauſſa. Quamuis autem hîc quædam ſit æquiuocatio in voce *Lectiſternium*, non improbabilis tamen hæc vltima expoſitio, vt voluerit S. BENEDICTVS non collocandos eſſe Religioſorum lectos ea ſerie & ordine, quo Monaſterium intrarunt, ſed *pro modo conuerſationis*, prout ſcilicet quiſque honeſtiùs, modeſtiùs, maiori grauitate & maturitate in Monaſterio conuerſatur. Hanc eius eſſe mentem ſatis patet, *Explicatur.* quia vult denos, aut vicenos cum ſenioribus, qui ſuper eos ſoliciti ſint, pauſare. Quiſque ergo Decanus iuxta Decaniæ ſuæ cubabat Monachos. Deinde vult adoleſcentiores fratres iuxta ſe non habere lectos, ſed miſceri Senioribus ſiue ætate, ſiue ſapientia, pietate, & maturitate. *Et probatur ex Capitulo Anglicano.* Atque ita præter citatos hunc Regulæ locum intellexerunt Patres Capituli generalis in Anglia Northamptoniæ anno 1444. celebrati, qui ita aiunt: *Statuimus quòd omnes tam Officiarij quàm Clauſtrales, ſecundùm diſpoſitionem dicti ſui Præpoſiti, ſinguli ſingula lectiſternia, ſeu cellas pro modo conuerſationis accipiant, ita quòd omnes, & ſinguli in vno loco, & ſub vno tecto, tam obedientiarij, quàm alij, ſi commodè fieri poterit, dormiant.* Sic ibi. Ex quo videas Lectiſternia pro modo conuerſationis diſponenda, non varia eſſe cubicula, ſed varios vno loco collocatos lectos.

Capit. North c. 3.

Monachi variè ſtratum compoſuerunt. Vit. Patr. l. 1. in Poſth. cap. 8. Marul l. 1. cap. 10. Athanaſ. in vitâ. *Cilicium pro lecto multis fuit.* Sulpit. in vit. S. Martini.

Vt verò *Lectiſternia* priori illa notione, quâ vel lectum, vel id quod illi pro tegmine inſternitur, ſignificat, accipiamus; Notandum non vno modo veteres Monachos ſtratum compoſuiſſe. Regula Poſthumij *contextas vites* procul ab inuicem ſterni iubet. In Monaſterio Thebaidis, in quo Euphraxia Virgo ſummis effulſit virtutibus, moris fuit, in terra, cilicino ſtragula tecta cubitare. Sãctus Antonius quieti membra concedens, *iunco contexto*, atque cilicio vtebatur. Eodem vſus & S. Martinus, vt auctor eſt Sulpitius. De Paulâ

A S. Hieronymus: *Mollia etiam in grauiſſimâ febre lectuli ſtrata non habuit: ſed ſuper duriſſimam humum ſtratis ciliciolis quieſcebat.* Cilicij vſum in Lectiſternijs reſumpſerunt Moniales Reformatæ Ordinis Ciſtertienſis in Monaſterio Valliſoletano S. Annæ, quarum Conſtitutiones ſic habent: *Lectus erit ſcabellum ex ligno, & culcitra ex ſtramine, tegumenta ſint ex lana alba, & puluinar ex cilicio. Poterunt habere linteamina ex cilicio.* S. Maurus *ſuper aggeſtum calcis & zabuli cilicio inſtrato* dormiebat. Re-

Hieron. epiſt. 27.

Cap. 4.

Fauſt. in vit. S. Mauri.

B gula Monacharum apud S. Hieronymum: *Chariſſimæ, volo vos ſingulis noctibus breui & & duro ſtrato vacare in cellulis veſtris, non in plumis, aut mollibus, ſed aut in paleis, aut ſtraminibus, imò in ligneis potius capſis, quam lectulis: vt & membra ſtrata potiùs lectum horreant, quàm affectent.*

Reg. Monachar. c. 12. apud Hieron. to. 9.

Quid pro Benedictinis ſtatutum.

Sed quid S. BENEDICTVS in Regula? *Stramenta*, inquit, *lectorum ſufficiant matta, ſagum, lana, & Capitale.* Hæc autem pauca ſatis ſunt, & à veterum inſtitutis non longè abeunt. Regula Solitariorum ita hæc re-
C præſentat: *Sufficiant autem ſtramenta lectorum Matta & cilicium ſuperpoſitum, Sagum, vel toxa, & capitale.* Quid verò hęc ſint, deinceps explicabimus.

Reg. Solit. cap. 49.

Quid alij præſcripſerint. Iſidor cap. 13. Reg.

Pro coronide autem hîc ſubijciam, quæ alij quidam circa hæc decreuerunt. Iſidorus: *Monachi ſtratus erit ſtoria, & ſtragulum, pelles lanatæ duæ, galnapis quoque, & facitergium, geminuſque ad caput puluillus.* Paulò aliter S. Fructuoſus: *In ſtramentis*, inquit, *competens adhibenda eſt diſciplina, nec ampliùs quidquam ab aliquo requirendum, quàm vnum*
D *ſtragulum, * calnabenque villatum, mattulam cum duabus lanatis pellibus arietum.* Regula Magiſtri: *In lectis habeant in hieme ſingulas mattas & ſagos, tumentatios ſingulos, & lanas: in æſtate verò pro lanis rachinis propter æſtus vtantur, & ante ipſos lectos ſingulas pelles vbi tergunt à ſordibus pedes, & ſic in ſuos lectos aſcendant.*

Fruct. Reg. cap. 4.

* Sic eſt in MS. Afflig. geo.

Mag. Reg. cap 81.

Frugalitas & paupertas in Lectiſternijs ſeruanda.

Circa hæc autem Lectiſternia frugalitatem & religioſam paupertatem ſeruare conuenit, nihil vt in eis mundum redoleat. Cauet hoc Cæſarius Arelatenſis: *Le-*
E *ctualia verò ipſa ſimplicia ſint: nam ſatis indecorum eſt, ſi in lecto religioſo ſtragula ſæcularia aut tapetia picta reſplendeant.* Non diſſimiliter S. Aurelianus: *Lectualia ſæcularia de coloribus facta in vſu non habeatis.* Regula Solitariorum: *Lectualia Monachorum nec nitida nimiùm nec abiecta ſint plurimùm: inter vtramque enim virtus diſcretionis tenenda eſt.*

Cæſa. in Reg. att. 42.

Aurel in Reg. c. 27.

Reg. Solit. c. 49.

DISQVI-

DISQVISITIO V.

Quid Matta? & quis eius apud Monachos vſus?

Matta idē quod ſtorea, teges, pſiathium.

MATTA, quæ alio nomine *Storea*, ſiue *Teges* dicitur, plerumque ex iunco, papyro aut ſtramine conficiebatur. Græcè dicitur ψίαθος, vel *Pſiathium*, quod ſæpiùs occurrit in vitis Patrum. Vita Pachomij: *Ingreſſus Monaſterium poſt orationem venit ad coquinam, & inueniens fratrem qui coquinæ præerat, Pſiathos* (id eſt, *Tegetes*) *operantem, quas vulgus Mattas appellat*, &c. Quadruplicem porrò vſum pſiathium, ſiue *Matta* habuit.

Vit. Pach. cap 43. — De eius vſu.

I. Super ea dormiebāt. Cap 3. Cap. 16. Cap 8. Cap. 10.

PRIMÒ enim, ſuper ea dormiebant. Vita Abraham eremitæ: *Nec non & vnum pſiathium, in quo cubitare ſolebat.* Vitâ Euphroſinæ: *In eadem cella demoratus eſt, in eodem pſiathio dormiens, in quo Euphroſina.* Vitâ Mariæ neptis Abrahæ: *Quinquaginta annos conuerſationis tuæ ſuper pſiathium cubitaueras.* Et aliquando dimidia parte ſe contegebant, vt pro lecto & ſtragulo eſſet. Vitâ Ioannis Eleemoſynarij: *Quanti ſunt modò, qui pſiathium habentes ſubtus dimidium, & ſuprà dimidium, non poſſunt extendere pedes ſuos.* Pro Matta autem Cluniacenſes S. Bernardi æuo culcitas ſuppoſuerunt, Ciſtertienſibus mattas velut ex lege præſcriptas retinentibus. Vnde Robertum nepotem ſuum, qui de Ordine Ciſtertienſi ad Cluniacenſes tranſierat, Bernardus reuocans, his verbis ei mattæ duritiem emollire conatur: *Fletus æternus & ſtridor ille dentium ante cordis oculos reductus pares tibi reddet Mattam & culcitram.* Guido Iuuenalis *Mattam* Monachicam definit, quę ex groſſiori iunco contexta ſit, prout, inquit, hodieque habent Monachi in maiori Monaſterio Turonenſi. Atque hîc primus & potiſſimus mattæ vſus, priſcorum humi cubationibus paulò commodior.

Cluniacenſes ei culcitam ſuppoſuerunt. — Bernard. epiſt. 1.

II. Sedebāt Matta pro ſede. Caſſ coll. 1. c. 23. Petr. Clun. l. 2. epiſt. 5.

SECVNDÒ, Pſiathium, ſiue Matta ſedem Monachis præſtabat. Caſſianus: *Deguſtare ſomnum pauliſper hortatus eſt, iiſdem ipſis quibus inſidebamus pſiathijs admonens incubare.* Petrus Cluniacenſis: *Ipſe ei in Matta Monachica, quæ ſedi illi contigua erat, aſſedit.* Heſychius *pſiathia* definit, *quæ in iudiciorum loco cathedris inſternuntur.* Commentarius in epiſtolas B. Pauli Ambroſio adſcriptus, idem inſinuat: *Sedentes*, inquit, *diſputent, Seniores dignitate in cathedris, ſequentes in ſubſellijs, nouiſſimi in pauimento ſuper mattas.*

In cap. 14. 1. Corinth.

III. Pro genuflexione. Lib. 2. Dialog. c. 11.

TERTIÒ, in Pſiathijs quoque genuflectebant & orabant, vt de S. Patre noſtro dicit Gregorius: *Præcepit vir Dei ſtatim eum in cella ſua in Pſiathio, quo orare conſueuerat, proijci.* Vide quæ ibi à nobis dicta.

A QVARTÒ, vtebantur & Mattâ cùm moriendum erat, vt patet ex Cæſario: *Præparate aquam calidam, vnde lauari debeam.* Et pòſt paululum: *Sternite Mattam*, &c. *tempus eſt migrandi.* Sed longè antiquiorem hunc fuiſſe vſum, S. Ephræm docebit, qui ait: *Perpende mente diem obitus tui frater chariſſime, quando obrigeſcens in tua iacebis tegeticula ſeu ſtorea.* Græcè, ἐν τῷ ψιαθίῳ. Addit in ſcholijs Gerardus Voſſius, ſe in longè antiquiſſima & nobiliſſima orientali pictura ipſius S. Patris Ephræm, vt iam mortui, & ſuper B ſtoream repoſiti vidiſſe effigiem, à Cardinale Cremonenſi, poſteà Gregorio XV. in libro quodam venerandæ antiquitatis ſibi oſtenſam.

DORMITORIVM IV. Mortuus Mattis ſubſternebantur. Cæſar. l. 7. cap 52. Ephræm tom. 2. paræn. 46.

DISQVISITIO VI.

Quid Sagum? Quid Læna? Quid Capitale?

Quid Sagum. Caſſ lib. 5. cap. 30.

POST Mattam ſubijcit S. BENEDICTVS *Sagum*, quę vox Caſſiano & priſcis ere C mi Patribus vſitata. Machetes Abbas ait ſe in Monachis reprehendiſſe, quod haberent in cellulis *Sagum*, quo etiam infirmitate vrgente vti coactus fuerit. Ioannes Abbas: *In tantum materialium rerum poſſeſſio ſuperercreuit, vt Sagum quoque, quod abſque verecundia referre non poſſum, ſub obtentu humanitatis ac ſuſceptionis huius, Anachoretæ in ſuis habere cellulis cœperint.* Meminit & eiuſdem Hieronymus non vno loco. Erat autem *Sagum* apud Romanos militare indumētum, quod armis ſuperinduebatur, vt ex Cicerone colligitur: Græcè σάγος. Apud Caſſianum D verò, & apud Monachos illos erat genus ſtragulæ veſtis, vel pallium villoſum, quo ſubinde ægrotantes præter ſolitum, & velut coacti vtebantur. Smaragdus noſter ita deſcribit: *Sagum, Gallicum nomen eſt. Dictum eſt autem Sagum, quadrum, eò quòd apud eos primum quadratum vel quadruplex eſſet. Nos autem modò per diminutionem à Sago ſagellum dicimus.* Ita ille, Iſidorum deſcribens. B. Hildegardis: *Sagum videlicet aut de groſſolino, aut de canabe factum, & ferè in modum ſacci formatum, & quodam genere ſtramentorum repletum, E & ſic ſuper mattam poſitum, quod Monachi pro lectiſternio habebant.* Cui conſentit Bernardus Caſſinenſis, dicens: *Puto ſecundùm intellectum modernum Sagum illud eſſe, quod continet fœnum vel paleas.* Addit Boerius: *quod nos dicimus Toſſerile.* Verùm probabiliùs crediderim, *Sagum* operimentum fuiſſe Monachalis lecti. Monachi enim in ipſa cubabant Matta. Seneca quoque Lucilium ſuum ad vilem lectum exhortans ait: *Grabatus ille verus ſit & ſagum.*

Idem collat. 19. c. 6. — Hieron. epiſt. 22. & in vit. Hilar. — Cic. Philip 8. — Apud Monachos. — Smarag. in c. 55 Reg. Vnde ſic dictum. — Iſid. 19. Etymol c. 24. B Hildeg. in Reg. — Quidam Sagum ponunt inter lectiſternia. — Non rectè. — Senec. epiſt 18.

Videndum iam quid *Læna*. Feſtus ait *veſtimenti genus duplicis habitus* eſſe, *quod quidam*

Quid ſit Læna. Feſt l. 10.

DORMITORIVM.

dam appellatum exiſtimant Thuſcè, quidam Græcè, quod chlanam dicant. Nonius putat eſſe veſtem militarem, Virgilij auctoritate innixus:

Virg. 4. Æneid.

Apud profanes ſcriptores.

> ——— *Tyrioque ardebat murice* Læna
> *Demiſſa ex humeris.*

Perottus: *Lano veſtis genus eſt militaris, villorum craßitudine calefaciens chlamydem, vtuntur hac hieme, ac ſupra omnia veſtimenta induunt. Varro Lanam à lana dictam putat. Ego potiùs* ἀπὸ τῆς χλαίνης *Lanam deductam exiſtimo, detractione primæ litteræ. Chlena autem* ἀπὸ τοῦ χλαίνειν *deducitur, quod tepefacere eſt.* Sic Perottus.

Varr. l. 4. de ling. Lat.

Monachis eſt ſtragulum.

S. verò BENEDICTVM pro lecti operimento vti manifeſtiſſimum eſt, in quo ſignificatione etiam vſurpatur à Gregorio Magno: *Cognouimus*, inquit, *lectos vel lectiſternia in Gerontocomio deeſſe: propterea miſimus Lænas quindecim, rachanas triginta, lectos quindecim, pretium quoque de emendis culcitris vel naula dedimus.* Vbi facilè colligis ſingulis lectis ſingulas tributas Lænas, geminas autem rachanas. *Rachana* autem, Roſweydo interprete, vile veſtimenti genus eſt: nam vt Leontius in vitâ Ioannis Eleemoſynarij: *Venumdabantur quatuor Rachanella numiſmate vno.* Fuiſſe portò & rachanas ex lecti opertorijs, tum ex hoc Gregorij loco, tum ex eodem Leontio collige, qui capite 26. de eodem Eleemoſynario ait: *Fecerat* (pauperibus) *quaſi tholos quoſdam prolixos, ligneis tabulis pauimento ſtrato ad requieſcendos eos, & ſimul cum ſtoreis & rachanis per totam hiemem.* Eodem fortè modo ſumpſerit Ennodius Ticinenſis ſcribens: *Lænam & racanas, cuius vos volueritis coloris, rubei, aut fuſci, mihi ſub celeritate dirigite.* Vbi vtrumque vocabulum coniungit, vti & Gregorius. Regula Magiſtri, vtrumque hoc verbum in eadē ſignificatione habet, & aliquid etiam

Greg. Regiſt. lib. 12. epiſt. 16.

Roſweyd. Onomaſt. Quid Rachana.

Leont. cap. 22.

Ennod. l. 9. epiſt. 17.

Sunt Lænæ viles & leuiores.

A lucis noſtræ huic interpretatinni adfert. *In æſtate*, inquit, *pro Lænis Rachinis* (ſiue Rachanis) *propter æſtus vtantur.* Leuiores ergo Rachanæ erant præ Lænis. In hieme autem læna ad tegendum quàm maximè idonea, quia duplicis habitus, ex lana & villorum craſſitudine calefaciens.

In Reg. Mag. cap 81.

Vnde crediderim Iſidorum Hiſpalēſem Lænas intelligere, cùm Monacho aſſignat *pelles lanatas duas.*

Iſidor. Reg. cap. 13.

B Verùm Smaragdus putat eam ab eodem Iſidoro *Galnapem* vocatam, ſic enim ait: *Læna ſpecies veſtis villoſa eſt, quam nos tonxam* (*aliàs toxam*) *vocamus: alij verò galnapem eam vocant.* Quid autem ſit *Galnapis*, vel *toxa*, doceri velim, inuenitur prius apud Iſidorum abſque vlla interpretatione. Menardus legendum putat *Galbanis*: hinc *Galbanatus*, galbane inuolutus apud Martialem:

Iſidor. Etymol. lib. 19. cap. 26.

Quid ſit galnapis apud Iſidorum.

Menard. in Concor. reg. c. 63.

> *Iacet occupato galbanatus in lecto.*

Mart. lib. 3. epiſt. 40.

C Apud Papiam, *Galbana genera veſtium à galbaneo colore, qui eſt ſublucidus & ſubalbus cum pallore.* Hinc capiendus Iuuenalis:

Sat. 2.

> *Cæruleo indutus ſcutulata & galbana raſa.*

Lenæ adijcit S. BENEDICTVS *Capitale* ſuo vocabulo ſatis notum: ſignificat enim puluillum capiti ſupponendum, ſicuti ceruical dicitur, quod ceruici ſupponatur, ſiue paleis, ſiue lana, ſiue plumis ſit plenū. Dubito autē an hac notione *Capitale* apud probatos D Anctores legatur. Inuenitur apud Pelagiū: *Videns autem Ægyptius veſtitum mollibus rebus, & budam de papyro, & pellem ſtratam ſub ipſo, & modicum Capitale de cartica ſub caput eius.* Bernardus: *Sit beata anima culcitra conſcientiæ puritas: ſit Capitale tranquillitas, ſit opertorium eius ſecuritas.* S. Franciſcus in Regula Clariſſarum, ſiue pauperum Sororum: *Quæ infirma ſunt, in ſaccis & paleis iaceant & habeant ad caput Capitalia cum pluma.*

Capitale, quid.

Voce ea qui vtantur.

L. 5. de vit. Patr. libell. 10 nu 76.

Bern ſerm. 2. in Feſt. Om. SS.

Cap. 8.

TRACTATVS II.

DE RATIONE DORMIENDI.

LECTVM *ſtrauimus, quid reliquum, niſi vt in eo quieſcentes capiamus ſomnum,*

> ——— qui corpora duris
> Feſſa miniſterijs mulcet reparatque labori.

Ouid. l. 11. Metam.

Dormiendi proinde rationem, modum, tempuſque hoc tractatu explicabimus. Primò, *quæritur quot horis dormiendum?* Secundò, *Quo corporis ſitu?* Tertiò. *Quid ab excitatione Fratribus agendum?*

dum? Quartò, *Num fas dormire poſt Nocturnas vigilias?* Quintò, *An ſaltem Dominicis diebus, & in Sanctorum feſtiuitatibus id non liceat?* Sextò, *Cur & quando meridiana dormitio Monachis permiſſa?* DORMITORIVM.

DISQVISITIO I.

Quot horis dormiendum?

Baſil. reg. breu. 43. CVM ſomnus mortis ſit ſoror, magnumq́; vt Baſilius ait, *adferat detrimentũ*, videlicet quod neque ſeipſum tum viuere aliquis ſentiat; hinc Scriptura
Hortatur S. Scriptura ad vigilandum. ſacra, & Patres paſſim nos ad vigiliam, & parcum admonent ſomnũ. Chriſtus crebrò
Marc. 13. inculcat illud, VIGILATE. *Videte*, inquit, *Vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit.*
Ibid. Itemque: *Vigilate ergò, neſcitis enim quando*
1. Petr. 5. *Dominus domũ veniat.* S. Petrus: *Sobrij eſtote,*
1. Cor. 16. *& Vigilate.* B. Paulus: *Vigilate ſtate in fide, vi-*
1. Theſſ. 5. *riliter agite & confortamini.* Et: *Vigilemus, &*
Item Patres. *ſobrij ſimus.* Sed ex Patribus audiendus Cle-
Clem. lib. 2. Pædag. c. 9. mens Alexandrinus: *Beati*, inquit, *qui ad Deũ vigilarunt, ſeipſos aſſimilantes Angelis, quos nos ἐγρηγόρους, hoc eſt, vigilantes vocamus. Dormiens enim homo nullius vllius eſt pretij, non magis quàm qui non viuit. Immodicus enim ſomnus, nec corporibus, nec animis noſtris vllam affert vtilitatem, nec ijs quæ verſantur circa veritatem omninò conuenit actionibus, etſi ſit ſecundum naturam. Si ergo cauſſas, quæ ad multum ac profundum ſomnum nos impellunt, præſciderimus, magis ſobriè dormiemus. Non enim oportet eos, qui inhabitantem & vigilantem intus habent rationem, tota nocte dormire.*
Baſil. in martyr. Iulittam. Baſilius: *Ne tu mihi*, inquit, *noctem, ceu peculiarem ac ſelectam temporis partem, totam addixeris ſopori, neu patiare vitæ totius medium nulla tuo vſu tibi præripi, dum ſtupido & inſenſibili ſomno lenteſcis: quin tu potiùs ipſam tibi diſpertitor noctem in ſomnum & orationem: imò ſomni ipſi pietatis exercendæ meditationes quædam ſint.*

Quandiu Monachis dormire ſit. Verùm vt magis ad rem veniamus, diſquirendum in particulari, quouſque ſomnus Monachis ducendus. *Primò* autem, B.
I. Arſenius dicere ſolitus eſt: *Sufficit Monacho,*
S. Arſenius vnam horã tribuit. *ſi dormierit vnam horam, ſi tamen pugnator eſt.* Idem autem cum tota nocte vigilaret, vel-
Lib. 5. vit. Patr. libell. 4. num. 3. letque circa mane propter ipſam naturam dormire, dicebat ſomno: *Veni ſerue male. Et ſubripiebat parum ſomni ſedendo; & ſtatim ſurgebat.* Sed hoc mirandum potiùs, quàm imitandum: excedit enim vires humanæ fragilitatis.

II. *Secundò*, S. Melania Romana, vt auctor vi-
S. Melania duas. tæ apud Surium habet, totam ferè noctem in oratione conſumebat, duaſque ſolùm
Apud Sur. 31. Ianuar. horas ſomno tribuebat. *Accubitus autem erat ſaccus ſuper nudũ ſolum poſitus.* Dicebat enim: *Oportet ſemper vigilare, cùm neſciamus, vt vox eſt Dominica, quâ horâ fur veniat. Propterea & ſe, & quæ ſecum erant, virgines ſic faciebat aduerſus ſomnum contendere.* Sic illa, quod mirandum in ſequiori ſexu potuiſſe non ipſam modò, ſed etiam illas quibus ipſa præerat virgines.

III. *Tertiò*, Abbas Chæremon ait, *quietem ſomni trium, ſiue (vt alij ſtatuerunt) quatuor horarum ſpatio terminari, ad caſtitatis conſummationem adipiſcendam.* Idemque: *Quis ſine Damino conſolatione illum dulcem, ac delectabilem matutinum ſaporem humanus fraudari oculus, & intra terminos horarum quatuor omnem quietis refectionem iugi poſſet lege concludere?* Sed pauci iam ſunt, qui non productiore indigeant ſomno. Quare
Alij veteres, tres, vel quatuor. Caſſ. coll. 12. cap. 15. Collat. 13. cap. 6.

IV. *Quartò*, moderati ſomni terminum ſeptem horarum ſpatio communiter ferè concludunt, iuxta illud: Moderatus ſomnus ſtatuitur ſeptem horarum.

Septem horis dormiſſe ſat eſt iuueniq́; ſeniq́ue.

Et tantum ferè plerią; Religioſorum Ordines ſiue iunctim, ſiue diuiſim Cœnobitis concedunt. Nec minùs crediderim S. BENEDICTVM ſuis indulſiſſe, qui ait: *Hiemis* Cap. 8. *tempore, id eſt, à Calendis Nouembris vſque ad Paſcha, iuxta conſiderationem rationis octaua hora noctis ſurgendum eſt, vt modicè ampliùs de media nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgãt.* Cui decreto Caſſinenſes ſatisfieri arbitrantur, ſi ſeptem horæ à fine Completorij vſque ad horam matutinam concedantur. Sed de hoc loco actum * ſuprà. * Lib. 7. tr. 9. diſq. 4.

Quod autem S. Pater ait, *vt digeſti ſurgant*, ex medicorũ quoque mente eſt, qui rectiùs ex perfecta ciborum concoctione, quàm ex horarum numero ſomni terminum ſumendum putant. Quando ſit facta iam concoctio. Non enim eſt dubium, quin ſenibus, & alijs, qui debili, ac frigido ſunt ſtomacho, aut qui concoquendi tarditate quacumq; de cauſſa laborant, longior ſomnus ſit concedendus. Videtur autem Galenus nouem horas æquinoctiales ſomno naturali præſcribere, idque non planè liberis, ſed aut Romæ, aut in magna Alexandria ſic miniſtrantibus, vt ſole occidente liberè à miniſterio diſcedant, corporiſque curam agant. *Nam cùm minima nox*, inquit, *nouem horas æquinoctiales æquet, abundè ijs fuerit, ſi id totum tempus ſomno dederint.* Sic ille. Sed cùm Monachi tenui vtantur paſtu, præſertim in cœna, frequenter ieiunent, & non parum etiam laborent, quà mente, quà corpore, facilè
Galenus ſomnum 9. horarum naturali præſcribit. Galen. l. 6. de ſanit. tuenda.

DORMITORIVM. cilè ſeptem horis ciborum coucoctio erit abſoluta: atque vt in cibis, ſic & in ſomno, alijſque corporis commoditatibus eos decet maximè eſſe moderatos.

DISQVISITIO II.

Quo corporis ſitu dormiendum?

SVPER hac re nihil peculiare vel à S. BENEDICTO, vel ab alijs monaſticarum legum conditoribus legimus definitum, niſi quod S. Pachomius, vt ſuperius quoque annotatum, præſcripſerit, *ne quis dormiat, præter reclinam ſellulam*, id eſt, paruam ſedem retrò inclinatam ac reſupinam, vt dormientes ſedentium magis, quàm decumbentium formam ac ſitum exprimant. Apud Palladium in Regula Pachomij ſic legitur: *Dormiant non recumbentes; ſed exſtructis ſibi ſedibus paulò ſupinioribus, & ſuis illic impoſitis ſtragulis dormiant ſedentes.* Cùm autem ſimile decretum apud alios nō exſtet, hinc communem dormiendi modum, qui fit decumbendo, ſuis videntur permiſiſſe diſcipulis.

Reg. Pach. art. 50.

Pallad. Lauſiac. cap. 37.

Sed quæ alij honeſtę dormitionis præcepta tradidere, hîc deſcribamus.

Primò, S. Dorotheus ita ait: *Cùm ſomno te traditurus es, & quieti, da operam, vt modeſtè ſobriè, religioſèque te geras, ne cuſtodem Angelum, qui circa te vigilat, offendas, & recedere cogas.* Stant enim Angeli ante fratrum lectulos, vt refert Thomas à Kempis in vita B. Lydwinæ, quos illa ad fratrum dormitoria diuinitus rapta in illo officio ſæpius obſeruauit.

Doroth. ſerm. 20.

Kemp lib. 2. vitæ S. Lydvvin c. 13 num. 2.

Secundò, idem Thomas hanc dormituris ingerit admonitionem: *Honeſtè & verecundè membra tua compouas, nuditatem veles; nec crebrò te vertas; ſed quietè & cuſtoditè iaceas; memor Chriſti in cruce pendentis, qui in patibulo, non in molli lecto moriens obdormiuit.* Ex hoc capite laudat Chryſoſtomus Monachos quoſdam religioſè admodum dormientes, de quibus ait: *Nullus iactari quempiam videt per ſoporem, neque nudari; ſed dormiunt honeſtius vigilantibus compoſiti. Hoc autem totum ex animi diſciplina & honeſtate proficiſcitur.* Contrà verò S. Bernardus Abbas, ſi quē fortè Religioſum in dormiendo, *ſeu durius ſtertentem audiſſet, ſeu minus compoſitè iacentem vidiſſet, patienter ferre vix poterat, ſed carnaliter eum, ſeu ſæculariter dormire cauſſabatur.*

Idem tom. 2. opuſc. 10. cap. 12.

Chryſoſt. homil. 14. in 1. ad Tim.

Guiliel. in vità lib 1. cap 4.

Tertiò, S. Bonauentura ita præſcribit: *Honeſtè & compoſitè iaceas in dextro vel ſiniſtro latere, numquam tamen ſupinus, vel aliter inhoneſtus. Numquam dormias cum manibus in ſinu poſitis, nec cruribus eleuatis, vel diſcoopertis ſed ſemper teneas tunicam, vel induſium inter crura, vt nullus inueniat te inhoneſtè iacentem.* Et hac forte de cauſſa Deipara virgo cum Sanctis Cæcilia & Catharina nocturuo tempore dormitorium Fratrum Prædicatorum in-

Bonau. in regim. Nouit. cap 7.

Sur in vità S. Dominici.

A greſſa, & ſingulorum lectulos aqua luſtrali aſpergens, contempſit illius lectulum, qui ſupinus, aut nudatus ex incuria quadam ſomnum capiebat.

Mirè autem quidem corpus inter dormiendum afflixerunt, dum ſupinam, aut in alterum latus inclinatam fugerunt dormitionem. De S. Euſtratio hæc ex Menæis Græcorum habet Raderus. S. Euſtratius nihil ſibi retinuit præter cilicinum cucullum, & melotam, in qua ſomnum (vbi vbi nox illum oppreſſiſſet) modico tempore

Sancti corpus dormiendo afflixerunt.

Rader. part. 1. virid. 6. Iann.

B caperet: nullum enim certum ad quieſcendum locum legebat. Fertur numquam ſupinus iacuiſſe, poſtquam rebus humanis nuntium remiſit, neque totis ſeptuagintaquinque annis, quibus curſum vitæ, certamenque exercitationum peregit, dormiturus in ſiniſtrum latus corpus depoſuiſſe. S. Beſarion Anachoreta annis quadraginta numquam in latus cubans ſomnum cepit, ſed vel ſtans, vel ſedens dormiuit. S. Pachomius per annos quindecim, *non iacens ſomnum capiebat noctibus, ſed in medio cellulæ ſuæ*

Euſtratius numquam ſupinus iacuit.

Rader. ibid. 17. Iunij.

In vit. Pachom. c. 14.

Pachomius in medio ſella ſedens dormiebat.

C *reſidens: adeò vt nec dorſum ſaltem parieti pro ſuſtentatione reclinaret. Cumque nimis ex hoc affligeretur, ferebat tamen æquanimiter hunc laborem, ſpe quodammodo prælibans illam requiem, quæ ſibi parabatur in cælis.* Imitatus eſt eum in parte primus S.P.N. BENEDICTI diſcipulus B. Maurus, qui quadrageſimali tempore *in quātum poterat ſolicitè ſatagebat non iacendo, ſed potius ſtando, vel cùm nimia eum laſſitudo compuliſſet, ſedendo ſomnum capere. Vnde factum eſt, vt ſemper ad matutinum officium præ ceteris paratus exiſteret.* Magnum Euthymium, teſte

Fauſtus in vit S. Mauri.

Imitatus hoc S. Maurus.

D Cyrillo eius condiſcipulo, nullus vmquam vidit cubantem, ſed nunc quidem ſedentem, & parum oculis conniuentem, nunc autem funem, qui ab aliquo angulo tecti cellæ dependebat ambabus tenentem manibus, & ſic ſomnum aliquem moderatè guſtantem. Non diſſimilis ſomnus ferè Chryſoſtomi fuit, de quo Metaphraſtes: *Funis, inquit, ex alto demittebatur, alligatus extremus, cui & manibus & barba ipſe innitens, quemdam modicum, neque ipſum firmum, ſed imbecillum & ementitum ſomnum guſtabat.* Stupenda prorſus eſt S. Andreæ Zoërardi dormiendi ratio, quam alibi deſcriptam reperies.

Cyrill. apud Sur. 20. Iann.

Euthymius numquam cubat.

Apud Sur. 27. Iana.

E Comment. ad vit. S. Bened. c. 1. num. 14.

Hæc aliaque ſi non paſſim imitanda, illo ſaltem tempore adhiberi opportunè poterunt, cùm caro laſciuiens inhoneſtis imaginibus ſoporatum aut vigilem infeſtat.

Quid de his cenſendum.

Quod hîc tractari potuiſſet, quo modo Monachi à ſomno excitandi, id iam ſuprà in Oratorio expeditum eſt, quod ſcilicet à ſomno recta ad opus Dei in domo Dei peragendum tendant.

DISQVI-

Digitized by Google

DISQVISITIO III.

Quid ab excitatione Fratribus agendum?

Monita pro excitatis.

QVAMVIS verbo reſponderi poſſit, excuſſo ſopore confeſtim & alacriter ſurgendum, atque ad diuinum pergendum officium; non ioutiliter tamen hîc quædam Sanctorum ſuggeremus monita.

I. *Non iraſcdetur aut triſtentur.* Baſil. reg. breu. 44.

PRIMVM eſt S. Baſilij, non ſuccenſendum Excitatori, aut cum triſtitia eius ſonitum excipiendum. Qui verò hoc fecerit, eum puniri vult: *Primò quidem ſegregatione ad aliquod tempus, inediaque, ſi fortè ea re compunctus poſſit intelligere, quàm magnis, qualibuſq; ſemetipſum bonis non animaduertens priuet; atque hoc modo ad ſeipſum reuerſus, ſimili in gratia lætetur atque ille, qui dixit memor ſui Dei, & delectatus ſum. Si verò non ſentiens permaneat, prorſus is à reliquo corpore veluti putrefactum, ac penitus vitiatum membrum præciditor.*

II. *Auſcultent excitatorem.* Doroth. doct. 11.

SECVNDVM eſt, quod ibidē inculcat, auſcultandum eſſe excitantem, *veluti qui eum magnis, & votum omne ſuperantibus beneficijs afficiat.* Quare non immeritò S. Dorotheus gratias haberi vult Excitatori, tamquam optimè de nobis merito. Plurimis ſiquidem *qui eis magnum confert bonum.* nos atque ingentibus afficit beneficijs. *Excitat enim nos, vt cum Deo loquamur, & conuerſemur, vt pro peccatis & exceſſibus noſtris illum precemur, vt gratia diuina illuminemur. Quomodo igitur illi quiſque non debeat plurimas agere gratias, qui tantorum bonorum nobis eſt auctor? Multum profectò illi debemus, quandoquidem ſalus noſtra fermè dependet ab eo.*

III. *Eidem gratias agant.*

TERTIVM, ex eodem auctore colligimus ſolitos eius monaſterij fratres excitanti reſpondere, & gratias agere, ait enim: *Veſperi vnicuique diſcutiendum, num contempſerit reſpondere & obſequi ei, qui ad vigilias excitare ſolet.* Et infrà: *Quod ſi fortè contigerit, vt aliquis veſtrûm ſomno rapiatur, & excitetur ab aliquo; ne quæſo moleſtè ferat, ſed potiùs gratias agat ei, qui eius vtilitatis eſt auctor.* Quid verò reſponderint, *Quid aliqui reſpondeant.* ex alijs eiuſdem verbis colligitur. Scribit enim ſe excitanti reſpondiſſe: *Benè Domine, charitas tua obliuioni non detur; det tibi Dominus huiuſce rei præmium, en, vt iuſſiſti, propero.* Sunt qui *Deo gratias* reſpondeant. Alijs magis placet ne tantillo quidem verbulo ſilentij religionem violare, qui ſola mente & adfectu interiore reſpondeant.

IV. *Statim exſurgendum.* Ephræm tom. 2. parꝛn. 19.

QVARTVM monitum eſt S. Ephræm, cuius hæc verba: *E ſtrato, mox te erige, proijciens abs te ſtragulum, moxque tuas ad Deum extendens manus, thronumq; gratiæ ipſius adorans, cellam tuam aperi, & ad Synaxim orationis propera, quaſi vi eò adactus; & ſicut capra ex laqueis effugiens.*

V. *Cogitet Religioſus à Chriſto ſe vocari 7. vocibus.*

QVINTVM ſubijcio, vt Religioſus ſibi perſuadeat pulſum illum eſſe Chriſti ad A orationem vocantis, & cum Sponſa dicat: *Vox dilecti mei pulſantis: Aperi ſoror mea.* Ne verò pijs deſit ſtimulus ad citò ſurgendum, ſuggerit Ioannes Mauburnus ſeptem voces dilecti pulſantis, per ferias hebdomadæ aure cordis excipiendas, quas in gratiam eorum ſubijcio. DORMITORIVM. Cant. 5. Mauburn. in Roſet. ſpirit. p. 1. diſt. 1 tit. 4. cap. 1.

Die Dominica. Vox Dilecti inuitantis: *Surge, & inuoca Deum tuum. Conſurge, & lauda in nocte. Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion.* Die Dominica. Ion. 1. Threo. 2. Eſa. 52.

Feria ſecunda. Vox Dilecti exhortantis: *Surge, ſurge Debbora, ſurge, ſurge, & loquere* B *ticum.* Feria. II. Iudic. 5.

Feria tertia. Vox Dilecti præcipientis. *Adoleſcens tibi dico ſurge. Surgite, orate. Surge velociter.* III. Luc. 7. Act. 12.

Feria quarta. Vox Dilecti inuehentis: *Vſquequo piger dormis, quando conſurges è ſomno tuo?* IV. Prouerb. 8.

Feria quinta. Vox Dilecti comminantis. *Vigilate & orate, neſcitis quando tempus ſit. Si non vigilaueris, veniam ad te tamquam fur.* V. Matt. 13. Apocal. 3.

Feria ſexta. Vox dilecti allicientis. *Surge, propera amica mea. Surge illuminare Ieruſalem: Ecce ſponſus venit.* VI. Cant. 2. Iſa. 60. Matth. 25.

C *Sabbato.* Vox Dilecti promittentis. *Surge, & fac, & Dominus erit tecum.* Item: *Si diluculo conſurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus; ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ.* Sabbato. 1 Paralip. 22. Iob 8.

Quomodo reſpondendum dilecto.

Hiſce verò vocibus videndum quomodo Religioſus reſpondeat, nam vt Iob Deo ait: *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi.* Reſpondeat ergo exſuſcitatus, inquit Mauburnus, corde pariter & ore, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Paratum vt à ſomno ſurgat, paratum vt tuis laudibus inſtet. Et ſic D cum multo deſiderio, & deuotione homo ſurgere debet. Ad hoc enim ſomnum cepit, vt expeditiùs Deo ſeruire poſſet. Vel dicat cum tribus Magis: *Hoc ſignum magni Regis eſt, eamus & offeramus ei munera.* Iob 14. Pſal. 5. Matth. 3.

DISQVISITIO IV.

Num fas dormire poſt nocturnas Vigilias?

ÆSTIVO tempore ita vigiliarum hora E ex Legiſlatoris noſtri mente temperanda eſt, *vt paruiſſimo interuallo, quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant cuſtodito, mox Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur. Hiemis verò tempore, id eſt, à Kalendis Nouembris vſque ad Paſcha, octaua hora noctis ſurgendum eſt,* & tum *quod reſtat poſt vigilias, à fratribus, qui pſalterij aut lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur.* Hinc infert Smaragdus ſomnum interdici poſt vigilias: *Nam hic,* inquit, *dormire ſicut quidam volunt,* B. BENEDICTVS, *ſed vigilare iubet. Non in lectulo* Cap. 8. Verba S. Benedicti. *Infertur ex ijs non licere poſt vigilias dormire.*

ſanos

DORMITORIVM.

ſanos quieſcere, ſed meditationi iubet inſeruire. Scriptum eſt enim: In lectulo meo quæſiui, quem diligit anima mea. Quæſiui & non inueni eum. Nō enim in lectulo carnalium voluptatum dilectus Chriſtus inuenitur, ſed in laboribus ſanctis, exeubijs ſacris & orarionibus inuenitur crebris. Non in ſomni torpore, ſed in vigiliarum oratione, & orationis inuenitur compunctione. Citat & Aurelianum in Regula ſua dicentem: *Poſt matutinas orationes ad ſomnum reuerti non liceat.* Doctrina & conſuetudo hauſta ab Ægyptijs Patribus, vt alibi retulimus. *Notandum,* inquit Hildegardis, *quòd tam in æſtate, quàm in hieme, ſcilicet in tribus lectionibus, & etiam cum vna dicitur, fratres nec poſt nocturnos, nec poſt matutinos, ad lectum ad pauſandū redibant.* Idipſum autem hoc argumento ante probauerat. *Quia qui tertiam partem horarum noctis in hieme vigilat, ſeu qui tertiam partem horarum noctis & diei in hieme dormit, nec pro his vigilijs, nec pro hac dormitione in cerebro, aut in reliquo corpore debilitatur.* Terria autem pars horarum noctis & diei toto anno ſunt octo horæ; ſufficiens prorſus tempus dormitioni aut viribus reparandis.

Reg. Aurel. cap. 28.

Hildeg. in expoſit. Reg.

Patriarchæ noſtri veſtigijs inſtitit S. Romualdus, qui, teſte Petro Damiani, vigilias temperate & cum magna diſcretione faciendas ſuadebat, *ne cui fortaſſe contingeret, vt ſopori peractis nocturnis officijs conſentiret. Sanè huiuſmodi ſomnum vir ſanctus in tantum horrebat, vt ſi quis ei confiteretur poſt duodecim pſalmorum vigilias, vel maximè circa diluculum obdormiſſe, nequaquam poſſet eo die cum eius licentia miſſarum ſolemnia celebrare.* Quapropter non omiſit idem Petrus Damiani Congregationis ſuæ Monachis præſcribere: *Poſt nocturnum officium repetere accubitum omninò non licet. Vnde nos, vt hæc regularis obſeruantia poſſet faciliùs cuſtodiri, hoc inſtituimus: vt quotidie ſignum primitus ad vigilias ſonet, deinde expleto ex more pſalterio, vel quantum ratio temporis conſiderata permittit, ſonante iterum ſigno, nocturnale peragatur officium: vt iuxta diluculum, quo videlicet tempore grauiùs incumbit acedia, ſtantes nos, & Canonicis inueniat occupatos officijs. Abſit enim tunc nos ſopori vel ignaniæ cedere, quâ videlicet horâ conſtat redemptorem noſtrū deſtructo mortis imperio ſurrexiſſe, ne ſi tunc dormiamus, quando oriente ſole corporeo, etiam interior noſter homo lucem debet inocciduam exſpectare, quod abſit, irriſio nobis videatur illa congruere: Diſcipuli eius nocte venerunt, & nobis dormientibus furati ſunt eum.*

Quod vigiliæ obſeruari voluit S. Romualdus. Petr. Dam. in vitâ S. Romuald.

Petr. Dam. opuſc. 15. cap. 17. *Idem Monachis ſuis præſcripſit S. Petrus Damiani.*

Et cauſſam reddit.

Matth. 28.

Idem alibi valdè commendat Leonem incluſum rigidè admodum hanc conſtitutionem obſeruantem. En eius verba: *Cum,* inquit, *inter cetera ſpiritualiter viuendi capitula ſolerter inquirerem: vtrum ille poſt ſolutum nocturnæ ſynaxis officium, poſſet dormire ſi vellet, hoc ſe funditus neſcire perhibuit. Cumq; idipſum ego ſæpius iterarem, & an ille circa diluculum dormiret, perquirerem; reſpondit ille: ſe hoc omnimodis ignorare, quia numquam penitus expertus eſſet; ſubiunxit etiam, ſe ſuis aſſuctum cogitationibus reſpondere: accidietur, inquit, cor, palpitent oculi, os per crebra balauſtia gannire non ceſſet, caput etiam nutet, & in ima deuergat: ſed quia hæc omnia me perimere nequeunt, ad conſentiendum huius temporis ſomno, nullatenus ſuperabunt. Nam & nos ſuper hac re diſtichum feceramus, quod hîc inſerere, otioſum eſſe non ducimus.*

Petr. Dam. opuſc. 45. cap. 7. *Leonem laudat ab hâc obſeruantiâ.*

Quomodo a ſomno reſiſteret.

Non canonem ſoluit, qui pſallens nocte redormit:

Ne tamen hoc paſſim ponas caput ante Synaxim.

Hactenus ille.

DISQVISITIO V.

An ſaltem Dominicis diebus, & in Sanctorum feſtiuitatibus non liceat poſt nocturnas Vigilias dormire?

DVBITANDI cauſſa non vnica eſt. *Prima,* quod S. BENEDICTVS velit, *vt Dominico die temperius* (ſiue citiùs) *ſurgatur ad vigilias,* quæ tum multò prolixiores ſunt, quàm priuatis diebus. Deinde, ſtatim poſt vigilias incipi mandat *Matutinos,* nullo interpoſito interuallo: *Qui ordo vigiliarum,* inquit, *omni tempore, tam æſtatis quàm hiemis æqualiter in die Dominico teneatur.* Conſtat autem, hiberno præſertim tempore, longum ſatis ſupereſſe ſpatium à finitis matutinis laudibus vſque ad primam, quæ non niſi ad ſolis ortum inchoanda eſt. Hoc ergo tempus dormitioni impendendum videtur, tum quia maturiùs ſurrexerunt, tum quia ob prolixitatem nocturni officij, & continuatas cum nocturnis laudes defatigati, quiete proculdubio indigent, & recuperandum poſtea videtur, quod priori ſomno ſubtractum fuerat.

Prima ratio pro ſententia affirmante. Cap. 11.

Secunda cauſſa ſit. Non præſcribit poſt Matutinos, ſiue laudes, meditationem, lectionem, aut aliud vllum opus; ergo videtur ſomno poſſe tribui. Collectio hæc eſt S. Hildegardis, quæ ad illa verba: *Data benedictione incipiant Matutinos,* ita commentatur: *Hic interuallum ad meditationem orationum ſeu lectionum non oſtendit, nec in his diebus fratres, finitis matutinis, ad quieſcendum ad lectos redire prohibet: ſed ſi tempus permiſerit, ita vt maturiùs ſurrexerint, quia in prolixitate nocturni, & diuini ſeruitij fatigati ſunt, in arbitrium eorum, vt ad lectos redeant, ſilenter ponit. Quæ enim fieri recuſat, ea apertè interdicit: & quæ fieri exhortatur, illa apertè manifeſtat. Hæc autem de quibus tali modo reticet, arbitrio & diſcretioni Abbatis & fratrum dimittit.*

Secunda, S. Benedictus nihil tum præſcribit.

Hildeg. in expoſit. cap. 11.

Tertia cauſſa ex Ægyptiorum Monachorum conſuetudine deſumitur, quorum ve-

Tertia, ex more Monachorum Ægyptiorū.

ſtigijs

ſtigijs Legifer noſter plerumque inſiſtit. Hi enim Sabbatinis & Dominicis diebus officium nonnihil extendebant, & corporali quieti deinceps per vnam atque alteram horam indulgebant. Teſtatur id Caſſianus: *Sabbato,* inquit, *vigilias vſque ad quartum gallorum cantum per Monaſteria moderantur, vt poſt excubias totius noctis reliquis duabus fermè horis reficientes corpora ſua, nequaquam per totum diei ſpatium ſomni torpore marceſcant, neque breuis huius temporis pro totius noctis refectione contenti. Quod nos quoq; omni obſeruatione cuſtodire conuenit.* Cui ergo non veniat in mentem, S. BENEDICTVM horum exemplo ſomni relaxationem in Dominicis & feſtiuis diebus indulſiſſe?

Caſſian lib. 3 Inſtit. c. 8.

Quarta, ex veteri noſtrorum vſu.

His accedat & *Quarta* cauſſa ab antiquo noſtrorum vſu. Nam quantum colligere licet ex S. Dunſtani & Lanfranci Statutis, non niſi ferialibus diebus, hiemali tempore, interuallum inter vigilias & matutinum abſque dormitione ſeruatum fuit. Nam de æſtiuo tēpore quotidianis etiam noctibus S. Dunſtanus ait: *Si finitis nocturnis necdum dies fuerit, ſicque Priori viſum fuerit, facto ſigno, qui valuerint lectulis ſuis pauſent vſque mane.* Et clariùs Lanfrācus: *Priuatis diebus poſt matutina vſque ad feſtiuitatem omnium Sanctorum reuertantur ad lectos ſuos.* Quòd ſi priuatis diebus hic ſomnus licitus cenſetur, multò magis feſtiuis, quibus temperiùs ſurgitur. Idem de quadrageſima agens; *ſi feſtiuitatem celebrari in quadrageſima contigerit, poſt matutina de omnibus Sanctis dicantur matutina mortuarum, poſtea reuertantur ad lectos.* Quod proculdubio non permiſiſſet in Quadrageſima, ſi reliquo anni tempore id factum non fuiſſet. Quin & antiquum Rituale Affligenienſe abſolutè in omnibus duodecim lectionum feſtiuitatibus ſomnum à nocturnis vigilijs vſurpatum ſcribit. *Prior,* inquit, *ad oſtium eccleſiæ ſtat, donec pertranſiens conuentus aſcenderit in dormitorium, claudit oſtium, & candelam extinguens, ad cubile ſuum tendit, vt ceteri, ad pauſandum.* Atque hæc perſuadere videntur licitam à nocturnis dormitionem.

Dunſtan. in Stat. c. 5.

Lanfranc. in Stat. cap. 1 §. 1.

Sententia negatiua magis ex mente S. Benedicti.

Non poſſum tamen non inclinare in alteram partem: nam quæ præcedenti Diſquiſitione allata, animaduerto ab alijs generaliter accipi, tam pro æſtiuo, quàm hiemali tempore: tam pro feſtiuis, quàm feriatis diebus, adeò vt numquam ſomnum repetere liceret. S. Bernardus ad Robertum nepotem ſuum, qui de Ordine Ciſtertienſi ad Cluniacenſes tranſierat, ſcribens, vniuerſim Regulam intelligit, & Cluniacenſes perſtringit matutino tempore dormientes: *Si totum,* inquit, *de nocte quod Regula præcipit benè ad pſalmos vigilaueris, nimis durus erit lectus, quo quietè non dormias.* Et paulò pòſt: *Securus nunc proiectis armis, capis matutinos ſomnos, cùm illa hora Chriſtus reſurrexerit.* Idem rurſùs in Apologia: *Quid hoc ignauia eſt, ô boni Milites? Socijs in ſanguine & cæde verſantibus, vos aut cibos diligitis delicatos, aut ſomnos capitis matutinos?* Quæ acerbiùs dicta viderentur, ſi matutinus ſomnus Regulæ non aduerſaretur.

Et probatur Primò. Bernard. epiſt. 1.

Ibid.

DORMITORIVM. Idem Apolog. ad Guiliel.

Secundò. Antiq Stat. Carthuſ. c. 41. §. 12.

Secundò, Carthuſiani, qui vbique ferè S. BENEDICTI Regulam ſequuntur, ita generaliter ſtatuunt: *Ad lectos autem poſt matutinas nullo reditur tempore, exceptis infirmis & minutis, tribus diebus minutionis ipſorum, & licentiatis à Priore ex cauſſa.* Ita habent antiqua Statuta: quamquam tertia Compilatio hanc conſtitutionem relaxet, & omni tempore cubilia repetere permittat.

Compilat. 3 cap. 13. § 4.

Tertiò. Concil. Aquig. can 5.

Tertiò, in Concilio Aquiſgranenſi ſub Ludouico Pio expreſsè decretum eſt: *Vt nulla umquam tempore poſt vigilias cauſſà dormiendi, niſi contigerit eos ante horam conſtitutam ſurgere, ad lectos redeant ſuos.* Quod ſignum eſt, Regulam ita tum intellectam ab Abbatibus & Monachis, qui Synodo iſti interfuerunt, quibus nimirùm id in primis curæ erat, vt regularem obſeruantiam quà poſſent, reſtituerent.

Quartò, ex diſpenſatione Gregorij Papæ. Antiquit. Fuldenſ l. 2, cap. 16.

Quartò, idem Ludouicus Imperator (vt ex antiquo monumento Browerus refert) Monachis in ciuitatibus & in matriculatibus eccleſiarum locis conſiſtentibus, qui cum maximo labore, & ſtudio diuinum ſeruitium toto anni tempore peragunt, obtinuit apud Papam ſui temporis Gregorium, poſt vigilias æſtiualium noctium, atque in feſtis duodecim lectionum, poſt matutinas ſomno reficere corpus. Vocauerunt hoc priſci Monachi *Capitulum neceſſariò ſciendum.* Subiungit Browerus: nefas tunc habitum vel tantillum à Regula diſcedere ſemel adamata, ni legis gratiam faceret legum ſummus arbiter. Quid opus autem fuiſſet hac diſpenſatione, ſi æſtiuis noctibus, & quibuſdam duodecim lectionum feſtis hæc dormitio ex Regula liceret? Quàre concludo, etiam æſtatis tempore, & Dominicis diebus ac feſtis duodecim lectionum, ex Legiſlatoris mente, ad ſtratum non redeundum.

Capitulum neceſſariò ſciendum, quid.

Soluuntur argumenta oppoſita. Primum.

Sed ad rationes initio poſitas reſpondeamus. Nam quòd maturiùs ſurgatur, & Laudes nocturnis immediatè ſubiungantur, tanti non eſt, vt valde magnam differentiam inducat, nam ſatis eſt ad Regulæ contextum ſeruandum, per dimidiam horam vigilias anticipare, quod non admodum grauat. Nec continuatio cum Laudibus nimiam adducit corporis fatigationem; cùm videamus id paſſim ab omnibus Religioſis Ordinibus, & ſæcularibus quoque eccleſijs fieri.

Secundum.

Ad illud autem, quod B. Pater nihil agendum aſſignauerit poſt matutinas Dominicæ diei;

DORMITORIVM.

cæ diei: Reſponderi poteſt, vel totum tempus olim prolixæ pſalmodiæ impenſum, cùm integras homilias in lectionibus recitarent. Vel ex præcedentibus ſatis intelligi, ſi quidpiam reſtet, meditationi impendendum. Aut ſanè ex eo intelligitur, quod alibi dicit: *Dominico die lectioni vacent omnes.* (A)

Cap. 48.

Tertium. Ad Ægyptiorum conſuetudinem dicendum, non conſtare ex vllo Regulæ loco, aut conſuetudine, voluiſſe S. BENEDICTVM eam imitari, aut in ſua cœnobia introducere.

Quartum. Ad Dunſtani, Lanfranci, & aliorum Monachorum exempla dicendum, vel eam fuiſſe particularem iſtarum Congregationum conſuetudinem, quæ hac in parte aliquid de Regulæ rigore remiſerit: vel vſos allegata mox Gregorij Papæ diſpenſatione: aut forte media nocte ſurrexiſſe, quibus proculdubio ſecundus ſomnus indulgendus. Nam & S. Baſilius cùm ſcripſiſſet dimidiæ noctis tempore ad orationem ſurgendum, ſubijcit: *Poſt antevertendum eſt & ad orationem ſurgendum, cauendumque ne dies nos in lectulo dormientes opprimat.* Quod non ſcripſiſſet, niſi poſt orationem mediæ noctis rurſus cubitum iuiſſent. Atque ita Iſidorus: *Poſt vigilias vſque ad matutinum requieſcendum, aut aliquid perlegendum.* Sed & Monachos S. Dorothei conſtat à vigilijs dormiuiſſe. Nam cùm Oeconomus quemdam fratrem foras miſiſſet non petita ab Abbate venià, proiectus in terram veniam poſtulabat, dicens: *Ignoſce mihi Pater, quoniam quieſcebas à vigilijs, propterea non permiſi eum petere abs te illuc abeundi facultatem.* (C)

Qui ſurgunt media nocte, licitè ſomnum reſumunt. Baſil Reg. fuſ diſp. 37. Quod olim factum. Iſidor. Reg. cap. 6. Doroth. doctrin. 9.

Sed vt ad noſtros reuertamur. Burſfeldenſes diſertè fatentur, ſe expletis vigilijs ſomnum reſumere, quod nimirum duodecima vel vndecima ad eas exurgant. Eodem ex capite arbitror Carthuſianis poſt Laudes ſomnum indultũ. Id autem tum in noſtro, tum in alijs Ordinibus in morem tranſijt, quem antiqua etiam exempla tueantur. Nã præter iam dicta, in vita S. Auſtreberthæ legitur: *Die quadam matutinis expletis, cum ſorores feſſis corporibus poſt laborem ſe in lectulis collocaſſent, in ipſo lucis crepuſculo cùm aurora terram perfunderet, volens cognoſcere, an cunctæ quieſcerent, gradiebatur leniter per dormitorium, inſpiciens lectulos ſingularum.*

Burſfeld. in ordin. diu. cap. 3. Nec quibuſdam diſplicet. Sur. 10. Februar.

DISQVISITIO VI.

Cur, & quando meridiana dormitio Monachis permiſſa?

Medici viſuperant ſomnũ meridianum. Schol. Salernit. c. 3.

NON benè de meridiano ſomno loquuntur Medici, eumque morborum iliadem adferre querũtur. Hinc Scholæ Salernitanæ verſiculi:

Sit breuis, aut nullus tibi ſomnus meridianus,
Febres pigrities, capitis dolor, atque catharrus,
Hæc tibi proueniunt ex ſomno meridiano.

Quorum veritatem Medici expendent. Vſum tamen meridiandi conſtat eſſe antiquum: nam Isboſeth, *dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie.* Et Dauid cum *ſurgeret de ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ, vidit mulierem ſe lauantem.* Somnum verò hunc meridianum Chaldæus Paraphraſtes vocat *ſomnum regum*, fortè quia, inquit Serarius, ceteris noctu dormientibus eos meritò vigilare oportet: vt Epaminondas & Homericus ille dicebat; vel potiùs quia mollium & delicatorum videtur ſomnus meridianus. De Herode Ioſephus ait: *Dum meridiano tempore quietis cauſſa in cubiculum ſe contuliſſet.* Suetonius de Auguſto: *Poſt cibum meridianum, ita vt veſtitus calceatuſque erat, retectis pedibus paulliſper conquieſcebat oppoſita ad oculos manu.* Et de Nerone: *Miſſos à Meſſalina vxore Claudij, qui eum meridiantem quaſi Britannici æmulum ſtrangularent.* Plura exempla non congero. Videndus interim de Seuero Lãpridius, de Traiano Plinius in Panegyr. De Iuſtiniano Aimoinus de geſt. Franc. l. 2. c. 5. de Theoderico Gothorum rege, Sidonius l. 1. ep. 2. de Alboino Paulus Diac. l. 2. c. 28. qui omnes meridiabant. (B)

Eius vſus antiquus. 2. Reg. 4. 2. Reg. 11. Serar. In c. 4. 2. Reg. Ioſeph. lib. 15. cap. 11. Sueton. in Aug. c. 78. Idem in Nerone c. 6.

Sed vt de Monachorum ſomno agamus, indulget S. BENEDICTVS æſtiuis menſibus, id eſt, à Paſcha vſque ad Kalẽdas Octobris, meridianum ſomnum: *Poſt Sextam*, inquit, *ſurgentes à menſa, pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio.* Indulget, dixi, non enim præcipit, ſed liberum vtcumque reliquit. Nam de eo, cui dormire non eſt animus, ſtatim ſubdit: *Aut fortè qui voluerit legere, ſibi ſic legat, vt alium non inquietet.* Exiſtimauit Caracciolus, Legiſlatorem noſtrum hiemem non excepiſſe, ſed vniuersè locutum. At fallitur vir doctus, nec tam accuratè putauit ſibi Regulam noſtram excutiendam. Conſtat enim S. BENEDICTVM totum annum diuidere in tres temporum differentias, quarum prima ſit à Paſchate vſque ad Kalendas Octob. Secunda, à Kalendis Octobris vſque ad caput quadrageſimæ. Tertia, à quadrageſima vſque ad Paſcha. Meridianam verò dormitionem, vt legenti patet, non niſi in prima concedi. (D) (E)

Æſtate indulget eam S. Benedictus. Cap. 48. Allucinatio docti viri. Caracciol. ad conſtit. Cleric. reg. part. 3. c. 8.

Quod autem ait, *à Paſcha vſque ad Kalendas Octobris*; intelligendum, vt alias monuimus, vſque ad omnes Kalendas Octobris, quæ ſunt decem & octo, ac proinde ipſo Exaltationis S. Crucis ceſſat meridiatio. Sic & intelligo Lanfrancum dicentem: *Kalendis Octobris maneat meridiana, quam facere ſolent Monachi in æſtate.* Iſidorus æſtate ſtatuit, *vſque ad nonam quieſcere.* Carthuſiani: *Exeuntes*, inquiunt, *de refectorio à Paſcha vſque*

Quando ceſſandum à meridiatione. Iſidor. Reg. cap. 5. Carthuſ. 1. part. ſtatut. cap. 34. § 4.

in cra-

in craſtinum Exaltationis S. Crucis, ſpatium, quod inter prandium & nonam facimus, pro dierum quantitate nunc breuius nunc longius, quieti datur. Vbi vnius tantùm diei eſt differentia, cùm feſtum S. Crucis, quod nos à dormitione excludimus, illi includant, vt patet etiam ex nouis Statutis. Noſtra autem conſuetudo ad litteram Regulæ inhęret. Non igitur hiemali tempore à meridie dormiendum, quod ex Medicis Cornelius Celſus quoque probauit: *Longis diebus*, ait, *meridiari potiùs ante cibum vtile eſt, ſin minus, poſt eum: per hiemem potius totis noctibus conquieſcere.*

Part. 1. cap. 2. § 34. *Hieme non facienda.*

Celſ. lib. 1. c. 2.

Fateor equidem in vitâ S. Gregorij Magni ſcribi, noſtros etiam hieme meridiaſſe: *Alio quoque tempore*, inquit auctor, *dum in die natalitio eiuſdem* (Andreæ) *Apoſtoli, iam meridianis horis fratres requieſcerent, ſubitò quidam frater*, &c. Verùm vnicum hoc exemplum non arguit cōmunem morem. Et fortè in ſolemnitate Patroni ſui, cui Monaſterium erat dedicatum, quemque propenſiùs Gregorius voluerit coli, maturiùs ſurrexerant, longiuſque vigilias fortè etiam per totam noctem produxerant, vt proinde diurnus ſomnus meritò indulgendus fuerit. Alia enim exempla æſtiuis tantùm menſibus noſtros Monachos meridiationi vacaſſe probant. Rodulphus, Rabani diſcipulus, in vitâ S. Liobæ virginis: *Nam licet ſemper modicum, tota tamen æſtate poſt prandium, tam ipſa quàm cunctæ ſibi ſubiectæ ſorores, pauſabant; nec vlli earum indiſcretè vigilare volenti conſenſit: dixit enim, adempto ſomno, ſenſum adimi, maximè legendi.* Petrus Damiani: *Aliquando*, inquit, *cùm per quietem ſacroſancto die Paſchæ, ceteris fratribus iuxta morem meridie dormientibus*, &c. Edinerus Anglus: *Cùm igitur fratres meridiana hora in lectis, ex more quieſcerent.* Et iterùm: *Vna dierum fratribus loci illius poſt menſam in lectis ſuis pauſantibus.*

Ioan. Diac. lib. 1. c. 12.

Occurritur obiectioni.

Et probatur tantùm æſtate meridiatum.

Rodulph. c. 11.

Petr. Dam. in vit. Dom. Loric. c. 12.

Sed operæpretium fuerit ea etiam allegare, quæ noxas diurni ſomni ſi non abatceant, magna ſaltem ex parte minuant. Quinque autem conditiones ex medicorum mente obſeruandæ ſunt, vt ſomnus meridianus minimè lædere poſſit.

Quid agendum ne noceat meridiatio.

Prima, vt ſit in conſuetudine. *Ex multo enim tempore conſueta, etiamſi deteriora fuerint, inſuetis minùs moleſtare ſolent*, vt ait A Hippocrates. Et certum eſt quoſdam eſſe ea corporis conſtitutione, vt dicere poſſint, quod Varro de ſe ſcribit: *Si non interuſitto ſomno diem diffinderem meridie, non viuerem.* Id verò de Monachis, qui multa adhuc nocte ſurrexerunt, & operi manuum non parum temporis inpenderunt, veriſimiliter dici poſſit. Præſertim cum quantum meridianæ quieti impendunt, tantumdem nocturnæ ſubtrahant.

Primò,

DORMITORIVM.

Hippoc. l. 2. Aphor. 50.

Secunda conditio eſt, ne ſtatim à ſumpto cibo ineatur, quod cauent Monachi, qui deambulationem vnius circiter horæ in- B terponunt.

Secundò,

Tertia, Ne depreſſo, ſed erecto nonnihil, & benè alto capite fiat; quare conueniat vt ſedendo potiùs, quàm iacendo hic ſomnus capiatur.

Tertiò,

Quarto, ne modum excedat, quale Salernitani dicunt:

Quartò, ſit breuis meridiatio.

Sit breuis aut nullus tibi ſomnus meridianus.

ac ſi dicerent, ſi vllus concedendus; is perbreuis ſit. Vnde de Plinio ſeniori Iunior tradit: *Dormiiſſe meridie minimùm; mox quaſi alio die ſtuduiſſe in cœnæ tempus.* Perbellè autem, inquit, *quaſi alio die.* quippe quod me- C ridiano ſomniculo refectis, dies quaſi altera videatur exoriri. Minimus ergo ſit ſomnus, alioqui nocet capiti, & torporem otiumque nutrit. Hinc Monachi horam non excedunt.

Plin. epiſt. ad Tacit.

Quinta tandem & vltima conditio eſt, ne tumultuoſa & ſubita ab ipſo, ſed leuis & modeſta fiat expergefactio. Sed monaſticam & meridianam dormitionem optimè propugnat S. Petrus Damiani, cuius prædeceſſores illam quidem excluſerant, ſed euidens neceſſitas & vtilitas eam admittere perſuaſit. Ipſum audiamus: *De* D *ſomno quoque non tam dura quibuſdam diſtrictio, quàm modeſta diſcretio neceſſaria eſt. Melius quippè eſt ſomnum carni temperata quadam diſpenſatione concedere, & feruenter poſtmodum in Dei laudibus excubare, quàm ſomnotenus ſoporatum diſſolutis tota die labiis oſcitare. Enimverò nuperrimis etiam præceſſoribus noſtris conſuetudo non erat, vt aliquo tempore, dormirent in die; nos autem æſtiuis diebus dormimus quidem, ſed vt indubitanter experti ſumus, quidquid prouectius in die dormientes amittimus, hoc & maturius nocte ſurgentes, & expeditius diuinis inſiſtentes obſequiis compenſamus.*

Quintò,

Pet. Dam. op. 13. c. 17. *Defenſ. Monachi meridiantis.*

DORMITORIVM.

TRACTATVS III.

DE MONACHORVM CELLIS.

VERSATI *ſumus hactenus in antiquo Dormitorio, ad amuſſim noſtræ Regulæ, priſco ritu conſtructo. Cùm autem his temporibus ad maiorum ſtudiorum aliorumq́ue exercitiorum commoditatem, Cellarum habitaculis paſſim inſtrui ſoleat; haud abs re fuerit & de nouo hoc Dormitorij genere, eiuſq́ue manſiunculis ſermonem facere. Diſquirendum igitur,* Primò, *Quid ſit Cella?* Secundò, *Cur Cellæ in Monaſteriis extructæ?* Tertiò, *Quales Monachorum Cellæ?* Quartò, *Quæ illarum ſupellex?* Quintò, *Cur in alienam non intrandum Cellam?* Sextò, *Quomodo habitâ licentiâ ingrediendum, & in eâ verſandum?* Septimò, *Quâ ſolicitudine in Cellâ commorandum?*

DISQVISITIO I.

Quid Cella?

Cella varia ſignificat. *Iſid Orig. L.15.c.3.*

A CELLÆ nomen etymonq́ue primo loco nobis expendendum. *Cella*, inquit Iſidorus, *dicta eſt quod nos occultet & celet.* Ita quoque Seruius in illud Æneid. 1.

——— diſtendunt nectare Cellas,

à celando, inquit, *Cellas appellauerunt.* Prout verò variæ ſunt res, quæ reconduntur, ita variæ quoque ſunt Cellarum appellationes. Vnde Cicero: *Semper*, inquit, *boni aſſiduique Domini referta eſt cella vinaria, olearia, mellaria, pomaria.* Sic dicitur & *Cella* farinaria, lignaria, aromataria, &c. Vſitatè porrò pro penuario etiã ſumitur. Vnde *Cellarius*, vel vt S.P. BENEDICTVS loquitur, *Cellerarius*, is eſt, qui cellę vel penui prępoſitus ęſt.

Cicer. de Seneƈt.

B *Pro penuario ſumitur.*

& Adyto. *Cella* item apud Ethnicos, pars templi erat ſacratior, in quam cuiuis ingredi fas non erat, quamq́ue Græci ἄδυτον vocant. Vnde apud Agellium legitur, Scipionẽ in Capitolium ſæpe veniſſe, iuſſiſſeq́ue *cellam Iouis aperiri*, ibiq́; ſolùm demoratum fuiſſe. In gladiatorum ludis, vt Lipſius obſeruauit, multiplices, minutæq́ue erant *Cellæ*, in queîs ſeorſim haberentur ſinguli Gladiatores. C Tenuiorum etiam habitacula, quæ ferè in cœnaculis erant, ſic appellabantur. Martialis:

Vnde tibi togula eſt, & fuſca penſio cellæ?

Torrentius explicans hos Horatij verſus:

Horat. l.1. Satyr.8.

Huc priùs anguſtis eiecta cadauera Cellis

Conſeruus vili portanda locabat in arcâ,

dictæ igitur ait, *Cellæ*, ſeruorum manſiunculæ. Suetonius Caligula: *Cella Palatini Atrienſis.* Et Vitellio: *Confugitq́; in Cellulam ianitoris.* Et Petronius: *Non longè ab Oſtiarij Cella.* Idem obſeruauit Lipſius, vtriuſque Senecę adducẽs exemplum. Seneca Pater: *Ex Cellâ ſua domina migrabat in cubiculum: vel domina ex cubiculo ſuo migrabat in Cellam.* Seneca filius, de ſeruo Pompei Demetrio: *Cui iam dudum diuitiæ eſſe debuerant, duo vicarij & Cella laxior.* Serui, inquit, minutæ Cellæ, vt hodie noſtris Monachis, & nomen apud eos mãſit. Quid ni minutæ, cum tanta copia, mille, bis mille, & vltra, ſub vno tecto eſſent? Itaque honeſtioris ſerui nota & votum, transferri in paulò laxiorem. Sic Lipſius. Ab hiſce verò antiquis ſeruorum Cellis, ad Monaſticas ſeruorum Dei Cellas gradum faciamus.

& Seruorum Cella dicta.

Senec. de Tranq. animi c.8.

Quid ſint Cellæ in vſu eccleſiaſtico.

In Eccleſiaſtico igitur vſu, Cellæ *Primò* dictæ ſunt domunculæ, ſeu parua domicilia Monachorum & Anachoretarum, in quibus latentes, orationi, contemplationi, aliiſq́; exercitiis vacabant, erantq́ue in locis remotioribus & ſolitariis plerumq́ue conſtructæ. Quales poſterioribus ſæculis apud Monachos etiam viguiſſe, colligere licet ex decreto Bonifacij VIII. cap. *Priuilegium.* Vbi Pontifex declarat, ſe per *Cellas* intelligere *loca ſecreta & ſolitaria: quæ ab hominum ſeparata conuictu ſunt ad contemplandum,*

I. Monachorum & Eremitarum domuncula.

De verb. ſignif. in 6.

dum, & Deo vacandum ſpiritualiter deputata. A
II. *Monaſteria.* *Secundò*, cùm viri ſancti primum *Cellas*
habere cœpiſſent, multique ad eorum ſe
aggregarent diſciplinam, poſteà ſactum
eſt, vt concurrentibus in vnum fratribus,
& ſub eorum diſciplina aggregatis, humi-
les & contemptibiles *Cellæ* in ampla, &
ſplendida Monaſteria paſſim cõſurgerent:
vnde etiamnum multa Cœnobia retento
antiquo vocabulo, *Cellæ* nuncupantur. Mo-
Molan. Martyrol. 27. Nouemb. lanus ſcribit à B. Bilhilda fundatum mona-
ſterium veteris *Cellæ* in Moguntiâ. Et ſexta
Nouembris ita ait: *Cella Monaſterio, ipſo die,* B
reſtitutio S. Patris noſtri Giſleni. Frequens
hac notione vſurpatio eſt *Cella* apud S.
Gregorium, vt probatum eſt ad vitam S.
Odo collat. 3. c. 22. BENEDICTI. Eodem ſenſu S. Odo: *Ganzli-*
nus cum fratribus Cellæ Dolenſis nuper fuerat.
III. *Cubiculum quoduis.* *Tertiò*, Græcum Κελλίον, ſiue *Cellula*, vt
Meurſ. in Gloſſar. Meurſius annotat, non tantùm Monacho-
rum cellulam, ſed quoduis conclaue, aut
cubiculum ſignificat. Atque ita vſurpatur
ab ipſo S. BENEDICTO, Regulæ cap. 22.
36. 53. & 58.
IV. *Cellæ ſumuntur pro Prioratibus.* *Quartò*, Cellarum nomen frequentiſſi- C
mè pro Prioratibus, Præpoſituris, ſiue
membris principali Monaſterio ſubordi-
natis accipitur, quarum originem & vſum
Browv. l. 1. antiq Fuld. c. 7. Browerus probè enucleauit: Cùm, inquit,
prædia, ſundi, villæque complures Mona-
ſterij opibus acceſſiſſent, quo fructuoſior
Vnde ortæ. & fidelior horum eſſet adminiſtratio, ma-
iorum auctoritate conſilioque prouiſum
eſt: vt cultioribus fertilioribuſque locis,
presbyteros Monachos præficerent: & ad
continendum in officio ſeruos, & colonos
ritè gubernandos, inibi eccleſias exſtrue- D
rent. Hos verò Presbyteros, Prępoſitos vo-
Presbyteri Monachi ijs præfecti. cabant: quorum id munus erat, parocho-
rum inſtar veterum, Congregationi Ful-
denſi miniſtrare ſumptum, & præbere ad
victum, cultumque neceſſaria; reficere do-
meſticos vltro citroque commeantes, ho-
ſpitio excipere peregrinos. Pluribuſque
hunc Cellarum vſum ibidem probat, &
Lup. Ferra. epiſt. 43. præſertim Lupi Ferrarienſis teſtimonio,
qui demonſtrat abſque Cella S. Iudoci à
Ludouico Pio Monaſterio Ferrarienſi olim E
donata, ipſum Monaſterium poſſe ſubſi-
Conc. Aquiſgran. 45. ſtere. De eiſdem Cellis hæc in Aquiſgra-
nenſi conuentu ſtatuta: *Vt Abbatibus liceat*
habere Cellas, in quibus Monachi ſint, aut Cano-
nici: & Abbas prouideat, ne minus de Monachis
ibi habitare permittat, quàm ſex.
V. *Duplicis generis cellæ.* *Quintò*, Cellæ prout priuata ſingulorum
Monachorum denotant habitacula, vel in
vno dormitorio erant contiguæ, vel ſeor-
ſim extra commune dormitorium intra
ipſa tamen Monaſterij ſepta conſtitutæ.
Hieron. epiſt. 22. Prioris generis habebant Cœnobitę Ægy-
ptij, de quibus Hieronymus: *Manent ſepa-*
rati; ſed iunctis cellulis. Poſterioris generis DORMITORIVM.
Cellas Concilij Agathenſis Canon, ſingulis
Monachis promiſcuè concedi, aut ab ipſis
propria auctoritate conſtrui vetuit; ſed
tantùm infirmis aut ſenioribus emeritis &
probatis indulgeri voluit. De iiſdem agit
& Cõcilium Veneticum. Conſuetudinem Concil. Venet. cap. 7.
porrò ſeparatarum Cellarum, & viuendi
in eis modum eremiticum, qui in Ordine
noſtro viguit, pluribus alibi deſcripſimus. Lib. 1. tr. 8. diſq. 2.

DISQVISITIO II.

Cur Cellæ in Monaſteriis exſtructæ?

CVM non adeò commodum videretur *Cellæ hoc tempore neceſſariæ.*
ea, quę nunc in Cellis fiunt exercitia,
publicè coram fratribus in Clauſtro, Ca-
pitulo, vel Eccleſia peragere; poſterioribus
ſæculis ſuas cuique Monacho aſſignarunt
Cellas. Amant ſiquidem ſacrarum littera-
rum ſtudia ſeceſſum & ſolitudinem, vt
omittam quod ſcriptio, & diuerſorum au-
ctorum, quę ſępiſſimè neceſſaria eſt inſpe-
ctio, non adeò commodè in publico mul-
tis præſentibus fieri poteſt. Peculiares ve- *Ad pietatis exercitia.*
rò orationes, recollectiones, meditationes,
& pœnitentialia opera Monachis frequen-
tiſſima, nuſquam meliùs quàm in Cellæ la-
tebris exercentur, de quo & illud Chriſti
accipere poſſumus: *Tu autem cùm oraueris,* Matth. 6.
intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Pa-
trem tuum in abſcondito. Quod de loco ſe- Cypr. l. de orat. Dom.
creto, & ab hominum turba remoto intel- Chryſoſt.
ligunt poſt S. Cyprianum Chryſoſtomus, Hom. 8. in 1 Timot. 2.
Theophylactus, Bonauentura, Laurentius Theoph.
Iuſtinianus, multique recentiores. Matth. 6.
Religioſorum ſanè cubicula, priuata nõ Bon. myſt. Theolog.
malè dixeris oratoriola: in quibus cor ſuum c. 3 p 1.
in precibus coram Domino effundere poſ- Laur. l. de
ſint, nolentes ſuæ mentis arbitros homi- orat. c. 6.
nes, ſed ipſum Deum. Nec deſunt Religio- *Et præſertim orationis.*
ſi, qui ſtatam & quotidianam rerum ſacra-
rum commentationem non in templo, ſed
cubiculo fieri permittunt. Et verò ſi vſ-
piam Monachi iuxta nomen ſuum vni ſoli-
que Deo vacant; & deſerti ſolitudiniſque
commodis perfruuntur, id in Cellâ potiſ-
ſimùm fit, in quâ ſedent ſolitarij, & tacen-
tes leuant ſe ſuper ſe.
Omitto nunc, incommodè admodum in *Incommoda ex coniunctione lectulorum.*
vno cubiculo plures ſolis lectulis ſepara-
tos quietem capere, dum enim vnus tuſſit,
ſtrepitum excitat, neceſſitate vrgente è le-
cto ſurgit, quis non animaduertat aliorum
ſomnum facillimè interturbari? ſinguliſ-
que permoleſtum eſſe hæc & ſimilia (quę
vnâ etiam nocte ſæpius occurrere poſ-
ſunt) à ceteris obſeruari?
Nec putandum eſt hoc modo à mente *Cellæ ſeparatæ non ſunt contra Regulam.*
& Regula S. BENEDICTI longiùs recedi:
licet enim interiectis parietibus, & media

DORMITORIVM. Perez ad cap. 22. Caſſin. in declarat. ad cap. 22.

maceria Religioſi diuiſi ſunt, omnes ta- A men, vt explicat Perez, in vno loco dormiunt, qui dormitorium dicitur. Similiter Caſſinenſes: *Secundùm modernum morem, propter honeſtatem, & vt liberius fratres ſe exercere poſſint in orationibus, & aliis exercitiis ſpiritualibus, & vt videtur curioſitas; Dormitorium diuiſum eſt per diuerſas Cellas, & aſſignamus vnicuique fratrum Cellam vnam, ſic vt ſinguli in ſingulis dormiant Cellis.* Similiter Valliſoletani ſtatuunt, vt in totâ Congregatione ſint Cellæ cum feneſtella in oſtiis, iuxta bullam, qua diſpenſatur, ne iunctim omnes dormiant in Dormitorio, B ſicut præcipit Regula. Reſtrictiores tamen hac in parte fuerunt Burſfeldenſes, qui lectos fratrum ita iubent diſponi, *vt non minùs quatuor aut quinque pedum latitudinis ſpatium ſit circa ſingulos lectos, à lateribus ab inuicem interſtitiis ſeparatos, & habentes ſinguli lumen à retrò, quatenus ſicut dormitioni vel meditationi, ita & pro tempore lectioni, loco ſingulorum conueniant; ab anteriori autem parte, patentes remaneant, vt à cunctis pertranſeuntibus, quid quiſque faciat, valeat intueri.*

Conſt. Valliſ. c. 77.

Burſfeldenſes non eas admittunt. Burſf. diſt. 3. cap. 22.

Sed vt particularium Cellarum vſum C Monachis vindicemus, notandum antiquum eſſe inſtitutum, quo ſingulis Monachis ſingulæ concedantur Cellæ, id enim in Nouellâ Iuſtiniani expreſſum: *Monachis*, inquit, *vno quidem ſit domus, vna cænatio, diuerſa tamen cubicula, cuiq; ſcilicet ſuum, & ſua cuique exedra.* Citant etiam Lairuelz & Caracciolus, Concilium Turonenſe II. in hæc verba: *Nec cellas eis* (Monachis) *liceat habere communes, vbi bini maneant: ſed ſingulares iaceant.* Verùm ſi quis accuratiùs expenderit, contrarium potius ibi adſtrui videbit: ita enim cap. 15. eiuſdem Synodi D decernitur: *Nec liceat Monachis cellulas habere communes, vbi aut bini maneant, aut peculiares reponi poſſint, ſed ſchola labore communi conſtruatur, vbi omnes taceant, aut Abbate, aut Præpoſito gubernante: vt dum duo vel tres viciſſim & legant, & excubent, alij conſolentur: vt non ſolùm ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat pro lectione aſſiduo profectus animarum.* Sic ibi. Ex quo facilè videas commune inſtrui dormitorium, quod quia lectioni etiam & ſtudio ſeruiebat, ſchola vocaretur. Noluit E autem Cellas eſſe, aut ſingulis aut binis aſſignatas.

Aſſeritur earum vſus.

Iuſtin. Nouell. 5. de Monac.

Lairu. to. 2. catheeiſ. nouit. lect. 25 Caracciol. Not. ad conſt Cleric Regul. p. 2. c. 1. n. 15.

Non ex Concilio Turonenſi II. vt quidam putant.

Hoc ergo teſtimonio omiſſo, certior & antiquior pro huius rei confirmatione locus eſt apud S. Hieronymum: Qui de Cœnobitis Ægyptiis agens: *Manent*, inquit, *ſeparati, ſed iunctis Cellulis.* Et infrà: *Circumeant cellulas ſingulorum.* Et alibi: *Cuius non intrauit Cellulam.* Regula Pachomij: *Ad alterius cellulam intrare nullus audeat.* Et paulò inferiùs: *Nihil in Cellâ ſuâ abſque Præpoſiti iuſſione quiſpiam condet.* Therapeutæ, Philone teſte, *peculiares ſinguli Cellulas habebant.*

Sex ex certioribus teſtimoniis. Hieron. epiſt. 22. ad Euſtoch. Epiſt. 17. Reg. Pachom. n. 61.

Phil. l. de vit. contemp.

Singularum Cellarum vſum, eiuſque cauſſam breuiter aperuit Petrus Bleſenſis, ita ſcribens: *Ad exemplar ſiquidem domus illius de quâ ſcriptum eſt: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: habet hîc vnuſquiſque Cellulam & manſiunculam ſuam, vt contemplationi & orationi liberiùs vacet. Sic enim in ſcholâ euangelicâ veritas nos informat dicens: Tu autem cùm oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum.*

Cur aſſignata particulares cella. Petr. Bleſ. epiſt. 86. Ioan. 14. 2. Matth. 6. 6.

DISQVISITIO III.

Quales Monachorum Cellæ?

De Cellarum quantitate ſiue capacitate, & amplitudine hîc agendum. Vbi primò occurrit vtcumque capaces eas eſſe debuiſſe, in quibus duo aut tres ſimul inhabitarẽt. Vſitatum id fuiſſe Pachomianis Monachis, auctor eſt Palladius: *Fac*, inquit Pachomio Angelus, *diuerſas Cellas in eâdem aulâ, & tres in Cellâ maneant.* Caſſianus: *Cùm fuerint Canonicorum orationum functiones ex more finitæ, vnuſquiſque ad ſuam recurrens Cellulam, quam aut ſolus, aut cum alio tantùm inhabitare permittitur*, &c. Alibi ſcribit Abbatem Pinufium in eodẽ ſecum Monaſterio receptum, ab Abbate iuſſum in eiuſdem cellula commanere. Cùm autem ad eundem in Ægypto commorantem idem Caſſianus cum ſocio perueniſſet, *tantâ*, inquit, *ſumus gratiâ atque humilitate ſuſcepti, vt nos tanquam priſtino ſyncellitas, etiam Cellulæ ſuæ, quam in extremâ horti parte conſtruxerat, honoraret hoſpitio.* Vbi *Syncellitas* vocat, quos alibi dixit vnius Cellulæ cohabitores.

Cella olim capaciores.

Pallad. in Lauſiac. c. 38.

Cum duo tréſve vnâ incolerent.

Caſſ. l. 2. c. 12.

Collat. 20. c. 1.

Verùm cùm Monaſtico inſtituto conuenientiùs poſteà indicatum fuerit, vt iam diximus, vt ſingulis ſingulas inhabitarent cellas, opus non fuit vt eædem admodum eſſẽnt amplæ. Notat verò Thomas à Ieſu in Regula Carmelitarum ab Alberto conſcripta habitationes fratrum *Cellularum* potiùs, quàm *Cellarum* nomine appellari, vt inſinuetur, inquit, habitacula arcta & ſtricta, parum exculta & expolita, & ex conſequenti pauperrima atque ſimpliciſſima fuiſſe, & demum talis conditionis, vt non cellæ nomen, ſed Cellulæ tantùm ſibi poſſent vendicare. Caſſianus, S. Hieronymus, aliique *Cellulæ* non ſemel vtuntur nomine, vt eas arctas & paruas fuiſſe intelligamus. Vnde Hieronymus: *Aſella vnius cellulæ clauſa anguſtiis, latitudine paradiſi fruebatur.*

Iam non opus ita amplis.

Carmelitis exigua præſcripta. Thom. à Ieſu ad c. 3. Reg. Carm.

Cellula ideò dicta. Caſſ. l. 5. c. 37. Hieron. præfat. ad Reg. Pachom. Hieron. ep. ad Marcell.

Vt autem Ordinis noſtri Cellulas explore-

Digitized by Google

Benedictinorum quales fuerint.

plorcmus, ſi quis attentiùs antiqua, & quæ hodieque paſſim occurrunt, Dormitoria conſideret, inueniet modeſtas & humiles vbique fuiſſe Cellas, non admodum altas aut latas, vnica tantùm feneſtella illuſtres.

Caſſinenſium. Simon Millet. ad l. 2. dialog. S. Greg. c. 8.

Caſſinenſis Monaſterij Cellas ſcribit Simon Milletius, qui vidit, religioſam redolère paupertatem, omneſque equales, quarum longitudo ad 26. latitudo ad 20. & altitudo ad 18. ſe tantùm extendit palmas. De primâ Hirſaugienſis monaſterij fundatione, quæ anno Chriſti 830. facta eſt, Trithemius agens; hæc de Cellis habet. *Monachorum tabernacula erant per gyrum clauſtri diſpoſita, quantum ad conſuetudinem iſtius temporis attinebat, ſatis pulchra & ordinata fuerunt: quamquam ſi noſtri Monachi ſimilibus includerentur Cellulis, ſe mancipatos vinculis, & tenebris clamitarent. Factum hoc autem priſcarum imitatione: veteres olim Monachi Cellas quidem, Eccleſias, & alias manſiones humiles habebant & tenebroſas.* Hæc Trithemius.

Trithem. in Chron. Hirſaug. *Monachorũ Hirſaugienſium.*

Erant ſeparata.

Videas hîc primò, illius temporis Monachos habuiſſe Cellas ſeparatas, & probabiliter non ſtuduiſſe in clauſtro (vt vſus poſteà obtinuit) ſed in Cellis, in quibus ſinguli dormirent, non plures in vno loco, vt habet Regula. Secundò, antiquum eſſe circum clauſtrum ædificare cellas, vt nunc ferè Carthuſiani, qui à noſtris id fortè acceperint. Sic olim in antiquâ lege per circuitum templi Salomonis tribus diſtinctis ordinibus diſpoſita erant cubicula, quæ Ioſephus *Cellas* nominat, de quarum vſu, formâ & latitudine videndi Villalpandus & Salianus. Tertiò, notandum enituiſſe in his Cellis paupertatis & recollectionis ſtudium, quod nimirum nec amplæ eſſent, nec admodum lucidæ, ſed potiùs ſubobſcuræ: amant enim lugentes & meditantes tenebras.

Cap. 22. *Per gyrum clauſtri extructa.* Ioſeph. antiq. l. 8 cap. 2. Salian. an. no mund. 3024. *Humiles & tenebroſa.*

Bernard. ad frat. de monte Dei. *Cellarum vanitas & ſuperfluitas notatur à Bernardo.*

Sanctus verò Bernardus religioſæ paupertatis amantiſſimus, vti maximam in Cellis frugalitatem, & modeſtiam amauit, ita ſuperfluitatem & ſæcularem in ijs vanitatem grauiter perſtrinxit: *Subintrauit*, inquit, *de ære alieno ſumptuoſa, & quantum pudor ſinit, ambitioſa Cellarum ædificatio: & abiectâ ſanctâ ſimplicitate, & ruſticitate (ſicut Salomon dicit) ab altiſſimo creata, quaſi religioſas quaſdam nobis creamus habitationum hanſtates. In quibus tantum compaſſum eſt animalibus, vt penè omnes in hoc effecti ſimus animales. Dimiſſam enim nobis à Patribus noſtris iure hereditario formam paupertatis & ſanctæ ſimplicitatis ſpeciem, verum decorem domus Dei alienantes à nobis, & à cellis noſtris, per manus artificum exquiſitorum cellas non tam eremiticas, quàm aromaticas ædificamus nobis, ſingulas in titulo centum ſolidorum concupiſcentias oculorum noſtrorum de eleemoſynis pauperum.* Eodem ſpiritu latiores Cellas & ædificiorum immodeſtiam reprobabat S. Laurentius Iuſtinianus, de quo vitæ auctor: Minimè, inquit, placebant illi in Monaſterio ampla ædificia: & cùm videret latiora, Cellaſve ampliores, caput quaſſans, dicebat: *Non ſic Patres noſtri, non ſic.*

DORMITORIVM. *Et a S. Laurentio Iuſtiniano.* Apud Sur. in Ianuar.

DISQVISITIO IV.

Quæ Monaſticarum Cellarum ſupellex?

Cellæ olim aliqua ſupellectile inſtructæ. Caſſian. lib. 5 c. 37.

QVI Cellas Monachis aſſignarunt, eas ſi non multa, aliqua ſaltem permiſerunt inſtrui ſupellectile. De ſe enim ſocioque ſcribit Caſſianus, accepiſſe ab Archebio cellulam cum omni ſupellectile & vtenſilibus, eundemque & alteram cellulam aliis ſuperuenientibus fratribus ſimili charitate cum vniuerſis tradidiſſe inſtrumentis. Non deerant igitur Monachorum Cellis vtenſilia & inſtrumenta, ſed qualia hæc fuerint diſquirendum.

Quid habuerint in cellis Pachomiani. Hieron. præfat ad Reg Pach. Reg Pach. num. 45.

De Pachomianis ita ſcribit Hieronymus: *Nihil habent in cellis præter pſiathium, & duo lebitonaria, & vnum iam attritum ad dormiendum vel operandum, & amictum lineum, cucullaſque duas, & caprinam pelliculam, quam melotem vocant, balteolum lineum, & caligas, ac baculum itineris ſocium.* Atque hæc vniuerſa Monachorum illorum ſupellex, de quâ breuiter ipſe Pachomius: *Nemo in cellâ ſuâ habeat præter ea, quæ monaſterij lege præcepta ſunt, nec paucos nummos, nec proprium aliquid; extra habitum ſuum, ſi quid inueneris, abſque contradictione auferes.* Caſſianus hæc de Monachis Ægyptiis: *Eas*, inquit, *nouimus, ita nudos omni ex parte exiſtere, vt præter colobium, Mafortem, Caligas, Melotem, ac pſiathium, nihil amplius habeant, nulli ciſtellam, nulli peculiarem ſportellam liceat poſſidere.*

Monachi Ægyptij. Caſſ lib. 4. cap. 13.

Iulianus in ſpelæo vixit, nem. extrema paupert. Moſch. prat. ſpirit. cap. 51. *Zeno nulla habet vtenſilia.* Theodor. in Philoth. cap. 12.

Et verò mirum in hoc genere paupertatis ſtudium in priſcis illis Monachis eluxit. De Iuliano ſcribit Ioannes Moſchus, habitaſſe eum *ſeptuaginta annis in quodam breui ſpelæo, nihil omnino ſæculi iſtius poſſidentem, præter cilicium, & ſagum, & vaſculum ligneum, & librum. Toto autem vitæ ſuæ tempore non accendit lucernæ lumen, ſed per noctes cælitus cella illius illuſtrabatur.* Zeno, vt Auctor Theodoretus, *in ſepulchro degit, nec habuit lectum, non lucernam, non focum, non ollam, non guttum, non arculam, non librum, non aliquid aliud.* Sed his Cella ferè totum fuit domicilium, extra quam non erant eis alia loca communia.

Quid Caſſinenſes de Cellarum

De noſtrorum verò cellulis ita Caſſinenſes: *Prælati non permittant in Cellis teneri poma,*

DORMITORIVM. *Supellectile ſtatuunt.* Caſſinenſ. in Declarat. ad cap. 55. Reg.

poma, odoramentáve eiuſlibet generis, ſpeculo, picturas laſciuas qualeſcumque, picturas varias in capſis, ſcabellis aut parietibus, aut ad eoſdem parietes pannum viridem vllum, lineum ſiue laneum, cuiuſcumque coloris, aut alia huiuſmodi, ſtatus religioſorum non competentia, & ſuperflua omnio amputentur, iuxta Regulam.

Quid Camaldulenſes. Ad cap. 55. Reg.

Non diſſimiliter Camaldulenſes: *Vitetur,* inquiunt, *omnis ſuperfluitas, & pretioſitas in ſupellectili, nec liceat alicui Monacho cellam ornare quocumque panno, niſi fortè lineo, viridis coloris, aut cæleſtis, non tamen picto vllatenus.*

Vallisoletani. Conſt. Valliſol. c. 77.

B Valliſoletana Congregatio interdicit *pretioſos pluteos, omnemq; curioſitatem, vultq; non plures, quàm duos cultros, & vnum graphium, ſiue ſtylum, aut ſubulam Monachis concedi, & delinquentes puniri grauiter.* Poſteriores Ordines paſſim etiam hanc frugalitatem inculcant, & ſanè decet quemcumque Monachum omni vilitate & extremitate eſſe contentum.

Expreſſa propriæ Monachi ſupellex. 4. Reg. 4.

Quòd ſi quis petat, quænam videatur competēs Monachorum ſupellex: reſponderi queat, à Sunamitide, quæ Eliſeo hoſpitium parauerat, ferè comprehenſam his C verbis: *Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi.*

Camald. ad cap. 22. Reg.

Camaldulenſes præter ea, quæ ad lectum ſpectant, volunt vt in qualibet cella ſit paruum ac ſimplex altare, cùm imagine Saluatoris, aut B. Virginis. Item ſcamnum aliquod, ſiue tabula, ſuper quam & libros ponere, & ſcribere queat; Arca ſimiliter, ſeu capſa, in quâ pannos, ſeu veſtimēta ſeruare poſſit. Habeat quoq; vnaquæque cella lucernam, atramentarium, vas aqueum, D & pollubrum ad abluendas manus, & linteum ad extergendum. *Cùm autem aliquis Monachus cellam mutauerit (quod tamen abſque licentia Prælati facere nequeat) nil prorſus inde abſportabit, ſed iis rebus vtatur, quas in nouâ cellâ inuenerit.*

Quidquid vltra illa, idolum cenſeri debet. Ioan. à Ieſu Mar. diſcip. clauſt. p. 2. c. 11.

Ioannes à Ieſu Maria Diſcalceatis B. Alberti exponens Regulam, ait: Quidquid vltra ſacram imaginem, lectum, menſam, ſedile, paucos libros, lucernam, ſcopam, quæ ſufficiens eſt Monachi ſupellex, admittitur, perfectis Mona- E chis idolum quoddam videtur eſſe, quod in loco ſancto aduerſus diuinæ maieſtatis cultum ſtatuitur. Sic ille.

Laudata Caſſinenſiū cella à frugalitate. Sim. Mille. ad c. 8 l. 2. dialog. S. Gregor.

Meritò ergo Simon Milletius laudat cellas ditiſſimi Monaſterij Caſſinenſis, in quibus alia non vidit vtenſilia, præter menſam ſimplicem & Oratorium, funem tranſuerſaliter extenſum, cui veſtes imponantur, & lecticam adeò humilem ac concipi poſſet, conſtat enim duobus ſcamnis, tribus aut quatuor aſſeribus nullo artificio compactis, quibus lectiſternia impoſita. Libri in eis ſunt aut pauci, aut nulli. Re-

A dolet hoc ſanè adamatam S. BENEDICTO frugalitatem, quo enim pauciora quis in cella habet, eo minus eis hæret animus, eoque ſpiritus libertas maior eſt.

Cellarum pulchritudo animæ nocet. Bernard. ad fratr. de monte Dei.

Cellarum autē pulchritudines, & forenſes honeſtates, vt inquit Bernardus, *citò virile propoſitum eneruant, & maſculinum animum effeminant. Nam etſi ipſo ſæpe vſu ſopiantur eorum delectationes, etſi ſint aliqui, qui vtantur huiuſmodi quaſi non vtentes, tamen contemptu meliùs quàm vſu exercentur vel extirpantur, & vincuntur huiuſmodi affectiones. Conferunt etiam non modicum interioribus noſtris, exteriora noſtra ad ſimilitudinem mentis aptata & compoſita, & bono propoſito ſuo modo reſpondentia. Pauperior enim cultus in aliis frænat concupiſcentiam. Sed & intentum interioribus ſuis animum, magis decent inculta omnia & neglecta exteriora.* Hęc Bernardus.

Granat. tit. de orat. p. 2. § 8. Subinde à dæmone ſuggeritur.

Cui conſentit Ludouicus Granatenſis, dicens: dęmonem ſeruis Dei ſuggerere, quòd expediat ipſorum vſui ſuperba conſtrui ædificia & cubicula, quo ea lubenter inhabitent. Veri autem ſerui Dei ea deteſtantur, & fugiunt, tanquam exercitiis deuotionis vehementer aduerſa.

DISQVISITIO V.

Cur in alienam non intrandum Cellam?

Cap. 48.

Qui prohibeant alienam ingredi cellam. Caſſinenſes. Ad cap. 22. Reg.

QVOD S. P. BENEDICTVS ſcripſit, *frater ad fratrem non iungatur horis incompetentibus*, id communiter accipi ſolet, ne alienam cellam quiſpiam ingrediatur, aut ſe mutuo in cellis viſitent, ſermonéſve miſceant. Explicant autem Caſſinenſes, quid hoc in genere vetitum vel permiſſum: *Frater fratris Cellam, etiamſi de alieno Monaſterio exiſtat, minimè ingrediatur ipſo in eâ exiſtente, & ſimiliter abſente fratre, cuius eſt cella, ſine eius licentia: aut niſi de licentiâ Prælati vel Seniorum.*

Camaldulenſes. Ad cap. 22. Reg.

Similiter Camaldulenſes: *Nemini,* inquiunt, *liceat, in aliam cellam, quàm in propriam ſub grauibus pœnis ingredi vllo tempore: exceptâ cellâ Abbatis, ac Prioris, quas omnes ingredi liberè poſſunt. Similiter excipitur Cella Magiſtri Nouitiorum, vt Nouitij dubia interrogare, & conſilio accipere poſſint.*

Aliiq; Benedictini, additis etiam pœnis. Cæleſt. p. 1. Conſt. cap. 11. p 8. Mont. Oliu. ad c. 22. Reg. Hiero. p. 2. method. cur anim. c. 7. § 21.

Eamdem prohibitionem habent noſtri Ordinis Monachi Cæleſtini Montis Oliueti, qui violatoribus ieiunium in pane & aqua iniungunt. Hieronymus Llamas Hiſpanus Ordinis Ciſtertienſis tradit in Ordine ſuo in Hiſpaniâ caſum eſſe reſeruatum, ingredi in cellam alienam ſine Abbatis licentiâ, licet ſit veniale. *Quia,* inquit, *Religio longâ experientiâ nouit hunc ingreſſum ex adiunctis vergere in magnum damnum Religionis, & ſolemnium votorum rupturam.*

Recentiores Ordines idē ſtatuunt.

Eſt autem ferè communis recentiorum Ordi-

Ordinum prohibitio, ne alienã quis ingrediatur cellã: eam enim fecerunt Præmonſtratenſes, Eremitæ Auguſtiniani, Prædicatores, Canonici Regulares S. Saluatoris, Clerici S. Pauli, Carmelitę Diſcalceati, Minores de obſeruantiâ, Societas, Ieſu Regula 33. communium, vel Nigronus ſiogulorum decreta citat.

Ex veterum Monachorum more.
Pachom. in reg. 61.
Eſaias orat. 1. & 4.
Ephræm to. 5 in ſer. Aſcet. ad imitat. prouerb.

Veterum auctoritate S. BENEDICTVS, aliique ſequaces nituntur. S. Pachomius enim ita ſanciuit: *Ad alterius cellulam intrare nullus audebit.* B. Eſaias Abbas: *Nemo in fratris ſui cellam ingrediatur.* Et alio loco: *Si in Monaſterium tibi ignatum introieris, vbi tibi manere permittetur: ibi mans: neque aliam in cellam ingredere, niſi accerſaris.* S. Ephræm: *Cellam fratris tui caue frequentes: ne te & illum conturbes.*

Decreti huius cauſſa.

Sed operępretium fuerit interdicti huius cauſſas rationeſque intelligere, ne de rigore conſtitutionis quiſpiam fortè queratur, & culpam melius vitare poſſit. Potiſſima autem ratio eſt, vt ſabulæ & vitia linguæ, quæ in mutuo congreſſu facilè accidunt, euitentur. Aſſignat hanc iam dictus Ephræm: *Monachus*, inquit, *iuniar per cellas fratrum aberrans, non ſolùm otium addiſcit, ſed etiam vt nugator & curioſus, multa loquitur quæ non apartet. At qui vitam quietam in humilitate ſectatur, diligetur.* Ob hanc eandem cauſſam Petrus Damiani vetat io cellas peccatorum confeſſiones excipi: *Eſt*, ioquit, *reuera, vt experimenta cognouimus, magna animarum deſtructia, vbi paſſim fieri colloquium in cellâ permittitur. Nam dum infirmi quique fratret, qui ſub canfeſſiamis ſpecie, ſe inuicem viſitant, breuiter expl ta, quad cœperant, ad alia ſe max friuola & otioſa, data ſemel procaci linguæ libertate, dilatant: & abliti repentè quare canuenerint, mox fratribus ſuis, vel etiam Prioribus detrahunt: & quos amare ſinceriter & purè debuerant, dente, vt ita laquar, liuido mordaciter rodunt. Deinde ad ſæcularia tranſeunt, & quidquid eſt, quòd in vrbibus agitur, de eo in cellulâ diſputatur. Nec dum id ad aures vulgi fama pertulit, vnde plerumq; mentium iam ſecreta campleuit.*

Prima, vt vitetur multiloquium.
Ephræm ſerm. de timore Dei.
Pet. Dam. op. 15 c. 18.
Quis in cellâ confeſſiones excipi vetet.

Altera cauſſa prohibitionis eſſe queat, vt occnrreretur curioſitati & audacię, quâ quidam omnia luſtrant & ſcrutantur, quæ in cellâ ſunt, præſertim ſi inquilinus illius abſens ſit. Moouit id S. Dorotheus: *Cùm Prapoſiti tui, ſeu Magiſtri, vel amici cuiuſquam cellam ingrederis, caue ne quidquam earum, quæ ibi fuerint, curiasè ſcruteris, aut intuearis.* S. Iſaac Presbyter: *Si intraueris præceptoris tui cellam, aut amici, aut diſcipuli, caue ne videas aliquid ibi. Si non verò fueris caactus, hac nan facias. Quia qui in his aſſiduus eſt, alienus eſt monaſtici habitus & Chriſti, qui hunc donauit. Ne reſpicias laca, in quibus abſcandita ſunt vaſa amici tui.* Et B. Eſaias: *Si peregrè proficiſcens diuerteris apud aliquem, & ille damo egrediatur, & te ſolum relinquat: aculas tuas ne ſuſtuleris, vt quæ ibi ſunt vaſa, & ſupellectilem aſpicias. Feneſtram, aut arcam, aut librum aperias caue.* Timent alij alia contra caſtitatem incommoda, de quibus ob honeſtatem uon puto loquendum.

Secunda ob curioſitatē & audaciam quorumdam.
Doroth. ſerm. 10.
Iſaac de contemp. mund. c. 33.
DORMITORIVM.
Eſaias orat. 1.

DISQVISITIO VI.

Quomodo habitâ licentiâ ingrediendum in fratris Cellam, & in eâ verſandum?

MONITA hîc quædam tradenda, quæ obſeruare conueniat, cùm frater in cella, neceſſitatis vel vtilitatis cauſsâ, cum venia Superioris conueniendus.

Primò, pulſandum oſtium.
Plutarch l. de curioſit.

PRIMVM ſit, in ipſo aditu honeſtè & modeſtè pulſandum oſtium. Inurbanum enim eſt ex improuiſo in cubiculum neſcientis fratris irrumpere, fortè chim iis deſtinetur exercitiis, quæ videri nolit, aut non expediat. Hac de cauſsâ iam olim in ciuitatibus more receptum, fores ante ingreſſum pulſare. Hinc Plutarchus: *Niſi pulſato priùs aſtio, ingredi in alienam domum non eſt moris: & nunc eius rei gratiâ ianitores habentur: antiquitus mallei ianuis appenſi ſignum dabant, ne ſcilicet alienus matremfamilias in media offenderet, aut virginem, aut ſeruum vapulantem, aut vociferantes ancillas.*

Ex præſcripto Monachorum.
Ephræm de timore Dei tom 3.
Doroth. ſerm. 10.
& veterorum more.
Vit. Pat l 6. libel 3. n. 11.
Caſſian. lib. 11. c. 15.

Quod Monachos concernit; hanc eis Ephræm præſcribit monitionem. *Ne cellam ingrediaris fratris tui, antequam ad oſtium pulſes: nan enim quieti cõgruit perturbatio.* S. Dorotheus: *Nali ex improuiſo repentè ingredi ad quemquam; ſed pulſata aſtio, cùm vacatus fueris ingredere.* Fuiſſe communem hunc Monachorum morem, ex Vitis Patrum conſtat, in quibus narratur de quodam, qui proficiendi gratiâ Solitarios quærebat, cuius hæc verba: *Ambulans autem quatuor dies ac nactes inueni ſpeluncam; & cùm appropinquaſſem, reſpexi intus, & vidi ſedentem hominem, & pulſaui ſecundùm canſuetudinem Monacharum, vt egredientem ſalutarem eum.* Apud Caſſianum ſenex quidam accedens ad alterius cellam, *pulſauit aſtium.*

Modeſtè pulſandum.
Specul. exempl. diſt. 7. §. 14.
Quod Angelum docet F. Maſſæus.

Modeſtè autem & honeſtè pulſandum, nam indecora eſt nimis vehemẽs & identidem repetita pulſatio, quę etiam ad fores Monaſterij vitanda, vt Angelum in humanâ ſpecie fores Monaſterij ſancti Franciſci feſtinantiùs & diutiùs, quàm eſſet conſuetum, pulſantem, docuit Frater Maſſæus: *Fili, nandum te credo ad portam fratrum fuiſſe, quia neſcis moderatè pulſare.* Sciſcitanti Angelo, qui iuuenis videbatur, quomodo pulſari deberet, reſpondit Maſſæus. *Pulſa ter, & rarò vnam pulſationem paſt aliam:*

DORMITORIVM.

poſteà exſpecta donec compleatur Pater noſter, & portarius veniat ad te; & ſi in hoc interuallo non venit, tu iterum pulſa.

Secundò, exſpectandum habitatoris reſponſum.
Iſaac de contemp. mund. c. 53.

SECVNDVM Monitum: Pulſato oſtio, exſpectandum habitatoris reſponſum. Inculcauit hoc, vt vidimus, S. Dorotheus. Præſcribit etiam Iſaac presbyter, qui ait: *Non ſubitò ad aliquem introeas, ſed pulſans vt externus permiſſus ingredere.* Qui etiam ingrediendi modum præſcribit: *Cùm tranquillitate,* inquit, *aperi oſtium proximi tui, & claude ſimiliter.* Agnouit & morē hunc Ephræm; *Spiritalis,* inquit, *quando ad fratris conceſſurus eſt adhortationem, priuſquam ſuâ egrediatur cellâ, in oratione conſiſtit, vt Dominus viam ſuam proſperet; veniensq́; ad ianuam fratris, & pulſans, pœnitentiam agit;* (Græcè, βάλλει μετάνοιαν, id eſt, ſalutat, corporis proſtratione aut genuflexione, de quo aliàs) *admiſſuſque ingreditur.* Significans cellæ incolam voce ingrediendi facere copiam. Vnde quidam cellæ ſuæ præſcripſit:

Ephræm to. 2. paræneſ 55.

Quâ formulâ illud exprimatur.

Si ter pulſanti nemo reſponderit INTRA,
Abſentem, aut tibi non poſſe vacare, puta.

Nigron ad reg. 33. comm.

Verbo autem illo, INTRA, vel INGREDERE, ſignificat Nigronus fieri pulſanti copiam, vt intret, ſi facultatem habeat à Superiore: ſin minus, vt aperiat oſtium, atque è limine colloquatur: vt ſuos facere vult Congregatio Clericorum S. Pauli. Mihi religioſius, & Regulæ noſtræ conformius videtur, vt Cellicola reſpondeat: *Deo gratias,* ita enim Legiſlator de Oſtiario monaſterij agens, præſcribit: *Mox vt aliquis pulſauerit, aut pauper clamauerit,* DEO GRATIAS *reſpondeat, aut benedicat.* De quo textu * aliàs. Nonnulli ſilentio ſtudentes, nihil reſpondent, ſed ipſimet oſtium cellulæ ſuæ aperiunt, & pulſanti quaſi occurrunt, quorum è numero ille fuiſſe videtur, qui cellulæ ſuæ hunc verſum inſcripſit:

Cler. reg S. Paul lib. 2. conſt. c. 14.
Deo gratias, eſt ad mentem S. Benedicti.
Reg. c. 66.
* Lib. 3. tr. 4. diſq. 7.
Quidam ſilent, nec malè.

Ter pulſare licet, ſi non aperitur, abito.

Carth. p. 2. ſtat. cap. 14. num. 2.

Carthuſiani in hoc ſenſu videntur eſſe, in quorum Statutis ita legitur: *Qui autem ad cellam venit cum licentia, non debet ſilenter, & repentè intrare, ſed pulſare ad oſtium, & exſpectare donec habitator cellæ ad eum exierit.* Verùm vt modeſtia & cunctatio in pulſante commendatur, ita feſtinus & hilaris in inhabitante occurſus. Præſcribendum hoc Teuzoni Monacho putauit Petrus Damiani: *Pulſante,* inquit, *cellulam tuam fratre, protinus triſtes ruga diſcedant, contracta ſe ora reſoluant, ſerena facies, accurrat, feſtiua frons lætitiam præferat.*

Cellicola non ſit tardus ad occurrendum
Petr. Dam. op. 52. c. 10.

Tertiò, Oſtium ſemiapertum ſit, dum duo intrò fuerint.
Caſſin. ad c. 22. Reg.

TERTIVM Monitum Caſſinenſes noſtri ita exprimunt: *Quamdiu cum debita licentia ſimul in cellâ ſunt fratres, oſtium ſemiapertum teneatur.* Idemque conſtituerunt Cæleſtini & Montis Oliueti Monachi, aliique Ordines à Nigrono recenſiti. Decreti cauſſa eſt, vt videri poſſit quid in Cellâ geratur, & ne longiores protrahantur ſermones. Quos, ſi neceſſitas exegerit, tutius fuerit ad alium quemdam locum huic rei deſtinatum concedere, ne dormitorij quies & ſilentium interrumpatur, aut vicinus longiore colloquio offendatur, ne à ſtudio & oratione cui fortè vacabat, auocetur.

Quartò, cella ſic claudatur, vt aperiri queat à Superiore.
Caſſin ad c. 22. Reg.

QVARTVM Monitum, vt communiter aliis fratribus clauſa debet eſſe cella, ita numquam non debet patere Superiori, quin ipſe claue, vt vocant, communi illam aperire, & ingredi queat. Caſſinenſium & hoc inter cetera ſtatutum eſt: *Nec audeat frater aliquis ſine præfatâ licentiâ aliquo tempore cellam claudere, ita quod à foris non poſſit aperiri claue communi.* Clemens VIII. in reformatione Cæleſtinorum ita ſtatuit: *Habeat Superior clauem, ita fabrefactam, vt cùm ſibi videbitur, Cellas omnes reſerare poſſit: & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin ſemper à Superiore poſſit aperiri.* Nec graue admodum videri id debet; de Eſſenis enim ſcribit Philo, interprete Serario: *Nemini proprium aliquod eſt, quod non omnium eſſe contingat domicilium. Nam præterquam quod per contubernia quædam ſimul habitant, aperta ſunt eorum domicilia, etiam iis, qui aliunde adueniunt, eiuſdemque cum ipſis inſtituti ſunt.* De Zenone Theodoretus: *Poſtquam,* inquit, *die Dominico menſam participaſſet myſticam, reuertebatur in illud nouum habitaculum, non habens clauem, non clauſtrum, non relinquens cuſtodem. Erat enim maleficis planè inuium & ſacraſanctum, vt quod ſolam illam haberet ſtoream.*

Clem. 8. num. 25.
Nec id graue cenſendum.
Serar. l. 3. trihær. c. 9. & ſeq.
Theodor. hiſt. relig. cap. 12.

Superior ſemper cellas viſitare poteſt.

Monaſtici autem ſtatuti ea eſt ratio, vt Superior omni tempore etiam ex inopinato cubiculum viſitare poſſit, & videre quid in eo ſit, aut frater agat. Malè agere præſumitur, qui Prælati reformidat intuitum & introitum. *Omnis enim qui malè agit, odit lucem,* inquit Chriſtus. *Rem dicam,* inquit Seneca, *ex quâ mores æſtimes noſtros. Vix quemquam inuenies, qui poſſit aperto oſtio viuere. Ianitores conſcientia noſtra, non ſuperbia oppoſuit: Sic viuimus, vt deprehendi ſit, ſubitò aſpici.* Hæc ille. Verùm Religioſi non modò cellam, ſed & pectoris penetralia aperta gerant, nihil enim Abbatem celandum eſt, ne ipſæ quidem mentis cogitationes. Quare ita eis viuendum, ac ſi ab eo vbique conſpiciantur. Huc ſpectabat Liuius Druſius, qui cùm domum in Palatio ædificaret, & architectus offerret, ita ſe ſtructurum, vt libera ab arbitris & ab omni deſpectu eſſet: *Quin tu potiùs,* inquit, *ſi quid in te artis eſt, ita compone domum meam, vt quidquid agam, ab omnibus inſpici poſſit.* Hoc monebat L. Seneca, cùm dice-

Ioan. 3.
Senec. epiſt. 43.
Liuius Druſus oculis omnium patere cupit.
Lipſ. monit. Polit. l. 1. c. 6.

Sen ep. 83.

dicebat : *Sic certè viuendum eſt , tanquam in conſpectu viuamus ; ſic cogitandum , tamquam aliquis in pectus intimum inſpicere poſſit.*

A

DISQVISITIO VII.

Quâ ſolicitudine in Cellâ commorandum ?

ASSIDVA Cellæ inhabitatio , tanta parit bona, vt ſtupenda prorſus ſint, quæ in eius laudem iam olim conſcripta ſunt : vnde Abbas Arſenius cuidam fratri afflicto dixit : *Vade , manduca , bibe , & dormi, tantummodò de Cellâ non exeas : ſciens quia perſeuerantia Cellæ perducit Monachum in ordinem ſuum.* Et alius quidam Senex interrogatus à fratre , quid faceret , *quia,* inquit , *nihil operor monachile , ſed in negligentiâ quadam ſum manducans, bibens, & dormiens , & inſuper in cogitationibus turpibus & multa perturbatione ſum , tranſiens ab opere ad opus , & à cogitationibus ad cogitationes ?* Dixit autem ei Senex : *Tu ſede in Cellâ tua , & fac quod potes ſine perturbatione : ita eſt enim parum quod tu modò facis , ſicut quando Abbas Antonius magna & plurima faciebat in eremo. Credo enim in Deo , quia quicunque ſedet in Cellâ propter nomen eius , & cuſtodit conſcientiam ſuam , inuenietur & ipſe in Antonij loco.* Et alius quidam dixit : *Vade , & ſede , & da parieti Cellæ tuæ corpus tuum in pignore , & non exeas inde : cogitationem autem tuam dimitte ; cogitet quantum vult , tantum ne eiicias de Cellâ tuâ corpus tuum.*

Perſeuerantia in cellâ Monachum perficit.
Vit. Pat. l. 5. libell. 7. num. 27.
Ibid. nu. 34.
Cella propter Deum cuſtodienda.
Ibid. 37.
Corpus ſit eius pignus.

B

C

Hinc mira fuit multorum Monachorum Cellæ cuſtodia; teſtis Caſſianus : *Finitis ,* inquit , *pſalmis , & quotidiana congregatione abſoluta , nullus eorum vel ad modicum ſubſiſtere , aut ſermocinari audet cum altero : ſed ne quidem per totum diei ſpatium è Cellâ ſuâ progredi , aut deſerere opus , quod in eâ ſolitus eſt exercere , præſumit , niſi fortè cùm fuerint ad officium neceſſarij cuiuſque operis euocati. Quod ita explent fores egreſſi , vt nulla inter eos ſermocinatio penitus conſeratur.* Sic ille.

Caſſian. l. 2. cap 15.
Monachi veteres in cellâ manebant.

D

Hæc autem Cellæ inhabitatio arcet Monachos à frequenti diſcurſu , & vagatione per Monaſterium , quod monaſticis legibus etiam prohibitum. Nam Sanctus BENEDICTVS vult, vt *vindicta regulari ſubiaceat , qui præſumpſerit clauſtra Monaſterij egredi , vel quocumque ire* ; quod Bernardus Caſſinenſis intelligit etiam *intra Monaſterium* , vt non liceat adire loca prohibita. Regula Pachomij : *Nullus neque ambulandi in monaſterio, neque extra murum monaſterij procedendi habeat facultatem, niſi interrogauerit Præpoſitum , & ille conceſſerit.* Caſſianus : *Tanta ,* inquit , *obſeruantia obedientiâ Regula cuſtoditur , vt iuniores abſque Præpoſiti ſui ſcientia vel permiſſu, non ſolùm non audeant cellâ progredi , ſed ne ipſi quidem communi ; ac naturali neceſſitate ſatisfacere ſuâ auctoritate præſumant.* Regula Orientalis circa finem : *Sine ſeniorum verbo & auctoritate nullus frater vſquam prorſus procedat.* Clarior præſcriptio eſt in Regulâ Sancti Fructuoſi : *Cùm vacant ab operatione fratres , nullus ſe è proprio , citra permiſſionem Decani vel Præpoſiti ſui mouere audeat loco , neque conſerere fabulas , deambulationesq́; peragere inquietas & otioſas.* Et rurſus circa finem : *Neque vſpiam ſine benedictione ſui Senioris progrediatur , nec cum laico loquatur, nec cum Monacho non iuſſus ſtet ſine fabuletur.*

Diſcurſus per Monaſterium prohibitus.
Cap. 67.
*
Pachom. art. 47.

E

DORMITORIVM
Caſſian. l. 4. cap 10.
Fruct. Reg. cap. 8.

Graui etiam pœnâ mulctat Sanctus Baſilius eos , qui ſuis relictis locis intrare ad alia præſumpſerint : *Si quis,* inquit, *fuerit hoc faciens, tanquam inturbans diſciplinam & ordinem fratrum , à communi conuentu excludatur , & omninò à licitis progreſſibus inhibeatur , & ſedens in vno loco , in quo iudicauerit is qui præeſt , apto ad correctionem & vindictam , nuſquam prorſus permittatur abſcedere , ſed vrgeatur in opere multò plus, quàm eſt conſuetudo , & quotidie exigatur, vſquequo diſcat implere hoc , quod Apoſtolus dixit : Vnuſquiſque in quâ vocatione vocatus eſt, in eâ permaneat.*

Addita in præuaricantes pœna.
Reg. Baſil. a Rufino verſa c. 54. & in breu. 141.
1. Corinth. 7.

Sed ex quo fonte hæc prodeundi è cellulâ prurigo ſcaturit? Caſſianus ait ab acediæ ſpiritu procedere , *vt anima excuſſa clauſtris cellulæ ſuæ , conſolationes ac* viſitationes fratrum *conſueſcat acquirere , donec paulatim protractus è Cella , actus ſuæ profeſſionis incipiat obliuiſci.* Mirum proinde non eſt , ſi diabolus omnes explicet fraudes , omnes adhibeat machinas , vt Monachum è Cellâ propellat. Agnouit hoc Macarius, cui cùm ſuggereret dæmon , vt honeſto conſilio & iuſtâ de cauſsâ è Cellâ egrederetur , longo tempore non obediit. Cùm autem valdè agitaretur , cadens in limine Cellæ foras pedes emiſit , & dixit : *Trahite & vellite , ô dæmones , ſi poteſtis , ego enim non abeo meis pedibus , iurans ſe fore vt iaceat vſque ad veſperam, & niſi eum excutiant , non eſſe auditurum.* Monet proinde mellifluus Doctor : *Regat ſancta obedientiæ Regula bonam voluntatem , illa verò corpus , & doceat illud poſſe conſiſtere in loco, Cellam pati , ſecumque morari.*

Vnde oriatur prurigo exeundi cellâ
Caſſ lib. 10. cap 8.
Pallad. in Lauſiac. cap 20.
Macarius in eâ conſtans.
Bernard. ep. ad fratres de monte Dei.

Sed inter varios Cellæ Encomiaſtas, non præterenndus ille , cui crebro in ore, *In omnibus requiem quæſiui & nuſquam inueni, niſi,* in een hoecxken, met een boecxken, id eſt, in Angello cum libello. Siue, vt alij imagini eius appoſuerunt :

Thomas Kempenſis cellæ cuſtodiam commendat.

Nuſquam

DORMITORIVM.

Nuſquam tuto quies, niſi Cellâ Codice, Clauſtro. A

Thom. Kemp. in exerc. ſpir. cap 4.

Thomas nimitum à Kempis, cuius hæc verba notatu digna: *Cuſtodi diligenter Cellam tuam, & cuſtodiet te. Tutior locus non eſt ſeruo Dei in hoc mundo, quàm latere in ſecreto; vbi patrem oret liberamente, oſtio cubiculi clauſo. Periculoſus ſemper exitus Cellæ: manſio eius, quies deuotiſſimæ vitæ.* Et alio libro pleniùs ſe in Cellæ commendationem effundit:

Idem de diſcipl. Clauſt. c. 7.

Qui cellam amat, & libenter in eâ commoratur, à multis peccatis & tentationibus cuſtoditur. B *Quantò ſtudioſiùs inhabitatur, tantò plus placet & amatur. Quantò negligentiùs ſeruatur, & rariùs intratur, tantò magis horretur & faſtiditur. Benè illi, qui eam diligit & incolit, quia vnctio ſpiritus eum docebit. Beatus, cui inhabitare Cellam donatum eſt; & qui vſque ad terminum vitæ ſuæ in eâ perſeuerat.*

Quanta deliciæ cellam incolentium. Baſil. de laude Eremi.

Verùm vt inexplicabiles Cellæ deliciæ, ita integro libro ſolidum præſtiterior argumentum. Nos Magni Baſilij hîc apponimus ſententiam: Cui cella, vel vita ſolitaria eſt *paradiſus, vbi tanquam redolentium ſpecies pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum, ſic flagrantia ſpirant odoramenta virtutum. Ibi ſiquidem roſæ Charitatis igneo rubore flammeſcunt: ibi lilia caſtitatis niueo candore candeſcunt, cùm quibus etiam humilitatis violæ, dum imis contentæ ſunt, nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non ſolùm carnis, ſed quod glorioſius eſt, propriæ voluntatis exundat, & thus aſſiduæ orationis indeſinenter emanat, & igne diuini amoris ſuauiter ardet. Et cur, quæque ſingula commemorem, quandoquidem omnia illic diuerſarum virtutum germina, diuerſis venuſta coloribus rutilant: & perpetua viriditatis gratia incomparabiliter vernant.*

Collecti in vâ ſtudiorū fructus Lectori exhibentur.

Et ego, mi Lector, in amœniſſimo cellulæ noſtræ, quantum per occupationes licuit, hortulo verſatus, hoſce inter cetera collegi flores, quos operis huius calatho incluſos, ſine inuidia communico. Hæc quæ carpſi poma noua & vetera, ſeruaui tibi. Si minus ad guſtum, non deſunt alibi lautiora, quibus animum expleas: &, ſi quidem Religioſus es, cellæ tædium cum voluptate ſuperes. Iamque diu ſatis, & fortaſsè nimiùm locutus, ad ſilentij portum, & Cellulæ quietem confugio, optans, vt iuxta Baſilij effatum, illa mihi deinceps efficiatur *cæleſtis doctrinæ ſchola, ac diuinorum artium diſciplina. Vbi Deus eſt totum quod diſcitur, via quâ tenditur, totum per quod ad ſummæ veritatis notitiam peruenitur.*

Baſil. vbi ſuprà.

TOTIVS OPERIS EPILOGVS.

Epilogus totius Operis.

LVſtrauimus iam, Candide & Religioſe Lector, Cœnobij huius loca vniuerſa. Vnum in fine repetendum, de Fine quo & Regula à S. P. BENEDICTO exarata, & à nobis duodenis hiſce libris vtcumque explanata. Quo cognito, nec me laboris & collectionis, nec lectionis, vt ſpero, te pœnitebit. B Quis portò deſcriptæ Regulæ finis, niſi eiuſdem obſeruatio? hanc inculcat in principio, hanc vrget in fine. Ibi monet: *Præcepta Magiſtri & admonitionem pij Patris libenter excipe, & efficaciter comple.* Hîc, *Regulam ſe deſcripſiſſe, vt obſeruetur in Monaſteriis.* Quis autem obſeruatæ Regulæ fructus, niſi vitâ æternâ? *Quiſquis*, inquit, *patriam cæleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis Regulam, adiuuante Chriſto,* PERFICE. Quid verò neceſſarium vt Regula perficiatur? C quâ viâ regnum obtinetur cælorum? verbo dixerim:

Quis finis Regulæ S. Benedicti. Prol. Reg.

Quid neceſſarium vt perficiatur.

FIT VIA VI. Æneid. 2.

Naturæ vis adferenda.

Continua corruptæ naturæ inferenda vis, aſſiduum aduerſus eius concupiſcentias gerendum bellum. Vera ſiquidem eſt illa æternæ veritatis ſententia: *A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Id eſt, propter regnum cælorum terreni homines ſibi, ſuiſque concupiſcentiis vim inferunt per mortificationem, pœnitentiam, patien- D tiam, paupertatem, obedientiam; & eâ ad cælum itur viâ, quam Ioannes Monachorum princeps & verbis & factis demonſtrauit. Quotidiani huius prælij figura olim Ezechieli oſtenſa, cui dictum: *Sume tibi laterem, & pones eum coram te: & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro.* Quæ de Prædicatoribus explicans Gregorius, ait: *Sume tibi laterem, videlicet proximi cor ter-* E *renum. Et deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, vt ei, quæ ſint ſuperna gaudia de viſione pacis innoteſcas. Et ordinabis aduerſus eam obſidionē. Nam vt valeat anima ad illa pacis gaudia æterna pertingere, hanc hic procul dubio oportet tribulationum & tentationum certamina multa ſuſtinere,* & ſibi ipſi vim inferre. In hoc violentorum cenſu Baſilius recenſet Monachos, non omnes quidem, qui ſe intra cellas ſuas cōtineant, ſed eos, *qui voluntatem propriam, & corporis laxamentum abnegant omne, & Magiſtri ſui præcepta omnia conſeruant.* Hinc illa Monachi apud Climacū deſcriptio: *Monachus*

Matth. 11.

Pugna huius typus. Ezech. 11.

Greg. hom. 11. in Ezechiel.

Monachi in numero violentorum. Baſil. ſer. de abdic. rer.

Climac. grad. 1.

chus eſt, perpetua naturæ violētia, ſenſuumq́; vigilātiſſima & indefeſſa cuſtodia. Siue vt Raderus vertit: *Monachus eſt violentus & aſſiduus naturæ domitor, & incanueniens peruigilque ſenſuum cuſtos.* Operæpretium autem fuerit in hoc epilogo breuiter oſtendere, vt Regula noſtra naturæ concupiſcentiis repugnet, iiſq́ue ex Sanctiſſimi Legiſlatoris præſcripto violentas inferat manus.

Benedictinus naturam domat
I. *In veſtitu vili, & calceatu.* Cap. 11.
Vt ab exterioribus initium ſumam, appetit natura in veſtibus mollitiem, cultum & pretium: at in his vult S. BENEDICTVS, *vt de calore aut groſſitudine non cauſſentur Monachi*. Et pro indumento aſſumant, *quod vilius comparari poteſt*. Vt continua eſſet carnis mortificatio, geſtatum olim ſub veſtibus [a] cilicium, interdictis hodieque lineorum vſus. Non tibialia indulta & calceamenta; ſed [b] pedules & caligæ, id'eſt, ſandalia & ſocci, adeoq́ue hac parte etiam adamata nuditas.

[a] Vide lib. 5. tr. 1. diſq. 2.
[b] Tract. 5. diſq. 2. 1.

II. *In lecti duritia.* Cap. 55. Cap. 22.
Natura ſuauiter cupit dormire, at S. Patriarcha non plumas molleſq́ue culcitras, non ſtramina, non tegmina varia concedit, ſed ſufficere ait *Mattam, Lanam, ſagum & capitale*, pauca ſcilicet, & vilia. Atque vt magis corpus affligeretur veſtitos dormire voluit, & cinctos *cingulis aut funibus*.

III. *Ieiuniis.* Cap. 41. Cap. 39. Cap. 40.
Quid magis affectat natura, quàm crebras comeſtiones, potuſq́ue delicias? At S. Regula pluſquam ſeptem menſium quotannis præſcribit ieiunium, proſcribit carnes perpetuò. Pulmentaria in numero, panem in pondere, potum tribuit in menſura: & in his ſuadet abſtinentiam & parcitatem.

IV. *In mortificationibus.* Cap. 4.
Prona eſt natura in voluptates & corporis delicias: Regula verò ſuadet: *Corpus caſtigare. Delicias non amplecti. Deſideria carnis non perficere.*

V. *Labore & lectione.* Cap. 48.
Otium amat natura & quietem. Sanctus verò BENEDICTVS, pænè vſque ad momentum tempus omne ſuis aſſignat exercitiis, Pſalmodiæ ſcilicet, labori manuum & lectioni, nullumq́ue tolerat *acediaſum, qui vacet otio aut fabulis*.

VI. *In ſolitudinis ſtudio.* Cap. 66. Cap. 67.
Geſtit natura foras prodire, amicos & neceſſarios inuiſere, deambulare, & in ipſo Monaſterio pro libitu diſcurrere: præſcindit hæc Regula, volens ita conſtitui Monaſterium, *vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras*, additâ etiam cauſsâ: *Quia omninò non expedit animabus eorum.* Hinc vindictæ regulari ſubiicitur, *qui præſumpſerit clauſtra Monaſterij egredi, vel quocumque ire*, etiam intra Monaſterium, vt ſuprà expoſuimus.

VII. *Silentij obſeruatione.* Aug. l. 2. Confeſſ. c. 5.
Homo, vt animal ſociale eſt, ita aliorum gaudet conſortio, amat colloqui, redire, nugari: & hinc, vt ait Auguſtinus, *amicitia hominum caro nodo dulcis eſt, propter vnitatem de multis animis.* Sed ne animus capiatur hac dulcedine, ſecat hunc nodum Regulæ gladius, vetans, *ne frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.* Adhęc, *ſcurrilitates vel verba otioſa aut riſum mouentia æterna clauſura in omnibus locis* damnat. Nec ſatis: ſed etiam *de bonis & ſanctis ad ædificationem eloquiis* quamuis *perfectis diſcipulis raram loquendi* concedit licentiam. Inſuper, *omni tempore ſilentio ſtudere* voluit Monachos: quod ſanè prurienti linguæ notum eſt faceſſere moleſtias.

DORMITORIVM. Cap. 48. Cap. 6. Cap. 42.

VIII. *In ſui abiectione.* Cap. 7.
Optat homo præ ceteris excellere, honorari, aliis præfici, honeſtioribus muniis impendi, vſque adeò, vt indignentur nonnulli ſe negligi, aliis poſtponi, nullaq́ue ſibi demandari: ſed ex Regulâ, *omni vilitate, & extremitate contentus ſit Monachus; & ad omnia quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum & indignum ſe iudicet.* Et quid amplius? *Omnibus ſe viliorem intimo cordis credat affectu.*

IX. *In ſubiectione.* Ibid.
Amat natura ſui eſſe Iuris, proprio viuere arbitrio, & frui libertate: Verus autem Monachus *propriam non amans voluntatem pro Dei amore omni obedientia ſe ſubdit maiori.*

X. *Obedientia.* Cap. 72.
Suo natura nititur iudicio, & in ſuo abundat ſenſu: Monachorum ex Regula eſt, non *ſua arbitria*, ſed *aliena indicio & imperia* in cœnobiis degere. *Non quod ſibi, ſed quod alij vtile* videtur, *ſequi*.

XI. *In patientia.* Cap. 7.
Abhorret natura à duris & cōtrariis rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis; ſed in his monetur Monachus, *tacitâ conſcientiâ patientiam amplecti*, & ſuſtinere propter eum, qui dilexit nos.

XI. *In manſuetudine.* Cap. 34. Cap. 6.
Querula eſt in aduerſis, & ſubmurmurans in increpationibus, aut cum quidpiam deeſſe videtur: at Regula noſtra admonet: *Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicumque cauſſa, in aliqua qualicumque verbo, vel ſignificatione appareat.* Quinimò, etſi nihil appareat, *verùm in corde ſi murmurauerit etiam implens iuſſionem, pœnam murmurantium incurret.*

XIII. *In ſui accuſatione.* Cap. 7. Cap. 46.
Tenebras quærit natura, nec mala ſua detegi, aut redargui ſuſtinet: Monachus verò iubetur *omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa* Abbati reuelare. Quinimò, *Si quis dum in labore quouis, in coquinâ, in cellario, &c. aliquid deliquerit, aut fregerit quidpiam, aut perdiderit, vel quid exceſſerit vbi vbi: & non prodiderit delictum ſuum, maiori ſubiaceat emendationi.*

XIV. *In proprij abdicatione.* Cap. 33.
Concupiſcit natura plurima poſſidere, & habere ſibi propria, quæ Regula penitus amputat, vetans *ne quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat, vel præſumat; neque codicem, neque tabulas, neque graphium, ſed nihil omnino.*

Viciſſi-

DORMITORIVM XV. Perſeuerantia. Vicissitudinem amat natura & mutationem: monaſtica profeſſio iubet *vſque ad mortem in Monaſterio perſeuerare.*

Prol. reg. *In ijs exerceant ſe Monachus.* Caſſ. coll. 19. c. 8. Ecce quantum oneris nobis imponit Regula S. Benedicti, à quâ & Regulares nuncupamur, & Benedictini. Hoc (vt Caſſianus ſcribit) officium & *finis Cœnobitæ, omnes ſuas mortificare & crucifigere voluntates.* Hoc eſt, iuxta Apoſtolum, exſpoliare ſe veterem hominem cum actibus ſuis. Hoc eſt, carnem crucifigere cum vitiis & concupiſcentiis. Hoc eſt *abnegare ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtum.* Ex quibus Reg. c. 4. Regulæ noſtræ excellens perfectio colligitur, quantamque in ſpirituali hac pugna requirat generoſitatem. Nam vt Auguſtinus A ait: *Hoc eſt opus noſtrum in hac vitâ, actiones carnis ſpiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interimere. Hæc eſt actio noſtra, hæc eſt militia noſtra.* Aug. ſer. de verb. Apoſt. Quòd ſi hoc durum cuipiam videatur, & prorſus difficile ac arduum; ſequamur Legiſlatoris noſtri conſilium, & *rogemus Dominum, vt quòd minus habet in nobis* Natvra *poſſibile,* Gratiæ *ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrari.* Cùm diuina gratia auxilio. Prol. reg.

Ego verò Gratiæ auctorem Iesvm Chriſtum enixius rogo, vt ſi quid boni toto hoc Opere expreſſum, meo illud meorumque Lectorum cordibus imprimat; vt eiuſdem auxilio idipſum motibus & vitâ exprimamus.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM
EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SÆCVLVM.

MONASTICARVM DISQVISITIONVM APPENDIX.

Appendix gemina quæ ſint huic Operi addita.

SANCTVM Benedictvm, *parentem ſanè optimum, & per ſe ſatis illuſtrem, noſtris conatibus illuſtrare animus ſtudiumque fuit. Cùm igitur & Vitam & Regulam eius hactenus elucidauerimus; diſpiciendum, vt ſiquid operum eius ſuperſit, communi luce non fraudemus. Hinc Diſquiſitionibus noſtris gemina acceſſit* Appendix: *prior exhibet adſcriptum S. Patri Opuſculum,* de Ordine qualiter fratribus in Monaſterio religioſè ac ſtudioſè conuerſari oportet: *quod alteram eius Regulam quidam indigitarunt: vt vel hoc nomine, neutiquam videretur prætermittendum. Et iam pridem eruditiſſimorum conſenſu vſque obtinuit, vt cum genuinis Auctorum, quæ ediderunt operibus,* ψευδεπίγραφα *quoque ac dubia illis ſubiungerent, iudicium de ijs Lectori relinquentes, aut ne prorſus reiectis, antiquitati aliquid ſubductum videretur. Poſteriori, plantatæ à S.* Benedicto Vineæ, *ſenſimque defluentis primam inſtaurationem, ſiue vt vocant Reformationem generalem, repræſentamus; vt quæ Regulæ acceſſerunt, atque inſtar illius habita olim fuere decreta, ſimul cum ipſa hîc legerentur, & quarumdam in Ordine noſtro obſeruantiarum appareret origo. Tu benigne Lector, Benedictinæ pietatis iuuandæ ſtudium boni conſule, fruere, & vale.*

ORDO

ORDO
CONVERSATIONIS
MONASTICÆ,
EDITVS, VT FERTVR,

A

S. BENEDICTO,
MONACHORVM IN OCCIDENTE

PATRIARCHA.

RECENSVIT, NOTISQVE ILLVSTRAVIT

Domnus BENEDICTVS HAEFTENVS,

PRÆPOSITVS AFFLIGENIENSIS.

Vuuuu

DISQVISITIO
DE LIBELLI HVIVS AVCTORE,
INSCRIPTIONE, ET ARGVMENTO.

PRÆTER Regulam à S. BENEDICTO ſcriptam, uullum aliud ei aut Gregorius Magnus, aut Honorius Auguſtoduocoſis, aut Sigebertus Gemblacenſis adſcripſerunt. Addit Trithemius lib.2. de Vir.Illuſt.Ord. S.BENED. *Fertur etiam breues quaſdam ſcripſiſſe epiſtolas, de quibus nihil certi poſſum adſtruere.* Vt autem prioris Magiſter eſt poſterior dies: ita recentiorum ſtudio ac diligentiâ, nonnulla iam pridem ex antiquitatis tenebris eruta editaque ſunt Opuſcula, quæ ſanctiſſimum Patriarcham videbantur agnoſcere parentem. Sunt autem hæc quinque:

Quæ alia opuſcula S. Benedicto tribuantur.

I. Epiſtola ad S. Remigium Rhemorum Antiſtitem.
II. Sermo in morte S. Placidi.
III. Sermo habitus in diſceſſu S. Mauri & ſociorum.
IV. Epiſtola ad S. Maurum miſſa.
V. Ordo qualiter Fratribus in Monaſterio religioſè conuerſari oporteat.

Cùm autem duas iſtas Epiſtolas, totidemque Sermones, ſuis locis noſtro ad vitam S. BENEDICTI COMMENTARIO inſeruerimus, poſtremum iſtud Opuſculum, non io poſtremis habendum, ſuo quaſi iure elucidationem aliquam exigere videbatur. Ita namque quidquid ſancto Legiſlatori noſtro ſeu verè, ſeu veriſimiliter tribuitur, noſtro vtcumque erit labore explanatum. In ipſo autem veſtibulo de libelli auctore, inſcriptione & argumento inquirendum.

§. I.

Quibus auctoribus S. BENEDICTO *aſſeratur?*

MANV-SCRIPTORVM hîc, veterumque Codicum potior deberet eſſe fides: ſed cùm hactenus nullum videre cõtigerit, nitar eorum dumtaxat auctoritate, qui ordinationes has typis euulgauerunt, & de manu-ſcripto exemplari fidem præſtãt. Primas in hoc ceoſu obtinet Arnoldus Wion, qui Ligni Vitæ lib.1.cap.1. recenſens S.P.N. opera, huius libelli ita meminit: *De Ordine Monaſterij, ac qualiter à fratribus religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet, lib.1.* IN PRIMIS NOCTVRNIS HORIS. *Hic excuſus eſt, cum Regula eiuſdem Patris, nobis procurantibus, anno* 1593. *Venetijs apud Iuntas, in* 16. *quod* totidem verbis in Apparatu ſacro exſcripſit Antonius Poſſeuinus. Eademque refert Domnus Simon Milletius in Annotationibus ad cap.36.lib.2.Dialog. Gregorij Papæ. Editionis huius duo nacti ſumus exemplaria. Prius illo ipſo anno & loco impreſſum apud Iuntas; poſterius apud eoſdem anno 1609. à priori nullâ prorſus parte diſcrepans. Vtrobique autem in limine libelli

Auctores, qui hoc Opuſculum S. Benedicto adſcribunt.

Arnoldi VVion.

A huius titulus, ita exprimitur: *Acceſſit* REGVLA SECVNDA *eiuſdem Patris, B. Mauro tradita, cùm in Galliam proficiſceretur.* Ad Calcem verò, finitâ S. BENEDICTI Regulâ, & quæ eidem ſubiuncta eſt, profitendi forma, ita ſubijcitur: *Hæc verba ſanctiſſimi Patris* BENEDICTI *reperta ſunt in fine Regulæ, quam ipſe proprijs manibus ſcripſit, & S. Mauro cùm eum ad Gallias mitteret, tradidit. Quæ D. Petrus Abbas Cluniacenſis, cùm apud maius Monaſterium Turonenſe, in eadem Regula, quæ ibi pro reliquijs ſeruatur, inueniſſet, rogauit ſibi tranſmitti.* Paulò inferiùs alio charactere. *Incipit Ordo in Monaſterio, qualiter à Fratribus religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet.* In fine verò additur: *Tranſſcripta* B *ex Libro vetuſtiſſimo, ſacri Montis Caſſini manuſcripto, Anno Domini* 1590. *Menſe Auguſti.* Quæ puto eſſe ipſiſſima Wionis verba.

Atque hæc de editione Veneta, quam anno ſequenti excepit Pariſienſis apud Hieronymum Drouart, adornata ab Anſelmo Rolle Benedictino. Qui in dedicatoria Epiſtola ſcribit, ſe *opuſcula illa apud diuerſos Auctores, eoſque veteres ſigillatim diſperſa collegiſſe, & germana probaſſe.* Producit autem quinque illa, quæ recenſuimus opuſcula: Vltimum autem, de quo agimus, his verbis obſignat:

Anſelmus Rolle.

Ita vetus quoddam MS. Caſſinenſe, cuius exemplar, C *ab ipſo originali extractum mihi communicauit R. P. Iacobus du Breul, Monachus S. Germani à Pratis: quod quidem MS. huiuſmodi ordinationes* S. BENEDICTO *aſſcribit, quia reperta ſunt in fine Regulæ, quam* S. BENEDICTVS *proprijs manibus ſcripſit, & S. Mauro cùm ad Gallias eum mitteret, tradidit.* &c. vt in editione Veneta.

Subijcit deinde: *Quod ſi ita ſit, credendum eſt huiuſmodi ordinationes valde eſſe antiquas, & ſi non ſint* S. BENEDICTI, *fuiſſe ſaltem antiquiſſimi noſtræ Galliæ Cœnobij pias & ſanctas conſtitutiones.*

Et iſta quidem Anſelmus Rolle. Quæ ad verbum deſcripta ſunt tom. 6. Bibliothecæ veterum Patrum editionis Colonienſis anni 1618. Iterumque in Auctario ſiue Supplemento Bibliothecæ D Patrum tom. 1. edito Pariſijs apud Ægidium Morellum anno 1639.

Bibliotheca Patrum.

Anno deinde 1611. Balduinus Moreau Religioſus Camberonenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Duaci REGVLAM S. BENEDICTI cum alijs eiuſdem Opuſculis, typis edendam curauit, & primus, quod equidem ſciam, ad titulum, *Incipit Ordo qualiter* &c. abſolutè, & ſine vlla ambiguitatis inſinuatione, adiecit: *editus à Sanctiſſimo Patre* BENEDICTO. Hoc ipſum ex eodem ordine imitatus eſt Chryſoſtomus Henriquez, Opuſculum hoc Regulæ S. BENEDICTI immediatè ſubijciens, cùm eadem prorſus qua Balduinus Epigraphe. Vltimis verò, libelli huius verbis ſubnectit confirmationem Regulæ à ſummis Pontificibus Gregorio Magno, & Zacharia emanatam. Vt autem D. Moreau hoc S.

Balduinus Moreau.

Chryſoſtomus Henriquez.

BENE-

BENEDICTO opuſculum vindicet, iſta ſcribit: *Ordinationes has pias & ſanctas eſſe Beatiſſimi Patris* BENEDICTI, *rationes variæ nec improbabiles perſuadent. In primis antiqua valde MS. exemplaria (quorum nonnulla plerisque locis vidi) ſanctiſſimo Patri prædictas ordinationes adſcribunt.* Addit deindè ſuperiùs allata teſtimonia, quod nimirùm Regulæ S. Mauro traditæ fuerint ſubiunctæ, & à Petro Cluniacenſi expetitæ. Optaſſem & illud addidiſſet, quibus locis, & quot MSS. exemplaria viderit, vt denuò conſulendi data fuiſſet facultas.

Antonius Yepez.

Agnoſcit & pro S. BENEDICTI legitimo fœtu Antonius de Yepez, tom. 1. Chronici ſui Benedictini Anno Chriſti 529. cap. 5. vbi ita loquitur: *Scripſit &* S. BENEDICTVS *paruum libellum, aut tractatum*, qui *Ordinis ſiue Caremoniale videtur; incipitque: In primis nocturnis horis. Subiunctus eſt paruus hic tractatus ad finem huius tomi, & vtar ſubinde, cùm hiſtoriam tangit, eius auctoritate.* Sed nec in Hiſpana, nec Gallica appendice comparet, vnde crediderim hoc ei primò propoſitum fuiſſe, ſed mentem fortaſſe mutaſſe, aut eidem poſteà excidiſſe.

Aſcanius Tamburinius.

Eiuſdem ſententiæ eſt Aſcanius Tamburinius S. T. Magiſter, Ordinis Vallis Vmbroſæ, qui in opere *de Iure Abbatum tom. 2. diſp. 24. quaſ. 5. num. 2.* Regulæ quoque annectit hoc Opuſculum, & pro eius confirmatione præter ſuperiùs à nobis relatos Auctores, citat Conſtantinum Caietanum, M. Andream de Zalazar Monachum Æmilianenſem, qui dicit *ſcripta reperiri in ſuo Monaſterio S. Æmiliani adeò antiquitus, vt nongenti iam elapſi ſint anni.*

Conſtantinus Caietanus. Andreas Salazar.

§. II.

Nonnulla circa Auctorem haſitatio.

HÆc ſunt quæ reperire hactenus potui, vt S. P. BENEDICTO decreta hæc aſſerantur; quæ optarem validioribus rationum momentis poſſe confirmari. Verùm, quia in omnibus veritas præualere debet, non vſqueadeò affectui in parentem indulgebo, quin nonnullas dubitationum nubeculas, quæ hanc rem aliquouſque ſaltem obſcurent, candido Lectori proponam; vt clariore aliquis luce, certioribuſque argumentis, eas legentium animo diſpellat. Gaudebo ſanè; & illi, noſtroque Patriarchæ vindicatum hunc fœtum gratulabor.

Dubia circa hoc opuſculum.

I. *Priſci ſcriptores non meminerunt.*

Primum igitur, quod occurrit, eſt tam altum apud priſcos auctores, atque eos præſertim qui S. BENEDICTI lucubrationes ex profeſſo enumerandas ſumpſerunt, de hoc opuſculo ſilentium. Nihil enim de eo habet Sigebertus Gemblacenſis, nihil Honorius Auguſtodunenſis, nihil Trithemius, rerum Ordinem noſtrum, eiuſque Fundatorem concernentium explorator diligentiſſimus.

II. *Benedictus Indenſis illud citaſſet.*

Quis verò credat ſcriptum hoc ſubterfugiſſe diligentiam S. BENEDICTI Anianæ Abbatis, qui Ludouici Pij tempore omnes antiquorum Regulas collegit, & ex ijs CONCORDIAM REGVLARVM concinnauit, nec prætermiſit quidquam, quo S. P. N. BENEDICTI verba illuſtrare quoquo modo poſſet. Vnde & ſententias quaſdam S. Auguſtini, Venerabilis Bedæ & aliorum attexuit. Quod ſi iam indè à tempore S. Mauri, Maius Monaſterium hæc decreta Regulæ ſubiuncta habebat, & ea S. BENEDICTI Caſſinenſis eſſe credebantur, mirum profectò videri queat, ea ad BENEDICTI Anianæ Abbatis notitiam non perueniſſe, aut ſi peruenerint, ab eo non citata, oſtenſumque Regulæ eſſe maximè conformia, aut quædam ex ea repetita. Sic enim allegat Regulas Magiſtri, Donati, & cuiuſdam ad Virgines, quæ ipſa S. P. BENEDICTI verba frequenter repræſentant. Licuiſſet etiam quædam non ita clarè textu Regulæ expreſſa hinc elucidare, v. g. interuallum poſt nocturnas vigilias vſque ad matutinas laudes, impendendam pijs orationibus; cùm in Regula agatur de pſalmis meditandis, ſiue ediſcendis. Item quod poſt Laudes vſque ad Primam in ſilentio orandum ſit, vel legendum. De indicendo poſt Primam quid quiſque in opere manuum facturus ſit. De ritu ante, & poſt laborem orandi; vt pro iuramento dicatur, *Crede mihi, certè, aut ſanè*, de vitandis ſæcularium colloquijs, de ritu miniſtrandi menſæ, alijſque ſimilibus. Similiter nec commentarius Smaragdi libelli huius teſtimonijs ſuam expoſitionem vſquam confirmat. Ad caput enim 53. Menſam Abbatis & hoſpitum in communi Refectorio rectè conſtitui ex Aquiſgranenſi Concilio probat. At quantum firmamenti huic ſententiæ adijci ex his ordinationibus potuiſſet, cùm capite XI. ita agat de Abbate, quaſi cōmuniter intereſſet fratrum Refectorio. Sed nec S. Dunſtanus in Concilio Wintonienſi, ſiue Regulari Concordia, in qua aliquoties libelli huius verba periodoſque deſcribit, menſam Abbatis in Refectorio, ſcripti huius auctoritate confirmat, ſed Synodi dumtaxat Aquiſgranenſis. Idem dici poteſt de S. Petro Cluniacenſi, qui Ciſtercienſium obiectionibus de mēſa Abbatis in Refectorio, eiuſdem Synodi decretum opponit. Et tamen hic eſt, qui has conſtitutiones ex Maiori Monaſterio Turonenſi ſibi petijt tranſmitti. Quas ſanè, ſi vt indubitatas S. BENEDICTI leges habuiſſet, ex ijs ſuam probabiliter confirmaſſet ſententiam.

Et ex eo vitus quoſdam illuſtraſſet.

Vt & alij ſua decreta.

III. *Phraſis diſpar.*

Sed & in ipſo hoc ſcripto, quædam occurrunt verba, quæ ſuſpicionem ingerant, cur S. BENEDICTO non videatur tribuendum, quæ quidem ſuis locis in Notis expreſſimus.

IV. *Preces hæ neglectæ.*

Præterea, quæ hic præſcribuntur recitandæ preces à ſurgentibus, vel cubitum euntibus, illæ, ſi S. BENEDICTI hæc eſſet lucubratio, maiori, vt arbitror, ſtudio fuiſſent in Ordine noſtro inculcatæ, & continuatâ ſerie ad poſteros tranſmiſſæ, quod tamen vix reperias, niſi apud S. Dunſtanum, cum notabili tamen varietate.

V. *Nec ita fortiter id aſſerunt auctores.*

Quid verò dicemus ad Auctores, qui hæc S. BENEDICTO tribuunt? Aſſerunt illi quidem inueniri hæc in fine Regulæ, quam S. P. BENEDICTVS proprijs manibus ſcripſit, nullus tamen fidem præſtat, quod ab eadem ſint manu. Neque enim infrequens eſt, vt libro vnius manu deſcripto, aliquid deinde alienâ manu adſcribatur. Sed nec vllus teſtatur codicem Maioris Monaſterij Turonenſis à ſe viſum, ſed Petrum Venerabilem ideò rogaſſe ſibi tranſmitti, quia in exarata à S. BENEDICTO Regula, & S. Mauro tradita inueniebantur.

Quin & formidant de oppoſito.

Quid, quod nec Domnus Anſelmus Roile, nec qui eius editionem ſunt ſecuti, adeò conſtanter S. BENEDICTI eſſe velint, quin ſuam de oppoſito formidinē ſatis prodant? ſic enim ſcribunt: *Credendum huiuſmodi ordinationes valde eſſe antiquas, & ſi non ſint* S. BENEDICTI, *fuiſſe ſaltem antiquiſſimi noſtræ Galliæ Cænobij pias & ſanctas conſtitutiones.*

Noſtri hi, vt præfati ſumus, ſcrupuli: quos ſi dixeris non prorſus euincere, non admodum contradixero. Neque enim neſcius ſum quid ſingulis

vtcumque probabiliter reſponderi poſſet, ſi certiora pro Smo. Patriarcha noſtro ſtarent argumenta.

§. III.

De auctore coniectura.

CONSTAT igitur de Scriptore non admodum conſtare. Liceat hîc, vt de ambiguis alij fecêre auctoribus, noſtram adferre coniecturam, Doctorum iudicio expendendam. Cùm plura in hoc ſcripto reperiſſem, quæ iiſdem verbis IN EPITOME LVDOVICI PII IMPERATORIS SVPER REGVLAM S. BENEDICTI, quam Menardus ad Concordiam Regularum non rarò citat, leguntur expreſſa, ſuſpicari cœpi, & reliqua forſitan in eadem reperiri, adeòque libellum hunc vel eſſe ipſam Epitomen, vel maiori parte ex ea deſumptum. Operam proinde dedi, vt ſi qua ratione liceret, ipſam Epitomen nanciſcerer: quærendam curaui in ipſo Indenſi Monaſterio; cùm tamen ibi nullum reperiretur exemplar, in varijs per Belgium Superioremque Germaniam Ordinis noſtri Bibliothecis quæſita, fruſtra fuit. Quare à ſolo Menardo, qui eius indicium primus nobis fecerat, petendam lucem animaduerti. Is verò in Concordia Regularum cap. 47. §. 1. Epitomen hanc in teſtimonium aduocans, ita margini adſcripſit. *Hæc Epitome eſt media pars Memorialis quomodo in Monaſterio conuerſandum ſit, in Cod. MS. S. Victoris.* Idemque per litteras de hâc re à me conſultus, reſpondit. *Quod autem deſiderat V. R.ª epitomen Ludouici ſuper R. S. P. N. B. ſciat illam nihil aliud eſſe, quam* Ordo qualiter fratribus in Monaſterio religiosè ac ſtudiosè conuerſari ac Domino militare oportet, editus à Sanctiſſimo Patre BENEDICTO, *quem reperire eſt in Regula, conſtitutionibus, & priuilegijs Ordinis Ciſtertienſis operâ Chryſoſtomi Henriquez Antuerpiæ editis, anno 1630. Sed de eo egi in notis ad Concordiam Regularum, vbi annotaui probabile eſſe illius auctorem fuiſſe S. BENEDICTVM Anianenſem & Indenſem Abbatem, & in exemplari Monaſterij Victorini in medio circiter eiuſdem Ordinis eſſe hanc inſcriptionem:* Epitome Ludouici Imperatoris ſuper Regulam S. BENEDICTI, *cùm tamen ſequentia à præfato Ordine non diſcrepent.* Ita ille, epiſtolâ ad me Pariſijs ex Monaſterio S. Germani à Pratis III. Non. Ianuarij anno Domini M. DC. XLIII. data.

Epitome Ludouici Pij ſuper Regulam S. Benedicti.

Eſt hoc opuſculum,

Et verò cùm Benedictus ille Ludouico Imperatori perfamiliaris fuerit, eoque in reformandis Monaſterijs vteretur, vt propterea in Synodo Aquiſgrani habita, pro vniformi obſeruantia Regulæ S. BENEDICTI præſederit; valdè probabile efficitur, Epitomen hanc ab eo compoſitam, & Ludouici Pij nomine inſignitam, eiuſdemque auctoritate promulgatam. Sic nimirùm Imperatorum edicta, & Pontificum diplomata ab aliena plerumque ſunt manu. Quare ſi hæc lucubratio Regulæ noſtræ tunc temporis ſubijciebatur, mirum minimè videbitur, ſi Patriarchæ noſtro fuerit adſcripta; cùm & ſanctitatis titulus, & idem BENEDICTI nomen, & Abbatialis dignitas vtrique conueniret: & diſtinctionis cauſſa adijciendum fuiſſet, *Caſſinenſis*, vel *Indenſis*. Quo prætermiſſo, cùm S. BENEDICTI Caſſinenſis Regula præcederet, eiuſdem & hîc Ordo creditus. Nam quæ annotauimus S. BENEDICTI Caſſinenſis æuo needum fuiſſe nata aut vſitata, ea rectiſſimè in poſteriorem hunc quadrant. Nonnulla etiam libello huic intexta reperias, quæ Aquiſgranenſis Synodi, cui præfuit, canonibus ſancita leguntur.

& eius auctor Benedictus Indenſis.

§. IV.

Libelli titulus, argumentum, & quid à nobis in eo præſtitum.

DE his quoque recepto more prælibandum aliquid duximus. Speciosum titulum, vt vidimus, Venetæ editionis Auctor præfixit. Præmiſsâ enim Regulâ Diui Patris BENEDICTI, & vitâ eiuſdem, ita pergit: *Acceſſit* REGVLA SECVNDA *eiuſdem Patris B. Mauro tradita, cùm in Galliam proficiſceretur.* 1

Opuſculi huius varius titulus.

Chronographus noſter Antonius Yepez indicat vocari poſſe, *Cærimoniale Ordinis.* Hugo Menardus, vt ſuprà quoque monitum, vocat: MEMORIALE *qualiter in Monaſterio conuerſandum ſit.* Mihi ſubinde Opuſculi argumentum cõſideranti, viſum eſt non incongruè poſſe appellari, *Diarium Monaſticum.* Ordinatâ enim ſerie omnia nocturna & diurna officia explicat, & Monachum è lecto noctu ſurgentem per omnes diei horas, & quotidiana exercitia deducit, & ad eundem veſperi rectâ reducit. Intertexta ſunt ſuis locis monita de vitandis ijs, quæ in communi conuerſatione ſubrepere ſolent, imperfectionibus & negligentijs.

Cærimoniale. Memoriale. Diarium Monaſticum.

Sed qualicumque tandem cohoneſtari queat titulo; expendamus illum, quem Auctor præfixit. Arnoldo Wion dicitur, ORDO MONASTERII, in Veneta editione, ORDO IN MONASTERIO *qualiter à fratribus religiosè* &c. Anſelmus Rolle, Balduinus Moreau, & alij, ita repræſentant: ORDO *qualiter fratribus in Monaſterio religiosè ac ſtudiosè conuerſari, ac Domino militare oportet.*

Ordo Monaſterij.

Appoſita ſanè inſcriptio, vt ORDINATIONES illæ vocentur ORDO. Domeſticum enim religioſorum hominum diſciplinam, ORDINIS nomine ſancti Patres ſolent decorare. Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſticum: *Monaſteriorum Ordinem ac regiam diſciplinam in paruis* (apum) *diſce corporibus.* S. Gregorius lib. 7. epiſt. 36. *Quoniam non ſolùm regularis Ordo diſſoluitur.* Idemque lib. 9. Epiſt. 42. Queritur cum Vrbico Abbate, *diſciplinæ Ordinem* in Monaſterio non ſeruari. Ecce hîc quodammodo titulum noſtrum expreſſum. Eodem modo loquitur Tertullianus in Apologetico cap. 39. *Reliquum Ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate.* Cæſarius Arelatenſis homil. 3. ad Monachos: *Qui pro aliqua negligentia correctus, pro diſciplinæ ordine caſtigatus, non ſe ad emendationem, non ad ſatisfactionem confert,* &c.

Apta ſatis.

Nec caret exemplo, quod libri, *Ordinis* titulo inſigniantur. Ita antiquiſſimum Opuſculum inſcribitur: ORDO ROMANVS *de diuinis Catholicæ Eccleſiæ officijs & Miniſterijs per totius anni circulum.* In Miſſali Romano, formula, quâ quotidie in celebratione auguſtiſſimi Sacrificij vtimur, vocatur, ORDO *Miſſæ.* Appellationem hanc eſſe vetuſtam ex Iſidoro liquet, qui lib. 1. de offic. Eccleſ. cap. 15. ait: ORDO *Miſſæ vel orationum, quibus oblata Deo ſacrificia conſecrentur, à S. Petro eſt inſtitutus.* Nimirùm vt rectè dixit S. Nilus in libello Aſcetico: ORDO *ſi vlla in re, in religionis cultu maximè eſt neceſſarius.*

Et alij libri ſic ferè prænotatis.

Sed

Sed vt ad Monaſticæ Religionis Ordinem, & A actuum ſpiritualium in certa tempora horaſque diſtributarum ſeriem veniamus, S.Petrus Damiani Epigraphen Opuſculi XIV.fecit, *de* ORDINE EREMITARVM *fontis Auellani*; in eo autem deſcribit Regulas, & viuendi inſtituta, quibus illi ſuo tempore vtebantur: *Volo*, inquit, *fratres mei, de veſtræ conuerſationis* ORDINE *pauca perſtringere*. Exſtat & inter opera S.Bernardi tractatus *de Ordine Vitæ*, quem Cardinals Bellarminus, alijſque non cenſent illi adſcribendum.

Appoſitè igitur libelli huius inſcriptio eſt, *Ordo qualiter fratribus in Monaſterio religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac domino militare oportet*. Breuiùs concipi poſſet: ORDO CONVERSATIONIS MONASTICÆ. Quantum verò interſit Ordinem vitæ B ac diſciplinæ probè tenere, vel ille vulgatus oſtendit verſiculus.

Ordo vitæ diſciplinæ quàm neceſſariò tenendus.

Ordine ſeruato mundus ſeruatur, at illo
Neglecto peſſum totus & orbis abit.

Commendat & hunc Tullius lib.1.offic. cap.40. *Talis eſt*, inquit, *ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe, & conuenientia*. Sed maximè vrget, quod lib.1.de Ordine cap.9. non minùs piè quàm verè dixit Auguſtinus: *Ordo eſt, quem ſi tenuerimus in vita, perducet ad Deum: & quem niſi tenuerimus in vita, non perueniemus ad Deum*. Concludamus igitur cum Apoſtolo 1.Corinth.14. *Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant*.

Sed quid ORDINI huic, noſtris conatibus acceſſit? Tria hæc. PRIMÒ, libellus totus à nobis recognitus, & ad ea quæ nanciſci potui, & iam ſuprà enumeraui, exemplaria comparatus eſt. Variantes lectiones annotauimus, & quæ melior, ſubindicauimus, Editionem Venetam vtramque, velut antiquiorem ex ijs, quæ ad manus erant, potiſſimùm ſecuti ſumus: Quædam enim habebat, quæ alijs omnibus deerant. Interpunctio tamen non erat adeò proba, & typographicis quibuſdam laborabat mendis: hinc ex alijs ea nonnunquam correcta.

Conatus circa hunc Libellum. Recenſitus à nobis.

SECVNDÒ: Quod in alijs auctoribus non pauci fecêre, totum Libellum in XII.capita, quibus ſua præfixa lemmata, partiti ſumus, vt nouo titulo lectoris animus nonnihil reficeretur, ipſiuſque opuſculi argumentum per ſingulas partes magis innoteſceret, & quod quis fortè quæreret, faciliùs inueniretur.

Sectus in capita.

TERTIÒ. Notas adſperſimus, vt quam hæc decreta cum alijs Monaſticis ſcriptoribus, & præſertim cum Regula S.P.N.BENEDICTI conſentiant, aut ab ea diſcrepent, clariùs eluceſceret. Præſcriptos quoque ritus, præſertim ſi rariores eſſent, & iam vix vſitati, explicare conati ſumus.

Et additæ Notæ.

Quidquid verò hîc præſtitum, id eo, vt ante diximus, potiſſimùm animo fecimus, vt ſi hic ORDO ab ordinis noſtri eſſet Legiſlatore, lucem aliquam à noſtra acciperet manu.

INDICVLVS CAPITVM.

CAPVT I. *De nocturnis vigilijs.*

CAP.II. *De interuallo poſt nocturnas vigilias, & Matutinis Laudibus.*

CAP.III. *De Prima, Capitulo, & Culpis.*

CAP.IV. *De Labore, & reditu ad Oratorium.*

CAP.V. *De Silentio in templo, mutua compellatione, & non iurandum.*

CAP.VI. *Quomodo excipienda increpatio, & Obedientia mandatum deferendum Senioribus.*

CAP.VII. *De ſermone ſæculari, diſcurſu, & proprio vitando.*

CAP.VIII. *De Correptione Fraterna.*

CAP.IX. *De cauenda Contentione, de Opere manuum, & Lectione.*

CAP.X. *Quæ à prandio peragenda: nihil ſuum dicendum, de Obedientiâ, & Pſalmodiâ.*

CAP.XI. *De Refectione, cibo & potu.*

CAP.XII. *De Lectione Collationis, Completorii & Dormitione.*

[1]I N C I P I T
O R D O
[2]QVALITER FRATRIBVS IN MONASTERIO RELIGIOSE, AC STVDIOSE CONVERSARI, AC DOMINO [3]MILITARE OPORTET.

CAPVT PRIMVM.
DE NOCTVRNIS VIGILIIS.

4 IN primis nocturnis horis, cùm ad opus diuinum [5] de lecto ſurrexerit frater, primum ſibi [6] Sanctæ Crucis ſignum imponat per inuocationem Sanctæ Trinitatis: deinde dicat Verſum, *Domine labia mea aperies*, [7] *& os meum annuntiabit laudem tuam*: deinde Pſalmũ, *Deus in adiutorium*, & [8] compleatur totus, cum *Gloria Patri*. Tũc prouideat frater [9] corporeæ neceſſitatem naturæ, & ſic ad Oratorium feſtinet, pſallendo Pſalmum, *Ad te Domine leuaui animam meam*; qui Pſalmus [10] compleatur totus, cum *Gloria Patri*: cum ſumma reuerentia [11] & cautela intrans, ne alios orantes impediat. Et [12] profectus in locum congruum effundat preces in conſpectu Domini magis corde, quàm ore, ita vt [13] illius vox vicinior ſit Deo, quàm ſibi. Et tunc referat gratias Deo, dicendo ita:

Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui me dignatus es in hac nocte cuſtodire: deprecor [14] *immenſam clementiam tuam, vt concedas mihi venturum diem ſic peragere in* [15] *tuo ſeruitio cum humilitate & diſcretione*, [16] *quatenus tibi complaceam.*

Tunc omnes ſint parati, ſtantes in loco ſuo in choro per ordinem, vt cùm ſignum nouiſſimum ceſſauerit, cum ſumma humilitate & honeſtate referant laudes Deo in conſpectu Angelorum. Et ſi fortè alicui frequens [17] tuſſis, aut phlegma euenerit, aut ex pectore, aut naribus [18] excreſceret, [19] poſt dorſum proijciat, aut iuxta latus. Caueat autem curioſè, vt infirmis Fratribus non vertatur in nauſeam, & ſemper quod ſpuitur pede conculcetur: vt dum ad orationem curritur, veſtimenta eorum non ſordidentur; & [20] infrà Eccleſiam, & in omni loco, & conuentu, ſeu in Porticu, hoc obſeruetur, vt quod ſpuitur pedibus conculcetur.

N O T Æ.

1. INCIPIT.] Mirari liceat, quâ cauſsâ in MSS. pleriſque Codicibus ita titulus concipiatur, *Incipit liber N.N.* cùm manifeſtum ſatis ſit, ſi nihil ipſius præceſſerit, inde ſumi exordium. Sed augurari liceat inde eueniſſe, quòd cùm in Oratorio & Refectorio deſcripti à Monachis libri legentur, oportuerit, prout hodieque in Romana ſeruatur Eccleſia, ſingulis lectionibus præmittere titulum, dicendo prima vice: *Incipit liber N.N.* alijs autem, *De libro*; vel, *ſequitur in libro*. Ne ergo à rudioribus error committeretur, conſueuerint etiam ipſis initijs præſcribendum, *Incipit liber*. Similiter cum libri finis indicandus eſſet, dicebant & ſcribebant: *Explicit liber*. Quæ vox an latina ſit, parum conſtat, & Grammatici tacent. Inuenitur tamen apud Phædrum *Phædri Aug. Lib. primus explicit*. Ita apud Pla-

In MSS. cur praegatur, Incipit liber &c.

Explicit liber, vnde dictum.

A cidum Luctatium & alios, teſte Radero ad Martial. l. 11. ep. 53. qui ſimul explicat vnde hæc loquendi forma profluxerit. Olim, inquit, libri in orbem perpetuâ chartâ colligebantur, ita vt à fine inciperẽt, qui in volumine medius erat, & intimus, vt vmbilicus in corpore. Hinc volumen dictum, & euoluere implicitũ. Explicitũ ergo volumen eſt ita euolutum, vt vmbilicus & extremus margo appareat.

2. QVALITER FRATRIBVS IN MONASTERIO.]
B Ita omnia quæ vidi exemplaria, Venetum habebat *Ordo in Monaſterio, qualiter à fratribus.*

3. MILITARE OPORTET.] Addunt Balduinus Moreau, Chryſoſtomus Henriquez, Aſcanius Tamburinius, editus à Sanctiſſimo Patre BENEDICTO, quod non eſt in alijs editionibus.

4. IN PRIMIS.] Totus hic paragraphus vſque, *Tunc omnes*, cum aliqua varietate habetur in Concordia regulari S. Dunſtani

5. De lecto.] Dunſtanus, & Hugo Menardus in Notis ad cap.29.Concordiæ Regularum, *de lectulo*. Neutrum eſt apud Balduin. Henriquez & Tamburin.

6. Sanctæ Crucis imponat.] Similiter præſcriptum in Regula cuiuſdam ad Virgines, cap.14. *In ſchola qua dormitur, per totam noctem lucerna ardeat, ad curſum verò cum feſtinatione ſurgẽtes, ſignum Crucis fronti inferatur, ſimulque ſub ſilentio dicatur* Devs in adivtorivm mevm intende, Domine *ad adiuuandum me feſtina*. Regula Solitariorum cap. 49. *Cùm ſurrexerint, primum ſignum crucis frontibus ſuis imprimant, & cum ſilentio dicant: Deus in adiutorium.*

7. Et os mevm.] Hemiſtichium hoc non habet Moreau, nec aliæ editiones. Ceterùm videas hîc Romanæ Eccleſiæ ordinem ſeruari, inter duos hoſce verſus: *Domine labia mea aperies, & Deus in adiutorium meum intende*; cùm hunc illi in nocturnis vigilijs præmittendum decreuerit S. Benedictvs Reg. cap.9. & hinc fortè conijcias non eſſe hunc legitimum S. Patris fœtum.

8. Compleatvr totvs.] Dunſtanus, & alij Codices impreſſi, breuiùs ita repræſentant, *totum cum gloria*.

9. Corporeæ necessitatem.] Dunſtan. *Corpoream naturæ neceſſitatem, ſi ipſa hora indiguerit.*

10. Compleatvr totvs cvm Gloria patri.] Alij pro his habent, *vſque ad finem*, & omittunt illud, *cum Gloria Patri*. ſicut etiam Dunſtan.

11. Et cavtela intrans.] Cum cautela intrare vel ire, videtur huic auctori idem eſſe atque ſilenter, modeſtè, & ſuſpenſo gradu incedere. Sic infra cap.10. *Ad proprium locum pergat cum ſumma cautela & ſine alterius perturbatione.* & cap.12. *Cum magna cautela vadant ad dormitorium.* eodem modo cap.4. cùm permittit loqui de ipſa arte, *dicatur*, inquit, *cautè*. Submiſsâ ſcilicet voce: quâ notione & alij hac voce vtuntur. Iſidorus Hiſpalenſis in Regula Monachorum cap.6. *Cum omni cautela & ſilentio requieſcendum.* S. Fructuoſus in Reg. cap 12. *cautela & moderatio, & pudicitia, fides & ſinceritas ornant habitum Monachi.* S. Columbanus Regulæ cap.2. *tacendum igitur eſt, & cum cautelâ & ratione loquendum.* Cum cautela loqui, idem eſt quod in Euangelio Ioan. 11.28. dicitur, Martham vocaſſe Mariam ſororem ſuam *ſilentio*.

Cautela, quid.

12. Profectvs in locvm congrvvm.] Veneta editio legebat, *in loco congruo*. Dunſtan. *ac tunc flexis genibus in loco congruo & conſueto.* Videri autem queant, quæ hic hactenus præſcripta ſunt non eſſe ex inſtitutione S. Benedicti, qui cap.43. Regulæ, Pſalmum *Venite exultemus, vult omninò protrahendo & moroſè dici*, vt qui poſt illum venerit, negligentiæ pœnam ſuſtineat; quod locum vix haberet, ſi antequam nouiſſimum ceſſaret ſignum, varijs & ſibi congruis diſperſi locis, magis corde, quàm ore, vt hic præſcribitur, preces effunderent. Accedit quòd hæc præambula à poſterioribus inueniantur ſuperaddita. In vitâ enim S. Benedicti Abbatis Anianenſis ſcribit Ardo, quod ea quæ *minùs lucidè pagina Regulæ pandit, aut omninò ſilet, rationabiliter aptèq́, inſtituit atque ſuppleuit.* Ea verò enumerare incipiens, ait: *Primitus ſiquidem quàm ſignum horis nocturnis pulſetur, in fratrum dormitorio ſquillam tangere iuſſit, vt primùm Monachorum congregatio orationibus ſultis propria reſiderent per loca, tum demum Eccleſiæ oſtijs patefactis hoſpitibus pateret ingreſſus. Surgentes verò concitè, iuxta quod Regula præcipit, fratres aquis ſe ſanctificatis perfundant, ſintq́, parati, vt cùm tertium pulſauerit ſignum, abſque mora ſurgentes attonitis auribus ſacerdotem exſpectent, quo officium incipiendi ſortitus eſt, nec cuiquam liceat, per hoc ſpatium per angulos Eccleſiæ ſiſtere, eorum ſcilicet quibus ingredi iuſſum eſt, ſed in choro ſedentes inſtituitos ſecretè concinant pſalmos.* Erant hi quindecim Pſalmi graduales, ex auctoritate huius Benedicti multis temporibus in Ordine noſtro receptiſſimi, vt patet ex Cluniacenſium conſuetudinibus, Statutis S. Dunſtani, & Petro Boërio ad cap.9. Regulæ. Beatus tamen Bernardus, vel quiſquis eſt Auctor Epiſtolæ ad fratres de monte Dei, hoc improbare videtur: *In præueniendis*, inquit, *nocturnis vigilijs, non expedit multitudine pſalmorum obruere intellectum, & exhaurire ſpiritum vel extinguere. Sed quàm diu ſobriùs inuenitur, pietati afficiendus eſt, & ſuo itinere dirigendus ad Deum, donec dilatato corde, currere incipiat vſque ad finem operis Dei.*

Locus qui dubitare facit de auctore huius libelli.

13. Illivs vox.] Dilatat ſe hic nonnihil Dunſtanus, ſic legens: *Ita vt illius vox per magnam animi compunctionem, & peccaminum ſuorum recordationem aures miſericordiæ Domini, efficaciter penetret, ac ſcelerum omnium Chriſti annuente gratiâ, veniam obtineat.*

14. Immensam Clementiam.] τὸ, *immenſam*, vti non legit Dunſtanus, ſic poſt *clementiam*, adiungit, *miſericors Domine*.

15. Tvo servitio.] Dunſtan. *In tuo ſancto ſeruitio.*

16. Qvatenvs tibi complaceam.] Dunſtan. *Vt tibi complaceat ſeruitus noſtra. Per Dominum &c.* Editiones omnes præter Venetam poſt *complaceam*, addunt, *Amen*.

17. Tvssis avt phlegma.] Vitanda hæc in diuino officio. Regula Magiſtri cap.48. *Non frequens tuſſis, non exſcreatus aſſiduus, nõ anhelitus abundet. Quia hæc omnia orationibus & pſalmis ad impedimentum à Diabolo miniſtrantur.* Epictetus ſanè apud Arrianum lib.4. cap.11. Religionem ait eſſe, in templis exſpuere, aut nares emungere. S. Columbanus in ſuo Pœnitentiali, *qui tuſſim in exordio Pſalmi non bene canerit, ſex percuſſionibus emendari ſtatuit.*

18. Excresceret.] Hæc vox eſt in ſolo exemplari Veneto, & ſaluo ſenſu abeſſe poteſt.

19. Post dorsvm proiiciat.] Idem præſcriptum in Regula Magiſtri citato capite: *Qui orat, ſi voluerit exſpuere, aut narium ſpurcitias iactare, non in ante, ſed poſt ſe retro proijciat propter Angelos in ante ſtantes, demonſtrante Propheta, ac dicente: In conſpectu Angelorum pſallam tibi.*

20. Et infra Ecclesiam.] Meliùs fortaſſis, *intra Eccleſiam*. Alia exemplaria habent: *Quod omnibus locis eſt obſeruandum, ſiue ſint in Eccleſia, ſiue in Refectorio, ſiue in porticu, & in omni loco & conuentu.* Vox autem, *Eccleſia*, dubium fortaſſis augeat, an hæc tribuenda S. Benedicto, religioſè enim per totam Regulam ab hâc voce abſtinet, vtens nomine *Oratorij*, quod illud Monachis, *Eccleſia* verò Clericis & Canonicis conueniat, vt patet ex Regula Magiſtri cap.28. & 57. & ijs quæ ſuprà diximus pag 680.

CAPVT II.

Digitized by Google

DORMITORIVM. *Nuſquam tuto quies, niſi Cellâ Codice, Clauſtro.* A

Thomas nimirum à Kempis, cuius hæc verba notatu digna: *Cuſtodi diligenter Cellam tuam, & cuſtodiet te. Tutior locus non eſt ſeruo Dei in hoc mundo, quàm latere in ſecreto; vbi poteſt oret libera mente, oſtio cubiculi clauſo. Periculoſus ſemper exitus Cellæ: manſio eius, quies deuotiſſima vita.* Et alio libro pleniùs ſe in Cellæ commendationem effundit: *Qui cellam amat, & libenter in eâ commoratur, à multis peccatis & tentationibus cuſtoditur. Quantò ſtudioſiùs inhabitatur, tantò plus placet & amatur. Quantò negligentiùs ſeruatur, & rariùs intratur, tantò magis horretur & faſtiditur. Benè illi, qui eam diligit & incolit, quia vnctio ſpiritus eum docebit. Beatus, cui tubabitare Cellam donatum eſt; & qui vſque ad terminum vitæ ſuæ in eâ perſeuerat.* B

Thom. Kemp. in exerc. ſpir. cap 4.

Idem de diſcipl. Clauſt. c. 7.

Verùm vt inexplicabiles Cellæ deliciæ, ita integro libro ſolidum præſtiterint argumentum. Nos Magni Baſilij hîc apponimus ſententiam: Cui cella, vel vita ſolitaria eſt *paradiſus, vbi tanquam redolentium ſpecies pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum, ſic flagrantia ſpirant odoramenta virtutum. Ibi ſiquidem roſæ Charitatis igneo rubore flammeſcunt: ibi lilia caſtitatis niueo candore condeſcunt, cùm quibus etiam humilitatis violæ, dum imis contentæ ſunt, nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non ſolùm carnis, ſed quod glorioſius eſt, propria voluntatis exundat, & thus aſſiduæ orationis indeſinenter emanat, & igne diuini amoris ſuauiter ardet. Et cur, quæque ſingula commemorem, quandoquidem omnia illic diuerſarum virtutum germina, diuerſis venuſta coloribus rutilant: & perpetua viriditatis gratia incomporobiliter vernont.* C D

Quanta deliciæ vel lam inſtentium. Baſil. de laude Eremi.

Et ego, mi Lector, in amœniſſimo cellulæ noſtræ, quantum per occupationes licuit, hortulo verſatus, hoſce inter cetera collegi flores, quos operis huius calatho incluſos, ſine inuidia communico. Hæc quæ carpſi poma noua & vetera, ſeruaui tibi. Si minus ad guſtum, non deſunt alibi lautiora, quibus animum expleas: &, ſi quidem Religioſus es, cellæ tædium cum voluptate ſuperes. Iamque diu ſatis, & fortaſsè nimiùm locutus, ad ſilentij portum, & Cellulæ quietem confugio, optans, vt iuxta Baſilij effatum, illa mihi deinceps efficiatur *cæleſtis doctrinæ ſchola, ac diuinarum artium diſciplina. Vbi Deus eſt totum quod diſcitur, via quâ tenditur, totum per quod ad ſumma veritatis notitiam peruenitur.* E

Collecti in eâ ſtudioſi fructus Lectori exhibentur.

Baſil. vbi ſuprà.

TOTIVS OPERIS EPILOGVS.

Lvſtrauimus iam, Candide & Religioſe Lector, Cœnobij huius loca vniuerſa. Vnum in fine repetendum, de Fine quo & Regula à S. P. BENEDICTO exarata, & à nobis duodenis hiſce libris vtcumque explanata. Quo cognito, nec me laboris & collectionis, nec lectionis, vt ſpero, te pœnitebit. Quis porrò deſcriptæ Regulæ finis, niſi eiuſdem obſeruatio? hanc inculcat in principio, hanc vrget in fine. Ibi monet: *Præcepto Magiſtri & admonitionem pij Patris libenter excipe, & efficaciter comple.* Hîc, *Regulam ait ſe deſcripſiſſe, vt obſeruetur in Monaſteriis.* Quis autem obſeruatæ Regulæ fructus, niſi vita æterna? *Quiſquis*, inquit, *patriam cæleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis Regulam, adiuuante Chriſto,* PERFICE. Quid verò neceſſarium vt Regula perficiatur? quâ viâ regnum obtinetur cælorum? verbo dixerim:

Epilogus totius Operis.

Quis finis Regulæ S. Benedicti. Prol. Reg.

Quid neceſſarium vt perficiatur.

FIT VIA VI. *Æneid. 2.*

Continua corruptæ naturæ inferenda vis, aſſiduum aduerſus eius concupiſcentias gerendum bellum. Vera ſiquidem eſt illa æternæ veritatis ſententia: *A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Id eſt, propter regnum cælorum terreni homines ſibi, ſuiſque concupiſcentiis vim inſerunt per mortificationem, pœnitentiam, patientiam, paupertatem, obedientiam; & eâ ad cælum itur viâ, quam Ioannes Monachorum princeps & verbis & factis demonſtrauit. Quotidiani huius prælij figura olim Ezechieli oſtenſa, cui dictum: *Sume tibi laterem, & pones eum coram te: & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro.* Quæ de Prædicatoribus explicans Gregorius, ait: *Sume tibi laterem, videlicet proximi cor terrenum. Et deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, vt ei, quæ ſunt ſuperno gaudia de viſione pacis innoteſcas. Et ordinabis aduerſus eam obſidionē. Nam vt valeat anima ad illa pacis gaudia æterno pertingere, hanc hic proculdubio oportet tribulationum & tentationum certamino multa ſuſtinere*, & ſibi ipſi vim inferre. In hoc violentorum cenſu Baſilius recenſet Monachos, non omnes quidem, qui ſe intra cellas ſuas cõtineant, ſed eos, *qui voluntatem propriam, & corporis laxamentum abnegant omne, & Magiſtri ſui præcepta omnia conſeruant.* Hinc illa Monachi apud Climacū deſcriptio: *Monachus*

Natura vis adſerenda.

Matth. 11.

Pugna huius typus. Ezech. 11.

Greg. hom. 12. in Ezechiel.

Monachi in numero violentorum.

Baſil. ſer. de abdic. rer.

Climac. grad. 1.

chus eſt, perpetua naturæ violētia, ſenſuumq́; vigilātiſſima & indefeſſa cuſtodia. Siue vt Raderus vertit: *Monachus eſt violentus & aſſiduus naturæ domitor, & incaunenieus peruigilque ſenſuum cuſtos.* Operæpretium autem fuerit in boc epilogo breniter oſtendere, vt Regula noſtra naturæ concupiſcentiis repugnet, iiſq́ue ex Sanctiſſimi Legiſlatoris præſcripto violentas inferat manus.

Benedictinus naturam domat. I. *In veſtitu vili, & calceatu.* Vt ab exterioribus initium ſumam, appetit natura in veſtibus mollitiem, cultum & pretium: at in his vult S. BENEDICTVS, *vt de calore aut groſſitudine non cauſſentur* B *Monachi.* Et pro indumento aſſumant, *quod* Cap. 55. *vilius comparari poteſt.* Vt continua eſſet carnis mortificatio, geſtatum olim ſub veſtibus [a] cilicium, interdictis hodieque lineorum vſus. Non tibialia indulta & calceamenta; ſed [b] pedules & caligæ, id'eſt, ſandalia & ſocci, adeoq́ue hac parte etiam adamata nuditas.

a Vide lib. 5. tr. 3. diſq. 8.
b Tract. 5. diſq. 1. 3.

II. *In lecti duritia.* Natura ſuauiter cupit dormire, at S. Patriarcha non plumas molleſq́ue culcitras, non ſtramina, non tegmina varia concedit, Cap. 55. ſed ſufficere ait *Mattam, Lanam, ſagum & capitale*, pauca ſcilicet, & vilia. Atque vt ma- C gis corpus affligeretur veſtitos dormire Cap. 22. voluit, & cinctos *cingulis aut funibus.*

III. *Ieiuniis.* Cap. 41. Quid magis affectat natura, quàm crebras comeſtiones, potuſq́ue delicias? At S. Regula pluſquam ſeptem menſium quotannis prẹſcribit ieiuuium, proſcribit carnes perpetuò. Cap. 39. Cap. 40. Pulmentaria in numero, panem in pondere, potum tribuit in menſura: & iu bis ſuadet abſtineutiam & parcitatem.

IV. *In mortificationibus.* Cap. 4. Prona eſt natura in voluptates & corporis delicias: Regula verò ſuadet: *Corpus ca-* D *ſtigare. Delicias non amplecti. Deſideria carnis non perficere.*

V. *Labore & lectione.* Cap. 48. Otium amat natura & quietem. Sanctus verò BENEDICTVS, pænè vſque ad momentum tempus omne ſuis aſſignat exercitiis, Pſalmodiæ ſcilicet, labori manuum & lectioni, nullumq́ue tolerat *acediosum, qui vacet otio aut fabulis.*

VI. *In ſolitudinis ſtudio.* Geſtit natura foras prodire, amicos & neceſſarios inuiſere, deambulare, & in ipſo Monaſterio pro libitu diſcurrere: præſcindit hæc Regula, volens ita conſtitui Mo- E naſterium, C. 66. *vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras*, additâ etiam cauſsâ: *Quia omninò non expedit animabus eorum.* Hinc vindictæ regulari ſubiicitur, Cap. 67. *qui præſumpſerit clauſtra Monaſterij egredi, vel quocumque ire,* etiam intra Monaſterium, vt ſuprâ expoſuimus.

VII. *Silentij obſeruatione.* Aug. l. 2. Confeſſ. c. 5. Homo, vt animal ſociale eſt, ita aliorum gaudet conſortio, amat colloqui, redire, nugari: & hinc, vt ait Auguſtinus, *amicitia hominum caro nodo dulcis eſt, propter vnitatem* A *de multis animis.* Sed ne animus capiatur hac dulcedine, ſecat hunc nodum Regulæ gladius, vetans, *ne frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.* DORMITORIVM. Cap. 48. Adhęc, *ſcurrilitates vel verba otioſa aut riſum mouentia æterna clauſura in omnibus locis* damnat. Cap. 6. Nec ſatis: ſed etiam *de bonis & ſanctis ad ædificationem eloquiis* quamuis *perfectis diſcipulis raram loquendi* concedit licentiam. Insuper, *omni* Cap. 42. *tempore ſilentio ſtudere* voluit Monachos: quod ſanè prurienti linguæ notum eſt faceſſere moleſtias.

B Optat homo præ ceteris excellere, honorari, aliis præfici, honeſtioribus muniis impendi, vſque adeò, vt indignentur nonnulli ſe negligi, aliis poſtponi, nullaq́ue ſibi demandari: ſed ex Regulâ, *omni vilitate, & extremitate contentus ſit Monachus; & ad omnia quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum & indignum ſe iudicet.* Et quid amplius? *Omnibus ſe viliorem intimo cordis credat affectu.* VIII. *In ſui abiectione.* Cap. 7.

Amat natura ſui eſſe Iuris, proprio viuere arbitrio, & frui libertate: Verus autem Monachus *propriam non amans volun-* C *tatem pro Dei amore omni obedientia ſe ſubdit maiori.* IX. *In ſubiectione.* Ibid.

Suo natura nititur iudicio, & in ſuo abundat ſenſu: Monachorum ex Regula eſt, non *ſuo arbitrio*, ſed *alieno iudicio & imperio* in cœnobiis degere. *Non quod ſibi, ſed quod alij vtile* videtur, *ſequi.* X. *Obedientia.* Cap. 71.

Abhorret natura à duris & cōtrariis rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis; ſed in his monetur Monachus, *tacitâ conſcientiâ patientiam amplecti*, & ſuſtinere propter eum, qui dilexit nos. XI. *In patientia.* Cap. 7.

D Querula eſt in aduerſis, & ſubmurmurans in increpationibus, aut cum quidpiam deeſſe videtur: at Regula noſtra admonet: *Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicumque cauſſa, in aliqua qualicumque verbo, vel ſignificatione appareat.* Quinimò, etſi nihil appareat, *verùm in corde ſi murmurauerit etiam implens iuſſionem, pœnam murmurantium incurret.* XI. *In manſuetudine.* Cap. 34. Cap. 5.

Tenebras quærit natura, nec mala ſua detegi, aut redargui ſuſtinet: Monachus verò iubetur *omnes cogitationes malas cordi* E *ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa Abbati reuelare.* Quinimò, *Si quis dum in labore quouis, in coquinâ, in cellaria, &c. aliquid deliquerit, aut fregerit quidpiam, aut perdiderit, vel quid exceſſerit vbi vbi: & non prodiderit delictum ſuum, maiori ſubiaceat emendationi.* XIII. *In ſui accuſatione.* Cap. 7. Cap. 46.

Concupiſcit natura plurima poſſidere, & habere ſibi propria, quæ Regula penitus amputat, vetans *ne quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat, vel præſumat; neque codicem, neque tabulas, neque graphium, ſed nihil omnino.* XIV. *In proprij abdicatione.* Cap. 33.

Viciſſi-

DORMITORIVM. XV.

Viciſſitudinem amat natura & mutationem: monaſtica profeſſio iubet *vſque ad mortem in Monaſterio perſeuerare.*

Perſeuerantia.

Prol reg. *In ijs exerceat ſe Monachus.* Caſſ coll. 19. c. 8.

Ecce quantum oneris nobis imponit Regula S. Benedicti, à quâ & Regulares nuncupamur, & Benedictini. Hoc (vt Caſſianus ſcribit) officium & *finis Cœnobitæ, omnes ſuas mortificare & crucifigere voluntates.* Hoc eſt, iuxta Apoſtolum, exſpoliare ſe veterem hominem cum actibus ſuis. Hoc eſt, carnem crucifigere cum vitiis & concupiſcentiis. Hoc eſt *abnegare ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtum.* Ex quibus Regulæ noſtræ excellens perfectio colligitur, quantamque in ſpirituali hac pugna requirat generoſitatem. Nam vt Auguſtinus ait: *Hoc eſt opus noſtrum in hac vitâ, actiones carnis ſpiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interimere. Hæc eſt actio noſtra, hæc eſt militia noſtra.* Quòd ſi hoc durum cuipiam videatur, & prorſus difficile ac arduum; ſequamur Legiſlatoris noſtri conſilium, & *rogemus Dominum, vt quòd minus habet in nobis* Natvra *poſſibile,* Gratiæ *ſua iubeat nobis adiutorium miniſtrari.*

Reg. c. 4. Aug. ſerm. de verb. Apoſt. *Cùm diuina gratia auxilio.* Prol. reg.

Ego verò Gratiæ auctorem Iesvm Chriſtum enixius rogo, vt ſi quid boni toto hoc Opere expreſſum, meo illud meorumque Lectorum cordibus imprimat; vt eiuſdem auxilio idipſum moribus & vitâ exprimamus.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM
EX HOC NVNC, ET VSQVE IN SÆCVLVM.

MONASTICARVM
DISQVISITIONVM
APPENDIX.

Appendix gemina quo fine huic Operi addita.

S*ANCTVM* Benedictvm, *parentem ſanè optimum, & per ſe ſatis illuſtrem, noſtris conatibus illuſtrare animus ſtudiumque fuit. Cùm igitur & Vitam & Regulam eius hactenus elucidauerimus; diſpiciendum, vt ſi quid operum eius ſuperſit, communi luce non fraudemus. Hinc Diſquiſitionibus noſtris gemina acceſſit* Appendix: *prior exhibet adſcriptum S. Patri Opuſculum,* de Ordine qualiter fratribus in Monaſterio religiosè ac ſtudiosè conuerſari oportet: *quod alteram eius Regulam quidam indigitarunt: vt vel hoc nomine, neutiquam videretur prætermittendum. Et iam pridem eruditiſſimorum conſenſu vſque obtinuit, vt cum genuinis Auctorum, quæ ediderunt operibus,* ψευδεπίγραφα *quoque ac dubia illis ſubiungerent, iudicium de ijs Lectori relinquentes, aut ne prorſus reiectis, antiquitati aliquid ſubductum videretur. Poſteriori, plantatæ à S.* Benedicto Vineæ, *ſenſimq́; defluentis primam inſtaurationem, ſiue vt vocant Reformationem generalem, repræſentamus; vt quæ Regulæ acceſſerunt, atque inſtar illius habita olim fuere decreta, ſimul cum ipſa hîc legerentur, & quarumdam in Ordine noſtro obſeruantiarum appareret origo. Tu benigne Lector, Benedictinæ pietatis iuuandæ ſtudium boni conſule, fruere, & vale.*

Digitized by Google

ORDO
CONVERSATIONIS MONASTICÆ,
EDITVS, VT FERTVR,

A

S. BENEDICTO,

MONACHORVM IN OCCIDENTE

PATRIARCHA.

RECENSVIT, NOTISQVE ILLVSTRAVIT

Domnus BENEDICTVS HAEFTENVS,
PRÆPOSITVS AFFLIGENIENSIS.

Vuuuu

Digitized by Google

DISQVISITIO

DE LIBELLI HVIVS AVCTORE, INSCRIPTIONE, ET ARGVMENTO.

PRÆTER Regulam à S. BENEDICTO ſcriptam, nullum aliud ei aut Gregorius Magnus, aut Honorius Auguſtodunenſis, aut Sigebertus Gemblacenſis adſcripſeruut. Addit Trithemius lib. 2. de Vir. Illuſt. Ord. S. BENED. *Fertur etiam breues quaſdam ſcripſiſſe epiſtolas, de quibus nihil certi poſſum adſtruere.* Vt autem prioris Magiſter eſt poſterior dies: ita recentiorum ſtudio ac diligentiâ, nonnulla iam pridem ex antiquitatis tenebris eruta editaque ſunt Opuſcula, quæ ſanctiſſimum Patriarcham videbantur agnoſcere parentem. Sunt autem hæc quinque:

Quæ alia opuſcula S. Benedicto tribuantur.

I. Epiſtola ad S. Remigium Rhemorum Antiſtitem.
II. Sermo in morte S. Placidi.
III. Sermo habitus in diſceſſu S. Mauri & ſociorum.
IV. Epiſtola ad S. Maurum miſſa.
V. Ordo qualiter Fratribus in Monaſterio religioſè conuerſari oporteat.

Cùm autem duas iſtas Epiſtolas, totidemque Sermones, ſuis locis noſtro ad vitam S. BENEDICTI COMMENTARIO inſeruerimus, poſtremum iſtud Opuſculum, non in poſtremis habendum, ſuo quaſi iure elucidationem aliquam exigere videbatur. Ita namque quidquid ſancto Legiſlatori noſtro ſeu verè, ſeu veriſimiliter tribuitur, noſtro vtcumque erit labore explanatum. In ipſo autem veſtibulo de libelli auctore, inſcriptione & argumento inquirendum.

§. I.

Quibus auctoribus S. BENEDICTO *aſſeratur?*

Auctores, qui hoc Opuſculum S. Benedicto adſcribunt.

MANV-SCRIPTORVM hîc, veterumque Codicum potior deberet eſſe fides: ſed cùm hactenus nullum videre cõtigerit, nitar eorum dumtaxat auctoritate, qui ordinationes has typis euulgauerunt, & de manu-ſcripto exemplari fidem præſtãt. Primas in hoc cenſu obtinet Arnoldus Wion, qui Ligni Vitæ lib. 1. cap. 1. recenſens S. P. N. opera, huius libelli ita meminit: *De Ordine Monaſterij, ac qualiter à fratribus religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet, lib. 1.* IN PRIMIS NOCTVRNIS HORIS. *Hic excuſus eſt, cum Regula eiuſdem Patris, nobis procurantibus, anno* 1593. *Venetijs apud Iuntas, in* 16. *quod* totidem verbis in Apparatu ſacro exſcripſit Antonius Poſſeuinus. Eademque refert Domnus Simon Milletius in Annotationibus ad cap. 36. lib. 2. Dialog. Gregorij Papæ. Editionis huius duo nacti ſumus exemplaria. Prius illo ipſo anno & loco impreſſum apud Iuntas; poſterius apud eoſdem anno 1609. à priori nullâ prorſus parte diſcrepans. Vtrobique autem in limine libelli huius titulus, ita exprimitur: *Acceſſit* REGVLA SECVNDA *eiuſdem Patris, B. Mauro tradita, cùm in Galliam proficiſceretur.* Ad Calcem verò, finitâ S. BENEDICTI Regulâ, & quæ eidem ſubiuncta eſt, profitendi forma, ita ſubijcitur: *Hæc verba ſanctiſſimi Patris* BENEDICTI *reperta ſunt in fine Regulæ, quam ipſe proprijs manibus ſcripſit, & S. Mauro eàm cum ad Gallias mitteret, tradidit. Quæ D. Petrus Abbas Cluniacenſis, cùm apud maius Monaſterium Turonenſe, in eadem Regula, quæ ibi pro reliquijs ſeruatur, inueniſſet, rogauit ſibi tranſmitti.* Paulò inferiùs alio charactere. *Incipit Ordo in Monaſterio, qualiter à Fratribus religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet:* In fine verò additur: *Tranſcripta ex Libro vetuſtiſſimo, ſacri Montis Caſſini manuſcripto, Anno Domini* 1590. *Menſe Auguſti.* Quæ puto eſſe ipſiſſima Wionis verba.

Arnoldi Wion.

Atque hæc de editione Veneta, quam anno ſequenti excepit Pariſienſis apud Hieronymum Drouart, adornata ab Anſelmo Rolle Benedictino. Qui in dedicatoria Epiſtola ſcribit, ſe *opuſcula illa apud diuerſos Auctores, eoſque veteres ſigillatim diſperſa collegiſſe, & germana probaſſe.* Producit autem quinque illa, quæ recenſuimus opuſcula: Vltimum autem, de quo agimus, his verbis obſignat:

Anſelmus Rolle.

Ita vetus quoddam MS. Caſſinenſe, cuius exemplar, ab ipſo originali extractum mihi communicauit R. P. Iacobus du Breul, Monachus S. Germani à Pratis: quod quidem MS. huiuſmodi ordinationes S. BENEDICTO *aſſcribit, quia reperta ſunt in fine Regulæ, quam* S. BENEDICTVS *proprijs manibus ſcripſit, & S. Mauro cùm ad Gallias eum mitteret, tradidit, &c.* vt in editione Veneta.

Subijcit deinde: *Quod ſi ita ſit, credendum eſt huiuſmodi ordinationes valde eſſe antiquas, & ſi non ſint* S. BENEDICTI, *fuiſſe ſaltem antiquiſſimi noſtra Galliæ Cœnobij pias & ſanctas conſtitutiones.*

Et iſta quidem Anſelmus Rolle. Quæ ad verbum deſcripta ſunt tom. 6. Bibliothecæ veterum Patrum editionis Colonienſis anni 1618. Iterumque in Auctario ſiue Supplemento Bibliothecæ Patrum tom. 1. edito Pariſijs apud Ægidium Morellum anno 1639.

Bibliotheca Patrum.

Anno deinde 1611. Balduinus Moreau Religioſus Camberonenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Duaci REGVLAM S. BENEDICTI cum alijs eiuſdem Opuſculis, typis edendam curauit, & primus, quod equidem ſciam, ad titulum, *Incipit Ordo qualiter* &c. abſolutè, & ſine vlla ambiguitatis inſinuatione, adiecit: *editus à Sanctiſſimo Patre* BENEDICTO. Hoc ipſum ex eodem ordine imitatus eſt Chryſoſtomus Henriquez, Opuſculum hoc Regulæ S. BENEDICTI immediatè ſubijciens, cùm eadem prorſus qua Balduinus Epigraphe. Vltimis verò, libelli huius verbis ſubnectit confirmationem Regulæ à ſummis Pontificibus Gregorio Magno, & Zacharia emanatam. Vt autem D. Moreau hoc S.

Balduinus Moreau.

Chryſoſtomus Henriquez.

BENE-

Digitized by Google

Benedicto opuſculum vindicet, iſta ſcribit: *Ordinationes has pias & ſanctas eſſe Beatiſſimi Patris* Benedicti, *rationes variæ nec improbabiles perſuadent. In primis antiqua valde MS.-exemplaria (quorum nonnulla pleriſque locis vidi) ſanctiſſimo Patri prædictas ordinationes adſcribunt.* Addit deinde ſuperiùs allata teſtimonia, quod nimirùm Regulæ S. Mauro traditæ fuerint ſubiunctæ, & à Petro Cluniacenſi expetitæ. Optaſſem & illud addidiſſet, quibus locis, & quot MSS. exemplaria viderit, vt denuò conſulendi data fuiſſet facultas.

Antonius Yepez. Agnoſcit & pro S. Benedicti legitimo fœtu Antonius de Yepez, tom. 1. Chronici ſui Benedictini Anno Chriſti 529. cap. 5. vbi ita loquitur: *Scripſit &* S. Benedictvs *paruum libellum, aut tractatum,* qui *Ordinis ſui Ceremoniale videtur; incipitque: In primis nocturnis horis. Subiunctus eſt paruus hic tractatus ad finem huius tomi, & vtar ſubinde, cum hiſtoriam tangit, eius auctoritate.* Sed nec in Hiſpana, nec Gallica appendice comparet, vnde crediderim hoc ei primò propoſitum fuiſſe, ſed mentem fortaſſe mutaſſe, aut eidem poſteà excidiſſe.

Aſcanius Tamburinus. Eiuſdem ſententiæ eſt Aſcanius Tamburinius S. T. Magiſter, Ordinis Vallis Vmbroſæ, qui in opere *de Iure Abbatum tom. 2. diſp. 24. quæſ. 5. num. 2.* Regulæ quoque annectit hoc Opuſculum, & pro eius confirmatione præter ſuperius à nobis relatos Auctores, citat Conſtantinum Caietanum, M. Andream de Zalazar Monachum Æmilianenſem, qui dicit *ſcripta reperiri in ſuo Monaſterio S. Æmiliani adeò antiquitus, vt nongenti iam elapſi ſint anni.*

Conſtantinus Caietanus. Andreas Salazar.

§. II.

Nonnulla circa Auctorem hæſitatio.

Hæc ſunt quæ reperire hactenus potui, vt S. P. Benedicto decreta hæc aſſerantur; quæ optarem validioribus rationum momentis poſſe confirmari. Verùm, quia in omnibus veritas præualere debet, non vſque adeò affectui in parentem indulgebo, quin nonnullas dubitationum nubeculas, quæ hanc rem aliquouſque ſaltem obſcurent, candido Lectori proponam; vt clariore aliquis luce, certioribuſque argumentis, eas legentium animo diſpellat. Gaudebo ſanè; & illi, noſtroque Patriarchæ vindicatum hunc fœtum gratulabor.

Dubia circa hoc opuſculum.

I. *Priſci ſcriptores non meminerunt.* Primum igitur, quod occurrit, eſt tam altum apud priſcos auctores, atque eos præſertim qui S. Benedicti lucubrationes ex profeſſo enumerandas ſumpſerunt, de hoc opuſculo ſilentium. Nihil enim de eo habet Sigebertus Gemblacenſis, nihil Honorius Auguſtodunenſis, nihil Trithemius, rerum Ordinem noſtrum, eiuſque Fundatorem concernentium explorator diligentiſſimus.

II. *Benedictus Anianenſis illud citaſſet.* Quis verò credat ſcriptum hoc ſubterfugiſſe diligentiam S. Benedicti Anianæ Abbatis, qui Ludouici Pij tempore omnes antiquorum Regulas collegit, & ex ijs Concordiam Regvlarvm continuauit, nec prætermiſit quidquam, quo S. P. N. Benedicti verba illuſtrare quoquo modo poſſet. Vnde & ſententias quaſdam S. Auguſtini, Venerabilis Bedæ & aliorum attexuit. Quod ſi iam indè à tempore S. Mauri, Maius Monaſterium hæc decreta Regulæ ſubiuncta habebat, & ea S. Benedicti Caſſinenſis eſſe credebantur, mirum profectò videri queat, ea ad Benedicti Anianæ Abbatis notitiam non perueniſſe, aut ſi peruenerint, ab eo non citata, oſtenſumque Regulæ eſſe maximè conformia, aut quædam ex ea repetita. Sic enim allegat Regulas Magiſtri, Donati, & cuiuſdam ad Virgines, quæ ipſa S. P. Benedicti verba frequenter repræſentant. Licuiſſet etiam quædam non ita clarè textu Regulæ expreſſa hinc elucidare, v. g. interuallum poſt nocturnas vigilias vſque ad matutinas laudes, impendendum pijs orationibus; cùm in Regula agatur de pſalmis meditandis, ſiue ediſcendis. Item quod poſt Laudes vſque ad Primam in ſilentio orandum ſit, vel legendum. De indicendo poſt Primam quid quiſque in opere manuum facturus ſit. De ritu ante, & poſt laborem orandi; vt pro iuramento dicatur, *Crede mihi, certè, aut ſanè,* de vitandis ſæcularium colloquijs, de ritu miniſtrandi menſæ, alijſque ſimilibus. Similiter nec commentarius Smaragdi libelli huius teſtimonijs ſuam expoſitionem vſquam confirmat. Ad caput enim 53. Menſam Abbatis & hoſpitum in communi Refectorio rectè conſtitui ex Aquiſgranenſi Concilio probat. At quantum firmamenti huic ſententiæ adijci ex his ordinationibus potuiſſet, cùm capite XI. ita agat de Abbate, quaſi cõmuniter intereſſet fratrum Refectorio. Sed nec S. Dunſtanus in Concilio Wintonienſi, ſiue Regulari Concordia, in qua aliquoties libelli huius verba periodoſque deſcribit, menſam Abbatis in Refectorio, ſcripti huius auctoritate confirmat, ſed Synodi dumtaxat Aquiſgranenſis. Idem dici poteſt de S. Petro Cluniacenſi, qui Ciſtertienſium obiectionibus de mẽſa Abbatis in Refectorio, eiuſdem Synodi decretum opponit. Et tamen hic eſt, qui has conſtitutiones ex Maiori Monaſterio Turonenſi ſibi petijt tranſmitti. Quas ſanè, ſi vt indubitatas S. Benedicti leges habuiſſet, ex ijs ſuam probabiliter confirmaſſet ſententiam.

Et ex eo viris quædam illuſtraſſet.

Vt & alij ſua decreta.

III. *Phraſis diſpar.* Sed & in ipſo hoc ſcripto, quædam occurrunt verba, quæ ſuſpicionem ingerant, cur S. Benedicto non videatur tribuendum, quæ quidem ſuis locis in Notis expreſſimus.

IV. *Preces hæ neglectæ.* Præterea, quæ hic præſcribuntur recitandæ preces à ſurgentibus, vel cubitum euntibus, illæ, ſi S. Benedicti hæc eſſet lucubratio, maiori, vt arbitror, ſtudio fuiſſent in Ordine noſtro inculcatæ, & continuatâ ſerie ad poſteros tranſmiſſæ, quod tamen vix reperias, niſi apud S. Dunſtanum, cum notabili tamen varietate.

V. *Nec ita fortiter id aſſerunt auctores.* Quid verò dicemus ad Auctores, qui hæc S. Benedicto tribuunt? Aſſerunt illi quidem inueniri hæc in fine Regulæ, quam S. P. Benedictvs proprijs manibus ſcripſit, nullus tamen fidem præſtat, quod ab eadem ſint manu. Neque enim infrequens eſt, vt libro vnius manu deſcripto, aliquid deinde alienâ manu adſcribatur. Sed nec vllus teſtatur codicem Maioris Monaſterij Turonenſis à ſe viſum, ſed Petrum Venerabilem ideò rogaſſe ſibi tranſmitti, quia in exaratâ à S. Benedicto Regula, & S. Mauro tradita inueniebantur.

Quin & formidant de oppoſito. Quid, quod nec Dominus Anſelmus Rolle, nec qui eius editionem ſunt ſecuti, adeò conſtanter S. Benedicti eſſe velint, quin ſuam de oppoſito formidinẽ ſatis prodant? ſic enim ſcribunt: *Credendum huiuſmodi ordinationes valde eſſe antiquas, & ſi non ſint* S. Benedicti, *fuiſſe ſaltem antiquiſſimi noſtræ Galliæ Cœnobij pias & ſanctas conſtitutiones.*

Noſtri hi, vt præfati ſumus, ſcrupuli: quos ſi diixeris non prorſus euincere, non admodum contradixero. Neque enim neſcius ſum quid ſingulis

vtcumque probabiliter reſponderi poſſet, ſi certiora pro S^mo^. Patriareha noſtro ſtarent argumenta.

§. III.

*De auctore conie*c*tura.*

CONSTAT igitur de Scriptore non admodum conſtare. Liceat hic, vt de ambiguis alij fecère auctoribus, noſtram adſerre cooiecturam, Doctorum iudicio expendendam. Cùm plura in hoc ſcripto reperiſſem, qoæ iiſdem verbis IN EPITOME LVDOVICI PII IMPERATORIS SVPER REGVLAM S. BENEDICTI, quam Menardus ad Concordiam Regularum noo raro citat, leguntur expreſſa, ſuſpicari cœpi, & reliqua forſitan in eadem reperiri, adeòque libellum hunc vel eſſe ipſam Epitomen, vel maiori parte ex ea deſumptum. Operam proinde dedi, vt ſi qoa ratione liceret, ipſam Epitomen nanciſcerer: quærendam curani in ipſo Indenſi Monaſterio; cùm tamen ibi nullum reperiretur exemplar, in varijs per Belgium Superioremque Germaniam Ordinis noſtri Bibliothecis quæſita, fruſtra fuit. Quare à ſolo Menardo, qui eius indicium primus nobis fecerat, petendam lucem animaduerti. Is verò in Concordia Regularum cap. 47. §. 1. Epitomen hanc in teſtimonium aduocans, ita margini adſcripſit. *Hæc Epitome eſt media pars Memorialis quomodo in Monaſterio conuerſandum ſit, in Cod. MS. S. Victoris.* Idemque per litteras de hâc re à me conſultus, reſpondit. *Quod autem deſiderat V. R.^a^ epitomen Ludouici ſuper R. S. P. N. B. ſciat illam nihil aliud eſſe, quam* Ordo qualiter fratribus in Monaſterio religioſè ac ſtudioſè conuerſari ac Domino militare oportet, editus à Sanctiſſimo Patre BENEDICTO, *quem reperire eſt in Regula, conſtitutionibus, & priuilegijs Ordinis Ciſtercienſis operâ Chryſoſtomi Henriquez Antuerpiæ editis, anno 1630. Sed de eo egi in notis ad Concordiam Regularum, vbi annotaui probabile eſſe illius auctorem fuiſſe* S. BENEDICTVM *Anianenſem & Indenſem Abbatem, & in exemplari Monaſterij Victorini in medio circiter eiuſdem Ordinis eſſe hanc inſcriptionem*: Epitome Ludouici Imperatoris ſuper Regolam S. BENEDICTI, *cùm tamen ſequentia à præfato Ordine non diſcrepent.* Ita ille, epiſtolâ ad me Pariſijs ex Monaſterio S. Germani à Pratis III. Non. Ianuarij anno Domini M. DC. XLIII. data.

Epitome Ludouici Pij ſuper Regulam S. Benedicti.

Eſt hoc opuſculum,

Et verò cùm Benedictus ille Ludonico Imperatori perſamiliaris fuerit, eoque in reformandis Monaſterijs vteretur, vt propterea in Synodo Aquiſgrani habita, pro vniformi obſeruantia Regulæ S. BENEDICTI præſederit; valdè probabile efficitur, Epitomen hanc ab eo compoſitam, & Ludouici Pij nomine inſignitam, eiuſdemque auctoritate promulgatam. Sic nimirùm Imperatorum edicta, & Pontificum diplomata ab aliena plerumque fiunt manu. Quare ſi hæc lucubratio Regulæ noſtræ tunc temporis ſubijciebatur, mirum minimè videbitur, ſi Patriarchæ noſtro fuerit adſcripta; cùm & ſanctitatis titulus, & idem BENEDICTI nomen, & Abbatialis dignitas vtrique conueniret: & diſtinctionis cauſſa adijciendum fuiſſet, *Caſſinenſis*, vel *Indenſis*. Quo prætermiſſo, cùm S. BENEDICTI Caſſinenſis Regula præcederet, eiuſdem & hic Ordo creditus. Nam quæ annotauimus S. BENEDICTI Caſſinenſis æuo necdum

& eius auctor Benedictus Indenſis.

A fuiſſe nata aut vſitata, ea rectiſſimè in poſteriorem hunc quadrant. Nonnulla etiam libello huic intexta reperias, quæ Aquiſgranenſis Synodi, cui præfuit, canonibus ſancita leguntur.

§. IV.

Libelli titulus, argumentum, & quid à nobis in eo præſtitum.

DE his quoque recepto more prælibandum aliquid duximus. Speciosum titulum, vt vidimus, Venetæ editionis Auctor præfixit. Præmiſſâ enim Regulâ Diui Patris BENEDICTI, & vitâ eiuſ-
B dem, ita pergit: *Acceſſit* REGVLA SECVNDA *eiuſdem Patris B. Mauro tradita, cùm in Galliam proficiſceretur.*

Opuſculo bicum varius titulus.

Chronographus noſter Antonius Yepez indicat vocari poſſe, *Cærimoniale Ordinis.* Hugo Menardus, vt ſuprà quoque monitum, vocat: MEMORIALE *qualiter in Monaſterio conuerſandum ſit.* Mihi ſubinde Opuſculi argumentum conſideranti, viſum eſt non incongruè poſſe appellari, *Diarium Monaſticum.* Ordinatâ enim ſerie omnia nocturna & diurna officia explicat, & Monachum è lecto noctu ſurgentem per omnes diei horas, & quotidiana exercitia deducit, & ad eundem ve-
C ſperi rectà reducit. Intertexta ſunt ſuis locis monita de vitandis ijs, quæ in communi conuerſatione ſobrepere ſoleot, imperfectiooibus & oegligentijs.

Cærimoniale.

Memoriale.

Diarium Monaſticum.

Sed qualicumque tandem cohoneſtari queat titulo; expendamus illum, quem Auctor præfixit. Arnoldo Wion dicitur, ORDO MONASTERII. In Veneta editione, ORDO IN MONASTERIO *qualiter à fratribus religioſè* &c. Anſelmus Rolle, Balduinus Moreau, & alij, ita repræſentant: ORDO *qualiter fratribus in Monaſterio religioſè ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet.*

Ordo Monaſterij.

Apposita ſanè inſcriptio, vt ORDINATIONES-
D ILÆ vocentur ORDO. Domeſticum enim religioſorum hominum diſciplinam, ORDINIS nomine ſancti Patres ſolent decorare. Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſticum: *Monaſteriorum Ordinem ac regiam diſciplinam in paruis* (apum) *diſce corporibus.* S. Gregorius lib. 7. epiſt. 36. *Quoniam non ſolùm regularis Ordo diſſoluitur.* Idemque lib. 9. Epiſt. 42. Queritur cum Vrbico Abbate, *diſciplinæ Ordinem* in Monaſterio non ſeruari. Ecce hîc quodammodo titulum noſtrum expreſſum. Eodem modo loquitur Tertullianus in Apologetico cap. 39. *Reliquum Ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate.* Cæſarius Arelatenſis homil. 3. ad Monachos: *Qui pro aliqua negligentia correctus, pro diſci-
E plina ordine caſtigatus, non ſe ad emendationem, non ad ſatisfactionem confert,* &c.

Aptè ſatis.

Nec caret exemplo, quod libri, *Ordinis* titulo inſigniantur. Ita antiquiſſimum Opuſculum inſcribitur: ORDO ROMANVS *de diuinis Catholicæ Eccleſiæ officijs & Miniſterijs per totius anni circulum.* In Miſſali Romano, formola, quâ quotidie in celebratione auguſtiſſimi Sacrificij vtimur, vocatur, ORDO *Miſſæ.* Appellationem hanc eſſe vetuſtam ex Iſidoro liquet, qui lib. 1. de offic. Eccleſ. cap. 15. ait: ORDO *Miſſæ vel orationum, quibus oblata Deo ſacrificia conſecrentur, à S. Petro eſt inſtitutus.* Nimirùm vt rectè dixit S. Nilus in libello Aſcetico: ORDO *ſi vlla in re, in religionis cultu maximè eſt neceſſarius.*

Et alij libri ſic ferè prænotati.

Sed

Sed vt ad Monaſticæ Religionis Ordinem, & A actuum ſpiritualium in certa tempora horaſque diſtributarum ſeriem veniamus, S.Petrus Damiani Epigraphen Opuſculi XIV.fecit,*de* ORDINE EREMITARVM *fontis Auellani*; in eo autem deſcribit Regulas,& viuendi inſtituta, quibus illi ſuo tempore vtebantur: *Volo*, inquit,*fratres mei,de veſtra conuerſationis* ORDINE *pauca perſtringere*. Exſtat & inter opera S.Bernardi tractatus *de Ordine Vitæ*, quem Cardinals Bellarminus,alijque non cenſent illi adſcribendum.

Ordo vitæ diſciplinæ quàm neceſſariò tenendus.

Appoſitè igitur libelli huius inſcriptio eſt, *Ordo qualiter fratribus in Monaſterio religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac domino militare oportet.* Breuiùs concipi poſſet: ORDO CONVERSATIONIS MONASTICÆ. Quantum verò interſit Ordinem vitæ B ac diſciplinæ probè tenere,vel ille vulgatus oſtendit verſiculus.

Ordine ſeruato mundus ſeruatur, at illo
Neglecto peſſum totus & orbis abit.

Commendat & hunc Tullius lib.1.offic. cap.40. *Talis eſt*,inquit,*ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtantis, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe,& conuenientia.* Sed maximè vrget, quod lib.1.de Ordine cap.9. non minùs piè quàm verèdixit Auguſtinus: *Ordo eſt,quem ſi tenuerimus in vita, perducet ad Deum: & quem niſi tenuerimus in vita, non perueniemus ad Deum.* Concludamus igitur cum Apoſtolo 1.Corinth.14. *Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant.*

Conatus circa hunc Libellum. Recenſitus à nobis.

Sed quid ORDINI huic,noſtris conatibus acceſſit? Tria hæc. PRIMÒ,libellus totus à nobis recenſitus, & ad ea quæ nanciſci potui, & iam ſuprà enumeraui,exemplaria comparatus eſt. Variantes lectiones annotauimus, & quæ melior, ſubindicauimus, Editionem Venetam vtramque, velut antiquiorem ex ijs, quæ ad manus erant, potiſſimùm ſecuti ſumus: Quædam enim habebat, quæ alijs omnibus deerant. Interpunctio tamen non erat adeò proba, & typographicis quibuſdam laborabat mendis: hinc ex alijs ea nonnunquam correcta.

Lectus in capita.

SECVNDÒ: Quod in alijs auctoribus non pauci fecêre, totum Libellum in XII.capita, quibus ſua præfixa lemmata,partiti ſumus, vt nouo titulo lectoris animus nonnihil reficeretur,ipſiuſque opuſculi argumentum per ſingulas partes magis innoteſceret, & quod quis fortè quæreret, faciliùs inueniretur.

Et additæ Notæ.

TERTIÒ. Notas adſperſimus, vt quam hæc decreta cum alijs Monaſticis ſcriptoribus, & præſertim cum Regula S.P.N.BENEDICTI conſentiant,aut ab ea diſcrepent,clariùs eluceſceret. Præſcriptos quoque ritus, præſertim ſi rariores eſſent, & iam vix vſitati,explicare conati ſumus.

Quidquid verò hic præſtitum, id eo, vt ante diximus, potiſſimùm animo fecimus, vt ſi hic ORDO ab ordinis noſtri eſſet Legiſlatore, lucem aliquam à noſtra acciperet manu.

INDICVLVS CAPITVM.

CAPVT I. DE *nocturnis vigilijs.*

CAP.II. *De internallo poſt nocturnas vigilias, & Matutinis Laudibus.*

CAP.III. *De Prima,Capitulo,& Culpis.*

CAP.IV. *De Labore, & reditu ad Oratorium.*

CAP.V. *De Silentio in templo, mutua compellatione,& non iurandum.*

CAP.VI. *Quomodo excipienda increpatio, & Obedientia mandatum deferendum Senioribus.*

CAP.VII. *De ſermone ſæculari, diſcurſu,& proprio vitando.*

CAP.VIII. *De Correptione Fraterna.*

CAP.IX. *De cauenda Contentione, de Opere manuum,& Lectione.*

CAP. X. *Quæ à prandio peragenda: nihil ſuum dicendum, de Obedientiâ, & Pſalmodiâ.*

CAP.XI. *De Refectione,cibo & potu.*

CAP.XII. *De Lectione Collationis, Completorio & Dormitione.*

5. De lecto.] Dunſtanus, & Hugo Menardus in Notis ad cap.29.Concordiæ Regularum, *de lectulo*. Neutrum eſt apud Balduin.Henriquez & Tamburin.

6. Sanctæ Crucis imponat.] Similiter præſcriptum in Regula cuiuſdam ad Virgines, cap.14. *In ſchola qua dormitur, per totam noctem lucerna ardeat, ad curſum verò cum feſtinatione ſurgẽtes, ſignum Crucis fronti inferatur, ſimulque ſub ſilentio dicatur* Devs in adiutorium meum intende, Domine *ad adiuuandum me feſtina*. Regula Solitariorum cap.49. *Cùm ſurrexerint, primum ſignum crucis frontibus ſuis imprimant, & cum ſilentio dicant: Deus in adiutorium.*

7. Et os meum.] Hemiſtichium hoc non habet Moreau, nec aliæ editiones. Ceterùm videas hîc Romanæ Eccleſiæ ordinem ſeruari, inter duos hoſce verſus: *Domine labia mea aperies, & Deus in adiutorium meum intende*; cùm hunc illi in nocturnis vigilijs præmittendum decreuerit S. Benedictvs Reg.cap.9. & hinc fortè conijcias non eſſe hunc legitimum S. Patris fœtum.

8. Compleatur totus.] Dunſtanus, & alij Codices impreſſi, breuiùs ita repræſentant, *totum cum gloria.*

9. Corporeæ necessitatem.] Dunſtan. *Corpoream naturæ neceſſitatem, ſi ipſa hora indiguerit.*

10. Compleatur totus cum Gloria patri.] Alij pro his habent, *vſque ad finem*, & omittunt illud, *cum Gloria Patri*. ſicut etiam Dunſtan.

11. Et cautela intrans.] Cum cautela intrare vel ire, videtur huic auctori idem eſſe atque ſilenter, modeſtè, & ſuſpenſo gradu incedere. Sic infra cap.10. *Ad proprium locum pergat cum ſumma cautela & ſine alterius perturbatione.* & cap.12. *Cum magna cautela vadant ad dormitorium.* eodem modo cap.4. cùm permittit loqui de ipſa arte, *dicatur*, inquit, *cautè*. Submiſsâ ſcilicet voce: quâ notione & alij hac voce vtuntur. Iſidorus Hiſpalenſis in Regula Monachorum cap.6. *Cum omni cautela & ſilentio requieſcendum.* S. Fructuoſus in Reg. cap 12. *cautela & moderatio, & pudicitia, fides & ſinceritas ornant habitum Monachi.* S. Columbanus Regulæ cap.2. *tacendum igitur eſt, & cum cautelà & ratione loquendum.* Cum cautela loqui, idem eſt quod in Euangelio Ioan.11.28. dicitur, Martham vocaſſe Mariam ſororem ſuam *ſilentio.*

Cautela, quid.

12. Profectus in locum congruum.] Veneta editio legebat, *in loco congruo.* Dunſtan. *ac tunc flexis genibus in loco congruo & conſueto.* Videri autem queant, quæ hîc hactenus præſcripta ſunt non eſſe ex inſtitutione S. Benedicti, qui cap.43. Regulæ, Pſalmum *Venite exultemus, vult omninò protrahendo & moroſè dici*, vt qui poſt illum venerit, negligentiæ pœnam ſuſtineat; quod locum vix haberet, ſi antequam nouiſſimum ceſſaret ſignum, varijs & ſibi congruis diſperſi locis, magis corde, quàm ore, vt hîc præſcribitur, preces effunderent. Accedit quòd hæc præambula à poſterioribus inueniantur ſuperaddita. In vitâ enim S. Benedicti Abbatis Anianenſis ſcribit Ardo, quod ea quæ *minùs lucidè pagina Regulæ pandit, aut omnino ſilet, rationabiliter aptèq; inſtituit atque ſupplerit.* Ea verò enumerare incipiens, ait: *Primitus ſiquidem quam ſignum horis nocturnis pulſetur, in fratrum dormitorio ſquillam tangere iuſſit, vt priùs Monachorum congregatio orationibus ſulti propria reſiderent per loca, tum demum Eccleſiæ oſtijs patefactis hoſpitibus pateret ingreſſus. Surgentes verò concitè, iuxta quod Regula præcipit, fratres aquis ſe ſanctificatis perfundant, ſintq; parati, vt cùm tertium pulſauerit ſignum, abſque mora ſurgentes attonitis auribus ſacerdotem exſpectent, qui officium incipiendi ſortitus eſt, nec cuiquam liceat, per hoc ſpatium per angulos Eccleſiæ ſiſtere, eorum ſcilicet quibus ingredi iuſſum eſt, ſed in choro ſedentes inſtitutos ſecretè concinant pſalmos.* Erant hi quindecim Pſalmi graduales, ex auctoritate huius Benedicti multis temporibus in Ordine noſtro receptiſſimi, vt patet ex Cluniacenſium conſuetudinibus, Statutis S. Dunſtani, & Petro Boërio ad cap.9. Regulæ. Beatus tamen Bernardus, vel quiſquis eſt Auctor Epiſtolæ ad fratres de monte Dei, hoc improbare videtur: *In praeueniendis*, inquit, *nocturnis vigilijs, non expedit multitudine pſalmorum obruere intellectum, & exhaurire ſpiritum vel extinguere. Sed quam diu ſobriùs inuenitur, pietati afficiendus eſt, & ſuo itinere dirigendus ad Deum, donec dilatato corde, currere incipiat vſque ad finem operis Dei.*

Locus qui dubitare facit de auctore huius libelli.

13. Illius vox.] Dilatat ſe hîc nonnihil Dunſtanus, ſic legens: *Ita vt illius vox per magnam animi compunctionem, & peccaminum ſuorum recordationem aures miſericordis Domini, efficaciter penetret, ac ſcelerum omnium Chriſti annuente gratiâ, veniam obtineat.*

14. Immensam Clementiam.] τὸ, *immenſam*, vti non legit Dunſtanus, ſic poſt *clementiam*, adiungit, *miſericors Domine.*

15. Tuo servitio.] Dunſtan. *In tuo ſancto ſeruitio.*

16. Quatenus tibi complaceam.] Dunſtan. *Vt tibi complaceat ſeruitus noſtra. Per Dominum &c.* Editiones omnes præter Venetam poſt *complaceam*, addunt, *Amen.*

17. Tussis aut phlegma.] Vitanda hæc in diuino officio. Regula Magiſtri cap.48. *Non frequens tuſſis, non exſcreatus aſſiduus, nõ anhelitus abundet. Quia hæc omnia orationibus & pſalmis ad impedimentum à Diabolo miniſtrantur.* Epictetus ſanè apud Arrianum lib.4. cap.11. Religionem ait eſſe, in templis exſpuere, aut nares emungere. S. Columbanus in ſuo Pœnitentiali, *qui tuſſim in exordio Pſalmi non bene cauerit, ſex percuſſionibus emendari ſtatuit.*

18. Excresceret.] Hæc vox eſt in ſolo exemplari Veneto, & ſaluo ſenſu abeſſe poteſt.

19. Post dorsum proiiciat.] Idem præſcriptum in Regula Magiſtri citato capite: *Qui orat, ſi voluerit exſpuere, aut narium ſpurcitias iactare, non innante, ſed poſt ſe retro proijciat propter Angelos inante ſtantes, demonſtrante Propheta, ac dicente: In conſpectu Angelorum pſallam tibi.*

20. Et infra Ecclesiam.] Meliùs fortaſſis, *intra Eccleſiam.* Alia exemplaria habent: *Quod omnibus locis eis obſeruandum, ſiue ſint in Eccleſia, ſiue in Refectorio, ſiue in porticu, & in omni loco & conuentu.* Vox autem, *Eccleſia*, dubium fortaſſis augeat, an hæc tribuenda S. Benedicto, religioſè enim per totam Regulam ab hâc voce abſtinet, vtens nomine *Oratorij*, quod illud Monachis, *Eccleſia* verò Clericis & Canonicis conueniat, vt patet ex Regula Magiſtri cap.28. & 57. & ijs quæ ſuprà diximus pag 680.

Digitized by Google

C A P V T II.

DE INTERVALLO POST NOCTVRNAS VIGILIAS, & Matutinis Laudibus.

POST expletionem verò nocturnæ laudis, in illo [1] internallo, ſummum ſilentium fiat, tam in voce, quàm in inceſſu, ſine ſono alicuius rei, vt liceat vnicuique ſine alterius inquietudine peccata Domino confiteri, & veniam & remiſſionem pro ipſis flendo Deum poſtulare.

Cùm verò inchoante [2] Aurora, diei [3] ſignum inſonuerit, omnes feſtinent cum humilitate cordis, quaſi ad Deum clamantes, ac miſericordia ſibi placabilem factum [4] Matutinis Laudibus, prompta voluntate, vocum modulis, nec nimis productè, nec multùm correptè, cum ſumma grauitate & honeſtate [5] officium perſoluere diuinum.

Ex hâc autem matutina laude, ſummum & præcipuum fiat ſilentium in orando [6] & legendo.

N O T Æ.

1. INTERVALLO] De hoc interuallo egimus in Diſquiſitionibus p.751.

2. AVRORA.] ita quoque Anſelmus Rölle, & in Supplemento Bibliothecæ Patrum. Alij hîc minus rectè habebant *hora*.

3. SIGNVM.] Corruptè in Veneto erat; *ſonum*, typographico, vt arbitror, mendo.

4. MATVTINIS LAVDIBVS.] Nũquam S. BENEDICTVS Matutinum officium vocat *Laudes*, vnde à poſterioris id æui eſſe arbitror. Vide porrò quid per Laudes intelligat. p.754.

5. OFFICIVM PERSOLVERE DIVINVM.] deerat editioni Venetæ, *officium diuinum*.

6. ET LEGENDO.] Alij codices, *loquendo*, minus benè. En hic expreſſum, quid finitis Matutinis laudibus, vſque ad Primam agendum, quod quidem à S. BENEDICTO pretermiſſum, vir eruditus & pius annotauit. Nam hîc dicitur orandum vel legendum. Vide quæ annotamus p.751.

C A P V T III.

DE PRIMA, CAPITVLO, ET CVLPIS.

CAPVT III.

CONVENIENTES verò fratres ad Primam, [1] dum completur ipſum officium, [2] ante Pſalmum quinquageſimum, [3] donent confeſſiones ſuas viciſſim, pariter ſupplici voto eorum certatim pro ſe orantes.

Hoc expleto, veniant omnes ad [4] Capitulum, [5] & conuerſi ad Orientem [6] ſalutent Crucem, & cæteris fratribus ſe vndique humilient, ſimiliterque faciant in omni Conuentu.

Poſt recitata nomina Sanctorum, quorum feſta craſtina dies excipiet, ſurgentes pariter dicant verſum: *Pretioſa in conſpectu Domini*: quem ſequatur Oratio à Priore; deinde verſus: *Deus* [7] *in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina*, tribus vicibus, & [8] ſubiungentibus, *Gloria Patri & Filio*. Surgentes iterum, dicant verſum: *Reſpice Domine in ſeruos tuos*, [9] vſque in finem pſalmi, ſubiungentes, *Gloria Patri*, humiliter. Poſt hunc verſum ſequatur Oratio à Priore, *Dirigere & ſanctificare*.

Poſt hæc, qui culpabilis eſt, veniam poſtulet, & ſecundum modum culpæ, vindictam recipiat. Et tam in Clauſtro quàm in quolibet Connentu, vel loco veniam poſtulet frater, ante Domnum Abbatem, vel Præpoſitum, aut Decanum, aut [10] quemlibet alium de Senioribus. Cùm enim ille Senior dixerit. Quæ eſt cauſa? Frater ille qui veniam poſtulat [11] primùm omnium reſpondeat, Mea culpa Domine. Si verò aliud quodcumque dixerit, iudicetur exinde culpabilis. Poſteà [12] dicatur à Domno Abbate; vel ceteris, à quibus obedientia eſt facienda, quidquid eſt neceſſarium, & vtile fuerit in communi Monaſterij. [13] Frater verò qui veniam poſtulat pro culpa, quantò plus ſe humiliat, & ſe culpabilem aſſerit, tantò miſericordiùs & leuiùs à Priore iudicetur: neceſſe eſt enim, vt omnes negligentias noſtras, vel cogitationum, vel linguæ, vel operis, in præſenti vita [14] per humilem confeſſionem, & humilitatem ſemper indicemus, vt non poſt mortem nos reos faciant.

NOTÆ.

NOTÆ.

1. DVM COMPLETVR.] ita exemplar Venetum,alia,*poſtquam completum fuerit*.

2. ANTE PSALMVM QVINQVAGESIMVM.] De hoc pſalmo ad Primam dicendo,nihil in Regula, aut Breuiarijs. S.tamen Dunſtanus cap.1. Statutorum,præſcribit finitâ Primâ duos pſalmos, Domine in furore 2. & Miſerere mei Deus 1.*Illum pro carnis tentatione, hunc pro defunctis*. Hos verò vocat Lanfrancus pſalmos *familiares*, quibus ſubijciebant Pœnitentiæ pſalmos cum Litania; & id quidem antequam conuenirent ad Capitulum.

3. DONENT CONFESSIONES.] Intelligit, vt hinc inde dicatur Confiteor:ſic infrà quoque ait: *Dent confeſſiones ſuas ad alterutrum, & incipiant Completorium*. Confeſſionem autem dare, monaſticis quibuſdam Scriptoribus eſt, Confiteri. S.Columbanus in Pœnitentiali ſtatim in principio: *Statutum eſt à ſanctis Patribus,vt demus Confeſſionem ante menſam, ſiue ante Lectorum introitum,aut quandocunque fuerit facilè de omnibus*. Regula Donati cap.23. *Monemus fratres,vt aſſiduè & indeſinenti ſtudio tam de cogitatu, quàm de verbo inutili,vel opere,vel aliqua commotione animi Confeſſio omnibus diebus, omnibus horis,omnibuſq; momentis ſemper donetur, & Patri Spirituali nihil occultetur*. Regula cuiuſdam cap.6. *Confeſſio quàm crebra & ſagaci cura ſit danda multorum Patrum iuxta Scripturarum ſeriem traditio demonſtrauit. Danda ergo confeſſio ſemper eſt.*

4. CAPITVLVM.] De toto hoc actu Capitulari, qui hic iuxta Breuiariorum formam deſcribitur, nihil prorſus in Regula. Conſule Diſquiſitiones, p.788.& ſeq.

5. ET CONVERSI.] Veneta editio, *verſi*. Vetus inſtitutio eſt,vt in Monaſterijs Capitulū ad Orientem conſtituatur.Petrus Bleſenſis ſerm.25.*Inde eſt, quod in clauſtris Conuentuum quatuor loca cum proprijs deputantur officijs. In latere clauſtri occidentali eſt ſcholaris ſubiectio: in eo quod contingit Eccleſiam lectio moralis: in ipſa Eccleſia meditatio ſpiritualis. Ad orientem in Capitulo correctio materialis*. Per ſcholarem ſubiectionem (vt Menardus ad cap. 55.*concordiæ Regularum* annotat) intelligit Nouitios, qui olim ſtudebant in parte Occidentali. In antiquo noſtri Affligenienſis Monaſterij Rituali in prima parte cap.3.*Venientes autem in Capitulum antequam ad ſuas ſeſſiones eant, quilibet in medio Capituli inclinat ſe profundè ad Orientem.*

CAPVT III.

6. SALVTENT CRVCEM.] Idem præſcribunt ſtatuta Carthuſianorum 1. parte antiq. cap.36.& 2. part.cap.12.*Intrantes & exeuntes de capitulo ad crucem nudatis capitibus inclinamus.*

7. IN ADIVTORIVM MEVM &c.] non producunt totum verſum impreſſi codices præter Venetum,quem ſequimur.

8. SVBIVNGENTIBVS GLORIA PATRI.] Illud *ſubiungentibus*, eſt in ſolo Veneto, & crediderim legendum,*ſubiungent*.

9. VSQVE IN FINEM PSALMI SVBIVNGENTES.] Et hæc deſunt alijs,ſicuti etiam vox,*humiliter*,poſt *Gloria Patri*.

10. QVEMLIBET ALIVM.] Præter Venetum exemplar,omittunt alia, τὸ, *alium*. Et mox: Cum enim ille ſenior dixerit, omittunt, *ille*. Hæc autem vſque ad, *Poſtea*, inueniuntur apud S. Dunſtanum.

11. PRIMVM OMNIVM RESPONDEAT.] duo prima verba non reperiuntur niſi in Veneto.

12. DICATVR A DOMNO ABBATE.] Indictio laboris poſt Primam fieri ſolita, vt vidimus ſuprà 855.

13. FRATER VERÒ.] Tota hæc periodus vſque ad finem Capitis, eſt quoque in Statutis S.Dunſtani

14. PER HVMILEM CONFESSIONEM ET HVMILITATEM.] Ita omnia exemplaria, melius apud Dunſtanum, *per veram confeſſionem & humilem pænitudinem*.

CAPVT IV.

DE LABORE, ET REDITV AD ORATORIVM.

1 SVRGENTES à Capitulo,atque ad opera exeuntes, ſimul omnes circumſtantes dicant Verſum: *Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuuandum me feſtina*, ſubiungendo *Gloria Patri*, & Orationem Dominicam, flectentes genua. Poſt Orationem Dominicam,dicat Prior: *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*,& reſpondentibus omnibus: *Qui fecit cœlum & terram*; Vadant omnes ſimul,aut ſeparatim ad opus iniunctum ſibi, cuſtodientes ſilentium; [2] decantent pſalmos, aut *Pater noſter*, aut bini, aut ſinguli, iuxta quod congruum eſt, nihil aliud loquentes niſi fortè de ipſa arte neceſſarium fuerit dicere, quod dicatur cautè. CAPVT IV.

Cùm ad opus diuinum horis canonicis auditum fuerit ſignum,ſicut [3] continet Regula, relinquant ſtatim quidquid in manibus eſt,ſic tamen,vt non pereat.Et tunc conueniant ſimul omnes ad oſtium Oratorij,aut certè ſint parati ad obedientiam, & dicant Verſum: *Benedictus es Domine Deus,quia adiuuiſti me,& conſolatus es me*.Tribus vicibus,Priore tantùm incipiente, ſubiungentes [4] *Gloria Patri*, flectentes genua. Oratione autem completa ſurgant,& dicat Prior: Miſereatur noſtri omnipotens Deus,& reſpondeant omnes: Amen.

[5] A Calendis Octobris vſque ad Paſcha,tertia hora hoc faciant: à Paſcha autem,vſque ad Calendas Octobris,hoc hora ſexta,& nona fiat.

NOTÆ.

CAPVT IV.

N O T Æ.

1. SVRGENTES.] Paria his quæ hoc capite præſcribuntur, reperiuutur io Statutis S.Dunſtani.

2. DECANTENT PSALMOS.] Vides hîc, quod & in alijs olim decretum & ſeruatum, Monachos opus manuum, cum oratione incepiſſe, & in ipſo exercitio oraſſe, & demum oratione concluſiſſe: quod p.849. expendimus.

3. CONTINET REGVLA.] Capite ſcilicet 43. vbi ait: *Ad horam diuini officij, mox vt auditum* A *fuerit ſignum relictis omnibus, qualiber fuerint in manibus, ſumma cum feſtinatione curratur.* Vbi vides illud, *Sic tamen, vt non pereat*, non eſſe de texta, congruom tamen textui gloſſema.

4. GLORIA PATRI.] S.Dunſtanus addit: *Pater noſter, & Adiutorium, & Propitius ſit nobis omnipotens Dominus.*

5. A KALENDIS OCTOBRIS.] Hæc nullo modo conueniunt, cum ordinatione S.BENEDICTI, vt colliges ex dictis ſuprà 781. Suppeditat igitur & hic locus argumentum, opuſculum hoc S.BENEDICTO non ad ſcribendum niſi mendum irrepſiſſe fateamur in omnibus exemplaribus.

C A P V T V.

DE SILENTIO IN TEMPLO, MVTVA COMPELlatione, & non iurandum.

CAPVT V.

OMNI tempore [1] in Eccleſia ſummum ſilentium teneatur, exceptn hoc quod ad aures Dei pertinet. Et nullus ex fratribus alium [2] purn nomine aliquando audeat appellare, ſed, ſicut decet, Seniores ſuos minores *Fratres* nnminent; Iuniores verò Seniores ſuns, [3] *Nonnos*, quod eſt [4] patetna reuetentia. Abbas verò, *Domnus*, & *Pater* vocetur.

[5] Iuramentum aliud nullus proferat, niſi, *crede mihi*, quod in Euangelin [6] Ioannis 4. Cap. legimus [7] Mulieri Samaritanæ Dnminum affirmaſſe: [8] aut plane S.Auguſtinum legimus ſæpe teſtificatum fuiſſe, aut *certè*, aut *ſanè*, [9] quod eſt Monachorum aſſuetudn affirmandi.

N O T Æ.

1. IN ECCLESIA SVMMVM SILENTIVM.] Conuenit cum cap. 52. Regulæ, quo præſcribitur; *Oratorium hoc ſit quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur.* De hoc nonnulla ſcripſimus 683.

2. PVRO NOMINE.] Deſumpta hæc & ex Regulæ cap. 63. nimirum ſpectat ad beneuolentiam & vrbanitatem præponere, *Domine, Pater, Frater.* Lege quæ toto Tractatu 4. lib. 3. de religioſa compellatione diſſeruimus. 299.

3. NONNOS.] De hâc voce pluribus actum in *Diſquiſitionibus* 302.

4. PATERNA REVERENTIA.] Veneta editio, & Pariſienſis Anſelmi Rolle habebaot, *paternæ reuerentiæ.* Maluimus tamen, cum alijs, nominaodi caſum retinere, ſicut eſt in textu Regulæ, & Concil. Aquiſgraoenſi.

5. IVRAMENTVM ALIVD NEMO PROFERAT.] Monachis iurare paſſim inuenitur prohibitum. Regula S.Ferreoli cap. 23. Regula Cæſarij Arelatenſis ad Monachos cap. 4. Reg. Aureliani cap. 9. Reg. Tarnâtenſis cap. 8. 19. Leander de inſtitutione virginum cap 19. præclarè ait: *Nunquam iurare, ſed ſemper verum dicere pari obſerua ſtudio. Nam ſicut carnalibus pro terrore fraudis iurare permiſſum eſt; ſic prohibita ſunt ſpiritualibus, etiam dum benè conſcij ſunt ſacramenta.* Quamobrem lib. 2. Legis Longobardorum tit. 47. prohibetur Epiſcopis, Preſbyteris, Clericis, Monachis & Saoctimonialibus iurare, etiam in iudicium citatis. Hinc & in Concilio Aquiſgraoenſi art. 43. *Vt nemini liceat ſermonem iuramenti aut affirmationis proferre, niſi ſicut SS. Patres ſoliti fuerunt loqui.* Ex tot autem prohibitionibus, videri queat iurandi conſuetudinem frequentiorem in Monachis olim fuiſſe. Poſſidius de dome- A ſticâ S.Auguſtini diſciplinâ differens ait: *Et ne quiſquam facile iuratione etiam ad periurium decidiſſet, & in Eccleſia populo prædicabat, & ſuos inſtituerat, ne quis iuraret, nec ad menſam quidem. Quod ſi prolapſus fuiſſet, vnam de ſtatutis perdebat portionem: numerus enim erat ſuis ſecum commorantibus, & conuiuantibus poculorum præfixus.*

Monachis prohibitum iuramentum.

Quod olim fortè obtinuerat.

6. IOANNIS CAP. 4.] Citatio hæc in vnico duntaxat exemplari Veneto legebatur: fortè ex margine in textum irrepſerit.

7. MVLIERI SAMARITANÆ.] Et hæc vox, *Mulieri*, eiuſdem eſt exemplaris Veneti, quâ carent reB liqua.

8. AVT PLANE S.AVGVSTINVM LEGIMVS.] hoc totum deſideratur in editionibus præterquam io Veneta: in qua illud, *aut*, redundare videtur. Vbi porrò id legatur hactenus non reperi. Id ſcio fateri Auguſtinum ſe iurandi conſuetudini aſſuetum, timore Domini eam ſuperaſſe. Nam ſerm. 30. de verbis Apoſtoli: *Iurauimus & nos, paſſim habuimus iſtam teterrimam conſuetudinem & mortiferam. Dico charitati veſtræ, ex quo Deo ſeruire cœpimus & quantum malum ſit in periurio vidimus, timuimus vehe*C*menter & veternoſiſſimam conſuetudinem timore frenauimus.* Et ſerm. 10. ex ijs quos Pariſienſes ediderunt: *Timendo Deum abſtulimus iurationem de ore noſtro. Ecce vobiſcum viuimus. Quis nos audiuit aliquando iurantes? Nunquid non conſueueram quotidie iurare? At vbi legi & timui, luctatus ſum contra conſuetudinem meam, in ipſa luctatione inuocaui Dominum adiutorem. Præſtitit mihi Dominus adiutorium non iurandi. Nihil mihi facilius eſt quàm non iurare.*

S. Auguſtinus eam conſuetudinem ſuperauit.

9. QVOD EST MONACHORVM ASSVETVDO AFFIRMANDI.] Ita ſcripſimus probabili coniectura: Nam Venet. intricatè ſic habeat: *aut certè, ſanè quod eſt Monachorum aſſuetudo, aff. iurandi.*

CAP. VI.

Digitized by Google

CAPVT VI.

QVOMODO EXCIPIENDA INCREPATIO, & Obedientiæ mandatum deferendum Senioribus?

SI frater increpatur à Priore qualibet de cauſa, aut ab alio quolibet, [1] aut certè à minore reprehenditur pro aliqua re, ſtatim eum ſumma velocitate in faciem ſuam cadens veniam poſtulet, quia hæc humilitas Deo exhibetur, non homini: & ſi ex corde fiat indulgentiam promerebitur.

Oportet autem ante omnia, vt [2] obedientes ſibi inuicem ſint, & ipſa obedientia, ſi recto corde omnino Deo offertur, ipſa eſt quæ ducit ad vitam: [3] citiùs enim exauditur vna oratio obedientis, quàm decem mille contemnentis.

[4] Cùm verò ſibi obuiant fratres, vbique dicat iunior, ſeniori inclinato capite, *Benedicite*, Si iunior ſedeat, tranſeunte ſeniore, ſurgat: ſi ſenior voluerit ſedere, iunior tamen, niſi iuſſus, non ſedeat, iuxta Regulam. [5] Si deprehenſus fuerit frater aliquis inuidiam, vel [6] iram aliquam modicam aut triſtitiam in corde retinere ſtatim corripiatur, vt emendetur, & quot dies hoc confiteri neglexerit, tot dies pœniteat: & ſi humiliter reſponderit, & veniam poſtulauerit, cum venia iudicetur.

Cum [7] autem Dominus Abbas, aut certè quis ex Senioribus alicui ex fratribus, aliquod opus præceperit, ſuſcipiat iunior cum ſumma honeſtate iubentis imperium, ſicut Regula docet, & ſit [8] auris parata ad audiendum, ac ſi diuinitus dicatur, ſint pedes recti manus expeditæ ad faciendum opus, & humiliato capite dicat, *Benedicite*. [9] Similiter cùm iterum iuſſerit, ita faciat.

[10] Egredientes de domo, aut de conuentu dicant, *Benedicite*, etiamſi ſolus ſit, quia Dominus vbique præſens eſt, vnicuique poſtulanti paratus reddere rationem.

Si aliquid in Cellario, vel Refectorio, vel coquina, vel quolibet alio loco frater neglexerit, ſtatim ſine vlla mora, currat ad veniam poſtulandam. Et ſi talis eſt res quam [11] neglexerit, manu teneat, in terram proſtratus, veniam poſtulando de eo quod egerit.

NOTÆ.

1. AVT CERTE A MINORE REPREHENDITVR.] Ità Venetus codex, alijs breuiùs ita legentibus: *Si frater increpetur à Priore qualibet de cauſâ, aut ab alio quolibet etiam minore.* Epitome autem Ludouici Imperatoris ſuper Regulam S. BENEDICTI periodum hanc pleniùs ita repræſentat. *Si frater increpatur à maiore Priore qualicumque, aut ab alio quolibet, aut certè à iuniore reprehenditur pro alia qualibet re, cum ſumma velocitate veniam poſtulet: quia hæc eadem humilitas Deo exhibetur, non homini: & ſi ex corde fuerit, citò indulgentiam merebitur.* Vbi facilè animaduertere eſt plus ſtatui, quàm cap. 71. in Regula exprimitur: vbi hæc humiliatio tantùm præſcribitur cùm quis à Priore vel Seniore corripitur.

2. OBEDIENTES SIBI INVICEM.] Conformiter ad idem 71. Regulæ Caput, eadem verba ſunt in Epitome Ludouici Pij, modica hac variatione: *Oportet omnino vt obedientes ſibi ſint inuicem, & ipſa obedientia, ſi recto corde oſtendatur, Deo offertur, ipſa eſt via, quæ ducit ad vitam.*

3. CITIVS ENIM EXAVDITVR.] Deſumpta ex Auguſtino ſententia, libro de opere Monachorum cap. 17. Audit nimirùm Deus, qui ſe, in Superiore loquentem audit, illicque obaudit: Exauditione indignus eſt, qui Deum quem rogat, non audit. Hinc Regius Vates Pſal. 144. *Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet.*

4. CVM VERÒ SIBI OBVIANT FRATRES.] Et hæc ſunt in Epitome Ludouici Pij, niſi quod pro *Seniori*, legat, *Priori*: vbi vides præſcribi formulam

A petendi benedictionem, quam Regulæ textus cap. 63. non exprimit: Et nos lib. 3. tract. 4. diſq. 7. elucidauimus. Quibus conformia tradit Regula cuiuſdam cap. 16. *Quando ſibi mutuatim in via, vel in quocumque loco occurrerint, omni humilitate ab inuicem flectentes* (Smaragdus addit *genua*, & in margine, *capita*) *benedictionem rogent. Et ſi vnus ex eis ſenior fuerit, prius iunior benedictionem poſtulet. Tunc demum ſenior proſequatur.* Quid verò proſequens Senior reſpondebat, niſi illud, DEVS? Patet ex Regula Magiſtri cap. 13. vbi de excommunicato ait:

B *Petenti benedictionem nullus reſpondeat*, DEVS. Sed non Monachos tantùm, verùm omnes omninò Chriſtianos in familiari congreſſu olim ſibi mutuò benedixiſſe, conſtat ex Tertulliano, lib. de teſtim. an. cap. 2. *Et quod penes Deum bonitatis & benignitatis omnis benedictio inter nos ſummum ſit diſciplinæ & conuerſationis ſacramentum*, BENEDICAT TE DEVS, *tam facilè pronuntias, quàm Chriſtiano neceſſe eſt.*

5. SI DEPREHENSVS.] Ita editiones quibus vſus ſum, præter Venetam, quæ habebat: *Si cognouerit aliC quem ex fratribus.*

6. IRAM ALIQVAM MODICAM.] Et hæc duo verba, *aliquam modicam*, in ſolo Veneto legi exemplari. Hæc porrò doctrina reſpondet illis bonorum operum inſtrumentis: *Iram non perficere, Iracundiæ tempus non reſeruare. Dolum in corde non tenere, Pacem falſam non dare. Cùm diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire.* Quæ porrò hîc contra iram reſeruantem ſtatuuntur, ſimilia prorſus ſunt ijs, quæ in ſuo Pœnitentiali præſcripſit Columbanus: *Si quis*, inquit, *iracundiam, vel triſtitiam vel* *inuidiam*

Ira fugienda.

Digitized by Google

CAPVT VI.

iracundiam tenet contra fratrem ſuum, vt tempus tenuerit, ita erit pœnitentia eius in pane & aqua, ſi verò prima die confeſſus fuerit, viginti quatuor pſalmos. In quibus verbis notandum *Iracundiam*, & *triſtitiam* eodem modo coniungi, ſicut in huius libelli textu dicitur, *iram aliquam modicam aut triſtitiam in corde retinere.* Quædam enim triſtitia ex præcedente ira deſcendit, teſte Caſſiano, lib. 9. inſtitut. cap. 4. & 13. & collat. 5. cap. 11. Hinc eſt quod *triſtis* nonnunquam, vt Perottus annotauit, pro irato accipiatur. Lucilius: *Timeo certè ne mihi ſit triſtior.* Ipſa ira Maroni in Bucolicis dicitur *triſtis*

Triſtitia pro iracundia ſumitur.

Nonne fuit ſatius triſtes *Amaryllidis iras.*

Silio lib. 2. vocatur mœſta:

Correptos arcus ter mœſta *monit ab ira.*

In ſacris litteris, Geneſis 4. v. 5. vbi nos habemus, *Iratus eſt Cain vehementer.* Septuaginta habent. ἐλυπήθη κάϊν λίαν, *contriſtatus eſt Cain valdè.* Et quod ſequitur in vulgata: *Quare iratus es?* apud LXX. eſt: ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; *Quare triſtis factus es?* Aquila vertit: *Ad quid eſt ira tibi?* Sic dicitur hîc, *triſtitiam in corde retinere*, id eſt amaritudinem, rancorem, auerſionem: prout etiam in Regula S. Pachomij art. 112. *Si quis de fratribus contra Præpoſitum domus ſuæ triſtitiam habuerit, aut ipſe Præpoſitus contra fratrem aliquam querimoniam:* &c. Benè in ſua Regula Auguſtinus, *Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis: Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.* Vide ibidem plura in hanc rem. S. Aurelianus Reg. Monach. cap. 12. Verberum ſupplicium, ſiue vt vocat, *legitimam diſciplinam*, ei præſcribit infligendam, qui veniam petenti non ignoſcit. *Quod ſi ambo*, inquit, *deſpexerint, pariter à communione, vel cibo ſuſpendantur, donec inuicem ſibi reconcilientur.* Et cap. 40. ait: *Superbis, inobedientibus, & iracundiam protrahentibus numquam parcendum, donec corrigantur.*

Amaritudine & rãcore.

7. DOMINVS ABBAS.] Citat hunc paragraphum Hugo Menardus ad cap. 44. Concordiæ Regularum §. 8. Sed pro *Dominus*, cùm alijs editionibus, legit, *Domnus*, & vbi eſt, *opus præceperit*, habet, *facere præceperit.* Pro, *ſumma honeſtate:* legit, *cum magna humilitate.* Illud autem, *ſicut Regula docet*, ab eodem, alijſque prætermittitur, eſtque in ſolo Veneto, indicatur autem Regulæ cap. 5.

8 AVRIS PARATA.] Menard. *Prompta*, qui etiam pro illo, *Pedes recti*, habet *directi*, & pro, *humiliato capite, humiliatus.* Legenda quæ de veloci obedientia diximus 577.

9. SIMILITER CVM ITERVM IVSSERIT.] Hæc ſolius ſunt exemplaris Veneti, pro quibus apud Menardum legitur: *Expleto opere reuertens cum humilitate dicat ſimiliter* BENEDICITE.

Optima ſanè & monaſticæ humilitati congruens hîc præſcribitur acceptandæ Obedientiæ formula, ab alijs quoque præſcripta. Iſidorus Hiſpalenſis in Regula cap. 17. leuioris culpæ reum facit, *qui miniſterium cuiuſlibet operis iniunctum ſibi ſine benedictione ſuſceperit, aut perfecto opere benedictionem minimè poſtulauerit.* Regula cuiuſdam cap. 16. *Quando ad aliquod opus fieri commeatus rogatur, venia priùs petatur, & ſic de opere quod faciendum eſt, commeatus rogetur. Quando ad Abbatem venitur, cum omni humilitate veniam petendo accedatur. Similiter quando egreditur, cum venia petitione bene-*

Nihil ſine voluntate Superioris agendum.

A *dictio quæratur.* Vbi commeatus ſignificat facultatem, permiſſionem. Caſſian. lib. 4. Inſtitut. cap. 10. *Si Dominus nobis orationibus veſtris dederit commeatum.*

10. EGREDIENTES DE DOMO, AVT DE CONVENTV.] Non intelligitur de egreſſu extra ſepta Monaſterij, cùm ex eo Monachi non egrediantur ſoli, ſed de exitu ex quacumque domo intra Monaſterium, verbi gratiâ, ex cella, dormitorio, valetudinario, piſtrino, Bibliotheca, aliave officina. Quod verò ait, *aut de conuentu*, intelligendum de loco vbi omnes tum ſunt congregati. Patet id ex doctrina S. Columbani, huius ritus præcipui, vt arbitror, auctoris. Nam

Nec quoquam eundum ſine benedictione.

B Agreſtinus in Concilio Matiſconenſi contra eius Regulam inter cetera capita allegat, *in ingreſſu cuiuſlibet domus intra cœnobium, tam introeuntem, quàm egredientem, Benedictionem poſtulare.*

Ad quod S. Euſtaſius Luxouienſis Abbas reſpondit: *Introëuntem Monachum cellulam, vel exeuntem benedictione Domini armari, ratum duco iuxta Pſalmiſtæ vocem: Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc, nunc & vſque in ſæculum.* Ita Ionas in vitâ S. Euſtaſij: In Pœnitentiali S. Columbani hic habetur articulus: *Egredi vel ingredi in domum, aut opus facere ſine*

C *oratione & ſigno crucis, duodecim plagis*, ſupple, ſtatuitur puniendum. Et alio eiuſdem libri loco: *Ad lauacrum, aut ad quamcumque neceſſitatem vna oratione ante exitum, aut introitum eget. Interroget tamen, ſi non procul exeat, ſigno crucis indiget. Quamuis* (lego, *quoniã*) *ambulans ſignet ſe, non eſt autem neceſſe ad Orientem ſe vertere. Exiens extra domum quilibet feſtinans & ſe ſignans non eget ad Orientem conuerſione. Ita & in ambulando conueniens quemquam faciat.* Hæc ibi. Regula Donati cap. 27. *Quæ egreditur domo ad orationem poſcendam non ſe humiliauerit, & poſt acceptam non ſe ſignauerit, crucem non adierit, duodecim percuſſionibus.* Ex quibus patet praxis pe-

Signo etiã crucis adhibito.

D tendi benedictionem, & muniendi ſe ſigno Crucis, à Monachis crebriùs vſitata. Quod mirabitur nemo qui veterum Chriſtianorum eam agnouerit fuiſſe conſuetudinem. Tertullianus lib. de coronâ militis: *Quæcumque conuerſatio nos exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.* Cyrillus Ieroſolymitanus Catech. 13. *In fronte confidenter ſignaculum crucis digitis imprimatur, & in alijs omnibus crux fiat, in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egreſſu & in ingreſſu ante ſomnum recumbendo & ſurgendo, eundo & quieſcendo, magna hæc eſt cuſtodia.* Ambroſius ſerm. 43. *Debemus ſurgentes gratias Chriſto agere, & omne diei*

Quod etiã factum à veteribus Chriſtianis.

E *opus in ſigno facere Saluatoris.* Gaudentius quoque Brixienſis tractatu 1. de Lect. Euang. *Sit ſermo Dei & ſignum Chriſti in corde, in ore, in fronte, inter cibos, in lauacris, in cubilibus, & in ingreſſu & egreſſu.*

11. NEGLEXERIT, MANV TENEAT.] Inculcat quod Regulæ cap. 46. à S. Patre præſcriptum: vbi tamen non legitur; vt qui aliquid *neglexerit*, aut fregerit, illud *manu teneat.* Videri proinde poſſit hæc quædam eius loci declaratio. Hâc enim ratione non ſolâ voce, ſed ipſo quoque facto, quod Regula præcipit, *ipſe vltrò ſatisfaciens prodit delictum ſuum.* Præſcribunt in hoc caſu Patres Carmelitæ Diſcalceati part. 1. Conſtit. cap. 21. num. 10. *Vt quæ ab aliquo franguntur, ſuſpenſa collo ab eodem*

in Refe-

in Refectorio ferantur. Non incognita fuit priſcis hæc pœna. S. Pachomiꝰ ſiquidem decreuit in Regul. artic. 121. *Si quis tulerit rem non ſuam, ponetur ſuper humeros eius, & aget pœnitentiam publicè in collectâ, ſtabitq́, in veſcendi loco.* Cæterùm commune penè omnibus Regulis eſt præſcribere pœnitentiam quidpiam frangenti. S. Pachomius art. 70. Caſſian. l. 4. cap. 16. Regula S. Baſilij à Ruffino tranſlatâ cap. 54. Reg. Iſidori cap. 17. Regula cuiuſdam cap. 16. S. Columbanus in ſuo Pœnitentiali, vult damnum, quoad licet, à negligente reſarciri: *Si quis, inquit, de ſupellectili monaſterij, per contemptum amiſerit, vel deſignauerit quid, proprio ſudore, & operis adiectione reſtituat, vel pro æſtimatione arbitrio ſacerdotis ſuperpoſitione pœniteat, aut vna die in pane & aqua.*

Pœna inflicta iis qui aliquid fregerant.

CAPVT VI.

CAPVT VII.

DE SERMONE SÆCVLARI, DISCVRSV, & proprio vitando.

CAPVT VII.

CAVEANT à [1] ſæculari & ſuperfluo riſu, & de frequenti locutione [2] cum amicis ſæcularibus. Et ſi neceſſe fuerit, vbi aliter eſſe non poterit, [3] non loquatur ſolus cum ſæculari, niſi præſentibus & audientibus aliis Fratribus, de quorum fide certa ſit fiducia: & hoc maximè in iuuenibus obſeruetur. [4] Mens enim quæ Deo ſeruire cupit, ſæcularium locutionem & conuerſationem contemnere & derelinquere debet.

[5] Non vadant infrà Monaſterium paſſim vbicumque voluerint, niſi obedientia vniuſcuiuſque exigat, vel licentiam impetrauerint. [6] Nullum opus etiamſi bonum videatur, ſine iuſſione agere præſumant: [7] Nihil dare aut accipere ſine iuſſione Abbatis, nec habere proprium, niſi quòd Abbas dederit aut permiſerit. Non debet aliud vnicuique [8] in cibo, vel potu, vel veſtimento dari, quàm Regula præcipit: qui autem plus habere deſiderat, occaſionem contra ſe occulti hoſtis noſtri non excitare pertimeſcit.

NOTÆ.

1. SÆCVLARI ET SVPERFLVO RISV.] Conſentaneum S. BENEDICTO decretum, qui cap. 4. inter Inſtrumenta bonorum operum retulit: *Riſum multum aut excuſſum non amare.* Et cap. 6. *Verba otioſa & riſum mouentia, æterna clauſura in omnibus locis damnamus.* Et humilitatis gradum 10. ponit. *Si non facilis ac promptus in riſu.* Meritò ergo hîc damnatur riſus ſæcularis ac ſuperfluus tanquam Monacho, qui plangentis habet officium, indignus. Hieronymus Demetriadi ſcribens: *Ridere & rideri ſæcularibus linque, grauitas perſonã tuam decet.* Videndus S. Ephræm ſerm. tom. 1. non eſſe ridendum, ſed lugendum potiùs. Riſui quoque legem præſcribit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 5. Breuiter Epictetus in Enchiridio cap. 73. *Riſus non ſit multus, neque ob multa, neque effuſus.* In quem locum vide Simplicium.

2. CVM AMICIS SÆCVLARIBVS.] Deerat veneto exemplari Tò, *ſæcularibus*, quod ex aliis repoſui. Refert porrò & Caſſianus lib. 4. cap. 16. inter culpas Monachorum publicâ pœnitentiâ diluendas: *Si parentum quempiam vel amicorum ſæcularium viderit, vel collocutus eis ſine ſuo fuerit ſeniore.* Pœnitentiale S. Columbani: *Si quis facit colloquium cum ſæculari ſine iuſſu, viginti quatuor pſalmos.*

3. NON LOQVATVR SOLVS CVM SÆCVLARI.] Vtiliſſima cautio, quam tamen in Regulâ non inuenias. Videtur nihilominus ex S. Pachomij diſciplina, in cuius Regula art. 30. ita legitur: *Si quis ante oſtium ſteterit Monaſterij dicens ſe velle videre fratrem ſuum vel propinquum, permittente Præpoſito domus, accipiet comitem egreſſionis ſuæ, cuius fides probata eſt; & ſic mittetur ad fratrem videndum, vel proximum.* Regula Orientalis: *Nec vllus extraneorum habeat cum aliquo de fratribus neceſſitatem aut facultatem loquendi abſque conſcientia Abbatis, vel ſeniorum præſentia.* Regula Monachorum S. Aureliani cap. 16. *Ipſis verò laicis viris, quibus permiſſum dedimus occurrendi, nullum vnquam Monachorum ſine Abbate, aut Præpoſito, vel certè alio Seniore, cui Abbas præceperit, videant aut loquantur, nec vnquam altiore voce loquantur.* Et hæc quidem de viris. Pro altero autem ſexu ſimile decretum eſt in Regulâ Sanctimonialium cap. 12. Sed & prædeceſſor illius S. Cæſarius, ita ſtatuit art. 38. *Si quis verò germanam ſuam, vel filiam, aut quamlibet parentem aut ſibi cognatam videre voluerit, præſente Formaria* (id eſt, Magiſtra) *vel qualibet ſeniore, ei colloqui non negetur.* Regula autem cuiuſdam cap. 9. etiam hoc addit: *Vt in quocumque loco duæ fuerint, nullatenus ſine tertiâ teſte loqui præſumant.* Ita nimirum facilè murmurationes, contentiones, & conſpirationes excluduntur.

Monachis non licebat ſolis colloqui cum externis.

4. MENS ENIM QVÆ DEO SERVIRE CVPIT.] Rectè in hunc ſenſum Heſychius Presbyter Centur. 2. num. 25. *Mens obtenebratur, & ſine fructu manet, quando ſæculares ſermones loquitur, aut cùm illis ab intellectu ſuſceptis confabulatur.* S. Ephræm tom. 2. in doctrinâ variâ cap. 53. *Admone parentes*, inquit, *& conſanguineos tuos carnales, ne te frequentent. Dum enim illi coram te de ſuis loquuntur, diſtrahunt mentis in te officium: ſimul te etiam incontinentem ſuâ doctrinâ, vel exemplo reddunt.* Laudati hoc titulo, qui conſanguineos ad ſe venientes nec ad colloquium, nec ad conſpectum admiſerunt, ex quibus nonnullos recenſet Iulius Nigronus tract. Aſcet. 16. cap. 4. §. 32.

5. NON VADANT INFRA MONASTERIVM.] Diſcurſus per Monaſterium à S. BENEDICTO c. 67. vetitus, vide Lib. XII. Tract. 3. diſq. 5.

6. NVLLVM OPVS.] Correſpondet Regulæ cap. 49. & 67. in fine. Vide lib. 6. tract. 2. diſq. 7.

7. NIHIL DARE AVT ACCIPERE.] Et hæc Regulæ doctrina cap. 54. prout etiam quod ſequitur: NEC HABERE PROPRIVM. cap. 33. prohibitum.

8. IN CIBO, ET POTV, VEL VESTIMENTO DARI.] Ratio manifeſta eſt, quia S. BENEDICTVS

CAPVT VII.

cap. 39. & 40. eam cibi, potuſque menſuram præſcripſit, quam quotidianæ refectioni ſufficere credidit. Et de veſtibus cap. 55. ait: *Sufficit Monacho duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipſas res.* Rectè proinde vetat S. Iſidorus Reg. cap. 9. ne Abbas *aliud quàm ceteri, neque cultiùs, quàm ea,* A *quæ in commune conſiſtunt, præparari ſibi quidpiam expetat.* Et mox: *Æqualia quippe erunt menſarum omnium fercula, ſimilibuſq, alimentis cuncti reficiendi ſunt fratres.* Præmiſit de Abbate, quia ſi ille menſuram non excedat, haud facilè id ab aliquo fiet Monachorum.

CAPVT VIII.

DE CORREPTIONE FRATERNA.

CAPVT VIII.

NVLLVS alij aliquod præteritum, vel turpe [1] peccatum improperet. Si Senior viderit iuniorem delinquere corripiat eum inter ſe & ipſum ſolum, ſemel, ſecundò, & tertiò de leuioribus tantùm culpis, quia de aliquibus grauibus culpis, ſi continget opere perpetrari, ſtatim emendetur ſecundùm Regulam. Et qui alium vult caſtigare, [2] leniter ſolidare ſtudeat, ſecundùm qualitatem neglecti; quia ſæpe frangitur deteriùs membri fractura, quæ incautè ligatur. Pro immundis verò cogitationibus, & nociuis, vel ineptis locutionibus, ſemper ad Confeſſionem recurratur. [3] Humiliter ſibi inuicem reſpondeant Fratres.

NOTÆ.

1. PECCATVM IMPROPERET.] Auguſtinus in Regula: *Quæcumque conuicio vel maledicto, vel etiam criminis obiectu alteram læſerit, meminerit ſatisfactione quantocyus curare quod fecit, & illa quæ læſa eſt, ſine diſceptatione dimittere.* S. Columbanus in Pœnitentiali: *Si quis enarrauerit præteritum peccatum, vnum paximacium.* Supple tantùm accipiat: Et alio loco: *Qui peccatum pudendum alicuius exprobrat, priuſquam inter ſemetipſum ſolum arguat, ſicut Dominus dicit, corripiatur, donec exprobrato ſatisfaciat, & tribus diebus in pane & aqua pœniteat.*

2. LENITER SOLIDARE.] Apoſtolicum monitum Galatis præſcriptum cap. 6. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis:* vbi illud, *inſtruite,* idem ferè eſt quod ſolidare. Vatablus enim & Iſidorus Clarius vertunt, *inſtaurate,* quaſi dicat (inquit Cornelius) ſicuti reſtaurantur artus & membra hominis lapſu luxata: ita fidem & mores luxatos proximorum reſtaurate. Nimitùm amariores pillulæ manſuetudinis ſaccaro condiendæ ſunt. Non vinum tantùm, ſed & oleum vulneribus ſemiuiui hominis Euangelicus Samaritanus infudit. Præclarè Baſilius in Regulis fuſioribus Interrog. 50. *Cum indignatione & ira caſtigatione aduerſus aliquem vti, hoc haudquaquam eſt, à peccato illum liberare, ſed delictis ſeipſum obſtringere, quamobrem Apoſtolus dixit: In manſuetudine corripientem eos, qui reſiſtunt.* Quæ ſi Antiſtiti Iure præſcribantur, quantò magis locum habere debent in priuata, & fraterna correptione? Excedentem porrò in huiuſmodi correptionibus, Pœnitentiale S. Columbani ita caſtigat: *Qui arguit non leniter, notetur, donec petat veniam à fratre correpto, & plagis triginta* (ſupple, emẽdetur) *aut quindecim pſalmos,* ſcilicet recitet. Non erubuit ſanè humillimus Doctor Auguſtinus huius exceſſus ſe accuſare, veniamque deprecari. Sic enim epiſtola 111. ſcribit: A *In corripiendo nimius, atque improuidus fui, nec fraternam & epiſcopalem perſonam ſicut pater & epiſcopus, quemadmodum fuerat dignum cogitaui: hoc non defendo, ſed reprehendo; hoc nõ excuſo, ſed accuſo. Ignoſcatur peto.* Proinde idem piiſſimè in annotationibus in epiſtolam ad Galatas monet, *nunquam aliem peccati obiurgandi ſuſcipiendum eſſe negotium, niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquidò nobis coram Deo reſponderimus dilectione nos facere.*

Correptio vt facienda.

3. HVMILITER SIBI INVICEM RESPONDEANT.] Prorſus ex mente S. BENEDICTI qui 11. humilitatis gradu, requirit, *cùm loquitur Monachus, leniter & ſine riſu, humiliter cum grauitate, vel pauca verba & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in voce.* S. Baſilius B ſerm. de Renuntiatione: *Interrogatus de re aliqua, graui & ſubmiſſa voce reſponde.* Vide eundem in Regul. breuior. Interrog. 121. & epiſt. 1. ad Gregorium Theologum. In Reg. Fructuoſi cap. 8. definitum eſt: *Cùm loquuntur Monachi, vt lenta & ſilens vox eſſet.* Humilitatem in loquendo etiam B. Iſaias Abbas orat. 27. inculcat: *Cùm timore Dei atque tremore, & capite demiſſo, modeſtè, & ſubmiſſa voce verba facito.* In Pœnitentiali S. Columbani ita decernitur: *Proferens ſermonem altum, ſine ſuppreſſione, niſi vbi neceſſitas fuerit ſuperpoſitione ſilentij, aut quinquaginta percuſſionibus,* ſupple pœniteat. Ad humilitatem porrò modeſtiamque ſpectare vocis demiſſionem Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 7. docet: *Modeſti, inquit, eſt in voce moderatio, à* C *magnitudine ſimul, & prolixitate, celeritateq́, & multitudine coërcens ſuam orationem.* Contra S. Bernardus lib. de interiori domo cap. 41. *Signa ſuperbiæ ſunt hæc: Clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, &c.* Ante eum S. Proſper lib. 3. de vit. contemplat. cap. 8. Inter occultæ ſuperbiæ ſigna, & hic recenſuit quod ſuperbi ſint *clamoſi in voce.* Regula Pauli & Stephani cap. 2. *Non tumentis animoſitate & clamoſis vocibus, ſed fiducialiter tranquilla ſimplicitate, & auctoritate bonæ vitæ iniungat.*

Loquendum demiſſa voce.

Superbi, clamoſi.

CAPVT

CAPVT IX.

DE CAVENDA CONTENTIONE, DE Opere manuum, & Lectione.

HORA canonicâ audito ſigno [1] citò ad Oratorium recurratur. Et [2] non contendant de aliquo: & ſi contigerit, [3] qui prius tacuerit, [4] ſapientior reputetur.

[5] Ante horam, vel poſt horam, nihil cibi recipiant, exceptis infirmis & infantibus, quorum imbecillitas [6] à Priore conſideranda eſt. [7] Non detrahat quis, aut detrahenti conſentiat. Pacem ſint ſeminantes inter ſe fratres, non diſcordiam. [8] Sæcularium fabulæ longè ſint ab eis.

[9] Certis horis ſtatutis non negligant opera manuum agere: quia [10] virtus eſt animæ & corporis. Cæteris autem horis lectioni vacent. Et ſi fieri poſſit, [11] in vno loco, aut in Clauſtro ſedeant, [12] vt inuicem videntes coarctentur, & ſub ſilentio legant. Et [13] ne alius ad alium iungatur, niſi neceſſitas expoſcat: idipſum tamen ſine inquietudine alterius fiat.

NOTÆ.

1. CITO AD ORATORIVM. Pluribus hoc præſcribit Regula cap. 43. Vide quæ nos attulimus 703.

2. NON CONTENDANT DE ALIQVO.] Inter bonorum operum inſtrumenta refertur, *Contentionem non amare.* Et cap. 71. *Quòd ſi contentioſus reperitur, corripiatur.* A contentione etiam ſacra Scriptura nos arcet. Paulus 2. Timoth. 2. *Noli contendere verbis; ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Quid porrò ſit contendere, docet Auguſtinus lib. 4. de doctr. Chriſtiana cap. 28. *Verbis,* inquit, *contendere, non eſt curare, quomodo error veritate vincatur; ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.* Indecens planè Monacho vitium, nam vt S. Paulus ibidem ait: *Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.* Idemque 2. Corinth. 3. *Cùm ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* Climacus porrò gradu 4. vſitatum olim in Monaſterio, quod deſcribit, dirimendis fratrum contentionibus remedium tale præſcribit: *Si quis ex illorum numero aduerſus fratrem contendere vnquam cœpiſſet, prætereuns alter aduoluebatur illorum genibus, ſicq; iracundiam eorum mitigabat. Quòd ſi ſeruare illos iniuriæ memoriam ſenſiſſet, rem protinus ad eum referebat, qui poſt Abbatem ſecundus Monaſterij in regimine præerat, eoſq; ante occaſum ſolis in gratiam reuocare nitebatur. Sin verò illi obdurati ampliùs exaſperarentur, aut cibum ſumere vſque ad reconciliationem* C *non permittebantur, aut certè monaſterio expellebantur. Laudabilis ſanè, memorabiliſq; diligentia, ex qua fructus vberrimus gignebatur atque naſcebatur.* De hoc morbo latè diſſerit Nigronus in Comment. ad Reg. 28. commun. Societ. Ieſu.

Contentiones vitandæ.

Quo modo dirimantur.

3. QVI PRIVS TACVERIT.] Ita in impreſſis hactenus codicibus. Venetum noſtrum exemplar habebat, *qui primus ſapienter tacuerit;* minus, vt arbitror, rectè.

4. SAPIENTIOR REPVTETVR.] Cur quæſo? Quia vt Prouerb. 20. 3. *Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.* Sententiam Auctoris noſtri Euripides in Proteſilao D expreſſit: *Altero duorum colloquentium indignante, is qui ſe non opponit, plus ſapit.* Pœnitentiale Columbani præſcribit: *Si duo fratres contendentes aliquid & ad furorem venientes, duo dies vnum paximatum & aquam:* Item: *Si*

Sapientiores in contentionibus.

A *quis contradicit fratri ſuo & non petit ei veniam, duo dies vnum paximatum & aquam.* Qua ratione autem ad vitandam contentionem venia petenda ſit, eodem libro docet: *Quis fratri aliquid indicanti reſponderit, non ita eſt vt dicis, præter ſeniores iunioribus dicentes ſimpliciter, ſuperpoſitione ſilentij aut quinquaginta percuſſionibus, niſi hoc tantùm licet vt reſpondeatur coæquali fratri ſuo, ſi veracius eſt aliquid quàm ille dicit, & recordatur: Si benè recolis frater, & alter hæc audiens non affirmet ſermonem ſuum, ſed humiliter dicat, ſpero quod tu melius recorderis, ego per obliuionem in verbo exceſſi. Pœnitet me quod malè dixi. ecce verba filiorum Dei, ſi nihil per contentionem, vt ait Apoſtolus, neque per inanem gloriam, ſed per humilitatem ſpiritus, alter alterum exiſtimantes Superiorem ſibi. Cæterùm qui ſe excuſauerit,* B *non filius Dei ſpiritalis, ſed filius Adam carnalis iudicetur.* Sic ille. Sed & S. Ephræm in doctrinâ variâ cap. 93. ſimilem verborum formulam quâ humiliter in contentione cedatur, præſcribit: *Sic tibi,* inquit, *repugnantem alloquere: Ego quidem benedicte, tanquam idiota aliquis locutus ſum, ſic conſiderans, da veniam ignorantiæ meæ, fit autem quemadmodum dixiſti: & in hoc retrocedet à te, re infecta, atque confuſus, turbarum excitator diabolus.*

5. ANTE HORAM.] Idem ſtatuit S. BENEDICTVS Regulæ capite 43. Capite verò 37. indulget ſenibus & infantibus, præuenire canonicas refectionis horas, nullâ infirmorum factâ mentione. Aurelianus verò in Monachorum Regula cap. 52. ſtatuit, vt hic libellus. Pluribus autem Regulis commune C eſt, extra communem menſam cibum potumque prohibere, vt vidimus lib. X. tract. 5. diſq. 2.

6. A PRIORE.] Ita eſt in editione Veneta Anſelmi Rolle. & in Supplemento Bibliothecæ Patrum: cuius loco Moreau & Henriquez habent: *ab Abbate:* ea fortè ratione, quod hæc ſententia ita efferatur in Regulâ cap. 48.

7. NON DETRAHAT QVIS.] Diuinâ lege vetita detractio, verbo vno à Regulâ S. BENEDICTI, inter bonorum operum inſtrumenta proſcripta eſt, cùm Monachum, *Non detractorem* eſſe cupit. Vitium hoc grauiter caſtigat S. Pachomij Regula art. 84. & 119. Baſilius in Regulis breuioribus, interrogat. 26. *Qui* D *detrahit fratri, vel detrahentem auſcultat & tolerat, exterminandi à reliquorum ſocietate ambo.* Vide quoque ſeq. art. 27. Pœnitentiali S. Columbani: *Qui detrahit alicui fratri, aut audit detrahentem, non continuò corrigens eum, tribus ſuperpoſitionibus,* ſupplex emendetur. Rurſum: *Si quis*

Detractio prohibita.

CAPVT IX.

qui detraxerit Abbatem ſuum , ſeptem dies vnum paximatium , ſupple, tantùm accipiat. *ſi fratrem ſuum, viginti quatuor pſalmos , ſi ſæcularem duodecim pſalmos*, ſupple, recitet.

8. Sæcularium fabulæ.] Interpunctione hæc ab inuicem ſeparat Rolle, legens: *Pacem inter ſe ſentiunt fratres , non diſcordiam ſæcularium.* Poſita ibi diſtinctione , quod etiam faciunt Moreau & Henriquez, ſed legunt, *ſæculorum.* Sed melior, vt mihi quidem videtur , eſt lectio Veneti exemplaris , quàm Tamburinius eſt ſecutus , legens , *Sæcularium fabulæ, longè ſint ab eis.*

9. Certis horis statutis.] Vox, *certis*, non reperitur niſi in Venetâ editione.

10. Virtus est animæ et corporis.] B Breuis & abſoluta laboris commendatio , & efficax ad eum ſtimulus. Cui enim non placeat quod animæ proſit ac corpori? & animæ quidem, quia otioſitatem , quæ inimica eſt animæ , excludit. Corpori quoque prodeſſe laborem medicorum aſſertio eſt. Hippocrates Epidemiωn, lib. 5. ſect. 4. *Exercitatio ſanitatis, veſci citrà ſatietatem, & non refugere laborem.* Chry-

Labor manualis laudatus.

A ſoſtomus homil. 54. *Corpus*, inquit. *quod otioſum quidem & immobile, magis morbis obnoxium & fœdum: quod autem mouetur & laborat , & ærumnis exercetur , formoſius eſt ac ſanius.*

11. In vno loco avt in clavstro sedeant.] Plenius hæc pertractantur 864.

12. Vt invicem se videntes.] Mutuo hoc, & præſertim ſuperiorum conſpectu , cauebant ne lectionis tempore aliud fortè agerent , aut dormitarent.

13. Ne alivs ad alivm ivngatvr.] Vult, vt arbitror , ne quis temerè locum mutet. Vnde in Regulâ S. Fructuoſi cap. 6. præſcriptum , *ne inconſulto ſeniore iunior à ſua ſe auferat ſeſſione , aut ad alterius Decani locum audeat pergere : ſed tam in ſeſſione* (dum legunt), B *quàm etiam in operatione ſemper decania à decania ſegregata conſiſtat.* Sic ibi. Fortè & hoc auctor noſter vult , ne etiam vnius decaniæ fratres nimiùm coniungantur, ſed inter eos ordine ſedentes , aliquod ſit interſtitium : prout olim S. Pachomius in ſuâ Reg. art. 53. decreuit, vt quilibet, *ſiue ambulauerit, ſiue ſederit, aut ſteterit , vno cubito diſtet ab altero.*

C A P V T X.

QVÆ A PRANDIO PERAGENDA : NIHIL ſuum dicendum. de obedientia & Pſalmodia.

CAPVT X.

[1] ÆSTIVO tempore poſt prandium , vnuſquiſque ad proprium locum pergat, cum ſũma cautela & ſine alterius perturbatione, aut legat aut dormiat. Nullus ex fratribus [2] ſuum aliquid dicat, aut rem aliquam, aut [3] membrum corporis, ſed ſemper noſtrum. Hoc ſolum oportet dicere proprium, MEA CVLPA. *Omnia quæ Deus donat nobis, communia eſſe debent :* [4] *peccatum verò non commune*, quia ex noſtrâ fragilitate eſt.

Prouidendum magnoperè eſt, vt iuſſum Domni Abbatis de quacumque re impleatur ſollicitè : quia hæc eadem obedientia ſi rectè perficitur , non illi miniſtratur qui præcipit, ſed [5] Deo qui videt. Et ſi fortè negligatur (quod abſit) qui deliquerit corde vel opere, [6] citò iunior [7] ad veniam poſtulandam recurrat.

[8] Quando in Choro ad pſallendum ſtant , conſonâ voce & corde pſallant. Et illi incipiant verſum qui præ cæteris vtiliùs poſſunt; vt ad primam aut ſecundam ſyllabam, cæteri conuenire poſſint iuuenculi pronuntiantes voce.

N O T Æ.

1. Æstivo tempore.] Hæc periodus eſt in Epitome Ludouici Imperatoris ſic : *Æſtiuo omni tempore poſt prandium vnuſquiſque ad proprium eat lectum cum ſumma cautela*, &c. Vbi primò notandum retinendum illud Tò, *poſt prandium*, quod non eſt niſi in editione Veneta. Deinde melius legi, *proprium lectum*, quàm locum, vt habent noſtra exemplaria. Repræſentat enim libellus hic , quod eſt in Regula noſtra cap. 48. *Surgentes à menſa, pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio : aut fortè qui voluerit legere , ſibi ſic legat, vt alium non inquietet.* Conſonat Concilium Aquiſgranenſe art. 38. *vt quando fratres poſt ſextam dormiunt, ſi quis eorum voluerit legere , in Eccleſia aut in lecto ſuo legat.* B

2. Svvm aliqvid dicat.] Sapit hoc non S. Benedicti modò, ſed pænè omnium qui Regulas Monachis ſcripſere phraſim & praxim. De quâ vide quæ dixi 427.

3. Membrvm corporis.] Non alienum à mente S. Benedicti decretum , qui cap. 33. *præſcripſerit , quod nec corpora, nec voluntates ſuas liceat habere in propria poteſtate.* Cùm autem mox ſubiiciat : *Nec quiſquam* svvm *eſſe aliquid dicat ;* ſatis conuenienter

Suum nihil dicendum.

A quis dixerit, nec membra corporis dicenda SVA. Vnde Bernardus ſerm. 8. in pſal. Qvi habitat. *A voluntatibus tuis auertere , & Deo dicata membra nulla libera temeritate vſurpes , ſciens quod pietatis ſanctificata , non abſque graui ſacrilegio, in vſus vanitatis. curioſitatis , voluptatis. aut eiuſmodi ſæcularis operis aſſumantur.* Subiicit deinde in altera vita adimplendũ illud : Ocvlis tvis considerabis. *Si tamen*, inquit, *eos fideliter agnoueris interim eſſe Dei , non tuos , quos ſcilicet voto diuino cultui mancipaſti.* Nauarrus tamen in commentario 2. de Regular. in Capitulum, *Non dicatis* N. 1 id non vſquequaque videtur probare : Cùm enim dixiſſet nullum eſſe peccatum dicere; *meus liber, mea veſtis* , ſi loquens intendat dicere eſſe ſuum , quoad vſum vel ſimplicem detentionem facti , ſubiungit: Quin & quandoque datur aliquid ſcandali ex hypocriſi eos ſæcularibus audientibus , *noſter panis , noſtra veſtis* , & ob id ridentibus , cur etiam non dicit, *noſtrum caput, noſtra manus, noſtra febris.* quamuis tale ſcandalum acceptum ſeu paſſiuum ſit potiùs, quàm datum & actiuum , & ita dicenti nullum peccatum, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam in 2. 2. q. 43. art. 1. & 2. quamuis fortè aliter loquenti maius meritũ eſſet apud Deum, qui cor magis, quàm manus reſpicit, C. *Si quid inueniſti* 17. q. 4. Ita Nauar.

Reſtringit hoc Nauarrus.

4. Pec-

4. PECCATVM VERÒ NON COMMVNE.] Ita exemplar Venetum,pro quo alia tãtum babent, *excepto peccato*.Benè in hunc ſenſum Gregorius hom.9.in Ezechielem: *Sciendum eſt quia mala noſtra ſolũmodo noſtra ſunt, bona autem noſtra & Omnipotentis Dei ſunt & noſtra.* Proprium autem humanæ ſuperbiæ eſt peccatum excuſare, eiuſque cauſam in alium conferre.

5. DEO QVI VIDET.] Hæc ipſa S. BENEDICTI doctrina cap.5.Regulæ tradita.Illud autem, *qui videt*, A ſolùm legitur in editione Veneta, à quâ aberat, *qui deliquerit*, quod ea aliis libris repoſuimus, qui rurſum non habent illud, *corde vel opere*. CAPVT X.

6. CITÒ IVNIOR.] Tò, *Iunior*, eſt ſolius Veneti exemplaris.

7. AD VENIAM.] Alia exemplaria, Veneto excepto, habeor. *ad indulgentiam*.

8. QVANDO IN CHORO,] Explicationem pete lib.7. pag. 715.

CAPVT XI.

DE REFECTIONE, CIBO ET POTV.

AD horam verò refectionis, [1] poſt expletionem expectent in Eccleſiâ, pſallentes in Choro. Cùm audierint cymbalũ, ordinatè, & ſine vllo ſtrepitu feſtinent lotis manibus introire refectorium, [2] ſalutantes Crucem verſis vultibus ad Orientẽ: & ſedeant omnes ad mẽſam, [3] ſinguli ordine ſuo, cùm omni ſilentio; nulluſq; præſumat quidquam accipere cibi, aut potus [4] ante Domnum Abbatem: ipſe autem Abbas non tardet accipere. Cùm autem accipit panem, [5] dicat frater fratri, BENEDICITE, & reſpondeant, DOMINVS; & ſimiliter faciant de potu, cùm primum biberint. CAPVT XI.

De cæteris pulmentis [6] quæ tunc in menſâ ſunt, non eſt neceſſe ampliùs benedictionem petere. Et antequam incipiant cibum ſumere, petat Lector benedictionem, & incipiat legere: & [7] ſicut docet Regula, nullius vox ibi audiatur, niſi ſolius legentis, niſi fortè pro ædificatione [8] aliquid breuius dicatur. Poſteà verò quidquid [9] pulmentarij ex coquinâ miniſtratur, qui miniſtrat, [10] à nouiſſimo incipiat, & vſque ad Domnum Abbatem miniſtrando perueniat: & [11] tunc ſonent cymbalum tacitè, & dicant fratres, BENEDICITE, æqua voce, & productè.

Data benedictione in communi, expectent (ſicut iam diximus) vt Abbas priùs accipiat, poſteà ſinguli, dicentes BENEDICITE. Quando benedicunt cibum, aut potum, aut aliud quidquam, non ſedendo, ſed ſtando benedicant. Si autem cum talibus [12] mixtum fuerit, [13] Cellerarius faciat modicè ſignum ad miniſtrum: & ſtatim ſurgant iuuenculi ad miſcendum, & lotos calices impleant potu æquâ menſurâ, & ſtent ordinati vt ſunt conuerſi. Tunc Cellerarius iterum ſonet cymbalum tacitè, & dicant Fratres vnâ voce productè, BENEDICITE. Et [14] datâ benedictione à Priore, frater iunior qui dat calicem in manu ſedentis, caput inclinet humiliter.

Cùm verò impletum fuerit opus miſcendi, inclinet ſe in circuitu ad omnes fratres: ſic quoque ad mẽſas ſuas. Poma autem, & quælibet naſcentia terræ [15] quæ cruda ſunt, ſiue hora prandij, [16] ſiue cœnæ, ęqualiter cum alio cibo in menſâ antequã fratres veniant, aut ſedeant, à Cellerario vnicuique fratri partiantur. Et ſtatim poſt aliũ cibum, illa ad mẽſam [17] adiuncta comedantur. Quo expleto ſtatim finiatur lectio. Et [18] ſurgentes à menſâ dicto verſu, [19] ſiniſter Chorus exeat prior ordinatè, dexter verò poſterior, nouiſſimè autẽ [20] Domnus Abbas, pſallentes [21] pſalmum quinquageſimum diſtinctè, & non feſtinanter. Cùm introierint oratorium, pſallentes inclinent ſe vſque ad gloriam. [22] Ad gloriam verò flectant genua, & poſt Orationem Dominicam ſurgentes, vadant cum ſilentio, ſecundùm quod [23] tempori congruit.

NOTÆ.

1. POST EXPLETIONEM EXPECTENT IN ECCLESIA, PSALLENTES IN CHORO.] Senſus eſt: expleto horæ Sextæ, vel Nonæ officio, maneant tantiſper in eccleſiâ, & priuatim pſalmodiæ quiſque per ſe intendat, donec cõmuni ſigno ad refectorium conuocẽtur. Ita S.Dunſtanus in ſuis ſtatutis c.5. præſcripſit, vt *finita Miſſa pulſetur primum ſignũ Nona, & agatur oratio: poſt orationem eant fratres hebdomadarij accipere mixtum, ſedentibus cæteris fratribus in eccleſiâ pſalmodiæ deditis, donec iterum dato ſigno Nonam agant.* Vbi vides interuallum aliquod poni inter Miſſam abſolutam & Nonam: ſicut etiam cap.6. idem ponit à Miſſa peracta vſque ad Sextam. Idem interſtitium ponunt ſtatuta Lanfranci c.1. Et vetus Rituale Affligenienſe part.1. Et iuxta hos, immediatè à Sextâ & Nonâ, lectis (vt tunc moris erat) pſalmis familiaribus, ibatur ad refe- *Interuallum Miſſa & Nona.*

A ctorium. Videtur autem hic Auctor, modicum hoc interuallum immediatè refectioni præmittere. Sin autem quis contendat, illud, *pſallentes in choro*, de communi & Canonica intelligendum pſalmodia, hoc modo ſententia erit exponenda. *Poſt expletionem*, ſcilicet lectionis, vel laboris, *expectent in Eccleſiâ pſallentes in Choro* Sextam vel Nonam, iuxta Regulæ cap.41. & 48. pro temporum diuerſitate.

2. SALVTANTES CRVCEM VERSIS VVLTIBVS AD ORIENTEM.] Antiquo ritu Monachorum refectoria Orientem verſus ſpectabant, eoque loci Superioris menſa ſtatuebatur, cui Crucis aut Crucifixi ſupereminebat imago, hinc Ioannes Monachus *Refectoria vetera ad orientem poſita.*
B in vitâ S. Petri Damiani cap. 19. de eodem ſcribit. *Hic quoque vir tulit menſam Abbatis* (Caſſinenſis) *qua Occidentem verſus fuerat conſtituta, & ad Orientem poſuit refectorij plagam: vbi videlicet imago Crucifixi Domini fuerat in pariete per picturam expreſſa.* Exponens autẽ hoc, quod in vi-

CAPVT XI.

Menſa Abbatis ſuperpoſitus Crucifixus.

in viſione erat oſtenſum, ſubdit: *Quid eſt etiam menſam Abbatis ſub Crucifixi Redemptoris pedibus ponere, niſi per ſeminum ſextæ feriæ, quæ dies Crucis eſt, totū refectorium ſalutiferæ Crucis ſignaculo dedicare? Et quid eſt ſub Crucifixi pedibus reſidere, niſi poſt eius veſtigia tendere: & per eum quo nos præceſſit, tramitem iugiter ambulare?* Subſeruit quoque hic ritus conſeruandæ in Abbate humilitati, vt videns Monachos in medio refectorij ſeſe inclinantes, non ſibi hunc honorem, ſed Crucifixo Saluatori delatū putet, aut ſibi dumtaxat hoc titulo, quod Chriſti vices agere credatur, quem in Superiore & hoc pacto ſubditi diſcūt venerari. Morem poſteri retinuēre, nam in lib. Cærimoniarum Congregationis S. Iuſtinę de Paduâ

Cui inclinandum.

part. 3. cap. 21. præſcribitur, vt *completo ſecundo ſigno Superior modicè inclinando verſus Crucifixum, vel aliam Dominicam imaginē, quæ depingi debet in fronte Refectorij, incipiat benedictionem.* Multis eodem cap. interiectis poſteà egredientibus inculcat, vt *ſurgentes fratres, & menſas egredientes, agant Crucifixo, vel ſanctæ imagini reuerentiam, & ſic ſe in locis collocent vbi ad benedictionem ſteterunt.* Et ſtatim pòſt: *Superior ac cæteri ſe vertunt ad Crucifixum. & ipſe ſolus dicit:* AGIMVS TIBI GRATIAS: Sed & Cærimoniale Burſfeldenſe diſt. 3. c. 18. præſcribit, vt intrantes refectorium ablutis manibus, inclinent verſus Crucifixū. Statuta Carthuſianorum 2. p. Antiq. c. 13. *Intrantes refectorium nudamus caput, & venientes ad ſedes noſtras inclinamus ad Crucem.* Idem ritus ſeruatur à Prædicatoribus, vt habetur in ſummariis Conſtitutionum cap. 33.

3. SINGVLI ORDINE SVO.] Non decet in Ordine Religioſo quidquam eſſe inordinatum: proinde vt quiſque eſt conuerſionis tempore prior, ita quoque in menſæ accubitu, vetuſtiſſimo more priorem ac digniorem obtinet locum, ita Geneſis 43. Ioſeph fratres ſuos conuiuio exceptos quemlibet iuxta ætatem ſuam in menſâ collocauit. Monachis ſuis S. Pachomius in Regulâ art. 11. præſcribit: *Cùm autem ad veſcendum venerint, ſedebunt per ordinem ſtatutis locis. & operient capita.* Et ſeruatur idipſum in omnibus ferè Ordinibus Religioſorum.

4. ANTE DOMNVM ABBATEM] Et hoc vetuſti apud Monachos moris eſt; vnde Regula Pachomij art. 11. *Nec ante Præpoſitum domus tuæ manum in menſâ extendas.* Inſinuat idipſum vſus Ciſtercienſis c. 76. *Incepta lectione fratres diſcooperiant panes, Priore tamen prius hoc faciente.* Clarius Burſfeldenſes diſt. 3 c. 18. *Fratres appoſitum non attingant cibum, priuſquam perceptâ ſententiâ aliquâ de lectione, Præſidentem attingere ſigno perceperint.*

5. DICAT FRATER FRATRI, BENEDICITE.] Minor nullam hîc fieri mentionem illius benedictionis, quæ fit ante menſam, de quâ S. BENEDICTVS c. 43. Reg. Porrò hunc & ſequentem ritum benedicendi ſingula pulmentaria, videre eſt in Regulâ Serui Dei ad Sorores cap. 10. expreſſum: *Quando, inquit, in menſâ cibus adminiſtratur, nulla priùs cibum comedat quàm ſignū ad benedictionem inſonet; Abbatiſſa verò vigilet, vt confeſtim cùm cibus miniſtratus fuerit, ſignū tangere procuret, & omnes cùm ſignum audierint, vna voce benedictionem rogent, quarum vocem Abbatiſſa ſubſequatur dicens:* DOMINVS DIGNETVR BENEDICERE: *hoc ad omnia fercula vel pomorum ac potus adminiſtrationem obſeruandum eſt.* Sic ibi. Plura de hoc ritu annotauimus in Commentario ad vitam S. BENEDICTI cap. 3. num. 6.

Ritus benedicendi ſingula fercula.

6. QVÆ TVNC IN MENSA SVNT.] Tò, *tunc*, abeſt reliquis exemplaribus, Veneto excepto, ſed omninò legi debet: ſequitur enim, *vt poſteà quidquid pulmentarij ex coquinâ miniſtratur*, denuo benedicatur.

7. SICVT DOCET REGVLA.] Et hæc deſiderantur in aliis codicibus, citatur autem cap. 38. Regulæ.

8. ALIQVID BREVIVS DICATVR.] Id tantum Priori permittit Regula.

9. PVLMENTARII.] Alia exemplaria, *pul-*

A *meatis*, vt paulò antè.

10. A NOVISSIMO INCIPIAT.] Obſeruatione dignum, hîc tantùm præſcribi ſecūdum miſſum ſiue ferculum Nouiſſimo primùm miniſtrandum, vt *vſque ad Dominum Abbatem miniſtrando perueniatur.* Idipſum in vetuſto Afflïgenienſis noſtri Monaſterij Rituali, part. 1. his verbis præſcribitur: *Seruitores autem in deferendo debent modeſte incedere, & in prandio primum ferculum ante primum ſonitum inſerre, & à Senioribus incipere, ſecundum poſt eundem ſonitum, & incipere à Iunioribus.* Poſteà ſubdit: *tùm Seruitores tertium inſerunt, hoc incipiunt à Senioribus.* Cærimoniale S. Iuſtinæ de Paduâ part. 3. c. 21. etiam de primo ferculo ait: *Deferat duabus manibus tabulas ſcutellarum, & incipiat offerre vltimo vltimæ menſæ lateris in quo*

Ferculum ſecundum vltimo primùm miniſtrandum.

B *illa ſeptimana ſtat chorus, & ſic in circuitu tota ſeptimana omnia cibaria apponat: nihilominus ex cauſa poterit hunc ordinem præterire, quia in hoc nulla noua eſt, at omnibus æqualiter omnia offerat cum reuerentia & timore.* Idem præſcribunt Conſtitut. Prædicatorum diſt. 1. c. 5. n. 1. *Seruitores incipiant ab inferioribus vſque ad menſam Prioris aſcendentes.* Ordinis huius conſtitutionē, quod mireris, ad amuſſim ſeruarunt duo Angeli. Nam cùm nihil panis eſſet in conuentu, iuſſit nihilominus S. Dominicus fratres ad refectorium conuocari. Duo autem formoſiſſimi adoleſcentes (vt ſcribit Theodoricus de Appolodia lib. 3. vitæ S. Dominici c. 4.) *in medio refectorio apparuēre panes candidiſſimos ferentes, & ab infimis incipiētes fratribus, ſingulis ſingulos appoſuēre panes, vnus à dextris, alter à ſini-*

Qui ritus ab Angelis obſeruatus.

C *ſtris. Vbi ad B. Dominicum ventum fuit, illi quoque panem præbuēre & ſubmiſſis capitibus ab eorū oculis ablati ſunt.* Paſſim tamen vſu receptum eſt, vt primo dignioribus portiones deferantur, ita ſtatutum in Regulâ Cuiuſdam ad Virgines cap. 11. *Et primum ad ſeniorem menſam ſimul omnes miniſtrent, ſic demum ad ſuam menſam, quâ ſederint, deferant fercula.* Burſfeldenſes in Cęrimoniali diſt. 2. cap. 15. *Cibos menſis inferat & potum infundat incipiens à Præſidente, & deinde à Priore poſt Præſidentem.* Eadem eſt conſuetudo Congregationis Valliſoletanæ, vt in Cęrimoniali Hiſpanico cap. 51. habetur. Quid, quod & in Summario conſtitutionū Ordinis Prædicatorum, à Petro Martyre feſto Veſeano edito part. 1. c. 33. dicatur, non incipiendū ab inferioribus, ſi *fortè in menſâ*

Iam alius vſus.

D *Prioris fuerint perſonæ magnæ, vt Epiſcopi, Comites vel maiores his, quia tunc ab his honorabilioribus perſonis eſſet incipiendum.*

11. TVNC SONENT CYMBALVM TACITE, ET DICANT FRATRES, BENEDICITE.] Repetita hæc ad ſecundum ferculum benedictio olim in Ordine noſtro vſitata, Cluniacenſium conſuetudinibus conſona eſt. Ecce ritum totum pænè vt hîc habetur, ſed paulò pleniùs deſcriptum ex veteri Rituali Afflïgenienſi. *Illato ſecundo ferculo, coram omnibus etiā coram Præſidente, accidens Seruitor is qui in ordine ſenior eſt, ſignum ad hoc appenſum pulſat, quo pulſante omnes à comeſtione interim abſtinent, & eo pulſato dicit Armarius alta voce,* BENEDICITE, *& tunc ſurgens hebdómadarius ſacerdos, vel qui illo die maiorem Miſſam celebrauit, dat benedictionem ſuper cibum appoſitū. & dicuntur hæ benedictiones viciſſim:* LARGITOR OMNIVM BONORVM BENEDICAT CIBVM SERVO-

Ritus benedicendi ſecundum ferculum.

E RVM SVORVM. *Et:* OMNIPOTENS DOMINVS BENEDICAT, &c. *Data verò benedictione, incipiunt Seruitores inſerre tertium, & hoc incipiunt à Senioribus; & quamuis ſecundum ferculum quod ante benedictionē infertur iunioribus, nullus tamen ex eo guſtare debet, antequam data ſit benedictio, & qui hoc faceret in capitulo proclamaretur.* Ita Codex noſter manuſcriptus. Sed præter hanc in communi benedictionem, requirit huius libelli Auctor & aliam, vt poſteà ſinguli dicant, *Benedicite.*

12. MIXTVM FVERIT.] Mixtum S. P. BENEDICTVS cap. 38. accipit iuxta Smaragdum, pro pane & vino, hebdomadariis ſeruitoribus & Menſæ Lectori ad menſurā dando. Et cap. 35. vocat *Biberes & Panem.*

Sed

Mixtum pro quouis potu.

Sed hoc loco pro quouis potu, aut eo ſaltem, qui omnibus communiter in refectorio ſubminiſtratur. Quo modo etiam accipitur in Regulâ Magiſtri c.23. *Menſuratæ potiones ab ea calida miſceantur .... qui miſcuit ſi æqualis eſt temperie mixtum, & ſic in prima menſa omnibus eroget.* Et paulò pòſt: *Secundum ſuum numerum vnicuique menſæ ſignato item ab Abbate vaſe, & cùm benedictione adſoporato, mixtum miniſtrent.* Eadem voce vtitur cap.27.& 77. pro ordinario potu. Proinde & hinc videri queat Libelli huius parentem non eſſe Legiſlatorem noſtrum BENEDICTVM, qui alia notione, vt iam dictum, vtitur voce *Mixti*.

13. CELLERARIVS FACIAT SIGNVM AD MINISTRVM.] In Supplemento Bibliothecæ, tam hic, quàm inferiùs legitur, *Cellarius*. De hoc Cellerarij officio nihil in Regulâ S. BENEDICTI. Videtur autem conforme citatæ mox Regulæ Magiſtri, quæ cap.27. ait: *Electo à Cellerario vino, miſceantur ab hebdomadariis in conſueto vaſe per ſingulas menſarum decadas omnium ſingulæ potiones ſecundùm numerum Congregationis.* Paulò antè dixerat, *tam in refectione Sexta, quàm Nona vel cœnæ, ſtans in medio menſarũ clara voce Cellerarius dicat: qui ſitit fiducialiter indicet, Poſt hanc vocẽ qui fuerit ſitiens reſpondeat* BENEDIC.

Potus etiam peculiariter benedicebatur.

14. DATA BENEDICTIONE A PRIORE.] Vt præter cõmunem Benedictionem, quę menſæ, antequam accumbatur, præmittitur, eamque quâ miſſus ſinguli iuxta huius libelli ritum benedicũtur, alia peculiaris potui ſeorſim tribuatur; id quoque ex Regulâ Cuiuſdam ad Virgines ſuperiùs citata, deſumptum eſt. Præſcribitur etiam in Regulâ Magiſtri cap.23. *Vas ſemper*, ait, *cùm miſcetur, antequam adſoporetur, aut erogetur, offeratur Abbati ſignandum.* Et cap.27. *antequam Abbas ſedeat, oblatum ſibi vas cum mixto ſignet.* Quid, quod etiã addat cap.23. vt, *ſicut temperatum fuerit in calice, aut certè adiuncta fuerit calida, cum bibere voluerit iteratò dicat*, BENEDICITE, *vt & illud quod adiungitur à Domino petatur benedici.* S. Euſtaſius in Matiſconenſi Concilio 3. Magiſtri ſui S. Columbani Regulã defendens, oſtendit rectè *quodcunque vas aut poculum Crucis ſigno muniri, cùm per aduentum ſigni Dominici pellatur peſtis aduerſantis inimici*, vt ſcribit Ionas in vitâ S. Euſtaſij. Refert Theodoretus l.3. Hiſt. c.16. *in conuiuio quodam militem ſumpto in manus poculo, non ante bibiſſe, quàm ſalutare Crucis ſignum adhibuiſſet.* Vt vel inde colligas ex veteri Chriſtianorum ritu profluxiſſe quod à Monachis potus ſignetur.

Ex veteri more.

15. QVÆ CRVDA SVNT.] Regula Magiſtri cap.23. poſt ſecundum ferculum potumque, iubet crudum quodcumque fuerit, à Cellerario inferri miſſum; quod hic antequam accumbatur vult vnicuique proponi: ideò fortaſsè, vt minor refectionis tempore fiat diſcurſus, & quòd velit Cellerarium hebdomadariosque miniſtros ſimul cum aliis refectionem ſumere; nec vllum inconueniens ſit, quod cruda hæc ab initio menſæ inferantur.

16. SIVE COENÆ.] To, *cœnæ*, in vno tantùm erat exemplari Veneto, ex quo corrigenda alia.

17. ADIVNCTA.] Ita in omnibus, cum Venetum haberet, *ſubiuncta*.

18. SVRGENTES A MENSA.] Totam periodum exhibet Epitome Ludouici Imperatoris ſuper Regulam S BENEDICTI, vt citat Menardus ad cap.47. Concordiæ §.8. vbi ſic legitur: *expleto cibo finiatur & lectio. Surgentes à menſa dicto verſu Siniſter chorus exeat prior, nouiſſimus Domnus Abbas pſallentes pſalmum quinquageſimũ diſtinctè, & non feſtinatè, cùm introierint pſallẽtes, inclinent ſe*, &c. Mos autem agendi poſt menſam gratias in Eccleſia, antiquus eſt, vt ſuprà 889. notabamus.

19. SINISTER CHORVS EXEAT PRIOR, DEXTER POSTERIOR.] Contrarium prorſus ordinem præſcribit Affligemienſe noſtrum Rituale part.1. *Expleta*, inquit, *cœna Conuentus decantando gratias proceſſionaliter tendit ad Eccleſiã, de qua proceſſione hoc obſeruari ſolet regulariter, vt Chorus Abbatis & omnes qui ſunt de choro Abbatis, alios præcedant, & ſubſequatur chorus Prioris, quòd ideò fit quia ſimul incedẽtes vnius chori conſortes verſus pſalmi commodius concinunt, quàm ſi diuiſi ab inuicem incederent.* Sic ibi. Alij tamen hunc morem non ſeruant, ſed prout in aliis proceſſionibus, vterque Chorus ſibi inuicem reſpondet. Vſus Ciſtercienſis cap.76. vult, vt dexter Chorus cantet primum verſum pſalmi MISERERE: *ſecundum verò verſum ſiniſter Chorus: & ſic cantent ceteros alternatim, bini & bini euntes, iunioribus ſcilicet præeuntibus, ita tamẽ vt Prior vel quilibet Conuentum tenens ſolus eos in medio vtriuſque chori ſequatur.* Similiter Burſfeld. diſt.3.c.18.

20. DOMNVS ABBAS.] Ex iis quæ toto hoc capite de Abbate in refectorio cum aliis comedente, vel inde exeunte ſcribuntur, ſuſpicari liceat hunc libellum non eſſe S. P. N. BENEDICTI, qui cap.56. Regulæ ſtatuit, *vt menſa Abbatis cum hoſpitibus & peregrinis ſit ſemper*, de quo fuſiùs lib. XI. tract. 3.

21. PSALMVM QVINQVAGESIMVM.] Sic Venetum exemplar, conformiter ad Epitomen Ludouici Pij. Alia omiſſo numero, hîc ponunt, *Miſerere mei Deus, ſecundùm*, &c.

22. AD GLORIAM VERO FLECTANT GENVA.] Suprà quoque cap.4. bis præſcribit, vt ad Gloria Patri flectãtur genua. Vſus autem Ciſtercienſis cap.76. de hoc pſalmo poſt refectionem ſimiliter præſcribit, vt *ad Gloria Patri proſternãtur ſuper formas, vel ſi tale tempus fuerit, inclinent.* Alij communiter ſicut in diuino officio, ſic & hoc loco ſemper ad *Gloria Patri* inclinant.

23. TEMPORE CONGRVIT.] Relicto Veneto, quod hîc, *tempus*, habebat, cum aliis ſcripſimus, *tẽpori*.

CAPVT XI.

CAPVT XII.

De Lectione Collationis, Completorio, & Dormitione.

CAPVT XII.

POST veſperas autem horâ competenti facto ſigno omnes conueniant [1] in Capitulo, & legatur Scriptura quæ ædificet audientes, quantum hora permittit, ſicut [2] præcipit Regula. Et finitâ lectione ſurgant omnes pariter, & dicat Domnus Abbas; *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, & omnes reſpondeant, *qui fecit cælum & terram.* [3] Et rectè cum ſilentio & reuerentiâ [4] intrent ad Completorium, & orent cum intentione mentis & dent confeſsiones ſuas ad alterutrum, [5] & ſic incipiant Completorium.

[6] Expleto verò officio, ſummum [7] ſilentium teneant; & ore, & corde fiant orationes ſecretæ, [8] & recordatio peccatorum cum gemitu, & lacrymis, & fletu, [9] ſine ſuſpirio, ita vt nullus alij noceat. Tunc [10] agant gratias Deo, ita referendo: [11] *Gratias tibi ago Domine ſancte Pater omnipotens* [12] *æterne Deus qui me dignatus es* [13] *in hac die, per tuam ſanctam miſe-*

Digitized by Google

CAPVT XII

ricordiam cuſtodire, concede [14] *quæſo mihi hanc noctẽ mundo corde &* [15] *ſano corpore ſic* [16] *tranſire,* [17] *quatenus mane gratum tibi ſeruitium exſoluere poßim.* [18] Et ſic cum magna cautela vadant ad dormitorium: & dum ad proprium [19] lectum redierit frater, dum [20] ſe collocat, dicat pſalmum, [21] *Deus in adiutorium meum intende*, totum cum *Gloria Patri:* [22] Et poſteà dicat verſum: [23] *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ* [24] *labiis meis.* Et ſic muniat ſe [25] ſigno venerabili ſanctæ Crucis, & dormiat in Domino. Amen.

F I N I S.

[26] TRANSCRIPTA EX LIBRO VETVSTISSIMO SACRI MONTIS CASSINI MANVSCRIPTO ANNO DOMINI 1590. MENSE AVGVSTI.

N O T Æ.

1. IN CAPITVLO.] Determinat hic Auctor locum lectionis collationis, qui in Regulâ non legitur expreſſus. Vide quid à nobis obſeruatũ 871.

2. PRÆCIPIT REGVLA.] Deeſt hoc aliis exemplaribus præterquam Veneto, innuit autẽ Reg. c. 42.

3. ET RECTE CVM SILENTIO.] Tò, *rectè*, ſolius quoq; editionis Venetæ eſt. Sed an non rectius, *rectà*?

4. INTRENT AD COMPLETORIVM.] Ex hoc loco obſeruandum verſum, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, & Orationem Dominicam immediatè ſubſequentẽ, quæ in Romano & Monaſtico Breuiario præſcribuntur in principio Completorij dicenda, propriè non pertinere ad Completoriũ, ſed eſſe concluſionẽ huius lectionis. mane enim poſt primam, & lectionem breuem eodem verſu abſoluitur Capitulum: hîc dicitur, vt poſt hunc verſum, *cùm ſilentio & reuerentia intrent ad Completorium.* Et hinc eſt quod feria quinta in Cœnâ Domini, & feria ſexta Paraſceues, quando non dicitur lectio breuis, ſimiliter non dicatur, *Adiutorium*, nec Oratio Dominica, ſed à Confeſſione incipiatur, vt præſcribunt Breuiaria.

5. ET SIC INCIPIANT.] Ex aliis repoſui, Tò, *Sic*, quod deſiderabatur in Veneto.

6. EXPLETO VERO OFFICIO.] Citantur hæc vſque in finem ab Hugone Menardo ad cap. 44. Concordiæ Regularum in Notis ad §. 5. cum nõnulla tamen varietate, ex quâ apparet vſum alio prorſus exemplari, quam hactenus vidimus.

7. SILENTIVM TENEANT.] Menard. *cuſtodiatur.*

8. ET RECORDATIO PECCATORVM.] Ita cum Veneto Menardus. Alij in plurali, *recordationes.*

9. SINE SVSPIRIO.] Ita legit editio Anſelmi Rolle, Moreau, & aliorum. Veneta & Menardus. *ſeu ſuſpirio*, ſed præferenda prior lectio, cuius ſtatim hæc ratio aſſignatur, *ita vt nullus alij noceat.* Pro quo, apud Menardũ eſt, *vt unus alium non noceat.* Apud alios, *alteri non noceat.* Quod rem ſpectat, commendat Caſſianus l. 2. Inſtit. c. 10. Ægyptiorum Monachorũ inter orandum modeſtiam: quod tum *nullo gemitu, nulla ſuſpiria etiam adſtantes impeditura promeretur.* Suſpirantem verò, aut alio modo ſonum emittentem, in hoc potiſſimùm peccare, *quod indiſciplinato ſtrepitu, alterius qui forſitan intentius orare potuit, intercipiat ſenſum.*

10. AGANT GRATIAS.] Menardus, *tunc iterum agant*, quod apud alios eſt in ſingulari, *agat.* Loco, *gratias*, quod præter Venetum etiam habet Menardus, & Rolle: Balduinus legit, *glorias.* Pro, *referendo*, apud Menardum eſt, *dicendo:*

11. GRATIAS TIBI AGO.] Orationẽ hanc alij ſic repræſentant. *Gratias tibi ago omnipotens æterne Deus, qui me per tuam ſanctam miſericordiam in hac die cuſtodire dignatus es: deprecor immenſam clementiam tuam, vt concedas mihi hanc noctem ſine vllo peccato aut impedimẽto ſatanæ, cum dulci & pudica requie pertranſire, vt matutino veniente tempore, purè & ſtrenuè ſurgens tibi Deo meo laudes referre valeam.* Nos Venetum exemplar ſumus ſecuti, cui ferè conformis eſt citatio Menardi, & hæc ipſa oratio ita inuenitur in Statutis S. Dunſtani, cum aliis poſt Completorium dicenda.

A 12. ÆTERNE DEVS.] Non eſt apud Menardum, ſed inuenitur apud Dunſtanum.

13. IN HAC DIE PER TVAM.] Dunſtan. *in hac die cuſtodire per tuam ſanctam clementiam.* Apud Menard. alia eſt interpunctio: poſito enim poſt *cuſtodire*, commate, alteri membro coniungit, *per tuam ſanctam miſericordiam concede mihi.*

14. QVÆSO] Deſideratur id in exemplari Menard. & Dunſtan.

15. SANO.] Dunſtan. *Caſto.* Neutrum eſt in citatione Menard.

16. TRANSIRE.] Menar. *pertrãſire*, Dunſt. *peragere.*

17. QVATENVS.] Dunſtan. & Menard. *Qualiter*, atque hic pro, *manè*, mendoſè habebat, *nunc.* apud

B vtrumque eſt, *ſurgens*, quod Veneto deficit, ſed leui, aut nullo, vt arbitror, defectu.

18. ET SIC CVM MAGNA CAVTELA VADANT.] Menardo deeſt, *ſic*, & pro *vadant ad Dormitorium*, legit, *ambulent in Eccleſiâ & Dormitorio.*

19. LECTVM REDIERIT.] Menard. *ſtratum venerit*, alij: *lectum frater acceſſerit.*

20. SE COLLOCAT.] Menard. *collocauerit.*

21. DEVS IN ADIVTORIVM.] Non incongruè dormiturus hunc pſalmum pronuntiat, nam vt apud Caſſianum collat. 10. c. 10. Abbas Iſaac ait, valet *ad perpetuam Dei memoriam poſſidẽdam, habet ſiquidem aduerſus vniuerſa diſcrimina inuocationem Dei, habet inſidiarum cõtemplationem inimicorumq; formidinem, quibus perſpiciens* (Dormituri quid vtiliter legant.)

C *ſemetipſum die noctuq; vallatum confitetur ſe non poſſe ſine ſui defenſoris auxilio liberari.* Pergit deinceps vt contra diabolica inſomnia, nocturnos dæmonum terrores, & immundorum ſpirituum phantaſmata carniſq; titillationes, adiutorium præbeat verſiculus, *Deus in adiutorium meum intende*, quem & dormientem vult meditari. *Hunc verſiculum, inquit, meditanti tibi ſomnus irrepat, donec ineffabili eius exercitatione formatus, etiam per ſoporem eum decantare conſueſcas. Hic tibi expergefacto primus occurrat, is, te euigilante, cogitationes anticipet vniuerſas, iſte te de tuo ſurgentem cubili curuationi genuum tradat.* Sic ille. Eundem pſalmum poſt Completorium dici ſtatuit S. Dunſtanus.

D 22. ET POSTEA.) Menardus, *& poſt gloriam dicat verſum.*

23. PONE DOMINE CVSTODIAM.] Idem præſcribit Reg. Magiſtri c. 30. vt citauimus pag. 739. Suſpicor autẽ hunc verſum *Pone Domine cuſtodiam ori meo, &c.* ab eodem Magiſtro cap. 37. dici verſum *Clauſoria*, quem ab Abbate vult dici in fine Completorij: quemadmodum c. 44. dixit: *Oportet in nocturnis ab Abbate dici verſum apertionis*, per quẽ intelligit, *Domine labia mea aperies*, vt notaui in Diſquiſitionibus loco citato.

24. LABIIS MEIS.] Subiicit hic Menardus, quod in nullo noſtrorum exemplarium legi; *Et ſicut ſibi mane poſtulat aperiri à Domino, ſic requieſcens, roget poni ori ſuo cuſtodiam.*

E 25. SIGNO VENERABILI SANCTÆ CRVCIS.] Tò *Venerabili*, non eſt niſi in exemplari Veneto. Ceterùm quod hîc præſcribitur, Chriſtianorum omnium ab omni æuo fuit conſuetudo. Prudentius Cathemer. hymno 6.

Fac, cum vocante ſomno

Caſtum

Cruce ſe ſignabant olim Chriſtiani,

Caſtum petis cubile
Frontem locumq́ cordis
Crucis figura ſignet.
Crux pellit omne malum:
Fugiunt crucem tenebræ.
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.

Meritò autem hîc dicitur, *muniat ſe ſigno Crucis.* Crux A enim veluti ſigillum eſt, quo os noſtrum inſtar ſigilli, quietis tempore obſignatur. Amalarius Fortunatus lib. 4. de Eccleſ. offic. c. 8. *Apud Monachos,* inquit, *tenetur vſus ex Regulâ* S. BENEDICTI, *vt ab eo officio* (Completorij) *clauſtra oris muniant, & ea aliena faciant à communi colloquio, vſque dum iterum ad opera redeant.* CAPVT XII.

26. TRANSCRIPTA EX LIBRO.] Hoc ſolùm in Veneto reperitur codice ſcriptum.

VINEA BENEDICTINA
REFLORESCENS:
SIVE
DE PRIMA ORDINIS
S. P. BENEDICTI
REFORMATIONE.

AVCTORE

Domno BENEDICTO HAEFTENO, Monaſterij Affligenienſis Præpoſito.

QVÆ qualiſve fuerit prima Ordinis noſtri, à primæuâ inſtitutione ſenſim prolabentis inſtauratio, quo tempore nata, quibus auctoribus, *Idea huius tractatus,* *vel cooperatoribus prouecta, animus eſt litteris commendare. Quod enim hæc res non ita vulgo nota ſit, & nonnulli exiſtiment (lunæcenſium Reformationem omnium primam eſſe; hinc operæ aliquod pretium fuerit de eâ paulò accuratius inquirere. Affinis hæc cum Superiore Libello tractatio, eiuſdem ſæculi, atque Auctoris ſtudium.* *qui affinis cum præcedente opuſculo.* *Qui enim Caroli Magni & Ludouici Pij Imperatorum tempore vixit* S. BENEDICTVS *Anianæ atque Indenſis monaſterij Abbas, cui opuſculum illud, non improbabili, vt opinamur, coniecturâ adſcripſimus; is ab iiſdem religioſiſſimis Imperatoribus ad eximium hoc opus potiſſimùm delectus, maximo illud totius Ordinis bono, nec minore ſuo apud Deum merito, glorioſè perfecit.*

Vt autem gratior, lectuq́ iucundior euadat hæc Tractatio, ſub typo VINEÆ, *à S. P. N.* *Sub typo Vineæ.* BENEDICTO *primùm plantatæ, largè deinde lateq́ propagatæ, ſed temporum morumq́ iniuriâ poſteà deuaſtatæ, tandemq́ Dei benignitate* REFLORESCENTIS, *totius Ordinis noſtri primordia, declinationem, primamq́* RESTAVRATIONEM *breuiter ob oculos ponemus.*

CAPVT I.
De Vineæ Plantatione.

CAPVT I. QVÆ ſiue de veteri Synagogâ, ſiue de nouâ Chriſti Eccleſia ſub VINEÆ typo variis Scripturæ locis Spiritus Sanctus pronuntiat, poſſunt ea & Religioſorum hominum Congregationibus, tanquam vniuerſalis illius VINEÆ nobilioribus partibus non omninò incongruè applicari. Iuſtus Orgelitanus A Epiſcopus, illud Cantici, *Vineæ florentes dederunt odorem*, exponit: *Congregationes Clericorum. Monachorum quoque & Virginum in Eccleſia proficiunt, & per bonam famam & conuerſationem intonuerunt.* Ipſe Chriſtus apud S. Birgittam ait: *Dixi tibi prius, quod eram ſimilis Regi, qui plantauit* VINEAS *bonas, quæ dederunt fructum bonum longo tempore. Quæ fuerunt* VINEÆ *iſtæ, niſi* RELIGIONES *&* INSTITVTA SS. PATRVM, *de quibus ſitientes reformabantur, frigidi incaluerunt, turgidi humiliabantur, cæci illuminabantur. Nunc autem conqueror, quia maceria* VINEARVM *diſſipata eſt.* Honorius Auguſtodunenſis optimè in hunc ſenſum: *Quod,* inquit, *ſubditur: Vineæ*

Congregationes Religioſorum vineæ dici poſſunt. Cant. 2. Ante Reg. Saluat. c. 5. Honor in c. 8. Cant.

fuit

CAPUT I.

Cuſtodes earum ſunt fundatores.

fuit Pacifico, intelligitur quælibet IVSTORVM CONGREGATIO*, in quâ palmites ſunt, viri ſpirituales, vinum verò ſuaue doctrina: & hæc habet populos, ſcilicet ad Religionem multos Conuerſos. Hanc tradidit verus Pacificus Chriſtus cuſtodibus ad excolendum: ſcilicet Spiritualibus Prælatis, vt* AVGVSTINO *&* BENEDICTO*, ad erudiendum. Pro fructu eius affert vir mille argenteos, quando quiſque relinquit omnia quæ mundi ſunt & clauſtrum intrat, vt centuplum recipiat, & vitam æternam poſſideat.* Hæc ille. De Monaſticâ Ordinis noſtri VINEA, ait Benedictus XII. *Ipſa Religio à mari vſque ad mare per incrementa temporum ſuos* PALMITES *dilatauit.* Et de Cluniacenſi Ordine ait Gregorius IX. *Quod in Eccleſiæ paradiſo dexterâ diuinâ plantatus, plantatus à mari vſque ad mare protenſis* PALMITIBVS *gratos flores, & vberiores fructus producere ſolet honeſtatis.* B

Vinea Benedictina.
In proœmio Benedictinæ.

Lubet porrò BENEDICTINAM hanc VINEAM ad inſtar illius quam Iſaias & Saluator noſter deſcribit, paulò attentiùs contemplari. Quemadmodum Propheta ait: VINEA *Domini exercituum, domus Iſraël eſt*, ita & noſtro ſenſu dicere licebit. VINEA Domini exercituum, domus, familia, & ordo S. BENEDICTI eſt. Hæc VINEA electa, VINEA BENEDICTA à Domino, quam plantauit dextera eius, cui BENEDICTIONEM omnium gentium dedit Altiſſimus.

Iſai. 5.

Quæ eius vites.

Vt VINEA ex pluribus conſtat vitibus, quæ ſingulæ quibuſdam clauiculis & veluti brachiolis ſtipitibus ſuis maritantur, & circumuoluuntur, vt ſurſum tendant: Ita religioſa Congregatio pluribus conſtat perſonis, quæ triplici votorum funiculo ſe Religionis ſtipiti, & arbori Crucis Chriſti arctiſſimè adſtrinxerunt. C

Ambroſ. l. 9. in Luc. c. 20.

Nouitiorum profeſſio cum earum ligatione collata.

Reg. c. 58.

Vt VINEA, inquit S. Ambroſius, *dum ligatur, erigitur & reciſa non minuitur, ſed augetur: ita ſancta plebs dum ligatur, exuitur: dum humiliatur attollitur, dum reciditur, coronatur.* Quis non exiſtimet ad Monaſticæ Profeſſionis ritus Sanctum Doctorem alludere? Dum enim Nouitius *ligatur*, votiſque ſe Deo alligat & obligat, tum verò mens eius *exuitur* ſæculo, & ipſe vt S. BENEDICTVS loquitur, *exuitur rebus propriis, quibus veſtitus eſt, & induitur rebus Monaſterij. Dum humiliatur*, ait Ambroſius, *attollitur*: nimirùm cum *ipſe frater Nouitius proſternitur ſingulorum pedibus, vt orent pro eo: iam ex illâ die in Congregatione reputatur*, & ATTOLLITVR in dignitatem Religioſi ſtatus: *Dum reciditur, coronatur*: nam dum propria eius voluntas mortificationis falce *reciditur*, *corona* vitæ ei fabricatur: cùm ad abrenunciationis indicium, capilli capitis *reciduntur*, tonſuræ *corona* ſpineum Chriſti diadema, & tegimin quam aſſeritur libertatem, repræſentat. D

Vites ordine ponenda.
Virgil. Eclog. 1.

Vites in VINEA non confusè, vt arbores in ſiluâ, ſed certo inter ſe ORDINE diſponuntur. Hinc Virgilius:

Inſere nunc Melibœe pyros, pone ORDINE *vites.*

In Ordine monaſtico omnia quoque ſunt ORDINATA, vbi vel maximè illud Apoſtoli locum habet:

1. Cor. 14.

Omnia honeſtè & ſecundùm ORDINEM *fiant.* Huc BENEDICTINÆ & benedictæ VINEÆ noſtræ reſpexit plantator, cùm ordinauit, vt ORDINES *ſuos in monaſterio ita conſeruent, vt conuerſionis tempus, & vitæ meritum diſcernit, vtque Abbas conſtituerit.* E

Reg. c. 63.

Continuo labore excolenda.

Plantata VINEA maximam requirit & aſſiduam curam:

——namq; omne quotannis
Terq; quaterq; ſolum ſcindendum, glebaq; verſis
Æternum frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus, redit agricolis labor actus in orbem.

Virg. 2. Georgic.

Ipſi palmites ligandi, inutiles tollendi, fertiles purgandi, Spirituali VINEÆ quantum laboris quantum ſudoris quotidie impendendum! Plantator noſter quieam tradidit cuſtodibus, diſertè vnumquemque eorum monet, *vt ſciat quàm difficilem & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſeruire moribus.* Iam de reſecandis palmitibus infructuoſis, audi quid dicat: *Neque diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox vt cœperint oriri, radicitus ea (vt præualet) amputet.* Quomodo autem ferentes fructum purgandi, vt fructum plus afferant, ibidem oſtendit: *Obedientes*, inquit, *& mites & patientes vt in melius proficiant debet obſecrare.* A

Applicatur ſtatui religioſo.
Cap. 2. Reg.

Ex his aliiſque, quæ adferre liceret, ſatis conſtat, quàm apta religioſi ſtatus cum VINEA ſit comparatio. Nunc porrò conſiderandum, vt Monaſticæ VINEÆ ſuæ ea S. Pater exhibuerit, quæ apud Iſaiam commemorantur, vbi legitur: VINEA *facta eſt dilecto meo in cornu filiiolei; & ſepiuit eam, & lapides elegit ex illâ, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in eâ.* Hæc autem ordine explicemus.

Iſai. 5.

I.

Per ſepem vinea intelligitur Regula.

Primò ait: *Sepiuit eam*, ſiue vt apud Matthæum Chriſtus dixit: *Et ſepem circumdedit ei.* Quid autem in arcano ſermone *Sepis* nomine intelligitur? Ambroſius interpretatur, *Vallum cæleſtium præceptorum.* Olympiodorus exponens illud, *Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber*, ait: *Sepes animæ lex eſt diuina, & metus veraq; legalium ſenſuum cognitio.* Ex quo colligas Monaſticæ VINEÆ ſepem eſſe legem eam ſub quâ Monachi militant. Quemadmodum igitur ſepes, hortos, vineaſque cuſtodiunt, ne fures, aut beſtiæ ſubintrent & fructus tollant, vineaſque demoliantur: Non ſecus lex Monaſtica, ſiue Regula vniuſcuiuſque animam, totumque Ordinem conſeruat & tuetur, ne facilè ſpiritualium pateat incurſibus beſtiarum.

Matth. 21.
Ambr. 3. Hexam. c. 12.
Eccle. 10.

II.

Per lapides peccata & ſcandala.
Hieron. in Iſai. c. 5.

Secundum, quod vineæ præſtitit, eſt: *Lapides elegit ex illâ*: non quidem paruos, & vulgares lapides, nam alioqui terra ſaxoſa vtilis eſt vineis, ſed magnos, qui ordinem vitium impedirent. Sed quinam hi *lapides*? Hieronymus interpretatur, *vel idola, vel omnia, quæ Dei cultum poterant impedire.* Idolum autem eſt, quod quiſque inordinatè diligit, iuxta illud:

—— Deus eſt ſua cuiq; cupido.

Lubétne videre, quanta ſolicitudine vinitor noſter, hos *lapides* ſelegerit; vide mihi illos iuxta officinam Inſtrumentorum bonorum operum in prægrandem aceruum conjectos: *Non adulterari. Non facere furtum. Non concupiſcere. Non falſum teſtimonium dicere.* Quam ingentia hæc ſaxa! minora ſunt hæc: *Delicias non amplecti. Iram non perficere. Iracundiæ tempus non reſeruare. Dolum in corde non tenere. Pacem falſam non dare. Charitatem non derelinquere*, & alia huius generis.

Cap. 4.

III.

Turris eſt charitas.

Tertium ſit: *Et ædificauit turrim in medio eius.* Quænam autem hæc *Turris*, niſi Charitas? quæ quantum turres aliis ædificiis, tantum illa ſupereminet omnibus virtutibus, in eaque totius perfectionis faſtigium conſiſtit. Vnde per humilitatis gradus ad eam tandem aſcendi, vineæ noſtræ plantator ait.

IV.

Torcular, patientia.
Auguſt. in Pſal. 83.

Quid iam reliquum, niſi TORCVLAR, quod in eâ paterfamilias extruxit? *Torcular* autem preſſuram, crucem & patientiam innuit. *Homines*, inquit Auguſtinus, *antequam accedant ad ſeruitutem Dei, fruuntur in hoc ſæculo, tanquã delicioſa libertate, velut vuæ, aut oliuæ pendentes. Sed quoniam dictum eſt: Fili accedens ad ſeruitutẽ Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, accedens quiſque ad ſeruitutem Dei, ad* TORCVLARIA *veniſſe ſe cognoſcat, contribulabitur, conteretur, comprimetur, non vt in hoc ſæculo pereat, ſed vt in apothecas Dei defluat. Exuitur carnalium deſideriorum integumentis, quaſi vinaciis. Propter quæ & Apoſtolus dicit: Exuite vos veterem hominem & induite nouum: hoc totum non fit niſi de preſſurâ.* Sic ille. Eiuſdem animi Sanctus BENEDICTVS: ne neſcitet

Coloſſ. 3. 9.

Google

CAPVT I. Reg. c. 58.

neſciret Nouitius ſe ad TORCVLAR vocatum, prædicari ei voluit *omnia dura & aſpera, per quæ itur ad Deum. Et probari in omni patientia.* Sed & alibi, quàm impreſsè ſub torculari Monachum ponit, eum ſeriò monet, *vt in ipſâ obedientiâ duris & contrariis rebus, vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis tacita conſcientia patientiam amplectatur, & ſuſtinens non laſſeſcat, vel diſcedat.* O quàm pulchra & ſuauis hæc VINEA, quæ erudcratis vitiorum lapidibus de electis ſurculis plantata, floret in domo Domini? Quam tuta ab hoſtibus vinea, cui Regula ſepem, Charitas turrim, humilitas ſcalas, torcular exhibet patientia.

Cap. 7. grad. 4.

CAPVT II.

De Vineæ propagatione.

CAPVT II.

Ordo S. Benedicti vt propagatus.

FLorens hæc *Vinea* confeſtim dedit odorem ſuum, quo Sponſus & amici Sponſi non mediocriter delectati ſunt. Inde adeò effectum, vt ſumptis ex eâ ſurculis, & in alias terras plantatis, deinceps valdè fuerit dilatata; vt in eâ illud Regij vatis adimpletum mirari liceat: *Plantaſti radices eius, & impleuit terram, operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei. Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propaginis.* Quomodo autem hæc propagatio facta, ſingulari libro tractat Hugo Menardus, de *Origine & incremento Ordinis* S. BENEDICTI, & Carolus Stengelius in *Coronâ lucidâ*; ex iis nos breuiter rem totam ob oculos ponemus. In Italiâ ipſe S. BENEDICTVS per ſe, ſuoſque Inſtitutum ſuum, exſtructis hinc inde Monaſteriis, variè dilatauit. In Siciliam eiuſdem rei gratiâ tranſmiſit S. Placidum. A tempore autem S. Gregorij inualuiſſe paſſim vſum Regulæ S. BENEDICTI, teſtis eſt Robertus Antiſſiodorenſis Ordinis Præmonſtratenſis in Chron. ad annum 538. *Ab illo tempore* (S. BENEDICTI) *mos inoleuit, vt penè omnes, qui Monachico habitu induuntur, ſecundùm huius Sancti Patris Regulam ſe viuere profiteantur.*

Pſalm. 79.

In Italiâ, & Siciliâ.

In Galliâ.

S. Maurum ab ipſo Patre BENEDICTO in Galliam directum, Fauſtus viæ vitæque comes litteris conſignauit. Quantum verò augmenti inde noſtro Ordini acceſſerit, docet S. Odilo in vitâ S. Maioli. *Proceſſu verò temporis, poſt tranſitum videlicet ſupradicti Piiſſimi Patris, per Beatum Maurum eius diſcipulum omnis penè Gallia, eius inſtitutionis & Religionis ſuſcepit exordium. Deinde per eum, & eos quos ipſe ad iuſtitiam erudijt, per plurima temporum ſpatia eadem Religio ad cumulum perfectionis excreuit.*

In Hiſpaniâ.

De Hiſpaniâ ex fragmentis Maximi Cæſarauguſtani probat Yepez, S. BENEDICTVM miſiſſe diſcipulos, qui Monaſticam ibi vineam plantarent. Maximi verba ſunt: *Erâ quingenteſima ſeptuageſima octaua* (hoc eſt anno Chriſti 540.) *Sanctia Seueriani mater, ædificato Monaſterio Monachis, quos S.* BENEDICTVS *primùm miſit in Hiſpaniam, ad S. Petrum Cardignenſem Toleti moritur, & in eodem Monaſterio conditur.* Et paulò pòſt: *Erâ quingenteſima nonageſima ſecunda* (hoc eſt anno Chriſti 654.) *Athanagildus Rex in planitie ſuburbij Toletani ædificauit Monaſterium Ordinis S.* BENEDICTI, *in honorem S. Iuliani apud Auernos paſſi, dictum Agallienſe ab Agallullâ villâ.*

In Angliâ.

Miſſi à S. Gregorio Apoſtoli in Angliam, Regulam quoque S. BENEDICTI ibidem propagarunt.

Germaniâ.

Quid de Germaniâ dicemus? In illâ Benedictinam ſeruatam Regulam ab ipſis ferè naſcentis Ordinis incunabulis, litterarum monumentis proditur. Vetus & indubitata fert traditio S. Leorbardum, qui in Alſatiâ prima fundamenta iecit cœnobij, quod poſteà *Maurummonaſterium* appellatum eſt, fuiſſe diſcipulum S. BENEDICTI. S. Diſibodus Hibernus qui paulò pòſt obitum S. BENEDICTI in Germaniam venit, ſuum monaſterium ſub eadem Regula condidit, vt teſtatur S. Hildegardis in eius vitâ. Alij alibi vberrimo prouentu propagines Benedictinæ Vineæ variis temporibus plantarunt.

Cant. 8. *Populi huius vinea.*

De eâ proinde verè illud vſurpare licebit: VINEA *fuit Pacifico in eâ quæ habet populos.* Italos ſcilicet, Hiſpanos, Gallos, Germanos, Anglos, Belgas, Polonos, alioſque variis regionibus diffuſos populos. Etiam nominare liceat varias Benedictini Ordinis Congregationes, Cluniacenſium, Camaldulenſium, Ciſtertienſium, Vallis-Vmbroſæ, Montis-Virginis, Cœleſtinorum, Guilelmitarum, Silueſtrinorum, Oliuetanorum quæ & ipſæ in populos & nationes bono vniuerſalis Eccleſiæ feliciter excreuerunt. Hæc eſt plantatio, quam plantauit Pater cæleſtis, *germen in medio populorum, & ſemen cui benedixit Dominus.* Vberrimæ ſeminis huius multiplicationi hoc teſtimonium appendit Cardinalis Vitriacus: *Nulla alia Religio tot Sanctos viros habuit, nec tanto tempore in ſanctitate & rigore diſciplinæ permanſit: multoſq; ex ſe prælatos in vniuerſo mundo genuit, qui præeminentis conuerſationis exemplo, & ſanctæ prædicationis verbo multas animas abſtulerunt diabolo, & varias illuſtrauerunt* REGIONES.

Iſai. 61.

Et fructus vberrimi. Iac. Vitrip. Hiſt. Occident. c. 20.

CAPVT III.

De Vineæ defectu.

CAPVT III

Nihil in hoc mundo firmum aut æternum.

FElicitas nulla hîc admodum diuturna. Nam, vt doctiſſimus vir ait: *Æterna Lex à principio dicta omni huic mundo naſci, denaſci, oriri, aboriri, nec quidquam ſtabile aut firmum arbiter ille rerum eſſe voluit, præter ipſum: apud quem,* teſte Apoſtolo, *non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Res humanæ,* vt Nazianzenus ait, *velut orbe quodam voluuntur,*

Lipſ. l. 1. de Conſtant. c. 16. Iacob. 1. Naz. orat. ad ciues.

—— Sic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere pondera gentes,
Concidere has.

Ouid. Metamorph. Iob 14.

Quid miramur? ipſe homo non ſtat, *ſed fugit velut vmbra, & numquam in eodem ſtatu permanet.* Vt minimè iam mirum videri debeat, ſi quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur, & à primæuo feruore langueſcentibus animis etiam religioſiſſimi Ordines ſenſim declinent.

Patet in vineâ Benedictinâ.

Senſit hoc & Benedictina noſtra VINEA, quæ etſi ſæculis aliquot in ſuo flore & vigore perdurarit, tandem tamen communem hanc inſtabilitatis ærumnam ſubiit. Inde adeò fit, vt quemadmodum ei florentis Eccleſiæ ex Regio Vate accommodauimus elogium; ita quoque ſub eodem vineæ typo de prolabentis miſeria liceat conqueri: *Vt quid deſtruxiſti maceriam eius: & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de Silua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Hæc autem nonnihil expendenda.

Pſal. 79.

Qua ſepe, ſeu Regulâ conculcatâ, diripientibus ceſſit.

Maceriam, ſiue Sepem vineæ diximus eſſe Regulam: hac autem labefactatâ ac deſtructâ, quid ſequitur niſi totius obſeruantiæ deſtructio? Quid deinde? *vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam.* Quinam hi? an qui iter regularis diſciplinæ paſſim prætergrediuntur, & quotidianis præuaricationibus religioſæ Vineæ botros diripiunt? an intelliguntur dæmones, qui vias noſtras obſeruant, & bonorum operum fructu ſpoliant? an forſitan illi, qui videntes deuaſtatum ordinis vigorem, bonis eius temporalibus inhiant? Huc certè reſpexit Cardinalis à Vitriaco, qui enumeratis monaſtici ſtatus abuſibus, ſubiungit: *Idcirco facti ſunt hodie contemptibiles Deo & hominibus odibiles, & facta ſunt bona eorum in rapinam & di-*

Hiſt. Occid. cap. 20.

Digitized by Google

CAPVT III.

& direptionem; *dum principes & potentes non minùs proni* A *ſunt ad auferendum, quàm quondam fuerant ad largiendum.* Vtcumque ſit; horrenda hæc vineæ ſtrages, quam Dominus apud Iſaiam interminatur: *Et nunc oſtendam vobis quid faciam vineæ meæ: auferam Sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.* Hinc illæ lacrymæ, quibus Threnodus vates lugubriter hanc vineam plangit: *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus; quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.* Sanè Ordinis noſtri ruinam integro libro Abbas Trithemius graphicè deſcripſit, & deplorauit. Ioannes à Boſco Cæleſtinus ad Ieremiæ imitationem lamentationes quoque ſuper eius ærumnis compoſuit.

Iſai. 5.

Quod threnis dignum & lamentatione.

Threo. c. 12.

B Sed hæc reliqua exponamus. *Exterminauit eam aper de ſilua.* Quis verò hic *aper*? His verbis aperit Trithemius: *Aper verò de ſiluâ, voluptas carnis intelligitur, per quam diſciplina regularis funditus diſſipatur, virtutes omnes de monaſterio pelluntur, aditus vitiis & inauditis ſceleribus reſeratur. Nam ſicut aper in luto fœtido delectabiliter voluitur: Sic clauſtrales luxuriæ & voluptatibus dediti ad ſcaturiginem omnium vitiorum prolabuntur.*

Quis aper, qui eam exterminauit.

Trith. orat. 5. hab. in Conuent. Abb.

Addit Dauid: *Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Hic eidem Trithemio eſt auaritia, & rerum temporalium cupiditas atque abundantia.

Singularis ferus.

Sed vt Dauid extremam plantatæ ab ipſo Deo vineæ calamitatem ſuo calamo expreſſit, ita ſapientiſſimus eius filius Salomon, qui inter argumenta po- C tentiæ ſuæ illud recenſet, quòd *plantaſſet vineas*; ita illis optimè proſpectum volens, Sulamitidis ſodales monet: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Monenti obſecundans doctiſſimus Trithemius, vulpecularum harum venationem inſtituit, & duodecim vafras profectò, & malignas Benedictinam exterminantes *vineam* cepit, & poſteris tradidit occidendas. Syllabum earum hîc exhibuiſſe ſuffecerit, vt caueri porrò queant.

Eccle. 2. 4.

Cant. 2.

Duodecim vulpes quæ eandem demoliuntur.

Prima eſt, indiſcreta ſuſceptio inutilium perſonarum. 2. Negligens inſtructio Nouitiorum. 3. Puerorum & de proximo ſeu vicino ſuſceptio. 4. Ordinem ingredientium non recta intentio, & propoſiti ſancti in aliis tam cita obliuio. 5. Studij Regu- D laris omiſſio. 6. Monachorum de cœnobio frequens egreſſus. 7. Nimia cupiditas & ſolicitudo diuitiarum. 8. Inutilium promotio Prælatorum. 9. Debitæ correctionis omiſſio. 10. Negligens & inconſulta viſitatio Monachorum. 11. Nimium ſtudium dilatandi Ordinem, vel reformationem. 12. Malitia temporum, & ſemper hominum cœca prorſus ambitio. Hæ ſunt vulpes noſtram deuaſtantes vineam, & aliæ quidem vno, aliæ alio loco & tempore interitus occaſionem dederunt.

Trith. orat. 5. in Conuent. Abb.

Quo autem tempore florentis *vineæ* ſtatus inclinare primùm cœpit, non vſquequaque conſtat, & veriſimile eſt, nunc hîc, nunc ibi paulatim aliquid de exactâ Regulæ obſeruantiâ remiſſum, atque ita E ſenſim ſine ſenſu maiorem inuectam laxitatem. Nam & hîc, ſi vllibi verum iſtud Magni Gregorij pronunciatum: *In vnoquoque lapſu à minimis ſemper incipitur: & ſuccreſcentibus defectibus ad grauiora peruenitur.* Ex paruis igitur initiis magnorum Ordinum ruina.

Quando contigerit prima Ordinis noſtri inclinatio.

Greg l. 31. Moral. c. 9.

Videtur autem illa, quantum colligere licet, noſtro Ordini obueniſſe circa tempora Caroli Magni, aut paulò antè, nam in Synodis tum celebratis plerumque inculcatur S. BENEDICTI REGVLA, à quâ ſcilicet iam in parte receſſum erat, alibi plus, alibi minus. Et auctor eſt Trithemius, per annos fermè ducentos Ordinem S. BENEDICTI in magnâ ſanctitate perduraſſe; quod verum crediderim, etſi alicubi laxari diſciplina cœperit, cui deinceps acceſſerit incrementum. Cui quidem Conciliorum obuiatum decretis. Ex quibus hîc, vt ad Carolum Magnum veniamus, quædam ordine temporum ſubiiciemus; vt liquidò conſtet ante Ludouici Pij tempora in Monaſteriis Galliæ, & alibi Regulam S. BENEDICTI (quod aliqui negarunt) fuiſſe receptam.

Circa tempora Caroli Magni.

Trith l. 1. de vir. ill. Ord. S. Bened. c. 9.

Inter Canones Auguſtodunenſes S. Leodegarij Epiſcopi, circa annum Chriſti 670. hic Canon occurrit: *De Abbatibus verò vel Monachis ita obſeruare conuenit, vt quidquid Canonicus Ordo, vel Regula S. BENEDICTI edocet, & implere & cuſtodire in omnibus debeant.*

Ex Conciliis colligas eiùſ ante cœpiſſe Monachos deficere.

Apud Sirm. tom. 1. conc. Gall.

Anno 742. In Concilio Ratiſbonenſi, ſub S. Bonifacio, c. 16. decretum, vt *Monachi & Ancillæ Dei* B *Monaſteriales iuxta Regulam S. BENEDICTI viuere ſtudeant.* Eodem anno in Liptinenſi Synodo, ſimiliter ferè ſtatuitur: *Vt Monachi & Ancillæ Dei Monaſteriales, iuxta Regulam S. BENEDICTI cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, viuere ſtudeant: & vitam propriam degere ſecundum prædicti Patris ordinationem non negligant.* Vt videas autem inclinatam iam tum Benedictinam diſciplinam, in aliâ Liptinenſi Synodo ſequenti anno celebrata: *Abbates & Monachi receperunt Regulam S. Patris BENEDICTI, ad reſtaurandam normam Regularis vitæ.* Receperunt, inquam, non primò quaſi aliàs nunquam receptam (vt quidam intellexêre) ſed ad *reſtaurandam* iam pridem ſtabilitam, & deinde collapſam *normam Regularis diſciplinæ.* Non modicam au- C tem fuiſſe hanc à regulari obſeruantia prolapſionem, ſequentia oſtendunt: *Fornicatores autem & adulteros, qui ſancta loca vel monaſteria ante tenentes coinquinauerunt, præcipimus inde tollere & ad pœnitentiam redigere. Et ſi poſt hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterij ceciderint, prioris Synodi iudicium ſuſtineant. Similiter & Monachi & Nonnæ.* Prioris porrò Synodi quam citat, hæc erat ſententia: *Si autem Clericus vel Monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in Carcerem miſſus, vertente anno ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnæ velatæ eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis eius.* Animaduertis, ni fallor, hîc tribus indici pœnam. 1. Monaſteria tenentibus, ſiue clericis. 2. Monachis. 3. Nonnis. D Iam tum ſiquidem inualuerat corruptela præficiendi Clericos ſiue Canonicos Monachorum cœnobiis: magno Regularis obſeruantiæ præiudicio. Nam inde fortaſſe ſequutum, vt & Regulares Abbates cœperint magis canonicè, quàm monaſticè viuere. & ipſi Monachi Rectorum ſuorum imitarentur veſtigia. Si ex remediis morbum coniicere fas ſit, euidens huic rei teſtimonium exhibet Canon. 25. Concilij Turonenſis Caroli Magni tempore celebrati, in quo ita ſtatuitur: *Monaſteria Monachorum, in quibus olim Regula S. BENEDICTI Patris conſeruabatur, ſed nunc fortè qualicumque negligentia ſubrepente remiſſiùs & diſſolutiùs cuſtoditur, vel certè penitus abolita negligitur, bonum videtur vt ad priſtinum reuertantur ſtatum, & Abbates eorumdem in eodem habitu & vita, quâ ipsâ Regulâ præcipit eos* E *incedere, viuere ſtudeant: quoniam aliqua ſunt Monaſteria, in quibus tam pauci ſunt Monachi, qui prædicti Patris Regulam ſuis Abbatibus promiſſam habeant: quippe cum ipſi Abbates magis CANONICE, quàm monachicè inter ſuos conuerſari videntur.* Declarant iſta, quàm verè anteà dictum ſit, deſtructâ ſepe, deuaſtari Vineam: neglectâ Regulâ, perire ſenſim Religionis formam. Sed iam quæ tantis malis adhibita tandem remedia, diſpiciamus.

Et occaſio non parua ruina, quod Canonici fierent Abbates.

Quot Monachi imitabantur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IV.

De Benedictinæ Vineæ Renouatione.

Pſalm. 79. Paraphraſtica oratio pro vineæ inſtauratione.

POSTQVAM electæ ac pridem dilectæ Deo Vineæ miſerandam vaſtitatem Regius Vates deſcripſit, irati mox numinis clementiam ſuppliciter implorans, ait; *Deus virtutum conuertere, reſpice de cœlo & vide, & viſita* VINEAM *iſtam, & perfice eam quam plantauit dextera tua.* Quaſi luculentiùs ita effatus fuiſſet: videris à *Vinea* tua hactenus auerſus fuiſſe, ſed nunc ô Deus exercituum, cui millia millium Angelorum, imò omnes res creatæ militant, conuertere ab indignatione ad miſericordiam, & quando longè receſſiſti à vinea tua, ſaltem de cœleſti habitaculo reſpicere dignare, & vide quàm deformata ſit; veni proinde, & viſita vineam tuam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua, id eſt, inchoatum à te ipſo opus abſolue, Eccleſiam teſtamenti veteris penè deſtructam reforma, & meliorem redde (ait Bellarminus) quoniam tu eam initio fundaſti, & quaſi vineam plantaſti, non vt periret, ſed vt fructum faceret. *Perfice eam*, inquit Auguſtinus, *non aliam inſtitue.* Hic ſenſus Dauid pro Eccleſiæ reformatione orantis. Eodem ſpiritu ac mente pro Benedictina vinea magna parte iam à fera denaſtata, à vulpeculis demolita, pios quoſdam diuinam interpellaſſe miſericordiam, omninò veriſimile eſt.

Dei in eam miſeratio.

Deus autem qui inueterata renouat, quique humanum genus vnigeniti ſui ſanguine redimere potiùs quàm abolere voluit, non irritas paſſus has preces, reſpexit de cœlo vineam iſtam, eamque ſua gratia refloreſcere fecit. Nam vt in veteri teſtamento, afflicto propter peccata ſua Iſraelitico populo Deus ſemper aliquos prouidit Saluatores, qui eos à nationum iugo liberarent, ita & collapſo Ordini noſtro ſubuenire dignatus, & viros pleriſque ſæculis excitauit, qui priſtinum eius florem, quà poſſent reſtaurarent.

An S. Odo primus Ordinis reformator. Wion l. 5. ligni vit. c. 3.

Sed enim cui primatus in hoc genere concedendus, aut quo tempore prima Ordinis facta ſit inſtauratio, hic meritò diſcutiendum. Arnoldus Wion Primum Ordinis Monaſtici nigrorum Reformatorem nominat S. Odonem, Cluniacenſis Congregationis auctorem, qui tum exemplis, tum exhortationibus, tum etiam auctoritate, quâ plurimùm valuit, non ſolùm in Gallia, verumetiam in Hiſpania, Italia & Germania Ordinem ex integro correxerit circa annum Domini 930. ita ille, quem ſequitur etiam Simon Milletius. Verùm integro ſæculo præceſſit ea, quæ ſub Carolo Magno incœpta, & ſub Ludouico Pio eius filio perfecta eſt renouatio, cuius non vno loco meminit Abbas Trithemius: *Temporibus*, inquit, *Caroli Magni ſacratiſſimi Principis facta eſt quædam Generalis Reformatio Ordinis in Alemania, in qua multi viri doctiſſimi claruerunt.* Et orat. 3. in Conuentu Abbatum habita; *Stabularius fidelis fuit Carolus Magnus Imperator, qui Ordinem noſtrum collapſum in Alemania* PRIMVS REFORMAVIT. Eundem alibi ita alloquitur: *Suſcitare Imperatorum glorioſiſſime, & Chriſtianæ fidei defenſor inuicte, Germanorum decus Carole, & vide Monachorum calamitatem, qui Ordinem* BENEDICTI *Patris glorioſum reddidiſti, & per vniuerſum penè mundum tuo ſtudio dilataſti.* Sic ille.

Præceſſit reformatio ſub Carolo Magno. Trith lib. 1. de vir. illuſt. Ord. S. Bened. c. 9. Idem lib. Pent. de ruin. Ord. c. 3.

CAPVT IV.

Geſta eius delibantur.

Vt igitur tanti Imperatoris erga Monaſticum Ordinem reſtaurandum ſtudia explicemus, lubet de eiuſdem eruditione pietate & ſapientia hîc aliquid prælibare, quo gratiore animo merita eius recolamus. Alcuinus Caroli Magni Magiſter doctiſſimus, cum paſſim DAVIDIS nomine compellat (quod an ei proprium, an aſcititium, diſquirit Andræas Quercetanus in præfatione ad Alcuinum num. 12.) quo ſanè cum electo & dilecto à Deo Regi ſimillimum fuiſſe non obſcurè ſubindicat. Nam vt parta de hoſtibus Trophæa, totque ſubactas gentes prætercam, in quibus Dauidem verè repræſentauit, priuatam illius vitam, in qua eiuſdem regis pietatem & velut Monaſticam adæquauit conuerſationem conſideremus. Eginhartus, qui ei à ſecretis fuit, his verbis domeſticas eius virtutes deſcribit: *In ſolemnitatibus veſte auro texta, diademate quoque ex auro & gemmis ornatus incedebat: alijs autem diebus habitus eius parum à communi ac plebeio abhorrebat. In potu ac cibo temperans, ſed in potu temperantior: quippe qui ebrietatem in qualicumque homine, nedum in ſe, ac ſuis plurimum abominabatur. Inter cœnandum aliquod elegans dictum, aut Lectorem audiebat. Legebantur ei hiſtoriæ & antiquorum res geſtæ. Delectabatur & libris S. Auguſtini, præcipuè ijs quos de ciuitate Dei inſcripſit. Vini & omnis potus adeò parcus in bibendo erat, vt ſub cœna rarò plus ter biberet. Erat eloquentia copioſus & exuberans. Nec patrio tantùm ſermone contentus, ſed & Latinam linguam ita didicit, vt æquè illa ac patria lingua perorare ſit ſolitus; Græcam verò meliùs intelligere quàm pronunciare poterat. Eccleſiam manè & veſperi, nocturnis item horis, & Sacrificij imprimis tempore, quando valetudo permitteret, impigrè frequentabat. Legendi atque pſallendi diſciplinam diligentiſſimè per ſuos emendauit, erat enim vtriuſque admodum eruditus; quamquam ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſſim, & in communne cantaret.* Hæc ille.

Eginh. in vit. c. 7. *Eius veſtitus.* *Sobrietas.* *Lectionem menſæ adhibebat.* *Eloquentia* *Cura ſacrorum.* Cap. 8.

Cilicium.

Exemplo Dauidis cilicium ſub regali habitu ſemper geſſiſſe alterum hunc Dauidem, teſtis eſt, qui vitam eius in litteras ſatis cordatè, miſit Engoliſmenſis Monachus. In Aquiſgranenſis Eccleſiæ Martyrologio dicitur, *quod ab ineunte ætate ſæculi pompam deſpiciens, imperialis potentiæ gladio, & ſanctæ prædicationis verbo, vitaque ſalutaris exemplo, conuertit Guaſconiam,* * *Hiſpaniam, atque Galeciam. Conuertit quoque ad Dominum Freſiam, Alemaniam, atque triplici tropæo Saxoniam.* De eodem Frederico I. Imperator in Diplomate de eleuatione corporis S. Caroli Magni, ita ait: *Ipſe tota cordis intentione ad æterna vitæ præmia anhelans, ad dilatandam gloriam Chriſtiani nominis, & cultum diuinæ Religionis propagandum, quot Epiſcopatus conſtituerit; quot Abbatias, quot Eccleſias à fundamento erexit, quantis prædijs ac beneficijs illas ditauerit, quantarum largitate eleemoſynarum non ſolùm in ciſmarinis, ſed etiam in transmarinis partibus reſplenduerit, ipſa eius opera & geſtorum volumina, quæ plurima & maxima ſunt, fide oculata pleniùs declarant.*

Studium dilatandi Euangelij. * al. Germaniam. *Epiſcopatus & Eccleſias fundauit.*

Sed vt de Monaſterijs aliquid dicamus, in hiſtoria de Lantgrauijs Thuringiæ cap. 6. ſcribitur: *Iſte Carolus fundauit Monaſterium in Homburg, & plura alia ſecundùm litteras Alphabeti in*

CAPVT V.

Itē XXIV. Monaſteria.

Eccleſia Dei. Quod paulò clariùs expreſſit in Faſtis Belgicis Miræus: Monaſteria, inquit, quatuor & viginti à fundamentis erexit, quibus ſingulis ſingulas ex auro litteras ducentorum pondo, ad ſignandum ordinem & tempus fundationis, attribuit, alia plurima vetuſtate collapſa inſtaurauit. Sed & auctor vitæ S. Bonifacij, qui poſt S. Willibaldum eamdem fuſiùs deſcripſit (quem Othlonum Preſbyterum & Monachum cum Henrico Caniſio Serarius rerum Moguntiac. libro 3. probat) eiuſdem Imperatoris munificentiæ erga Monaſteria teſtimonium perhibet: *Karolus Magnus*, ait, *qui à Roma vſque in Freſiam, ab Vngaria, vſque in Britanniam, omnia regna ſuo ſubegit imperio, cum contra eadem decertaret, non aliter victoriam ſe adipiſci credidit, niſi interim omnia Cœnobia, in eiſdem regnis iam conſtructa, ſupplemento aliquo adiuuaret. Si quis in his dubitet, legat imprimis ſua geſta, deinde circumeat Monaſteria, quæ ſub tempore ſuo ſundata habuit Italia, vel Gallia ſiue Germania, & inueniet ea aliquâ Karoli largitate ſublimata, quædam quidem priuilegio libertatis, quædam verò prædiorum donis. niſi fortè ex ſubſequentibus Regibus, ſiue Epiſcopis ſint ablata.*

Vit. S. Boniſ. l. 1. cap. 43.

Et complura alia eius munificentiam experta.

Hic igitur Carolus pietate, & geſtarum rerum amplitudine Magnus, ad Benedictinam vineam noſtram oculos conuertens, eiuſque miſeriæ compatiens, priſtino eam nitori ſtuduit reſtituere. Hic ille auguſtiſſimus Imperator eſt, pro quo (vt ſcripſit Alcuinus) *tota Sancta Dei Eccleſia vnanimo caritatis concentu gratias agere Domino Deo omnipotenti debebit. Qui tam pium, prudentem, & iuſtum his nouiſſimis mundi & periculoſiſſimis temporibus populo Chriſtiano perdonauit clementiſſimo munere Rectorem, atque Defenſorem: qui praua corrigere, & recta corroborare, & ſancta ſublimare omni intentione ſtudeat, & nomen Domini Dei excelſi per multa terrarum ſpatia dilatare gaudeat.*

Alia Caroli encomia.

CAPVT V.

Caroli Magni recurſus ad Caſſinenſes.

NVNC temporum ſerie quæ tam ſeriò à glorioſiſſimo Imperatore, eiuſque temporibus, circa Ordinem noſtrum facta ſunt enarremus.

Primò autem occurrit, quod ab Leone Oſtienſi recenſetur, nimirùm Carolum Magnum regem potitum Victoriâ de Ariche ſeu Arichiſo (alijs Hereciſo) Beneuentanorum Duce, redeuntem Beneuento, *Orationis cauſâ Caſſinum petiſſe ad Corpus Sancti Patris* BENEDICTI: *ſéque Fratrum omnium Deo ibidem ſeruientium orationibus commendaſſe. Ab hoc primum Rege*, ait, *memoratus Abbas* (Theodemarus) *præceptum confirmationis de totâ hâc terrâ ſuſcepit.* Et mox: *Iuſſit quoque vt Monachi iuxta præceptum ſanctæ Regulæ Abbatem ſibi ſine cuiuſquam præiudicio licenter eligerent. Ad hunc Abbatem idem Carolus per Adalgarium Epiſcopum de Francia litteras miſit: rogans vt aliquot ſibi de Monaſterio B.* BENEDICTI *dirigeret fratres, qui Regularem diſciplinam in illis partibus iam extinctam renouarent. Quod & fecit: mittens illi etiam Regulam, & hymnos, qui tunc ex traditione Regulæ in hoc Monaſterio canebantur. Pondus quoque libræ panis & menſuram vini. Sed & calicis menſuram, quam in mixto ſeruitores accipere debent. Et omnem conſuetudinem, quæ tunc in hoc loco ſeruabatur, ſcriptam tranſmiſit.* Sic ibi.

Leo Oſt. l. 1. Chron. Caſſ. c. 14.

Caſſinum venit.

Petit ſubſidium ad reformanda alia Cœnobia.

Sed quonam hæc acciderunt anno? Cardinalis Baronius refert ad annum IESV CHRISTI 787. Iacobus verò Breulius, qui Caſſinenſe Chronicon cum Aimoino edidit, vult accidiſſe anno 774. *aſtipulantibus*, inquit, *Francorum Annalibus.* Qui cum eodem modo atque Leo Oſtienſis, affirment anno 774. deuictum à Carolo Magno Deſiderium Longobardorum regem, & vinctum in Franciam abductum, eodemque capite mox ſubdat Oſtienſis, victoriam eiuſdem Caroli de Ariche Beneuentanorum Duce, hinc ſcilicet exiſtimauit Breulius eam eodem anno contigiſſe. Verùm labitur; Francorum enim Annales eam in annum 786. referunt, & poſt hanc de Beneuentanis hiſtoriam, agit Leo de Theodemari Epiſtolâ ad Carolum miſſâ, non exprimens, an ante, vel poſt victoriam directa ſit, quamuis probabilius ſit ex orationis contextu poſt victoriam, & viſitationem corporis S. BENEDICTI, epiſtolam exaratam. Quod autem Baronius eam ann. 787. aſſignet, fecit id ſecutus Reginonem, qui victoriam illam Caroli de Ariche, anno 787. contigiſſe ſcribit: Lambertus Schafnaburgenſis ad eundem annum ita annotauit: *Carolus Romam veniens Beneuentum profectus eſt, & Monaſterium* S. BENEDICTI *adijt.* Sed hæc de temporum ratione ſatis.

Quo anno id acciderit.

Correcta Chronologia.

Viguiſſe autem tum Caſſini accuratam regularis vitæ obſeruantiam, ipſa Caroli Magni petitio argumento eſſe poteſt; eademque non obſcurè colligitur ex carmine, quo tantus Rex Paulum Diaconum ibidem Monachum, quem in delicijs habebat, ſalutauit, quod ex eodem Leone Oſtienſi ſuprà Comment. ad c. 8. vit. S. BENED. nu. 16. repoſuimus.

Caſſini ſeueres diſciplina Monaſtica.

Verùm domeſtica Caſſinenſium diſciplina perfectiùs eligitur ex Theodemari Abbatis ad Carolum Magnum Epiſtola, quam à Franciſco Pithoeo I. C. acceptam Chronico Caſſinenſi ſubiecit Breulius anno 1603. ſed aliud exemplar ex codice valdè vetuſto S. Maximini Treuiris deſcriptum, nobis dum viueret communicauit P. Heribertus Roſweydus, quod hic ad verbum reponimus.

Elicitur ex Epiſtola Theodemari.

EPISTOLA

Congregationis S BENEDICTI ad Carolum Regem Francorum De priuatis eorum moribus.

Propagatori ac Defenſori Chriſtianæ religionis Domno Carolo per Chriſti potentiam Regi Sapientiſſimo ac Fortiſſimo Theotmar exiguus, & vniuerſus Beati BENEDICTI *Patris grex, veſtro ſubditus Dominatui, æternam in Domino ſalutem.*

TAM per epiſtolæ ſeriem, quamque & per ſanctum virum Adalgarium Epiſcopum veſtra

famina

CAPVT V.

famina ſuſcipientes, magna ſumus exultatione gauiſi: dum veſtram ſublimitatem, Dominamq; noſtram Reginam, veſtroſque liberos ſoſpites valenteſque eſſe cognouimus. Nec minori etiam tripudio exultauimus, dum veſtrarum protelationem finium, victoriarumque de hoſtibus triumphos agnouimus. Auxit etiam noſtrũ res illa gaudium, qui veſtram excellentiam de virtute in virtutem ſuccreſcentem Dei agrum ſtudioſè excolere addiſcimus, ac Monachorum Religionem ad meliorem perducere ſtatum. Certum eſt quia vos hoc factum beatiores efficiat: dum tale Deo noſtro tamque beneplacitum munus offertis. Quâ de re, quia ad beati Patris noſtri BENEDICTI doctrinam & luculenta exempla aliquos Monachorum placuit regionis illius veſtræ clementiæ informari, iuxtà præceptionem veſtram, en vobis Regulam eiuſdem Patris, de ipſo codice, quem ille ſuis ſanctis manibus exarauit, tranſcriptam direximus. In fine autem ſacræ eiuſdem Regulæ, hymnos qui ſecundum inſtituta beati Patris noſtri per ſingula officia vel feſtiuitates cantari debent annexuimus.

Si quem autem mouet, quare Beatus BENEDICTVS in æſtatis tempore quotidianis diebus ad nocturnale officium vnam tantùm de veteri teſtamento lectionem legi præceperit, cognoſcat necdum eo tempore in Romana Eccleſia, ſicut nunc leguntur, ſacras ſcripturas legi morem fuiſſe, ſed poſt aliquod tempus hoc inſtitutum eſſe, ſiue à Papa Gregorio, ſiue (vt ab alijs affirmatur) ab Honorio. Quâ de re maiores noſtri inſtituerunt, vt hîc in ſacro noſtro Cœnobio, quod iuxtà ſanctum illius corpus inſtitutum eſt, tres quotidianis diebus æſtiuo in tempore ex veteri teſtamento Lectiones in codice legantur, ne à Sancta Eccleſia Romana diſcrepare videantur. Nec enim credendum eſt hoc beato Patri BENEDICTO diſplicere, ſed potiùs gratum ei eſſe, ſi quis ſupra eo quod ille in Dei laudibus inſtituit, propter Dei amorem adijciendum eſſe curauerit. Nam & de pſalmorum per ſingulos ſeptimanæ dies diuiſione, ſi cui meliùs viſum fuerit quàm ipſe beatus Pater inſtituit, ab ipſo habet licentiam vt meliùs æſtimauerit canere. Nec debent cogi Monachi, ſi tamen veſtro ſapientiſſimo cordi placet, qui nunc Romano more poſſunt, iuxta inſtitutionem ſacræ huius Regulæ pſalmus diuidere: ſed poſſunt (ſi vobis ita videretur) ſolito more canentes, arctioris vitæ normam ſuſcipere.

Diximus quoque pondus quatuor librarum, ad cuius æqualitatem ponderis panis debet fieri: qui in quaternas quadras ſingularum librarum, iuxta ſacræ textum Regulæ, poſſit diuidi: quando pondus, ſicut ab ipſo Patre eſt inſtitutum, in hoc eſt loco repertum.

Miſimus etiam menſuram potus, vnam quæ prandio, & aliam quæ cœnæ tempore debeat fratribus præberi. Quas duas menſuras æſtimanerunt Maiores noſtri heminæ menſuram eſſe.

Diximus etiam & mẽſuram vnius calicis, quam obſequuturi fratres, iuxta ſacræ Regulæ textum, ſolent accipere. Beatus Pater noſter inſtituit duo cocta pulmentaria in quotidiana refectione fratribus præparari, & tertium de leguminibus crudis aqua infuſis. Nos verò ex inſtitutione Maiorum noſtrorum tria cocta pulmentaria alijs diebus, quartâ & ſextâ feriâ, duo tantùm reficiendis fratribus præparamus: excepto quod plures ex fra- A tribus noſtris pane tantùm his diebus herbiſque hortenſibus veſcuntur: quorum plerique etiam nec vinum bibunt. Die verò Dominico, & in feſtiuitatibus præcipuis etiam quartum addimus pulmentum: exceptis ſecundâ, quartâ & ſextâ ferijs. Alijs diebus prandentibus fratribus, quum vinum nobis abundat, ſingulas phialas miſcere facimus. In ſummis quoque feſtiuitatibus, hoc eſt in Natiuitate Domini, in Epiphania, in Paſcha, & in tertia feria poſt Paſcha, quando nobis grandis feſtiuitas eſt, in Aſcenſione Domini, & in Pentecoſte, in S. Ioannis, & in S. Petri, & in S. Laurentij, & in S. Mariæ, & in Sanctorum Martini, BENADICTI, & in ambis ad prandium faciamus B miſcere. Præter hæc etiam æſtatis tempore poſt Nonam, ſi eſt aliquid de pomis, & ſingulas phialas noſtris fratribus præbemus. Cùm verò tempus ſectionis fœni eſt, etiam potionem ex melle ad horam quartam laborantibus fratribus propinamus.

Volatilia nunquam niſi die Natalis Domini, ſi eſt vnde, vſque ad dies octo comedimus. Similiter etiam Paſchalis feſti diebus. Sed de eſu volatilium tam cautè prudentiſſimus Pater noſter in ſua Regula poſuit, vt ſi velint comedere Monachi, quum opportunum eſt, non ſubiaceant culpæ. Si verò eis à ſuo tale edulium non præbetur Abbate, vt quaſi ex debito hoc non poſſunt C requirere. Multi tamen fratrum noſtrorum neque volatilia comedunt, neque vinum vnquam, niſi de ſancto calice bibunt.

Sanè quia percunctari dignati eſtis, quid veſtimentum cucullæ debeat intelligi. Cucullam nos eſſe dicimus, quam alio nomine Caſulam vocamus. Et inde eſt quod in hieme villoſam, in æſtate puram aut vetuſtam beatus Pater habendam inſtituit: quia ſcilicet hoc genus veſtimenti ſolet cum villis intexi.

Illud autem veſtimentum, quod à Gallicanis Monachis Coculla dicitur: & nos Cappam vocamus, quod propriè Monachorum deſignat habitum, Melotem appellare debemus, ſicut & D hactenus in prouincia à quibuſdam vocatur, de quo (ſicut beatus Gregorius ſcripſit in libro Dialogi) ereptus ab aquâ per Maurum Monachum puer Placidus dixit: *Ego quum ab aquâ abſtraherer, melotem ſupra me Abbatis cernebam: eumque me ab aquis educere conſiderabam.* Quod tegumentum ideò ſic appellatum eſt, quia ſolebant antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod melos propter rotunditatem ſui corporis appellatur. Quod genus beſtiolæ à nonnullis taxus appellatur. De genere tegumenti nihil beatus BENEDICTVS in ſuæ textu Regulæ loquutus eſt, ob hoc ſcilicet (vt conijcere poſſumus) quia E diuerſo modo hoc vidit à plerifque Monachis vti tegumenti: Nam Galliarum Monachi (ſicut vos noſtis) breuius huiuſcemodi & ſtrictius veſtimentum habent. Græci verò propter operimentum capitis, modicum quiddam tantùm ante pectus, & à dorſo dependens. Tranſmarini autem Monachi huiuſmodi operimentum pellicium habent. Ergo quia tantam in hoc beatus BENEDICTVS indumento diuerſitatem vidit: vnicuique Monachorum quid ex his potiùs eligere voluerit, proprio arbitrio dereliquit. De numero autem & qualitate veſtimentorum ſic beatus Pater noſter in ſua Regula poſuit: vt tamen in prouidentia ſit Abbatis, quomodo debeat, pro ſua vni-

CAPVT VI.

cuique diſtribuere neceſſitate. Sed & ipſe Pater dixit, quia in temperatis regionibus minus, in frigidis plus veſtimenta ſit opus haberi. Seniores tamen noſtri & præteriti Abbates inſtituerunt fratribus noſtris, propter conuerſos labores, tunicas habere duas groſſiores in hyeme, vnam ſubtiliorem in æſtate. Similiter & loco Cucullarum duos, quos nos dicimus mantos, qui ex groſſiori ſago fiunt: & vnum in æſtate ſubtiliorem operimentum. Cucullas autem ideò non habemus, quia maioris ſunt pretij, & quia nobis Pater noſter aliàs præcepit talibus veſtibus vti, quales poſſint in prouincia viliùs emi.

Habent autem fratres noſtri & duplicia ſemoralia, multi tamen ex eis Deo iuuante, in tantùm ſe continent, vt neque ſemoralia habeant, neque ampliùs quàm duplicia (ſecundùm regularem textum) indumenta.

Statuit autem Venerabilis Pater, vt ſcapulare Monachi propter opera habeant: quod ab hoc ſcapulare dicitur, quod ſcapulas præcipuè tegat & caput. Quo veſtimento omnes in hac terrâ ruſtici vtuntur: pro quo tegumento nos ex groſſiore textu ad melotis ſimilitudinem operimentum habemus: niſi quod manicæ in hoc vſque ad manus pertinentes habentur.

Præter hæc addimus vnicuique ſicut ei opus eſt: Nam ſenibus noſtris gunnas pelliceas tribuimus. Infirmis etiam in culcitris iacere permittimus: Et vnicuique omninò, ſicut ſua expoſcit neceſſitas præbeamus conceſſum eſt. Conceſſum eſt etiam fratribus noſtris habere mantergia, ſiue ad tonſuræ obſequium, ſiue ad codices, quos ad legendum ſuſcipiunt, inuoluendos.

Præter regularia quoque ieiunia, in vigilijs præcipuarum feſtiuitatum vſque ad veſperam ieiunamus, & à veſpera vigiliarum per totam noctem & diem feſtiuitatis vſque ad Completorij officium genua non flectimus, Dominicis quoque diebus & à Domini Natiuitate vſque ad octauam diem: à Paſcha quoque vſque ad Pentecoſten ſimiliter ad publicum officium genua non flectimus.

Textum quoque promiſſionis, quo ordine ſolebant anteriores Monachi Regulam Sanctam in hoc loco promittere, ecce intra hanc Epiſtolam in breui paginula exaratum direximus vobis.

In nomine Domini promitto me ego ille, in ſacro Monaſterio beati Martyris, ſiue Confeſſoris ille, ſecundùm inſtituta Beati BENEDICTI, *coram Deo & ſanctis Angelis ſuis, præſente etiam Abbate noſtro illo, omnibus diebus meis in hoc Sancto Monaſterio à modo & deinceps perſeueraturum, & in omni obedientia quodcumque mihi præceptum fuerit obediturum. Ego ille talis hanc promiſſionem à me factam manu propriâ coram teſtibus ſcripſi & roboraui.*

Vale Salus Patriæ, lumenq́, decuſq́, tuorum,
Maxime regnantum, noſter & altus amor.

CAPVT VI.

Notæ in præcedentem Epiſtolam.

QVOD Caſſinenſium, quæ æuo iſto vigebat viuendi ratio, hac vt diximus, Epiſtolâ explicetur, eamque Carolus Magnus tanquam ideam expetierit, ad quam Franciæ Monaſteria conformaret, viſum eſt illi Notas quaſdam adijcere.

Qui præponitur Titulus, EPISTOLA CONGREGATIONIS S. BENEDICTI &c. eſt ex vetuſtâ membranâ S. Maximini, deeſt verò editioni Breulij.

THEOTMAR.] Breul, *Theodemar*, de quo Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinenſi lib. 1. cap. 13. *Theodemar duodecimus à beato* BENEDICTO *Monaſterij adeptus regimen, præfuit annis nouemdecim.* *Theodemarus Abbas Caſſinenſis quando vixerit.* Arnoldus Wion ligni vit. l. 1. c. 5. ait, creatum die 29. Iunij, anno 778. præfuiſſe annis 18. menſibus 11. diebus 7. obijſſe anno 797. die 5. Iunij, & iuxta Eccleſiam S. Martini ſepultum. Verùm Antonius Yepez in Chronico ad annum Chriſti 529. cap. 4. ſecutus correctionem Matthæi Laureti editionem Leonis Oſtienſis, ponit eum creatum anno 773. defunctum verò 792. & in ordine Abbatum ponit 23. quia 11. Abbates, qui in Lateranenſi Monaſterio Romæ præſiderunt, quos Wion ſeorſim nominat, Lauretus vt continuam oſtendat ſucceſſionem, in ſerie Abbatum Caſſinenſium reponit.

ADALGARIVM EPISCOPVM.] Deeſt Breulio τὸ, *Epiſcopum*, ſed talem fuiſſe conſtat ex Leone Oſtienſi: cuius verò ſedis non æquè exploratum. *Adalgarius, quis.* In Treceoſium Epiſcoporum Catalogo apud Demochare Tom. 2. de Miſſæ Sacrificio 31. nominatur *Adelgarius*, qui videtur ad tempora Caroli Magni fortaſſis pertinere. Occurrit & Alius *Adalgarius* Epiſcopus apud Aimoinum l. 5. de Geſt. Franc. c. 35. ſed annis propè centum hoc poſterior, quippe qui Carolo Caluo imperante vixerit, & ab eo miſſus in Italiam.

VESTRA FAMINA.] Minùs rectè Breul. *veſtram famam.*

VALENTESQVE COGNOVIMVS.] Interponitur in textu Breul, *eſſe*. Et pro *veſtrarum protelationem finium*, habet *veſtram*. Et mox pro *agnouimus*, *accepimus*, & pro *addiſcimus*, *didicimus*.

BEATIORES EFFICIAT.] Breul. *efficiet*, & pro *tamque beneplacitum*, *tamquam beneplacitum*. Meritò autem Theodemarus animat Carolum Magnum ad Reformationem proſequendam duplici hoc titulo: quod nimirùm beatitudinem ſuam augebit, & Deo rem efficiet longè gratiſſimam. Hinc Ioannes Nider lib. 2. cap. 7. de Reformat. Religioſ. ex profeſſo probat præmium accidentale augeri ei, qui Ordinem reformat: qui deinceps etiam declarat quàm Deo acceptum tale opus ob zelum animarum, & quod in ordine reformato procuretur conuerſio peccatorum, ſubueniatur in peccata ruituris, & quod primitiui Religioſorum Patroni efficiantur reformantibus fauorabiles. *Præmium reformantium Ordines Religioſos.*

EN VOBIS REGVLAM BEATI PATRIS.] Breul. *volumen vobis Regulæ eiuſdem.* De autographo autem Regulæ ab ipſo Patriarcha ſcripto actum in Diſquiſitionibus, pag. 107.

PRÆCEPERIT.] Breul. *præcepit.*

SACRAS SCRIPTVRAS LEGI MOREM FVISSE.] Breul. *Sacræ Scripturæ Lectiones fuiſſe.* Videtur autem hallucinari Theodemarus, nam in Concilio Laodiceno can. 17. ſtatuitur vt *Pſalmis Lectiones miſcerentur*. Et Gelaſius I. diu ante Gregorium cap. *Sancta Romana*, totius anni Lectiones ordine digeſſit, & quæ ex Scriptura æſtatis tempore legendæ, apertè

dæ, apertè deſignauit, quod mirum Theodemarum ignoraſſe, & contrarium, neſcio vnde acceptum, hic aſſeruiſſe.

A Sancta Ecclesia Romana discrepare.] Non minùs mirum videri queat: quod in his recitandis Lectionibus, cùm Romana Eccleſia conuenire voluerint, cùm in tam multis alijs, & tota pænè officij forma non modica ſuperſit diſcrepantia.

Qvi nvnc Romano more psallvnt.] Vſitatum in Gallia à tempore Pipini regis, vt Romano modo pſallerent Monachi, conſtat ex Capitulari Aquiſgranenſi Caroli Magni anno 789. can. 80. cuius verba ſuperiùs dedi pag. 729.

Si vobis ita viderbtvr.] Breul. habet, *videtur*.

Qvatvor Librarvm.] Ex hoc ſortaſſis capite ſuſpicatur eruditiſſimus Menardus epiſtolam hanc non eſſe Theodemari, ſi enim *pondus libra*, vt in ſuis Declarationibus aiunt Caſſinenſes, ſit *vnciarum triginta trium & ſemis*, eaque menſura nonnullis enormis videatur, quid dicendum de hâc Theodemari quatuor librarum, ſiue vnciarum 48. ita vt triginta duæ prandio, cœnæ verò ſexdecim deputentur? Voluit enim S. Benedictvs tertiam partem reſeruari cœnaturis.

In qvaternas qvadras.] Minùs rectè impreſſa Breulij, *quaternos quadros*. Nam in Regula Magiſtri cap. 17. & alibi ſæpe legitur *quadra*, & notum illud Iuuenalis Sat. 5.

Vt bona ſumma putes alienâ viuere quadrâ,

Et Martialis lib. 6. Epig. 75.

Cùm mittis turdumve mihi, quadramve placenta.

Et lib. 9. Epig. 92.

Libetur tibi candidas ad aras,
Secta plurima quadra de placenta.

Quod autem hîc dicitur in quaternas quadras ſingulos panes diuidendos, expendimus lib. X. pag. 903.

Sacræ textvm Regvlæ.] Breul, *Sacrum textum*.

In hoc est loco repertvm.] Vide quid de hoc retulimus pag. 901.

Mensvram potvs vnam.] Deeſt *ω*, *vnam* Breulio.

Mensvram vnivs calicis.] Hæc mixti menſura, ſiue biberis, de quibus S. Benedictvs Reg. cap. 35. & 38. & nos in Diſquiſit. pag. 915. 916.

De legvminibvs crvdis aqva infvsis.] Hæc expenſa ſunt, p. 907.

Nativitate.] Breu. *Natale*.

Tertia Feria.] Breul. *Sexta*: quænam hæc feſtiuitas nondum reperi.

Et in ambis.] Legit hic Breulius *Iam bis*. Credo legendum, *etiam bis*.

Faciamvs miscere.] Breulius: *miſcere facimus*.

Æstatis tempore post Nonam si est aliqvid de pomis, et singvlas phialas nostris fratribvs præbemvs.] Breul, *De pomis & phialis noſtris fratribus prabemus*.

Ritus bibendi poſt Nonam. Ecce antiquum morem bibendi poſt Nonam in Ordine noſtro iam tum vſitatum. Vnde vſus Ciſtertienſis cap. 83. inſcribitur de *bibere poſt Nonam*. Et in primarijs Præmonſtratenſium Statutis de eodem agitur diſtinct. 1. c. 6. vbi æſtiuo tantùm tempore, ſicut & hoc loco hic potus indulgetur. Similiter S. Dunſtanus in Statut. c. 5. agens de æſtatis tempore, ait, *Nona celebrata poculiſque hauſtis dica-*

A *tur verſus*: Deus in adiutorium, *more ſolito, & quidquid neceſſe fuerit, etiam tunc operentur*. Et cap. 2. *A feſtiuitate S. Martini, refectis fratribus Eccleſiam intrantibus, agatur ſignum Nona, quod ſequatur ipſa laus, quam Nonam non ſequitur potus vſque ad Purificationem Sancta Maria, ſic agitur omnibus ſolemnibus diebus.* Hiberno proinde tempore ſi occurrebant feſta, hic potus permittebatur. Statuta Lanfranci cap. 1. §. 2. in ipſo die Purificationis ita decernunt: *Canatur Nona, quâ cantatâ exeat Prior & ſonet cymbalum, & poſteà vadant in refectorium. Hanc conſuetudinem habeant vſque ad Dominicam Palmarum exceptis ieiuniorum diebus.* Ekkehardus CAPVT VI.

B lib. de caſibus Monaſterij S. Galli cap. 11. vocat *Nonales biberes*: *Abbas*, inquit, *inuitat tandem omnes ad Nonales fratrum, quibus conſcripti erant, biberes.* Quid hoc ſibi vellet non aſſecutus eſt Goldaſtus in cap. 9. eiuſd. Lib. Nam *biberes* ex Alemannico **Bier** putauit dictos, quod c. 9. præceſſerit in Ekkehardo, *Nonalem cereuiſiam*. Sed quid *biberes* fuſiùs diximus pag. 916. *Nonales* autem dicuntur, non à nonis aut decimis tributis, de quibus in Capitular. Caroli Magni in addit. anni 16. c. 5. 6. 7. 10. 12. neque vt *Nonales* ſint idem quod *feſtum*, dicente Vgutione: *Nonales vel nonalia dicuntur Nona & Nundina*: Sed ad horam dici *Nonam* fratribus præberentur. Originem Hugo Menardus ex Regulæ

Nonales biberes, quid.

Vnde dicantur.

C Magiſtri profluxiſſe arbitratur, quæ cap. 27. hunc ritum ita explicat. *In his æſtatis diebus cùm ad ſextam reficitur, poſt dictam Nonam cotidie exiens Abbas de oratorio in ſua ſedeat cathedra, & circumſtantibus ante eum in ordine omnibus, ciecto à Cellerario vino, miſceantur ab hebdomadarijs in conſueto vaſe per ſingulas menſarum decadas omnium ſingulæ potiones ſecundum numerum Congregationis & ſuum-Statim ſurgens Abbas oret cum omnibus, & poſt orationem antequam ſedeat, oblatum ſibi vas cum mixto ſignet. Mox ſecum omnes ad menſas ſuas, ſubeat, ſicut conſueuerunt, ſedere, & bibens prius ipſe, deinde ſingillatim mixtum per menſas ſingulas omnibus faciat propinari.* Sic ibi. Quod autem hic dicitur, *æſtatis*

Vnde profluxerit hac conſuetudo.

D *tempore poſt Nonam, ſi eſt aliquid de pomis, & phialas noſtris fratribus prabemus*, videtur prior illa pars de pomis poſteà correcta & abrogata can. 10. Aquiſgranenſis Synodi.

Cvm verò tempvs Sectionis foeni est.] Illud, *Fœni* non eſt apud Breulium. Vides ſtrenuos S. Benedicti Diſcipulos eiuſdem veſtigijs & Regulæ præſcripto inhærentes, ſegetes quoque meſſuiſſe, quod & ab alijs non raro factitatum legitur: Vnde in libro vſuum Ciſtert. eſt caput 84. *De tempore ſecationis & meſſionis*, vbi tamen, quæ hîc permittitur ex melle potio, ſcitè reiicitur: *Monachi in agris operati.*

E *Lac ſi habuerit Conuentus ſiue coctum ſiue crudum, pro vno generalium pulmentorum reputabitur. De melle autem numquam & nuſquam fiat generale: niſi id Abbati viſum fuerit pro pulmentorum penuria & mellis abundantia.*

Propinamvs.] Breul. *Proponimus*.

F Volatilia nvnqvam nisi in die natalis.] Hinc deſumptus Canon 78. Concilij Aquiſgranenſis, quem adi.

Paschalis festi diebvs.] Breul. Paſchalibus feſtiuitatibus.

Vblint.] Breul. *Vellent*.

Si verò.] Breul. *Sin autem*.

Hoc non possvnt.] Deeſt Breulio *hoc*, legitque *poſſint*.

Cvcvllæ debeat.] Breul *habeat*. Quale veſti-

CAPVT VI. menri genus ſit cucullа, caſula item & cappa, ex profeſſo in Diſquiſitionibus tractatum lib. 5. Vide quoque infrà canone 22. Aſquiſgranenſis Synodi.

Cvm villis.] Malè apud Breul. *Velus*.

Vestimentvm.] Breul. *indumentum*. Et pro *Coculla* haber, *Cuculla*, & mox *propriè*, legit *proprium*.

Melotem.] Vide Commentarium noſtrum ad cap. 7. vitæ S. Benedicti, num. 6. & Diſquiſitiones pag. 476.

* Et hactenvs in provincia.] Breul. *Hactenus in hac prouincia*.

De qvo genere.] Abeſt *quo* apud Breul.

In svæ.] Breul. *in ſuo*.

Tegvmenti.] Rectiùs Breul. *tegumento*.

Laxe.] Breul. *Latius*.

Sicvt vos nostis.] Deſideratur apud Breul. *Vos*.

Modicvm qvíddam.] Et hoc *quiddam* abeſt Breulio.

* Volverit.] Breul. *Vellent*.

Conversos labores.] Meliùs apud Breul. *Diuerſos*.

Tvnicas habere.] Præponit Breul. *Tres*.

Mantos.] Breul. Feminino genere repræſentat *Mantas*. Quid ſint diximus p. 757. Poſt vocem *Mantos* ſubijcit Breul. Quod hic ſubintelligitur, *habemus*.

In æstate svbtiliorem.] Mantum ſcilicet, vt in vniuerſum tres habeant. Deficit apud Breulium *vō ſubtiliorem*, legitque: *Vnum in æſtate operimentum*. Minùs rectè, quia ſubtiliorem opponit groſſiori, quod præceſſit.

Cuculla an magni pretij. Cvcvllas non habemvs, qvia maioris svnt pretii.] Mirari licet cur propter pretij exceſſum Caſſinenſes ſcribat Cucullâ caruiſſe, cùm ex vili materia & breuior ſtrictiorque eſſe queat; neque verò pretioſior ſit quæ à S. Benedicto præſcribitur. Pelagius ſanè Papa, non magni pretij ſuo tempore fuiſſe cucullas oſtendit, cùm Sapando Epiſcopo Arelatenſi ſcribit epiſt. 4. tom. 1. Conc. Galliæ, vt ſibi Cucullas, vel Colobia comparari faciat, *quæ pauperibus erogari poſſint*. Quod ipſum Epiſt. 8. ad eundem repetit his verbis: *Vt veſtes quæ pauperibus erogentur, id eſt, Cucullas & tunicas atque ſaga comparari faciatis, & ad portum Romanum, Deo propitiante dirigere*.

Pater noster alias præcepit.] Non habet *alias* Breul. Et pro eo quod ſequitur, *Talibus veſtibus vti, quales*, legit ipſe perperam, *veſtimentis, vti, quales*.

Femoralia.] De his eorumque ſiue domi, ſiue foris, vſu, videndæ Diſquiſitiones p. 475.

Regvlarem textvm.] Breul. *Regula textum*.

Qvo vestimento omnes.] Breul. *Penè omnes*.

Melotis.] Breul. *Melotum*.

Pertinentes.] Meliùs Breul. *Pertingentes*.

Guna quæ veſtis. Gvnnas pelliceas.] Breul. Habet *geminas pelliculas*. Sed noſtra lectio non prorſus improbanda: eſt autem *Guna* veſtis pellicea. Moſchopulus: *Ϛισύρα, ἡ γοῦνα. σισύρα* eſt barbarica veſtis ex pellibus caprinis.

Cincheardus Epiſcopus Ventanæ ciuitatis epiſt. ad Lullum, quæ eſt 74. inter S. Bonifacij: *Tunica lanea, aliaq; linea, ſicut mos eſt apud nos habendi, caligas & peripſemata, orarium & cocullam & Gunnam breuem noſtro more conſutam*. Gutbertus eidem Lullo epiſt. 89 *Gunnam de pellibus lutrarum factam tuæ fraternitati miſi*. Quibus locis Serarius legendum ſuſpicatur *Gurdam*. A *Guna* eſt *gunatus*, ſiue *guna* amictus. Luitprandus in Legat. *Nec ipſa capiet eum, in qua ortus eſt, pauper & Gunata, id eſt, pellicea Saxonia*. Plura vide in Gloſſario Græcob. Meurſij.

Culcita, quid. In * cvlcitris.] Mattam S. Benedictvs in genere aſſignauit, quæ quis durior ægrotis, hinc illis culcitræ benignè indulgentur: Alij vocant *Culcitam*. Plautus in milite: *Cauſiam habens Ferrugineam, Culcitam ob oculos laneam*: Etymologiam expouit Varro lib. 4. de linguâ Latinâ: *Quod Sagus aut tomentum aliudve quid calcabant, ab inculcando Culcita dicta*.

B Præxeamvs concessvm est.] Breul. *Prebemus*. Atque ibi punctum faciens, ſequens membrum inchoat: *Conceſſum eſt etiam*, quod aptius videtur.

Manvtergia.] Iſidorus lib. 9. Etymolog. cap. 26. *Faciterginm & manutergium à tergendo faciem & manus vocatur*.

Ad codices qvos ad legendvm svscipivnt involvendos.] Nota munditiæ ſtudium & conſeruationis librorum: huius enim gratiâ, qui in Capite Quadrageſimæ ex Regulæ præſcripto ſuſcipiebantur libri, manutergijs inuoluebantur, ne ſcilicet nudæ manus contactu facilè maculentur.

C Completorii officivm.] Breul. *Vſque ad Cōpletorium*.

A Domini nativitate.] Deeſt Breulio *Domini*.

Anteriores.] Breul. *Antiquiores*.

Textvm qvoqve promissionis.] Vide ſuprà quid de hâc formula notaui pag. 408.

Ego ille.] Breul. Ego N. eodemque modo in ſequentibus, olim autem pro N. quod nunc obtinuit, conſueuiſſe poni Ill. notiſſimum eſt ex libro Sacramentorum S. Gregorij Papæ, vbi in collectis de communi Sanctorum paſſim occurrit.

Angelis svis.] Breul. *Sanctis eius Angelis*.

In hoc sancto Monasterio.] Non habetur

D *Sancto* apud Breul.

Vale Salvs.] Et hoc diſtichon deeſt impreſſo Breulij exemplari.

CAPVT VII.

Continuata Caroli Magni erga Monaſticum Ordinem ſtudia.

Quid contigerit poſt hanc epiſtolam. Hactenvs Epiſtola: quo modo autem illa Carolus Imperator vſus ſit, non arbitror ſatis liquere. Breulius recitata Epiſtola, hæc ſubijcit: E Reformatio Cœnobiorum Ordinis S. Benedicti in Gallia per Carolum Magnum, euocatis (vt dictum eſt) aliquot Monachis Caſſinēſibus attentata, an effectum ſortita fuerit, incertum: ſed diu non duraſſe certiſſimum eſt. Nam Ludouicus Pius Imperator, rexque Francorum, filius eius, in hoc etiam negotio plurimum laborauit. Sic ille.

Tom. 2. Conc. Gall. Carolus Magnus multa Concilia cogit ad reſtaurandam diſciplinam Monaſticā. Ex Concilijs, quæ deinceps poſt datam hanc Epiſtolam celebrata fuere, ipſiuſque Caroli Capitularibus vtcumque colligitur non neglectam prorſus Monachorum curam. Nam quod anno regni eius 11. Chriſti 779. in Synodali Conuentu editum eſt Capitulare, tertio loco ſtatuit, vt *Monaſteria quæ regularia fuerunt, ſecundum Regulam viuant*. Capitulare Aquiſgran. anno 789. agit de Monachis & Clericis c. 14. 22. 26. 27. 31. 52. & de monaſtica probatione

batione 73.canone autem 80.ſtatuitur:vt *Monachi cantum Romanum per nocturnale & gradale officium peragant.*

Subijciuntur ad calcem & alia Capitula, quæ vt habet inſcriptio, ad *Monachos propriè ſpectant*, & eidem loco & anno in nonnullis codicibus adſcribuntur. Quæ quidem iuxta ſeriem capitum Regulæ S.BENEDICTI.ipſiuſque phraſibus exprimuntur. Anno 794. celebratum eſt Francofordienſe Concilium,in quo pro Monaſtica diſciplina quartò citatur Regula S. BENEDICTI. Sed peculiarem omnino curam,quam de Monachis habuit,oſtendit Capitulare Interrogationis, quod anno Imperij ſui vndecimo (id eſt Chriſti 811.) edidit, de ijs quæ pro communi omnium vtilitate interroganda conſtituit.*De conuerſatione Monachorum, & vtrum aliqui Monachi eſſe poſſint præter eos, qui Regulam* S.BENEDICTI *obſeruant. Inquirendum etiam,ſi in Gallia Monachi fuiſſent priuſquam traditio Regulæ* S. BENEDICTI *in has parochias perueniſſet.* Anno autem 813.vt Eginhartus in Chronico loquitur, *iuſſu Caroli Concilia ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt:quorum vnum Moguntiaci, Alterum Remis,tertium Turonis,quartum Cabilone,quintum Arelati congregatum eſt.* In eo autem,quod primo nominatur loco,Concilio Moguntino in Clauſtro Baſilicæ S. Albani celebrato, in tres turmas diuiſi erant. qui ad Concilium conuenerant. In prima ſedebant Epiſcopi.In ſecunda conſederunt.*Abbates,ac probati Monachi Regulam* S.BENEDICTI *legentes,atque tractantes diligenter, qualiter Monachorum vitam in meliorem ſtatum, atque augmentum cum Dei gratia perducere potuiſſent.* In tertia denique turma ſederunt Comites & Iudices: In eo autem can.9.Abbates cum Monachis promiſerunt *viuere ſecundum doctrinam Sanctæ Regulæ* BENEDICTI. Quod ipſum inculcatur in Concilio Remenſi 2.cap.9.& in Turonenſi 3.c.25.& in Cabilonenſi 2.c.22. Ex quibus facilè colligas inclinatam tum temporis monaſticam diſciplinam pijſſimum Cæſarem harum Synodorum ope,qua liceret,ad primæuum inſtitutum revocare ſtuduiſſe,fueritque adeò ſi non perfecta,affecta ſaltem & tentata hoc tempore Ordinis noſtri Reformatio,quam poſtea filius eius Ludouicus Pius feliciùs abſoluerit.

Non potuit omnia perficere.

CAPVT VIII.

De Generali Reformatione Sub Ludouico Pio in Concilio Aquiſgranenſi facta.

Ludouicus Pius ſucceſſit,& ad ... nem deduxit.
Præfat. ad Syn.Aquiſgran.ana. 816
Duplici Concilio Aquis indicto,
Aimon l.5. de Geſt. Franc.c.9.
Vno pro Canonicis reformandis,

DEFVNCTO Carolo, Imperij habenas ſuſcepit Ludouicus ab inſigni vel in ſacras res, vel in ſuos pietate cognomen *Pij* apud poſteros conſecutus. Cœpit *hic ſecundum ardentiſſimam erga diuinum cultum ſibi inſpiratam voluntatem, multa congrua & neceſſaria de emendatione Sanctæ Eccleſiæ ſolerter ac ſtudioſè pertractare.* Duplicem proinde inſtituit Aquiſgrani Synodum,alteram pro Clericorum,alteram pro Monachorum reſtaurandi diſciplina.De vtraque ſic Aimoinus noſter: *Imperator generalem habuit Conuentum Aquiſgrani:in quo quantum feruoris circa diuinum cultum pectoris geſtaret in arca,toto declarauit adniſu.Congregatis enim Epiſcopis nobiliſſimoq; Sanctæ Eccleſiæ clero, fecit componi ordinariq; librum, canonicæ vitæ normam geſtantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, ſicut reculus ipſe fatetur. In quo etiam inſeri iuſſit cibi potuſq;, atque omnium neceſſariorum ſummam:vt omnes tam viri quàm Sanctimoniales ſub hoc ordine Chriſto ſeruientes, nullis præpediti neceſſitatibus liberâ ſeruitute Domino omnium militare meminiſſent. Quem librum per omnes ciuitates & Monaſteria Canonici Ordinis ſui miſit imperij, per manus miſſorum prudentium: qui illum in omnibus ſupradictis facerent tranſcribi locis,debitaq; atque conſcripta exigerent ſtipendia miniſtrari. Quæ res magnum Eccleſiæ contribuit exultationis tripudium,& pijſſimo Imperatori debita cum laude immortale monimentum. Iſidemq; conſtituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo ſtrenuos Monachos per omnia vita, qui per omnia Monachorum euntes redeunteſq; Monaſteria,vniformem cunctis traderet Monaſterijs (tam viris quàm Sanctimonialibus fœminis) viuendi ſecundùm Regulam* S. BENEDICTI *incommutabilem morem.* Sic ille. De hoc autem Concilio inquiri poteſt,quo anno celebratum , quot in eo ſancti Canones,quis præſederit,quantæ ſit auctoritatis.

CAPVT VIII.
Altero pro Monachis.

De tempore ſatis conſtat:nimirum anno 816. Canonicorum,817.Monachorum celebratum VI. idus Iulij.Quibus annis aſſignantur tom.2.Conc. Gall. Sirmondi, & patet ex præfatione vtriuſque, Imperij Ludouici 3.& 4.vnde Lambertus Schafnaburgenſis ad annum 817.*Ludouicus Imperator Aquiſgrani habuit Synodum;ibiq; ordinauit vitam Monachorum.*Canones,ſiue Capitula ait Leo Oſtienſis eſſe 62. ſed ad marginem adiecit Breulius : nunc ſunt 80. ſed forſan quædam in plura diuiſa.Baronius autem quia nunc ſunt 80.in Leone pro 62. ſubſtituit 80.vocabantur autem hoc æuo Canones & decreta Conciliorum , vel ſtatuta regum aut Epiſcoporum , *Capitula.* Hadrianus Papa Carolo Magno : *Edidit nobis Capitulare aduerſus Synodum* &c. *vnde per vnumquodque Capitulum reſponſum dedimus.*Lupus Ferrarienſis: *Canones eoſdem,ſiue vt vos vocatis,Capitula.*

Quæſitum de anno,
Oſtienſ. Chron. Caſſ.lib.1. c.18.
De numero Canonum vltimi Concilij.
Capitula, quid.
Lup.epiſt. 41.

De Concilij præſide,Canonumque auctore res non tam expedita. Tribuuntur iſta Ludouico, inquit Baronius,vt quia interfuit,& harum ſcribendarum legum fuiſſet auctor & promulgator,tamē non ab ipſo Ludouico conſtituta fuiſſe,ſed ab ipſis Abbatibus vnà ſimul conſidentibus , ipſius concilij inſcriptio manifeſtat. Quis autem ex omnibus Abbatibus cum auctoritate præſederit , inquirimus. Fuiſſe BENEDICTVM,ex citatis Aimoini verbis colligitur , & ex Diplomate Ludouici Pij de Ordine Monaſtico in Monaſterio S. Dionyſij : *Vnde,* inquit, *ad Monaſticæ inſtitutionis normam corrigendam duos Religioſos & Venerabiles vitæ Abbates Benedictum & Arnulphum conſtituimus,qui per noſtrum à Deo gubernandum & conſeruandum imperium ſedulò huic negotio ſtudioſè inſiſterent.*Sed quis hic BENEDICTVS? reperio eſſe eum qui Anianæ primùm, poſtmodum Indenſis Monaſterij Abbas fuit, qui Carolo Magno & Ludouico in delicijs fuit. Nam vt familiariùs ei adhæreret, iuſſit Imperator, (vt Ardo in vita BENEDICTI ſcribit) conſtrui miro opere Monaſterium quod vocatur,*Inda*,mutuato de riuulo eiuſdem vallis nomine.In Dedicatione Eccleſiæ adfuit Imperator, eamq; de ſuis copioſiſſimè ditauit fiſcis.Et paulò pòſt ſubdit:*Erat miſerorum aduocatus, ſed Monachorum Pater , pauperum conſolator, ſed Monachorum eruditor,diuitibus pabulum vitæ præbebat,ſed Monachorum mentibus Regulæ diſciplinam inculcabat: Omnium licet vtilitatibus con-*

Quis præfuerit huic Synodo.
Baron.an. 817.
Tom. 2. Conc Gall. an.832.
S. Benedictus Anianæ Abbas.
Qualis fuerit.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

ſuleret. Monachorum, tamen neceſſitatibus ſedulò intendebat. Præfecit eum quoq; Imperator cunctis in regno ſuo Cœnobijs, vt ſicut Aquitaniam, Gotiamq; norma ſalutis inſtruxerat, ita etiam Francos ſalutifero imbueret exemplo. Multa denique Monaſteria erant quæ quondam regulariter fuerant inſtituta, ſed paulatim tepeſcente rigore, regularis penè deperierat ordo. Vt autem, ſicut vna omnium erat profeſſio, fieret quoq; omnium Monaſteriorum ſalubris vna conſuetudo, iubente Imperatore, aggregatis Cœnobiorum patribus vnà cum quamplurimis Monachis perplures reſedit Dies. Omnibus ergo ſimul poſitis, Regulam ab integro diſcutiens, cunctis obſcura dilucidans dubia patefecit; priſcos errores abſtulit, vtiles conſuetudines, affectuſq; confirmauit. Indicia igitur Regula, cunctaq; dubia ad proficuum deducta effectum, quas minus Regula pandit conſuetudines aſſentientibus cunctis protulit, quibus etiam Capitulare Inſtitutum Imperatori confirmandum præbuit, vt omnibus in regno ſuo poſitis Monaſterijs obſeruare præciperet, ad quem librum ſcire cupientem dirigimus; cui protinus Imperator aſſenſum præbuit, inſpectoreſq; per ſingula poſuit Monaſteria, qui verum ea quæ viſa fuerant ſic obſeruarentur, inſpicerent, quique etiam formam ſalubrem ignorantibus traderent. Perfectum itaque propagatumq; eſt opus diuina opitulante miſericordia, & vna cunctis generaliter poſita obſeruatur Regula, cunctaq; Monaſteria ita ad formam vnitatis redacta ſunt, ac ſi ab vno magiſtro, & in vno imbuerentur loco vniformis menſura in potu, in cibo, in vigilijs, in modu-

Regulam in hoc Concilio expoſuit.

Imperatori hos Canones obtulit.

Quos iuſſi vbique obſeruare Monachi,

A *lationibus cunctis obſeruanda eſt tradita.* Hactenus vitæ auctor. Hic ille eſt BENEDICTVS, qui vt ibidem habetur, fecit Librum ex Regulis diuerſorum Patrum collectum, ita vt prior B. BENEDICTI Regula eſſet, quem eundem eſſe arbitror Regularum codicem, Monaſteriorum S. Maximini Treuiris, S. Pantaleonis & Corporis Chriſti Coloniæ. Scripſit & alium, cui nomen *Concordia Regularum*, de quo nos lib. 2. p. 160.

Alia huius Benedicti opera.

Iam quod auctoritatem Synodi ſpectat, fuit ea ſanè eximia, Nam Smaragdus vocat *Francorum magnum Concilium*; Auctor vitæ S. Meinwerci, *Generalem Synodum*. S. Dunſtanus *Synodale concilium magnopere cuſtoditum*. Quod luculentius extulit Leo
B Oſtienſis de Capitulis hisdicens: *Quæ omnia apud nos perinde ferè ac ſi Regula* S. BENEDICTI *obſeruantur.*

Quanta huius Synodi auctoritas.

Dunſt. ſtat. c. 8.

Leo Oſt. vbi ſuprà.

Sed iam ipſa Capitula ſiue Canones adeamus, quos primum, edidit quod ſciam, Pithoeus addit. 1. ad Capitularia regum Anſegiſi, inde repræſentauit ad finem Tom. 3. Chronographus noſter Antonius Yepez, qui & notis illuſtrauit. Seuerinus Binius ſuis inſeruit Conciliorum Tomis, vti & Sirmondus tom. 2. Conc. Gall. & Aſcanius Tamburinius Tom. 1. de Iure Abbatum editionis Romanæ. Nos item ex Sirmondi exemplari Lectoribus hîc repræſentamus, & cum pleraque in diſquiſitionibus allata ſint, ijs indicatis, reliqua breuiter elucidamus.

Vbi extent hi Canones.

CONVENTVS AQVISGRANENSIS

ABBATVM FRANCIÆ CVM MONACHIS SVIS;

In quo ad regularium inſtitutionem communi conſenſu edita ſunt Capitula LXXX.

PRÆFATIO.

CANONES AQVISGRANENSES.

ANNO Incarnationis Domini noſtri IESV CHRISTI DCCCXVII. *Imperij verò glorioſiſſimi principis Ludouici IV.* VI. *Idus Iulias, cùm in domo Aquiſgrani palatij, quæ Lateranus dicitur, Abbates complures vnà cum ſuis reſediſſent Monachis, quæ ſubſequuntur Capitula communi conſilio, ac pari voluntate inuiolabiliter à Regularibus conſeruari decreuerunt.*

CAPITVLA.

I.

De Abbatibus, mox vt ad Monaſteria ſua remeauerint, vt regulam diſcutiant, & efficaciter legant, & quod legerint & intellexerint, cum ſuis obſeruent Monachis.

VT Abbates, mox vt ad Monaſteria ſua remeauerint, Regulam per ſingula verba diſcutientes pleniter legant, & intelligentes Domino opitulante efficaciter cum Monachis ſuis implere ſtudeant.

Vt illi, quibus animus ſtudiumque eſt vete-
A rum monumenta ex ſcriptorum vitiò varijs locis deprauata priſtino nitori reſtituere, nihil antiquius habent, quàm ea ad autographa ipſa, diligenter conferre, & ex fide eorum malè habitis ſententijs lucem medicinamque adferre: itaquoque qui collapſam Monaſticæ vitæ diſciplinam meditantur inſtaurare, primò omnium in ipſam REGVLAM, ceu primigeniam formam, oculos conijciunt vt ad eius amuſſim, quidquid vel hominum negligentia, vel temporum malignitate dilapſum fuerit, poſtliminio reuocetur. Quid enim aliud eſt reformatio, quàm deperditæ iam pridem formæ reſtauratio? Hęc autem forma REGVLA potiſſimùm continetur. Hinc Romanus Sapiens: *Niſi ad* REGVLAM *praua non corriges.* Et Hieronymus in cap 6. ad Galat.

Scopus in quem collimant Ordinum reformatores.

Seneca Epiſt. 11.

A Galat. *Ad normam*, inqoit, *omnia diriguntur, & verũ praua rectanè ſint, cum* REGVLA *appoſita fuerit, arguuntur.* Hoc ſenſu imbuti huius Syoodi Abbates, ab ipſa REGVLA Decretorum ſuorum ſumpſêre principium, & iu ipſo limine tria hæc ſtatuunt. 1. *Vt Abbates cum ad ſua remearine*, REGVLAM *diſcentientes pleniter legant.* 2. vt eam *intelligant.* 3. *vt eam Domino opitulante efficaciter cum Monachis ſuis implere ſtudeant.* Optimo ſanè ordine, nam qui iuxta REGVLAM profeſſus eſt, ea, ne ignorantia ſubrepar, ſæpius ei legenda. Hinc ipſe Legiſlator Reg. cap. 66. REGVLAM *autem hanc volumus ſæpius in congregatione legi: ne quis fratrum de ignorantia ſe excuſet.* De qua lectione actum ſuperius. Sapit porrò hic Canon ſoorem ſuum, & de cuius pectore profluxerit,

In hoc Canone Patribus propoſitum.

B manifeſtè oſtendit. De ſancto enim BENEDICTO Anianenſi Abbate, & Conuentus huins Præſide, Ardo vitæ auctor ſcribit: *Dedit autem cor ſuum ad inueſtigandam beati* BENEDICTI REGVLAM, *eamque vt intelligere poſſet ſatagens circumiuit Monaſteria, peritos quoſque interrogans quæ ignorabat.* In hunc ſcopum quoque collinearuor primi Ciſtertienſes, de quibus liber inſcriptus *Exordium magnum* l. 1. c. 24. *Regulam B.* BENEDICTI *in loco illo ordinare, & vnanimiter ſtatuerunt tenere, reijcientes à ſe quidquid Regulæ refragabatur. Sicque rectitudinem Regulæ ſupra cunctum vitæ ſuæ tenorem ducentes, tam in Eccleſiaſticis, quàm in ceteris obſeruationibus, Regulæ veſtigijs*

Et primis Ciſtertienſibus.

C *ſunt adequati, & conformati.* Hioc in Charta, quam vocaor Charitatis, primo articulo præſcribitur, *vt Regula* D. BENEDICTI *obſeruetur ſine nouo ſenſu, ſine mutatione aliqua.*

II.

De Monachis, vt Regulam S. BENEDICTI *qui valuerint memoriter diſcant.*

Vt Monachi omnes qui poſſunt Regulam memoriter diſcant.

Excuſſimus hoc in Diſquiſitionibus ooſtris lib. 2. Tract. 8. diſq. 7. pag. 202.

III.

D *De regulari officio, vt iuxta præceptum* S. BENEDICTI *celebretur inter alia.*

Vt officium iuxta quod in Regula S. BENEDICTI continetur, celebrent Monachi.

Ratio: quia aliqui Agaunenſium, vel S. Columbani ſequebantur ritum: alij Romanum, quem Theodemaius in epiſtola ſuperiùs allata permiſerat Carolo Magno. Vnde in Capitulari Aquiſgranenſi anno 789. n. 80. decreuit, *vt Monachi cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant.*

IV.

E *Vt tam in coquina, quamque & in cunctis Monaſterij officinis, Monachi operentur, & vt ipſi veſtimenta ſua lauent.*

Vt in coquina, in piſtrino, & in ceteris officinis, proprijs operentur maoibus, & veſtimenta ſua opportuno tempore lauent.

Pericrant hoc à Carolo Magno Fuldenſes in Libello Supplici n. 16. de quo nos pag. 848. 886. Veſtilauium aurem ex hoc loco commendauimus, pag. 464.

V.

De monachis, vt poſt matutinalem expletionem, niſi ante conſtitutam ſurrexerint horam,

A *denuo ad lectos ſuos non præſumant cauſâ dormiendi redire.*

CANONES AQVISGRANENSES.

Vt nullo vmquam tempore poſt vigilias cauſſâ dormiendi, niſi contigerit eos ante horam conſtitutam ſurgere, ad lectos redeant ſuos.

Explicarum lib. XII. tract. 2. diſq. 5. quibus adde quæ de intervallo poſt Vigilias nocturoas annotauimus pag. 751.

VI

B *Vt monachi, niſi in ſabbato ſancto Paſchæ, per totam Quadrageſimam non radantur: alio tempore poſt finitos XV. dies licitè radantur, tam in ſabbatis, quàm & in octauis Paſchæ.*

Vt in Quadrageſima, niſi in ſabbato ſancto, non radantur: in alio autem tempore, ſemel per XV. dies radantur, & in octauis Paſchæ.

Canon hic lucem accipiet ab ijs quæ pag. 529. attulimus.

VII.

De balnearum vſu.

Vt balnearum vſus in arbitrio Prioris conſiſtat.

C Num Monachis balnearum vſus indulgendus, & qoatenus, dictum lib. XI. tract. 5. diſq. 7.

VIII.

De non edendis volatilibus à Monachis intus foriſue, niſi infirmitatis cauſâ.

Vt volatilia intus foriſue, niſi pro infirmitate, nullo tempore comedant.

Explicat quod ex Regula aliquouſque obſcurum de volatilium manducatiooe, cui lucem præbebit diſquiſitio 2. & 3. lib. X. Tract. 6. pag. 930. & 933.

IX.

Ne Epiſcopi Monachis volatilia comedere præcipiant.

D Vt nullus Epiſcoporum Monachis volatilia comedere præcipiant.

Decretum hoc, quia S. Fructuoſus in Reg. c. 5. permiſerat volatiliũ eſum, ſi ab Epiſcopo vel principe Monachi inuitarentur. Obſeruauit canonem hunc accuratè B. Goſwinus Abbas Aquicioctenſis, qui Epiſcopis, & Archiepiſcopis, Cardioalibuſque carnium eſum imperantibus, nou acquieuit, vt ex eius actis conſtat.

X.

Ne à Monachis poma & lactucæ, niſi quando alius cibus ſumitur, manducentur.

E Vt poma & lactucæ, niſi quando alius ſumitur cibus, non comedantur,

Vide ordinem Conuerſationis Monaſticæ cap. 11. n. 15. Ex Theodemari Epiſtola conſtat poma etiam cum potu poſt Nonam exhiberi ſolita, quod hoc canone abrogatur.

XI.

De certo tempore phlebotomandi non obſeruando: & vt monachis tunc ibi cibus potuſque magis in ſupplementum largiatur.

Vt certum phlebotomiæ tempus non obſeruent: ſed voicuique ſecundum quod neceſſitas poſtulat concedatur; & ſpecialis in cibo & in potu tunc cõſolatio prębeatur.

Statam

CANONES AQUISGRANENSES.

Statam bis terve in anno ſanguinis miſſionem Medicorum præſcribunt filij, quæ & ante hæc tempora in Clauſtris obſeruata, vt vel omnes, vel altera Monachorum pars ſanguine minueretur. Id canone iſto reuocatur, quamuis poſtea apud Cluniacenſes, Ciſtercienſes, Carthuſianos alioſque rurſus obtinuerit, vt alibi à nobis notatum.

XII.

Vt ſi neceſſitas poſtulauerit, Monachis poſt veſpertinum cibum, ante lectionem Completorum potus tribuatur: ſimiliter Quadrageſimali tempore, vel quando mortuorum officium egerint.

Vt ſi neceſſitas popoſcerit ob operis laborem, poſt refectionem veſpertinam, etiam & in Quadrageſima pari modo, & quando officium mortuorum celebratur, priuſquam lectio Completorij legatur, bibant.

Cum his diebus, atque etiam ab Idibus Septembris vſque ad Paſcha vnicam dumtaxat S. BENEDICTI Regula præſcribat refectionem, eamque ad nonam, aliàs etiam ſerius; contingeret autem poſt eam Monachos laborare; officium mortuorum decantare; ex quoſitis & bibendi neceſſitas oriebatur; indulgetur hic eo titulo potus. Neque enim tum ſerotina ientacula, quæ Collationes appellant, in vſu erant. De quibus nonnulla diximus pag. 871.

XIII.

De monacho à Priore ſuo increpato.

Vt cum à quocumque Priore ſuo increpatus quis eorum fuerit. Mea culpa primò dicat: dehinc proſternens ſe illius pedibus cum cappa ſi habuerit, veniam petat. Et tunc iubente Priore ſurgat, & vnde interrogatus fuerit, rationem humiliter reddat.

Vide hunc Canonem pænè deſcriptum in Ordine Conuerſat. Monaſtic. cap. 3. & Diſquiſit. pag. 799.

XIV.

Ne nudi coram alijs vapulent Monachi.

Vt nudi pro qualibet culpa coram fratrum obtutibus non flagellentur.

De hac nuditate lege quæ diximus pag. 830.

XV.

Ne ſoli in itinere dirigantur monachi.

Vt ſoli ſine alio fratre in via non dirigantur.

Explicatio quædam capitis 67. Regulæ S. BENEDICTI, adi me lib. XI. tract. 4. diſq. 1.

XVI.

Ne ſibi compatres vel commatres Monachi faciant.

Vt ſibi compatres commatreſve non faciant, neque oſculentur feminas.

Monachi ne ſint patrini.

Sæpiùs hoc præſcriptum & inculcatum. Gregorius ſcribit Valentioo Abbati lib. 3. epiſt. 48. *Vt neque mulieres in Monaſterio tuo deinceps qualibet occaſione permittas aſcendere, neque Monachos tuos eas commatres ſibi facere.* Concilijs id etiam vetitum reperies. Antiſiodorenſe can. 25. *Non licet Abbati filios de baptiſmo habere, nec Monachis commatres habere.* Auguſtodunenſe ſub S. Leodegario can. 5. *Vt compatres nullus eorum audeat habere.* Quæ etiam habet Iuo part. 7. c. 100. Londinenſe II. tempore S. Anſelmi, anno 1102. *Ne Monachi compatres, ne Mona-*

A *chæ commatres fiant.* Et hinc Scholaſticæ & Moralis Theologiæ Doctores paſſim ſcribunt hoc illicitum. Vnde Rituale Romanum Pauli V. de Sacramento Baptiſmi §. *de Patrinis* præſcribit: *Ad hoc admitti non debent Monachi vel Sanctimoniales, neque alij cuiuſuis Ordinis Regulares à ſæculo ſegregati.*

XVII.

Ne murmurent monachi tempore legendi, & meridiano occupati ad colligendas fruges.

Vt ſi neceſſitas fuerit eos occupari in fruges colligendo, conſtitutum legendi &
B meridie pauſandi tempus præmittatur, & operantes non murmurent.

Regulæ cap. 48. indicatur Monachorum eſſe *vt ad fruges colligendas per ſe occupentur.* De quo conſule lib. IX. tract. 2. diſq. 2. p. 846. Quod autem dicitur: *Vt legendi & meridie pauſandi tempus præmittatur*; contrario ſenſu legitur in Canonibus Caſſiano ſubiunctis in editione prima Gazæi, *prætermittatur.* Sed noſtra verior lectio, quam confirmat Regula Cuiuſdam ad virgines c. 12. vbi legitur: *Sic tamen operi manuum inſiſtendum eſt, vt lectionis fructus non omittatur.* Et mox: *Hoc Abbatiſſæ arbitrio conſiderandum eſt, vt ſecundum quod tempus exigit,*
C *aut fortioris laboris pondus, vel ad Sextam, vt iuſte iudicauerit ab opere ſit quieſcendum, & poſt quietem vel refectionem vſque ad veſperam ſit operandum.*

XVIII.

De monachis quarta, & ſexta feria ieiunantibus.

Ut quarta & ſexta feria ieiunantes, ante nonam, aut poſt Nonam, ſi neceſſitas fuerit, iuxta Prioris arbitrium, leuia opera exerceant.

Conforme eſt præcedenti canoni, & citatæ ibidem Regulæ cuiuſdam ab virgines. Vult enim nec laboris obtentu lectionem, nec ieiunij, laborem prorſus omittendum, ſed hac parte ſubleuandum,
D quod opera ipſa ſint leuiora.

XIX.

Vt in Quadrageſimali tempore monachi libros accipiant.

Vt in Quadrageſima libris de bibliotheca ſecundum Prioris diſpoſitionem acceptis, aliàs niſi Prior decreuerit expedire non accipiant.

Conſonat Regulæ cap. 48. præſcribenti libros ex integro legi. Vide Diſquiſititiones pag. 865. Ceterùm & de ritu diſtribuendi libros præter ibi dicta vide veteres Conſuetudines Floriacenſes
E pag. 394.

XX.

De veſtimento Monachis, nec ſatis pretioſo, nec ſatis vili dando.

Vt eis veſtimenta nec multùm vilia, nec multùm pretioſa, ſed mediocria dentur.

Mitigatio quædam illius S. BENEDICTI cap. 55. *vt veſtes ſint, quales inueniri poſſunt in prouincia in qua habitant, aut quod vilius comparari poteſt.* Propter honeſtatem enim, volunt non nimis vilem Monachi eſſe habitum. Iſidorus in Regula cap. 14. *Sicut non oportet in Monacho eſſe notabilis habitus, ita nec ſatis abiectus. Nam pretioſa veſtis animam ad laſciuiam protrahit: nimis vilis, aut dolorem cordis parit, aut morbum vanæ gloriæ contrahit.*

XXI.

XXI.

De cucullæ menſura:

Vt menſura cucullæ duobus conſiſtat cubitis.

Senſum huius Canonis pete ſuprà lib. 5. pag. 475

XXII.

De poteſtate Abbatis ſi extra menſuram infra poſitam aliquid addendum decreuerit.

Vt ſi infra poſitæ menſuræ quantitatem decreuerit Abbas cauſsâ neceſſitatis quippiã augeri, in illius maneat poteſtate. Alioquin hoc omnino prouideat, vt camiſas duas, & tunicas duas, & cucullas duas, & cappas duas vnuſquiſque Monachorum habeat, quibus verò neceſſe eſt addatur & tertia, & pedules quatuor paria, & femoralia duo paria, roccum vnum, pellicia vſque ad talos II. faſciolas II. quibus autẽ neceſſe eſt itineris cauſſa, alias duas. Wantos in æſtate, muffulas in hyeme veruecinas. calciamenta diurna paria II. ſubtalares per noctem in æſtate II. in hyeme verò ſoccos. Saponem & vncturam ſufficienter. pinguedinem ad eſum, excepto ſexta feria, & XX. diebus ante Natiuitatem Domini, & ſeptimana illa quæ ante Quadregeſimam vocatur quinquageſima. Vbi autem vinum non eſt vnde hemina detur, duplicem menſuram de ceruiſia bona. Et quæcumque præter hæc Regula iubet, ſinguli cùm neceſſitas poſtulauerit abſque dilatione accipiant.

Quod hîc tanta veſtium multitudo, conſideranda partitio quam pag. 466. fecimus. Aliæ enim ſunt diurnæ & nocturnæ; aliæ hibernæ & æſtiuæ, aliæ viatoriæ & pro opere manuali. Canonem hunc præ oculis habuiſſe videtur, & quodammodo expreſſiſſe in ſuis Statutis Guigo cap. 28. *Ad veſtimentum autem* (accipit) *duo cilicia: duas tunicas: duas pellicias: vnam deteriorem, alteram meliorem. duaſque ſimilitet cucullas: tria paria caligarum: paria pedulium quattuor: pelles: capam: ſotulares nocturnos & diurnos: ſagimen quoq; ad vngendum: lumbaria duo: cingulum: omnia canabina & groſſa.* Sed allatas hic explicemus voces.

Camiſia quid ſint.

CAMISIAS.] Hieronymus epiſt. ad Fabiolam: *Solent militantes habere lineas* (tunicas) *quas Camiſias vocant, ſic aptas membris, & adſtrictas corporibus,* &c. De his Iſidorus Orig. lib. 19. c. 22. *Camiſias vocamus, quod in his dormimus in camis, id eſt, in ſtratis noſtris.* Papiæ *cama* eſt, *lectus breuis.* Paulus Diaconus Epitoma Feſti: *Supparus, veſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula, id eſt, Camiſia dicitur.* Britto Synonymis

Interulam vel Camiſiam *rem dicimus vnam;*
Additur his alias ſubitura ſubucula veſtes

Alamannis corrupta voce Hemmet ſolẽni more mollientibus priſcam pronunciationem, quæ erat Chamit, vt obſeruauit Goldaſtus not. in cap. 10. Ekkehardi de Caſ. S. Galli. Poſteriores Græci dixere Kαμίσιον, de quâ voce Gloſſar. Meurſij. Hinc & Hiſpanis *Camiſa*, Italis *Camicia* & *Camiſcia*, Gallis *chemiſe*.

TVNICAS.] De his memini ſcripſiſſe pag. 485.

Cuculla diſtincta à cappis.

CVCVLLAS DVAS, ET CAPPAS DVAS.] Diſtinguit cucullas à cappis. Statuta Lanfranci cap. 7. Camera- A rius dat *fratribus in iter profecturis cappas, faſciolas, calcaria.* Vita S. BENEDICTI Anianenſis: *Conceſſit etiam neceſſitatis cauſsâ, propter* (præter) *quam Regula iubet duas ſtamineas, & femoralia, pelliceas quoq; & tegumenta eorum, Cappas duas, & quæcumq; neceſſaria proſpexit.* Rituale Affligenienſe part. 3. cap. 2. *Cappam* pro chlamyde exeũtium accipit. Nicolaus IV. in Bulla ad Cluniacenſes: *Vt Monachi ſicut in clauſtro, ita foris ſe habeant: nec incedant ſine cuculla & flocco, vel ſine capa regulari & honeſta, nec nimium ſumptuoſa.* Clement. Ne in agro, *Vbi ſunt duodecim Monachi, floccos, vbi pauciores cucullas deferant. Itinerantes floccum cucullam, aut cappam clauſam habeant: & ſubtus cappam (ſi eam portauerint) cucullam* B *deferant, aut ſi maluerint ſcapulare.* Ioannes Andreæ in hunc locum: Rondelli, qui nunc in vſu ſunt, non ſunt propriæ *capæ*: non enim habent caputium appenſum. Et nota, quia licet ſub capa ſit portandum ſaltem ſcapulare, ſub flocco vel cuculla non quaſi illa ſint habitus ſed non capa. Cappæ ergo ſunt itinerantium indumenta.

Canones Aquiſgranenſes.

PEDVLES.] Expendimus Lib. 5. pag. 500.

FEMORALIA.] Et de his fuſè actum pag. 495.

Roccus, roccus.

ROCCVM VNVM.] Alij legunt, *roccum*: Meurſius in Gloſſario, *ruccum*. Ibi *Ruccum* eſt ϱώχιον, ſiue ϱουχον. *Roccus* autem à Germanico Rock veſtem ſupremam ſignificat, qua voce plures mediæ ætatis C vſi ſcriptores. Ekkehardus de caſ. S. Galli cap. 14. *Brachialeq; rocci ſubter caput reuoluens.* Et cap. 16. *Senes quoſdam ad cingulum barbatos Monachicis indutos roccis nobiſcum ingredi.* Ibidem: *Ad vrinam ſurrexit ſine rocco, & nudipes.* Helgaldus in vita Roberti regis: *Et exuens ſe veſtimento purpureo, quod linguâ ruſticâ dicitur rocus.* Hinc & Italicum *Rochetum*, ſiue *Rocchettum*; de cuius originatione vide Ganantum ad rubr. Miſſ. p. 2. t. 1. n. 2.

PELLICIA.] Lege Diſquiſitiones pag. 488.

Faſciola.

FASCIOLAS DVAS.] Quænam hæ, coniectandum potiùs quàm aſſerendum. An fortè mappulæ aut ſudariola, de quibus in hoc ſenſu nulla mentio. Alioqui lego in Regula Magiſtri c. 81. *faſciolas* pro D pedulibus. Sic & in vita S. Eugendi c. 3. *Conſtrictus ocreis crura, faſcioliſq; plantas.* Fortè & hic ſumuntur pro crurum tegmine, vt notabam pag. 304. Sanè qui hoc æuo vixit Eginardus hac notione accepit, de Carolo Magno in vit. c. 7. ita ſcribens: *Faſciolis crura, & pedes calciamentis conſtringebat.*

WANTOS IN ÆSTATE.] barbara vox, chirotecas deſignans, à Belgico Wante deriuata. Galli dicunt, *gan*, Hiſpani, *guante*, Itali, *guanti*. Gloſſ. Latinotheotiſc. *VVante* & manicæ Hauſchuhe, vnde Flandricum Hand-ſchoen.

MVFFVLAS.] Martinius in Lexico Philologico: *Muffula*, vox à Gallis ſumpta. *Mouffles*, aliter *Mi-* E *taines*, hibernæ manicæ, chirothecæ hibernæ.

CALCIAMENTA DIVRNA &c.] Totum hunc calceatum, & eò ſpectantia latiùs expendi pag. 504.

SAPONEM ET VNCTVRAM.] Dabantur hæc inungendis calceis, cui operi non puduit olim Monachos, imò & Abbates illuſtreſque in ſæculo viros ſe ſubſternere, vt colligere eſt ex dictis à me pag. 469. Ceterùm *Sapo* eſt ſmegma, & nomen adhuc ex parte ſeruamus, Belgæ enim dicunt Zeepe, Galli, *Sauon*, Itali, Sauone.

VBI AVTEM VINVM NON EST.] Idem ſtatuitur pro Canonicis & Sanctimonialibus in Regula præcedenti anno in Concilio Aquiſgranenſi edita.

XXIII.

Canones Aquiſgranenſes.

XXIII.

De pedibus fratrum viciſſim lauandis

Vt in Quadrageſima, ſicut & in alio tempore, viciſſim ſibi pedes lauent, & antiphonas huic officio congruentes decantent. In cœna verò Domini pedes fratrum, ſi valet, Abbas lauet & oſculetur, & demum propria manu poculum eis porrigat.

Agitur hîc de duplici pedilauio, altero Sabbatino, altero Cœnæ Domini, eoque ſolemniſſimo. De priore actum lib.10.tract.1.pag.887. Poſterioris ritum hic expreſſum videre eſt in veteribus Conſuetudinibus Floriacenſibus, mihi pag. 400. Eundem ritum nonnihil variatum vide in Statutis Dunſtani cap.3. Et Lanfranci cap.1.§.4.

XXIV.

De mandato poſt cœnam faciendo.

Vt mandatum, ſi tempus cœnæ eſt, tam fratrum quàm etiam peregrinorum poſt cœnam fiat.

Obſeruatum id à Ciſtertienſibus. Vnde liber vſuum cap.108. decernit vt Mandatum fiat *ſtatim poſt veſperas, ſi dies ieiunij fuerit, aut poſt refectionem ſeruitorum, ſi quadrageſima, vel poſt cœnam eorumdem, ſi dies fuerit prandij.* Similiter Rituale noſtrum Affligenienſe part.2.c.8. *Omni tempore quo bis in die comeditur ſit poſt cœnam.*

XXV.

De menſura Monachorum, vt ea Abbates illorum ſint contenti.

Vt eâ, quam Monachi ſui habent, menſurâ ſint Abbates contenti in manducando, in bibendo, in dormiendo, in veſtiendo, in operando, ſi in alijs vtilitatibus non fuerint occupati.

Omnimodam Abbatis cum conuentu æqualitatem & cõformationem hic exigit Canon; vt quorum vna profeſſio, non diſpar ſit cibus aut cultus. De cibis Iſidorus Reg.c.9. *Abbas citra lãguoris neceſſitatem cibos in conſpectu pariter cum fratribus ſumat: nec aliud, quàm ceteri, nec cultius, quàm quæ in communi conſiſtunt, præparari ſibi quidpiam expetat.* Fructuoſus Epiſcopus reg.c.11. *Excepto aduentu Fratrum & languoris neceſſitate delicatiores cibos non audeant edere Abbates, niſi tales, quales & fratres.*

Quod eamdem æqualitatem & in operando requirat, pag.847. retulimus plures qui hac in parte diſcipulis præiuere, quos inter primas tenet S. Patriarcha noſter, vt vidimus in vita pag.155.

XXVI.

De villis fratrum, vt eas non circumeant monachi.

Vt villas frequenter, & niſi neceſſitas coegerit, non circumeant, neque ſuis illas monachis cuſtodiendas committant: & ſi eos ire ad eas neceſſitas fuerit, expleto neceſſitatis negotio ad ſua mox Monaſteria redeant.

Monachis prohibita villarum curatio.

Priorem huius Canonis ordinationem ſecutus eſt S. Dunſtanus Abbatibus in præfatione hoc modo præſcribens: *Villarum circuitus, niſi neceſſitatis cauſſa magna compulerit, & neceſſariæ rationis diſcretio hoc dictauerit, vagando nequaquam frequentent.*

Poſteriorem partem varia vetuere Concilia. Cabilonenſe II.can.12. Pariſienſe VI. c.28. aſſerens id Aeſſe, ſe implicare negotijs ſæcularibus, citatque Conc. Chalcedonenſe tit.3. & 4. Poſt hunc verò Abbatum conuentum, in Synodo Aquiſgranenſi II. can.2. ita hoc decretum repetitur: *Ipſos etiam Monachos paſſim, & quaſi abſque canonica auctoritatis iugo, effrenatos per ſæcularia negotia minimè oportet diſcurrere, & villicis atque ſæcularibus curis inſeruire.* Signatè etiam Conc. Meldenſe can.57. *Nec ſub prætextu obedientiæ diutius villicationibus inſeruiant: ſed regulariter obedientiam viciſſitudine ſua peragentes, ſecum, vt de S. BENEDICTO legitur, in monaſterio habitent, atque ſeipſos recolligant. Hæc autem tranſgredientes, ſiue Prælati in fauendo, ſiue ſubditi in obtinendo* B *excommunicentur.*

XXVII.

De Abbate, vel quolibet Monacho, ne ad portam Monaſterij cum quocumque hoſpite manducare præſumant.

Vt Abbas, vel quiſpiam fratrum, ad portam Monaſterij cum hoſpitibus non reficiantur. In refectorio autem omnem eis humanitatem manducandi ac bibendi exhibeat. Ipſe tamen eâ cibi potuſque menſurâ contentus ſit, quam reliqui fratres accipiunt. Si verò propter hoſpitem voluerit C ad ſolitam menſuram fratribus ſibique augere aliquid, in ſua maneat poteſtate.

Viden' hoſpitium iuxta portam fuiſſe, ne fratrum quies importuno eorum aduentu interturbetur. Deducendos autem huius Canonis auctoritate ad refectorium latè probauimus lib.XI.tract.3.

XXVIII.

Ne ſeruitores fratrum poſt refectionem eorum ad vnam menſam, ſed in proprijs ſedeant locis.

Vt ſeruitores non ad vnam menſam, ſed in proprijs locis poſt refectionem fratrum reficiantur, quibus eadem lectio quæ fra-D tribus recitetur.

Decretum hoc ad impediendum mutuum colloquium, vt annotatum pag.887.

XXIX.

De lectore, vt nihil niſi quod Regula decernit accipiat.

Vt lectioni nihil niſi quod Regula iubet detur.

Salubris cautio, ne menſæ lectores, idem eſto iudicium de miniſtris, peculiare quidpiam ſibi curent miniſtrari; quod pronum Prælato & fratribus abſentibus, aut ne ex reſiduo primæ menſæ E quidquam ſibi reſeruent.

XXX.

De Alleluia in Septuageſima dimittendo.

Vt Alleluia in Septuageſima dimittatur.

Iuxta Regulæ cap.15. continuandum eſſet ad Caput quadrageſimæ. Verùm ne à communi Eccleſiæ more diſſiderent Monachi, editum hoc decretum, de quo pag.761. aliquid ſcripſi.

XXXI.

De Præpoſito, vt maiorem quàm ceteri habeat poteſtatem.

Vt Præpoſitus intra & extra Monaſterium poſt Abbatem maiorem reliquis Abbati ſubditis habeat poteſtatem.

Hoc &

Digitized by Google

Hoc & ipſum Præpoſiti nomen, & Regulæ auctoritas cap. 65. exigit. Videri autem poſſint quidam immediatè ipſi Abbati ſubdi, adeoque vicariam hanc poteſtatem deſpexerint.

XXXII.

De Præpoſito Monachis non conſtituendo, niſi & ipſe Monachus ſit.

Vt Monachis non niſi Monachus conſtituatur Præpoſitus.

Capitulare Caroli Magni ad Theodonis-villam anno 805. datum num. 15. *Vt laici non ſint Præpoſiti Monachorum infrà Monaſterium.* Circa tempora Caroli Martelli cœperunt Clerici & laici obtinere dignitates abbatiales: ita vt Canonici, vt de laicis taceam, Monachis præficerentur.

XXXIII.

De Senioribus Fratribus Monaſterium circumeuntibus.

Vt de ſenioribus Monaſterium circumeuntibus quidam cum fratribus in obedientiam exeant, quidam in Monaſterio propter cuſtodiam remaneant.

Simile Statutum eſt Regulæ Orientalis: *In Monaſterio Seniores ſint duo, ad quos vel præſente Abbate vel abſente omnium fratrum diſciplina, & omnis cura Monaſterij pertineat, dantes ſibi vices per dies, & diuidentes vnum inter ſe pondus, ac neceſſitatem Monaſterij.* Regula Magiſtri cap. 11. *Ideo duos decada diximus vni Præpoſitos ordinari, vt ſi fortè aliquis fratres ex eadem decada ab Abbate in alio ſequeſtrato laboris opere deputentur, vni committantur Præpoſito, ſequeſtratus à ſe ſuis fratribus alium relinquentes.*

XXXIV.

De nouitio fratre, vt non facilis ei in Monaſterium tribuatur ingreſſus.

Vt nouitio non facilis in Monaſterium tribuatur ingreſſus, & vt in cella hoſpitum probationis cauſſa hoſpitibus ſeruiat paucis diebus. Res verò quas habet parentibus ſuis commendet. Expleto autem probationis ſuę anno, ſecundùm quod Regula præcipit inde faciet. Ipſe verò nec tondeatur, nec veſtimenta priſtina immutet, priuſquam obedientiam promittat.

Explicatum lib. 4. tract. 3. pag. 378. de veſtium mutatione quando inſtituenda, diximus pag. 463. Videtur autem ad terminos Regulæ hîc Canon reuocare vſum, de quo Paulus Diaconus ſcribit, ſolere poſt duos menſes radi Nouitium, vt citaui pag. 464

XXXV.

De Monacho, quam profeſſionem faciat.

Vt Monachus profeſſione factâ tribus diebus cucullâ coopertum habeat caput.

Ritum hunc lib. 4. tractat. 8. pag. 439. expoſuimus.

XXXVI.

De puero, vt pater & mater eum ad altare offerant.

Vt puerum pater aut mater tempore oblationis offerant altari, & petitionem pro eo coram laicis teſtibus faciant, quam tempore intelligibili ipſe puer confirmet.

A Priſca hæc oblatio vt facta, vide lib. 4. tract. 1. diſq. 4. pag. 357.

CANONES AQVISGRANENSES.

XXXVII.

De infantibus oblatis, vt carnem non comedant.

Vt infantes oblati carnem non niſi cauſſâ infirmitatis manducent.

Ne quis illis vltra Regulam, cui aſſueſcere à teneris oportebat, indulgendum quidpiam putaret. Vide pag. 363.

XXXVIII.

De fratribus poſt Sextam dormientibus.

B Vt quando fratres poſt ſextam dormiunt, ſi quis eorum voluerit legere, in Eccleſia aut in lecto ſuo legat.

Eſt Regulæ cap. 48. cui lucem dedimus pag. 782.

XXXIX.

De fratribus, vt vſque nonam in Quadrageſimâ operentur.

Vt in Quadrageſimâ vſque ad nonam operentur fratres, quatenus Miſſa celebrata congruo tempore reficiantur.

Regula cap. 48. præſcribit, vt in Quadrageſima vſque ad *decimam plenam operentur quod eis iniungitur.* C Quòd ſi ad litteram ſeruaretur, nullum eſſet tempus, quo celebraretur Miſſa: nam poſt decimam dicendæ erant veſperæ, quas refectorio ſtatim excipiebat. Quia autem tempore huius Synodi feriatis etiam quadrageſimæ diebus Miſſa dicebatur, eiuſque hora ſtatuta erat nona, hinc labor manuum non erat vltra eam producendus.

XL.

De his fratribus, qui quolibet modo tamen grauiter delinquunt.

Vt domus ſemota his qui fugere aut pugnis baculiſve inter ſe voluerint confligere, aut quibus ex integro factæ ſunt re- D gulares diſciplinæ, habeatur huiuſmodi, qua in hyeme ignis poſſit accendi, & atrium iuxta ſit, in quo valeant quod eis iniungitur operari.

Hæc ſequeſtrationis ſpecies decreta videtur, ne ſtatim aut frequenter iuxta Regulam à Monaſterio eiiciendi ſint delinquentes: & tali carcere forſitan recepti, qui poſt expulſionem redierint. Fortè & tali loco retruſi excommunicati. Concilium Liptinenſe can. 6. decernit Monachum fornicarium poſt tertiam verberationem in *carcerem* mitti.

E XLI.

De eo qui in refectorio negligenter coram fratribus aliquid exceſſerit.

Vt ſi quis negligenter ſonitum fecerit, aut aliud quid exceſſerit in refectorio, mox à Priore veniam petat.

Declarat hic Canon etiam tempore menſæ expiandas leues, quæ tum fiunt, tranſgreſſiones: quod non adeò clarè Regulæ verbis expreſſum, ex ea tamen elicitur, quia cap. 45. præſcribitur in oratorio ſatisfaciendum pro culpa ibidem commiſſa, & 46. vt *qui in quocumque loco aliquid deliquerit, aut fregerit, vel quid exceſſerit, veniens continuò ante Abbatem vel Congregationem* vltrò ſatisfaciat. Conuentu ergo in refectorio exiſtente facile

Canones Aquisgranenses.

cile id fieri poteſt. Et Pœnitentiale S. Columbani enumerat *paruas pœnitentias* ad menſam.

XLII.

De plebeio non recipiendo in Monaſterio, niſi priùs Monachus fieri voluerit.

Vt nullus plebeius, ſeu clericus ſæcularis, in Monaſterio ad habitandum recipiatur, niſi voluerit fieri Monachus.

Prohibet admitti quocumque titulo commenſales, horumque veſtigiis poſtcà inſiſtentes Patres Caſſinenſes ita ad cap. 53. decreuerunt: *Ne conuerſatione ſæcularium hominum, pacem & quietem Fratrum noſtrorum perturbari contingat, cùm non deceat in eodem Monaſterio diuerſorum morum & habitus homines commorari: ſtatuimus, quod nullus ſæcularis, cuiuſlibet ſtatus aut conditionis exiſtat, etiamſi aliqua parentela & affinitate alicui ex noſtris Monachis fuerit coniunctus, ad habitandum longo tempore in Monaſteriis noſtris vt ſæcularis ſuſcipiatur: etiam ſub prætextu cuiuſcumque donationis, teſtamenti, legati, vel aliâ quauis occaſione commodi temporalis, ſine licentiâ Capituli Generalis, vel Regiminis: quod tamen non intelligimus de factoribus, procuratoribus, & aliis famulis ſæcularibus Monaſteriorum noſtrorum.*

XLIII.

Ne Monachus iurando ſermonem proferat, niſi ſicut ſancti Patres conſtituerunt loqui.

Vt nemini liceat ſermonem iuramenti aut affirmationis proferre, niſi ſicut ſancti Patres ſoliti fuerunt loqui.

Elucidauimus hunc locum in Ordine Conuerſationis Monaſticæ cap. 5. n. 5.

XLIV.

De Abbatibus cellulas Monachorum vel canonicorum habentibus.

Vt Abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut Monachi ſint, aut canonici: & Abbas prouideat, ne minus de Monachis, ibi habitare permittat, quàm ſex.

Prioratus non ſunt contra votum Stabilitatis.

Lucem Canoni huic datum imus. Per *Cellas* intelliguntur Prioratus, Præpoſituræ, Obedientiæ, & membra principalis Monaſterij. Licere autem ait eas habere, quia videri poſſit contra ſtabilitatis profeſſionem, vt pauci aliquot Monachi à reliquis ſeparati in vnâ degerent domo. Quod autem ſubdit, *Abbas prouideat ne minus de Monachis ibi habitare permittat quàm ſex*; citat Browerus l. 1. antiq. Fuld. c. 7. ex editione Plantiniana poſt Caſſianum: *Ne minus duobus Monachis ibi habitare permittat.* In reliquis exemplaribus eſt, *minùs quàm ſex*; qui numerus religioni magis congruit, vt aliqua ſaltem forma monaſticæ obſeruantiæ in iſtiuſmodi Cellis obſeruari poſſit. Grauiter enim improbata iam olim minora iſta legimus monaſteriola. Bernardus quippe epiſt. 253. commendat Guarinum Abbatem, quod, vt ait, *Synagogas ſatanæ, id eſt, Cellulas extra Cœnobium, in quibus tres vel quattuor fratres ſine ordine, ſine diſciplinâ habitare ſolent,* deſtrueret. Pluribus Turrecremata tract. 13. in Reg. S. Bened. *In paruis Prioratibus religio annihilatur, ibi enim vitio proprietatis appropinquatur, meritum obedientiæ minuitur, continentia facilè periclitatur. Qui ſolus eſt in Prioratu vel cum vno ſocio, vt frequenter ferè eſt proprietarius, quæ habet pro maiore parte habens ſibi. Obedientia ipſius minus meretur, cui nullus aliquid iubet, & ideò facit, quod facere libet. Continentia etiam facilè periclitatur, quia opportunitas peccandi habetur.*

Perſtringuntur in quibus pauci reſident.

Vt pauitati ergo occurreretur, non minùs quàm ſex in Prioratibus collocandos hi Patres cenſuêre. Quid verò de iis Pontificum iure expreſſum? Gregorius IX. in Bullâ ad Cluniacenſes, & poſt eum Nicolaus IV. ita decreuerunt: *Nec in Prioratu aliquo vnus ſolus Monachus commoretur: ſed ei qui ſolus eſt vnus vel plures ſocij Monachi adiungantur, ſi loci ſuppeditant facultates. Alioquin Monachus reuocetur ad clauſtrum: prouiſo quod in eo diuina celebrentur honeſtè.* Similia ſtatuta ſunt in Concilio Lateranenſi *Extra de ſtatu* Monachorum, cap. *Monachi*, & in Vienenſi, cap. *Ne in agro*, quorum conſtitutiones renouat Benedictus XII. in Benedictina cap. 25. qui tamen plures quàm duos requirere videtur, ita ſtatuens: *Monachi autem in Prioratibus ſeu adminiſtrationibus cum dictis Prioribus ſeu adminiſtratoribus ſimul ſint, & canonicas horas dicant. Et in miſſis celebrandis ſuas hebdomadas ordinatè ac tractim, non ſincopando, humiliter & deuotè & horis competentibus, & cum nota vbi fuerint tres vel quatuor, ſeu plures, facere teneantur: & in talibus locis vbi tres ſint aut ſuprà, vna per eos miſſa ad minus cum nota die qualibet celebretur.* Sic & Caſſinenſes ad Reg. cap. 19. *In Monaſteriis in quibus ſunt vltra Prælatum quatuor Monachi, omninò dicatur officium conuentualiter in choro. Quam ordinationem intelligimus ad illos quoque extendi, qui in membris aliquibus habitant. Qui teneantur etiam, in diebus ſaltem feſtiuis Miſſas decantare, quod quotidie facere non poſtponant in Monaſteriis degentes, nulla admiſſa excuſatione.*

Quid in Iure de his decretum.

Circa numerum, & diuinum officium celebrandum.

Alia ſalubria decreta ad rectè regendos Prioratus. Conſtitut. Valliſolet. c. 49.

Ne autem contingat noſtrorum Monaſteriorum Prioratus perſonis prorſus vacare, aut hanc hereditatem noſtram verti ad alienos; plura tam circa perſonarum numerum & qualitatem, quàm circa viuendi modum vtiliter ſanè decreuerunt Patres Valliſoletani, quibus ſatis occurritur, iis quæ contra minores congregationes allegantur incommodis. Præcipuè autem hæc ſtatuunt: Cùm in noſtra Congregatione multa Monaſteria Prioratos habeant, & citra excuſationem ibi collocandi ſint Monachi, quod ad Dei cultum, degentium ibi hominum ædificationem, & Religionis bonũ ita omnino conueniat: nouerint in iis reſidentes, quamuis extra Principalia monaſteria ſint, obſtringi ſe ad ſeruandam Regulam, & Conſtitutiones, quantum loci & perſonarum qualitas permittent. Proinde ad Prioratus non mittantur niſi exemplaris vitæ, nec vnus ibi, excepto neceſſitatis caſu, degat ſolus, ſed tot ſint in Prioratibus, quot ex eorum prouentibus poſſunt ſuſtentari, caſtigentque viſitatores Prælatum ſi tot non reſideant. Ipſis Prioratibus præfixi ſint limites intra quos ambulare liceat, nec exire abſque venia, ne quidem ad ædes vicinorum. Recitent in Choro Matutinum, cum Prima in aurora, ad Tertiam reliquas dici horas. Veſperæ ſuo dicantur tempore, & ſaltem à Capitulo & deinceps cantentur, ſimiliter recitetur Completorium, & canatur Salue. At diebus Dominicis & feſtis, Tertia, Miſſa, Veſperæ & Completorium cantentur, & ad omnes horas geſtent cucullas. Seruent etiam tempora Lectionis & laboris. Ad menſam adhibeatur lectio & Silentium. Feriis ſextis habeatur Capitulum. Mutari poterunt Monachi, & ab Abbate per ſe vel per alios viſitari. Singulis annis Priores adminiſtrationis ſuæ computum reddant.

XLV.

De Schola in Monaſterio non habenda, niſi de his qui oblati fuerint.

Vt ſchola in Monaſterio non habeatur, niſi eorum qui oblati ſunt.

Diſtinguit oblatos monaſtico Ordini ab ijs, qui ſtudiorum cauſsâ in Monaſteriis nutriebâtur. Quo nomine præſens caoon expenſus eſt lib.4.tract. 1. pag.356. Cui hæc adijcimus, manifeſtè has duplices apud noſtros Scholas indicari ab Ekkehardo Iuniore lib. de caſ. S. Galli cap. 1. *Traduntur poſt tempus Marcello Scholæ* CLAVSTRI *cum Notkero poſteà cognomento Balbulo, & ceteris Monachici habitus pueris:* EXTERIORES *autem, id eſt,* CANONICA *Iſoni cum Salomone, & eius comparibus.* Aduertis, credo, geminas hîc Scholas. Illæ Clauſtri, *oblatorum*, vt hic vocantur, ſiue Monachici habitus puerorum, in remotiori ipſius Monaſterij erant parte: Exteriores ſeu Canonicæ, in quâ pueri ſæculares erudiebantur, extra Monaſterium in adiacenti ædificio, cui tamen & ipſi Cœnobitæ præfuerunt, poſitæ erant. (Scholæ duplices in Monaſteriis.) Exteriores autem ipſas inſtituiſſe videtur Carolus Magnus in Capitulari Aquiſgranenſi c.72. *Vt Scholæ*, inquit, *legentium puerorum fiant, vbi pſalmos, Notas, Cantus, Compotum, Grammaticam per ſingula Monaſteria, vel Epiſcopia diſcant.* Hoc porrò Canone exteriores illæ abrogantur, retentis interioribus.

XLVI.

De præcipuis ſolemnitatibus Sanctorum, vt plenarium in eis officium fiat, & bis Monachi edant.

Vt in præcipuis ſolemnitatibus, id eſt, in Natale, & in octauis Domini, in Epiphania, in Paſcha quoque, & Aſcenſione Domini, in Pentecoſte, & in Sanctorum feſtiuitatibus, id eſt, ſancti Stephani, & B. Ioannis Euangeliſtæ, & in Natale Infantium, in Purificatione & Aſſumptione S. Mariæ: ſimiliter & in beatorum Apoſtolorum feſtis, & in S. Ioannis Baptiſtæ natiuitate, ſancti quoque Laurentij, atque Martini, ſeu in Natalitiis cuiuſlibet Sancti, cuius honor in qualicumque parochia ſpecialiter celebratur, plenarium officium agatur, & bis reficiatur.

Lautiùs lætiuſque Monachos habitos feſtiuis diebus, iiſque indultam cœnam, ex Epiſtola Theodemari ſuprà vidimus, & lib.10. tract.7. diſq.6. indulgentia hæc expenditur.

XLVII.

De ieiunio Paraſceue.

Vt in Paraſceue non aliud niſi panis & aqua ſumatur.

Et alij rigidiorem hanc abſtinentiam ſanxerunt. Regula Magiſtri c.43. præcipit hanc feriam tranſigi ſine cibo & potu, acriterque perſtringit, *qui vna die nolunt cum Chriſto crucifigere carnem.* Statuta Lanfranci cap. 1. §. 4. *Reficiantur pane tantùm & aqua, & herbis crudis.* Conſuetudines veteres Floriacenſes: *Feria ſexta in Paraſceue, in refectorio panis & herba cruda miniſtrantur.* Burſfeldenſes in Ordinario cap. 37. Hac die, conuentus *vnico tantùm reficilletur pulmento.*

XLVIII.

De benedictione poſt Completorium dicenda.

Vt benedictio poſt Completorium à ſacerdote dicatur. (Canonis Aquiſgranenſis.)

Præſcribit S. Benedictus cap. 17. in fine Completorij *Benedictionem*, non expreſſit tamen à quo impendenda; quæ hîc aſſignatur Sacerdoti: quare ſi Abbas hoc gradu inſignitus non ſit, ei non competet. Lectoribus tamen, vt infrà habes can. 62. Abbates etiam non presbyteri benedicebant.

XLIX.

De decimis dãdis tam Eccleſiæ quàm pauperibus.

Vt de omnibus in eleemoſynam datis, tam Eccleſiæ quàm fratribus, decimæ pauperibus dentur.

Annotat hîc Yepez, in aliquibus Hiſpaniæ noſtri Ordinis Monaſteriis, non ſolùm decimam bonorum partem in vſus pauperum cedere, ſed etiam quintam. Nominatim autem laudat Galæciæ & Aſturiæ Monaſteria, quæ in fame, & lue graſſante, vera egenorum ſint horrea; quod & alibi obtinere, vix dubito. Iſidorus ſanè multò in pauperes largior, reg. cap. 19. tertiam eis partem aſſignat facta hac diſtributione: *Pecunia*, inquit, *in tribus partibus diuidenda eſt: quarum erit vna pro infirmis & ſenibus, & pro aliquo coemendo in diebus ſanctis cultius ad victum Fratrum,* ALIA PRO EGENIS: *tertia pro veſtimentis fratrum & puerorum, vel quibuſq; ad neceſſitatem monaſterij coemendis.* Hinc paſſim apud noſtros peculiares cenſus eleemoſynis aſſignati leguntur. De quibus Hugo 5. Cluniacenſis Abbas: *Statuimus*, inquit, *ne quiſquam hominum, ſiue Abbas ſiue alius, tollere vel alienare quidpiam eorum, quæ ad ſubſidium indigentium aſſignata ſunt, aliqua temeritate, præſumat.* Sed quod Canonis huius ſenſum propius ſpectat, in vetuſto quodam codice MSS. de obſeruantia Regulæ S. Benedicti iuxta formam Cluniacenſium part.3. c.24. de Eleemoſynario iſta leguntur: *Habet autem Eleemoſynarius præter ea quæ propria ſunt eleëmoſynariæ, decimum panem de omnibus qui coquuntur in furno Monaſterij, decimam amam vini prouenientis in vineis eccleſiæ, & ſimiliter de agnis, aliiſq; pecoribus, nec non & de caſeis qui fiunt per curtes decimã ipſe leuat.*

L.

De ſpecialibus pſalmis pro eleemoſynariis & defunctis cantandis.

Vt prætermiſſis partitionibus pſalterij, pſalmi ſpeciales pro eleemoſynariis & defunctis cantentur.

Pro Benefactoribus, & qui eleemoſynas Monaſterijs præſtabant, integra pſalteria vel plures pſalmi olim perſoluebantur. Vnde in Libello ſupplici Fuldenſium nn. 1. *In Calendis verò omniũ menſium, vnam Vigiliam* (legant) *& 50. pſalmos.* Ibidem decernitur pſalterium per ſingulos annos, in die anniuerſaria pro fundatoribus. Videtur autem quod pſalterium in plures diuiſerint partes, quarum ſingulæ aſſignato recitarentur tempore. Pro quo hîc ſubſtituunt ſpeciales pſalmos. Eo fortaſſis modo, quo apud S. Dunſtanum legere eſt ſingulis horis Canonicis binos, quos ibidem deſignat, ſubiungi pſalmos, pro rege, regina, & benefactoribus, & hæc noſtra potiùs coniectura, quàm aſſertio eſt.

LI.

De Pentecoſte, vt per hebdomadam non flectãtur genua, neq; ieiunetur, niſi dies ieiunij extiterint.

Vt in hebdomada Pentecoſtes non flectantur genua, & non ieiunetur, niſi ſtatuti fuerint dies ieiunij.

Digitized by Google

nem maximè ſpectauerit S. BENEDICTVS.

LXIV.

De incerto furto, vt oratio & excommunicatio fiat, quouſque qui culpabilis exiſtit manifeſtetur,

Vt de furto incerto oratio & excommunicatio à corpore & ſanguine Chriſti fiat, quouſque culpabilis confiteatur.

Duo hic obſeruanda. Primum, vt oratio fiat conuentualis; ſecundum vt excommunicatio feratur; illud, vt furem Deus reuelare dignetur; hoc, vt reus tali fulmine excitatus, ad veritatis agnitionem veniat, furtumque ſuum detegat.

LXV.

De Monacho qui aduerſus alium Monachum teſtimonium protulerit.

Vt ſi frater aduerſus fratrem pro qualibet culpa teſtimonium protulerit, fratri perfectiori credatur.

LXVI.

De pſalmo inuitatorio, & Gloria pro defunctis non cantandis.

Vt pſalmus inuitatorius, & Gloria pro defunctis non cantetur.

Pſalmum 49. *Venite exultemus* vocant hic *Inuitatorium*, quo nomine ab Alcuino, Amalario, & Romano aliiſque Breuiariis inſignitur verſus, ſiue antiphona, quæ pſalmo præmittitur. De quo nos pag. 741.

LXVII.

De lectore, vt ſtans benedictionem petat.

Vt lector ſtando benedictionē poſtulet.

Præſcriptum hoc, quia in Regula S. BENEDICTI nuſquam decernitur, vt ante lectiones benedictio petatur. Fortè etiam genuflexi & proſtrati benedictionem petebant, vt Septimanarij & itinerantes.

LXVIII.

De eulogiis in refectorio fratribus à presbyteris dandis.

Vt eulogiæ fratribus à presbyteris in refectorio dentur.

Morem & ritum expoſuimus lib. 4. pag. 430.

LXIX.

Quod ad Capitulum primò Martyrologium legendum ſit, & verſus poſteà dicendus, inde Regula.

Vt ad Capitulum primitus Martyrologium legatur, & dicatur verſus, deinde Regula, aut homilia quælibet legatur, deinde Tu autem Domine dicatur.

Huius canonis explanationi non pauca dedimus lib. 8. tract. 1. pag. 788. & ſeq.

LXX.

De lectione in Capitulo exponenda.

Vt ad Capitulum lectio tradatur, ſimiliter ad collationem, ſi tempus fuerit opportunum.

Regulæ lectionem Fratribus exponendam multis confirmauimus lib. 2. tract. 8. pag. 197.

LXXI.

De ieiunio fratrum æſtiuo tempore.

Vt quando fratres æſtino tempore ieiunant, poſt ſextam dormiant.

A Supplet quod Regulæ deeſſe videtur, quando dormiendum in meridie, cùm ad nonam æſtiuo tempore cibum ſumunt. Dicit enim S. BENEDICTVS Reg. c. 41. *A Pentecoſte autem tota æſtate, ſi labores agrorum non habeant Monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat, quarta & ſexta feria ieiunent vſque ad Nonam.* His porrò feriis, & omnibus diebus ieiuniorum æſtatis decernitur hîc dormiendum aut meridianum poſt ſextam ante refectionem, & colligitur ex Statutis Laufranci cap. 1. §. 6. vbi dicitur: *Poſt ſextam agatur meridiana*, quam ſubſequebatur Litania & Miſſa. Vſus Ciſtercienſis cap. 84. *Quòd ſi dies ieiunij fuerit, omnibus celebratis, poſt Sextam laicis fratribus præeuntibus intrantes dormitorium pauſent in lectis ſuis vſque ad horam octauam,* B *& tunc Sacriſta pulſet campanam, ad quam fratres excitati, ſcapularibus induti, abluant qui voluerint manus ſuas: deinde tabula pulſata laborent vſque ad primum ſignum horæ nonæ.* Neque hæc admodum miranda, nam & S. Ambroſius diſertè ſcribit olim celebratum Miſſæ ſacrificium poſt meridiem. Atque en eius verba octon. 8. in pſal. 118. v. 6. *Plerique ſunt dies, vt ſtatim meridianis horis adueniendum ſit in eccleſiam, canendi hymni, celebranda Oblatio. Tunc vtique paratus aſſiſte, vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas Domini Ieſu.* Vide eundem ſer. 34. de quadrageſ. Sed & S. Thomas 3. p. q. 83. art. 2. ad 3. ait de ſuo tempore, celebrari in ieiunijs poſt Nonam; quæ iam in C diſſuetudinem abiiſſe, ſcribit Francolinus de hor. can. c. 19. n. 13.

CANONES AQVISGRANENSES.

Meridiatio ante refectionem.

Miſſæ olim celebratæ poſt meridiem.

LXXII.

De eo qui culpa noxa tenetur, vt die Dominico remiſſiùs habeat.

Vt is qui noxę culpa tenetur, die Dominico remiſſiùs habeat, & veniam nō petat.

Decreuit Gangrenſe Concilium can. 18. ne Monachi die Dominico ieiunarent; quod & aliorum ſtabilitur teſtimoniis: eodemq; die non flectuntur genua. Hinc ergo elicitur præſens canon, vt & benignius quoad cibum & potum habeantur pœnitentes, ne videantur ieiunare: & intermittant ſolitas proſtrationes, vel genuflexiones, ne à lætitia D Dominicæ Reſurrectionis videantur alieni.

LXXIII.

De anniuerſaria die pro defuncto Abbate celebranda.

Vt pro Abbate defuncto anniuerſarium fiat officium.

Vetuſta conſuetudo, quæ & ante S. BENEDICTI ætatem obtinuit. Refert Caſſianus coll. 19. cap. 1. in Cœnobio Abbatis Pauli, Prioris Abbatis *anniuerſariam depoſitionem* ſolemniter celebratam. Quo loco vide Gazæi noſtri annotationes. Viguit & apud Fuldenſes huius pietatis obſeruatio, cuius in libello E Suppl. n. 1. meminere: *Pro Sturmi quoque Abbate, in anniuerſaria obitus die, vnam Vigiliam; & vnum pſalterium per ſingulos annos,* ſupple legimus. Plenius id præſtitiſſe videtur Ægil, de quo Ludgerus in vitâ S. Gregorij Vltraiectini: *Idem (Ægil) bonæ voluntatis vir, anniuerſariam Sturmis primi Abbatis fundatoris Monaſterij Fuldæ, &c. in Miſſarum celebratione, pſalmodiis, & oratione ſancta, celebrare ſanciuit.*

Antiquitas Anniuerſariorum.

LXXIV.

De eo vt ad Miſſam inclinati Sanctus dicant, & ad Pater noſter genu flectant.

Vt ad Miſſam, Sanctus ſtantes, & Pater noſter genu flectentes dicant.

Canones Aquiſgranenſes.

Sanctus cur ſtando cantetur.

Meritò præſcriptum, vt *Triſagion* hoc, quod *primarium hymnum* vocat Alcuinus, ſtando decantetur. *Primò*, quia eſt, vt in Liturgiâ S. Petri appellatur, *epinicion*, ſiue victorialis & triumphalis hymnus, prout etiam in Liturgiâ S. Marci Euangeliſtæ. Stare autem, ſolemnitatem ſignificat & lætitiam. Vnde diebus Dominicis & toto tempore Paſchali, vt in Conc. Nicæno can. 20. ſtatutum, non flexis genibus ſed ſtando orandum, propter triumphalem Chriſti reſurrectionem, & reportatam de morte victoriam.

Secundò, in ipsâ Præfatione moniti ſumus, vt ſurſum corda habeamus ad Dominum, quod ipſum corporis erectione & ſtatu deſignamus. Vide Cærimoniale Epiſcoporum lib. 2. cap. 8.

Tertiò, Seraphinorum hic hymnus eſt, cum quibus & noſtras voces vt admitti iubeat, Dominum deprecamur: at verò, vt Iſaias ſcribit, Triſagion hoc Seraphici ſpiritus ſtantes decantabant: *Seraphim*, inquit cap. 6. *ſtabant ſuper illud, & clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.*

Et cum inclinatione.

Quod autem in lemmate huius articuli dicitur, *vt inclinati Sanctus dicant*; id etiam ex Seraphinorum deſumptum exemplo, qui alis ſuis *faciem velabant* præ intima reuerentia, quod ſummum diuinitatis iubar irretorto oculo aſpicere non poſſent. Hinc & in Romano Miſſali præſcribitur Sacerdoti, C vt inclinatus dicat *Sanctus*. Quod & Religioſis præſcribit vſus Ciſtert. cap. 56. *Poſteà conuertant & inclinent ſe, chorus contra chorum dicentes*, Sanctus, Sanctus, *& incipientes*, Pleni ſunt cæli, *erigant ſe, & ſignent ſe cùm dixerint*, *In nomine Domini.* Similiter Statuta Lanfranci c. 5. *Omnes qui in choro ſunt inclinati quidem cantent* SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, *niſi verſus interponantur, erecti verò* DOMINVS DEVS SABAOTH *& cetera: Cantor & illi qui cum eo ſunt totum erecti canant.* Quod autem ait, niſi verſus interponantur, antiquum inouit ritum, quo verſus quidam intercalares Triſagio huic hymno ſolebant interponi, quod etiam obſeruauit S. Thomas Aquinas in compoſito à ſe officio Sanctiſſimi Sacramen- D ti, quod quia rarum & alibi vix occurrit, exempli cauſſa hîc ſubiicere viſum.

Verſus intercalares, Triſagio interpoſiti.

SANCTVS. *Sanctum diuinum myſterium ſemper declaratur, & mens infidelium tumens excæcatur, firma ſpes credentium fide roboratur.* SANCTVS. *Fides eſt ſummopere credentium Deum, panem ſanctum edere, & tractare enim: iubens dicit, Sumite: Hoc eſt corpus meum.* SANCTVS. *Panis prius cernitur, ſed dum conſecratur, caro Chriſti, ſic mutatur, quomodo conuertitur, Deus operatur.* DOMINVS DEVS SABAOTH. *De vino ſimiliter ſit benedictum, & tunc eſt verè aciter ſanguis Chriſti, dictum credamus communiter verum & non fictum.* PLENI SVNT CÆLI ET TERRA GLORIA TVA, OSANNA IN EXCELSIS. *Nobis celebrantibus iſtud Sacramentum, & cunctis fidelibus fiat nutrimentum, Iudæis negantibus ſit in detrimentum.* BENEDICTVS QVI VENIT IN NOMINE DOMINI, OSANNA IN EXCELSIS. Similes interpoſitiones fiebant etiam in duabus illis vocibus: KYRIE ELEISON, CHRISTE ELEISON, cuius exemplum ponit Iudocus Clichtouæus lib. 3. Elucidarij Eccleſiaſtici in principio.

Et in Kyrie eleiſon.

In hoc autem Seraphico hymno ter dicitur *Sanctus*, & ſemel *Dominus Deus Sabaoth*, vt ſignificentur tres ſacroſanctæ Trinitatis perſonæ in vnitate eſſentiæ. S. Athanaſius in hæc verba, *omnia mihi tradita ſunt* à Patre: *In eo ipſo*, inquit, *quo ampliſſima iſta animalia tertiò proferunt glorificationem, dum* A *aiunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, triplici numero tres perfectas abſolutas integras perſonas oſtendunt, quemadmodum ſub vnicâ voce, Dominus, vnam ſubſtantiam declarant.* S. Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto; *Cherubim & Seraphim indefeſſis vocibus laudant & dicunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Non ſemel dicunt, ne ſingularitatem credas: non bis dicunt, ne Spiritum excludas: non ſanctos dicunt, ne pluralitatem æſtimes: ſed ter repetunt, & idem dicunt, vt etiam in hymno, Trinitatis diſtinctionem, & diuinitatis intelligas vnitatem.*

Trinitas expreſſa per triplicationem Sanctus.

Benedictus qui venit, quando canendum.

Addendum hic ex Gauanto Comment. in Rubr. Miſſ. part. 2. tit. 7. quod *Benedictus qui venit*, &c. B non cantetur à Choro, niſi poſt depoſitionem Calicis, Cærimoniale Epiſcop. lib. 2. cap. 8. etiam in Miſſis Defunctorum; quod obſeruatur in Capella Papali. Denique in Conſtit. Apoſt. apud Clementem lib. 8. c. 12. præſcribitur, vt omnis populus dicat, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et in Capitulari Aquiſgranenſi ſub Carolo Magno an. 789. num. 70. *Ipſe Sacerdos cum ſanctis Angelis & populo Dei, communi voce Sanctus, Sanctus, Sanctus decantet.* Quod eo nomine adiecerim, vt Miſſam audientes, cum pietate hæc verba recitent ac ruminent.

LXXV.

Non debet aliquis pro munere in Monaſterio recipi.

Vt nullus pro munere recipiatur in Monaſterio, niſi quem bona voluntas & merita commendant.

Capitula Caroli Magni quæ ad Monachos ſpectant, num. 15. *Vt nullus Abbas pro ſuſceptione Monachi præmium quærat.* Hugo Cluniacenſis: *Statuimus ne vllus de cetero in Monaſterio, pactione ſeu pretio recipiatur, nec ab ingrediente quidquam exigatur. Sed ſi quis ſponte quidquam obtulerit, non reſpuatur eius deuotio.*

LXXVI.

De menſura cibi ac potus, quæ Monachis ſeparatim debet tribui.

Vt vnicuique fratri in cibo & in potu ſua menſura ſeparatim detur, & de ipsâ menſurâ ſibi datâ alicui nihil tribuat.

Valdè congruum religioſæ obſeruantiæ: ita enim aut facilè notatur quantum quiſque comedat, aut quo abſtineat; ſolentque propterea cum paruo ab inuicem interuallo in maioribus ſedere refectoriis. Rituale noſtrum MS. part. 1. inter leuiores culpas computat, ſi duo ex vno ferculo comederint; aut ſi quis ſedenti ex oppoſito aliquid mitteret. Affine huic canoni quod Regula Cuiuſdam habet: E *Illud præcipuè decernimus, vt nullus alteri dare ex menſurâ ſua, vel accipere ab altero præſumat, præter Abbatem vel Præpoſitum cui ab Abbate commiſſum.*

LXXVII.

De fratrum pinguedine, quam accipere debeant in victu quotidiano.

Vt fratres aliquid pinguedinis in victu quotidiano habeant, excepto ſexta feria, & diebus octo ante Natale Domini, & à Quinquageſimâ vſque ad Paſcha.

Perſtringit hinc hos Canones Guido Iuuenalis; quàm meritò, vidimus lib. X. tractat. 6. pag. 937.

LXXVIII.

LXXVIII.

In Domini Natali, & feſtiuitate Paſche, Monachis volatilia ſumere quatuor diebus conceſſum eſt.

Vt volatilia in Natali Domini, & in Paſcha, tantùm quatuor diebus, ſi eſt vnde, comedant: ſi verò non fuerit vnde, non requiratur per debitum. Si autem Abbas aut Monachi abſtinere ſe voluerint, in eorum ſit arbitrio.

Quędam editio habet, *octo diebus* quod ex Theodemari, vt credo, deſumptum Epiſtola, ſed noſtra lectio præferenda, vt feria quarta, ſexta, & Sabbatum ab hac diſpenſatione eximantur. Niſi dicere velimus, poſt vtriuſque feſti octauam pro reſiduis diebus volatilium eſum reſumptum: quod tamen vix probabile. De volatilibus autem nos lib. X. tract. 6. diſq. 2. & 3.

LXXIX.

De muffulis Monachis dandis.

Vt muffulæ veruecinç monachis dētur.

Vetitæ hîc pretioſiorum animalium pelles, quibus modum etiam ſuis Statutis n. 17. & 70. putauit adhibendum Petrus Venerabilis. Conqueritur enim eo ineptiarum deuentum, *vt Gallicanorum cattorum pellibus contemptis, ad Iberorum vel Italorum cattos, religioſorum hominum curioſitas tranſmigraret.*

LXXX.

De diſciplinæ modo.

Reg cap. 2. In doctrinâ ſuâ Abbas Apoſtolicam debet illam ſemper formulam ſeruare, in quâ

Tim. 4. 2. dicit, *Argue, obſecra, increpa.* Id eſt, indiſciplinatos & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem & mites, & patientes, vt in melius proficiant obſecrare. Negligentes & contemnentes, vt increpet & corripiat, admonemus. Neque diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox vt cœperint oriri, radicitus ea, vt præualet, amputet, memor periculi Heli ſacerdotis de Silo. Improbos autem, & duros ac ſuperbos, vel inobedientes, verberum vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coërceat, ſciens ſcriptum: *Stultus verbis non corrigitur.* Et iterùm, *Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.* [Canones Aquisgranenses.] [Prou. 23. 13.] In omnibus igitur omnes magiſtram ſequantur regulam, neque ab ea temerè declinetur à quoquam. [Reg cap. 3.] Nullus in Monaſterio proprij cordis ſequatur voluntatem: neque præſumat quiſquam cum Abbate ſuo proterуè infrà Monaſterium, aut foris contendere. Quòd ſi præſumpſerit regulari diſciplinæ ſubiaceat. Si quis frequenter correptus pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correctio, id eſt, verberum vindictæ in eum procedant. [Cap. 28.] Similiter & qui præſumpſerit clauſtra Monaſterij egredi, vel quocumque ire, vel quippiam, quamuis parum, ſine iuſſione Abbatis facere, vindictæ regulari ſubiaceat. [Cap. 67.] Peccantes autem coram omnibus arguantur, vt ceteri metum habeant. [Cap. 70.]

Quia ab Abbate, vt à capite totius corporis dependet ſanitas, ſelecta quædam ex Regula hæc ei inculcantur capita, quæ lib. 3. tract. 5. vtcumque explicauimus.

Et hi quidem Canones atque Decreta in Aquiſgranenſi illo Conuentu edita, & Ludouici Imperatoris diligentiâ, vt dictum eſt, per imperij ſui Cœnobia longè lateque promulgata. Quorum obſeruantia quanto viguerit tempore, non adeò promptum eſt affirmare. Illud conſtat, poſteriores in Ordine noſtro Reformationes ad hos canones non rarò reſpexiſſe, & quædam ab iis præſcripta velut perpetuo vſu ac traditione in hodiernum vſque diem locis pluribus religioſè obſeruari.

SIT

NOMEN DOMINI

BENEDICTVM

EX HOC

NVNC, ET VSQVE IN

SÆCVLVM.

INDEX LIBRORVM, TRACTATVVM, ET DISQVISITIONVM HVIVS OPERIS.

LIBER PRIMVS.

NOTITIA REGVLARVM.

TRACTATVS .I.

De Regulâ in genere.

DISQVISITIO I. *Quid Regula?* pag. 3.
DISQ. II. *An Cuilibet Congregationi Religioſæ ſua ſit Regula?* 5
DISQ. III. *Quod diſcrimen inter Regulam & Conſtitutiones?* ibid.
DISQ. IV. *Quam varia Monachorum Regula?* 6
DISQ. V. *Quænam Regularum diuiſiones?* 8
DISQ. VI. *An plures in vno Monaſterio aliquando ſeruata Regulæ?* 13

TRACTATVS II.

De Regulis eorum qui in veteri Lege Religioſum ſtatum adumbrarunt.

DISQ. I. *Quænam Nazaræorum Regula?* 15
DISQ. II. *De Regulis & Inſtitutis Rechabitarum.* 17
DISQ. III. *De Religioſâ viuendi formâ ab Eliâ, & Eliſæo inſtitutâ, & à filiis Prophetarum obſeruatâ.* 18
DISQ. IV. *Qualis Eſſæorum vita & Regula?* 19

TRACTATVS III.

De Inſtitutis Regulisque Monaſticis à Chriſto Domino vſque ad Conſtantinum magnum.

DISQ. I. *Vt Religioſum ſtatum Chriſtus expreſſerit, &, an Regulam præſcripſerit?* 20
DISQ. II. *Quæ primo Sæculo Religioſæ vitæ Regula?* 21
DISQ. III. *Vt ſecundo Seculo Monaſtica viguerint Inſtituta?* 23
DISQ. IV. *De Monachis, ac Monaſteriis tertij Sæculi.* 24

TRACTATVS IV.

De Regulis quarto Sæculo conſcriptis.

DISQ. I. *An Monachis Regulam præſcripſit S. Antonius?* 27
DISQ. II. *De Regula S. Pachomij.* 28
DISQ. III. *Quænam Orſieſij Regula?* 29
DISQ. IV. *Quæ Regula Orientalis?* ibid.
DISQ. V. *De Regulâ Serapionis, Macarij, Paphnutij, & alterius Macarij.* 30
DISQ. VI. *De Regulâ S. Macarij* 31
DISQ. VII. *De Regulis Patrum.* 32
DISQ. VIII. *De Regulâ Hermopoli ſeruatâ.* 33
DISQ. IX. *Vt Monachiſmus in Occidentem fuerit illatus & propagatus?* ibid.
DISQ. X. *Quæ Monachorum S. Martini fuerit Regula?* 34
DISQ. XI. *Quaſnam S. Baſilius conſcripſit Regulas?* 35
DISQ. XII. *Fueritne S. Hieronymus Monachus?* 36
DISQ. XIII. *An S. Hieronymus Monachis aut Monialibus Monaſticā aliquam præſcripſerit Regulā?* 39
DISQ. XIV. *De Regulâ Ioannis Ieroſolymitani.* 41
DISQ. XV. *De Regulis & Inſtituto Monachorum de quibus agit S. Ioannes Chryſoſtomus.* 42

TRACTATVS V.

De Regulis quinto Sæculo ſcriptis.

DISQ. I. *Quot Regulas ſcripſerit S. Auguſtinus.* 43
DISQ. II. *Qualis Regula quæ inſcribitur Conſenſoria Monachorum?* 44
DISQ. III. *Qualis Lirinenſium Regula?* 45
DISQ. IV. *Quænam Regula Caſſiani?* 46
DISQ. V. *De Regulâ Abbatis Pinutij.* 48
DISQ. VI. *De Regula Marciani.* ibid.
DISQ. VII. *De Stylitarum Regulâ & Inſtituto.* 49
DISQ. VIII. *De Regula Baſſi.* 50
DISQ. IX. *De Regula & Inſtituto Acœmetarum.* ibid.
DISQ. X. *Quinam in Occidente Acœmetarum inſtitutum fuerint imitati?* 51
DISQ. XI. *De Agaunenſium Regula.* 52
DISQ. XII. *De Regulâ Vigilij Diaconi.* 53
DISQ. XIII. *De Regulâ Pauli & Stephani.* 54
DISQ. XIV. *Qualis Regula & Inſtitutum SS. Euthymij & diſcipulorum eius Theoctiſti, & Geraſimi Abbatum?* ibid.
DISQ. XV. *De Regulâ S. Patricij Hiberniæ Apoſtoli.* 56
DISQ. XVI. *Qualis Regula S. Albei ſiue Aluei Mumonenſium Cœnobiarchæ & Archiepiſcopi?* 58
DISQ. XVII. *De Regulâ S. Mochtei ſiue Maccetti.* ibid.

TRACTATVS VI.

De Regulis ſexto Sæculo conſcriptis.

DISQ. I. *De Regula S. Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi.* 59
DISQ. II. *De Regulâ Eugipij Abbatis.* 60
DISQ. III. *De Regulâ S. Brigidæ Virginis.* 61
DISQ. IV. *De Inſtituto S. Sabæ Abbatis.* ibid.
DISQ. V. *De Regulâ S. Adeodati Abbatis.* 62
DISQ. VI. *De Regulâ S. P. N.* BENEDICTI. ibid.
DISQ. VII. *De duplici S. Aureliani Arelatenſis Epiſcopi Regulâ.* 63

DISQ. VIII.

Digitized by Google

DISQ. VIII. *De Regula S. Columbæ Pictorum Apoſtoli.* 63
DISQ. IX. *De S. Congelli Regula.* 64
DISQ. X. *De Regula S. Brandani Abbatis.* 65
DISQ. XI. *De Regula S. Kierani.* 66
DISQ. XII. *De Inſtituto S. Adomnani Abbatis.* 67
DISQ. XIII. *De S. Molaſſi ſiue Laſceani inſtituto.* ibid.
DISQ. XIV. *De Regula S. Donati in Hiſpania.* 68
DISQ. XV. *Qualis Regula S. Ferreoli Epiſcopi?* ibid.

TRACTATVS VII.

De Regulis ſeptimo Sæculo conſcriptis.

DISQ. I. *Qualis S. Columbani Regula?* 70
DISQ. II. *De S. Luani Regula.* 72
DISQ. III. *De Regula Ioannis Epiſcopi Gerundenſis.* ibid.
DISQ. IV. *De Regula S. Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi.* 73
DISQ. V. *De Regula S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi.* ibid.
DISQ. VI. *De Regula Donati Archiepiſcopi Veſontini.* 74
DISQ. VII. *De vtraq; S. Fructuoſi Epiſcopi, & alterius S. Fructuoſi Regula.* 75
DISQ. VIII. *De Regula S. Valerij.* 77
DISQ. IX. *De Regulis Tarnantenſis Monaſterij, cuiuſdam Patris & ſerui Dei ad ſorores.* 78
DISQ. X. *De Regula Magiſtri.* ibid.

TRACTATVS VIII.

De Regulis à Sæculo octauo vſque ad duodecimum ſcriptis.

DISQ. I. *De Regula S. Theodori Studitæ.* 79
DISQ. II. *Quæ Solitariorum Regula?* 80

ORDO INCLVSORVM.

DISQ. III. *De S. Cormaci, Regis, Archiepiſcopi, & Martyris Regula.* 84
DISQ. IV. *An, & quam S. Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis ſcripſerit Regulam?* ibid.
DISQ. V. *Quæ S. Petri Damiani Regula?* 85

TRACTATVS IX.

De Regulis duodecimo Sæculo ſcriptis.

DISQ. I. *De Regulâ militum Templariorum.* 86
DISQ. II. *De Regulâ Conuerſorum Ciſtercienſium.* ibid.
DISQ. III. *De Regulâ Petri Abaelardi Monialibus Paraclitenſibus præſcriptâ.* 87
DISQ. IV. *Quænam Carthuſianorum Regula?* 88
DISQ. V. *De Regulâ Crucifcrorum.* ibid.
DISQ. VI. *De Regula Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, de Redemptione Captiuorum.* ibid.

TRACTATVS X.

De Regulis Poſterioribus Sæculis ſcriptis.

DISQ. I. *Quænam Regula Ordinis S. Marci de Mantua?* 89
DISQ. II. *De Regula S. Alberti Carmelitis tradita.* 90
DISQ. III. *Quæ S. Franciſci Regula?* 91
DISQ. IV. *De Regula Tertiariorum, ſiue Fratrum de Pœnitentiâ.* ibid.
DISQ. V. *De Regula Fratrum & Sororum de Pœnitentia Ordinis Prædicatorum.* ibid.
DISQ. VI. *De Regula Saluatoris Ordinis S. Brigittæ tradita.* 92
DISQ. VII. *De Regula Annuntiatarum Virginum, ſeu B. Mariæ.* ibid.
DISQ. VIII. *De Regulis Minimorum à S. Franciſco de Paula conſcriptis.* 93
DISQ. IX. *De Regula Societatis* IESV. ibid.
DISQ. X. *Cur Regulæ quædam, aut Inſtituta, quæ huc ſpectare videbantur, prætermiſſa?* ibid.

LIBER SECVNDVS.

SCHOLA DOMINICI SERVITII.

TRACTATVS I.

De Regulâ vt à S. BENEDICTO ſcriptâ.

DISQ. I. *Quam Regulam ſecutus ſit* S. BENEDICTVS *antequam ſuam conſcriberet?* 99
DISQ. II. *Cur ſuam* S. BENEDICTVS *conſcripſerit Regulam?* 102
DISQ. III. *Quo tempore & loco Regula* S. BENEDICTI *ſcripta?* 103
DISQ. IV. *Regula* S. BENEDICTI *quoties ſcripta, quibus locis aſſeruata?* 107
DISQ. V. *An Capitum in Regula diſtinctio, & titulorum inſcriptio à* S. BENEDICTO *appoſita?* 108
DISQ. VI. *Quæ Capitum Regulæ* S. BENEDICTI *connexio?* 110
DISQ. VII. *Quis Stylus Regulæ* S. BENEDICTI? 113
DISQ. VIII. *Cur S. Baſilij Regulam ſuæ anteponat* S. BENEDICTVS? 115
DISQ. IX. *Quænam ſit illa S. Baſilij Regula, quam* S. BENEDICTVS *commendat?* 116
DISQ. X. *Quæ ſint vltima Regulæ* S. BENEDICTI *verba?* 117

TRACTATVS II.

De Regulæ S. BENEDICTI nominibus.

DISQ. I. *Cur Regula* S. BENEDICTI *vocetur Lex?* 119
DISQ. II. *Quanta inter Moyſen Legiſlatorem &* S. BENEDICTVM *ſimilitudo?* 121
DISQ. III. *Quæ inter Moſaicam & Benedictinam Legem ipſumq; Euangelium comparatio?* 122
DISQ. IV. *Cur Regula* S. BENEDICTI *dicatur iugum?* 124
DISQ. V. *Regulam ſuam cur* S. BENEDICTVS *minimam inchoationis Regulam nuncupauerit?* 126
DISQ. VI. *Regula* S. BENEDICTI *cur appellata Sancta & SS. Patrum?* 128
DISQ. VII. *Quibus aliis nominibus Regula* S. BENEDICTI *appelletur?* 129

TRACTATVS III.

De Regulæ S. BENEDICTI præſtantia.

DISQ. I. *An Regula* S. BENEDICTI *ſit à Spiritu ſancto?* 132
DISQ. II. *Quam ſuauis* S. BENEDICTI *Regula?* 134
DISQ. III. *Quam diſcreta* S. BENEDICTI *Regula?* 136
DISQ. IV. *Vt omni hominum generi Regula* S. BENEDICTI *ſit accommodata?* 137

Digitized by Google

DISQ. V. *Quàm plena S. Benedicti Regula?* 138
DISQ. VI. *An S. Benedicti Regula ſit ſpiritualis & æterna?* 140
DISQ. VII. *An Regula S. Benedicti ſit perfecta?* 141
DISQ. VIII. *Qualis inter S. Benedicti & aliorum SS. Regulas collatio?* 142

TRACTATVS IV.

De vtilitate Regulæ S. BENEDICTI.

DISQ. I. *Quàm vtilis S. Benedicti Regula?* 144
DISQ. II. *An S. Benedicti Regula perducat ad Regnum cælorum?* 153

TRACTATVS V.

De Regulæ S. BENEDICTI Approbatione & Auctoritate.

DISQ. I. *Regula S. Benedicti quàm variè approbata?* 156
DISQ. II. *Quanta Regula S. Benedicti Auctoritas?* 157
DISQ. III. *Quibus verſibus Regula S. Benedicti celebrata?* 158.
DISQ. IV. *Quinam S. Benedicti Regulam Commentariis, vel alioquouis modo illuſtrarint?* 160

TRACTATVS VI.

De Regulæ S. BENEDICTI promulgatione.

DISQ. I. *Num S. Benedictus Regulam ſuam promulgarit & ſecundum eam vixerit?* 164
DISQ. II. *An S. Benedicti Regulam alia, quæ ante eum erant Monaſteria, paſſim receperint?* 166
DISQ. III. *An Regula S. Benedicti toti mundo ſcripta? & quàm latè propagata?* 168
DISQ. IV. *Quinam Ordines ſub Regula S. Benedicti militent?* 169
DISQ. V. *Quantum Regula & Ordo S. Benedicti aliis profuerit Ordinibus?* 172

TRACTATVS VII.

De fine ac ſcopo Regulæ S. BENEDICTI.

DISQ. I. *Quis ſit finis Regulæ S. Benedicti?* 175
DISQ. II. *Quis ſit ſcopus ſiue proximus & immediatus finis Regulæ S. Benedicti?* 177
DISQ. III. *An Regula S. Benedicti etiam Anachoreticam vitam complectatur?* 178
DISQ. IV. *Sitne Regulæ ac Inſtituto S. Benedicti conſentaneum, proximorum ſaluti vacare?* 180
DISQ. V. *An etiam vitæ actiuæ exercitia Regulâ S. Benedicti comprehendantur?* 183
DISQ. IV. *Quis Spiritus Regulæ atque Ordinis S. Benedicti?* 185

TRACTATVS VIII.

De Obligatione, & Obſeruantiâ Regulæ S. BENEDICTI.

DISQ. I. *Quæ ſit Obligatio Regulæ S. Benedicti?* 187
DISQ. II. *Quàm neceſſarium Regulam obſeruare?* 192
DISQ. III. *Quanta dignitas & vtilitas Regulam ſeruare?* 194
DISQ. IV. *Quibus mediis Superiores Regulæ Obſeruantiam tueri poſſint?* 195
DISQ. V. *Quanto amore & honore Regulâ proſequenda?* 198
DISQ. VI. *Quanto ſtudio legenda & meditanda Regula?* 200
DISQ. VII. *An Regula mandanda memoriæ?* 202
DISQ. VIII. *Vt opere Regula adimplenda?* 203
DISQ. IX. *Quam exactè & quo zelo Regula ſeruanda?* 206
DISQ. X. *Vt Monachorum opera ad Regulæ amuſſim exigenda?* 208

CATECHISMVS MONASTICVS.

Præfatio. 212
Alphabetum Monaſticum. 213
Cathecismi Pars prima. 215
DISQ. I. *Quid Religioſus Benedictinus Deo debeat?* 218
DISQ. II. *Quid Religioſus ſuo debeat Superiori?* 219
DISQ. III. *Vt erga Religionem ſiue Ordinem ſuum, ſe Monachus gerere debeat?* 220
DISQ. IV. *Quid de votis Monaſticis S. Benedictus præſcribat?* ibid.
§. I. *De Stabilitate.* 221
§. II. *De Conuerſione morum.* ibid.
§. III. *De Obedientiâ.* ibid.
§. IV. *De Caſtitate.* 222
§. V. *De Paupertate.* 223
DISQ. V. *Quid de Regulæ obſeruatione S. Benedictus ſtatuat?* ibid.
DISQ. VI. *Quid de Exercitiis Ordinis obſeruandis in Regulâ præſcriptum?* 224
§. I. *De Officio diuino.* ibid.
§. II. *De Oratione mentali, ſiue Meditatione.* ibid.
§. III. *De examine Conſcientiæ.* 225
§. IV. *De Lectione.* 226
§. V. *De labore manuali.* ibid.
DISQ. VII. *Vt ſibi ipſi Religioſus obſtrictus ſit?* ibid.
DISQ. VIII. *Quæ Religioſo ſint potiſſimùm facienda?* 227
§. I. *De Humilitate.* ibid.
§. II. *De Manſuetudine.* 228
§. III. *De Modeſtiâ.* ibid.
§. IV. *De Moderatione linguæ.* 229
§. V. *De Silentio.* 230
§. VI. *De Solitudine.* ibid.
§. VII. *De Abſtinentia & Sobrietate.* 231
DISQ. IX. *Quomodo erga Fratres ſe geret Religioſus?* 232
§. I. *De Amore Fratrum.* ibid.
§. II. *De honorandis Fratribus.* 233
§. III. *De Fratrum defectibus tolerandis.* ibid.
§. IV. *De adiuuandis Fratribus.* ibid.
§. V. *De circumſpecta cum Fratribus conuerſatione.* ibid.
De Munere Superioris. 234
DISQ. X. *Quæ ſibi ipſi debeat Superior?* ibid.
DISQ. XI. *Quid Superior ſuis debeat ſubditis?* 235

CATECHISMI PARS SECVNDA.

De Monachi Benedictini Officiis.

PRÆFATIO.

DISQ. I. *Quid nomine* Regularis *à Monacho requiratur?* 238.
DISQ. II. *Vt* Abrenuntiantis *Officio fungi Monachus queat?* ibid.
DISQ. III. *Vt Officio* Militis *Chriſti Monachus queat ſatisfacere?* 240
DISQ. IV. *Quænam Spiritualis* Militiæ *arma?* 242
DISQ. V. *Vt Viatoris Officium à Monacho implendum?* 245
DISQ. VI. *Qua ratione* Studioſi *Officium Monachus obibit?* 247
DISQ. VII. *Vt Serui Dei Officium implendum?* 249
DISQ. VIII. *Quomodo Officium honeſtè conuerſantis adimplendum?* 251

Digitized by Google

Disq. IX. *Conuerſi officio vt Monachus ſatisfaciat.* 251
Disq. X. *Quomodo Benedictinus paſſionibus Chriſti communicare, & Patientię officio poſſit perfungi?* 253
Disq. XI. *Quę pia & quotidiana Benedictini Monachi Exercitatio?* 255
Disq. XII. *Quodnam ſit Regulę totius Summarium?* 256
Aliud Regulę compendium diuinitus reuelatum. 258
Disq. XIII. *Quibus Stimulis* S. Benedictvs *ad Obedientiam, & totius Regulę Obſeruantiam vrgeat?* 259
Peroratio Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti. 260

LIBER TERTIVS.

COENOBIVM.

TRACTATVS I.

De Monachorum nominibus.

Disq. I. *Quid Monachus?* 265
Disq. II. *An nomen & res Monachi in ſacris litteris inueniatur?* 267
Disq. III. *Recténe Monachi dicantur Aſceta?* 268
Disq. IV. *An Monachi dici poſſint Religioſi?* 269
Disq. V. *Quid Religioſi nomine ſignificetur?* 272
Disq. VI. *An Monachi à ſua Regula dicendi Regulares?* 275.
Disq. VII. *Quę alia Monachorum nomina?* ibid.
Disq. VIII. *De laicorum fratrum nominibus. Cur dicti Conuerſi, Commiſſi, Donati, Oblati?* 276

TRACTATVS II.

De Generibus Monachorum.

Disq. I. *Quot ſint Monachorum genera?* 279
Disq. II. *Qui qualéſve Monachi Sarabaita?* 281
Disq. III. *Quales Gyrouagi?* 282
Disq. IV. *Qui & quales Anachoretę, ſiue Eremitę?* 283
Disq. V. *Qui & quales Cœnobita?* 286
Disq. VI. *Cur Cœnobitarum genus* S. Benedictvs *appellauerit fortiſſimum?* 287

TRACTATVS III.

De Cœnobitarum habitaculis eorumque in ijs numero, & Ordine.

Disq. I. *Cœnobitarum habitacula quibus nominibus appellata?* 289
Disq. II. *Quomodo conſtruenda Cœnobia?* 291
Disq. III. *Quot in vnoquoque Cœnobio conſtituendi Cœnobita?* 292
Disq. IV. *Quis in Congregatione Cœnobitarum ſeruandus ordo?* 294
Disq. V. *Quibus de cauſis poſſit quis in Ordine Congregationis alijs praponi aut poſtponi?* 296
Disq. VI. *An ordo Religioſorum inter ſe à tempore profeſſionis, an verò ab ipſo Monaſterij ingreſſu, vel Nouitiatu deſumendus?* 297

TRACTATVS IV.

De Religioſa compellatione.

Disq. I. *Qua in Religioſis cōpellandis ſeruanda honeſtas?* 299
Disq. II. *Cur fratris nomen Religioſis tributum?* 300
Disq. III. *Quid vox Nonnus ſignificet?* 302
Disq. IV. *Quę ſignificatio vocis Domnus?* 303
Disq. V. *An Patris nomen rectè tribuatur Religioſis?* 304
Disq. VI. *Quę reuerentia Iuniores proſequi debeant Seniores?* 306
Disq. VII. *Quę apta inter Religioſos ſalutandi formula?* 307

TRACTATVS V.

De Abbate.

Disq. I. *De nomine Abbatis.* 309
Disq. II. *Quibus alijs nominibus Abbates dicti?* 311
Disq. III. *Qualis debeat eſſe Abbas?* 312
Disq. IV. *Quę Abbatis erga ſubditos officia?* 314
Disq. V. *De Baculi Paſtoralis nomine & ſignificatione.* 319
Disq. VI. *Vt Abbas Fratres ad conſilium debeat adhibere?* 322
Disq. VII. *Quo modo conſilium dandum?* 326

TRACTATVS VI.

De Præpoſito, & Decanis.

Disq. I. *De nomine Prępoſiti.* 327
Disq. II. *De nomine Prioris.* 329
Disq. III. *Quod Prępoſiti ſiue Prioris officium?* 330
Disq. IV. *De Decanis, & quot praſint Monachis?* 332
Disq. V. *Quod Decanorum officium?* 333
Disq. VI. *Quales debeant eſſe Decani?* 334

TRACTATVS VII.

De Sacerdotibus, aliiſque officialibus.

Disq. I. *Vt Monachi ad Sacerdotium promouendi?* 336
Disq. II. *Qualis ordinatus Sacerdos eſſe debeat?* 338
Disq. III. *Quoties Monachis communicandum?* 340
Disq. IV. *Qualis Monaſterij Cellerarius eſſe debeat?* 343
Disq. V. *De Oſtiario Monaſterij.* 346
Disq. VI. *Quid Solatia in Regula S. Benedicti* 347

LIBER QVARTVS.

SEMINARIVM.

TRACTATVS I.

De Pueris.

Disq. I. *Conueniatne Pueros ad Religionem admitti?* 351
Disq. II. *Liceatne Parentibus Pueros Monaſterijs offerre?* 354
Disq. III. *Quota ætatis anno Pueri Monaſterijs oblati?* 355
Disq. IV. *Quo ritu Pueri in Monaſterijs fuerint oblati?* 357.

Disq. V.

Disq. V. *Quæ obligatio in Puero ex Parentum oblatione?* 359
Disq. VI. *Qualis olim Puerorum diſciplina?* 361
Disq. VII. *Quid de Puerorum alimentis ſtatutum?* 363
Disq. VIII. *Vt punita Puerorum culpa?* 363

TRACTATVS II.

De Nouitiorum receptione.

Disq. I. *Qui, Qualeſue Nouitij?* 366
Disq. II. *Vt explorandi Nouitiatum appetentes?* 368
Disq. III. *Quibus ex cauſſis contingat inutilium perſonarum ſuſceptio, & quomodo illa diluenda?* 370
Disq. IV. *Vt Sacerdotes & Clerici ad Ordinem admittendi?* 372
Disq. V. *Vt Monachi peregrini admittendi?* 373
Disq. VI. *Num commendandus ſit de vna Religione ad aliam tranſitus?* 375

TRACTATVS III.

De Nouitiorum Probatione.

Disq. I. *Quotuplex ſecundùm S. Benedictum Nouitiorum probatio?* 378
Disq. II. *Quo in loco probationis explendus annus?* 380
Disq. III. *Quanto tempore probandi Nouitij?* 382
Disq. IV. *In quibus probandi Nouitij?* 384
Disq. V. *Vt explorandum an Nouitius ſolicitus ſit ad opus Dei?* 385
Disq. VI. *Quomodo Nouitiorum Obedientia probanda.* ibid.
Disq. VII. *An probandi Nouitij per opprobria & iniurias?* 387

TRACTATVS IV.

De Nouitiorum Magiſtro.

Disq. I. *Qualis debeat eſſe Nouitiorum Magiſter?* 391
Disq. II. *Vt Saluator noſter* Iesvs Christvs *Magiſtri Nouitiorum ideam expreſſerit?* 392
Disq. III. *Quæ Nouitius erga Magiſtrum obſeruanda?* 397
Disq. IV. *Quæ Nouitiis potiſſimùm à Magiſtro inculcanda?* 398
Disq. V. *Qua ratione Nouitius de temporalibus bonis diſponet?* 400

TRACTATVS V.

De Nouitiorum Profeſſione.

Disq. I. *Verùm, veteres Monachi emiſerint profeſſionẽ?* 404
Disq. II. *Quibus nominibus Votorum nuncupatio inſigniri ſoleat?* 405
Disq. III. *An Profeſſio ſcripto facienda? & quare?* 407
Disq. IV. *Quæ in ordine S. Benedicti Profeſſionis formula?* 408
Disq. V. *Quàm rectè Profeſſioni præmittatur diuini nominis inuocatio?* 410
Disq. VI. *An Profeſſionis formulæ aliquid ſubſcribendum?* 411

TRACTATVS VI.

De Votorum quæ in Profeſſione emittuntur explicatione.

Disq. I. *Quò illud referendum quod in Profeſſione dicitur: Secundùm Regulam S. Benedicti?* 413
Disq. II. *Quid diſcriminis ſit inter hæc: Promitto conuerſionem morum ſecundùm Regulam; &, promitto Obedientiam ſecundùm Regulam; ac, promitto ſeruare Regulam; denique, promitto Obedientiam ſub Regula?* 415
Disq. III. *Quid Voto ſtabilitatis ſignificetur?* 417
Disq. IV. *Quænam promiſſa ſtabilitati non aduerſentur, vel eidem contraria ſint?* 418
Disq. V. *Quid morum conuerſio?* 421
Disq. VI. *Cur Paupertatis, & Caſtitatis in Profeſſionis formula nulla fiat mentio?* 423

TRACTATVS VII.

De Voto paupertatis.

Disq. I. *Quid Proprium, proprietas, peculium, Opus peculiare?* 424
Disq. II. *Quæ nomine proprij interdicta?* 426
Disq. III. *Cur litteræ non ſcribendæ vel recipiendæ citra Superioris veniam?* 428
Disq. IV. *Quæ & quales Eulogiæ?* 429
Disq. V. *Cur proprietas vitium nequiſſimum dicta?* 432
Disq. VI. *Quæ proprietariorum pœna?* 433
Disq. VII. *Quomodo neceſſaria fratribus diſtribuenda?* 435

TRACTATVS VIII.

De Ritibus Profeſſionis, eiuſque renouatione.

Disq. I. *Qui monaſtica profeſſionis ritus, quæve eorumdem ſignificatio?* 437
Disq. II. *Num monaſtica Profeſſio alter dici poſſit baptiſmus?* 440
Disq. III. *Quæ inter baptiſmum & Profeſſionem comparatio?* 441
Disq. IV. *An nomen nouum congruè imponatur Nouitiis?* 443
Disq. V. *Quàm vtilis profeſſionis renouatio?* 444
Disq. VI. *Quæ renouationis votorum praxis?* 446
Disq. VII. *Quæ pia circa votorum materiam exercitatio?* 448

LIBER QVINTVS.

VESTIARIVM.

TRACTATVS I.

De Monachorum veſtibus generatim.

Disq. I. *An diſtinctus olim Monachorum à Sæcularium habitus.* 452
Disq. II. *Num diſcreta Monachorum à vulgo veſtis ſacræ Scripturæ, ac purioris Eccleſiæ vſui repugnet?* 454
Disq. III. *Quæ cauſſa peculiaris Monachorum habitus?* 456
Disq. IV. *Quæ Religioſi habitus prærogatiuæ?* 458

TRACTATVS II.

De veſtibus Benedictinis in genere.

Disq. I. *Certùmne ſuis S. Benedictus præſcripſerit habitum?* 461

Disq. II.

Disq. II. *Quando veſtium facienda mutatio?* 463
Disq. III. *Quæ & quot Monachorum veſtes?* 464
Disq. IV. *Quæ Monaſticorum veſtimentorum diuiſio?* 466
Disq. V. *Conueniátne Benedictinis ſuas vt ipſi veſtes eluant?* 467.
Disq. VI. *An Monacho ſua reficienda veſtimenta?* 470.
Disq. VII. *Cur vetera reddenda, cum noua accipiuntur veſtimenta?* 471

TRACTATVS III.

De veſtibus Longioribus.

Disq. I. *Quid ſit Cuculla?* 472
Disq. II. *Quid Melote? an veſtis Benedictina?* 476
Disq. III. *Quod capitis operimentum ſuis S. Benedictus aſſignauerit?* 477
Disq. IV. *Vnde Monachorum Almutia?* 480
Disq. V. *Quale Benedictinum Scapulare?* ibid.
Disq. VI. *An ſcapulare ſit eſſentialis Benedictinorum habitus?* 482
Disq. VII. *Qualis Tunica Benedictina?* 485
Disq. VIII. *Quæ intima veſtis Benedictinorum?* 486
Disq. IX. *Num Benedictinis liceat vti pelliceis?* 488

TRACTATVS IV.

De veſtibus breuioribus.

Disq. I. *Qualis Benedictinorum zona?* 490
Disq. II. *Num veriſum aliquando Monachis zonam geſtare?* 492
Disq. III. *Quid Mappula?* 493
Disq. IV. *Quid Bracile?* 494
Disq. V. *An Benedictinis domi femoralia permiſſa?* 495
Disq. VI. *An apud Benedictinos femoralium vſus poſteà receptus?* 497

TRACTATVS V.

De Calceamentis.

Disq. I. *An Calceamenta Monachis conceſſa?* 498
Disq. II. *Quid Pedules?* 500
Disq. III. *Quid Caliga?* 501
Disq. IV. *Quæ Caligarum materia, forma, & vſus?* 502
Disq. V. *Quæ deinceps circa Benedictinorum præſcriptum Calceamenta?* 504

TRACTATVS VI.

De Monaſticarum veſtium colore.

Disq. I. *Quis color veſtis Benedictinæ?* 506
Disq. II. *Cur niger potiſſimum habitus à Benedictinis aſſumptus?* 508
Disq. III. *Vnde Nigrorum Monachorum nomen Benedictinis tributum?* 510

TRACTATVS VII.

De quibuſdam Benedictinæ veſti ſingularibus.

Disq. I. *Quid ex Benedictino amictu alij etiam non Monachi aſſumpſerint?* 511
Disq. II. *Quantum profuerit Benedictinum habitum detuliſſe?* 512
Disq. III. *Cur habitus ille, quo hæreticæ prauitatis inquiſitores induunt à fide prolapſos, apud Hiſpanos S. Benedicti vocetur?* 515

TRACTATVS VIII.

De Obligatione deferendi habitum & quæ in eo vitanda?

Disq. I. *Quanta obligatio habitum religioſum deferendi?* 517
Disq. II. *An peccet mortaliter Benedictinus dimittens ſine caputio ſcapulare annexo?* 519
Disq. III. *Quæ in monaſtico habitu potiſſimùm vitanda?* 521
Disq. IV. *Quam indecorum religioſæ veſtis formam mutare?* 523
Disq. V. *Quid tritum illud,* habitus non facit Monachum? 525

TRACTATVS IX.

De Coronâ & Tonſurâ Monachorum.

Disq. I. *An tempore S. Benedicti in vſu fuerit monaſtica tonſura, ſiue corona?* 528
Disq. II. *An tonſura Monaſtica S. Scripturæ repugnet?* 530
Disq. III. *An Benedictinorum raſa barba?* 531
Disq. IV. *Quid tonſa Corona myſticè deſignet?* 533
Disq. V. *Cuius rei ſymbolum ſit tonſa barba?* 535
Disq. VI. *An Sanctimonialibus crines detonſi?* 537
Disq. VII. *Quàm varium Sanctimonialium velum?* 539

TRACTATVS X.

Myſtica Benedictini habitus explicatio.

Disq. I. *Quæ monaſticæ veſtis myſtica ſignificatio?* 542
Disq. II. *Quid niger monaſticæ veſtis color deſignet?* 545
Disq. III. *An aliquis in veteri lege nigrorum Monachorum typus?* 548
Disq. IV. *Quid cuculla myſticè ſignificet?* 550
Disq. V. *Cuius rei ſcapulare ſymbolum?* 551
Disq. VI. *Quæ tunicæ myſtica explicatio?* 552
Disq. VII. *Quid cingulum ſiue Zona ſignificet?* 553
Disq. VIII. *Quid tibialia, & calces (caligæ & pedules vulgo) ſignificent?* 554

LIBER SEXTVS.

ASCETERIVM.

TRACTATVS I.

De inſtrumentis bonorum operum.

Disq. I. *Cur de bonorum operum inſtrumentis tractet S. Benedictus?* 559
Disq. II. *Bonorum operum inſtrumenta vnde ſumpta? cur ſic dicta?* 560
Disq. III. *Vt inſtrumentorum bonorum operum notitia & vſus per S. Benedictum propagata?* 562

TRACTATVS II.

De Obedientiâ.

Disq. I. *An & quomodo obedientia primus humilitatis gradus?* 564

Disq. II. *Quinam obedientiæ gradus?* 566
Disq. III. *De baſi ſcalæ, ſine quam firmiter tenendum nos Deo in ſuperioribus obedire?* 568
Disq. IV. *Quomodo obedientiæ gradus ſcalæ innectantur lateribus.* 569
Disq. V. *Quibus, & in quibus obediendum?* 572
Disq. VI. *Quomodo S. Benedictus obedientiam extendat vſque ad impoſſibilia?* 573
Disq. VII. *Vt omnia agenda cum obedientia?* 576
Disq. VIII. *Quam velox debeat eſſe obedientia?* 577
Disq. IX. *Vt in obedientiâ propria voluntas & iudicium abneganda?* 579
Disq. X. *Quæ reliquæ obedientiæ conditiones?* 581
Disq. XI. *Sitne peccatum obedire cum murmure?* 582

TRACTATVS III.

De Silentio.

Disq. I. *Vt S. Benedictus Dauidem Silentij magiſtrum nobis proponat?* 585
Disq. II. *Vt fugiendum multiloquium S. Benedictus probet?* 587
Disq. III. *Quanta debeat eſſe linguæ cuſtodia?* 589
Disq. IV. *Quænam ex S. Benedicti ſententiâ perpetuo ſilentio proſcripta?* 591
Disq. V. *Quæ ſilentij dignitas & vtilitas?* 594
Disq. VI. *Quibus potiſſimùm ſtimulis ad ſilentium excitandi religioſi?* 596
Disq. VII. *Quibus potiſſimùm locis ſeruandũ ſilentium?* 599
Disq. VIII. *Cur a Completorio indictum ſilentium?* 600
Disq. IX. *Quouſque ſe extendat ſilentium poſt Completorium?* 603
Disq. X. *Quanti apud Benedictinos ſilentium poſt Completorium fiat?* 604
Disq. XI. *Num ſignorum vſus probandus ne voce ſilentium violetur.* 605
Disq. XII. *Quot modis ſilentium violetur?* 609
Disq. XIII. *Quæ violati pœna ſilentij?* 610

TRACTATVS IV.

De ſcalâ humilitatis.

Disq. I. *Cur de humilitate acuratiùs S. Benedictus ſcripſit?* 613.
Disq. II. *Quid ſit humilitas?* 615
Disq. III. *Vnde ſuam de humilitate doctrinam S. Benedictus hauſerit?* 616
Disq. IV. *Quanta auctoritatis ea ſint quæ de humilitate S. Benedictus ſcripſit?* 618
Disq. V. *Quæ & qualis humilitatis ſcala?* 620
Disq. VI. *Quàm varij humilitatis gradus?* 622
Disq. VII. *Quo ordine duodecim Humilitatis gradus à S. Benedicto recenſiti?* 623
Disq. VIII. *Quæ ratio graduum humilitatis?* 624
Disq. IX. *De ſuperbiâ, eiuſq; gradibus humilitati oppoſitis?* 626

TRACTATVS V.

De quatuor primis humilitatis gradibus.

Disq. I. *Quis primus humilitatis gradus?* 627
Disq. II. *Quænam timentis Deum officia?* 630
Disq. III. *Quodnam in ſcalâ ſuperbiæ huic gradui vitium oppoſitum?* 633
Disq. IV. *Quis ſecundus humilitatis gradus?* 634
Disq. V. *Quid ſecundo gradui opponitur?* 636
Disq. VI. *Quid tertius humilitatis gradus præſcribat? Quid ei contrarium?* 637
Disq. VII. *Quis quartus humilitatis gradus?* 638
Disq. VIII. *Quæ quarto humilitatis gradui aduerſãtur?* 641

TRACTATVS VI.

De mediis humilitatis gradibus.

Disq. I. *Quid ſibi vult quintus humilitatis gradus?* 642
Disq. II. *Num rectè S. Benedictus ex ſacrâ Scripturâ confeſſionem peccatorum Abbati faciendam adſtruat?* 645.
Disq. III. *Quod vitium quinto humilitatis gradui opponatur?* 646
Disq. IV. *Quis ſextus humilitatis gradus?* 649
Disq. V. *Quæ huic humilitatis gradui repugnent?* 651
Disq. VI. *Quid ſeptimus humilitatis gradus comprehendat?* 653
Disq. VII. *Quid ſeptimo humilitatis gradui repugnet?* 656
Disq. VIII. *Quid innuat octauus humilitatis gradus? quod vitium deſtruat?* 658

TRACTATVS VII.

De vltimis Humilitatis gradibus.

Disq. I. *Quis nonus humilitatis gradus? quid illi oppoſitum?* 661
Disq. II. *Quid decimus humilitatis gradus commendet?* 663
Disq. III. *Quæ vndecimi humilitatis gradus doctrina?* 665
Disq. IV. *Quid duodecimus humilitatis gradus præſcribat?* 666
Disq. V. *Quomodo humilitas ad culmen perducat Charitatis?* 669
Disq. VI. *Quàm in omnibus, & ſingulis perſonis & actionibus humilitatem S. Benedictus deſiderauerit?* 672

LIBER SEPTIMVS.

ORATORIVM.

TRACTATVS I.

De Orationis loco.

Disq. I. *Quibus nominibus Orationis loca nuncupata?* 678
Disq. II. *Quæ in oratorio fieri conueniat?* 680
Disq. III. *Quæ in Oratorio fieri vetita?* 685
Disq. IV. *Num extra Oratorium orare liceat?* 684
Disq. V. *Liceátne loco immundo orare?* 685
Disq. VI. *Cur melius in Oratorio preces fundere.* 687
Disq. VII. *Quomodo officium peragendum extra oratorium?* 688

TRACTATVS II.

De officio diuino generatim.

Disq. I. *Quæ diuini officij nomina?* 691
Disq. II. *Cur Horæ Canonicæ opus Dei S. Benedicto vocentur?* 693

Disq. III.

Digitized by Google

Disq. III. *An etiam ante S. Benedicti tempora hora Canonica opus Dei appellata?* 694
Disq. IV. *Quæ diuini officij partes? Quot eius Horæ?* 695
Disq. V. *Cur his Horis officia aſſignata?* 696

TRACTATVS III.

De tempeſtiuo ad Horas occurſu.

Disq. I. *Cuius ſit diuini officij horas indicare?* 699
Disq. II. *Quomodo fratres ad diuinum officium conuocandi?* 701
Disq. III. *Quantâ diligentiâ ad opus Dei occurrendum?* 703
Disq. IV. *Quæ ſerò venientium pœna?* ibid.
Disq. V. *Vt ſuperanda tentatio de deſerenda Pſalmodia?* 705

TRACTATVS IV.

De Pſallendi modo.

Disq. I. *An ſedendo, an ſtando pſallendum?* 707
Disq. II. *An ex libro, an memoriter officium diuinum perſoluendum?* 709
Disq. III. *An ſimplici, an modulata voce pſallendum.* 711
Disq. IV. *Quæ in diuino officio indirectum dicenda?* 713
Disq. V. *An à ſingulis Pſaltis, an verò alternis Choris Pſalmi iuxta S. Benedictum dicendi?* 715
Disq. VI *Quâ diſciplinâ pſallendum?* 719
Disq. VII. *Quâ mentis attentione pſallendum?* 720

TRACTATVS V.

De Quantitate Pſalmodiæ.

Disq. I. *Quàm prolixa pſalmodia in Benedictinis Monaſteriis olim ſeruata?* 722
Disq. II. *Quæ prolixioris Pſalmodiæ cauſſa?* 724
Disq. III. *Quid de prolixiori Pſalmodia quidam cenſuerint?* 726
Disq. IV. *Num Benedictini rectiùs Romano, an verò Monaſtico in perſoluendis horis Canonicis vtantur Breuiario?* 728
Disq. V. *Liceátne Abbati præſcriptos à S. Benedicto mutare pſalmos?* 732
Disq. VI. *An ſingulis Pſalmis iuxta mentem S. Benedicti interſecta orationes?* 735

TRACTATVS VI.

De Nocturnis vigiliis.

Disq. I. *Cur diſtinctio à Romanâ Eccleſiâ more nocturnum S. Benedictus inchoet officium?* 738
Disq. II. *Cur verſus* Domine labia aperies *tertiò repetendus?* 739
Disq. III. *Cur tertius Pſalmus ante Inuitatorium dicatur?* 740.
Disq. IV. *De inuitatorio & Pſalmo* Venite. 741
Disq. V. *Quid Ambroſianum?* 742
Disq. VI. *De Pſalmis, & quot in nocturnis vigiliis dicendi?* 743
Disq. VII. *Vt nocturnorum claudenda Pſalmodia, & de lectionibus ſubſequentibus?* 744
Disq. VIII. *Qualiter Dominicis diebus vigilia agãtur?* 747

TRACTATVS VII.

De Horis Diurnis.

Disq. I. *Quid illo agendum interuallo quod inter vigilias nocturnas & Matutinos intercurrit?* 751
Disq. II. *Quæ in Matutinis laudibus obſeruanda?* 754
Disq. III. *Quid circa minores dies Horas obſeruandum?* 756
Disq. IV. *De Veſperis, & Completorio?* 757

TRACTATVS VIII.

De quibus Horarum partibus.

Disq. I. *Quid & quibus temporibus dicendum Alleluia?* 759.
Disq. II. *Cur Kyrie eleiſon Orationibus ſiue Collectis præmittatur?* 762
Disq. III. *Cur ante Collectam recitanda Oratio Dominica & in Laudibus & Veſperis altâ voce?* 763
Disq. IV. *Cur nullam de Collectis ſiue Orationibus mentionem fecit S. Benedictus?* 766
Disq. V. *Quid illud ſiant Miſſæ?* 767

TRACTATVS IX.

Horologium.

Disq. I. *Quomodo veteres Horarum ſpatia agnouerint & diſtinxerint?* 770
Disq. II. *Quâ ratione apud Monachos horarum ſpatia obſeruata?* 772
Disq. III. *De quibus horis in temporum deſignatione loquatur S. Benedictus?* 774
Disq. IV. *Quâ Horâ ad nocturnas vigilias ſurgendum?* 776
Disq. V. *Quæ aliorum officiorum tempora?* 778
Disq. VI. *Quo tempore dicenda Veſpera & Completorium?* 780
Disq. VII. *Quot, & quibus horis vacandum Lectioni, & Labori?* 781

LIBER OCTAVVS.

CAPITVLVM.

TRACTATVS I.

De actu Capitulari.

Disq. I. *Quid Capitulum? vnde dictum?* 787
Disq. II. *Quæ in Capitulari ſiant loco?* 788
Disq. III. *Quæ eorum quæ in Capitulo aguntur probabiles rationes? Cur ibi inſtituta Martyrologij lectio?* 789
Disq. IV. *De Commemoratione defunctorum.* 791
Disq. V. *Quis vſus Tabulæ quæ in Capitulo recitatur?* 794.
Disq. VI. *Cur inſtituta apud Monachos culparum accuſatio, ſiue proclamatio?* 795

TRACTATVS II.

De Iudicio Culparum.

Disq. I. *Quibus diebus facienda culparum denunciatio?* 797.
Disq. II. *Quænam in Capitulo circa Religioſorum culpas peragantur?* 798
Disq. III. *Quo animo accipienda correptio?* 799
Disq. IV. *Quæ circa culparum proclamationem obſeruanda?* 801

Disq. V. *Quâ prudentiâ delinquentes corripiendi?* 802
Disq. VI. *Quis in corripiendo ſeruandus modus?* 804

TRACTATVS III.

De Culpis & Pœnis.

Disq. I. *Quæ Culparum diſtinctio?* 806
Disq. II. *Quàm varia Culparum pœna?* 807
Disq. III. *Quales Pœnæ, quæ reo aliquid auferunt?* 810
Disq. IV. *Quale genus pœnitentiæ ſit* Superpoſitio? 811

TRACTATVS IV.

De Excommunicatione Culparum.

Disq. I. *An de Excommunicatione Eccleſiaſtica agat S. Benedictus?* 813
Disq. II. *Quæ pro leuioribus culpis irroganda Excommunicatio?* 815
Disq. III. *Quibus ex Regula inferenda Excommunicatio?* 817
Disq. IV. *Quomodo ſententiæ Excommunicationis ſatiſfaciendum?* 818
Disq. V. *Quæ Abbatis circa Excommunicatos ſollicitudo? Quid Sempectæ?* 819
Disq. VI. *Quid agendum cum eo qui ſæpius correctus non ſe emendat?* 820
Disq. VII. *Licéatne hoc tempore è Monaſterio expellere, aut ab Ordine præſcindere?* 821
Disq. VIII. *Quoties, & quomodo recipiendi qui ſuo vitio egrediuntur Monaſterio?* 822

TRACTATVS V.

De Diſciplinis.

Disq. I. *Vnde apud Benedictinos ſpontanearum diuerberationum ſiue diſciplinarum vſus?* 824
Disq. II. *Quænam Benedictinarum Congregationum de hoc Diſciplinæ genere decreta?* 826
Disq. III. *Quid alij Ordines de hoc Diſciplinæ genere præſcribant?* 827
Disq. IV. *Quibus communiter ritibus corporalis Diſciplina peragatur?* 828
Disq. V. *Quo fructu Diſciplinæ ſuſcipiantur?* 831

LIBER NONVS.

OFFICINA.

TRACTATVS I.

De Labore, eiuſque obligatione.

Disq. I. *Quanta ex otio mala?* 834
Disq. II. *Num licitum Monachis manibus laborare?* 836
Disq. III. *An Monachi ad laborem manuum teneantur?* 838
Disq. IV. *Poſſintne Benedictini a manuum labore excuſari?* 839
Disq. V. *Quibus de cauſſis opus manuum indictum?* 841
Disq. VI. *Num Chriſtus manibus laborauerit?* 843

TRACTATVS II.

De Laboris Qualitate.

Disq. I. *Quanta vtilitatis ſit manuum Labor?* 845
Disq. II. *Qui Labores Monachis magis conueniant? & ab ijs exerceri ſoliti?* 846
Disq. III. *Quomodo, quóve ſpiritu laborandum?* 848
Disq. IV. *Quam commendata Monachis Librorum deſcriptio?* 849
Disq. V. *Cur Graphium, & Tabulæ Monachis dandæ?* 851

TRACTATVS III.

De Præfectis Operum.

Disq. I. *Qui & quales Operum Præfecti?* 855
Disq. II. *Quâ diligentiâ Inſtrumenta operũ aſſeruanda?* ibid.
Disq. III. *Quomodo diſtrahenda Monachorum Opera?* 857
Disq. IV. *Quod Ananiæ & Saphiræ peccatum, & quâ pœnâ punitum?* 858

TRACTATVS IV.

De Lectione.

Disq. I. *Quid lectionis nomine S. Benedictus intellexerit?* 860.
Disq. II. *Quanta mala ex neglectu ſtudiorum?* 861
Disq. III. *Vbi & quo ritu legendum?* 864
Disq. IV. *Quomodo lectio ſpiritualis inſtituenda?* 865
Disq. V. *Vnde libri petendi?* 867

TRACTATVS V.

De Lectione Collationis.

Disq. I. *Cur inſtituta lectio Collationis?* 869
Disq. II. *Vbi Collatio legenda?* 870
Disq. III. *Quomodo & quantum in Collatione legẽdum?* 872
Disq. IV. *Cur ad hanc lectionem, Collectiones & vitæ Patrum præſcripta?* 873
Disq. V. *Quid præter prædictos libros ad Collationem legi poſſit?* 875
Disq. VI. *Cur ad Collationem non legendum Heptatícum, aut libri Regum?* 876
Disq. VII. *Quam expediat vltrà lectionem Collationis ſpirituales fieri Conferentias & exhortationes?* 877

LIBER DECIMVS.

REFECTORIVM.

TRACTATVS I.

De ijs quæ Refectionem præcedunt.

Disq. I. *Quibus horis ex mente S. Benedicti reficiendum?* 881
Disq. II. *Quibus horis Benedictinis hoc ſæculo reficiendum?* 883.
Disq. III. *Cur vetet S. Benedictus ad Lucernam reficí?* 884
Disq. IV. *A quibus religioſorum cibi coquendi & adminiſtrandi?* 885
Disq. V. *Quo ſpiritu fraterna obſequia impendenda?* 888
Disq. VI. *Quanta diligentia menſæ benedictio, & gratiarum actio perſoluenda?* 889
Disq. VII. *Quænam in menſâ obſeruanda.* 891

TRA-

TRACTATVS II.

De lectione menſali.

DISQ. I. *Cur Lectio ad menſam adhibenda?* 893
DISQ. II. *Quæ Lectoris menſæ munia?* 894
DISQ. III. *Quomodo Lectio ad menſam audienda?* 896
DISQ. IV. *Quàm laudanda menſalis lectionis repetitio?* 897
DISQ. V. *Quid agendum cùm ad menſam non legitur?* ibid.

TRACTATVS III.

De Pane & Pulmentariis.

DISQ. I. *Cur Panis menſuram S. Benedictus determinauit?* 889.
DISQ. II. *Quanti Ponderis ſit libra Panis à S. Benedicto præſcripta?* 900
DISQ. III. *Cur tam largam Panis menſuram S. Benedictus indulſerit?* 901
DISQ. IV. *Cur minor portio panis Cœnæ aſſignata quàm prandio?* 903
DISQ. V. *Quis vſus adminiſtrandi Panem in Ordine noſtro?* 904
DISQ. VI. *Quæ Pulmentaria? & quot fratribus danda?* 906

TRACTATVS IV.

De Potu & Vino.

DISQ. I. *Vbi ſcriptum ſit, vinum omninò Monachorum non eſſe?* 908
DISQ. II. *Quanta ſit* Hemiſta *Benedictina?* 911
DISQ. III. *Quibus Hemina aſſignata?* 912
DISQ. IV. *Quâ moderatione potus ſumendus?* 913
DISQ. V. *Quid Mixtum?* 915
DISQ. VI. *Quid Biberes?* 916
DISQ. VII. *Quænam mixti menſura?* 917
DISQ. VIII. *An Mixti ſumptione Eccleſiaſticum violetur ieiunium?* 918
DISQ. IX. *Vbi, quando & quomodo Mixtum ſumendum?* 919

TRACTATVS V.

De Refectionem conſequentibus.

DISQ. I. *Cur analecta ſub finem menſæ colligantur?* 920
DISQ. II. *Cur extra refectionis tempora nihil cibi potuſve ſumendum?* 922
DISQ. III. *Cur prohibita propter cibum murmuratio?* 923
DISQ. IV. *Num licita Benedictinis Monachis à refectione recreatio?* 925

TRACTATVS VI.

De Abſtinentia à Carnibus.

DISQ. I. *Cur carnium eſum S. Benedictus vetuerit?* 927
DISQ. II. *Num volatilium eſus Benedictinis permiſſus.* 929
DISQ. III. *Quid reſpondendum ad argumenta, quæ volatilium eſum promiſcuum adſtruere videntur?* 932
DISQ. IV. *An licitum Benedictinis adipe carnium vti?* 936
DISQ. V. *Quanti ipſa S. Patris Benedicti de abſtinentia à carnibus conſtitutio ſit facienda?* 938
DISQ. VI. *Quo loco olim habita inter Benedictinos fuerit abſtinentia à carnibus?* 939
DISQ. VII. *Quæ Benedictinarum Congregationum de eſu carnium decreta?* 941
DISQ. VIII. *Quid alij Ordines circa Carnium abſtinentiam ſtatuerunt?* 943
DISQ. IX. *An à vino abſtemiis Carnium eſum S. Benedictus indulſiſſet?* 945
DISQ. X. *Num valetudini ac ingenio noceat à carnibus abſtinentia?* 948
DISQ. XI. *Quibus ex Regula carnium eſus permiſſus?* 951
DISQ. XII. *An hoſpitibus exhibendæ carnes?* 952
DISQ. III. *Quale peccatum contra Regulam carnes manducare?* 954
DISQ. XIV. *Num generaliter aliquando cum Benedictinis diſpenſatum ſit circa eſum carnium?* 957
DISQ. XV. *Poſſitne Abbas in abſtinentia à carnibus diſpenſare?* 960

TRACTATVS VII.

De Ieiuniis Monaſticis.

DISQ. I. *Cur ferià quartà & ſextà ieiunandum?* 961
DISQ. II. *Cur nihil de Sabbati ieiunio præſcripſerit S. Benedictus?* 963
DISQ. III. *Quod ieiunium Regulare?* 964
DISQ. IV. *Cur ieiunium Regulare inſtitutum?* ibid.
DISQ. V. *Quo die inchoandum Regulare Ieiunium?* 965
DISQ. VI. *An Ieiunium regulare nonnumquam relaxetur?* 966
DISQ. VII. *An omnibus feriatis diebus ieiunandum?* 967

TRACTATVS VIII.

De Quadrageſimæ obſeruatione.

DISQ. I. *Cur Quadrageſimale ieiunium Inſtitutum?* 969
DISQ. II. *Cur omni tempore Quadrageſimæ obſeruantia Monachis commendata?* 971
DISQ. III. *Quomodo veteres Monachi obſeruauerint Quadrageſimam?* ibid.
DISQ. IV. *Quænam peculiariter in Quadrageſima S. Benedictus fieri voluerit?* 972
DISQ. V. *Quâ religione Benedictini Quadrageſimam tranſegerint?* 973
DISQ. VI. *Quare ad opera ſupererogationis facultas Abbatis petenda?* 975
DISQ. VII. *Quâ formâ ad peculiaria pietatis exercitia peti & concedi ſolet venia?* 977
DISQ. VIII. *Cur libri initio Quadrageſimæ diſtribuendi ſint?* 978
DISQ. IX. *Quodnam ſit caput Quadrageſimæ?* 979
DISQ. X. *Quo ritu Librorum diſtributio facienda?* 980

LIBER VNDECIMVS.

HOSPITIVM.

ITINERARIVM, ET VALETVDINARIVM.

TRACTATVS I.

De Hoſpitibus ſuſcipiendis.

DISQ. I. *Cur de Hoſpitibus ſuſcipiendis peculiariter S. Benedictus egerit?* 982
DISQ. II. *Quinam Hoſpitio excipiendi?* 984
DISQ. III. *An mulieres Hoſpitio excipiendæ?* 986
DISQ. IV. *Quanti temporis Hoſpitium indulgendum?* 987
DISQ. V. *Quo loco excipiendi Hoſpites?* 988
DISQ. VI. *Quid fratribus circa Hoſpites obſeruandum?* 989.

TRACTATVS II.

De modo excipiendi Hoſpites.

DISQ. I. *Quomodo ſuſcipiendi Hoſpites?* 991
DISQ. II. *Quid Hoſpite iam ſuſcepto agendum?* 994
DISQ. III. *Quod Hoſpitalarij officium?* 995
DISQ. IV. *Cur lauandi Hoſpitum pedes?* 996
DISQ. V. *Quando, à quibus, quove ritu lauandi pedes?* 997
DISQ. VI. *Cur Abbas Hoſpiti aquam fundere iuſſus?* 999

TRACTATVS III.

De Menſâ hoſpitum.

DISQ. I. *An in refectorio, an alibi hoſpitum menſa?* 1000
DISQ. II. *Liceátne hoſpites communi in refectorio adhibere menſæ?* 1002
DISQ. III. *Quid aliorum de communi hoſpitum cum Religioſis refectione iudicia?* 1004
DISQ. IV. *Quid reſpondendum iis, quæ pro ſegregata hoſpitum menſa ſuperiùs ſunt allata?* 1006
DISQ. V. *Quatenus propter Hoſpites ſoluendum Ieiunium?* 1008.

TRACTATVS IV.

Itinerarium.

DISQ. I. *Cur ſine ſocio & venia non exeundum?* 1010
DISQ. II. *Cur Itinerantibus impendenda Benedictio?* 1011
DISQ. III. *Quibus precibus itinerantes proſequendi?* 1012
DISQ. IV. *Quæ in itinere obſeruanda?* 1014
DISQ. V. *Cur ſine venia foris non manducandum nec ad alia quam Ordinis loca, vbi ea fuerint diuertendum?* 1016
DISQ. VI. *Cur vetitum foris audita in Monaſterio referre?* 1017

TRACTATVS V.

Valetudinarium.

DISQ. I. *Quæ Cura impendenda ægrotis?* 1019
DISQ. II. *Cur ex infirmorum miniſterio maior merces acquiratur?* 1020
DISQ. III. *Quanta Abbati infirmorum debeat eſſe cura?* 1021
DISQ. IV. *Quæ erga infirmos Abbati ſpeciatim obſeruanda?* 1022.
DISQ. V. *Quænam Infirmarij munia?* 1023
DISQ. VI. *Num Religioſis adhibenda medicina?* 1024
DISQ. VII. *Num Monachis balnearum vſus indulgendus?* 1025.
DISQ. VIII. *Quæ à fratribus circa infirmos obſeruanda?* 1027
DISQ. IX. *Ægrotis quæ obſeruanda?* 1028
DISQ. X. *Cum affectato morbo laborantibus quid agendum?* 1030.
DISQ. XI. *Quanta Senum habenda cura?* 1032
DISQ. XII. *Quænam Senibus prò indulgenda?* 1033

LIBER DVODECIMVS.

DORMITORIVM.

TRACTATVS I.

De Religioſorum Lectis.

DISQ. I. *Quid & quale Religioſorum dormitorium?* 1036
DISQ. II. *Quid de Religioſorum in Regula præſcriptum Lectis?* 1038
DISQ. III. *Cur & quando lecti ſcrutandi?* 1039
DISQ. IV. *Quid Lectiſternia, & quot aut qualia Monachis aſſignata?* ibid.
DISQ. V. *Quid Matta? & quis eius apud Monachos vſus?* 1041
DISQ. VI. *Quid Sagum? Quid Læna? Quid Capitale.* ibid.

TRACTATVS II.

De Ratione Dormiendi.

DISQ. I. *Quot horis dormiendum?* 1043
DISQ. II. *Quo corporis ſitu dormiendum?* 1044
DISQ. III. *Quid ab excitatione Fratribus agendum?* 1045
DISQ. IV. *Num fas dormire poſt nocturnas vigilias?* ibid.
DISQ. V. *An ſaltem Dominicis diebus, & in Sanctorũ Feſtiuitatibus non liceat poſt nocturnas vigilias dormire?* 1046
DISQ. VI. *Cur & quando meridiana dormitio Monachis permiſſa?* 1048

TRACTATVS III.

De Monachorum Cellis.

DISQ. I. *Quid Cella?* 1050
DISQ. II. *Cur Cella in Monaſteriis exſtructa.* 1051
DISQ. III. *Qualis Monachorum Cella?* 1052
DISQ. IV. *Quæ Monaſticarum Cellarum Suppellex?* 1053
DISQ. V. *Cur in alienam non intrandum Cellam?* 1054
DISQ. VI. *Quomodo habitâ licentiâ ingrediendum in fratris Cellam, & in ea verſandum?* 1055
DISQ. VII. *Qua ſolicitudine in Cella commorandum?* 1057
Epilogus totius Operis. 1058

APPENDIX. 1060

Ordo Conuerſationis Monaſticæ. 1066

VINEA BENEDICTINA REFLORESCENS.

CAPVT I. *De vineæ plantatione.* 1081
CAPVT II. *De vineæ propagatione.* 1083
CAPVT III. *De vineæ defectu.* ibid.
CAPVT IV. *De Benedictinæ vineæ renouatione.* 1085
CAPVT V. *Caroli Magni recurſus ad Caſſinenſes.* 1086
Epiſtola Theodemari. ibid.
CAPVT VI. *Nota in præcedentem Epiſtolam.* 1088
CAPVT VII. *Continuata Caroli Magni erga Monaſticum Ordinem ſtudia.* 1090
CAPVT VIII. *De Generali Reformatione ſub Ludouico Pio in Concilio Aquiſgranenſi facta.* 1091

CANONES AQVISGRANENSES explicati. 1092

INDEX VOCABVLORVM EXPLICATORVM.

Prior numerus paginam, poſterior columnam, litteræ interiectæ locum deſignant.

A.

אב באּ אב 309.a.2.310.c.2
Abba Abbas. 310.a.1.302.a.2
Abrenuntiantes. 367.d.1
Abſolutio. 745.a.1. *Capituli.* 788. b. 2. pro *Ite miſſa eſt.* ibid.d.
Accœmeti, *Monachi non dormientes.* 50.c.1
ארון 304.a.1
Ætas mala, *ſenectus.* 1032.b.2
Agenda. 693.b.1
Ἀγρυπνητήριον. 290.b.1
Alleluia. 759.c.1
Almutium. 480.c.1
Alpargo, Alpargato. 818.d.2
Ambroſianum, *hymnus.* 742.e.2
Amen, *verè.* 749.a.2
Anachoreta. 283.e.1
Analabus. 480.d.2
Analogium, *pulpitum.* 746.c.1
Angeli, *Monachi.* 312.e.1
Antiphona, *Cantus cum notis.* 712.d.
Antiphona, *inuitatoriũ.* 741.c.2
Antiſtes, *Abbas.* 312.a.2
Anxius. 313.b.2
Ἀπόλυσις. 767.d.2.788.c.2
Ἀπολυτίκιον. 788.c.2
Ἀπόλωτος. 589.e.2
Arbiter. 891.b.1
Archangelus Monachorum, *Abbas.* 312.e.1
Ἀρχάριοι. 367.e.1
Archimandrita. 289.c.2.312.a.2.
Armarium, *bibliotheca.* 868.b.2
Artaria. 500.a.2
Aſceterium, *Monaſterium.* 289.e.2.
Ἄσκησις, *vita Monaſtico.* 268.d.2.269.e.1.
Ἀσκηταί, *Monachi, Religioſi.* 268.
Ἀσκήτριαι, *Moniales.* 269.c.1
Ἀσφέγγλωσσον. 589.d.2
Auca. 934.b.1
Audirorium, *ſcholo Monachorum.* 864.b.2
Auſcultarc, *obedire.* viij
Azumbre, menſura Hiſpanica. 912.a.1.

B.

Βαλεῖν μετάνοιαν. 799.a.1
Balneæ. xxxiv
Baſilica. 679.a.2
Beguinæ. 367.a.2
Belial. 125.c.1
Benedictio, *eulogia.* 431.b.1
Benedictio, *oratio, collecto.* 750.e.2.
Benedictiones, *Canticum trium puerorum.* 754.e.2
בְּרָכָה 431.b.1
Βεστιάριον. 452.
Bethania. 564.
Biber, pro *bibere.* 916.a.1
Bibera, *potatio.* 916.e.1
Biberes. ibid.d.
Biſaciæ, *ſarcinula.* 989.a.1
Biſdom. 679.d.1
Βωμολόχοι. 591.e.2
Bottæ, *cothurni, ocrea.* 504.e.2
Bracile, *cingulum renum.* 494.b.2. *ſubligaculũ.* 495.d.1.a.2
Βραδεῖα. xxxvj
Brecilles. 482.e.1
Breue. 856.b.2
Brood à Βρωτός. 679.d.1
Burrus, *ruffus.* 507.b.2

C.

Cænula ſerotina. 871.e.2
Calceatium. xlv
Caliga. 501.b.2
Cambuta. 320.c.1
Caminata. 292.c.1.c.2
Camelanchium. 464.c.2
Camiſiæ. 1095.d.1
Campana. 702.a.2
Campeſtre, *ſubligaculum.* 495.a.2.
Candidati. 367.e.2
Canis, *veſtis genus.* 524.a.1
Canon, *diuinum officium.* 691.a.2.
Canonarcha. 700.d.1
Cap. 477.e.1
Capitale. 1042.c.2
Capitolium, *capitulum.* 787.d.1
Capitula, *decreta, canones.* 1091.c.2.
Capitula, *ſectiones pſalmorum.* xxvj.
Capitularia, *leges.* 787.e.2
Capitulum, *locus Monachorum.* 787.a.1. *correptio.* ibid.c.2. *Synodus.* ibid.a.
Cappa. 474.e.1
Capuita. 320.c.1
Caputiari. 479.b.1
Caputium. 477.b.2
Caſula. 473.c.1
Cauſari. xlv
Cautela. 1067.c.1
Cella, *penuarium.* 1050.b.1. *domunculo.* ibid.c. *Monaſterium,* 1051.a.1. *Priorotus.* ibid.c.
Cellararius. 343.d.1
Cellarius. 343.c.1
Cellerarius. ibid.
Cellulani. 46.e.1
Cento, centonium. 56.e.1. Centonarium. ibid.a.2
Chamir. 1095.e.1
Χειρόνιψοι. 605.c.2
Chlæna. 1042.b.1
Chorus. 718.a.1
חשן 317.d.1
Circa, circator, circitor. 867.d.2.
Circumcelliones. 281.a.1
Clauſtrales. 276.c.1
Clauſtrum. 290.d.1
Clepſammidium. 771.a.2
Cloofters. 276.a.1
Cluſa. 84.a.1
Cœnobiarcha. 312.a.2
Cœnobitæ. 286.c.1
Cœnobium. 289.a.1
Collatie. 871.e.2
Collatio, *conſeſſus.* 969.b.2
Collecta. 692.d.e.2
Colobium. 481.e.1
Commemoratorium. 856.d.2
Commiſſus. 278.e.2

Aaaaaa 4 Com-

Competentes. 367.c.1.
Complere, *finire.* 873.e.1
Completorium. 758.b.2
Compulſor. 700.a.2
Condo, *conſtituo.* 166.c.1
Confeſſionem dare. 1069.b.1
Confeſſiones, pſalmi *Confitemini.* 755.d.1
Contumax. 817.a.2
Conuenire, *in ius vocare.* 765. a. 1.
Conuenientia, *pactum.* 665.d.1
Conuentus. 692.d.2
Conuerſatio, monaſtica vita. lviij.
Conuerſus *Monachus.* 277.a.2. *laicus frater.* ibid.b. *Nouitius.* 297. a.2.
Corpus, *collegium.* 263
Cotyla, *hemina.* 912.b.1
Cuculla. 472. pro *ſcapulari.* 475. b. 2.
Culcita. 1090.a.2
Curſus. 692.b.1
Cuſtodes Ordinis. 333.c.1

D.

Decanus. 333.1
Dedicatio. 406.d.2
De ſub iugo. xlviij
Deificus. ix
Diacones. l
Dictator. 891.b.1
Dimenſum. 899.a.1
Διφθέρα. 476.d.1
Directaneus. 712.a.1
Diſciplina, *inſtructio.* 131.a.1
Diſciplina, *virga.* 828.e.2. *Monachatus.* 512.b.1
Diſputatio, *collatio.* 870.a.1
Dom. 304.e.1
Domeſtici, *cantorum præfecti.* 718.b.1.
Dominicum. 679.c.1
Dom-kercke. 679.d.1
Domnus. 303.2
Donatus. 278.2
Dormitorium. 1036.a.1
Duodecima hora, *Veſpera.* 781. b.1.

E.

Eccleſia. 678.a.2
Ἐγχείρια. 493.d.2
Εἰσαγόμενοι. 367.b.2
Embrimium. 56.c.2
Ependytes. 481.c.1
Epiſcopus. 272.b.1
Ἐπιστροφή. 1029.c.1
Ἡσυχάστης. 283.a.2
Ἡσυχαστήρια. 290.c.1
Exactores. 865.a.1
Ex corde. 747.a.1
Exypniſtes. 700.e.1
Exoccupatus. xvj
Explicit liber. 1066.b.1
Extollere. xlj
Extremitas. 649.c.1

F.

Faſciolæ, *tibialia.* 504. c. 2. 1095.c.2.
Feriæ. 755.d.2
Ferramenta. 562.b.2
Ferula. 474.c.2
Flammeum. 540.a.1
Floccus. 474.c.2
Formarius. 391.a.2
Formatæ. 983.b.2
Fortuitu. xxxiv
Frater. 300.d.1
Praternitas. 301.a.1
Fru-ſuppen. 916.b.1

G.

Galnapis. 1042.b.2
Γέρας. 307.c.1
Gerontocomium. 1034.b.1
Γερουσία. 307.c.1
Gheere. 485.c.2
Gyro. 485.b.2
Gyrouagi. 282.b.1
Graphium. 852.b.1
Guna, *veſtis pellicea.* 1090.e.2

H.

הברכה 430.e.2
Hallelu, *laudate.* 760.d.1
Hammet. 1095.e.2
Hand ſchoen. 1095.d.2
Haſta. 519.c.1
Hemina. 912.b.1
Heptaticum. xxxvij. 876.d.1
Horæ Canonicæ. 691.b.1
Humanitas, *hoſpitalitas,* 994.c. 2. *victus.* ibid.d.

I.

Iah. 760.d.1
יחידים 268.b.1
Ἰκῦλαι. 276.c.1
Imponere. 718.b.2
Impoſſibile. lv
Impoſitiones, impoſtæ, vectigalia. 812.c.2
Incipientes, *Nouitij.* 367.e.1
Incipit liber. 1066 a.1
Incluſa. 83.e.1. Incluſoria. 82. c.2. 84. a. 1.
Inſtrumentum. 561.e.2. 562

K.

Καλόγηρος. 305.c.2
Καλόγρια. ibid.
Kapittel leſen. 787.c.2
Καμιλαύκιον. 787.c.1
Κατωνάκιον. 480.d.2
Kerck. 679.c.2
Kyrie eleiſon. 763.d.1
Kilimor, cella magna. 58.b.2
Klimmen, à κλῖμαξ. 679.d.1
Kloppen/ *caſtrare.* 367.b.1
Kloppjens/Klop-ſuſters. 367 e. 1.
Krootſe. 320.e.1
Κοιμητήριον. 1036.b.1
Κελλίον, Κελλίων. ibid.
Κυριακή. 679.c.1
Κύριος. 304.c.1

L.

Læna. 1041.e.2. 1042.a.1
Laici. 277.1
Laudes, *centeſimus quadrageſimus octauus pſalmus.* 755.c.1
Laura. 289.c.2.d.2
Lebitonarium. 481.e.1
Lecta, neutro genere. xxvij
Lectio, capitulum. 747.a.1
Lectiſternia. 1030.c.2
Legenda. 693.c.1
Lepſen. 763.d.2
Linguarium. 586.a.1
Liripipium. 475.c.2
Litania. xxij. 763.d.1
Lituus. 320.d.1
Lorica. 243.c.1
Lucernarium. 757.a.2

M.

Mafortes. 541.a.2
Magiſter. 891.b.1
Maior. 311.a.2. Maiores, *prætores.* ibid.c.2
Meyers. ibid.
Maior Domus. 311.c.2
Mallones. 534.b.2
Mandatum.
Mandra. 289.c.1
Manta. 475.b.1
Μαφόριν. ibid.c.1
Mappula, *ſudarium.* 493.a.2. *veſtis.* 494. b. 1. *equorum ſtratum.* ibid.c. *Manipulus.* ibid.d
Martyria, *eccleſia.* 679.d.2
Maſtota. 700.d.2
Matta. 1041.a.1
Matricula. 795.a.1
Matutini, *pſalmi.* xxij
Meditatio, *ſtudium, lectio.* 752
Mele. 476.a.2
Melote. 476.b.1
Meminere, meminens. xj
Μετάνοιαν βάλλειν. 799.a.2

Meta-

Μετάνοια. 799.a.2
Miſſa apud monaſticos ſcriptores, *diuinū officium*. 693.a.1. *miſſio, dimiſſio*. 768.c.1
Miſſæ. *orationes*. 767.e.2. *lectiones*. 768.e.2. 769.a.1
Mixtones, *panes*. 915.e.2
Mixtum, *panis & vinum*. 915.c.2. *Ientaculum*. ibid. e.
Modimperator. 891.b.1
Monachus. 265.a. & ſeq.
Monaſterium. 289.a.1
Μονή, *Monaſterium*. 289.a.2
Μόνος. 267.b.2
Μονότροποι. 268.b.1
Moroſus. xlviij
Mortilogium. 791.b.2
Muccinia, *ſudaria*. 493.c.2
Muffulæ. 1095.d.2
Murmurium, Murmurioſus. xv.xvj.

N.

נבל 501.d.2
Natalis calicis. *Cœna Domini*. 790.c.2.
Nazaræi, *ſeparati*. 15.b.1. *Monachi*. 16.a.1
Νεωτερικός. 367.b.2
Nequam. 432.b.1
Nimius. 313.c.2
נין 302.e.1
None, à nonâ prandendi hora. 776.d.1
Nola. 702.a.2
Nonales biberes. 1089.b.2
Nonna. 303.b.1
Nonne. 302.e.1
Nonnus. ibid.d.1
Nouitioli. 366.c.1
Nouitius. 366.b.1
נין 302.e.1
נונא ibid.a.2
Nutriti. 277.d.2

O.

Obedientia, *Prioratus*. 788.a.1
Ὀβελιαφόροι. 430.b.1
Oblata. 430.a.1
Oblati. 278.e.2
Oblies. 430.a.1
Oblye. ibid.
Odonaria. 493.c.2
Oeconomus. 343.e.1
Officium. 237.a.1
Ὁμολογία. 405.d.2
Ὀπίθιον. 788.e.2
Opus Dei. 693.e.1.694
Oratorium. 679.d.2
Ordo pſallentium. 692.a.1

P.

Pactum, *profeſſio*. 406.e.1
Pædagogium. 351
Penula. 475.c.1
Palimpſeſtus. 853.c.1
Palmata. 809.a.1
Paruiſſimus. xx
Pauſare, pauſa. xxvij
Paximatium. 900.b.1
Πάω. 310.c.2
Peculiare. 425.d.2
Peculiaritas. ibid.e
Peculium. 425.b.1
Pedale. 500.e.1
Πεδίλια. ibid.
Pedules, *ſocci lanei*. ibid. *Calcei*. 504.d.1.
Pedum. 320.a.1
Percutiens. 700.b.2
Petitio. 406.e.2. 357.d.2
Pexæ veſtes. 467.b.1
Philoſophi, *Monachi*. 276.c.1
Phrontiſterium, *Monaſterium*. 290.a.1.
Pyrock. 475.d.e.
Πιττάκιον. 856.b.2
Prælatus. 312.a.1
Præpoſita. 328.c.2
Præpoſitus, *Epiſcopus*. 327.b.2 *ſecundus ab Abbate*. 328.b.1. *Monaſterij præfectus*. 329.b.1 *Decanus*. 333.c.2. 334.b.2
Prior, *ſenior*. 329.e.1. *Abbas*, ibid.b.2. *ſecundus ab Abbate*, 330.c.1.
Prior clauſtralis. ibid.a.2. *conuentualis*. ibid. b. *forenſis*, ibid.c.
Πρόεδρος. 329.b.2
Procherium. 920.c.1
Procurator. 343.a.2
Profeſſio. 405.d.2
Propenſa libra. 900.b.2
Proprietas. 424.b.2
Proprium. ibid.b.1
Proſeucha. 680.b.1
Prouiſor. 343.e.1
Pſalmodia. 693.d.1
Pſalterati fratres. 711.d.1
Pſiathium. 1041.a.1
Puffini. 934.b.1
Pulmentarium, *puls*. 906.c.1. *quoduis obſonium*. ibid.d
Pulſantes. 366.b.2
Pulſatorium. 366.e.2

Q.

Quadra. 903.e.2. 904.a.1. 1089.c.1.
Quanti, *quot*. xxj
Quippe. 426.e.1
Quotiens. xij

R.

Rachanæ. 1042.c.1
Raſa. 367.c.2
Ῥάσον. 492.c.1
Ῥασοφόροι. 367.c.2
Rebelles. 281.c.2
Rebrachiatoria. 480.c.2
Refectio, *cibi ſumptio*. 880. *locus ipſe*. 881
Refectorium. 880
Regula. 3.a.1
Regularis, *Monachus*. 275.e.2
Religio, *vita monaſtica*. 270.2. 271.
Religioſus pro *Monacho*. 270.d.1. 271.
Remaledicere, xv
Remiſſa, *pro remiſſione*. 768.c.1
Remoboth. 281.c.2
Renuitæ. 282.a.1
Renunciatio. 406.d.1
Reſponſorium hortationis. 741.c.2.
Roccus, Roccus. 1095.b.2
Rock. ibid.
Romipeta. 820.a.1
Rondelli. 1095.b.2

S.

Sabanæ. 468.c.1
Sacramentum. 406.b.1
Sagiones vel ſajones. 325.e.2
Sagum. 1041.c.2
Sanbenitilli, Sanbenito, *ſcapularia*. 519.d.2
Salutatorium. 380.d.1
Sandalia. 502.b.2
Sapo. 1095.e.2
ספו 304.e.1
Sarabaitæ. 281.b.2
Sarauim. 281.c.2
Scandalum, *rixa, iurgium*. 764.d.2.
Scapulare. 480.b.2
Scriptorium. 851.b.1
Scriptura. 114.d.2
Scurra. 591.b.2
Scuſare, *pro excuſare*. 344.e.1
Sedere. 83.a.1
Seigneur. 306.e.2
Sellulla recliua. 1038.c.1
Seminarium. 350
Σεμνεῖον. 289.b.2
Sempæcta. 819.c.2
Senior. 307.a.1. *magiſter nouitiorum*. 391.c.1
Seniores. 325.b.2
Senipetæ. 819.c.2

Señor.

Señor. 306.e.2
Sera, *veſpera.* xxxvj
Serui Dei. 276.b.2
Seſtcadero. 776.c.1
Sextarius. 912.b.1
Sieſta. 776.c.1
Σύγκελλος. 65.c.1
Significator horarum. 700.c.1
Sympræcta, *colluſor.* 820.c.1
Συμποσίαρχος. 891.b.1
Synaxis. 692.b.2
Syncellitæ. 46.e.1
Siloë. 597.c.2
Sire. 304.c.1
Σιτομέτριον. 899.e.1
Solatium, *ſocius auxiliator.* 347 b. 2.
Solea. 502.b.2
Solemnitas. 692.e.2
Solitarij, *Monachi.* 268.c.1. *Anachoretæ.* 283.a.2
Sonus, *inuitatorium.* 741.c.2
Sotulares. 505.a.1
Spattea, *calceus.* 818.d.2
Spiritus. 185.b.1
Spoeden/ à σπουδεύειν. 679.d.1
Sponſio. 406.d.2.765.d.1
S T. ſilentij nota. 584
Stabilitas. 417.b.1
Staminia.
Στάσις. xxvj
Σταυροπήγιον. 292.c.2
Stiuali. 504.c.2
Stirpator. 344.d.1
Stirpo. ibid.
Strategus. 891.b.1
Subripere pro *ſubrepere.* xxxv
Subtalares. 504.b.2.505.a.1
Superflua. 436.c.1.b.2
Superhumerale. 552.a.1
Superpoſitio. 812.1.2
Supplacitatus. 326.a.1
Suſcepti. 266.e.1

T.

Tabulæ. 852.c.1
Temperius. 747.d.1
Templum. 679 e.1
Θεραπευτής. 275 e.2
Tholus. 380 e.2
Tholus exterior. 365.381.a.1
Typhus. 345.a.2
Typus. ibid.d.1
Tirones. 367.c.2
Congh-ſchroeſken. 586.b.1
Triſtitia, *iracundia.* 1072.a.1
Troutwaut. 282.e.2
Trutani. ibid.
Tuyte. 538.c.2
Turbulentus. 313.e.1
Tutuli. 538.b.2
Tzangæ. 492.a.2

V.

Vacantiui, *curſores, agyrtæ.* 282. d. 2.
Vaeder. 310.c.2
Vbi vbi. xl
Vel copulatiuè ſumptum. 286 c. 2.
Veniæ, *proſtrationes.* 799.e.1
Verſus. 744.e.1
Verſus apertionis. 739.c.1
Veſtiarium. 451
Vice-dominus. 311.d.2
Vieren / vier. 755.e.2
Vigigallus, vigilucius. 700.b.2
Vilitas. 649.c.2
Virga. 320 b.1
Vitium peculiare. 425.a.2
Vitaſpatrum. xxxvij
Vliegher. 525.a.1
Vſque. xl
Vſu fructuarium. xlix
Vtor cum accuſandi caſu. xlv

W.

Wanten, Wanti. 1095.d.2

Y.

Ὑπέρθεσις. 812.b.1
Ὑπόδημα. 501.e.2

Z.

Zeype. 1095.e.2
Zelotypus. 314.a.1
Zonæ, *veſtes mulierum.* 492.c.2 *crumena.* ibid.e.493.a.1

INDEX

INDEX
RERVM
MEMORABILIVM.

A.

ABBACYRVS Monachus mirè patiens. 389.c.2. feliciter moritur. 390.b.1

ABBAS

vnde dicatur. 309.c.2. quid ſignificet. 310.c.1. Patris nomen vt illi conueniat. ibid. participant illud cum Chriſto. 311. b.1. alia eius nomina. ibid. 312. qualitates in ipſo requiſita. 234.c.2. virtutes. 313.c.1. qua illi vitanda. ibid.c. Officia eius erga ſubditos ſub typo Paſtoris. 314.b.1. cognoſcat oues ſuas. ibid.c. eas diligat. 315.a.1. curet ſolicitè. 316.c.1. illis proſit. 317.d.2. exemplo praeat. 318.b.1. paſcat ſcientia & doctrina. ibid.d.2. diſcretione vtatur. 136.c.2. 319. b.1. ſciat ſe redditurum rationem de omnibus. ibid.a.2. non poteſt pro libitu vnum alteri praponere. 296.b.1. prudenter corripiat ſubditos. 802. attendat perſonam & cauſſam. ibid.c.1. tempus opportunum. 804.b.1. modum. ibid. b.2. ne nimium indulgeat. ibid.c. miſceat lenitatem cum ſeueritate. 805.b.2. magnam habeat infirmorum curam. 1021.b.1. exſtruendum curet valetudinarium. 1022.b.1. proſpiciat de medico, pharmacis, & aliis. ibid.a.2. credat dicenti ſe agrotare. ibid.c. animae etiam proſpiciat. 1023. b.1. vt Religioſi ab ipſo in conſilium vocandi. 322. audiat ſententias. 323.d.2. expendat apud ſe. 324.b.1. deliberata ad effectum deducat. ibid.d.2. in quibus maximè conuentum audire teneatur. 325. minora cum ſenioribus pertractet. ibid.a.2. Vnde ipſi baculus paſtoralis. 320.a.2. olim ab Epiſcopo ordinabatur. 331.a.1. quomodo correctus ſuos iniuſtè vexans. 410.d.1. Cur iubeatur hoſpitibus aquam fundere. 999.c.1. vbi cum iis in communi refectorio comederit. 1003.b.1. eius eſt propter hoſpites ieiunium ſoluere. 1008. b.2. decretum vt ſemper in Conuentu comedat. 1005.b.1. & in communi quieſcat dormitorio. 1038.a.2. Excommunicatorum curam gerat. 819.b.2. quomodo. 820 d.1. Expendat officij ſui dignitatem, & onus. 234.b.2. eius eſt diuini officij horas nunciare. 699.a.1. poteſt alteri hanc curam demandare. 700.c.1. legit Euangelium in vigiliis. 749. habeat catalogum omnium rerum monaſterij. 856. b.2. non eſt ſuprà Regulam. 196.c.1. an poſſit diſpenſare in abſtinentia à carnibus. 960. vt veniam faciat ad opera ſupererogationis. 977.c.1. an poſſit pſalmos a S. Benedicto praſcriptos mutare. 732.b.1. vide Prælatus, Superior.

Abbas quidam cum Monachis cucullatis vincit aduerſarium validè armatum. 460.d.1. alterius pretioſa tunica poſt mortem ardere viſa. 523.b.1. alius ob pretioſam veſtem notatus. ibid.c.2

Abbates Benedictini violaceo vſi colore. 508.a.1

Abbatiſſæ vbi viris praſunt. 11.a.1. olim ab Epiſcopo ordinata. 331.a.1. earum velum. 540.b.2. non poſſunt infligere excommunicationem eccleſiaſticam. 815.c.1

Abaelardus vir doctiſſimus. 87.d.1. quid de eius ſcriptis. ibid.b. Regulam Monialibus dedit. ibid.c. quæ Benedictina ſtatutorum loco adiecta. ibid.c.2.

Abrahæ obedientia. 577.a.2

Abrenunciare & obedire ſumma Regula Sancti Benedicti. 257.a.1.

Abrenuntiatio Benedictina illuſtratur. 238.d.1. recolenda quæ in baptiſmo facta. 239.a.1. triplex abrenunciatio. ib.c.

Abſolutio ante lectiones. 745.a.1. quid illud, ad abſolutionem capituli. 788.a.2

ABSTINENTIA CARNIVM

cur à S. Benedicto praſcripta. 928.c.2. quanti hæc conſtitutio facienda. 938.b.1. quo loco habita inter Benedictinos. 939. c.1. quid de ea ſtatutum in Eccleſiâ Anglicanâ. 940.b.1. à Congregationibus Benedictinis. 941.c.2. Ab aliis Ordinibus. 943.c.1. miraculis approbata 945 b.1. an valetudini ac ingenio noceat. 948. quidam cenſet eam obligare Benedictinos ſub mortali. 955.b.2. quibus argumentis. 956.b.1. an ſit de eſſentialibus Regulæ. 960.c.2

Abſtinentiæ bona & media. 232.a.1. communis priuatæ anteferenda. 975.d.1. abſtinere licitu Deo gratum. 903. c.1. ſine venia non licet. 976.a.2

Academiæ à Benedictinis inſtituta. 149.d.1

Accipere nihil poteſt Monachus ſine licentiâ. 427.b.2

Acœmetorum inſtitutum & auctor. 50.c.1. quæ eorum Regula. 51.a.1. quinam eos in Occidente imitati. ibid.c.2

Actus vt non ſit otioſus quid requiratur. 594.c.1

Acus Monachis data ad conſuendum. 470.c.1. quibuſdam nocuit ea caruiſſe. ibid.c.2

Adalgarius Epiſcopus quis. 1088.c.2

Adeodati Abbatis Regula. 62.a.2

Adomnanus multorum Monachorum pater. 67.a.1

ÆGROTI

à Religioſis viſitandi. 1027.b.2. quomodo. ibid.c. adhibenda triplex circumſtantia. 1028. conſiderent ægroti ad honorem Dei ſibi ſeruire. 1029.a.1. non murmurent. ibid.c. quas ob cauſſas id facere ſoleant. ibid.d. oſtendant in morbo qui ſint. ibid.c. quæ peculiariter iis obſeruanda. ibid.d. dum conualeſcunt. 1030.b.1. quid agendum cum ægris imaginariis. 1031.c.1

Ægypti reges legum ſeruantiſſimi. 196.b.1. mortem vt hodie recolant Ægyptij. 546.a.1.

Æſtate quando ſurgendum ad vigilias. 777.d.2. quando comedendum. 882.c.1. ieiunium olim in eâ remiſſum. 965.d.1.

Afri Monachorum irriſores à barbaris afflicti. 459.a.2

Agaunenſis Monaſterij regula. 52.c.2. inſtituta ibidem laus perennis. ibid.d. approbantibus Epiſcopis. 53.a.1

S. Agricolus vbi introduxerit alternum cantum. 717.a.2

Agricultura à Monachis olim exercita. 846.d.2. 847.b.1

Aichardus Abbas Regulam vt primò obſeruet monetur. 196.c.1. à dæmone obſeruatus dum tonderetur. 206.c.1

Ailbeus alter Hiberniæ Patricius. 58.d.1. Regulam ſcribit verſu Hiberno. ibid.c

Albertus Ieroſolymorum Patriarcha cuius inſtituti fuerit. 90.b.2. Regulam Carmelitis ſcribit. ibid.b.1. eius nummus. ibid.e

Albertus Spinula fundator Ordinis S. Marci. 89.b.1. eius Regula. ibid.a.2

Alcuinus Pariſienſem Academiam inſtituit. 149.d.1. varias ſcientias prælegit. 862.a.2. eius oratio ad impetrandam humilitatem. 673.c.2

Alexander Acœmetorum auctor. 50.a.2

Alimentorum nomine quæ veniant. 1033.c.2

ALLELVIA

quid ſignificet. 759.c.1. in aliam linguam ſatis emphaticè verti nequit. 760.a.1. magis interiectionis vim habet, quam verbi. ibid.b. quando dicendum. ibid.c. cur ex præſcripto

Digitized by Google

præſcripto S. Benedicti vſque ad Quadrageſimam. ibid. b.2. qui ſtatuerint reticendum in Septuageſima. 761.d.1. qui adhuc retinuerint. ibid. c. variabant in hoc ritu Eccleſiæ. ibid. a.2. Cur in Septuageſima dimittatur. ibid. d. Energia huius cantici. 762.d.1. animat Martyres. ibid. c boni euentus index. ibid. Alleluia Monaſterium. ibid. a.2

Almutia Monachorum. 480.a.1. quomodo à Canonicis geſtata. ibid. b. de eorum etymo variæ ſententiæ. ibid. c.

Alphabeta qui ſcripſerint. 213.b.1

Alphabetum Monaſticum. ibid. b.2. aliud. 214

Altare in Oratoriis Monachorum. 680.b.2. illi adſtat Angelus. 687.c.2

Alter alteri quomodo obediat. 572.c.2

S. Amatus inſtituit Moniales, quæ iugiter canerent. 53.c.2

Ambitio latè dominatur. 652.d.1. etiam in Monachis. ibid. c

Ambitioſi deſcripti. 651.c.2. neſciunt quid petant. 652.a.2. periculo damnationis expoſiti. ibid. b

S. Ambroſius cantum alternum in Occidente vulgauit. 715.a.2. An hymnos primus compoſuerit. 743.c.1. & ſolus Te Deum laudamus. 748.c.1. quotidie celebrabat. 339.b.2.

Amice, ad quid veniſti? antiqua formula excitandi Monachos. 237.b.1. explicatur. ibid. c.

Amor dura emollit. 126.a.1. quàm fortis. 579.c.1. alij eius effectus. ibid. 2. nihil ei difficile. 198.a.2. 259.b.2. an meliores in amore præferendi. 315.c.1.

Amplexus pro oſculo inductus. 193.d.1. non eſt abuſus. ibid. c a Sanctis vſurpatus. ibid. a.2

ANACHORETÆ

Vnde dicti. 283.c.1. quas regulas habuerint. 11.b.2. 55 c.1 Eorum cubiculum deſcriptum. 56.c.2. laudati à S. Benedicto. 179.a.1. plures olim in Ordine noſtro. ibid. b.2. orti ex Cœnobitis. 283.b.2. in cœnobijs primum exercendi. ibid. c variè ibidem probandi. 284.b.1. quot annis. ibid. c. eorum ſcopus & finis. ibid. c.2. ægroti ad cœnobia remiſſi, & benignius habiti. 285. a. 1. an ſint perfectiores Cœnobitis. 287.d.1. ſine carnium eſu longæui. 949.c.1.

Analabus Monachorum habebat formam crucis. 480.d.2. 481.a.1.

Ananias & Saphira commiſerunt furtum & ſacrilegium. 858.c.2. alia eorum peccata. 859.a.1. quâ pœnâ puniti. ibid. b. quidam cenſent eſſe damnatos. ibid. c. oppoſitum tenet S. Benedictus. ibid. c.2. & plures cum eo. ibid. d. Probatur auctoritate. ibid. & rationibus. 860.b.1. Soluuntur obiectiones. ibid. a.2.

S. Anastabus martyr vt veſtem monaſticam honorarit. 458.d.2.

ANGELI

Deum perpetuò laudant. 51.c.1. ipſis comparantur, regulam diligenter obſeruantes. 195.c.1. qua de cauſſa. ibid. c. hominum pædagogi. 630.a.1.2. an mala ſuorum alumnorum Deo nuncient. 629.2. 630. c.1. quomodo. 629. in Eccleſijs præſentes. 687. d.2. obſeruant & notant pſallentes. 719. d.2. ſomnolentos & diſtractos arguunt. 720. b.1. deſcribuntur ſemper ſtantes. 708.b.1. & Deum laudantes. 725.d.2. 742. b.1. Inuitandi vt nobiſcum laudent. ibid. d.

Angelus relinquendus propter obedientiam. 578.b.1. in pſalmodia viſus fratres obſignare. 706.a.2. pſallendi formam docet. 712.c.2. 728.c.1

Angilbertus tres perpetuò canentium choros inſtituit. 52.d.1

Angli horis inæqualibus vſi. 776.c.1

Anglica interpretatio Regulæ S. Benedicti. 161.b.1

Anima iuſti templum Dei. 208.c.2. eius veſtes. 557. vulnera animæ periculoſa ſi celentur. 644.b.1. plangenda anima à quâ receſſit Deus. 547.a.1

Anni vnius probatio pro Nouitiis decreta. 382.a.2. qui eam olim relaxauerint. 383.b.1. iure antiquo non erat ſimpliciter neceſſaria. 384.b.1

Anniuerſariorum antiquitas. 791.b.2. 1001.d.2

Annona defuncti Monachi data pauperibus. 792.a.2. 793.a.1

S. Annonis Epiſcopi pedo quid inſcriptum. 321.d.1

Antipapæ Benedictini. 146.c.2

Antoniani Monachi vbi hodie. 28.a.1

S. Antonini teſtimonium de præſtantia Regulæ Benedictinæ. 143.c.2

S. Antonius Cœnobitarum inſtitutor. 27.a.1. Monaſticen propagat. ibid. c. an ſuis Regulam tradiderit. ibid. a.2. aſſertum contra nouatores. ibid. b.

Antonius Perez ſcripſit in Regulam S. Benedicti. 162.d.2

Antonij Gallonij argumenta de ſera promulgatione Regulæ S. Benedicti. 164.d.1. ſoluuntur. 165.c.2

Apes noctu quieſcunt & ſilent. 601.b.2

Aphoriſmi quinque ad eradicandam è monaſteriis proprietatem. 455.c.1. 436.

Aphraatis factum in Eccleſia neceſſitate. 282.c.1

Apocrypha vbi legi prohibeantur. 874.d.1

Apophoreta in virginum conſecratione. 539.c.2

Apoſtatæ quàm miſeri. 640.d.2. quoties recipiendi. 822.c.2. quomodo. 823.c.2

APOSTOLI

Canonici Regulares, vt quidam ſpeculantur. 311.d.1. quomodo eos Chriſtus docuerit. 395.c.1. vt probati ab eodem. ibid. c.2. reprehenſi. 396. b.1. & variè exerciti. ibid. c.1 eorum veſtitus. 456.c.1. manibus operati. 843.a.1. qui carnibus abſtinuerint. 928.c.1

Apoſtoli Benedictini. 147.b.1

Appellandi quomodo alterius Ordinis Religioſi. 305.a.2

Appendix cur huic operi adiecta. 1060

Approbatio quadruplex Regulæ S. Benedicti. 156

Aquæ potus laudatus. 908.[illegible]

Aquam fundere lauandis manibus opus ſeruorum. 999.c.2

Aquiſgranenſis Concilij duplex Regula expenſa. 94.[illegible] 1091. c. 2.

Archiepiſcopi Benedictini. 147.a.1

Areopagitæ in Solonis leges iurati. 210.c.2

Arrogantia opponitur ſeptimo gradui humilitatis. 656.d.2. in quo ſita. ibid. quatuor eius ſpecies. ibid. c. non facilè deprehenduntur. 657.a.1. excæcat homines. ibid. b. alia mala quæ ex ea pullulant. ibid. 2

Arrogantis mores depinguntur. 657.c.1

Ars quid ſit. 560.a.1. Spiritualis quomodo exerceatur. 559. a.2. Ars ſancta quid. 561.d.2

Artes omnis generis in Cœnobiis exercitæ. 183.a.2. 847.a.2

Artificum opera vt diſtrahenda. 857.c.2. à quo. 858.c.1. fidelis ſit. ibid. b.2

Aſceſis vita monaſtica. 268.d.2

Aſcetæ an rectè vocentur Monachi. 268.c.1. probatur contra Caſaubonum. ibid. b.2. quid hæc nomenclatura moneat. 269.c.2

Aſceteria. 269.d.1

Aſſurgendi maioribus conſuetudo. 306.c.1

S. Athanaſius monachiſmum infert in Occidentem. 33.b.2

Athenienſium mos in iuuenum ad ſcholas admiſſione. 387.b.2

Athre Abbatis obedientia. 578.c.2

Attentio in diuino officio commendatur. 720.c.2. eius variæ ſpecies. ibid. b. quænam neceſſaria. ibid. c. remuneratur diuina dulcedinis guſtu. ibid. c.2

Auctor libri de conflictu virtutum. 138.c.2

AVES

olim non videntur inter carnes numeratæ. 929.c.1. Benedictini certis diebus eas comederunt. 930.a.1. ſalubriores aliis carnibus. 931.b.2. & delicatiores. 932.d.2. an ſint eiuſdem naturæ cum piſcibus. 934.c.1. vide volatilia.

Auguſtini Ciſtertienſis elogium Regulæ S. Benedicti. 133.c.2

S. Auguſtino tres Regulæ tributæ. 43.a.1. 45. b.1. duæ illi abiudicantur. 43.d.1. an Clericis nullam ſcripſerit. ibid. c. ſolis Monialibus Regulam dedit. ibid. c.2. ob quam cauſſam.

Digitized by Google

ſam.104.c.2. quot ſuperiores illa habuerint. 328.c.2
Auguſtinus vt iurandi conſuetudinem ſuperarit. 1070.b.2
S.Auguſtinus Angliæ Apoſtolus 147.c.1
Aurelianus Arelatenſis Regulam Monachis dedit. 63.c.1.
& alteram virginibus. ibid.b.2
Aurorâ incipiente dimittebãt olim nocturnale officiũ. 750.c.2
Auſteritates cum venia Superioris facienda. 975.1.2
Aygulphus laudatus à Regulæ obſeruantia. 207.a.2

B.

BAculi debilibus in officio conceſſi. 708.c.2
Baculi paſtoralis nomina & ſignificationes. 320.321

BALNEÆ

an Monachis infirmis indulgendæ.1025.c.2. domeſtica.ibid.
externam magnâ neceſſitate. 1026.c.1. cur ſanis eas non
interdixerit S.Benedictus. ibid.a.2. quid nunc magis illis
expediat.ibid.c. cur laudati qui ijs abſtinuerunt. ibid.b.
Balihcus miſitis Benedictinis.243.c.2.caſtimoniã deſignat.ib.
Baptiſmus rectè dicitur profeſſio monaſtica. 440. compa-
rantur inter ſe. 441.d.2. eius anniuerſarium quàm cele-
bre.444.c.2.

BARBA

à quibus promiſſa.531.b.1.eam in luctu ponebant.ibid.b.2.
alij eam tum alebant. ibid.c. in Orientali eccleſia Clerici
Monachi barbam ſubmittebant. 532. b.1. radebant in
Africa. ibid.d. & Occidente. ibid.a.2. non eodem modo.
ibid.d. cuius rei ſymbolum ſit barba tonſa.335.c.2.536.di-
luuntur quæ contra eam obiiciuntur. 537.b.1
Barbara verba an in Regula S. Benedicti. 115.a.1
Baſiliani Monachi hodie in Græcia,& alibi.36.a.1.quomodo
viuant.ibid.d. qualis eorum Zona. 492.b.1

S. BASILIVS

auctor monachiſmi in Ponto.35.b.1.varia eius Regula. ib.c.
Aſcetica.ibid.d.2. laudantur.116.1.Baſilius ſoli compa-
ratus.115.c.2.alia elogia.ibid.an ſub eo militarit S. Bene-
dictus.99.b.1.100.d.1. quàm eius Regulam commendet.
116.d.2. à Rufino verſa quàm celebris.117.1.Baſilius non
adinuenit vota Religionis. 405.d.1
Baſſi regula qualis. 50.d.1
Beanum deponere, quid. 387.a.2
Beati immaculati cur quotidie nõdicant Benedictini.757.a.1
Bellarminus exactè ſeruabat tempus legendi horas.689.d.1

BENEDICTINI

Laudis perennis in Occidente inſtitutores.51.c.2.eorum anti-
quitas in Hiſpanias.68.c.1. plurimi vixere cellulis incluſi.
80.c.2.137.d.2. eccleſiam gubernarunt.146.c.1. quot ex
ipſis Pontifices.ibid.a.2. Cardinales.ibid.d. Patriarchæ,
Archiepiſcopi,Epiſcopi.147.a.1.Gentium Apoſtoli.ibid.b.
hæreticos confutarunt. 148.d.1. ſchiſmata ſuſtulerunt.ib.
c.2.ſcholas & Academias inſtituerunt.149.1.totam Scri-
pturam interpretati.ibid.b.2. Ius canonicum collegerunt
& expoſuerunt.150.a.1.hiſtorias conſeruarunt & litteras.
ibid.c.qua ratione.ib.b.2.cultum Deiparæ propagarunt.
ibid.d.2.inſtitutis feſtis.151.c.1. Cæremonias & ritus pios
inuenerunt.152.1.alia vtilia adinuenerũt,vel illuſtrarunt.
ibid.2. Sancti ſupra quinquaginta quinque millia.154.c.
2.quantus aliorum numerus.155.b.1. propagati per totum
mundum.168.169. contemplationi maximè illis vacan-
dum.177.c.1.olim quidã eorum anachoreſim ſectati.179.
b.2. poſſunt proximorum ſaluti ſtudere.181.b.1.& actiuæ
vitæ vacare. 183. c.1. olim valetudinaria curarunt.
184.a.1. captiuos redemerũt.ibid.c. quotidie Regulam
legebant.196.c.2.& in Capitulo exponebant.197.b.1.ſuſſi
eam ediſcere.202.c.2.laudati qui in minimis tam obſerua-
runt.207.d.1.quid debeant Deo.218.quid Prælato.220.1.
quid Ordini. ibid.2. habent quinque vota.ibid.d. quæ
eorum virtutes.227.d.2. quotidiana ipſorum exercitatio.
255. qui veri Benedictini 258.c.2. deſcribuntur.267.a.1.
vocati olim Nonni.303.c.1. Domni.304.c.1. Patres et-
iam rectè vocantur, qui ſunt Sacerdotes.ibid.c.2. quo-
modo ad Sacerdotium promouendi.336.a.1. quoties ipſis
communicandum.340.a.2. an quotidie. 341.b.1. feria
ſexta Paraſceues etiam communicarunt.342.b.2. plures
in pueritia Monaſterium ingreſſi. 356. b.1. quid profi-
teantur.413.c.1.414. tranſmittebant Eulogias. 431.a.2.
quomodo proprietarios excommunicarint. 434.d.1. Pro-
feſſionem annuè inſtaurant.445. b.1. quæ illorum veſtes.
465.d.1.conueniátne vt eas ipſi eluant.467.d.1. & la-
ceras reſarciant.470.c.1.c.2. vnde apud ipſos biretorum
vſus.479. b.1. Et Almutia. 480.a.1. an ſcapulare ſit
eſſentialis ipſorum habitus. 482.c.2.484.b.2. qualis eo-
rum tunica.485.d.1. an vnicâ tantùm vſi. 486.b.1. pro
induſio olim geſtarunt cilicium.ibid.c.a.2.cur id fecerint.
ibid. c.487. laneorum vſus poſteà iiſdem præſcriptus.
488.a.2. an licitè vtantur pelliceis.489. b.1. Eorum Zo-
na qualis.491.d.1.coriacea vt plurimum.ibid.b.2. diſtin-
cta a Baſilianorum. 492.b.1. an Benedictinis domi per-
miſſa femoralia.495.c.2. quando ea receperint. 497.b.1.
Caligis,ſeu ſandaliis vſi.503.c.1. videntur, & tibialibus
caruiſſe.504.a.1.quæ deinceps ipſis præſcripta calceamenta.
ibid.c. quis color veſtis eorum. 506. nigrum cur aſſum-
pſerint.508.c.1. poſſunt vti purpureo & violaceo Cardi-
nales creati aut epiſcopi.507.d.2. vnde Nigrorum Mo-
nachorum nomen ipſis tributum.510.Non peccant mor-
taliter dormientes ſine caputio ſcapulari annexo.520.a.1.
Ipſorum habitus refert Chriſti incarnationem. 543.c.1.
monſtratur quibuſdam analogiis.ib.c.2.544. cur in ma-
gnis feſtis ſint albati. 549.d.2. accuratè ſeruarunt ſilen-
tium poſt Completorium.604.c.1.etiam cum iactura re-
rum ſuarum.ibid.d.2.An excommunicati qui illud vio-
lant. 611.c.2. Ab hiſtrionia contra Eraſmum vindicati.
607.c.2. Inſtituerunt ad Tertiam cani, Veni Creator.
697.d.2.olim memoriter pſallebant.709.a.1. etiam totum
officium ex memoria decantabant.710.c.1.qui plures pſal-
mos quotidie recitarint.725 b.1.quàm rectè vtantur Bre-
uiario Monaſtico.729.930. quâ horâ ſurgendum iis ad
vigilias.777.c.1. non videntur in feriis celebraſſe miſſam.
782.c.1.341.a.2. diſciplinas ſibi inflixerunt. 826. an te-
neantur ad manuum laborem. 840.b.1.841. olim eo vi-
ctum compararunt.842.b.1. agros coluerunt. 847.b.1.
omnis generis artes exercuerunt.ibid.c.1. & domeſtica
operâ.848.a.1. ſcribebant libros.850.d.2. litteras ab in-
teritu vendicarunt. 851.d.1. Imperatum ipſis ſtudium.
861.c.1. eo neglecto prolapſi.863.a.1. panis in pondere illis
datus. 904.d.2. quid hodie fiat.905.d.1. vino plerique ab-
ſtinuerunt.910.d.2.lacte & aquâ contenti.911.a.1. an vo-
latilium eſus ipſis permiſſus.929.& ſeq. an licitè carnium
adipe vtantur.936.b.1. vino carentes olim non admiſe-
runt carnes.945.c.2.longæui ſine carnum vſu.949.b.2.cur
eas hoſpitibus non apponant.953.c.1. carnem comedentes
qualiter peccent.954.c.2.955.956. an cum ipſis aliquan-
do generaliter diſpenſatum circa eſum carnium. 957.d.1.
olim in feſtis ieiunium relaxarunt. 967. c.1. cur com-
mendata ipſis perpetua quadrageſima. 971.c.1. quæ pecu-
liariter in Quadrageſima ab iis facienda.972.d.2.quomo-
do eam olim tranſegerint. 973.d.2. an, & quomodo obli-
gentur ad hoſpitalitatem. 984.c.1. ſine ſocio non egre-
diantur. 1010.a.1. an licitum ipſis dormire poſt vigilias.
1045.c.2.ſaltẽ in Dominicis & feſtis.1046.c.2.1047.c.1.
meridiatio ipſis cõceſſa in æſtate.1048.c.2.non hieme.1049
a.1.quales eorum cellæ.1053.a.1.& ſupellex.1054.a.1.quo-
modo in omnibus naturæ vim inferre debeant. 1059.b.1.
quãdo defecerint.1084.c.1.a quo primùm reformati.1085
d.1.

BENEDICTIO

vt petenda à tranſeunte. 307.d.2.308.a.1. ab exeuntibus
Monaſterio 1011.d.2.fruſtra impugnatus hic ritus.1012
d.1. à Benedictino Ordine ad alios tranſijt.ibid.b.2. cur
petatur ante lectionem.745.c.1.ante matutinos quid.749.
c.2. In fine Completorij cur detur.759.a.2. quid benedi-

ctione carere.811.2.1. Benedictio menſæ. 889.c.1. rationes ad ſeruandum hunc ritum. 890.2.1

S. BENEDICTVS

quæ hauſerit ex S. Martino.34.d.2. an omnium primus Regulam ſcripſerit.62.d. an alteri ſubfuerit antequam ſuam conderet.99. probatur quod nulli.100.d.2. ſoluuntur obiectiones.101. cur ſuam ſcripſerit.102.2. quo tempore & loco. 103.104.105.c.2. quoties ſcripſerit. 107.2. an capitum diſtinctiones & lemmata appoſuerit. 109.c.1. eius eruditio non vulgaris.113.d.2. quæ opuſcula præter Regulam ei tribuantur.1062.a.1. quinam auctores ei adſcribant libellum de Ordine Monaſterij,&c.ibid.d. dubium an eius ſetus. 1063.d.1. quomodo Scripturam citet, & Patres.114. cur ſuam Regulam S.Baſilij poſtponat.115.c.1. an promiſerit vitam æternam ijs qui obſeruarent. 117.2. confertur cum Moyſe.121. eius Regula cum lege Moſaica.122. & Euangelio.123.d.1. Monaſtica vitæ ſpeculum.124.a.1. eius eruditio magis diuina quàm humana.131.c.2. Spiritu ſancto inſpiratus regulam ſcripſit. 133. veterũ monachorum rigorem temperauit.135.b.1. an cauerit ne quid Regulæ adderetur.138.a.2. an eam ipſe obſeruauerit. 165. prænouit eius propagationem.168.1. contemplationi ſe maximè dedit. 177.b.2. principaliter inſtituit Cænobitas.178.c.2. laudat Anachoretas.179.a.1. conuerſioni infidelium ſtuduit.181. c.2. adoleſcentes nouitios docuit.182.b.1. vitæ actiuæ ſuas partes tribuit.183.c.1. exactam in ſuis obedientiam requirit.186.d.1. in quibus ſe quotidie exercuerit.256.b.1. duodenos monachos cuique cœnobio deputauit.293.2.1. poſteà plures admiſit.ib.c.2. non eſt primus votorum auctor.404. d.1. nec veſtis monaſticæ.461.b.2. ea vſus quam diſcipulis præſcripſit.462. non agnoſcit monachum ſolo indutum ſcapulari pro ſuo.484.d.2. & alium alieno amictu velatum. 521.c.2. nihil certi ſtatuit de veſtium colore.506.2.1. ipſe nigro vſus.508.c.1. defendit contra dæmones veſte ſua indutos.514.c.1. Cur tractet de bonorum operum inſtrumentis. 559. vnde illa hauſerit.560.d.2. cur pingatur compreſſo ad os digito.584. an excõmunicet violantes ſilentium. 612.2.1. cur accuratiùs de humilitate ſcripſerit.613. vnde illos gradus hauſerit.616.2. quomodo expoliuerit.617.d.1.2.618. in cella ſolitus orare.685.c.1. Quot horas canonicas recenſeat.695.b.2. an præſcripſerit cantum alternum.715.c.2. probatur latè.716.2.717.718. cur non inſtituerit prolixam pſalmodiam.727.c.2. cur aliud à Romano officium inſtituerit.729.c.2. an ſingulis pſalmis orationes interſeruerit. 735.c.2.736.a.1. horas numerat more veterum.774.b.1. an agat de excommunicatione eccleſiaſtica.813. ſuit legitimus Abbas.814.b.2. primus Ordinis Gymnaſiarcha.862. a.1. vbi legerit vinũ non eſſe Monachorum.909.b.2. maluiſſet ſuos eo abſtinere.910.c.1. non ſolis ægris id permiſit. 912.c.2. cur carnium eſum vetuerit.928.c.2.938.b.1.

Benedictus Aniana Abbas quis.1091.c.2. auctor Concordiæ Regularum.160.c.2. fortè & libelli qui Ordo Monaſterij inſcribitur.1064.d.1. quænã diuino officio addiderit.723.c. 2.1067.c.1. præſedit Synodo Aquiſgranẽſi.1091.d. Regulam Benedictinã in ea expoſuit.1092.a.1. alia eius opera. ib.a.2

Beocdictus Biſcopius quam pſalmodiam ſecutus. 729.b.1

Benedictus XII. an diſpenſauerit generaliter cum Benedictinis circa eſum carnium. 957.2. probatur ſententia negans.ibid.c.958. cur Sabbato carnes prohibuerit. 959.c.2

Beneficiũ vocationis religioſæ vt recolendũ.445.d.2.446.d.2

Bercharij velox obedientia miraculo comprobata. 578.c.2

Bernardi Abbatis Fundenſis epiſtola. 166. c. 2. defenditur. 167.b.1.

S. BERNARDVS

Scripſit gradus obedientiæ.566. eius liber de gradibus humilitatis.619.b.1. paupertatis amator, non ſordium.649.d.2. viſio eius tempore diuini officij.719.c.2. iudicium de prolixa pſalmodia.726.c.1. eius ſcripta laudata. 875.c.2. Regula Templariorum ei tributa.86.c.1. Item Conuerſorum Ciſtertienſium. ibid. c.2. eius ſtudium in reconciliandis ſchiſmaticis.148.d.1. epiſtolas cenſet in quadrageſima non ſcribendas.428.c.1. quid cenſeat de veſti laneo.470.a.1. videtur improbare medicinas in Monachis. 1024.a.2

Bernardus Caſinẽſis ſcripſit in Regulam S.Benedicti. 161.d.1

Bethaniæ domus obedientiæ. 564

Biberes & panis, idem ſunt quod mixtum. 916.c.2. qua quantitate ſumantur. 917.c.1

Biblia vulgatæ editionis à Benedictinis reſtituta. 851.d.1

Bibliothecarum in Monaſterijs antiquitas.867.c.1. quid de iis apud veteres ſtatutum.ibid.a.2. erant communes.ib.c.

S.Birgitta ordinem inſtituit.92.c.1. qualis eius regula. ib. c. laudat Benedictinã.134.a.1. quid ab ea habuerit. 173.d.2.

Bona non ſcandalizant bonos. 527. d. 1. ſubinde omittenda propter obedientiam. 579.c.1

S.Bonauenturæ gradus obedientiæ. 566

Bonifacij IV. decretum in fauorem Monachorum. 181.c.1

S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus. 147.c.1

Bracile quid ſignificet in Regula. 494.c.1. verius ſumitur pro ſubligaculo. 495.d.1.a.2

S.Brẽdanus laudatus.65.d.2. Regulã ab Angelo accepit.66.a.1

BREVIARIVM MONASTICVM

à quo approbatum. 730.c.1. laudatur.ibid.b.2. Benedictini eo rectiùs vtuntur.729.c.2. probatur.ibid. rationes pro eo retinendo. 730.d.2. ſoluuntur argumenta in contrarium allegata.731.b.2. in quibus conueniat cum Romano. ibid. tot habet reſponſoria quot lectiones. 746.d.2

S.Brigidæ virginis regula. 61.a.1

Bucillus Benedictinus primus noui orbis Apoſtolus. 147.c.2. 169. a.2.

Bulgarorum rex vt eccleſiam Romanam coluerit. 534.c.2

Burſfeldenſes quæ de carnium abſtinẽtia ſtatuerint. 942.c.2

C.

CAcbinni à Cœnobiis proſcribendi. 664.c.2. dedecent etiam Chriſtianos. 663.d.2

Cæleſtioi ſub Regula S. Benedicti. 171.a.1

Cæleſtinus Papa non ſtatuit ante Miſſam lectionem totius pſalterij. 724.b.2

Cælum promiſſum ſeruantibus regulam. 153.a.2

Cœna an prandio vberior eſſe debeat.904.c.1. frugalem indixit S. Benedictus.ibid.d. ſtant pro eo Medici.ibid.b.2

Cænigenus quis. 67.b.2

Cærimoniæ quædam & ritus diuini officij à Benedictinis inuenta.152.b.1. in puerorum oblatione.357.d.1. quanti habita.358.c.2. ſacra commendatæ.437. meritò adhibita in Profeſſione. ibid.a.

Cæſarij Arelatenſis regula ad Monachos. 59. a. 1. altera ad Moniales.ibid.b. Recapitulatio eidem adiecta.60.a.1. habet quædam ex Regula S. Benedicti. 167.b.2

CALCEI

olim proſcripti.498.a.1. propter ſordes. ibid.b. an à Chriſto vetiti.499.c.1. quales veterum Benedictinorum.503. c.1. & poſteriorum.504.c.1. diuiſi in nocturnos & diurnos ibid.a. eorum ablutio & inunctio apud Monachos celebris.184.c.1. commendata in ijs vilitas.505.c. ſunt ſymbolũ alacritatis in Dei mandatis adimplendis.555.a.1. mortificationis.ibid.d. libertatis. ibid.b.2. Incarnationis Chriſti.ibid.d. pudicitiæ. 556.a.1

Calefactorium Monachorum. 600.a.1. ſeruandum in eo ſilentium. ibid.b.c

CALIGA

vnde deriuetur. 501.d.1. non eſt crurum aut tibiarum operimentum. ibid. c. eſſe calceis genus probatur multis argumentis. ibid.b.2.502.1. eius deſcriptio.ibid.b.2. materia & forma.503.a.1. S.Benedictus eam propriè accepit. ibid. d. & Monachi eã vſi. ibid.c.

Caligarius idem quod ſutor. 501.c.1

Calumniatores regulæ S. Columbani terribili morte puniti. 200.2.1.

Camal-

Camaldulenſes ſub Regula S. Benedicti. 170. c. 1. duplex eorum recluſio. 82.c.1
Campanarum vſus & antiquitas. 702.a.2
Candela in dormitorio ardeat tota nocte. 1038. b. 2. cur hoc decretum. ibid.c.
Canicus multorum Monachorum magiſter. 67.c.2
Canones Aquiſgranenſis ſynodi ſub Ludouico Pio quo anno editi. 1091.b.2. quot ſint. ibid.c. Monachi ad eorum obſeruantiam adacti. 1092.b.1. explicantur. ibid. & ſeq.
Canonicè viuere, quid. 275.d.1

CANONICI

vocati olim Fratres. 302.b.1. eorum nigra cappa à Benedictinis. 511.b.2. Cucullæ Monachorum illis prohibitæ. 512.a.2. quare. ibid.b. quibus Canonicis ſcripta Regula in Concilio Aquiſgranenſi. 94.c.2. habebant olim Canonici commune dormitorium. 1036.a.2. facti quidam Abbates Monachorum cum diſciplinæ diſpendio. 1084.d.2
Canonici Regulares diſciplinas ſibi inflixerunt. 827.c.1
Canticum graduum cur compoſitum. 627
Canticum trium puerorum. 754.c.2. commendatur. 755.b.1
Cantillatio prohibita. 609.c.1

CANTVS

primitiuæ Eccleſiæ. 712.c.1.2. alternus quàm vetus, & à quibus traditus. 715.1.2. An etiam à S. Benedicto præſcriptus. ibid. Argumenta ſententiæ negatiuæ. 716.1. probatur affirmatiua. ibid.2. rationibus. 717.1. ex ipſo S. Benedicto. ibid.2. Soluuntur Argumenta oppoſita. 718.c.1
Capillum abſcindere filialis obſequij ſignum. 534.b.2
Capitale lecti. 1042.c.2

CAPITVLVM

vnde dictum. 787.1. varia ſignificat. ibid.2. laudatur. 786. quæ in eo agenda. 788.b.1. 789.b.1. olim quotidie celebratum. 797.b.1. conſtructum ad orientem. 1069.c.1
Capitulum neceſſariò ſciendum, quid. 1047.d.2
Capitum numerus in Regulâ S. Benedicti haud vetus. 109. c. 2. varia diuiſio. 110. apta inter ſe connexio. 111. capita omnia metro expreſſa. 113.1
Cappa quæ veſtis. 474.c.2. forma & vſus apud Monachos. ibid.a.2. totum corpus & caput texit. 477.c.1
Captiuorum redēptioni vacarunt olim Benedictini. 184.c.1

CAPVCINI

quid à Camaldulenſibus mutuati. 173.a.2. Regulam ediſcunt. 202.d.2. ipſorum cellula eremitica. 285.b. 2. paucos olim admittebant. 293.d.1
Caput Quadrageſimæ, quod. 979.c.1

CAPVTIA

vnde dicta. 477.a.2. vnde acuminata. ibid.d. oſtenſum vt à ſacco formentur. ibid.c. antiqua non reclinabantur in dorſum. 478.a.1. oculos refrenant. ibid.c.1.2. qualis eorum ſiſſura. ibid.d. ſuadetur illorum vſus. 479.c.1. ſcapulari aſſuenda. 482.c.1

CAPVTIVM

Benedictinum ab aliis diſtinctum. 478.c.1. biſidum erat. ibid. b.2. eo vti debent Monachi. 479.b.1. Chriſtus queritur illud negligi. ibid.d. an peccent mortaliter qui ſine illo dormiunt. 520. a.1. triduo illud gerit Nouitius profeſſus ſub mento conſutum. 439.b.2. quod Myſticè exponitur. ibid.c.
Carcer in pœnis monaſticis. 811.a.2
Cardinales ſerò venientes ad miſſam pontificiam quid agant. 705.b.1.
Cardinales Benedictini ducenti. 146.d.2

CARMELITÆ

inter eremitas. 12.b.1. eorum Regula. 19.a.1. quid hauſerint ex regulis S. Baſilij. 35.a.2. eorum cellula eremitica. 285.c.2

CARNIVM ESVS

Cur à S. Benedicto vetitus. 928.c.2. an à vino abſtemius eum indulſiſſet. 945. non eſt magis monachorum quam vinum. 947.c.2. quæ contra carnes obiiciantur. 950.a.2. ſi nimis edantur ſtupidos faciunt. ib.c. & brutos. 915.a.1. ſapientes iiſdē abſtinuerunt. 950.b.1. Infirmis concedendæ. 951.c.1 an quibuſuis. 952.d.1. an etiam hoſpitibus. 952.b.2. quale peccatum eas contra Regulam comedere. 954.c.2. 955. 956. apud quoſdam eſt caſus reſeruatus. 957.a.1 An generaliter aliquando circa eſum carnium diſpenſatum cum Benedictinis. 957.d.1. 958
Carolomanni ſtupenda humilitas. 886.b.1
S. Carolus Borromæus in communi triclinio veſcebatur. 1005.b.2. Religioſum ſine ſocio occurrentem non ſalutabat. 1011.c. 1. quæ in itinere obſeruarit. 1015.d.1

CAROLVS MAGNVS

an primus reformarit Ordinem S. Benedicti. 1085.c.1. Dauid vocatus. ibid.a.2. eius veſtitus, ſobrietas. ibid.b. cilicium. ibid.d. epiſcopatus fundat. ibid.c. item viginti quatuor Monaſteria. 1086.a.1. alia eius encomia. ibid.c. Caſinum venit. ibid.c. quo anno. ibid.a.2. petit ſubſidium ad reformanda alia cœnobia. ibid.c.1. ſcribit ad ipſum Theodemarus Abbas. ibid.c.2. Concilia multa cogit ad reſtaurandam diſciplinam Monaſticam. 1090.c.2
Carthagus Monachorum pater. 67.d.2. eius Regula. 68.a.1

CARTHVSIANI

ſub quâ Regulâ. 88 c.1. quid habeant à Benedictinis. 172.c.2. 293.b.1. quotidie celebrare ſuſti. 339.d.2. quid profiteantur. 413.b.1. retinent fere formam veterum ſcapularium. 482. b.1. florent ob reiectum eſum carnium. 939.b.1. defenduntur. 943.b.2. qualis eorum pſalmodia. 723.c.2
Caſaubonus negat Monachos rectè dici Aſcetas. 268.a.2. refutatur. ibid.b. grammatica eiuſdem argumentatio reiecta. 269.a.2

CASINVM

principatum habet in alia cœnobia. 105.d.2. petita ex eodem loco accuratior obſeruantia. 106.a.1. an ibi ſcripta S. Benedicti Regula. 105. c.1. 106. c.2. 107. 1. Sancti eius loci quinque millia. 155.b.2

CASINENSES

violationem ſilentij in Monaſterij obſidione vt expiarint. 211. b. 2. Fratris nomen cur ſuppreſſerint. 301. c. 2. pueros non admittunt. 356. d. 2. nec eorum ſcholas. 357. a.1. quas olim veſtes habuerint. 465.d.2. explicãtur. 1090. pileos caputiis commutant. 479.c.2. femoralibus caruerunt. 496.d.2. explicatur ipſorum decretum de vſu ſcapularis ſine caputio. 521.a.1. laudata ipſorum in cellis frugalitas. 1054.c.1. diſciplinarum vſum ſuſcipiunt. 824.a.2. & præſcribunt. 826.c.2. accuratè ſeruarunt vini menſuram. 911. c. 1. abſtinentiam à carnibus præſcribunt. 942.c.1. hoſpites in communi refectorio excipiunt. 1003.c.1
Caſſiani regula celebris. 46.d.2. quanam. 47.a.1. vbi obſeruata. ibid.a.2. commendatur. 48.a.1
Caſſianus auctor Collationum laudatus. 873.c.2. ſcripta eius vt legenda. 874.c.1
Caſſiodori Horologia pro Monachis. 772.c.2

CASTITAS

cur non exprimatur in Profeſſione Benedictinorum. 423. quæ eius medulla. 449.c.2. votum expenditur. 222. d.2. eius ſeruandi media præſcripta à S. Benedicto. ibid.c.
Caſula monaſtica veſtis. 473.c.1. vt conueniat cum cuculla. ib.c.2. eſt ſymbolū charitatis. 551.d.1. vetus caſula Sacerdotum differebat à moderna. ibid. vbi talis exſtet. 474.a.2
Catechiſmus Monaſticus cur ſcriptus. 212.a.1. vt diuidatur. ibid.c.2
Catechumeni cum Nouitiis comparati. 441.c.2. 442

CELLA

quid ſignificet. 1050. cœlum refert. 290. c.2. vt in illud mutetur. 685.d.1. hoſpitum cella conſtructa circa Monaſterij portam. 988.d.2. Nouitiorum. 380.d.1. olim in vſu apud Benedictinos. 381.c.1. In alienam cellam intrare non licet. 1054.d.2. decreti huius cauſſa. 1055.b.1. quomodo habitâ licentiâ intrandum. ibid.b.2. & in ea verſandum. 1056. c. 1. ſic claudatur vt aperiri poſſit à Superiore. ibid.a.2.

eius aſſidua inhabitatio laudatur.1057.b.1.*quanta ſecum apportet bona*.1058.a.1. *& delicias*. ibid.b.

CELLÆ

diſtincta olim non erant in dormitoriis. 1037.a.1. *abrogata per totum Ordinem à Benedicto XII*. ibid.a.2. *hoc tempore neceſſariæ*.1051.b.2.*non ſunt contra Regulam*.ibid.c. *aſſeritur earum vſus*.1052.c.1. *& cur aſſignata*.ibid.2.2. *olim duo treſve vnam incolebant*. ibid.b. *quales fuerint Benedictinorum*.1053.a.1. *earum vanitas & ſuperfluitas notata*.ibid.d.1054.2.2. *ſupellex deſcribitur*. ibid.a.1

CELLARIVS

humerorum vitem ſubit in Cœnobio.335. *ſit Monachus domeſticus*.343.b.2. *quomodo conſtituendus*.ibid.c. *quæ vitia illi fugienda*. 344.1. *quæ virtutes exercendæ*. ibid.b.2. *cum Prælato vt ſe geret*.ibid.d. *fratrum curam ſolicitè habeat*.345.b.1. *neminem proteruè reiiciat*.ibid.c. *Monaſtery bona vt res ſacras tractet*. ibid.c.2. *nihil negligat*.346.b.1. *ſine exceſſu tamen nimia & noxia ſolicitudinis*. ibid.c.

Cellulæ *eremiticæ in Monaſteriis*. 285.c.1

Centuriæ *militaris ſpecimen in Monaſteriis*. 241.a.1

Centuriatores *Magdeburgici refutati*. 453.b.1.454.d.1

CHARITAS

veſtis nuptialis. 543.c.1.*vt reſpiciat virtutes Cardinales*.561.c.1.*eſt latus ſcalæ obedientiæ*.568.c.1.*quomodo*.569.b.2. *ſola charitas commendat obedientiam*. 570. b.1. *quomodo gradus obedientiæ producat*. ibid.d.c.637.2.2. *eſt faſtigium ſcalæ humilitatis*. 669.c.1. *quæ conuenientia inter has virtutes*.670.c.1 *effectus charitatis*.671.b.2.*operatur & magna agit ſine labore*.ibid.c. *adhibenda in correptione*.805.d.2. *à S. Benedicto commendata*.142.d.1. *eſt finis Religionum*.175.b.2. *& Regulæ S.Benedicti*. 176.b.1

S.Chariton *monachatum propagat*. 24.b.2. *quæ eius conſtitutiones*. 25.a.1

Chalix *vſus antiquus*. 851.c.2

Chirographum *profeſſionis cur altari impoſitum*. 438.b.2

Chorus *ad concordiam excitat*. 765.c.2

CHRISTIANI

primi inſtar Religioſorum.21.d.2. *quam regulam ſeruauerint*.22.2.1. *abrenunciationem in baptiſmo factam recolebant*.239.2.1. *fratres ſe vocabant*. 300.c.2. *inueniuntur boni & mali*.280.a.1.*olim pleriq; nudipedes*.498.d.1.*calceus non tamen illis interdictum*. 499.a.1. *ad omnem motum cruce ſe ſignabant*.1072.d.2.1081.a.1. *olim fronde & floribus eccleſias velabant*.682.c.1. *ieiunabant in quadrageſima vſque ad veſperum*.882.d.2.883.a.1. *quadrupedibus quidam abſtinuerunt*.929.b.2. *in hoſpites beneuoli*.983.a.2. *illis quomodo ridendum*. 665.a.1

CHRISTVS

Statum Religionis expreſſit & inſtituit. 20. *etiam particularem cum Apoſtolis*.21.2.2. *quæ eius Regula*.ibid.b. *cur præcepta ſua minima vocauerit*. 127. *ſeptem ſcholas aperuit*.248.c.1.*quid in iis docuerit*.ibid.d.*Abbas Monaſtery*.311.c.1. *homines vt ad ſe traxerit*. 314.d.2. *Spiritum carni prætulit*. 315.b.2. *Ioannem Euangeliſtam cur ſpecialiter dilexerit*.316.c.1.*ſumma eius humiliatio in Incarnatione*.544.b.1*an Sacramento Euchariſtiæ*.338.c.1.*ſtupenda obedientia*.339.a.1. *propriè dicendus magiſter*.392.d.2. *vt Magiſtri Nouitiorum ideam expreſſerit*.393.*quomodo admiſerit ad Nouitiatum vel reiecerit*.394.c.1. *vt ſuos Nouitios inſtituerit*. 395.396. *vt tria Religionis vota perfectiſſimè exercuerit*.449.b.2.450.*an cilicium geſtauerit*. 487.c.2. *quinam dicant eum ſine calceis inceſſiſſe*. 498.b.2.*quinam id negent*.499.b.2. *Chriſtus caput noſtrum,& nos eius crines*.548.d.1. *ſuorum pedes humillimè lauit*.996.b.2:*Chriſtus obediens eſt latus ſcalæ obedientiæ*. 568.c.1.*abſolutiſſimum veræ obedientiæ exemplar*.571.1.2. *Non ægre fert ſe à Monialiobediente relinqui*. 578.c.1. *ſilentiũ maximè coluit*.596.c.2.597.1.2.*cur ita*.596.c.2. *humilitatem vt docuerit*.613.2.1.*ex charitate ſemetipſum humiliauit*.637.b.2.*vilia obiuit miniſteria*.650.a.1.888.c.2.*regnum reſpuit*.ibid.d.2. *non riſit*.664.c.1. *oculis demiſſis inceſſit*.669.2.1. *orauit variis in locis*.684.c.2. *frequenter in templo*. 688.b.2. *ſeptem horas canonicas compleuit*.698.b.2. *eius ſumma humiliatio*.748.d.2. *adeſt S. Hugonis fratres corrigenti*.799.d.2.*an manibus laborauerit*.843.c.1. *qualis faber fuerit Chriſtus*.844.c.1.2. *in cælo quomodo miniſtrabit*.889.b.1. *an carnes comederit*. 928.c.1. *in hoſpite ſuſcipitur*.982.a.1.*ſubinde latet ſub pauperum ſpecie*. 1019.c.2. *ipſe erga ægros pius*. ibid.c.

CIBVS

pueris quoties & qualis datus.363.a.1.*poſt laborem ſapit*.880. *an ſemper eadem hora ſumendus*.881.*quibus horis ex præſcripto S. Benedicti*.882. *à Religioſis coquendus*. 885.a.2. *cum menſura ſumendus*.892.c.1. *nec extra horas refectionis*.922.*nec foris ſine venia*.1016.d.1. *& in locis vbi ſunt Monaſteria eiuſdem Ordinis*. ibid.a.2. *quare*. ibid.d. *diſcretio adhibenda circa hanc legem*. 1017.a.1. *cur pluſculum cibi apponatur Religioſis*. 903.a.1. *notatis qui cibos diſcernunt*. 924.a.2

CILICIVM

Benedictinis pro induſio.486.c.1.*cur illud geſtarint*.ibid.c.2. *veteres Monachos in hoc imitati*. 487.c.1. *cilicio deinceps lanea ſucceſſere*. 488.a.1

Cincinni *veteris in lege*.530.c.1.*tribuuntur cinædis*.ibid.a.2.

Ciogulum *Monachorum quale*.490. *vide* Zona.

Circariæ *Præmonſtratenſium*. 865.a.1

Circatoris *officium apud Monachos*. 864.c.2

CISTERTIENSES

militant ſub Regula S.Benedicti.170.d.1.*diuino officio nihil addidere*.728.b.2.*vniformitatem in eo tenuerunt*.733.c.2 737.2.1. *Regulam ad litteram obſeruarunt*.ibid.b. *diſciplinas acceperunt*. 826.c.1. *adipe abſtinuerunt*. 937.c.2. *duodeni olim in quoque monaſterio*. 293.b.2. *mutabantur ad nutum Superioris*. 419.d.2. *vitium proprietatis execrati*.435.a.1.*ſemoralia reiecerunt*. 496.c.2.*vnde ipſorũ Zona alba*.491.a.2. *cur* griſci Monachi *dicti*. 507.d.1

Clamor *in voce vitandus*. 666.d.1

Clariſſæ *olim ſub Regula S. Benedicti*. 945.c.2

Claues *peculiares prohibitæ*. 426.c.2

Clauis *linguæ*. 590.d.1. *triplex aſſignatur*. ibid.2

Clauſtrales *dicti Monachi*. 276.d.1

Clauſtri *monaſtici quatuor latera*.292.c.1. *topographicè & tropologicè expoſita*. ibid.a.2

Clauſtrum. 290.d.1. *ſeruandum in eo ſilentium*. 600.c.1

Clauſura *Benedictinorum in Hiſpania*. 131.b.1

Clemeotinæ *explicatæ*.474.a.1.478.c.2.482.b.1.504.c.2.506.a.2.

Clementis VIII.*decretum de recipiendis Nouitiis*.369.b.2. *de hoſpitibus in refectorio excipiendis*. 1006.c.1

Clementis *Romani Epiſtola I. genuina oſtenditur*. 561.b.1

Clepſydra. 771.c.1

CLERICI

an Monachis antiquiores.22.b.1. *quando iis iuncti*. 33.d.2. *quomodo eorum extructa Collegia*.293.c.1. *non dicuntur propriè conuerſi ad religionem*.372.b.2.*quomodo ſuſcipiendi*.ibid.d. *olim atrati incedebant*. 508.c.2. *ad monachatum coacti*. 512.a.1. *ſedentes in diuino officio reprehenſi*. 708.c.1. *etiam verberibus emendati*.808.a.2. *quomodo obligentur ad benedictionem menſæ*. 889.c.2

Climacus *monachum variè deſcribit*. 266.c.2

CLVNIACENSES

ſub Regula Benedictina.170.b.1.*latè propagati*.169.d.1. *ſtrictè poſt Completorium ſilentium ſeruarunt*.604.c.2. *ſignis vſi*.606.a.2. *cũm equitarent quid egerint loco genuflectionis*.690.c.1. *eorum pſalmodia prolixa*.722.b.2. 713.1.725.a.2. *accurata obſeruantia*. 736.d.2. *fugitiuos ſæpius recipiebant*. 813.a.1. *diſciplinas ſibi infligebant*. 826.

Digitized by Google

826. c. 1. *opus manuum cur omiſerint.* 840. d. 2. 841. b. 2. *adipe uſi.* 936. c. 2. *quid decreuerint de carnium abſtinentia.* 941. c. 2. *quando ea relaxari cœpta.* 942. b. 1. *feria ſexta olim adipe uſi.* 959. c. 2. *in feſtis non ieiunabant.* 967. b. 2. *laudati à Regula obſeruantia.* 207. c. 2. 208. 1. *Nouitios non probabant per annum* 383. c. 1. *quid pro ſe allegauerint.* ibid. 2. 2. *defendunt pellicias ſuas contra Ciſtertienſes.* 489. d. 1. *Item ſemoralia.* 497. a. 2. *& nigrum colorem.* 508. a. 2. *non loquebantur hoſpitibus ſine licentia.* 990. d. 2. *excipiebant illos in refectorio communi.* 1003. a. 1. *culcitras pro mattis habuerunt.* 1041. c. 1

Cluſæ *virginum quæ.* 84. c. 1

Coci *Monachorum quales.* 885. b. 2. *quid meditari poſſint dum operantur.* 888. b. 2

COENOBITÆ

Vnde dicti. 286. c. 1. *quàm vetus ipſorum inſtitutum.* ibid. a. *quis ſcopus.* ibid. a. 2. *cur Anachoretis præferantur.* 287. c. 1. *principaliter inſtituti à S. Benedicto.* 178. c. 2. 247. c. 2. *qua ratione ſe ad anachoreſin comparabant.* 176. b. 1. *corpus Monaſticum vt conſtituant.* 263. *quàm multi in vno Monaſterio locandi.* 292. c. 2. *vide* Monachi, Religioſi.

COENOBIVM

An diſtinguatur à Monaſterio. 289. b. 1. *quomodo extruendum.* 291. b. 1 *qua forma olim ſeruata.* 291. d. 2. *veſtigia quadam eruuntur.* 292. a. 1. *fixione crucis inchoabatur.* ibid. c. 2.

Cogitationes *malæ refrenandæ.* 631. c. 2. 632. 1. *Superiori aperiendæ.* 643. *quæ inde bona.* ibid. 644. *oriuntur ex otio.* 835. c. 1.

Cognomen *mutant quidam Religioſi.* 444. b. 2. *eo non compellandi.* 299. c. 2.

COLLATIO

Quid ſignificet. 869. b. 1. *cur cœnula ſerotina ſic vocetur.* 870. c. 2. *nomenclatura profluxit à Benedictinis.* 872. b. 1

COLLATIONES

Quando iuxta mentem S. Benedicti legenda. 714. a. 1. *earum vſus & antiquitas.* 869. b. 2. *materies.* 870. b. 1. *quando celebratæ.* ibid. c. *Collationes Patrum commendata.* 873. c. 2. *lecta à ſanctis viris.* 874. a. 1.

COLLECTÆ

Quàm antiqua. 766. c. 1. *quomodo introducta.* ibid. c. *earum numerus ſenſim creuit.* ibid. b. *debebant approbari.* ibid. c. *à quibus compoſita.* ibid. d. *olim dicta ad horas.* ibid. c. *cur S. Benedictus earum non meminerit.* 767. b. 1

Colloquia *furtiua prohibentur.* 602. b. 1

Colloquium *ſecularium cur Religioſo fugiendum.* 990. b. 1

Colobijs *Monachorum infixum ſignum purpureum.* 551. c. 1

COLOR

Veſtium Monaſticarum varius. 506. c. 1. *interiorum albus.* ibid. d. *exteriorum niger, brunus.* ibid. b. 2. *naturalis lanæ.* ibid. c. *albus.* 507. c. 1. *griſeus, cæruleus.* ibid. d. *caſtaneus.* ibid. c. *rufus.* ibid. *niger Benedictinorum.* 508. c. 1. *defenſus.* ibid. a. 2. *laudandi Ordines quiq; in ſuo colore.* 509. c. 2. *peregrinus in habitu Monaſtico vitandus.* 321. d. 2

S. COLVMBANVS

In Galliam venit. 70. a. 1. *Regulam ſcribit.* ibid. c. *ea duplex.* 71. a. 1. *diſcrimen inter vtramque.* ibid. c. *præfatio ſecundæ Regulæ in dubium vocata.* ibid. 2. *fueritne Benedictinus.* 72. a. 1. *an eius Regula Benedictina ſtatuta.* 129. d. 2. *multis locis ſimul ſeruata.* 14. d. 1. *qualis S. Columbani pſalmodia.* 722. d. 1.

S. Columbæ *laus & nomen.* 63. d. 3. *Regula.* 64. b. 1

Columnæ *Stylitarum deſcripta.* 49. d. 1

Comeſtio *clancularia prohibita.* 922. c. 1

Commentaria *variorum in Regulam S. Benedicti.* 160. 161. 162.

Communicandum *quoties Monachis.* 340. c. 1. 342. a. 1. *an etiam feria ſexta in Paraſceue.* ibid. d. 1

Communionis *genus apud veteres vſitata.* 420. c. 1

Communis *Monaſterij regula ſequenda.* 658. b. 1. *in quibus conſiſtat.* ibid. d. 2. *an etiam in Monaſterijs diſſolutis ſeruanda.* ibid. b

Compellatio *decora ad honeſtatem refertur.* 299. a. 1. *quæ in ea vitanda religioſis.* ibid. e

COMPLETORIVM.

à S. Benedicto primum vocatum. 758. b. 2. *ſed res eſt antiquior.* ibid. c. *ſpectat ad noctem.* 601. d. 1. *poſt illud cur ſilendum.* ibid. *nec edendum aut bibendum.* 602. c. 2. *duo Completoria legi non probatur.* 603. d. 1. *quod myſterium Completorij.* 698. d. 1. *olim minùs ſolemne.* 713. d. 2. *directaneè dictum.* ibid. c. *poſt illud clauditur* or. 739. d. 1. *eius congruentia cum Prima.* 757. c. 1. *quomodo celebretur.* 758. d. 2. *quo tempore.* 781. a. 2. *cur inchoetur à lectione.* 871. d. 2

Compunctio *ex lectione.* 978. b. 2

Concilia *Regula Benedictina auctoritate vtuntur.* 158. c. 1. *celebrata pro Monachorum reformatione.* 1084. a. 2. 1090. c. 2.

Concionatores *cornis comparati.* 547. c. 1

Conciones *in eccleſia rectè habentur.* 681. b. 1

Concupiſcentiæ *vis.* 631. a. 2. *vt ei reſiſtendum.* ibid. c.

Condonandum *facilè.* 765. d. 2

Conferentiæ *ſpiritales in Cœnobiis neceſſaria.* 877. c. 1. *in Regula adumbratæ.* ibid. b. 2. *earum vtilitas.* 878. a. 1. c. 2. *quomodo inſtituenda.* ibid. c. 1

Confeſſiones *in cellà excipi quis vetet.* 1055. c. 1. *frequentes apud Monachos.* 1069. b. 1

Confeſſio *ſimulata quarto gradui humilitatis opponitur.* 641. d. 1. *Confeſſio peccatorum difficilis ſed meritoria.* 643. a. 1. *quanã S. Benedicto expreſſa gradu quinto.* ibid. c. 645

Confiteri *Domino quid.* 645. d. 2. *modus confitendi veterum Hebræorum.* 646. d. 1

Confraternitas *diſciplinatorum.* 828. b. 2

S. Congellus *Benchorenſis cœnobij auctor.* 64. a. 2. *eius Regula.* ibid. d. *vbi exſtet.* 63. a. 1. *fueritne Benedictinus.* ibid. e. *notatio circa eius nomen.* ibid. b.

Congregatio *maior quæ.* 293. c. 2. *minor quomodo pſallat.* 718. c. 1.

Congregationes *Religioſorum vineæ dictæ.* 1081. a. 1

Coniuges *cum filiis in eodem Monaſterio.* 10. a. 2

Conſanguineis *an Nouitij ſua bona relinquere poſſint.* 400. d. 1. c. 2. *eorum viſitatio.* 231. c. 1

Conſcientiæ *examen à S. Benedicto præſcriptum.* 225. b. 2

Conſecrationis *velum.* 540. c. 1

Conſenſoria Monachorum, *qualis Regula.* 44. c. 2

Conſideratio *oſtium lingua aperiat.* 591. a. 1

Conſiliarij *Abbatis, qui.* 325. a. 2

CONSILIVM

petere quàm vtile. 323. d. 1. *modus adhibendi illud in Monaſterijs.* 322. d. 1. *Cur omnes conuocandi.* ibid. c. 2. *in quibus conſilium à Conuentu petendum.* 324. c. 2. *quomodo illud dandum à Religioſis.* 326

Conſtantinus *Afer Monachus Caſſinẽſis polyglottos.* 152. d. 2

Conſtitutiones *quomodo differant à Regula.* 5. c. 2. *mutãtur.* 6. d. 1. *vt obligent.* ibid. d. 2. *quadam dicta Regula.* 93. b. 2

Conſuetudo *peccandi non facilè ſuperatur.* 633. a. 1. *quæ mala ſecum trahat.* ibid. 1. 2. *infelices qui ea detinentur.* 634. c. 1. *conſuetudo legendi duo Completoria improbatur.* 603. a. 2. *conſuetudo dura emollit.* 120. c. 1

Contemplatio *ſcopus Regulæ S. Benedicti.* 177. c. 1. 178

Contemptus *quis ad peccatum mortale requiratur.* 190. d. 1

Contentio *vitanda inter conſulendum.* 316. a. 2

Contentiones *vitandæ.* 1075. a. 1

Contraria *duplicis generis.* 638. c. 2

Conuerſationis *modus quid ſit.* 1039. c. 2. 1040. a. 1

CONVERSI

cur vocentur fratres laici. 277. b. 2. *quomodo differant à Nutritis.* ibid. c. *quàm antiqui.* 278. c. 1. *an veri nominis Religioſi.* ibid. d. *Conuerſi Benedictini officium.* 251. 2

CONVERSIO MORVM.

Benedictinorum votum. 221.d.1. quid ſit illam promittere ſecundùm regulam. 415.b.1. eius antiquitas. 422.a.1. quid includat in genere. 421.2.2. præcisè. 422.c.1.e.2
Conuerſionis modus. 251.c.2. duodecim termini. ibid. e. 252. 253.
Conuerſorum Ciſtertienſium regula. 86.c.2
Conuiuia in Eccleſiis agitare non licet. 683.b.1
Cordis duritia ex peccandi conſuetudine. 633.b.2
Coriarius Alexandrinus ſanctior Magno Antonio. 654.d.2
Cormaci Regula metro Hibernico ſcripta. 84.e.1
Corona Chriſti à Camaldulenſi Monacho inuenta. 152.b.2
Coronæ Monaſticæ antiquitas. 528. Spineam Chriſti menti obiicit. 533.b.1
Corporis humani vilitas. 544.b.1
Correctio culparum vt adhibenda. 820. e. 1. ſeptem eius gradus. ibid. d. vnde deſumpti. ibid. e. enumerãtur. 821.1.2

CORREPTIO

quàm neceſſaria. 798.a.2. vt adhibenda. 802.e.2.1074.b.1 attendenda perſona. 803.d.1. cauſſa. ibid. b.2. tempus. 804. a.1. modus. ibid. b.2. fiat cum charitate. 805.d.2. quo animo accipienda. 799.e.2. patienter. 800.a.1. non excuſanda. ibid. d. diligendus qui corripit. 801.c.1
Corticis vſus in ſcriptione. 108.a.2
Coſmographiæ reparator Monachus Burſfeldenſis. 152.d.2
Coſmus Medices ſtudioſè legit Regulam Sancti Benedicti. 201.d.1.
Crapula ſeruos Dei infeſtat. 891.e.2. ſub ſpecie neceſſitatis. 892.2.1
Crucem protendere, quid. 412.b.2
Cruciferorum Regula. 88.d.2
Crucifixi imago ſuperpoſita menſa Abbatis. 1078.a.1

CRVCIS SIGNVM

profeſſioni ſubiunctum. 411.c.2. inſtrumenta olim roborauit. ibid. e. valuit pro nominis ſubſcriptione. 412. a.1. etiam aliena manu facta. ibid. a.2. Monachi frequenter ſe cruce ſignabant. 1072.b.2
Crux omnia loca expiauit. 686.c.2
Cubiculum ſeruit etiam ad orandum. 684.d.2

CVCVLLA.

qua veſtis. 473.b. quomodo conueniat cum caſula. ibid. c.2. vt diſtinguatur à flocco. 474.b.1.d.2. quæ eius menſura. 475.e.1. forma. ibid. e.2. vſus ante S. Benedictum. 473.a.1 dicta melote. 477.b.1. olim capitis operimentum. ibid. e. pœnitentiæ habitus. 511.c.2. à Canonicis expetitur. 512. a.2. Innocentiæ ſymbolum. 550.b.1. diuina gratia. ibid. d. alia allegoria. ibid. a.2. Benedictina comparatur ſex alis Seraphim. ibid. e.
Cuculli formæ pyramidalis. 477.b.2

CVLPÆ.

in Eccleſiâ rectè expiantur. 681.b.2. cur earum accuſatio inſtituta. 796.d.1. quibus diebus dicantur. 797.b.1. quo modo. 798.c.2. ſunt diſtincta. 806.b.1. variis modis punitæ. 807.808.809. quæ leuiores. 815.c.2. puniæ monaſtica excommunicatione. 816.b.1. quomodo abſolutæ ab ea. ibid. c.2. aliis modis caſtigatæ leues culpæ. ibid. e.
Cultus externi vilitas commendata. 649.e.1. Cultus iuſtitiæ ſilentium. 595.1
Cur, vox ſatana. 581.c.1
Curioſitas ex otio naſcitur. 835.c.2
Curſus pro diuino officio. 692.b.1. quomodo hæc nomenclatura congruit cum curſu ſolis. ibid. d.
Cuſtos inſtrumentorum. 856. quod eius officium. ibid. d.
Cuſtos puerorum in Monaſteriis. 362.2.1. quæ eius munia. ibid. b.
S. Cuthbertus aucam hoſpitibus propoſuit. 930.c.1. quid illa. 934.b.1
Cyclus Paſchalis à Dionyſio Exiguo excogitatus. 152.c.2

D.

DÆmones buccinâ conuocati ad pſalmodiam. 741.2.1. vt infeſtent canentes. ibid. b.
Dalmatica vetus reſpondet tunicæ Monachorum. 485.e.1. myſticè exponitur.
S. Damaſi decretum de cantu alterno. 715.d.2
Dare quid Monachis vetitum. 427.e.2
Dauid vt ſilentij magiſter proponitur. 585.1.2.586
Deambulationes in templo vetita. 683.c.a
Debiles non infirmi an poſſint edere carnes. 951.a.2. qui propriè debiles. ibid. e. 952.a.a

DECANI

In Cœnobijs vnde. 332.a.2. quot Monachis præſint. 333.d.1. quales conſtituendi iuxta S. Benedictum. 334. c.2. quod eorum officium. 333.d.2. operibus præfecti. 855.b.1. apud Ægyptios quæ curauerint. 334.b.1. ſuperbi vt deponendi. 335.b.1.
Decani dignitas apud Canonicos non ita vetus. 332.e.2.
Defunctorum vetus commemoratio. 791.e.1. recitata eorum beneficia. ibid. d.2. ſuffragia ipſis impenſa à Monachis. 792.a.1. & eleemoſynæ. ibid. b. ſcribebantur in Regula. 793.d.1.
Degradatio in Monachorum pœnis. 811. b.1. qui fiat in Monaſteriis. 296.c.2.
Denunciatio Angelorum. 629.d.1. cur timenda. 630.c.1.
Deo gratias vetus ſalutandi formula. 308.c.1. defenditur à S. Auguſtino. ibid. d. qui vſurpent. ibid. e.
Deſiderius Caſſinenſis Regulam exornat. 108.d.2. Eremiticam vitam expetit. 180.c.1.
Deſperatio ex mala conſuetudine. 634.2.1.
Detractio prohibita. 1075.e.2.
Deuotio ex attentione. 721.e.2. quid ſit. 582.c.1.

DEVS

in ſe habet omne ius imperandi. 568.a.1. delectatur eſſe cum humilibus. 669. b.2. eoſque reſpicit. ibid. d. quaſdam creaturas ſibi elegit. 678. in omni loco inuocandus. 684. b.2. peculiari modo in templo præſens. 687.d.1.719.b.1. quanta eius maieſtas. ibid. 2. 2. quid ei debeat Religioſus Benedictinus. 218. quomodo eum rurſus eligat. 274. 2. 2.
Deus in adiutorium cur præmittant in vigiliis Benedictini. 738. vnde in aliis horis id obſeruatum. ibid. c. 2. quis inſtituerit. ibid. e. an Laudibus præmittendum. 754. b.1. cur ter repetatur poſt Pretioſa. 791.a.1

DIABOLVS.

quomodo ad peccatum alliciat. 631.2.1. nititur impedire ne Monachi cogitationes ſuas aperiant Superiori. 644.d.1. ſpecie boni ſingulares Monachos deludit. 660.b.2. quid agat in choro. 699. infeſtat orantes. 705.d.1. Macarium ad Collectam vocat. ibid. e. ſuggerit egreſſum ab officio antequam finiatur. ibid. b.2. per varios prætextus. ibid. d. ad quæ alia ibidem impellit. 720.b.2. capitulum horret. 786. adlaborat vt ſtudium litterarum à Monaſteriis ablegetur. 863.2. per ſuos illud fruſtra ſupprimere nititur. 864.b.1. obſeruat homines. 206.c.1. vafrè ſuadet Monachis deſiderium clericatus. 337. e.1. horret Monachum analabo ſeu ſcapulari indutum. 481.a.1. cincinnatuli nomen vſurpat. 530.a.2. phantaſiam hominum ſubinde immutat. 1031.e.1
Dies quando & à quibus in 24. horas ſectus. 770.b.2
Diſcalceati Carmelitæ pauci in quoque conuentu ex mente S. Tereſiæ. 293.e.1. quomodo ſe ſalutent. 308.d.2
Diſciplina regularis. 131.a.1

DISCIPLINARVM

origo. 824.a.1. vſus antiquus. 825.e.1. apud Benedictinos. 826. alios Ordines. 827. & ſæculares. 828.e.1. earum materia multiplex. 829.a.1. duo modi eas recipiendi. ibid. d.1. vter magis probandus. ibid. e.2. nudo dorſo enſis-

inſligenda.830.b.1.earum ſex fructus.831.Deo gratias eſſe ſignis oſtenſum. 832. d. 1. alij fructus recenſentur. ibidem c. 2.
Diſcipulorum genera quatuor. 249.c.1
Diſcretio commendatur. 136. b.1. 319. b. 1. ab ea laudatur Regula S. Benedicti. 136.b.2
Diſcrimen vnde inter perfectos & imperfectos. 448.d.2
Diſcurſus vagus eſt contra ſtabilitatem. 420. b 2. per monaſterium vetitus. 1057.c.1. 576.c.2
Diſcutere praecepta maiorum periculoſum. 581.c.1
Diſſidia tollenda. 765.b.2
Docti veri imaginariis morbis obnoxij 1030. c. 2. nec id adeò mirum. 1031. c. 1. quomodo cum talibus agendum. ibid. e.
Domeſtici fidei qui ſint. 985.b.2
Domine labia cur dicatur verſus apertionis. 739. c. 1. cur tertiò repetatur à Benedictinis. ibid.d.2.740
Domini titulus propriè Deo conuenit. 303. c. 2. Romani principes eum non admiſerunt. 304.b.1
Domini ſeruis nomen pro libitu imponebant. 444.d.1

DOMINICÆ.

celebritas. 747. c. 1. cur ad vigilias tum citiùs ſurgendum. ibid. c. an poſt eas licitum dormire. 1046. c. 2. expenditur totum officium Dominicæ. 749.750. ea die etiam celebratum capitulum. 797. b.2. 798. c. 1. communicabant Monachi. 894. c. 2. nec ieiunabant. 966.a.2
S. Dominicus defenſus contra Eraſmum. 462.d.2
Domnus quæ vox, à quibus vſurpata. 303.2. ſic dicti quondam eccleſiaſtici. 304. c.1. & retinent hodie Ordines Religioſi. ibid. d.
Donati unde in Monaſteriis. 278. b.2. quomodo recipiantur. 279. b.1. an ſint veri Religioſi. ibid.b.2
Donatus Seruitanus Abbas. 68. c. 1. quæ eius Regula. ibid. a. 2.
Donatus Veſontinus Archiepiſcopus quando vixerit. 75. c. 1. eius Regula ad virgines. 74.d.1
Dormiendum quot horis. 1043.d.1. quo corporis ſitu. 1044. an licitum poſt vigilias dormire. 1045. Dominicis & in feſtiuitatibus. 1046.c.2
Dormitorij varia nomina. 1036. b.1. olim non habebat cellas diſtinctas. 1037. a. 1. cuiuſmodi fuerit. ibid. d.2. ſeruandum in eo ſilentium. 599.c.2
Draconi ſimiles qui peccata ſua excuſant. 648.b.1
Druſus vt domum ſuam ædificari voluerit. 1056.c.2
Dunſtani Regula Monaſtica. 84. c. 2. dubium quæ illa. 85. b. 1. ſcripſit tractatum in Regulam S. Benedicti. 161. 2. 1. eius pſalmodia qualis. 723.c.1
Duodenarius numerus in officio Benedictino. 696.c.2
Dura & aſpera quæ. 386.c.2.638.b.2

E.

Ebrietas fugienda. 913.c.2.

ECCLESIA

Cur carnibus interdicat, non item vino. 947. d.1. preces auget in quadrageſima. 973. c.1. primitiua eccleſia quis cantus. 712.c.1.2.
Eccleſia quantum contulerint Benedictini. 146. & ſeq. Eccleſiæ militantis exercitus. 240.c.2.
Eccleſia pro loco orationis. 679. a. 1. an diſtinguatur ab oratorio. ibid. c.2. 680. c.2. præſtat in ea orare quàm alibi. 687. eſt locus ſanctus. 688. c.1. preces inibi Deo gratiores. ibidem e.
Egreſſus è diuino officio ſine cauſſa à dæmone ſuggeritur. 705. b.2. perſtringitur. 706. c.1. vt ſuperanda hæc tentatio. 705. d.2. exeundum cum venia. 706.d.2.
Electio quomodo facienda. 324.b.2.
Eleemoſynæ cur dictæ Eulogiæ. 431. c.1. apud Benedictinos in pauperum vſus aſſignatæ. 1099.b.2
Elias Religioſorum Patriarcha. 18. a.2. eius diſcipuli. ibid. c. quæ Regula illis tradita. 19. a.1. an ad veram rationem Religionis. ibidem. c. Eliæ veſtes. 455.c.1
S. Ephræm docetur à ſcorto terram aſpicere. 668. b. 2. componit verſus harmonicos contra Harmonium. 712.c.2.
Epilogus totius operis. 1058.a.2

EPISCOPI

approbabant olim regulas. 12.d. 2. plerique erant Monachi in Hibernia. 57. b.2. Benedictini ordinis quatuor millia. 147. a.1. Epiſcopi ordinabant Abbates. 331. a.1. abdicato Epiſcopatu plures facti Monachi. 372. a. 2. vnde nigro colore amiciantur. 512. b.1. Epiſcopi olim non fiebant qui neſciſſent pſalterium. 710. c.2. Epiſcopi Benedictini à carnium abſtinentia illuſtres. 939.c.2
Epiſtola I. Clementis Romani vindicata. 561. b.1. S. Benedictus ex ea ſumpſit Inſtrumenta bonorum operum 560.c.2.
Epiſtola Theodemari Abbatis Caſſinenſis expoſita. 1088.c.1
Epitome Ludouici pij ſuper Regulam S. Benedicti, quis libellus. 1064.a.1.
Equi nigri apud Zachariam figura nigrorum Monachorum. 548. c.2 albi quid ibidem denotent. 549. b. 1. varijque Spiritus ſancti chariſmata denotant. ibid. d. applicantur Ordini Benedictino. ibid. c.
Equitantes vt horas recitarint. 690.c.1

ERASMVS

Quid ſentiat de Monachatu S. Hieronymi. 37. a.1. refutatur ibidem. b.2. 38.1. malè aſſerit Monachis non conuenire nomen Religioſi. 270. 271. d.2. obliquè notat S. Benedictum tyrannidis. 364. a.2. reijcitur impudens eius calumnia. ibid. b. perperam ridet ritum mutandi nomen in Religione. 443 fallitur dum ait S. Benedictum vſum veſte laica. 462. c.1. fruſtra ſugillat ritum ſepeliendi mortuos in veſte monaſtica. 515. a. 1. eius de eadem dictum refellitur. 526. b. 2. ſcomma aliud reiectum. 507.c.2
Eremi laus. 284.c.2
Eremitæ plurimi apud Benedictinos. 179. 2. 180. vide Anachoretæ.
Eremitoria in monaſteriis. 285.c.1
Eſſenorum duo genera. 19. c. 2. an fuerint Chriſtiani. 20. b. 1. quæ eorum regula. ibid.b.2
Ethewoldus cogit Canonicos ad Monachatum. 512. a. 2. factum defendit S. Dunſtanus. ibid. 2. approbat & Crucifixi vox. ibid.d.
Euangelica præcepta cur minima dicantur. 127

EVANGELIVM.

in Conciliis præſedit. 326. c.2. legitur in Vigiliis Benedictinorum. 749. a.1. quare. ibid. c. quâ reuerentiâ audiendum. ibid. e. cur legatur poſt Miſſam. 788.c.2
S. Euchariſtia quoties ſumenda à Monachis. 340. a.2. vix certa regula ſtatui poteſt de frequenti eius vſu. 342. a. 1. an ſumi poſſit feria ſexta in Paraſceue. ibid.d.
Eugenius III. Calefactor Claraualleſis. 600.c.1
Eugipij Abbatis regula. 60.c.2

EVLOGIÆ

fidelibus vt olim datæ. 429. c.1. quandónam benedicerentur. ibid. c.2. hæreticis negatæ. 430. c.1. frequens earum vſus apud Benedictinos. ibid. e. quomodo ſumptæ ab iis. ibid. b. 2. quas Eulogias recipi vetuerit S. Benedictus. 431. c.1.
Eunuchi Euangelici laudati. 536.d.1
Euſebius Monachus, vt euagationem oculorum caſtigarit. 211. c. 1.
Euſebios Vercellenſis monaſticen clericatui primus iunxit. 33. d. 2.
Euſtachius hæreticus nimiùm tribuit veſti religioſæ. 515.b.1
Euſtratius numquam ſupinus iacuit. 1044.a.2
Euthymij regula & inſtitutum. 54. c. 2. ratio dormiendi. 1044. d. 2.

Eutrapelia *quid ſit.* 592. a. 1. *eius duo extrema vitanda.* ibid.2. *cur a S. Paulo reprehenſa.* 591.c.2

EXCOMMVNICATI

*Monachi proprietarij.*434.b.1.*ob violatum ſilentium.*611.e.2.*& alias culpas.*810.c.2.*ab aliis ſeparabantur.*818.c.1. *cibus illis parce datus, nec benedictus.* ibid.b.2. *vilius ipſorum indumentum.* ibid.d.*quomodo abſoluti.*819.c.1.*cur verberentur.* 821.c.1

EXCOMMVNICATIO

*duplex.*813.2.1.*an de eccleſiaſticâ agat S.Benedictus.* ibid.b. *ſententia affirmatiua probatur.* ibid.a.2. *ſoluuntur obiectiones.* 814.d. 1. 815. *qua excommunicatio pro leuioribus culpis.* 816. b.*quibus ex Regula inferenda.*817.*quomodo illi ſatisfaciendum.* 818.b.1

Excuſatio *in peccatis hominis innata.* 648. d.1. *grande malum.* ibid. c. 2. *quot modis fiat.* 646. 2. 647. *in capitulo vitanda.* 800. d.1. *quo caſu licita.* ibid.b.2

Exempla *Pralatorum ſubditos mouent.* 195.c.2.*praua aliorum non excuſant peccantes.* 647.c.2

EXEMPLA VARIA

*de curandis minimis.*205.b.2.207.d.1. *infeliciter tranſeuntium ad alium ordinem.*377.a.1. *eorum qui in monaſtico habitu mortui opem ſenſerunt.* 514.b.2. *velocis obedientia.*578.*abſtinentia à carnibus.* 945. b. 1. *exempla pia è quibus ſcriptoribus petenda.* 875.d.2

Exemplaria *duo Regulæ manu S. Benedicti exarata.* 107.2. *vnum in Gallijs.* ibid.b. *quid factum cum Italico.* ibid.c. 108. 1.

Exercitatio *interni hominis quàm neceſſaria.* 212 b.1.*quotidiana Benedictinis Monachis.*255.*in aliis rebus quàm neceſſaria.* 558

Exercitia *Ordinis omninò obſeruanda.* 224.b.1. *quo dirigantur.* 449.2.1

Exercitium *dura & aſpera mollit.*135.c.1.*ſpirituale ad charitatem referendum.* 176.a.1

Exhortationes *apud Monachos quàm antiqua.* 878. d.2. *certis diebus habita.* ibid.c.

Expropriationis *actus apud Monachos.* 1039.a.2

Expulſio è *Monaſterio.* 821.a.2. *à S. Benedicto & priſcis patribus decreta.* ibid.d.c.*quidam in hoc benigniores.*822. c.1. *hodie quibus caſibus licita.* ibid.a.2. *in proprietarios olim inflicta.* 433.d.2

F.

FAcetiæ *quatenus licitæ.* 593.a.1.b.2

Faciendum *quod legiſti.* 867.a.1

Falli *in pronunciatione, quid.* 718.a.2

Familiaritas *& amicitia particulares vitandæ.* 234.a.1

Faſciolæ *ſcapulare nectentes.* 482.d.1

Faſtidium *ex prolixitate.* 728.c.1

Feminæ *à clauſtris excluſa.* 986. b.2.987.a.1. *etiam à templo Fuldenſi.*986.c.2.*quibus caſibus poſſint ſuſcipi.*987.d.1

FEMORALIA

paucis olim in vſu. 496. d. 1.b.2. 497.a.1. *plerique Monachorum iis carebant.* 496. d. 2. *Benedictinis an domi interdicta.* ibid. c. 1. *quando ea receperint.* 497.b.1. *eorum neceſſitas, & decentia.* ibid.b.2. *defenduntur.* ibid.d.1

Fercula *ſingula benedicebantur.* 1078.d.1. *quo ordine menſis illata.* ibid.2.2

Feriæ *à quo inſtitutæ.* 755.d.2. *feria quinta olim à ieiunio immunis.* 968.b.2

Ferramenta *artis ſpiritualis quæ.* 562.b.2. *ferramenta quibus olim laborabant ſolicitè cuſtodita.* 856.b.1

Ferreolus *Epiſcopus regulam compoſuit.* 68. d. 2. *quis ille inter tres eius nominis.* 69.a.1. *Vceienſis.* ibid.c. *vnde dictus Epiſcopus & martyr.* ibid.b.2

Ferulæ *in Monachorum pœnis.* 808.c.1

Feſta *ſoluunt ieiunium.* 967. c.1. *eorum Catalogus.* 966. c. 2.

Filij *Belial.* 125.c.1

S. Fintanus *Monachorum pater.* 67.b.2

Flauia *Donati mater extruit cœnobium.* 74.c.2

S.Florentius *præfuit quinquaginta cœnobiis.* 73.d.1

Fimbriæ *hyacinthina Iudæorum.* 455.b.1

Finis *conſideratio neceſſaria.* 175.a.1

Flagella *trina apud Nitrienſes.* 798.b.1

Flagellatio *nota æuo S. Chryſoſtomi.*825.d.2. *licitè & meritoriè ſeipſum quiſque flagellat.* 829.c.1. 830.a.1

Flandricæ *voces à Græcis deriuatæ.* 679.d.1

Floccus *veſtis monaſtica.* 474. b. 1. *an vilior cuculla, an pretioſior.* ibid.d.2

Fontis-Ebraldi *Ordo ſub Regula S. Benedicti.* 170.c.1

FORMVLÆ

Salutandi 307.d.2.308.307.*conſulendi in conuentu.*326.d.1. *tradendi filium monaſterio.* 357. c. 2. *teſtificandi pro eo.* 358. d.2. *probandi Nouitium ad portam.* 388. c.1. *profeſſionis ex Theodemaro.* 408. b. 2. *Smaragdo.* ibid. d. *Valliſcleſanis.* ibid.c.*Caſſinenſibus.*409.a.1.*ex Fructuoſo.* ibid. a.2. *examinandi Nouitium ante profeſſionem.*438. d.1. *dandi benedictionem exeuntibus.* 1013.b.1. *reuertentibus.* ibid. a.2. *loquendi per digitos.* 608. c.1.2. *veteris fraternitatis inter monachos.* 792. d.1. *ſchedarum mortualium.*793. b.2. *deſignandi officiales in tabula.*794.c.2. *proclamationum.* 802. c. 2. *Benedictionum pro ſeptimanariis.* 887.c.2

Franci *horis inæqualibus vſi.* 677.c.1

S. FRANCISCVS

trium Ordinum & regularum auctor. 91.b.2. *quæ prima.* ibid.2.1. *quænam ab Honorio approbata.* ibid.c. *Tertiariorum etiam ipſius ſitus.* ibid.1. c.2. *Portiunculam à Benedictinis habuit.* 173.c.1. *eius Regula quomodo obliget.* 189.a.1.415.d.2.416.a.1. *memoriæ mandanda.* 202.c.2. *cur ſtatuerit veſtes reficiendas.* 470.b.2. *braccis vſus ſuit.* 497.d.2. *Franciſcus ſe veſte religioſa indignum reputat.* 458.c.1.*certam ſuis præſcripſit.* 462.a.2. *nouitio obedire paratus.* 572.b.2.*verè potuit ſe minimum reputare.*654. c.1. *carnibus abſtinuit.* 945.c.1

Franciſcani, *ſiue Minores à Benedictinis adiuti, in Italia.* 173.c.1. *& Hiſpania.* ibid.d. *quid primò doceant nouitios.* 237.c.2. *in eremitoriis quidam vixerunt.* 285.c.1. *explicatur forma profitendi ipſorum.* 415.d.2

S. Franciſcus *de Paula, vita.* 93.a.1. *& tres regulæ.* ibid.c.

Franciſcus *à puero Ieſu vetera retinens vt punctum.* 472. b. 1.

Franci *ante 300. annos caputium geſtabant.* 479.d.2

Fraternitates *vetuſtæ inter Monachos.* 792.d.1

Fraternus *amor valdè magnus.* 300.b.1. *ſpiritualis potior carnali.* 301.c.1

Fratres *inuicem ament.* 232.d.2. *honorent.* 233.a.1. *tolerent mutuos defectus.* ibid. c. *inuicem admoneant.* ibid.c.2.*circumſpectè conuerſentur inter ſe.* ibid. c. *vt ad conſilium adhibendi.* 322.323. *fratres falſi ſuſtinendi.* 639.c.2

FRATER

vox charitatis plena. 300. d.1. *conuenit iis qui ſociali vinculo inter ſe ligati.* ibid. b. 2. *maximè tamen Religioſis.* 301. b.1.*eſt Mendicantibus proprium.* 302.a.1.304.c.2. *nec tamen humile cenſendum.* 302. b. 1. *Frater fratri obediat.* 572. c. 2. *quomodo.* 573. *frater ſingularis in cibo reprehenſus.* 659. c.1.*alter ſingulariter operans rigidè punitus.* ibid.d.2

Frontonij *monachatus.* 23.c.3

Fructuoſi *Epiſcopi geſta.* 75.d.1. *duæ Regulæ illi adſcriptæ probabiliter.* ibid. 2. *vnam compoſuit ante epiſcopatum.* 76. c.1. *alteram cùm eſſet Epiſcopus.* ibid. c. 2. *quales.* 77. a. 1. *fragmentum illi abiudicatum.* ibid. c. *Pactum Monachorum eius.* 409.2.2

Fructus *varij & copioſi Regulæ S. Benedicti.* 144.a.2.145. *duodecim recenſentur.* 146. & ſeq.

Fructus

Fructus furtiuè non edendi. 923.d.1
Fugientes cur taceant. 588.c.1
Fugitiui quoties recipiendi. 822.c.2. tertiò iuxta S. Benedictum & alios. 823.d.1. Quidam hic benigniores. ibid.a.b. modus eos recipiendi. 824.a.1.2

FVLDENSES

à perenni laude celebrati. 52.a.1. proprio labore vixerunt. 183.c.2. à Regulæ obſeruantia commendati. 207.a.2. vetus ipſorum ſcapulare deſcriptum. 481.c.1.c.2. Abbatem ſuum irregulari veſte exuunt. 524.b.1. pedes hoſpitum lauabant. 997.c.1. à ſcribendi ſtudio laudati. 851. Mulieres è ſeptis ſuis è templo excluſere. 986.c.2. quantam ſenum curam habuerunt. 1034.d.1
Fulienſium ſtricta ieiunia. 885.d.1. & calceamenta ad mentem Regulæ. 503.b.2

G.

GAlea militis Benedictini. 242.c.2. ſpem deſignat. ibid. etiam orationem. 243.a.1
Galliæ monaſteria quando conceſſerint in Regulam Benedictinam. 167.c.1. ruſi coloris veſtes quadam habuere. 507.a.2. Gallicanæ Moniales capillos non tondebant. 538.c.2. ad certam menſuram eos religabant. ibid. ea exhibetur. 539.a.1.
Galliæ Clerus an olim raſus. 532.b.2
Gallicani mira humilitas. 650.c.1
Galli gallinacei naturale horologium. 771.a.2. duplex cantus. ibid.c. Eo monachi horas cognoſcebant. 773.a.1
Garruli os habent ſine oſtio. 589.d.2. in piſces mutati. 612.a.2. reprehenſi. 666.a.1
Garſiæ Ciſneri Exercitatorium. 174.d.1
Gemmeticenſes Monachi quomodo ad mortem ſe compararint. 1039.c.1
Genebrardus Lutheranos alioſq; hæreticos refutat. 148.b.2. fuit doctiſſimus. 149.c.2
Gentes quæ a Benedictinis conuerſæ. 147
Gentium ſacerdotes ab alijs veſte diſcreti. 453.d.2
Gentilium in fanis ſilentium. 683.c.1
Genua quando in officio flectenda. 696.a.1.1100.a.2. poſt pſalmos. 735.a.2
S.Gerardus eximius Deiparæ Virginis cultor. 151.c.1
Geraſimi Regula pro Anachoretis. 55.d.1
Germani veteres benè morati. 307.a.1
Germaniæ vrbes aliquot ex Benedictinis monaſterijs coaluerunt. 248.a.1
S.Gertrudis ſumma humilitas. 654.c.1
S.Giraldi regula quæ. 95.c.1
Gyrouagi vnde dicti. 282.b.1. inſignes curſores ibid.d. leporibus ſimiles. ibid.c. hypocritæ. ibid.b.2. alia eorum nomina. ibid.d. etiam inueniuntur in cœnobijs. 283.a.1. cur deteriores Sarabaitis. ibid.c
Gladius militis Benedictini. 244.d.2
Godefridi Cluniacenſis nocturnum ſilentium remuneratum. 604.c.2
Goffridus Vindocinenſis laudat Regulam S.Benedicti. 132.c.2.135.a.1.142.c.2.
Gradus varij obedientiæ. 566. 567. 568. humilitatis 616. 622.623. ſuperbiæ. 616.c.2
Grandimontenſes ſub Regula S.Benedicti. 170.d.1. perpetuò carnibus abſtinent. 943.c.1
Graphium quid ſit. 852.c.2. eius elegans deſcriptio. ibid.d. cur Monachis dandum. ibid.c.1
Gratianus Benedictinus Decreti compilator. 150.b.1
Gratiani Auguſti ſtupenda in ſuos cura. 1021.d.2
Gratiarum actio poſt menſam magni facienda. 889.d.2. rationes ad ſeruandum hunc ritum. 890.a.1. fiebat à Monachis in templo. 889.c.2.1079.b.2
Grauiſſima diſciplina, quæ. 433.b.2

GRÆCI

Nouitiorum nomina mutant. 443.b.2. in quâ veſte nouitiatum egerint. 464.c.2. quæ ipſorum veſtes. 465 b.1. barbati olim. 531.d.1. 532.b.1. Quomodo Quadrageſimam obſeruarint. 979.c.1. Sabbato non ieiunarunt. 963.c.1

S. GREGORIVS

laudat Regulam S.Benedicti. 138.c.1. eius affectus in Deiparam Virginem. 151.a.1. quid inſtituerit circa officium diuinum. 152.b.1. pleniſſimè approbat Regulam S.Benedicti. 157.a.1. approbauit officium Benedictinum. 730.c.1. Moralia eius laudantur. 875.a.2. quantam ſenum geſſerit curam. 1034.a.1
Guido Iuuenalis Gallicè Regulam Benedictinam interpretatus. 263.c.1. Quid ſentiat de prolixa pſalmodia. 727.b.2. indiſcretè vellicat Synodum Aquiſgranenſem. 937.d.2.
Guigonis Carthuſiani ſtatuta. 88.a.2
Guilielmitæ militant ſub Regula S. Benedicti. 170.d.2
Gulæ vitium vili cibo committi poteſt. 923.c.1

H.

HAbere quid Monachis vetitum. 426.c.2

HABITVS RELIGIOSVS

profeſſioni annexus. 517.b.1. dimittens eum ſine cauſſa peccat mortaliter. ibid.d.2. & excommunicatur. 518.a.1. ſic & eundem occultans ne dignoſcatur. ibid.c. qui caſus excuſent. ibid.d.2. non facile practicandi. 519.a.1. Monaſticus Habitus myſticè explicatur. 542. induit Religioſo neceſſitatem benè viuendi. 456.d.2. denotat mundi contemptum. 457.b.1. morum conuerſionem. ibid.c. paupertatem, & alia. ibid.a.2. dicitur ſanctus. 458.b.2. Angelicus. 459.c.1. alia eius prærogatiuæ. ibid. 460. in Hiſpania olim moribundis dabatur. 513.d.1. an in morbo ſuſceptum liceat poſteà deponere. ibid.b.2. quantum profuerit eum in morte geſtaſſe. 514.b.1. propugnatur ritus ſepeliendi mortuos in eodem. 515.a.1. cur habitus ille quo apoſtatæ induuntur, apud Hiſpanos vocetur S.Benedicti. ibid.c.
Habitus non facit Monachum, vnde profluxerit. 525.b.2. quid innuat. ibid.a. 527.d.2
Harmonius corruptor cantus eccleſiaſtici. 712.c.2
Hebræi veteres vt ſua peccata confeſſi. 646.d.1. ad templum conuerſi orabant. 688.d.2. ſententia ipſorum de diſcipulis. 249.c.1. quæ ipſorum hora. 775.d.1
S. Hedwigis micas Monachorum reuerenter ſumit. 921.c.2.
Hæretici à Benedictinis confutati. 148.d.1. Volunt Monachos viuere ex manuum labore. 838.b.1. refutantur. ibid.c. Pharaoni comparantur. 839.c.2
S.Helenæ humilitas. 650.c.1
S.Heleni Monaſterium. 23.d.2. qualis eius regula. ibid.c
Heli ſpeculum remiſſi ſuperioris. 805.a.1. quot modis peccarit. ibid.b
Heloiſſa Paracletenſis Abbatiſſa. 87.d.1
Hemina Benedictina quantum capiat. 911.2. adæquatur ſemiſextario. 912.c.1. an hæc menſura non nimis parua. ibid.c. non ſolis agris aſſignata. 913.1
Henricus Zypæus vt Benedictinam Regulam illuſtrarit. 163.b.2
Henricus Imperator ſuperatus à pueris canentib. Kyrie eleiſon. 763.c.2
Heptateucum cur non legatur ad collationem. 876.a.2
Hermannus Contractus auctor antiph. Salue Regina. 151.d.1.
Hermopolitana Regula. 33.c.1
Hero Monachus cur à dæmone deceptus. 976.c.2
Hiberni Monachi quales. 57.b.2.58
Hieme quando ſurgendum ad vigilias. 776.b.2.777.c.1
Hieronymianorum Regula. 41.a.1

S.Hie-

Digitized by Google

INDEX

S.Hieronymus verus Monachus.36. a.2. probatur contra Eraſmum.37.2.non ſcripſit Regulam Monachorum.40. c.2.nec Monacharum.41.c.1.ſolnūtur obiectiones.40.d.2
S.Hilarion Monaſteriorum Syriæ auctor. 28.d.2
Hilaritas commendat obedientiam. 582.a.2. & alias virtutes. ibid.c
S.Hildegardis Regulam S.Benedicti à Spiritu ſancto dictatam refert.133.b.1.eamdem laudat.135.a.1.137.d.1.138. c.2.140.c.1.& explicatione illuſtrat.ibid. c.1. eius argumenta pro volatilium eſu.930.c.2.ſoluuntur.934.c.2. 935.1.
Hirſaugienſium Monachorum cella. 1053.a.1
Hiſpani horis inæqualibus vtebantur.776.a.1. eorum mos in appellandis peregrinis veſtibus. 516.b.2
Hiſtoriæ conſeruata à Benedictinis. 150.d.1
Hiſtriones ſignis vtuntur. 605.b.2
Hymnos qui ante S.Ambroſium compoſuerint. 743. c.1. quo ſenſu dicti Ambroſiani. ibid.e
Hoc age in ſacris clamabant. 694.a.1
Hogij Prædicantis inepta argumentatio. 267.b.2

HOMO

domus comparatus.589.d.1.quomodo tentetur & trahatur ad peccatum.631.c.2.flebilis magis quam riſibilis.663.c.2. ſubinde iraſcitur.764.c.2. ægrè vult moneri.796.b.2.appetit elegantem amictū.505. vt Deo religandus.273.b.2
Honeſtas morum Monachis præſcripta. 251.c.1
S.Honoratus Lerinenſibus regulam dedit.45.c.2. quæ diſtincta ab alijs inſtitutis. ibid.d
Honoris inconſtantia. 652.d.2

HORÆ

vnde dictæ. 770.a.1. eas olim metiebantur ex vmbra corporis.ibid.c. nunciabantur à ſeruis. 771.d.1. alij modi eas dignoſcendi.ibid.c.a.2.ex ſtellis.772.c.1.galli cantu. 773.a.1.ex quantitate pſalmodiæ.ibid.c.variè numeratæ olim.774.a.1. à XII.ſignis inſtitutæ. ibid.e. inæquales quæ.ibid.b.2.planetariæ.775.c.1. earum quantitas vt inueſtiganda. 784. inæqualium antiquitas. ibid.c. quæ apud S Benedictum octaua hora noctis. 776.777

HORÆ CANONICÆ

vnde dicantur.691.b.1.quot ſint.695.an licitum eas perſoluere loco immundo.685.e.2.686.d.2.ſuo tempore dicendæ.689.c.1.& quare.696.c.1.quodnam illud.779.780. myſticè quid repræſentent. ibid.c.2.697. Horæ minores quæ.756.b.1.olim non erant celebres.ibid.c.conſtant tribus pſalmis.ibid.e. quando præcisè dicendæ. 779.b.1

HOROLOGIA

quis compoſuerit.152.b.2.quis inuenerit.771.b.1.Aquatica ibid.c.naturalia.ibid.a.2.ferrea omnibus præſtant.772. b.1.deſcribuntur.ibid.qualia Caſſiodori fuerint.ibid.c.2. quale Carolo Magno miſſum à Rege Perſarum. 773.d. 2.Pragenſe. 775.a.1
Horologium Monaſticum cur Oratorio adiectum.770. exhibetur in tabula. 783
Hoſpitalitas commendatur. 983. b. 1. quomodo obliget Benedictinos.984.c.1.triduana ſufficit.987.d.2. quibus diuturnior concedenda. 988.c.1
Hoſpitalarius timeat Deum.995.b.1. ſit ſapiens, prudens, atque diſcretus.ibid.c.manſuetus, modeſtus, & diligens. ibid.a.2.eius officium plenius deſcribitur.ibid.c. cur tam accuratus eſſe debeat. 996.a.1

HOSPITES

cur ſuſcipiendi.982.a.1. an omnes promiſcuè.984.c.2. in his non nimis anxiè inquirendum.985.b.1. quinam maximè excipiendi.ibid.c. quanto tempore.987.b.2. quo loco.988.b.2.remotiori à Monachis.989.a.1. conueniunt propter illos non frangat ieiunium.ibid.e.nec quiſquam illis iniuſſus loquatur.ibid.c.2. quomodo ſalutandi in occurſu.990.d.2.occurrendum eis dum adueniunt.991.b. 1.deducendi inde ad orationem.ibid.c.2.humiliter ſalutādi.992.a.2.aliter ſummates viri, aliter mediocres.ibid. d. an ante orationem ſalutari poſſint.993.b.2.quid cum iam ſuſceptis agendum.994. cur lauandi ipſorum pedes. 996.quando.997.a.2.a quibus.ibid.c. quo ritu.998.b. 2. aqua ipſorum manibus affundenda.999.c.1. an in refectorio, an alibi ipſorum menſa. 1000.argumenta pro refectorio.ibid.a.1. ſoluuntur. 1001. d.1. & rationes pro eodem ibid. d.2.probatur alibi tractandos ex mente S.Legiſlatoris. 1000.b.2. 1001. b. 2. an liceat illos ducere ad refectorium.1002.d.1.probatur exemplis ſanctorum.ibid. e. ex ſynodo Aquiſgranenſi, quæ olim recepta. ibid.a.2. ex ſtatutis Congregationum Benedictinarum. 1003. ex Regulæ interpretibus.1004.a.1.rationibus.ibid.d. Monachorum antiquis legibus.1005.a.1. & aliarum Ordinum.ibid.d.Pontificum, Regum, Epiſcoporum, & Principum exemplis.ibid.d.2.1006.1.ex Conſtitutione Clementis VIII. ibid. e. quid reſpondendum ad argumenta pro ſegregata hoſpitum menſa.1006. d.2. item ad rationes, 1007.c.2.quatenus propter hoſpites ſoluendum ieiunium. 1008.d.1. an ipſis exhibendæ carnes.952.b.2.aiunt nonnulli.ibid.oppoſitum probatur.953.a.1. quinque rationibus.ibid.c.954.1. honeſtiores non refugiunt monaſticam frugalitatem. ibid.e
S.Hugo Lincolnienſis exactè recitabat Horas. 689. e.1. arguit Monachos rumorum auidos. 1018.a.2
Hugo Victorinus quæ paſſus ob neglectas diſciplinas corporales. 827.c.2
Hugonis Menardi Notæ in Regulam S.Benedicti.163.a.1. iudicium de Epitome Ludouici Pij ſuper Regulam S. Benedicti. 1064.b.1
Humberti iudicium de prolixiori pſalmodia. 726.c.2
Humilis quomodo verè alijs etiam flagitioſis ſe viliorem exiſtimare poſſit.653.b.2.654.655.ſoluuntur rationes quæ contra poſita. 656. conſilium aliorum requirit verè humilis. 323.c.1
Humiliatorum Ordo deletus. 170.a.2

HVMILITAS

quid ſit.615.definitiones aliquot.ibid. iugum leue.126.d.1. ſcala eius.227.c.2.ducit ad charitatem.228.a.1. perfecta quæ.ibid.d. quanta requiratur in Sacerdote. 338.c.1. eſt virtutum fundamentum.613.b.2.ſuperat dæmones.614. b.1. Deo gratiſſima.ibid.mentem illuſtrat.ibid.d.a.2.triplex humilitas.616.c.1.effectus varij.ibid.a. duodecim eius gradus à S.Benedicto poſiti.616. à quibus expoſiti & illuſtrati.618.2.commendantur à Chriſto.619. d.1.eorum ordo.623.d.2.& ratio. 625. verſibus incluſi. 624.a.2.explicantur.657.& ſeq.quæ vera humilitas.641. d.2.nimia nocere an poſſit. 656.c.1. quomodo perducat ad culmen Charitatis.669.c.1.eſt ſcala ad Deum tendēt. ibid.a.2.diſponit hominem ad gratiam 670.c.1.congruentia eius cum charitate. ibid. ſeparari ab ea non poteſt. ibid.b.2.omnes eius gradus tendunt ad charitatem.ibid. 671.1. eiuſdem commendatio & neceſſitas. 672. b.1.S. Benedictus eam requirit in omnibus operibus & perſonis. ibid.2.673.Oratio ad eam poſtulandam in omnibus gradibus.ibid.c.2.Humilitatis & obedientiæ nexus.565.c.1. duo primi eius gradus in ſæculo ſcandendi. 566.b.1
Hungari B.Mariam vocant Dominam. 151.b.2

I.

IAcobus de Paz exponit gradus humilitatis. 618.d.2
Iactabundi & loquacis deſcriptio. 661.a.2
Icetæ dicti Monachi. 276.c.1
Ichtyophagorum populi. 949.b.1
Ἰδιορυθμία damnata. 576.a.2.976.a.1

IEIVNIVM

quàm bonum & fructuoſum. 678. c.1. voluntatis propria diſplicet Deo.975.d.2.in Quadrageſima vſq; ad veſperam extenſum.882.b.2. an violetur ſumptione mixti. 918.quo

ætatis

*ætatis anno excuſentur ab eo ſenes.*1033.a.1. *feria quarta & ſexta ieiunium quàm vetus.* 961.a.1. *cur inſtitutum.* ibid.2.*feria ſexta omnibus ferè Religioſis indictum.* 926. d.1. *an ſolui poſſit propter hoſpites.* 1009.a.1

IEIVNIVM REGVLARE

*quodnam.*964.a.1.*quibus imperatum* ib.d. *cur inſtitutum.* ibid.c.2.*quàm Deo gratum.*965. a.2. *quo die inchoandum.*ibid.d.966.c.1. *in feſtis & Dominicis relaxatum.* ibid.a.2.*an omnibus feriatis diebus ſeruandum.*968.a.1. *cur propter hoſpites ſoluendum.*1008.d.1.*an pro quibuſlibet.*ibid.d.2.*quibus diebus id non liceat.* 1009.a.1

Ientacula *Germanorum.* 916.b.1

S.Ignatius *Loyola Soc.Ieſu parens.*93.d.1.*eius Regula.*ibid.c. *à Benedictinis initio conuerſionis dirigitur.* 173. c.2. *apud eoſdem Regulas ſcripſit.* 174. b.1. *& profeſſionem emiſit.* ibid.c

S.Ignatius *Martyr cantus alterni auctor.* 715.c.1

Ignes *cur feſtis diebus accenſi.* 756.a.1

Ignorantiæ *mala.* 863.d.1

Imitatio *Christi à S.Benedicto inculcata.* 219.a.2

Immodeſtiæ *ſpecies in choro vitandæ.* 684.d.1

Immundo *loco an licitum orare.* 685.2

Imperfecti *ob minima conqueruntur.* 1031.c.2

Imperatores *Græci in habitu Monaſtico mortui.* 513.c.2

Imponere,*quid apud S.Benedictum.* 716.d.1.718.b.2

Impoſſibilia *quæ dicantur.*574.b.2.*quomodo in iis obediendum.* ibid.c.575.1.2

Inceſſus *præceps vetitus.* 609. d.2. *ad humilitatem componendus.*667.a.1.*inſolens perditorum hominum.* ibid.d. *qualis eſſe debeat.* 229.c.2

Incipiendum *magno feruore.*398.c.2.*imò ſemper.* ibid.c

Inclinare aurem, *quid.* 249.b.2

Incluſorum *antiquitas & origo.*80.c.1. *recenſentur plurimi Ordinis Benedictini.*81.1.*elucidatur eorum inſtitutum.* ibid.2.*quales cellulas habuerint.*82.b.1. Incluſorum ordo,*ſiue regula.* 83.d.1

Incorrigibiles *qui.*812.d.2.*hodieq; poſſunt expelli.*ibid.a.b. *quibus conditionibus.* ibid.c. *quidam in eos benigniores.* ibid.c.1.

Indigitatio,*ſeu modus loquendi per digitos.* 608.c.1

Indiſciplinati *qui.*803.c.2.*cur durius arguendi.* ibid.a.2.

Induſium *Benedictinum olim cilicinum.* 486. c.1. *poſteà laneum.* 488.a.1

Infantes *in Monaſteriis ſuſcepti.* 355.c.2

Inferni metus *à malo reuocat.* 260. c.1. *ſtimulat ad bonum.* 628.b.2

INFIRMI

*Solicitè à veteribus Monachis curati.*1019.a.1.*ſeruiendum ipſis vt Chriſto.* ibid. c. *patienter ferendi.* 2020. b.1. *quanta merces ex ipſorum miniſterio.* ibid.c. *& viſitatione.*ibid.d.2.*quid Abbas ipſis debeat.*1021.a.1. *quædam ſpeciatim recenſentur.*1022.c.1.*non facilè ſæcularibus extra monaſterium commendentur.*1023.d.1. *balnearum vſus ipſis indulgendus.* 1025.c.2. *ſed domeſticarum.* 1026. a.1. *externa in magna tantùm neceſſitate.*ibid.c. *medicinis & phlebotomia vtantur cum licentia ſuperioris.* 1025.c.2 1027.c.1. *Infirmis quinam volatilia permittant.* 931.d.1. *piſces pro diæta iis præſcripti.*948.d.2. *quinam carnes iis concedant.*951.c.1.*an diſtincti à debilibus, & ſingulis dandæ carnes.*ibid.a.2. *non quibuſuis infirmis apponendæ.* 952. d.1. *vide Ægri.*

Infirmarij *boni ex et conditiones.*1023.b.2.*quid veteres Monachorum Magiſtri de eodem ſtatuerint.* ib.d. *non negligat Marthæ officia.* ibid.e. *ſit diſcretus & compatiens.* 1024.b.1.*quales eius famuli.* ibid.c

Iniuriæ *vt ferendæ.*639.1. *ſunt nota boni Monachi.* ibid. a.2.

Innocentius II. *cum Monachis comedit in refectorio.* 1005. d.2.

Innocentij III.*conſtitutio de locis in quibus ſilendum.*599.b.2

In nomine *Domini omnia facienda.*410.b.2. *Epiſtolis & libris hæc formula præmiſſa.*ibid.d.*notati qui ſuſtulerunt ex Inſtitutionibus Iuſtiniani.* 411.a.1.*quàm rectè profeſſioni & lectioni præmittatur.* ibid.c

Inſtituta *quomodo differant ab inſtitutionibus.* 130.c.1

Inſtitutiones *virginum.* 94.a.2

Inſtrumentum *quid ſit, & vnde dictum.*561. c.2.562.1. *neceſſarium ad exercendam artem.* 560.b.1

INSTRVMENTA

bonorum operum Regulæ S.Benedicti. 559. *Cur Monachis propoſita.*560.1.*vnde ſumpta.*ibid.d.2.*cur ſic dicta.*561. d.1. *Qui ea Regulis ſuis inſeruerint.* 562.d.1. *& Capitularibus.*ibid.*Saxonicè verſa.*563.c.2.*quanti facienda.* ibid.b.2.*A quibus explicata.*564.a.2. *ſunt compendium totius Regulæ.*560.c.1.*eorum numerus.* ibid.

Inſulæ *à Benedictinis habitatæ.* 179.c.2.

Intentio *recta in omnibus formanda.*255.b.2.*varia intentionum genera.*ibid.c.*optimum.* 256.a.1

Internorum *cura habenda.* 212.a.2.253.a.1

Interrogatio *ſilentij clauis.* 590.c.1

Interuallum *inter Vigilias & Laudes.* 751. a.1. *quid illo agendum.* ibid.b. *legebant olim vel ſtudebant.* 752.c.2. *vel orabant.*753.*Interuallum qui ſeruarint.* ibid.c.2

Interuallum *Miſſæ & nonæ.* 1077.a.1

Inuitatorium *vnde dictum.*741. d.2. *quomodo dicendum* 713.d.1. *feruenter & cum affectu.* 741.c.2. *eius pia paraphraſis.* 742.c.2

Ioachimus *Vadianus hæreticus quid de* S.BENEDICTI *Regula ſcripſerit.* LVIII. *reiicitur eius commentum.* ibid.

S.Ioannes *Apoſtolus,an lauerit.* 1026.d.2

S.Ioannes *Baptiſta eremum ab infantia inhabitauit.* 355.a.2. *veſtitus eius a ſectariis in camelinum molliſſimum perperam mutatus.* ibid.d

S.Ioannes *Chryſoſtomus Monachus.* 42.a.1. *quas Regulas ſcripſerit.* ibid.c

S.Ioannis *Damaſceni humilitas in ſacerdotio.* 338.d.1. *vt ſeuerè punitus ob cantillationem.* 609.c.1

S.Ioannes *Eleemoſynarius vt principem inimice reconciliarit.* 765.b.1

Ioannes III.*vt approbarit Regulam S.Benedicti.* 156.a.2

Ioannes *Abbas ex Eremita ſit Cœnobita.* 288.b.2

Ioannes *Caramuel edidit Commentarium in Regulam S. Benedicti.* 163.b.1

Ioannes *Craeſbeeck ſcripſit in Regulam S.Benedicti.*161.d.2

Ioannis Gerſen *Abbatis imago.* 478.b.1.

Ioannes *Gerundenſis quis.*82.b.2.*eius Regula.* ibid.c

Ioannis *Ieroſolymitani regula.* 41.d.2

Ioannes *Matha fundator Ordinis S.Trinitatis.* 89.b.1

Ioannis *Mauburni de prolixa pſalmodia iudicium.* 727. d.1.

Ioannes *& Simeon deprædicant habitum religioſum.* 459. c.2.

B.Ioanna *Ordinem Annunciatarum fundat.*92.c.2.*ſub qua Regula.* ibid.d.

Iob *caſtiſſimi animi exemplar.* 631.c.2

S.Ioſeph *obedientia.*577.b.2.*qualis faber fuerit.* 844.c.1. *lignarius ex communiori ſententia.* ibid.c.2

Ioſephus de la Cerda *Vir doctiſſimus.* LVIII.

Ioſephus *Scaliger refutatus.* 22.c.2

B.Ioſcio *inſignis B.Mariæ cultor.* 151.c.2

Ira *fugienda.* 1071.c.2

Irriſor *ſignorum miſerè mortuus.* 607.c.2

S.Iſidori *Hiſpalenſis elogium.* 73.a.2. *Regula Monaſtica.* ibid.c.*alia Clericorum.* 74.a.2

Iſidori *Abbatis Monaſterium ampliſſimum.* 291.c.2

Itali *olim vſi horis inæqualibus.* 775.c.2

ITINERANTES

*Monachi cur precibus muniendi.*1011.d.2.*cur reuerſi iiſdem* expian-

expiandi 1012.a.1. *quando & quomodo benedictionem petant.* ibid. d.2. *quomodo facienda ipſorum commemoratio.* 1014. *vt horas olim recitauerint.* 690. b.1. *quæ in itinere ipſis obſeruanda.*ibid.d.2. *petant veniam particulares à Prælato.*ibid.e.*non alio vadant, & redeant tempore præfinito.*1015.a.1.*orationis ſtudium non negligant.*ibid. d. *ſalutent obuios, & pia referant.* ibid. d.2. *cum ſæcularibus religioſè conuerſentur.*1016.a.1. *ſine venia foris non manducent.* ibid.d. *reduces geſtorum rationem ſuperiori reddant.*ibid.b. *foris viſa in cœnobio non referant.*1017. d. 2.

Itinerarium *recitandum à viatoribus.* 1015.d.1

Iudæi *veſtitu à reliquis gentibus diſcreti.*455.a.1.*cur vetita ijs raſura.*530. c.2.*barbam ſubmittebant.*531.c 1.*calceis vſi.* 499.c.2

Iudicium *ab externa hominis compoſitione ſumitur.* 667. a.2. *iudicij futuri recordatio oculos dimittit.* 668.d.1

Iudicium *vt in obediendo ſubijciendum.*573.b. 1.580.c.1. *iudicio ſuo viuentes periculo expoſiti.* 576.a.2

Iudicij *capitularis antiquitas.* 795.b.2

Iudith *religioſa.* 454.a.2

Iugum *cur vocetur Regula S.Benedicti.*124. d.1. *triplex iugi & regulæ analogia.*ibid.b.2.iugum excutere,*quid.* 125.b.2.*quomodo ſuaue videatur durum.*ibid.e.*quid illud leniat.* ibid.c.2

Iuliani *Apoſtatæ immodeſtia quid portenderit.* 667.d.1

Iulianus & *Baſiliſſa conſtituunt monaſteria.* 25.d.1

IVNIORES

*honorent ſeniores.*306.b.1.*cur etiam vocandi ad conſilium in Cœnobijs.*322.c.2.*quàm olim obedientes.*385.c.2.*quomodo pſalmos didicerint.*861.b.2.*tentantur ad fructus furtiuè edendos.* 923.b.2

Iuramentum *Monachis interdictum.* 1070.b.1

Ius Canonicum *à Benedictinis collectum & explicatum.* 150.a.1.

K.

KEntigeri *ſtudium ad perennandam Dei laudem.* 52. a.1.

Keronis *interpretatio Alemannica vocabulorum Regulæ S. Benedicti.* 161.a.1

S.Kierani *geſta.*66. e.1. *viſio mirabilis.* ibid.b.c. *Regula.* ibid.e.

S.Kunegundis *ſepeliri vult vt monialis.* 514.c.2

Κυριακὰ, Κυριακόν. 649.c.1

Kyrie eleiſon,*quam vetus.*762.c.2.*cur præmittatur orationi Dominicæ.*765.b.1.*quoties à quibuſdam dicatur.*ibid. d. *eius mira efficacia.* ibid. b.2. *verſus intercalares illi interpoſiti.* 1102.e.1

L.

LAbia *quomodo à Deo aperienda.* 602.b.2.603

LABOR MANVVM

laudatus. 1076.b.1.*inter Benedictinorum exercitia.* 226.b. 2.*eius tempus in æſtate.*781.d.2.*in hieme.*782.a.1.*an licitus Monachis.*836.837.b.2.*an ad illum teneantur.*838. b.1.*non magis quam ſæculares.* ibid.d. *probatur.* ibid.e. *ſoluuntur obiectiones.*839.a.1. *cur olim laborarint.* ibid. a. 2. *nec Benedictini ad eum tenentur.* 840. b.1. *poteſt mutari in ſpiritualia exercitia.* ibid.c. *quæ illo nobilioꝛa.*841.a.1.*eius vtilitates.*845.846.1.*quis maximè Monachis conueniat.*846.847.*labor ſpe mercedis toleratur.* 384.c.2.

Laborantes *in agro vt horas recitarint.* 688.c.2. 689.c.2. *pſalmos in eo canebant.* 710.d.1

Lac *potus Monachorum.* 911.a.1

Læna *Monachis aſſignata.* 1042.b.1

Laici *& ſacerdotes non poſſunt eſſe Cellarij Monaſteriorum.* 343.e.2.

Laici *fratres à Monachis diſtincti.* 276. c.2. *etiam verè Monachi, ſed non propriè.* 277.c.1. *varia eorum nomina explicata.*ibid.278.a.2.*curant res externas.* 276.c.2

Laici *olim pſalmos nouerant.* 710.e.2

S.Lambertus *noctu ſtrepitum edens rigidè caſtigatus.*609. b.2.

Lanea *veſtis Benedictinorum quid referat.* 544.e.2

Laneorum *geſtatio pœnitentiæ index.* 488.d.1. *Monachis in vſu fuit.*ibid.a. *Benedictinis præſcripta.* ibid.a.2. *& alijs Ordinibus.* ibid.e. *cum indulgentijs.* ibid.d.

Lanfranci *pſalmodia qualis.* 723.b.2

Languor *ſpiritualis deſcriptus.* 636.d.2

Lanzo *à Regulæ obſeruantia laudatus.* 207.c.2

Laſſitudo *in ſpiritualibus mala.* 640.b.2

Latera *ſcalæ humilitatis.* 621.e.1.

Lateranenſis *Concilij inſcriptio in dubium vocata.* 510.b.2

Laternas *vt pueri detulerint.* 362.d.2

Latini *nihil Græcis debent in cauſſa Regularum.* 143.e.1. *quomodo Quadrageſimam obſeruarint.* 979.c.1

Laura *differt à Cœnobio.* 289.c.2

Laurentius *Benard Regulam Benedictinam illuſtrauit.*163. c.1.

S.Laurentij *Dublinenſis cilicium.* 486.b.2

Laus perennis,*cõmendata.*51.d.1.*ab Acœmetis inducta.*50. 2.*Benedictini eam in Occidente inſtituerunt.* 51.c.2. 52.1. *quomodo peracta.* 53.d.1

Laudare Dominum in tympano,*quid.* 830.c.2

Laudes *Matutinæ quid myſticè deſignent.*697.b.1.*à quibus decantentur.* 714. c.2. *quomodo celebrentur diebus Dominicis.*754.b.1.*& ferialis.*755.a.2.*quo tempore.* 778. a.1.b.2.

S.Leander *Benedictinus.* 73.a.1. *eius regula ad Florentinam.* ibid.b.

LECTIO COLLATIONIS

*Vnde dicta.*896.a.1.*cur inſtituta.*ibid.b. 870.c.2. *vbi peracta.*ibid.e. *in capitulo.* 871.a.1. *in eccleſia & refectorio.* ibid.c. *in clauſtro.* ibid. d. *& hodie in choro.* ibid. c. *quando legenda ex mente S.Benedicti.*872.a.2.*quamdiu.* ibid.d.*quanti æſtimata hæc lectio.* 873.b.1. *cur Collationes & Vitæ Patrum ad hanc lectionem præſcriptæ.* 874. *an & alij libri in ea legi poſſint.* 875. *cur non Pentateuchum, aut libri Regum.* 876

LECTIO MENSÆ

*apud Monachos olim in vſu.*893.a.1. *tranſijt ad Clericos.* ibid.e.*cur inſtituta.*ibid.d. *fabulas excludit, quæ apud pleroſque irrepſerunt.*ibid. c.2. *in ſecunda menſa etiam adhibenda.*894.c.1.*& in valetudinario.*ibid.c.*quomodo audienda.*896.d.1.*pij affectus eliciendi, dum deeſt lectio.* 897.c.2.898.

LECTIO PIA

*commendatur.*860.a.2. *eius vtilitates.*865.b.2. *certo tempore inſtituenda.*ibid.a. *non ſit varia.* ibid.c. *& vaga.* ibid.e.*ſæpius repetatur.*866.b.1. *præparatio ei præmittenda.*ibid.d.*aliæ conditiones.*ibid.d.2.*coram hoſpite recitanda.* 994.d.1

LECTIO REGVLARIS.

*lectionis nomine quid intelligat S.Benedictus.*860.c.1.861. *olim fiebat in Capitulo vel clauſtro.*864.a.2.*quæ diſciplina.*865.a.1.*quo tempore in æſtate.*781.d.2.*in hieme.*782. *Regulæ lectio quotidiana commendatur.*200.b.2.*quomodo inſtituenda.*201.a.1.*triplex lectio Benedictinis præſcripta.* 226.c.1

LECTIONES OFFICII DIVINI

*deſcribebant foras itineri.*712.c.1.*cur dictæ poſt pſalmos.*746. b.2.*cur ſedendum ſubijs.*745.d.2.*viciſſim legendæ.* ibid. c.746. *vnde ſumendæ.*ibid.d.1.*quomodo olim abbreuiatæ.*750.a.2.*dictæ miſſæ apud ſcriptores monaſticos.* 768. c.2.

Lecti *cur ſcrutandi.* 471.d.2

LECTOR

Google

LECTOR MENSÆ

certus conſtituendus cum benedictione ſolemni. 894.c.2. *cur petat pro ſe orari.* 895.a.1. *quis legendi modus.* ibid.b.2.c. *dato ſigno finiat.* 896.b.1. *mixtum vt ſumat.* 917.c.1
Lectiſternia *quot Monachis aſſignata.* 1040.b.2. *frugalitas in ijs ſeruanda.* ibid.d
Lectorum *luxus vitandus.* 1038.a.1. *duo in vno non iaceant.* ibid.c. *lecti cur ſeruandi.* 1039.a.1. *quoties.* ibid.c
Leges conuiuales. 891.a.1. *pro Monachis.* ibid.
Leges Monaſticæ. 5.d.1. *legis & regulæ affinitas.* 219.a.1. *conditiones & proprietates cum regula collata.* ibid.a.2. 120. *iugum dicta.* 124.d.1
Leges *vetant promiſcuum Monaſticæ veſtis vſum.* 458.b.2.
Legere *altius prohibitum.* 609.d.1
Legiſlatores *initio ſine ſcriptis regunt.* 104.c.2
Legumina *quæ dicantur.* 907.a.1. *cocta ad quæ pulmentaria ſpectent.* ibid.b. *an coqui poſſint pro tertio ferculo.* ibid.c. *cur Anachoretis ita placuerint.* 908.a.2
Leo IX. *Sublacum commendat.* 104.c.1. *Chriſtum leproſi ſpecie in lectum ſuum reclinat.* 1019.d.2
Leonis *Monachi vigilantia.* 1046c.1.
Lepôres *honeſti non prohibentur.* 593.a.1. *vitandus in ijs exceſſus.* ibid.b.2
Lerinenſium *qualis Regula.* 45.a.2. *obſeruantia ab Ægyptijs fontibus.* 46.b.1. *deſcribitur.* ibid.c. *quando Benedictinam receperint.* 167.a.2
Liber *igni expoſitus non madeſit.* 703.d.2
Liber vſuum *Ciſtertienſium à quo & quare compoſitus.* 734.b.1.
Libertas *peccandi pernicioſa* 636.c.1.637.a.1

LIBRI

multi non ſimul legendi. 865.d.2. *eorum aſpectus à malo reuocat.* 867.d.1. *nitidè aſſeruãdi.* 868.a.1. *illotis manibus olim eos non tangebant.* ibid.b. *claudendi poſt lectionem.* ibid.a.2. *quales ad menſam legendi.* 894.a.2. *cur initio quadrageſimæ diſtribuendi.* 978.c.1. *quo ritu.* 980. *Libri olim ſcripti ſine capitibus.* 108.c.2. *etiam ſacri.* 109.a.1. *an & S. Benedicti Regula.* ibid.c
Librorum *deſcriptio monachis vſitata.* 850.a.1. *commendatur.* ibid.d. *etiam miraculo illuſtrata.* 851.b.2
Libra *ponderalis duplex.* 900.c.2. *Benedictina quantum pendat.* ibid.d. 901.c.1. *vbi exſtet.* ibid. *quid libra panis concilij Aquiſgranenſis.* ibid.a.1
Licentius *in loco immundo cantitans ab Auguſtino defenſus.* 686.c.1
Limes *diſciplinæ.* 130.c.2
Limites *obedientiæ.* 573.b.2.574.1.
Lineorum *vſus Monachis interdictus.* 488.b.2
Lingua *mortem vel vitam adfere.* 588.b.2. *eius cuſtodia neceſſaria.* 585.c.2.588.c.2.589. *ſilentio domatur.* 612.c.2. *refrenanda.* 662.c.1
Linguarium *dare.* 586.a.b.1.
Linguoſi *viri varia forma.* 663.a.1
Linteorum *ablutio.* 468.b.2
Litteræ *omnium ſcientiarum vt à Benedictinis ſeruatæ.* 250.b.2.
Litterarum *furtiua receptio, & ſcriptio interdicta.* 428.d.1. *quas ob cauſſas.* ibid.
Loca *in quibus ſilendum.* 599.600
Loca *orationis varijs nominibus expreſſa.* 679. *an loco immundo orare liceat.* 685.2.686
Loci *mutatio rarò facit meliores.* 386.b.1
Loquaces *non proficiunt.* 663.d.1
Loquacitas *ſilentio punita.* 612.c.1. *oritur ex inani gloria.* 662.b.1.
Loquendi *circumſtantiæ à S. Benedicto definitæ.* 229.c.2. 230. *conditiones ſeptem explicantur.* 665.666. *demiſſa voce loquendum.* 1074.a.2
Longæui *ex abſtinentia.* 949.c.1.2
Lorica *militis Benedictini.* 243.c.1. *quid deſignet.* ibidem d.
Lotio *priſcis in vſu ante cibum.* 999
Lotio *veſtium monachis vſitata.* 468.a.2. *iiſdem imperata.* 469.a.1.
S. Luani *Regula commendata à S. Gregorio* 72.d.1
S. Ludgerus *colloquium Imperatoris poſthabuit pſalmodiæ.* 706.c.2.
Ludouicus *Eſtrada ſcripſit in Regulam S. Benedicti.* 162.b.2.
Ludouicus Pius *Caroli Magni filius.* 1091.d.1. *concilium Aquis indicit pro reformatione Canonicorum.* ibid.c. & *Monachorum.* ibid.b.2
Lugentes *atrati.* 546.c.2
Lumbi *cur præcingendi.* 553.c.2
Luxouij *laus perennis.* 51.d.2
Luxouienſis *Monachi obedientia miraculo inſignis.* 578.d.2.
Luxuria *pullulat ex otio.* 835.c.1. *oſtenditur exemplis.* ibid.b.2.

M.

MAcariani *Monachi hodie in Ægypto.* 32.c.1
Macarij duo. 31.b.1. *Regulam cum alijs Patribus compoſuerunt.* 30.b.2. *Ægyptius quis.* 31.a.2. *Alexandrinus adhuc alterius regulæ auctor.* ibid.c. *probatur.* 32. *Tabennenſes adit & ædificat.* 374.d.1.
Macarius *videt dæmones intereſſe diuinis officijs.* 705.c.1. *ſtupenda eius in infirmum Monachum charitas.* 1021.c.2
Maches *ſuorum litteras exurit.* 428.b.2
Machutes *S. Brendani diſcipulus.* 66.c.1
Magiſtri *monachi ex alijs monaſterijs petebantur.* 149.b.1.

MAGISTER NOVITIORVM

in omnibus Ordinibus. 391.b.1. *qualis ſtatuendus.* ibid.c.2. *aptus ad lucrandas animas.* 392.a.1. *Chriſtum in quibus imitari debet.* 393.394.395. *quæ potiſſimùm Nouitijs inculcabit.* 398.b.2
Magiſter *puerorum in Cœnobijs.* 361.b.2. *deſcripta eius qualitates.* ibid.d.
Magiſtra *Regula Benedictina.* 130.b.1
Magiſtri *nomine quem intelligat S. Benedictus.* 132.b.1
Magiſtri *Regula qualis.* 79.a.1. *quando ſcripta.* ibid.b
S. Maioli *ſcapulare.* 481.d.2
Maior *dictus Abbas.* 311.c.1
Mala *& aduerſa vt ſuſtinenda.* 640.c.1.641.a.2
Mallei *vſus ad excitandos fratres.* 701.b.2.702.b.2
Mali *nec indicandi nec contemnendi.* 656.b.2
Mandata *Euangelica antè conſilia proponuntur.* 560.d.1
Manta *quod veſtis genus.* 475.b.2
Manſuetudo *copulata humilitati.* 229.a.2. *Benedictinis commendatur.* ibid.c
Manuum *lotio præmiſſa orationi.* 685.b.2. *& quare.* ibid.d
Manus *Religioſorum.* 237.c.2
Manuſcriptorum *vnde tanta copia.* 850.d.2
Mappula *Benedictina eſt ſudarium.* 493.a.2. *ea veteres Monachi lacrymas detergebant.* 494.a.1

B. V. MARIA

in templo oblata tertiò ætatis ſuæ anno. 355.c.1. *eius cultus à Benedictinis propagatus.* 150.d.2. *pleraque eius feſta ab iiſdem inſtituta.* 151.c.2. Domina *ab Hungaris dicta.* ibid.b.2. *deſignauit habitum Ord. Prædicatorum.* 463.a.1. *velum geſtauit.* 541.c.1. *Monialium princeps.* ibid.b.2. *prima virginitatem vouit.* ibid.c. *ſilentij eximia cultrix.* 598.b.1. *quater tantùm locuta legitur.* ibid.d. *cauit ab otioſis verbis.* ibid.b. *eius ſacrum ſilentium in paſſione filij.* ibid.d. *meritò proponitur Religioſis.* 599.a.1. *manibus laborauit.* 843.c.1. *laborantium ſudorem detergit.* 846.

d.1. *Stephanum Ciſterticnſem candida Zona cingit.* ibidem c.
Marcellus *propagator inſtituti Acœmetorum.* 50.c.2
Marci *Monachi mira obedientia.* 578.b.2
Marcianus *duo exſtruit cœnobia.* 48.b.2. *quibus leges traditi.* ibid.c.
Marquardus *Abbas à ſubditis irregularem veſtem ponere legitur.* 524.b.1
S. Martinus *ſimul Epiſcopus & Monachus.* 34.b.1. *vitus diſcipulorum regula.* ibid. c. *qualis eius habitus.* ibid b.2. *cilicium eiuſdem deſcribitur.* 487.a.2. *hoſpitum manibus aquam affundebat.* 999.c.1
Martyrius *Chriſtum leproſi ſpecie apparentem geſtat.* 1019. c. 2.
Martyrologia *à Benedictinis concinnata.* 150.a.2
Martyrologium *non eſt pars primæ.* 788.c.1. *vbi & cur quotidie legatur.* 789.2. *obſeruationes ad eam lectionem.* 790. d. 1.
Maſſæus *Angelum docet pulſare fores.* 1055.c.2
Maſſiliani *heretici negabant licitum Monachis operari.* 836. b. 2. *refutantur.* 837
Mattæ *vſus varius apud Monachos.* 1041.d.1
Matthæus *Cardin. Epiſc. Albanenſis laudatus.* 723.d.1
Matutinum *à vigiliis diſtinctum* 695.c.2.751.a.1. *quomodo celebretur.* 754.c.1
S Maurus *à regulæ obſeruantia laudatus.* 207.b.1
Medicina *opportunè adhibenda.* 804.c.1. *non ſemper ſanat.* 820.c.2.
Medicinæ *an Religioſis adhibenda.* 1024.c.1. *probatur.* ibid. c.2. *ſoluuntur argumenta oppoſita.* 1025.c.1

MEDITATIO

vt in Regula Benedictina exprimitur. 225.1. *an à S. Benedicto præſcripta poſt vigilias.* 753.c.1. *qui eam adhuc obſeruent.* ibid.b.2. *per* Meditationem *&* meditari *quid intelligat.* 752.1.2. *materia meditationis vtiliter veſpere legitur.* 876.b.1
Meliores *in amore præferendos cenſet S. Benedictus.* 715.c.1
Melotæ *Patrum.* 455.b.2
Melote *vnde deriuetur.* 476.c.1. *qua veſtis.* ibid. b. *eius forma.* ibid. c.2. *an indumentum Benedictinum.* ibid.c. *pro cuculla ſumpta.* 477.b.1
Membranæ *vbi & quando inuenta.* 852.b.1
Menſæ *abbatialis origo.* 1007.a.1. *abuſus.* 1004.d.1. *genuit commendatarios.* ibid.a.2
Mens *vt ceteris potentiis imperare debeat.* 589.c.1. *nunquam quieſcit.* 632.c. *molendino comparata.* ibid.
Merces *obſeruantium Regulas ſuas.* 194.a.1. *quadruplex in hac vita.* ibid. c. *ſpei æterna ad bonum ſtimulat.* 260. b. 2.
Meridiatio *quàm vetus.* 1048.a.2. *æſtate indulta Benedictinis.* ibid. c. *non hieme.* 1049.a.1. *quomodo inſtituenda.* ibid.d. *ante refectionem in ieiuniis æſtiuis vſitata.* 1001. a. 2.
Meritum *creſcit ex operis difficultate.* 831.c.2
Meum *& tuum proſcribenda.* 428.a.1
Micarum *colligendarum origo.* 920.c.2. *modus.* 921.a.1. *rationes pro retinendo hoc more.* ibid. d. *eum negligens vt in extremis vexatus.* 205.c.2
Miles *Benedictinus.* 240.a.2. *duplicis generis.* ibid. c. *eius leges.* 241.c.1. *& arma.* 242.a.2
Militares Ordines *ſub Regula S. Benedicti.* 171.2.172. *cur tantùm vtantur ſcapulari.* 483.d.2. *quomodo illud vocent.* 516.d.2
Milites *anno quinquageſimo abſoluebantur.* 1033.a.1. *ignaui diſcingebantur.* 554.c.1. *eorum caligæ.* 503.a.1. *barbam ponebant.* 536.c.2
Militiæ *ſpiritualis arma.* 242.d.1
Minima *curanda.* 205.a.1. *ex mente SS. Patrum.* ibid. b. *exemplis oſtenditur.* ibid.b.2.206.1
Minimi *ad Quadrageſimalem vitam adſtricti.* 945.c.2
Miniſtri *menſæ hebdomadarij.* 888. a.1. *cogitent ſe Chriſto ſeruire.* ibid.c.2. *alia conſiderationes.* ibid.d.889.1
Miſo monachi *reſuſati.* 560.c.2

MISSÆ

plures ſignificationes. 767.a.2. *genuina & ad mentem S. Benedicti.* 768.c.1. *quid* miſſæ *in Regula Iſidori.* ibid.a.2. *ſunt lectiones.* ibid. c. *Miſſæ tres olim celebratæ vno die.* 792.b.2. *præſertim in magnis feſtis.* ibid.d. *poſt meridiem in ieiuniis.* 1001.b.2. *Miſſæ celebratio quotidiana commendatur.* 339.c.1. *non negligitur ſine ſpirituali damno:* 340.b.1. *Miſſæ non fiebant olim in oratoriis.* 680
Mitellæ *virginum Africanarum.* 539.c.2
Myſteria *horarum Canonicarum.* 696.c.1

MIXTVM

quid ſignificet. 915.2.1079.a.1. *ſumitur à S. Benedicto pro ientaculo.* 915.c.2. *vnde ſic dictum.* 916.a.1. *quænam eius menſura.* 917.c.1. *quomodo ſumatur.* 917.c.1. *an eius ſumptione violetur Ieiunium Eccleſiaſticum.* 918. *vbi & quando ſumendum.* 919.b.1. *quo modo.* ibid.c.
Mochteus *S. Patricij diſcipulus.* 58.b.2. *Regulam Monachis ſcribit.* ibid.c. *dictus etiam Bacharius.* 59.a.1
Moderatio *linguæ qui fiat.* 229.d.2
Modeſtia *vnde oriatur.* 229.a.1. *in quibus ſeruanda.* ibid.b.
S. Molaſſi *inſtitutum.* 67.d.1

MONACHI VETERES

varias viuendi regulas ſecuti. 7. b. 1. *à S. Marco inſtituti.* 22. d.1. *plures ſecundo ſæculo Martyrio coronati.* 24.1. *florent ſub Conſtantino.* 26. *ſub obedientia & votis.* 37. c. 2. *ſub regula & veſte monaſtica.* 38.b.1. *in monaſteriis.* 39. c. 1. *qualis eorum inſtitutio ante S. Benedictum.* 123. b. 2. *innumeri militarunt ſub eius ſignis.* 155. b. 1. *quando Occidentales Monachi eius Regulam ſuſceperint.* 166. 2. *Veteres Monachi contemplationi maximè ſe dabant.* 177. c. 1. *promoueri poſſunt ad dignitates eccleſiaſticas.* 181. 182. c. 1. *Monachorum officia fuſiùs exponuntur.* 238. *& ſeq. morum ciuilitatem coluerunt.* 251. b. 1. *rectè vocantur* Aſcetæ. 268. b. 2. *an &* Religioſi *dici poſſint.* 269.c.2. *probatur fuſiſſimè.* 270.271. *quatuor religionis etymologiæ illis applicantur.* 273. *rectè vocantur* Regulares. 275. Therapeutæ. ibid.c.2. Iectæ. 276.c.1. Philoſophi. ibid.d. Clauſtrales. ibid.c. Serui Dei. ibid. b.2. *quatuor Monachorum genera.* 279.a.1. 280.b.1. *plura eorum nomina quàm genera.* 281.a.1. *mali deſcripti per Sarabaitas.* ibid. c. 1. *& Gyrouagos.* 282. c. 1. *eorum habitacula qui vocata.* 289. *quid myſticè deſignent.* 290. 2. *veteres quem ordinem inter ſe ſeruarint.* 295.c.1. *vocabant ſe fratres.* 301.a.2. *quomodo ſe ſalutauerint.* 308.d.1. *Angeli dicti.* 312.c.1. *baculos geſtabant.* 320.a.2. *admittebantur cum conſilio aliorum.* 329.c.1. *vt promoti ad ſacerdotium.* 336.b.1. *ſingulis Dominicis communicabant.* 340.d.2. *quidam etiam quotidie.* 341. b. 1. *à pueritia ſe Religioni manciparunt.* 355.d.2. *quidam non vni loco ſe adſtringebant.* 373.b.2. 418.c.1. *peregrini vt admittendi.* ibid.c. *& dimittendi.* 374.c.1. *qui locus iis dandus.* ibid.c. 2. *Nouitios contumeliis exercebant.* 387.c.1. *profeſſionem emiſerunt.* 404.a.2. *an ſcripto.* 407.d.1. *an illi ſubſcripſerint* 411.c.1. *diſtincto ab aliis habitu vſi.* 453. b.1. *cur geſtent peculiarem veſtem.* ibid.a.2.457. *ea donabantur non ante expletum tirocinium.* 463.c.1. *promiſcuè veſtibus vſi.* 466. c.2. *eas ipſi eluebant.* 468.a.1. *cur acus ipſis data.* 470.c.1. *cilicium geſtabant.* 487. c.1. *& pelliceas veſtes.* 488. c.2. *Zona cincti.* 490.a.1. *nudipedes.* 498.a.2. *pleriq́; nigro colore veſtiti.* 509.c.1. *raſo capite.* 529.d.1. *quo ſenſu Reges ſint & ſacerdotes.* 533.a.2. *milites ſpirituales.* 536. d.2. *impoſſibilia iis imperata.* 574.c.1. *de induſtria.* 575.c.1. *iuniores quàm reſtricti olim.* 577.a.1. *Miraculis approbata ipſorum obedientia.* 578.2. *loquaces à ſene notati.* 590.b.1. *An piis ſalibus iis interdictū.* 593.c.1.

Signis

Signis licitè vtuntur. 606. d. 1. 2. in duris exercebantur. 638. c. 2. & opprobriis. 639. a. 1. 2. Senioris cogitationes ſuas pandebant. 643. c. 1. veſtium vilitate gauiſi. 649. c. 2. ſingularitatem vitarunt. 659. a. 1. rarò ridebant. 664. b. 1. mundo mortui & crucifixi. ibid. c. in cellis orare ſoliti. 685. a. 1. feſtinabant ad diuinum officium. 703. d. 1. ſtabant in eo. 707. c. 2. memoriter pſallebant. 709. a. 1. & totum pſalterium ſciebant. ibid. d. 2. 710. a. 1. Apud Ægyptios Monachos vnus ſolus pſallebat. 715. a. 1. Alij plurimum alternis cecinerunt. 716. c. 2. 717. Diſtincto à Clericis vſi officio. 732. a. 1. pſalmis preces interiiciebant. 735. b. 1. poſt vigilias legebant & ſtudebant. 752. vel orabant. 753. b. 1. quomodo horarum ſpatia obſeruarint. 772. d. 1. 773. fraternitates inter ſe habebant. 792. d. 1. quæ mortuis impenderint. ibid. c. ſchedas mortuarias inuicem mittebant. 793. c. 1. proſternebant ſe increpati. 799. 1. etiam inclinabantur. ibid. b. 2. ſexta feria ſe flagellabant. 825. d. 1. an ipſis licitum operari manibus. 836. b. 2. 837. b. 2. an teneantur ad opus manuum. 838. victum eo quæritabant. 842. d. 1. & pauperibus ſubueniebant. ibid. c. qui labores ipſis conueniant. 846. 847. libros deſcribebant. 850. habebant tabulas cum graphio. 852. c. 1. quare. ibid. a. 2. quomodo iuerint ad forum. 857. b. 2. ipſorum opera viliori pretio vendita. ibid. c. quàm accuratè id obſeruatum. 858. b. 1. & puniti qui magis acceperant. ibidem. coquebant cibos ſuos. 885. 2. in menſa examinati ſuper lectione. 897. b. 2. panem in pondere ſumebant. 899. a. 2. vino abſtinuère. 909. d. 1. accuratè cibos cuſtodiebant. 921. c. 1. nec extra tempus edebant. 922. c. 1. carnibus abſtinuerunt. 928. a. 2. laudati qui adipe veſci noluerunt. 937. c. 1. carnem comedentes acriter perſtricti à ſanctis viris. 940. b. 2. 941. 1. ſine eius eſu quidam diutiſſimè vixerunt. 949. c. 1. ægri lautius habiti. 951. d. 1. feria IV. & VI. strictè ieiunarunt. 962. a. 1. imo ferè ſemper. 971. c. 1. Quid in quadrageſima fecerint. 972. a. 1. pietas habitantium ad Iordanem. ibid. d. hoſpitales fuère. 983. c. 2. quomodo hoſpites ſuſceperint. 991. a. 2. 992. vetitum ipſis colloquium cum externis. 1073. c. 1. agros ſolicitè curarunt. 1019. a. 1. habebant iſti res valetudinaria. 1022. c. 1. & domunculas pro ſenibus. ibid. c. medicinis vſi. 1025. b. 1. pœnitentia loco in valetudinarium ablegati. 1030. d. 1. humum pro lecto habebant. 1038. b. 1. & alia dura ſibi ſubſtrauerunt. 1040. c. 1. quot horis dormiuerint. 1043. c. 1. qualis ipſorum ſupellex. 1053. b. 2. quænam hodie competens. 1054. b. 1. Monachi in numero violentorum. 1054. c. 2. in agris operati. 1089. d. 2

MONACHVS

Vnde deriuetur. 265. variæ originationes. ibid. definitiones & deſcriptiones Monachi. ibid. 2. myſtica elucidatio. 167. d. 1. an nomen hoc inueniatur in ſacris litteris. 267. c. 1. probatur contra hæreticos. ibid. b. 2. 268. 1. Monachus acum portare non curans vt punitus. 471. a. 1. natator ſubmergitur. 519. b. Monachus diuidicans Abbatem in purgatorio grauiter punitus. 580. c. 2. alius ſe humilians illuminatur. 614. b. 2. alapas patienter ferens à philoſophis adoratur. 639. a. 2. alter animo deficiens, vt à ſene adiutus. 640. c. 2. cuiuſdam ficta humilitas irriſa. 641. b. 2. vt ſuperbiæ motus quidam repreſſerit. 655. d. 1. Alios ſpernens miſerè labitur. 657. c. 2. non ſeruans tempus legendi horas vt caſtigatus. 689. a. 2. infirmus diſciplinis ſanatur. 832. c. 1. lepidum exemplum de quodam qui non laborabat. 837. d. 2. furto aſſuetus, corrigi nequit. 923. b. 1. gallinam comeſurus ſtrangulatur. 934. c. 2. Monachi vita cur perpetua quadrageſima. 971. c. 1

MONASTERIA

fidei & artium gymnaſia. 862. c. 1. neglecto ſtudio prolapſa. 863. a. 1. celebriora carnibus abſtinuerunt. 939. c. 1. quàm frequentia tertio ſæculo Monaſteria. 25. ingens eorum numerus in Ordine S. Benedicti. 154. d. 2. Gallicana quando ſuſceperint Regulam Benedictinam. 167. c. 1. pleraq; in montibus exſtructa. 179. c. 2

MONASTERIVM

quid, & an differat à cœnobio. 289. b. 1. vnumquodque ſuam ferè habuit regulam. 7. 2. duplicia monaſteria. 10. c. 2. in vno ſeruatæ duæ regulæ. 14. Monaſterio quibus de cauſis egredi liceat. 419. quibus non. 420. Monaſterium portus tranquillitatis. 534. c. 1. illi ſua bona quam rectè relinquat Nouitius. 401. b. 1

Monaſtica vita paradiſo comparata. 559. in tribus maximè ſita. 938. c. 2

MONIALES

quàm antiquæ. 23. c. 1. olim habuère ſuas regulas. 9. b. 2. communes cum viris. 10. a. 1. atro colore vſæ. 509. a. 2. Monialium Regula apud Hieronymum non eſt eius. 40. c. 2. quæſitum de eius auctore. 40. c. 1. Moniales Deum ſemper laudantes. 52. c. 1. 53. c. 2. clauſæ iuxta virorum Cœnobia. 84. a. 1. earum ingens numerus in Ordine Benedictino. 155. c. 1. quomodo ſe ſalutent. 309. a. quæ profeſſio Benedictinarum reformatarum. 409. d. 1. defenditur. 416. b. 2. Moniales olim tonſæ. 537. 2. non omnes. 538. a. 2.

Monialibus imperatum ediſcere inſtrumenta bonorum operum. 563. c. 1. Monialis Chriſti colloquium relinquit vt obediat. 578. d. 1

Montes apti ad orandum. 677

Montis-Oliueti Ordo. 171. a. 1

Montis-virginis Monachi. 170. c. 2

Monitio præmittenda excommunicationi. 817. c. 2

Morbum quidam ſimulant in monaſterio. 1030. b. 2. deſcripti tales. ibid. d. quid cum iis agendum. 1031. c. 1

Moralis vitæ præcepta qui ſcripſerint. 878. c. 1

Mores immodeſti perditorum hominum indicia. 667. d. 1 mores mali à malo contubernio. 990. c. 1

Morituri comam ponebant. 535. c. 1

Mortis commentatio Religioſis neceſſaria. 546. c. 1. & vtilis. ibid. d

Motiua varia intrantium Religionem. 384. a. 2

Moyſes cum S. Benedicto collatus. 121. & eius lex cum Benedictina. 122

Mulieres chriſtianæ ad ignominiam raſæ 538. d. 1. vbique gentium velatæ. 539. c. 1

Multiloquium, quid. 587. c. 1. quomodo in eo peccetur. ibid. d. 2. vires animæ diſſipat. 588. a. 1. alia eius mala. ibid.

Multitudo non promouet perfectionem. 371. d. 1

Munditiæ mulieribus conueniunt. 467. d. 2

Mundus nihil firmum habet. 1083. c. 2

Murmuratio grande malum 583. c. 2. vt tollat meritum obedientiæ. 582. c. 2. 583. b. 1. ſæpe fit ob cibos. 924. a. 1. quot modis committatur. ibid. c. vitium hoc omninò vitandum. 227. d. 1. etiam internum. ibid. b. 2

Murmuratores deſcripti. 583. d. 2

Muſica in conuiuijs. 892

Muſicæ notæ à Benedictinis inuentæ. 152. c. 2

Mutatio & miſſio ad aliud Monaſterium quàm vetus. 419. d. 2. eſt ex mente S. Benedicti. 420. a. 1

Mutatio loci ſæpius ſine fruge. 420. c. 2

Muti boni laudati. 586. c. 1

N.

NAtalis Sanctorum tranſitus ex hac vita. 790. c. 1. a. 2.

Natalius ab Angelo flagris emendatus. 630. a. 1

Natura à peccantibus fruſtra incuſatur. 647. b. 1. illi vis inferenda. 1058. c. 2. in quibus. 1059. a. 1. & quomodo. 1060. a. 2.

Nazaræi Monachos figurarunt. 15. a. 1. quæ illorum Regula. 16. d. 2.

Neceſſaria vt Monachis diſtribuenda. 435. 436

Neceſſitas *dura praua conſuetudinis*.633.c.1. *fruſtrà allegatur à peccatoribus.* 647.c.1
Nequitia *frugalitati contraria*.432.c.1. *quomodo alia vitia generet.* ibid.e
Neſteron *Abbas aſine ſe comparat.* 651.d.1
S.Nicetius *cum corona clericali natus.* 529.b.2
Nicolaus *de S. Germano expoſuit Regulam S. Benedicti.* 161. c.1.

NIGER COLOR

pro malo.545.a.2. *non ſemper*.ibid.c. *talis veſtium Monaſticarum*.508.c.1.509.c.1.*cur aſſumptus à Benedictinis.* 508.a.2.*ab ipſis tranſijt in Clerum, & laices honoratiores.* 511.b.1.*memoriam mortis inculcat*. 545.c.2. *mortificationis & pœnitentiæ ſymbolum*.546.a.2. *item humilitatis, & perſeuerantiæ.* 547.d.1.b.2
Niger Ordo Monachorum *vbi adumbratus.* 548.d.2
Nigri Monachi *dicti Benedictini*.510.b.1. *quæ ratio huius nomenclaturæ*.ibid.d.*quàm antiqua*. ibid.b.2. *duo ipſius typi in veteri lege.* 548.b.1.2.2
Nitriæ *Monachi vt culpas caſtigarint.* 798.a.1
Nocturni *tres an olim ſimul dicti in vigilijs*.744.c.1.*quæ dicenda poſt illos.* ibid.d.2
Nomen *nouum rectè imponitur Nouitijs*. 443. *probatur contra Eraſmum*.ibid.b.1. *rationes huius ritus*.ibid.c.2. *puro nomine non compellandi Religioſi*.299.c.1. *neque nationis aut officij.* ibid.c.2
Nona *hora myſticè expoſita*. 698 b.1. *quo tempore dicenda*. 779.a.1. *ad eam comedebant in diebus ieiunij*. 882. c.1. *quare.* ibid. b.2.
Nonnus *vnde deriuetur*.302.d.1. *quid ſignificet*. ibid.c.2. *Nonni olim dicti Benedictini.* 303 c.1
S.Norbertus *quid didicerit à Benedictinis*. 172. d.2. *carnibus abſtinuit*. 943. d.2. *in Capitulo Xantenſium Canonicorum quam Regulam prælegerit.* 95.a.1
Norma *vitæ humanæ.* 130.b.2
Notkerus *auctor Sequentiarum.* 152.c.1
Notitia Regularum *cur huic operi præmiſſa.* 2
Notitia ſui fundamentum humilitatis. 615.c.2

NOVATORES

Monachis infenſi. 267. c. 1. *perperam negant primo ſæculo Monachos fuiſſe*.22. c.2. *& eorum nomen in ſacris litteris inueniri*. 267.b.2. *negant pueros poſſe vouere*.351.a.2. *refutantur*.352. b.1. *ſoluuntur ipſorum argumenta*. 353. b 2. *Vota tanquam nouitia inuentionis fruſtra reſcindunt*. 404.a.1. *nequicquam ringuntur profeſſionem dici ſecundum baptiſmum*. 440.a.1. *impugnantes veſtis monaſticæ antiquitatem refelluntur*.453.a.1. *perperam ſuperſtitionis eam accenſent*.525.c.1.c.2. *reſcinduntur ipſorum obiectiones*.526.c.1. *contra tonſuram item monaſticam*.530. *& Monialium*. 538. a.1. *carnium abſtinentiam ridentes refutati*. 927.a.1. *malè arguunt vino potiùs abſtinendum quam carnibus.* 946.c.1
Nouitas *vitæ indicitur ex nominis mutatione.* 444.a.1

NOVITII

qui apud Monachos. 366. b. 1. *varijs nominibus appellati*. ibid. 367. *explorandi quo ſpiritu ducantur*.ibid.c. *quid in ſæculo fecerint*. 369.b.1.*indignos recipere nefas*. ibid. c.2. *an recipiendi cum conſenſu conuentus*.325.a.1.*Vnde contingat inutiles plerumque admitti*. 370. d. 1. 371. *Sacerdotes & Clerici non faciliùs admittendi quàm alij*. 372. c. 2. *Vt probati ad portam monaſterij*. 378. a. 1. *in cella hoſpitum*. 379.a.1. *in cella Nouitiorum*. 380. b.1. *in domo ſeparata probationis annum expleuerunt*. ibid.d.2. *quid obſeruandum vbi degunt cum profeſſis*. 381. b. 2. *quanto tempore probandi*.382.b.1. *aduertendum an verè Deum quærant*. 384. d. 1. *an ſoliciti ſint ad opus Dei*. 385. d.1. *an obedientes*. ibid..c.2. *in duris & aſperis*.386. b.2. *an patienter ferant opprobria & iniurias*.387. b.1. *optimus hic medius*. 390. c.1. *quam vtile Nouitijs ſic in tirocinio dedolari*.388.d.2.389.*olim cuique ſuus erat Magiſter*. 391. b.2. *quæ erga illum Nouitijs obſeruanda*. 397. *corpora foris relinquant*. 398. a. 2. *magno feruore incipiant tirocinium*. ibid. c. *habeant ſe inſtar crucifixi*. 399. c. 2. *de temporalibus vt diſponent*. 400.d.1. *poſſunt ea parentibus relinquere*.ibid. *ſed melius eſt dare pauperibus*. ibid. d. 2. *vel Monaſterio*. 401. a.1. *Vtrum ex his duobus præſtet*.ibid. a.2. *Nouitijs cur ſua portio danda à parentibus*.402.c.1.*ad profeſſionem admittendi cum Religioſorum conſenſu*. 325.c.1. *quo ritu profiteantur*. 438. 439. *comparantur cum Catechumenis*.368.a.1. 441.c. 2. 442. *rectè nomen nouum accipiunt*. 443. *olim in veſte laica tirocinium decurrebant*. 463. c.1. *quod iam antiquatum*.464. a.1. *cur diſtincti veſte à profeſſis*. ibid.a.2. *nimium feruentes notati.* 659. d.1
Nox *exercitijs deuotionis apta*.601.d.2. *in ea ſilentium Religioſis imperatum* ibid.1. *quomodo nox apud veteres diſtincta*. 771.c.2. *mediâ nocte ſurgere an conforme Regulæ S. Benedicti.* 777.b.1
Nunnio *Regulam dat Tertiariis.* 92.a.1
Nutus *in menſa à quibus adhibiti.* 607.a.1
Nutritii *qui olim in Monaſterijs*. 277. d.2. *quomodo differant à conuerſis.* ibid.c.

O.

OBEDIENTIA

vnde dicta.572.b.1. *perfecta eſt ſpiritus Regula S.Benedicti*. 186.a. *eius votum expenſum*.221.c.1. *quatuor obedientiæ conditiones*. ibid.d.2. *eſt plenitudo legis cœnobiticæ*. 257. c. 1. *declaratur*. ibid.c. 2. *eius aureola*. 288.c.1. *prima Monachi virtus*. 385. d. 2. *quomodo olim tirones in eâ probati*. 386. a. 1. *Obedientia ſecundùm Regulam, quid*. 515. d. 1. *Obedientiæ medulla*. 449. d. 1. *laus*. 564. a. 1. *quomodo ſit primus humilitatis gradus*.ibid.565.1.2.*Eius varij gradus*. 566.567. *quod fundamentum ſcalæ Obedientiæ*. 568. 569. 1. *quomodo charitati innectantur hi gradus*. ibid.2. *& exemplo Christi*.570.c.2. 571. *quibus obediendum*.572.1.2.*in quibus*. 573.d.1. *An etiam in impoſſibilibus*.574. 575. *Cum obedientia vt omnia agenda*. 576.1.2. *quam velox eſſe debeat*. 577. *exemplis confirmatur*. 578. *Voluntas & iudicium in ea abneganda*.579.2. 580. *Aliæ conditiones obedientiæ*. 581.582.*Vt peccet obediens cum murmure*.ibid.c.2. 583. *Obedientia charitatis quid ſit*.569.d.2. *eius perfectio*. 570. b.1. *Obedientia cæca quid ſit*.580.c.1. *eius exempla miranda.* 386.a.575.a.2
Oblati *vnde in Monaſterijs*.278.b.2.*quomodo ſuſcipiantur*. 279. b.1.
Obligatio *regularum ſæpius ventilata* 187.a.1. *qui de illa ſcripſerint*.ibid.b.2. *Obligatio Regulæ Benedictinæ & S. Franciſci diuerſa.* 189.a.1
Obſeruantia *Regulæ multis capitibus inculcata*.192. *& ſeq.* *nemo ab ea exemptus*. 204. c.1. *nihil in ea negligendum*. ibid.d.2. *Religioſus eam Ordini ſuo debet.* 223.c.2
Octaua *noctis hora quæ*.776.b.2. 777. *quid illud*, mediante octaua hora. 780.c.1
Octo *horas Canonicas qui ſtatuant*. 695.c.1. *numeri huius congruentia.* ibid.c.2.696
Ocreæ *militis Benedictini*. 243. c.2. *deſignant præparationem Euangelij*. ibid.*item promptam obedientiam*. 244. a.1. *mortificationem*. ibid.c. *& exempla Patrum*.ibid.d.
Occurſus *feſtinus ad diuinum officium*. 703.a.1.*laudati ab eo Ægyptij Monachi*. ibid. d. *miraculo monſtratum quàm Deo gratus.* ibid.c.2
Oculi *in terram defigendi*. 229.b.1. 667. b. 2. *laudati ab hac modeſtia ſancti viri*. ibid. d. *quo fructu adhibeatur*. 668.
S. Odilo *inuentor Commemorationis animarum*. 152. c.1. *eius in Deiparam ſingularis pietas*.151.d.2.*ſub Te Deum laudamus deuotio.* 748.c.2

S. ODO

S. ODO

*Cluniacenſium Pater.*170.b.1. *Ordinis Monaſtici in Gallia reparator.* 941.d.2. *an primus.*1085.d.1. *eius in colligendis micis diligentia miraculo approbata.* 205.c.2. *à falſis fratribus ferè ſeductus.* 381.c.2. *curuato incedebat capite.*667.d.2. *velox eius obedientia cælitus remunerata.* 703.c.2. *Componit antiphonas de ſancto Martino.* 736.c.2.

Oeconomicæ *Chriſtianæ auctor refutatus.* 352.a.1. 353.c.2.

Officia *timentis Deum.* 630.d.2

Officia *vilia ambienda.* 649.c.2. *qui honorifica quærunt, vt indigui.* 652.c.2

Officiariis *quibuſdam dandi adiutores.* 347.c.1

Officium *quid ſit.* 237.a.1. *Monachi officium in Regulâ variè expreſſum.* 236.a.2. *explicatur ſub diuerſis conſiderationibus.* 238.& *ſeq. vnuſquiſque ſuo fungatur officio.* 264.

Officium diuinum *cur ſtatis horis aſſignatum.* 696.c.1. *vt perſoluendum iuxta regulam.* 224.c.1. *vide* Horæ Canonicæ, Opus Dei.

Officinæ *Monaſterij ordine recenſita.* 292.c.1

Oleum *diuini auxilij dura emollit.* 125.c.2. *quod quadruplex.* ibid.c

Opera *bona cur dicantur instrumenta.*561.d.1. *operum bonorum ſemina & negotia quid ſint.* 562.d.1

Opiliones *magno labore greges paſcunt.*316.b.2. *ad paſcua quomodo deducant.* 318.c.2

Opprobria *vt ferenda Nouitiis.*388.a.1. *quàm ea ipſis vtilia.* ibid.c.2. *liberant à tentatione carnis.*389.a.1. *patientiam & manſuetudinem alunt.* ibid.c. *Vitam æternam conferunt.* ibid.c.2

OPVS DEI

quid ſit. 693.c.1. *cur horas Canonicas ſic nominet S. Benedictus.* ibid.a.2. *an ante ipſius tempora hæc nomenclatura vſurpata.* 694.c.1. *quantâ diligentiâ ad Opus Dei occurrendum.*703. *an ſedendo, an ſtando perſoluendum.*707. *an ex libro, an memoriter.* 709

OPVS MANVVM

quibus de cauſſis indictum. 841.d.2. *ad fugandum otium.* ibid. *ad comparandum victum.* 842.b.1. *& erogandas eleemoſynas.* ibid.c. *ad imitationem Sanctorum.* ibid.d.2. *conſeruat corporis ſanitatem.*845.a.1. *facit ad profectum ſpiritualem.* ibid.a.2. *meritorium eſt.* 846.1. *quo ſpiritu peragendum.* 848.1.849. *olim quidam in vigiliis illud peregerunt.* 681.c.1

Oraculum *boni conſilij.* 324.d.1

Orandum *pro gratia implendi regulam.* 202.b.1. *quomodo ſemper orandum.* 837.a.2

ORATIO

mentalis commendata Benedictinis. 224.c.2. *quàm efficax quæ fit in communitate.* 821.c.1. *in conuentu quomodo breuianda.*736.c.1. *loca Orationis variis nominibus expreſſa.* 679.680. Oratio Dominica *aliarum epilogus.* 763.c.2. *eius dignitas.* 767.c.1. *dicitur alta voce in Laudibus & Veſperis Benedictinorum.* 764.b.1. *quæ cauſſa huius rei.* ibid.c. *Oratio Monachorum ad impetrandam humilitatem.*673.c.2. *ad renouandam profeſſionem.*448.a.1.

ORATIONES

pſalmis olim interiecta. 735.b.1. *an ex præſcripto & mente S. Benedicti.* ibid.c.2. 736.a.1. *Orationes variæ pro Fratribus in viam dirigendis.* 1013.c.1. *pro reuertentibus.* ibid.a.2.

ORATORIVM

quid ſit. 679.d.2. *diſtinctum ab eccleſia.* 680.c.1. *ſeruandum in eo ſilentium.*599.c.2. 683.c.1. *quæ in eo fieri conueniat.*680.d.2. *quæ vetita.*683. *an extra illud orare liceat.*684.a.2. *cur in eo preces melius fundantur.* 687

Ordinationis *velum.* 540.a.2

ORDINES

duodecim ſub Regula S. Benedicti. 170.b.1. *Militares totidem.* 171.a.2. *qui Ordines non recipiant alterius inſtituti Religioſos.* 377.d.1. *qui profeſſionem quotannis renouent.* 444.c.2. *Monaſtici Ordines tres olim in Hiberniâ.* 57.a.2.

Ordo *in omni ſtatu tenendus.*294.a.2. *in Monaſteriis.* ibid. d. *in quibus occurrentiis ex mente S. Benedicti.* 295.a.2. *deſumendus ab ingreſſu in Monaſterium.*297.c.1. *Ordo vitæ quàm neceſſariò ſeruandus.* 1065.b.1

Ordo Conuerſationis Monaſticæ *quibus auctoribus S. Benedicto aſſeratur.* 1062.d.1. *dubia circa hoc opuſculum.* 1063.d.1. *coniectura de auctore.* 1064.a.1. *titulus varius* ibid.b.2. *quid à nobis in eo præſtitum.* 1065.a.2

ORDO S. BENEDICTI

ciuitati magnæ comparatus. 145.a.2. *numerus Sanctorum eius vix iniri poteſt.* 154.2. *plantatus in Italia.* 168.a.2. *propagatus in Gallia, Hiſpania.* ibid.b.1083. *Item in Germania.* ibid.c. *Anglia.*169.a.1 *In Aſia, Græcia, Ægypto, & India.* ibid.c. *In triginta ſeptem prouincias diuiſus.* ibid.b.2. *alios duodecim Ordines produxit.* 170.b.1.171. *quid alij Ordines debeant Benedictino.* 172.173. *impugnati, eius ſcuto ſe protexerunt.* 174.a.2. *Ordinis noſtri ruina à neglectu Regulæ.* 193.c.1. *quando cœperit.* 1084.c.1. *quis eum primus reformauerit.* 1085.d.1

Ordo *Incluſorum.* 83.d.1

Orientalis *Regula quæ.* 30.b.1. *vbi ſcripta.* ibid.d. *à quo.* ibid.a.1.

Orſiſij *nomen variè expreſſum.* 29.d.1. *quæ eius regula.* ibid.a.2.

Oſculum *pacis in profeſſione.*439.d.1. *quadruplex oſculum.* 993.b.1. *quale Monachus in vſu fuerit.* ibid.c.

Os *diligenter obſeruandum.* 589.b.2. *addenda ei ſera.* 590.c.1. *triplex eius clauis.* ibid.a.2. *portæ oris etiam adhibenda oſtiaria.* 591.a.1

Oſtiarius *Monaſterij qualis ſtatuendus.* 346.a.2. *quomodo aduentantibus reſpondebit.* ibid. d. *adificet omnes, nec quidquam recipiat.* 347.c.1. *cur iunior ei in ſocium detur.* ibid.c.2

Oſtium *cellæ pulſandum ante ingreſſum.* 1055.b.2. *modeſtè id fiat.* ibid.c. *expectandum habitatoris reſponſum.* 1056.a.1.

Otioſi *ſunt curſores.* 835.c.2. *gyrouagi & loquaces.* 836.b.1.

Otioſitas *animæ inimica.* 834.a.1. *malarum tentationum origo.*835.a.1. *& pernicioſarum cogitationum.* ibid.c. *ad luxuriam inducit.* ibidem c. *exemplis oſtenditur.* ibid. b.2.

Otioſum *verbum quid.* 593.d.2

P.

S. PAchomius *Regulam ab Angelo accipit.* 28.a.2. *an plures eius regulæ.* ibid.c. *volebat Monachis apponi cibos etſi abſtinerent.*903.b.1. *quomodo ſomnum ſumpſerit.*1044.b.2. *quæ veſtes Monachorum quos inſtituit.* 465.a.1. *cur pellibus ſe induerint.* 458.d.1

Pactum Monachorum *hactenus non editum.* 409.a.2. *cur pactum vocetur profeſſio Monaſtica.* 406.c.2

Palmata *quod pœnæ genus.* 809.a.1

Pambo *diu diſcit ſilentium.* 585.c.1

Panem Monaſterij petere, *quid.* 367.a.1

PANIS

in pondere datus ſeruis. 899.a.1. *quam menſuram ſuis aſſignarit S. Benedictus.* 900. *variæ opiniones.* ibid.d.2. *fuit ſatis larga.* 901. *cauſſa huius indulgentiæ.* 902. *cur cœnæ minor portio tributa.* ibid. d.2. *hodie datur panis quantum ſatis eſt.*905.d.1. *nec id contra regulam.* ibid.d.2. *calidus panis valetudini officit.* 906.a.1. *appenſus cum tri-*

… ſermonis. 901. a. 1. per quadras diuiſus. 903.c.2

Pantomimus deſcribitur. 605.c.2

Paphnutius quam regulam compoſuerit. 31.c.1

Paradiſo comparatur vita Monaſtica. 559

Paraſceues ſumma abſtinentia apud Monachos. 1099.c.1

PARENTES

poſſunt pueros offerre Monaſterio. 354.c.1. 360. b.2. quo ritu id olim fecerint. 357.b. quid petierint, & ſpoponderint pro iis. ibid.c.2. Cur filij Religioſi portionem ſuam tribuere teneantur. 402.c.1. non ſufficit vſum fructum relinquere. ibid.d.2 perſtringuntur nihil dantes. 403.b.1

Pariſienſis academia fundata a Benedictinis. 149.d.1

Paſtor in calicibus olim depictus. 317.b.1

PATIENTIA

eſt ſignum humilitatis. 641.d.2. Religioſo neceſſaria. 253.c.2. a S. Benedicto inculcatur. ibid.c. in quibus conſiſtat. 254. c.1. quintuplex eius materia. 638.b.2. non deeſt in Cœnobijs. 640.b.1. quæ illi aduerſentur. 641.c.1. Opprobrijs exercetur. 389.c.1. duo modi Nouitios per eam probandi. 390.b.1.

PATRES

citant Scripturæ nomine quæ in ea non exſtant. 635.b.2. ſilentium in eccleſiis inculcant. 683.a.2. monent iuuenes quibuſdam Scripturæ libris abſtinere. 876. c.2. vix ſinunt Monachos cum feminis loqui. 986.d.1

Patris nomen quibus olim tributum. 101.c.1. Religioſis conuenit qui ſunt Sacerdotes. 304.a.2. etiam Benedictinis. ibid. c. nec cuiuſvis Ordinis presbyteris negandum. 305. c.1. Abbati vt propriè conueniat. 310.d.1. Patris Noſtri titulus expenditur. 101.c.1. Patris cuiuſdam Regula. 78. b. 1.

Patrum regula dua. 32. c.2. ſecunda poſterior S. Benedicto. 33. c. 1.

Patriarchæ Benedictini. 147.a.1

S. Patricij monachatus & veſtis. 57. a.1. plurium Monachorum pater fuit. ibid. c. eius regula. ibid.c.

Patrini non ſint Monachi. 1094.c.1

Patroni ſeruis manumiſſis nomen ſuum imponebant. 444. a. 2.

S.Paulus Eremitarum auctor. 26

Pauli Diaconi Commentarius in Regulam S.Benedicti. 160. b. 1.

Pauli Iuſtiniani liber de XII. gradibus Obedientiæ. 566.d.1

Pauli Simplicis mira obedientia. 386.d.1. ſilentium 586.b.2

Pauli & Stephani Regula. 54. d. 1. Latinè forſan ſcripta. ibid. c. 2.

PAVPERES

accipiebant reliquias menſæ Monachorum. 902. b. 2. eorum habenda cura. 985. d.2. Nouitij ſua iis diſtribuere poſſunt. 400.d.2. an præſtet ipſis dare quam Monaſterio. 401.a.2. apud Benedictinos olim quotidie aliquorum pauperum pedes lauabantur. 998. c.1. aſſignata ipſis Religioſorum annona. ibid.d. 1007.a.2. & decima rerum Monaſterij. 1099.b.2

Paupertatis votum. 223. c. 1. cur non exprimatur in Benedictinorum profeſſione. 423. a.2. fuſiùs explicatur. 424. & ſeq. paupertatis medulla. 449.c.2

Pax obſeruantium regulam. 194.a.2

Paximatia Monachorum. 900. b.1. cuius ponderis fuerint. ibid.d.

PECCATVM

vt intret in animam. 631.b.1. quomodo ei reſiſtendum. ibid.d. eius defenſio humilitati repugnat. 646. a.1. fit duodecim modis. ibid. 647. qui numquam peccauit plus humiliari debet quàm peccator. 655.b.2. peccati memoria oculos in terram ſuadet defigere. 668. b. 1. peccata non omnia paria. 806. a. 1. quanta grauitas peccatorum quæ in ſe Chriſtus ſuſcepit. 544.c.2

Pecoris complexio ex vultu cognoſcitur. 314.c.1

Pecudes ægra à ſacris arcentur. 582.c.1

Peculium Monachis interdictum. 425.c.1

Pecunia Monaſterij in tres partes diuiſa. 1099.b.2

Pede excitati Monachi ad vigilias. 701.c.1

Pedes oſculari in pœnis monaſticis. 810.a.1

Pedilauium quàm vetus. 996.d.1. Cur à S. Benedicto præſcriptum. ibid. c. meritò Monachis imperatum. 997. b.1. eius tempus varium. 997.a.2. à quibus peragendum. ibid.c. quo ritu. 998.b.2

Pedules pedum indumenta. 500.c.1. deſcribuntur. ibid.b.2. non ſunt pars caligæ. ibid.c. vſus apud Monachos. 501. a.1. 503. c. 2.

Pedum Abbati traditum in ordinatione. 320.d.2. quid deſignet. 321.a.1. olim cælata in ipſo ſententia. ibid.c.

Pelagius interpres quinti Libri Vitæ Patrum. 909.c.2

Pelliccarum vſus apud veteres Monachos. 488. c.2. & Benedictinos. 489. b.1. defenſus contra Ciſtercienſes. ibid. d. etiam hodie conceditur. ibid.c.2

Pennæ veterum quales. 854. a. 1. quam magnæ. ibidem a. 2.

Peregrini Monachi an ſuſcipiendi quamdiu voluerint. 988.a.1.

Perfectio turri comparata. 612. non acquiritur ſine humilitate. 614. perfectionis amans lucrum vbique aucupatur. 576.c.1

Perfectio Regulæ S. Benedicti oſtenſa. 141.a.2. & defenſa. 142. a.1.

Perizomata protoplaſtorum. 648.d.1

Perſeuerantia commendata. 553.a.2. in diuino officio remunerata. 706.a.2

Petitio cur dicatur profeſſio. 407.a.1

Petri de Aluaſtro Additiones. 92.a.2

Petri Boerij ſententia de loco vbi ſcripta Regula S. Benedicti. 104.c.1. 106.c.1. eiuſdem duplex expoſitio in eamdem Regulam. 161.b.2. votum vt ab omnibus legatur. 203. b. 1.

Petri Cantoris de prolixa pſalmodia iudicium. 726.c.1

PETRVS DAMIANI

ſcripſit Regulam Eremiticam. 85.d.1. an ipſe auctor Conſtitutionum Portuenſium. ibid. c.2. laudat Regulam S. Benedicti. 133.a.1. 137. c.1. diſciplinarum vſum apud Caſinenſes induxit. 824.b.1. non eſt primus earum inuentor. 825. c. 1. eius ſedulitas in exſtruenda bibliotheca. 867. d.2. vetat dormitionem poſt vigilias. 1046.d.1. Monachorum eius abſtinentia in quadrageſima. 974.c.1

Petrus Bleſenſis perſtringit prolixam pſalmodiam. 726.d. 1. & Monachos medicinis vtentes. 1024.b.2

Petrus Diaconus ſcripſit in Regulam Sancti Benedicti. 162.c.1.

Petri VValnem in eamdem Commentarius. 163.a.1

Phantaſmata inania oculorum mortificatione reprimuntur. 668.c.2

Philippus Franciæ Rex ridet Monachum concinnè calceatum. 505.b.2

Philippus François Regulæ Benedictinæ illuſtrator. 163. d. 1.

Philippus II. Hiſpaniarum Rex cum Monachis in refectorio pranſus. 1006.b.1

PHILOSOPHI

cum delectu diſcipulos admittebant. 368. b.2. eos opprobrijs exercebant. 387. d.2. peculiari amictu vſi. 454. a.1. barbam ſolis promittere. 531. c. 1. mortem vt recoluerint. 546.b.1.

Phlebotomia in vſu apud Monachos. 1027. a.1. certis temporibus olim facta. ibid. b. cum Superioris licentia. ibid. c.

Pietas ſenſim intepeſcit. 726.b.1

Pinutius Abbas quam Regulam ſcripſerit. 48.d.1

PISCES

an noxij. 948. a.1. defenduntur, & à multis commendantur.

tur.ibid.c.quidam populi ſolis ijs vtuntur.949.b.1. non obtundunt ingenium. 950.a.
Piſtoria art à Monachis curata. 848.c.1
Pius II.quid ſenſerit de abſtinentia à carnibus.943.a.1.959.c.1.dignatus non ſemel cum Monachis comedere.1005.c.2
S.Placidus à regula obſeruantia laudatus. 207.c.1
Planetæ à peccantibus fruſtra incuſati. 647.d.1
Plebeij meritò arcentur à refectorio.1002.d.2.nec in Monaſterijs habitent. 1098.a.1

POENÆ

ambientium ſacros Ordines.337.d.2. violantium ſilentium.586.a.1.610.a.611.a.2.ridentium in templo.683.c.2.ſerò venientium ad officium diuinum.703.c.2.704. 821.d.1.ſe excuſantium.800.c.1.falſi criminatoris.809.c.2.ſordidè tractantis res monaſterij. 857.b.1. comedentis extra horas.922.b.2.murmurantis.925.b.1.edentis carnes.941.a.2.943.c.1.945.c.1.dicentis aliquid ſuum.427.c.2.ſcribentis litteras ſine licentia.429.a.1.proprietarij.433.434.loquentis cum hoſpitibus.989.c.2.manducantis foris ſine venia.1016.c.1.1017.c.2.referentis ibidem viſa.1018.a.2.intrantis alienam cellam.1054.c.2. diſcurrentis per Monaſterium.1057.b.2. contendentium inter ſe. 1075.d.1.regulas præuaricantium. 193.d.2. à prælatis iniungantur. 198.b.1

POENÆ VARIÆ

apud Monachos.807.prolixioris pſalmodia.ibid.d.ſcriptionis.ibid. diuturna ſtationis.ibid.b.2. virgarum.ibid.c.808.1.fuſtigationis.ibid.d.2.ferularum.ibid.c.amiſſionis coronæ.809.c.2.ieiunij.810.d.1.ſequeſtrationis.ibid.b.2.excommunicationis.ibid.c.degradationis 811.b.1.incarcerationis.ibid.a.2. expulſionis. ibid.c.alia ignominioſa.809.c.2.
Pœnitentes ſacco & cilicio vſi.454.b.2. 486.c.2.515.c.1. in Cœnobia olim detruſi, & veſte Monaſtica amicti.516.b.1.
Polydorus Vergilius notatus. 461.b.2
Pomum quæ ſub ſe comprehendat. 906.c.2
Pontifices Benedictini variè numerati.146.c.1.quot ex illis Sancti. ibid. a.2. affectus ipſorum in Virginem Deiparam. 151.b.1. Pontifices ſummi Regulæ S.Benedicti auctoritate vſi.157.c.2.158.1.nouum nomen accipiunt.443.b.1.cum Monachis in cõmuni refectorio comederũt.1005.
Porta vna in Monaſterio. 346.c.1. d.2. qualis ei præficiendus.ibid.a.2.ad eam probati Nouitij. 348.a.1
Portiuncula à Benedictinis data S.Franciſco. 173.c.1
Poſthumius an idem cum Pachomio. 29.b.1
Potus qua moderatione ſumendus. 913.c.2. particulariter olim benedicebatur. 1079.b.1
Prandere eſt non ieiunare. 964.b.1

PRAXIS

piè legendi Regulam. 197.d.2. & meditandi. 201.c.2. eam faciliùs ediſcendi. 203.d.1. pro eius examine. 209.d.2. praxis abrenunciationis.239.b.2. mortificandi propriam voluntatem.240.c.1 ſtudij ſpiritalis. 249.a.1. vtilis examinis.246.c.1. recipiendi candidatos Religionis. 379.c.2.renouandi vota.446.d.2.exercendi ſe circa illa.448.a.2. Praxis inuitandi Angelos & Sanctos ad Dei laudes.742.d.1.excitandi pios affectus in menſa. 897.c.2.898.
Præcedentia ex dignitate & prioritate petitur. 295.a.2

PRÆDICATORES

quid debeant Benedictinis.173.a.1. Habiens ipſorum à quo deſignatus.463.a.1.carnibus abſtinent. 945.a.1
Præfecti operum qui.855.dicti miniſtri. ibid.c.1. item præpoſiti.ibid.a.2.quod eorum officium. ibid.d.1.c.2

PRÆLATI

nihil iubeant ſupra Regulam.ibid..a 2.tolerandi etiam imperfecti.639.b.2. ſint affectu humiles. 650.c.1. ſubditos vt corripere debeant. 802.c.803. tenentur requirere fugitiuos. 823.d.2. certis diebus ſubditos exhortari & docere debent.879.ipſis obediendum vt Deo.568.c.1.in quibus.573.c.1.

PRÆLATVS

ſanctimoniâ ſuis præſtet. 313. a.1. quæ illi fugienda. ibid. c. quæ erga ſubditos obſeruanda.314.& ſeq. deſcribitur ſollicitudo boni Prælati.316.c.2. circa infirmationes inuigilet.317.a.1.quomodo portandæ.ibid.c. quàm neceſſarium vt præſens vbiq; ſit.318.a.1. in quibus exemplo prælucere debeat. 318.c.1. diſcenditur ad particularia. ibid.c.2. ſit diſcretus in correctione & correptione.319.c.1. onus reddendæ rationis quàm graue illi incumbat. ibid.b.2. ſuadetur vt Nouitium non veſtiat ſine conſilio. 325.b.1. credat infirmitatem allegantis. 102.c.2. vt præcet non credens.1023 a.1. vide Abbas.
Præmium reformantium Ordines religioſos. 1088.d.2

PRÆMONSTRATENSES

Quid habuerint à Benedictinis. 172.d.2. quales olim ipſorum Præpoſiti.329.b.1. non edebant carnes. 943.c.2. Abbates ipſorum veſcebantur in communi refectorio. 1005.d.1.quoties ſanguine minuti. 1027.d.1. antiqua ipſorum dormitoria. 1037.d.2

PRÆPOSITVS

nomen dignitatis.327.b.1. quis apud Monachos.328.b.1. in Regula S.Auguſtini.ibid.b.etiam Monaſteria ipſi commiſſa.329.b.1 & deinde factus Abbas.ibid.c. poſterioribus ſæculis Prior dici cœpit. ibid. d. ne credat ſe Abbati æqualem.330.b.2.quo ritu conſtituendus 331.d.1.quæ erga Abbatem illi obſeruanda. ibid.c.2. quæ erga ſubditos.332.c.1.quomodo ob vitia deſtituendus. 335.a.2
Prærogatiuæ veſtis religioſa. 458.a.2
Præſentia Dei duobus modis concipienda. 218.b.1. eius memoria ſtimulus timoris.629.b.1.præſentia heri apud famulos quantum conferat. 318.a.1
Præuaricatores primi grauiter plexi. 859.c.1
Preces dicta tempore diſciplinæ. 830.c.2
Pretioſa poſt Martyrologium.790.c.2.non eſt pars primæ.788.c.1.
Primæ horæ myſterium.697.d.1.nomen à S.Benedicto primum expreſſum.756.a.2. res tamen illo antiquior. ibid.b. quomodo celebretur apud Monachos.ibid.c. quo tempore. 778.c.2
Primus pro excellente. 565.c.2

PRIOR

quis apud Monachos.329.d.1.eius nomen multis tributum.ibid. quod officium.330.d.2. nihil agat contra voluntatem Abbatis. 331.c.2. ſæpiùs cum eo conferat. 332.a.1. foueat ſubditos in amore Prælati.ibid.c. verbo & exemplo ſit potens.ibid.c.vide Præpoſitus.
Prioratus non ſunt contra votum ſtabilitatis. 1098. d.1. quid in Iure de ijs decretum.ibid.a.2.& à Vallisoletanis Patribus.ibid.c.omninò retinendi. ibid.
Probatio Nouitiorum quotuplex.378.a.1. triennalis. 382.c.1.vnius anni communior. ibid.a.2
Proceſſiones per clauſtrum quàm antiquæ. 292.d.1

PROCLAMATIONES

quid, & apud quos in vſu. 801.a.2. eruuntur ex verbis S.Benedicti.ibid.c.non ſunt contra Regulam.802.a.1.quomodo inſtituendæ. ibid.c.
Proci ſignis vtuntur. 605.d.1

PROFESSIO MONASTICA

Varijs nominibus expreſſa.403.d.2.406.ſacrificio comparatur.437.poteſt dici alter baptiſmus. 440. probatur contra ſectarios.ibid.c.1. quæ inter baptiſmum & profeſſionem comparatio. 441. d.2. obligatio profeſſionis ad bonum ſtimulat. 259.c.1. an ab eius tempore deſumendus ordo congregationis. 297. b.1. ritè emittitur in eccleſia.438.a.1.681.c.1.ſcripto facienda.407.d.1.quæ huius facti rationes.408.c.1. Variæ eius formula apud Benedictinos.ibid.a.2.409. an illis aliquid ſubſcribendum. 411. c.1.

quibus cerimonijs peracta. 438.439. *quàm vtilis eius renouatio.* 444.d.2. *an tribuat remiſſionem peccatorum.* 446.d.1.

Profeſſi *cur cum Nouitijs non miſcendi.* 381.c.2

Profundum peccatorum, *quid.* 633.c.2

Prophetides *Benedictinæ.* 153.a.1

Prophetarum *veſtes deſcribuntur.* 455.d.1

Promitto *ſeruare Regulam, quid.* 415.a.2. promitto *Obedientiam ſub Regula, quid.* 416.b.2

Promotio *ad altiora ſit ob vitæ meritum.* 296.a.1. *cenſetur perpetua.* ibid.d

Propinquorum *amor inordinatus Religioſis nocet.* 394.c.2

PROPRIETARII

variè apud Monachos puniti. 433.a.2. *verberibus.* ibid. *expulſione.* ibid.d. *priuatione vocis actiuæ.* 434.a.1. *excommunicatione.* ibid.b. *ſepultura aſinorum.* ibid.c.2

PROPRIETAS

duplex. 424.b.2. *cur vitium nequiſſimum dicta.* 432. c.1. *quadruplex eius malitia.* ibid.c.2.433.1. *quibus medijs è Monaſterio propulſanda.* 435.c.1

PROPRIVM

ſtrictè à S. Benedicto proſcriptum. 426.a.1. *eius nomine vetitum habere aliquid.* ibid. c.2. *dare.* 427.c. *accipere.* ibid. b.1. *& dicere ſuum.* ibid.d.

Proſeuchæ *Iudæorum.* 680.b.1

Proſtratio *vſitata apud Monachos.* 799.a.1. *quomodo facta ab excommunicatis.* 818.c.2

Pſalliani *hæretici refutati.* 836.b.2

PSALMI

in eccleſijs memoriæ mandari poſſunt. 681. c. 1. *olim memoriter dicti.* 709. *ediſcebantur à Monachis in tirocinio.* 710. a. 1. *etiam à laicis pſalmi inter operandum canebantur.* ibid.c.2. *An à ſingulis pſaltis, an alternatim dicendi.* 715. *Poſſitne Abbas eos immutare.* 732.b.2. *probatur quod non.* 733. *An ſingulis pſalmis interiecta oratio.* 735.b.1.736. *Pſalmus tertius cur præmittatur Inuitatorio.* 740.c.2. *Quot pſalmi dicendi in vigilijs.* 744.b.1. *ſecundi nocturni cum Alleluia.* 746.c.2. *Cur pſalmus L. dicatur cum Alleluia.* 754.c.1. *Pſalmi veſperarum.* 757. c.2. *an in feſtis dicendi de feria.* 758.b. 1. *Pſalmus CXL. olim celeberrimus.* 758.c.1. *Pſalmi Completorij expenduntur.* 759.a.1. *quàm antiqui quibus Deo agimus gratias poſt cibum.* 890.c.2. *Pœnitentiales rectè dicuntur in quadrageſima.* 975.a.1

PSALMODIA

quàm vetus. 743.c.2. *eius laus.* ibid. *quomodo peragenda.* 707. *an ex libro an memoriter.* 709. *pſallendi duplex forma.* 711.c.2. *Quid pſallere cum antiphona.* 712.b.1. *quid indirectum.* ibid. b.2. 713. *qua diſciplina pſallendum.* 719.b.1. *particularius quadam exprimuntur.* 720.a.2. *qua mentis attentione.* 720.c.2. *quid ſit* pſallere ſapienter. 721.a.2. *quàm prolixa olim apud Benedictinos pſalmodia.* 722.723. *quare introducta.* 724.725. *quorumdam de ea iudicium.* 726. *ex eius quantitate horas metiebantur.* 773.c.1

PLASTERIVM

omnium manibus teritur. 743. c.2. *memoriæ mandabant Monachi.* 709. *olim Sacerdotes illud ſcire tenebantur.* 710. b.2. *nec in Epiſcopos ordinabantur qui neſciſſent.* ibid.c. *celebres habiti qui illud ſciebant.* 711.b.1. *Quinam illud quotidie recitarent.* 715.a.1

PVERI

admiſſi ad Religionem à S. Benedicto. 351.a.1. *an licitè.* ibid. a.2. *probatur fusè contra ſectarios.* 352. *ſoluuntur ipſorum argumenta.* 353. b. 2. *poſſunt à parentibus offerri.* 354.c.1. *quo ætatis anno Monaſterijs olim oblati.* 355. *plerique in Ordine noſtro ſeptennes* 356.b.1. *quid de ijs ſtatuerint Patres.* ibid. c. *quo ritu facta ipſorum oblatio.* 357.358. *ſolemniter oblati non poterant repetere ſæculum.* 359.c.1. *probatur variè.* ibid.c. *ſoluuntur argumenta oppoſita.* 360.d.1. *olim ab alijs ſegregati inſtituebantur.* 361. b.1. *Magiſtro ſuberant.* ibid.b.2. *habebant & cuſtodem.* 362.b.1. *nemini loquebantur niſi præſente Magiſtro.* ibid. b.2. *quoties cibum ſumpſerint.* 363. a.1. *non tenentur ad ieiunia regularia.* ibid.d. *an illis danda carnes.* ibid.a.2. *vt punita ipſorum culpa.* ibid.c. *verberibus ex multorum præſcripto.* ibid.c.2. *quod fruſtra ſugillat Eraſmus.* 364. b.2. *quibus alijs modis coerciti pueri.* ibid.d.1. *eorum ingenium deſcriptum.* 363.c.2. *laudati qui à teneris Monaſterium ingreſſi.* 355.a.1. *Pueri in quibus imitandi.* 536.a.1. 550.b.1. *quidam ſapientes.* 323. b.1

Pugnæ *ſpiritualis adumbratio.* 241.c.1

PVLMENTARIA

quid apud S. Benedictum. 906.a.1. *quot Monachis danda.* ibid.c. *an ſingula ſufficiant ſingulis.* 907.d.1. *in Dominicis & feſtis olim plura dabantur.* ibid. c. 2. *cauendus in ijs abuſus.* ibid.c.

Pulſatoris *nomina.* 700.d.1. *quæ illi obſeruanda.* ibid.c.2. 701.a.1.

Pynufius *presbyter & Abbas.* 48.d.1. *latere vbiq; cupit.* 374. c.1. *eius doctrina de humilitate.* 616.c.2. *confertur cum XII. gradibus S. Benedicti.* ibid.617.618.

Pythagoras *ſilentium diſcipulis ſuis indicit.* 584.

Q.

QVadragenarij *numeri allegoria.* 970.d.2

QVADRAGESIMA

perpetua Monachis commendata. 971.c.1. *quomodo eam obſeruauerint* ibid.c.2. 972.973.974. *frequens in ea lectio.* 978.d.2. *Varium apud diuerſos quadrageſimæ exordium.* 979.d.1. *ieiunium eius cur inſtitutum.* 970. *eius dignitas.* 969. *antiquitas.* ibid.a.1. *extenſum olim ad veſperam.* 882.c.2

Quadræ *panum.* 903.c.2

R.

RAbano *Mauro abiudicatus Commentarius in Regulam S. Benedicti.* 160.a.2. *eius ſententia de volatilium eſu expenditur.* 930.b.2. 933.c.2

S. Radegundis *vbi Monaſticen excoluerit.* 60.c.1. *eius auſteritas in quadrageſima.* 974.c.1

Radulphus Tacens, *Monachus Affligenienſis incendium extinguit.* 595.d.c.2. *quot annis ſiluerit.* 596.a.1. *quando vixerit.* ibid. *mirum aliud de eodem.* ibid.c.

Raganardi *Monachi clancularia abſtinentia caſtigata.* 976.b.2

Rebellio *gradui tertio humilitatis oppoſita.* 638. b.1. *eſt grauiſſimum ſcelus.* ibid.

Rechabitæ *Religioſorum typus.* 17.a.2. *eorum auctor, & inſtitutum.* ibid.c.d. *planè ad formam monaſticam redactū à Ionadab.* 18.1

Recollectio *animæ à Chriſto adumbrata.* 396.d.2

Recreatio *à refectione an licita Benedictinis.* 925.d.1. *prudenter cum ijs diſpenſatum.* ibid.c.2. *& alij in hac praxi.* 926.a.1. *ſoluuntur in contrarium allata.* ibid.b.2

Refectionis *hora ex præſcripto S. Benedicti.* 881. *hoc tempore.* 883.b.2. *defenduntur.* ibid.d. *reficit ad lucernam cur vetet S. Benedictus.* 884.d.1.a.2. *vix poteſt obſeruari in diebus cænæ.* 885.a.1

Refectorij *nomen antiquum.* 880. *pro cænaculo.* 881. *ſeruandum in eo ſilentium.* 599.c.2.891.a.2. *olim ſtructum verſus Orientem.* 1077.a.2

Reficere ad nonam, *quid.* 964.b.1

Reformatio *prima Ordinis S. Benedicti.* 1081. *quando cœperit.* 1085.d.1. *generalis reformatio in Concilio Aquiſgranenſi ſub Ludouico Pio.* 1091.c.1

Reges *& principes cum Monachis in communi refectorio comederunt.* 1006.a.1. *laudati qui domeſticos & ſubditos in morbis ſubleuarunt.* 1021.a.2

Reginæ cœli ab Angelis primò cantatum. 151.a.1

REGVLA

vnde deriuetur, & varia eius acceptiones. 3. nomen quid importet. 193.b.1. materiata regula cum religioſa analogia. 4. quilibet ordo ſuam habet. 5.b.2. quomodo differat à conſtitutionibus. ibid. c.6. Regularum multitudo & varietas. 7. diuiſio quintuplex. 9.10.11. debent approbari. 12. c.2. plures vnius Monaſterij. 13.c.2.14. Regula Patrum quæ. 8.d.1.30.b.2. Legis veteris. 15. primi ſæculi. 20. ſecũdi. 23. tertij. 24. quarti. 26. quinti. 42. ſexti. 59. Hibernica plures. 91.b.1. ſeptimi ſæculi. 70. octaui vſque ad duodecimum 79. duodecimi. 86. poſteriorum ſæculorum. 89. Sodalitatum. 94.d.1. Africana. 95.b.2. cur non omnes Regulæ hic expenſæ. 93.a.1. eas obſeruantibus qui vitam æternam promiſerint. 117.a.118. breues explicatione egent. 139.b.2 quomodo obligent omnes. 187. earum præuaricatores vt olim puniti. 409.c.2

REGVLA S. BENEDICTI

an omnium prima ſcripta. 62.d.2. quo tempore & loco. 103. Auctores pro Subiaco. ibid. d.2. pro Caſino. 105. b.1. ſententia noſtra. 106.c.2. quoties ſcripta regula, & vbi aſſeruata. 107.2. an in capita & titulos diſtincta à S. Benedicto. 108.c.2. quæ capitum eius connexio. 110.1. Verſibus expreſſa. 113.1. quis ſtilus eius. ibid. 1. quæ vltima verba. 117.2. cur vocetur lex. 119. Moſaicæ legi comparatur. 122.b.2. cur iugum dicatur. 124. cur minima inchoationis regula. 126.b.2. cur ſancta & ſanctorum Patrum. 128. quæ alia eius nomina. 129. tenue exordium habuit. 128.a.1. an ſit à Spiritu ſancto. 131.133. quàm ſuauis. 134. diſcreta. 136. omni hominum generi accommodata. 137. eius plenitudo. 138. an ſit ſpiritualis. 140. quàm perfecta. 141. qualis inter eam & alias collatio. 142. Eius vtilitas. 144. fluuio comparata. 145.c.2. fructus duodecim. 146. & ſeq. Ducit ad cælos 153.a.2. Scalæ comparata. 154.a.1.620. b.2. quadruplex eius approbatio. 156. quanta eius auctoritas. 157.c.2. Verſibus celebrata. 159. quinquaginta & amplius Scriptores eam commentarijs vel aliter illuſtrarant. 160. & ſeq. ab ipſo S. Benedicto fuit promulgata. 165. & ab alijs, quæ ante ipſum fuerant, cœnobijs, recepta. 166.2. toti mundo ſcripta, & latiſſimè propagata. 168.169. eius finis charitas. 176.b.1. quis ſcopus. 177.d.1. an etiam anachoreſin complectatur. 178. & vitæ actiuæ exercitia. 183. quis eius ſpiritus. 186.a.1. non obligat ad mortale niſi in materia voti. 188.c.1. ſtatuta eius ad veniale. 189.b.1. probatur. ibid. eius tranſgreſſio in voto, & ex contemptu mortalis. 190.1. Conſilia ad nullum peccatum obligant. ibid. a.2. Soluuntur obiectiones contra hanc doctrinam. ibid. 191.192. deſcripta vt obſeruetur. 192.a.1. bona multa ex eius obſeruantia. 194. quibus medijs tuenda. 195.d.2. Amanda & honoranda. 198.299. magno ſtudio legenda. 200.b.2. & meditanda. 201.b.2. an memoriæ mandanda. 202.203. Opere vt implenda. 204.c.1. exactè obſeruanda. 206.c.2. omnia opera ad eius amuſſim exigenda. 208.b.2. Regula totius ſummarium. 256.b.2. aliud diuinitus reuelatum. 258.b.2. Auctoris aliud. 1058.a.2. ſtimuli ad eius obſeruantiam. 259. Nouitijs vt prælegẽda. 380.b.1. In eam collinearunt Ordinis noſtri reformatores. 1093.a.1. Quid Abbatibus concedat in pſalmodia. 724.b.1. olim legebatur in capitulo. 786.d.1. quare. 791.b.1. locus regulæ reſtitutus. 680.d.2. alius antiquus confirmatur. 565.c.1

Regulares olim dicti Monachi. 275. c.1. neceſſariò hoc nomen illis tribuendum. ibid. b.2. quid à Monachis exigat. 238

Regulares quidam Canonici carnibus abſtinuerunt. 945.c.1

Regulariter viuere, quid. 275.d.1

RELIGIO

vnde dicta. 273. & ſeq. qui ad eam idonei. 353. b.1. qui incapaces. 368.d.2. quantum obſit huiuſmodi recipere. 370. b.1. Religionis ingreſſus omnia peccata delet. 441. b.1. excedit omne genus ſatisfactionis. ibid. d. quomodo conueniat cum plenaria indulgentia. ibid. e.

RELIGIONES

quem finem ſibi præfigant. 175. b.2. ſuum omnes ſcopum habent. 177.a.1. plures lapſæ ob neglectas regulas. 193.d.1. & minima neglecta. 205.c.1. item quod internorum curam non habuerint. 212.c.1

RELIGIOSI

an rectè vocentur Monachi. 269.c.1. negant aliqui. 270.a.1. refutantur plurium ſæculorum conſenſu, & ſcriptorum teſtimonijs. ibid. c.271. ſoluuntur oppoſita argumenta. ib. c.2. quid Religioſi nomine ſignificetur. 272.d.2. Religioſi vbi ſubſint Abbatiſſis. 11. a.1. quod iugum in profeſſione ſuſcipiant. 125. d.1. ament regulam ſuam. 198.d.2. animo ſuo eam inſculpant. 199.a.1. & perfectionem in eius obſeruantia quærant. ibid. d. non eam fugillent. ibid. d.2. nec ad libitum interpretentur. 200.d.1. perſtrictè quæ eam facile prætergrediuntur. 206. c.2. quid Religioſi debeant Deo. 118. Superiori. 220.1. Religioni. ibid. b. 2. ſibi ipſis. 226.c.2. Confratribus. 232 233

Religioſorum numerus ex cenſu ſtatuendus. 292.c.2. inepti grauant Monaſterium. 370. c.2. quibus ex cauſſis tales fuci ſuſcipiantur. ibid. d 1. quid cenſendum de iis qui volunt tranſire ad Ordinem ſtrictiorem. 375. paucis benè ceſſit ea mutatio. 376. d.2.377.a.1. Religioſorum ordo deſumendus ab ingreſſu in Monaſterium. 297. c.1. probatur. ibid. ſoluitur oppoſita ſententia. 198

Religioſi vt teneantur conuertere mores ſuos. 412.a.2. quæ proprij nomine ijs interdicta. 416.427. libertini quidam depinguntur. 636.b 2. per pullum onagri adumbrati. 637. b.1. nequiter ſe humiliantes deſcripti. 641.a.2.642.b.1.2. item ſingulares. 660. a.1. quomodo illis ridendum. 664. d.2. & loquendum. 665.666.836.c.1. aduertendum vt Religioſorum opera ſint perfecta. 848.a.2. vniantur meritis Chriſti. 849.b.1. & in Deum referantur. 888.d.1. In refectorio quæ ijs obſeruanda. 891. laudati qui non omnes eſcas delibant. 903.a.2. habitum deponentes ex ſenſualitate non ſemper peccant mortaliter. 520.a.2. notati qui in ſolo habitu gloriantur. 525.d.2. 527. c.2. 556. a. 2. & obſeruantiam negligunt. 563.c.2

Religioſorum crines Deo conſecrati, vt & ipſi 534.d.2. quod in profeſſione Benedictina expreſſum. 535. a. 1. non ſint nimis familiares cum ſæcularibus. 990.b.1. cum ſocio ſoras illis eundum. 1010.a.1. quare. ibid. a.2. illum non deſerant. 1011.a.2. foris non manducent ſine venia. 1016.d 1. nec expedit eant ad conuiuia ſæcularium. 1017. d.1. non referant quæ foris viderint. ibid. d.2. num medicinis vti poſſint. 1024.c.1. videri quod non. ibid. a.2. probatur oppoſitum. ibid. e. quid agendum ipſis cùm excitantur ad vigilias. 1045. nihil ſine Superioris voluntate faciant. 1072. c.1. veſtium ne ſint patrini. 1094.c.1

Reliquiæ ciborum danda pauperibus. 902.b.2

S. Rembertus laudatus ab obſeruantia monaſtica. 563.a.2.

Renunciatio, quid. 239. d.1. triplex. ibid. e.

Repetitio trina ſolemnis. 739.c.2. affectum indicat. 740.c.1

Repetitio lectionis menſalis quàm antiqua. 897.b.1. à quibus præſcripta. ibid. e.

Reprehenſio quàm vtilis & neceſſaria. 796.d.1.797.a.1

Res monaſterij vt ſacra tractanda. 345. d. 2. puniendus qui eas ſordidè tractat. 857.b.1

Reuelationes putantur quæ non ſunt. 935.a.2

Reuerentia in diuino officio. 719.c.1

Richardus de S. Angelo ſcripſit in Regulam. 161.c.2

RISVS

moderandus. 663.c.1. quis interdicatur. ibid. c.2. quis licitus. 664.a.1. mala à nimio riſu prouenientia. ibid. a.1. in eccleſijs vetitus. 683.c.2. ſuperfluus cauendus. 1073.a.1

RITVS ANTIQVI

figendi crucem inchoando cœnobio. 292.c.2. accedendi ad pa-

cem.295.b.2. petendi benedictionem à tranſeunte. 307.d.2. pacem apprecandi.308.b.2.tradendi baculum paſtoralem Abbatis.320.d.2. inſtituendi Priorem.331.d.1. à Sacerdote hebdomadario ſeruitus. 340.c.1. ritus antiquus communicandi feria ſexta Paraſceues.342.c. inſtituendi Cellarium.343.d.2. offerendi pueros in Monaſterio. 357.b.1. ſubſcribendi formula profeſſionis.411.c.2.benedicendi eulogias. 430. c.1. emittendi profeſſionem. 438.439. mutandi nomen.443. renouandi profeſſionem. 444.d.2. 448.a.1. inungendi calceos. 469.b.2. eluendi veſtes.470.b.1. eleuandi caſulam in miſſa.473.c.2. ducendi hoſpites ad orationem.991.c.2. ſalutandi eoſdem.992.b.2. dandi benedictionem egredientibus. 1011.d.2.1013.a.2. faciendi commemorationem pro abſentibus fratribus. 1014. b.1. bibendi poſt nonam.1089. c. 1. ſpargendi flores & frondes in eccleſiis. 682. b.1. lauandi manus ante orationem. 685.b.2. legendi horas extra oratorium. 689.c.2.690.1. conuocandi ad diuinum officium. 701.702. ſtandi in illo. 707.a.1. pſalmis interſiciendi orationes. 735. ſignandi eos poſt Completorium.739.c.1. & reſerandi in vigiliis.ibid.c.2. petendi benedictionem ante lectiones. 745.b.2. inclinandi ad ℣. tu ad liberandum,&c.748. legendi Euangelium in vigiliis. 749. b.1. dicendi Kyrie eleiſon.761.c.2. orandi pro defunctis benefactoribus.791.d.1. ineundi fraternitates.792.d.1. mittendi ſchedas mortuarias.793.c.1. deſignandi officiales in tabula. 794. b. 2. dicendi culpas.798.c.2. ſatisfaciendi ſententiæ excommunicationis. 818. proſtrationis & abſolutionis ab eadem.819.a.c.1. recipiendi apoſtatas. 824. infligendi diſciplinas. 826. a. 2. 819.d.1.830. deſignandi laborem.855.c.2. recitandi coram Abbate.861.c.2.legendi in clauſtro.865.a.1. benedicendi cibos. 890. tenendi ſcyphos vtraq; manu. 915.d.1. ſumendi mixtum.919.c.2. colligendi analecta.920.b. petendi veniam ad opera ſupererogationis.977.d.1. diſtribuendi libros ineunte quadrageſima.980. lauandi hoſpitum pedes.996.d.1.998.b.2. affundendi aquam manibus ipſorum.999.c.1. pulſandi oſtium cellæ. d. 2. benedicendi ſingula fercula.1078. d.1. ſecundum ferculum.ibid.d.2. benedicendi potum.1079.c.1. interponendi verſus intercalares in Sanctus, & Kyrie. 1102.d.1

Robertus Franciæ Rex Clericorum pedes lauat. 997.c.1

Romani cum tabulis & graphio.851.b.2. olim intonſi. 531.b.1. milites Romani quando adacti ad renouandum ſacramentum. 445.b.2

Romanum Breuiarium quàm vniuerſale.728.c.2. in quibus conueniat cum Monaſtico.731.c.2. eius antiquitas. 755. c. 2.

Romanus S.Benedicti altor an fuerit Carmelita. 100.c.1. 102. b. 1.

Romanus Hayni defenſus. 305.b.2

Romanus Imperator humilitatem vt coluerit. 469.c.2

Roſwidis monialis Benedictina doctiſſima. 135.a.1

Rufus color in veſtibus Monachorum. 507.a.2

Rumores ad Cœnobia referre vetitum. 1017. c.2. quæ inde damna. 1018.b.1

RVPERTVS TVITIENSIS

laudat Regulam S.Benedicti. 133.b.2. & approbationem eius à Magno Gregorio factam. 157. d. 1. ſcripſit in eamdem Regulam.161.c.1.defendit officium Benedictinū.730.b.1.

Ruthardi Commentarius in Regulam S.Benedicti. 160.d.1

S.

SAbæ Abbatis inſtitutum.61.d.2. Regula. 62.b.1. quid eius Typicum. ibid.c.

Sabbati ieiunium quàm vetus. 963.a.1. variè obſeruatum. ibid.d. cur de illo nihil ſtatuat S. Benedictus. ibid. b.2. quis ſtatuerit carnibus eo die abſtinendum. ibid.d.959. a. 1.

Saccophori hæretici. 525.c.1

Saccus Prophetarum. 455.d.1. quomodo ex eo formetur caputium. 477.d.2

SACERDOTES

in Monaſteriis æuo S.Benedicti. 336.a.1. vt promouendi ad hanc dignitatem.ibid.b. eligebantur.337.b.1. ſine virtute periclitantur. 338.b.1. præcipuè ſint humiles. ibid.c. obedientes.ibid.d.2. deuoti.339.c.1. quotidiana celebratio illis ſuadetur & commendatur. ibid.c. olim ad Monachatum conuolabant.372.c.1. non faciliùs admittendi quàm alij.ibid.d.2. quæ ipſis data priuilegia. 373.a.1. olim tenebantur ſcire totum Pſalterium.710.b.2. non fuere adſtricti ad illius recitationem ante miſſam. 724.c.2. olim antequam decumberent cruce ſe ſignabant. 739.b.2. ter vno die Miſſas dicebant. 792.b.2

Sacerdotium ambire non licet. 337.b.2

Sacramentarij à Benedictinis refutati. 148.c.2

Sacriſta apud quoſdam pulſat ad officium. 700.d.2

SAGIMEN

qui admittant. 936.c.1. vetitum iis qui carnibus abſtinent. ibid.a. 2. olim tamen Benedictini illo vſi.ibid.d. ex indulto Synodi Aquiſgranenſis. 937.b.2

Sagum in vſu Monachorum. 1041.c.2

Salaberga inſtituit Moniales iugiter canentes. 53.d.2

Saladinus duos Monachos vino ſuperat.946.b.2. & Alcoranum ſtolidè decretis S. Benedicti præfert. 947.a.1

Salmeronis ſententia de Miſſis Iſidori reiecta. 768.c.2

Salue Regina à Benedictino compoſitum. 151.d.1

Salutatio neceſſaria charitati fouendæ. 307.b.2. quomodo exhibenda à Religioſis. ibid.d.308

Sancta à quibus vocetur Regula Benedictina.128.d.1.cauſſa huius nominis. ibid.c.2

SANCTI

ferè innumeri ex Ordine Benedictino. 154. 2. vario ſpiritu ducuntur. 185.b.2. lapſus minimos ſeuerè expiarunt.211.b.1. ſolitudinem amarunt. 285. c.1. conſilio aliorum vſi. 322. b.2. quotidie miſſam celebrabant.339. 2. quinam hoſpitum pedes lauerunt.996.d.2.997.d.1. quidam piè lepidi & faceti. 593.c.1.1028. a.2. corpus dormiendo mirè afflixerunt.1044.a.2. in veſtitu vilitatem amarunt.649.a.2. abiecta officia ambierunt.650.b.1. & dignitates vitarunt. 652. c.2. curioſitatem oculorum frenarunt. 667.d.2. eccleſias cur frequentarint.687.d.2. ſubinde monumentis ſuis adſunt.688. b.1. Inter pſallendum nutus noluerunt. 708.d.2. in Dei laudibus aſſidui. 712.a.1. quidam libro obituum inſcripti. 791.c.2. culpam agnouere licet inſontes.800.c.2. agros coluerunt 847. b.1. varias artes exercuerunt. ibid.c.2. culinæ officia obierunt.886.a.1. & alia vilia. 468.c.2. 469.b.2. perperam correcti emendarunt. 895.c.2 longæui ex abſtinentia. 949.c.1

Sanctimonialium multiplex velum. 540.d.1

Sanctus, Sanctus alternis dicendum. 748.c.1. cur ſtando. 1102. a.1. & cum inclinatione. ibid.b.

Sandalia Chriſti. 499.c.2. Apoſtolorum. 500.a. 1. Pueri IESV vbi exſtent.ibid.b.Benedictinorum. 503.c.1

Sarabaitæ vnde dicti.281.b.2.quales. ibid.c.1. apud Turcas huius nominis ſacerdotes. ibid.c.2

Satanæ tradi, quid. 813.c.2

Saxonicè verſa inſtrumenta bonorum operum. 563.c.1

Scala 12. graduum Obedientiæ.567.c.1.explicatur.572.573. & ſeq. Humilitatis.616. explicatur. 627. & ſeq.

Scalæ in cælum comparata Regula Benedictina. 154.a.1

Scalæ Iacob myſtica interpretationes. 620

SCAPVLARE

veſtis Monaſtica.480.b.2. varia eius nomina. ibid.c. origo. 481.c.1. forma. ibid.c. plenior deſcriptio. ibid.a.2. primitus fuit pro opere. ibid.a.2. An ſit eſſentialis habitus Benedictinorum. ibid.c. argumenta ſententiæ affirmantis.483.a.1. ſoluuntur. ibid.a.2. probatur ſententia negatiua. 484.b.2. an ſine caputio non ſit integer habitus.

tu.519.d.2. 520.c.2. non peccat Benedictinus dormiens cum ſcapulari ſine caputio.ibid.a.1. ſoluuntur argumenta oppoſita ſententia. ibid.b. nec cenſuram talis incurrit. 521.d. Scapulare eſt ſymbolum crucis. 551.c.2. obedientia. 552.a.1. Patientia. ibid.d
Scapularia vetera cuius forma. 481.a.2. erant commodiora modernis.ibid.c ſenſim immutata.482.a.1.caputium illis ſemper aſſutum.ibid.c.eorum geſtatio cum tunica non eſt antiqua. ibid.b.2.484.b.1
Schiſmata à Benedictinis ſublata. 148.d.2
Schola Dominici ſeruitij cur dicatur Regula S. Benedicti. 129.c.2.192.c.2
Schola Spiritualis à S.Benedicto erecta. 247.a.1.eius magiſtri tres.ibid.qui diſcipuli, ibid.b.2.lectiones,quatuor. 248.a.1.
Scholæ Chriſti ſeptem.248.d 1. interiores & exteriores in Monaſterijs.862.c.1.1099.a.1.variarum item ſcientiarum. 149.a.1
Scioli, qui alios corrigunt,notati. 896.c.2.
Scopus Regulæ S.Benedicti quis.177.c.1.reformantium Ordines religioſos. 1092.a.2
Scribendi mos in cortice poſt inuentam chartam durauit 108.a.2.apud veteres. 852.a.1. quomodo pueros docebant. 853.b.2.
Scriptio in pœnam data. 807.d.1. à S.Benedicto præſcripta.850.c.2. & ab alijs. 851.c.1. commendata librorum deſcriptio. 850.d.1
Scriptores Benedictini quindecim millia. 150.a.2

S. SCRIPTVRA

ad facetias abutentes perſtringuntur.592.c.2. quale id peccatum.ibid.c.Scriptura nomine citata quæ in ea non exſtant.635.b.2. An rectè ex ea probet S.Benedictus peccatorum confeſſionem. 645. fruſtra allegatur Scriptura ad peccantium excuſationem. 647.c.2. eam vt citet S. Benedictus.114.c.1. totam interpretati ſunt decem Benedictini. 149.b.2
Scurra,quid & vnde dictus.591.b.2.graphicè depictus.ibid. d.592.c.1.
Scurrilitas quid,& vnde dicatur.591.b.2. vitanda ex præſcripto S.Benedicti.ibid.c.1. quomodo differat à ſtultiloquio. 592.c.1
Scutum militis Benedictini. 244.b.2
Scyphis bibunt Monachi.915.b.1. vtraque manu tenendi. ibid.d.
Secunda poſt mediam noctem hora ſurgendum Benedictinis. 777.c.1.778
Secundum Regulam S.Benedicti vouere,quid. 413
Sedere ſolitarijs proprium. 83.a.1
Sempectæ,vel Sympæctæ qui. 819. c.2. quod eorum officium erga excommunicatos. 820.d.1
Senatus a ſenibus dictus. 307.c.1
Senectus honorabilis.307.d.1.eius initium variè definiunt. 1032.d.2. mala recenſentur. ibid. a. incommoda varia. 447.c.1.ſpiritui applicata. ibid.b.2

SENES

vnde dicti.1032.c.meritò accenſentur infirmis.ibid.a.2.quis honor eis tributus ab Hebræis.Græcis & Latinis. 306.c.1. à Monachis & Clericis. ibid.c.2.307.d.1. quo anno excuſentur à ieiunio.1033.a.1.quando ſunt Monachi.ibid. c.quæ ipſis piè indulgenda,ibid.c.2. deputata ipſis ſeparata domus. 1034.b.1. à quibus excuſentur.ibid.c.1.à quibus ieiunijs eximendi. ibid.c.2
Senuphij Monachi baculo & ſuperhumerali Maximum tyrannum debellat Theodoſius. 460.b.1
Sepelire mortuos in Eccleſijs olim vetitum.682.a.2. quando id poſtea permiſſum. ibid.c.
Seps vinea religioſa quæ.1082.b.2.eâ conculcatâ diripiuntur botri. 1083.c.2
Septenarius horarum canonicarum numerus à quibus adſtruatur. 695. b.1

SEPTIMANARII

coquinæ quales.885.b.2. ab alijs iuuandi. 886.c.2. munditias faciant. ibid.c. intrantes & exeuntes benedictionem petunt. 887.a.2.quando comedant. ibid.d. nihil prægustent. ibid.c
Septuageſima an rectè vocetur caput quadrageſimæ. 760. d.2. 761.b.1.
Sepultura ſacra interdictum proprietarijs. 434.c.2
Sequentiæ Miſſarum inuentæ à Benedictinis. 152.c.1
Sequeſtratio in pœnis Monaſticis. 810.b.2
Sera ori addenda. 590.c.1
Scrapionis regula. 31.a.1
Serò venientes ad officium vt ſatisfaciant. 703 c. 2. 704. quid ſi non audierint excitari ad vigilias. ibid.c.2
Serui olim Eccleſijs & Monaſterijs dabantur.278.b.2. nomen mutabant ad arbitrium domini.444.d.1.manumiſſi aſſumebant Patroni nomen.ibid.a.2.olim horas nunciabant.771.d.1,tondebantur. 536.b.2
Serui Dei ad Sorores Regula. 78.c.1
Serui Dei dicti Religioſi. 249.c.2.276.b.2. quid eo titulo illis ſignificandum. 250.a.1
Seruitores menſæ à quibus incipiant miniſtrare. 1078.a.2
Sextæ horæ myſterium.698.a.1.quo tempore recitanda.779. a.1.780.c.1.
Sextarius quantum capiat. 912.b.1
B.Siardus Abbas laudatus à communi obſeruantia. 1005. c. 1.
Sigiſmundus perennem laudem apud Agaunenſes inducit. 52.c.2.
Signo duplici ad officium vocati Monachi. 701.d.1

SIGNORVM

vſus adſtruitur.606. quæ contra eum obijciantur. 605.1.2. diluuntur.607.d.1. An licitum ſignis agere cum excommunicato. 608. d.2. eorum nimius vſus improbatus. 610.1.

SILENTIVM

à S.Benedicto indictum. 230.c.1.584. eſt duplex. 230.b.2. eius vtilitas.585.a.1.594.c.2.aſylum tutiſſimum.588.d.1. quæ eius clauis. 590.c.1. Encomia & laudes.595.2.alia eius bona.596.d.1.quibus locis ſeruandum.599.b.1. cur à Completorio indictum.600.c 2.601.602. quouſque ſe extendat poſt illud. 603.1.2. quibus caſibus noctu ſolui poſſit.604.b.1. a Benedictinis quanti fiat. ibid.c. quot modis ſilentium violetur.609.610.1.qua pœna illud violantium.586.a.1.610.2.611.1.2. cur referatur ad humilitatem.661.b.1. ſeruandum vſque ad interrogationem. 662.a.2. vt violent ſilentium duo Monachi tormentis adigi non poſſunt.208.b.1.alter equum rapi ſinit,ne ſilentium rumperet. ibid.d
Silere à bonis. 586.d.2
Siloe cur dicatur Chriſtus. 597.b.2
Siluani Monachi ſumma humilitas. 654.c.2
Silueſter II.mechanici horologij inuentor.773.b.2.eius alia inuenta. 152.b.2
Simeones Stylitæ tres. 49.c.2
Simplicius Abbas verſus ſcripſit in Regulam S.Benedicti. 159.a.1.quomodo eamdem promulgauerit. 166.a.1
Singulares Monachi depinguntur. 660.a.1. ſunt peiores curioſis.ibid.d.feruent initio,poſtea torpent. ibid.2
Singularis ferus quis,& vnde oriatur. 660.c.1.1084.b.1
Singularitas vulpeculæ comparata.659.2.2.vitanda in verbis. ibid.c
Smaragdi locus reſtitutus. 869.a.2
Smaragdus verſu laudat Regulam S.Benedicti. 159. b.1. ſcribit commentarium in eandem.160.b.2.an fuerit Abbas. ibid.d
Societas Ieſu multis nominibus obſtricta Benedictinis.173. c.2.174.d.1.ſcholas ſuas eorum exemplo tuetur ibid.d.2

Societatis

I N D E X

Soeictatis emolumenta in itinere. 1010.b.2
Socius dandus Religioſis exeuntibus. 1010.2.1. quinque huius moris cauſſæ.ibid.a.2.quomodo cum ſocio in via agendum. 1011.2.2.1015.b.1
Solatia quis inuenerit. 771.b.1
Solatia quibus aſſignet S.Benedictus. 347.a.2
Solitariorum Regula vnde decerpta. 80.d.1. expenditur. 81.b.2
Solitudo ſilentij ſoror.230.e.2.quibus modis ſeruetur. 231
Soliuagi Religioſi ſuſpecti.1011.d.1.nec honore digni.ibid.e
Somnolentia in diuinis officijs notata. 720.b.1

S O M N V S

oratione interpolandus.601.c.2.parcus inculcatus.1043.a.1. commendatus ab eo Monachi. ibid.c. moderatus finitur ſeptem horis. ibid.b.2. meridianus à quibus improbetur. 1048.c.1.eius vſus antiquus. ibid.2.2. apud Monachos. ibid.c.quomodo inſtituendus ne noceat. 1049.d.2
Sonitu vt violetur ſilentium. 609.e.1
Speculum cur vocetur Regula. 131.e.1.192.e.2
Spiritus ſancti inſtinctu ſcripta regula Benedictina. 132.c. 2.133. congruentiæ aliquot huius inſpirationis. 134. 2.2. Spiritus ſancti aduentus quâ horâ celebretur. 697.e.1
Spiritus quid ſit in ſacris litteris. 285.d.1. Ordines omnes ſibi proprium habent.ibid.d.2.quis Benedictinus. 186.a.1. conformis ſpiritui Chriſti. 254. e.1. ſpiritus renouatio quam neceſſaria.448.d.1.S.T.quid apud Romanos. 584

S T A B I L I T A S

votorum Benedictinorũ.221.a.1.quid in Regula S.Benedicti. 417.a.1. includit perſeuerantiam in Monaſterio & obedientiam.ibid.2.2.cur hoc votum peculiariter à S.Benedicto exprimatur.418.b.1. quænam ei non aduerſentur. 419.quibus modis violetur.420.d.1. non præſcribit morum conuerſionem. 421.a.1
Statio in diuino officio.707.2.1.à quibus obſeruata.ibid.b.2. cur præſcripta. 708.2.1. vt obſeruanda. ibid. 2.2. Statio diuturna inter pœnas Monaſticas. 807.b.2

S T I M V L I

ad obedientiam.222.c.1.579.c.1. ad totius Regulæ obſeruantiam. 259. d.1. ad deuotè & quotidie celebrandum. 338. c.1. 339. ad ſilentium. 596. e. 2. ad Humilitatem. 619. b. 2. Timoris Dei.628 b.2.629. ad ieiunium feriæ ſextæ. 962.b.2
Strepitus in templis vetitus. 684.c.1
Studioſi Benedictini officium. 247
Studioſi a labore abſoluti.840.b.2.an ſine eſu carnium bene ſtudere nequeant Monachi. 950.d.1

S T V D I V M

variarum diſciplinarum viguit apud Benedictinos.861.b.1. celebratis ab eo.ibid.e.2.hoc neglecto, prolapſi ſunt.862. d.2. etiam alij Ordines.863.c.1. perſtringuntur qui ſtudium a Monaſterijs ablegant.ibid.e.2. Studium & ſcriptio labori ſubſtituta. 841.e.1. ſtatim à cibo non ſtudendum. 925.b.2
Stultiloquium vt differat à ſcurrilitate. 592.c.1
Styli ferrei vſus. 852.c.2. quid, ſtylum vertere. ibid.
Stylitarum inſtitutum deſcribitur. 49.d.1. eorum catalogus. ibid.b.2

S V B D I T V S

in quibus non teneatur obedire. 573.c.2. quomodo ſe habebit ſi impoſſibilia iubeantur.575.c.2. poteſt ſemper à Prælato occupari. 576.e.1. caueat eius imperia diiudicare. 580. 2.
Sublaci an ſcripta Regula S. Benedicti. 103.d.2.106.c.2
Subſcriptio Profeſſionis quàm vetus. 411.e.1. facta cum ſigno crucis. ibid. e. 2. quanti roboris ſit eiuſmodi ſubſcriptio. ibid.e.412
Subtalares Benedictinorum quales. 505.b.1
Sudarium baculi paſtoralis quid deſignet. 321.e.2
Summarium Regulæ S. Benedicti. 256.b.2. aliud diuinitus reuelatum.258.b.2. aliud Auctoris. 1058.a.2
Summi Pontifices nomen nouum accipiunt. 443.e.1
Superbi ad regendum inepti. 335.b.1. clamoſi. 1074.c.2

S V P E R B I A

vnde dicta.626.a.1. eius & humilitatis antitheſes. ibid.e. gradus duodecim. ibid. verſu expreſſi. ibid.e.2. ſub velo humilitatis ſubinde latet ſuperbia. 652.a.1. eius duo genera. 657.d.2
Supererogationis opera in Quadrageſima. 973. e.1. cur cum licentia Abbatis peragenda.576. d.1.2.975.a.2. quâ formâ id olim factum. 977.d.1
Superhumerale cum ſcapulari confertur. 552.b.1

S V P E R I O R

quibus mediis Regulæ obſeruantiam tueri poſſit.195.d.præeat exemplo. ibid.e. Regulam in Conuentu legi faciat. 196. b.2. ipſe vel alius eandem explanet.197.a.1. curet vt ſubditi ad eius præſcriptum viuant. 198. a.1. quid ſibi ipſi debeat.234.b.2. quid ſubditis ſuis. 235.e.1. nihil agat ſine conſilio. 322.c.1. quomodo conſulentes audiet.323.d.2. in quibus Conuentum audire expediat. 325. Religioſorum cellas ſubinde viſitet.1056.d.2. Inferiorem ſemper occupare poteſt. 576. e.1. Quidam Superiores olim officium nunciarunt.700.2.1. modus quem in corripiendo obſeruare debent. 802. Superiori obediendum, vt Deo. 568.e.1. cuius ille vices gerit.ibid.c.2. qualiſcumque ſit.572. c.1. in quibus illi obediendum.573.c.1. nihil iubeat ſupra Regulam.ibid.a.2.de induſtria id olim ſubinde factum.575. c.1. vide Abbas, Prælatus.
Superpoſitio vox obſcura & frequens.811.d.2. quid ſignificet. 812
Superuacua ſpernat Religioſus. 436.a.2
Suſtinere principalis fortitudinis actus. 640.e.1
Suum nihil dicendum. 1076.b.1
Synodo VI. Conſtantinop. quomodo inſertum cap.4. Regulæ S. Benedicti. 563.b.1
Synonyma in proprijs hominum appellationibus vix vſurpantur. 443.e.1

T.

TAbellarum ceratarum quis vſus.853.d.1.forma.ibid. a. 2. primæ compoſitiones in ijs factæ. ibid.e.
Tabenneſiotarum rigor in quadrageſima. 971.c.2
Tabulæ ligneæ vſus. 710.b.2. 702. b.1. capitularis apud Monachos celebris. 794.b.1. cuius eam ordinare. ibid.e. 795.b.1. eius vſus Canonicis etiam præſcriptus. ibid.d. cur Monachis data tabula. 852.e.1. modus ſcribendi in ijs. 853.b.1. Epiſcoporum eburnea. ibid.e.
Tabularius quis apud Monachos. 794.b.1.795.b.1
Tarditas teporis indicium. 705.e.1
Tarnantenſis Regula quæ. 78.e.1
Te decet laus, quis compoſuerit.749.e.2.rectè dicitur poſt Euangelium. ibid.d
Te Deum laudamus quis compoſuerit.748.a.1. dicitur à Benedictinis in Aduentu & Quadrageſima.747.e.2.obſeruationes peculiares in hunc hymnum 748.c.1
Teleſphorus Papa Monachus. 23.a.2. non inſtituit ieiunium quadrageſimæ. 969.a.2
Templariorum origo.86.a.1. inſtitutum & Regula.ibid.b
Tempore ſuo agenda omnia. 769.804.e.1
Tentationibus vt reſiſtendum.644.d.2. mala oriuntur ex otio. 855.a.1
Tepidi enomuntur. 582.d.1
Tepor, in ſpiritu quàm pernicioſus.636.d.2.omnino fugiendus. 399
Ter bibe.914.d.2.quomodo intelligendum. 915.a.1

S. T E R E S I A

primitiuam Carmelitarum regulam obſeruat & propagat. 90.d.1. eius doctrina de admittendis Nouitijs.371. c.2.in itinere ſtatas orandi horas ſeruabat.1015.e.1. quid ſenſerit de mor-

*de morbis imaginatiuis.*1032.d.1. *doctrina eius ſalutaris.* ibid.c.2.*occurrit quorundam obiectioni.* 1032.b.1
Tertiæ *horæ myſterium.*697.c.1. *quo tempore recitanda.* 779.a.1.d.1.*non eſt ordinaria prandij hora.* 883.c.1
Tertiariorum *Ordinis S.Franciſci regula.*91.b.2. *Ordinis Prædicatorum.* ibid.c
Teſtes *in ſolemni puerorum oblatione.* 358.2
Teſſera *Hoſpitalitatis apud Chriſtianos.* 983.b.2
Theoctiſti *regula.*54.c.2.*exercet tirones anachoretas.*ibid. c.2.
Theodemarus *Caſinenſis Abbas quando vixerit.*1088. a.2. *eius epiſtola ad Carolum Magnum.*1086.c.2.*Notis illuſtratur.* 1088.c.1
Theodori Studitæ *Monaſtica regula.*79.a.2.*teſtamentum.* 80.b.1.
Theodorus *litterarum in Anglia reparator.* 862.d.
Theodoſius *Imperator laudatus à ſcriptione.*850.c.1.*pane & aquâ apud Monachum ſuauiſſimè veſcitur.* 954.c.2
Theodulphus *Aurelianenſis Inſtrumenta bonorum operum Clero ſuo proponit.* 562.c.2
Therapeutæ *dicti Monachi.* 275.c.2
S.Thomas *recenſet gradus humilitatis ex S. Benedicto.* 618.b.2.*ſed alio ordine.*623.d.2.*cur ita.* 624.d.1
Thomas *Kempenſis cellæ cuſtodiam commendat.* 1057.c.2
Tiberij *Imperatoris in agros comitas.* 1021.c.2
Tibialia *an habuerint Benedictini.* 504.a.1. *quid myſticè deſignent.* 554.d.2
Timor *Dei cur primus gradus Humilitatis.*627.a.1.2.*eius varij ſtimuli.*628.b.2. *officia.* 630.d.2
Timor *peccati linguam coercet.* 591.c.1
Timor *triplex.* 628.c.1
Tintinnabulorum *vſus quando cœperit.* 702.a.2. *ad operas iis olim vocati.* ibid.d

TONSVRA

*Eccleſiaſtica quàm vetus.*528. *Monaſtica non repugnat ſacræ ſcripturæ.*550. *vt olim facta.* 529.d.1. *Benedictina magnitudo & forma.*ibid.d.2.*quoties adhibenda.* ibid.c. *quid Myſticè deſignet.*533.534.*cur ſæpius renouetur.* 535. c.1.
Torcular *vineæ Religioſæ.* 1082.c.2
Tranſitus *ad Ordinem ſtrictiorem vt licitus.*375.b.1. 421. b.1.*quandoq; eſt mera tentatio.*375.c.1.*triplex eius radix.* 376.c.1.*refutantur quæ pro ea allegantur.* ibid.a.
Trepidare,*quid ſit.*581.d.2.*trepidè quis obediat.* ibid.
Tridui *hoſpitalitas ſufficiens.* 987.d.2
Trinitas *tertia quaque hora quomodo colatur.* 696. b.2. *expreſſa per triplicationem* Sanctus. 1102.c.1
SS.Trinitatis *Ordo & Regula.* 88.c.2
Trithemius *Regulam S.Benedicti laudat.* 141.b.1. *& expoſitione illuſtrat.* 162.b.1
Tuba *vocati Monachi ad Synaxim.* 701.c.2
Tuiſſare *an decorum in compellatione.* 299.c.2

TVNICA

*veterum ſine manicis.*485.b.1.*tales & Monachorum.*ibid. c.*non Benedictinorum.* ibid.d. *qua deſcribitur.* ibid.b.2. *caputium ei quidam aſſuebant.* ibid.c. *quo ſenſu vetita dua tunica in Euangelio.*486.d.1.*color tunicæ.* 506.b.2. *quid Myſticè ſignificet.* 551.d.2.553
Tunicellæ.486.a.1.*albi coloris.* 506
Turrecremata *ſcripſit in Regulam S.Benedicti.* 162.a.1. *quid ſentiat de prolixa pſalmodia.* 727.b.1

V.

VAlentes *& ſani non murmurent contra infirmos.* 1028.d.2
Valerij *regula an alijs annumeranda.* 77.b.2
Valliſoletani *quomodo profiteantur.*408.c.2.*qualis eorum clauſura.* 231.b.1.409.a.1
Valliſymbroſæ *Monachi ſub Regula S.Benedicti.*170.c.1. *color veſtium ipſorum.* 507.c.1
Vanam *gloriam vt quidam Monachus ſuperarit.* 210.c.1
Vel *copulatiuè ſumptum à S.Benedicto.* 286.d.2
Velox *obedientia deſcribitur*577.d.1.*præſcripta Monachis.* ibid.c.2.*eius exempla.* 578.2.579.1
Velum *Sacrarum virginum teſſera.* 539.c.1. *ſolemni ritu benedicebatur.* ibid.b.2. *coloris rubei vt plurimum fuit.* 540.a.1.*in Africa & Hiſpania purpurei.*ibid.b.*nigri in Romana Eccleſia.* ibid.c. *multiplex velum.*ibid.d. *eius myſtica expoſitio.* ibid.c.2.541
Venafranus *vicecomes ſceleratè viuit.*514.a.2. *moritur in habitu Monaſtico, & dæmoni eripitur.* ibid.c
Veni Creator *qui ad Tertiam cani inſtituerint.* 697.d.2
Venite exultemus *vt dicendum.* 742.a.1

VERBA

*otioſa quæ.*593.d.2.*à S.Benedicto proſcripta.* ibid. *frequens in iis peccatum.* 594.c.1. *verba riſum mouentia prohibita.*ibid.b.2.*turgida & ampullata fugienda.* 665.c.2
Verba *in vſus non exceſſum ſed copiam denotant.* 272. c.2.
Veritas *in lectione amanda.* 866.d.2.252.c.1
Verſus *quid in Myſtico ſenſu.* 744.c.2
Verſus *intercalares Triſagio interpoſiti.*1102.c.1.*& in Kyrie eleiſon.* ibid.c

VESPERÆ

*vnde dictæ.*780.d.2.*quod Myſterium referant.*698.c.1.*quarum congruentia cum Laudibus.* 757.d.1. *quot pſalmis conſtent.*ibid.c.2.*vnde illi incipiantur.*758.a.1.*an in feſtis dicendi de feria.* ibid.b. *quod tempus dicendarum veſperarum.* 781.1

VESTES

pretioſa vanitatis indices. 522.b.2. *quàm periculoſa.* ibid.d. *miraculo oſtenditur.*523.b.1. *nimis longæ aut breues ſunt contra Regulam.*524.c.1.*alij exceſſus in eis à Chriſto notati.*ibid.a.2. *cur benedicebantur.*526.c.2. *à ſeipſis non habent virtutem ſupernaturalem.* ibid.c
Veſtilauium *Benedictinæ humilitati conſentaneum.* 468. d.1.*à quibus obſeruatum.* 469.b.1. *defenditur.* ibid.d. *quomodo inſtituendum.* 470.b.1

VESTIMENTA

*Monachorum mutatoria.*466.a.1.*Hiberna & æſtiua.*ibid. d.*nocturna & diurna.*467.b.1. *viatoria.* ibid.c. *quadruplicia in veſtiario.* ibid. a.2. *à Monachis ipſis eluenda.* 468.a.1. *& reſarcienda.* 479.c.1. *cur vetera reddenda tùm noua accipiuntur.* 471.c.1

VESTIS MONASTICA

quàm vetus,contrà Nouatores oſtenſum. 453.b.1.*eius à vulgo diſtinctio non repugnat S.Scripturæ.*454.d.1.455.*nec puriori Eccleſiæ vſui.*456.c.1. *quæ cauſſa huius diſtinctionis.*ibid.a.2.457.*quæ veſtis religioſæ prærogatiuæ.*458.a.2. 459.*olim non ſumpta ante expletum nouitiatum.*463.d.1 *fuit diuerſi coloris.* 506. *vitandum in ea pretium.* 522. c.1.*mutatio formæ.*523.d.1.*vana gloria.*527.c.2.651.c.2. *quid myſticè ſignificet.* 542.& ſeq. *vide* Habitus religioſus.

VETERES

*magis abſtemij quàm nos.*883.d.1.*etiam pranſi hora quinta.* 884.b.1. *multum panis edebant.* 902.d.1. *aquâ caſtrabant vinum.* 914.a.1. *ante diluuium carnibus abſtinuerunt.*927.a.2.*nummos in Zonis gerebant.* 492.c.2. *hoſpitum pedes abluebant.*996.c.1.*lauabant manus ante menſam.* 999.c.1
Via *purgatiua.*245.c.2.*Illuminatiua.*ibid.c. *vnitiua.*246. d.1.*Via vitæ æternæ Regula.* 130.d.2
Viator *Benedictinus.* 245. b.1. *redeat ad Deum à quo receſſit.*ibid.d. *quibus vijs.* ibid.c.2. *per has currendum.* 246.b.2.
Viduarum *amictus.* 454.c.1
Vigilia *commendata.* 1043.a.1

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

VIGILIÆ

noƈturna quid repræſentent. 696.c.1. *quando à quibuſdam decantentur.* 714.b.2. *cur Benedictinis ijs præmittant,* Deus in adiutorium.738 *& ter repetant,* Domine labia.739.b.1. *quomodo celebrata in Dominica.* 747. *in feſtis Sanctorum.* 750.c.2. *quâ horâ ad eas ſurgendum Benedictinis.* 776.777. *an poſt eas liceat dormire.* 1045.c.2. *ſaltem in Dominicis & feſtiuitatibus.* 1046.c.2. *negatiua ſententia probabilior.* 1047.c.1

Vigilij *Diaconi Regula.* 53.c.2

Vilitas *quid, & an differat ab extremitate.* 649.b.1. *Diligenda Monachis.* ibid.

Villarum *cura Monachis inhibita.* 1096.c.1

S.Vincentius *auctor flagellationum apud ſæculares.* 828.c.1

Vincula *quibus Deo alligantur Chriſtiani.* 273.b.2. *Religioſi Monachos.* 274.b.1

Vindicta grauior, *quid.* 610.d.2

Vinea *Benedictina,* 1082.a.1. *eius myſtica expoſitio.* ibid.c. *propagatio per orbem.* 1083.b.1. *defectus.* ibid.c.2. *renouatio.* 1084

VINVM

Monachorum non eſſe, *vbi ſcriptum.* 908.a.2. *indicatur locus.* 909.a.2. *vini damna.* 910.b.2. *non ſolis ægris id indulget S.Benedictus.* 912.c.2. 913. *aquâ macerandum.* ibid.c.2. *notati qui id negligunt.* 914.c.1. *modus miſcendi.* ibidem. b.2. *an ſi aliam potum nouiſſet S.Benedictus, illud fuerat conceſſurus.* 945.b.2. *cur in ieiunijs vinum non vetitum vt carnes.* 947.c.1

Virgæ *& Baculi myſtica expoſitio.* 321.a.2

VIRGINES

ſacræ olim tonſæ. 537.a.2. *in Paleſtina maximè & Græcia.* ibid.b. *defenditur hic ritus contra ſectarios.* 538.a.1. *non fuit in Africa & Gallia vniformiter ſeruatus.* ibid.a.2. *virginum velum multiplex.* 540.d.1. *Chriſto Sponſo ſubditæ ſint.* ibid.c.2. *humiles à Deo illuſtratæ.* 614.a.2. *nubiles Chriſto deſponſari poſſunt.* 354.a.1

VIRGIS

coërcendi pueri. 363.d.2. 365.a.1. *ſtimulos illæ addunt ad diſcendum.* 364.d.2. *ijs caſi violantes ſilentium.* 611.c.1. *& in alijs delinquentes.* 807.c.2. 808. *definitus verberum numerus.* ibid.c.1. *etiam Clerici virgis correcti.* ibid.a.2

VIRTVTES

animam veſtiunt. 543.a.1. 557. *non negligendæ.* 526.c.1. *in actum deducendæ.* 558. *ſine humilitate nihil ſunt.* 613.d.2. *ſimulatæ ſunt vitia.* 641.c.2. 646.d.2. *virtutis pulchritudo.* 676. *acquiritur ſtudio orationis.* 677. *vt probanda vera virtus.* 796.c.2

Viſio *mirabilis de colloquijs pijs & vanis.* 588.a.2

Viſitatio *infirmorum apud Religioſos viſitata.* 1027.b.2. *fiat cum licentia.* ibid.c. *religioſitate.* 1028.b.2. *charitate, & hilaritate.* ibid.d. *quæ cauenda viſitantibus.* ibid.c.2

Vita *æterna promiſſa Regulam obſeruantibus.* 117.2.118. *Viſa hac ad æternam via.* IX. *eius conſideratio.* 628.c.2

Vita Benedictina *tota in humilitate.* 673.d.1. *vitæ cœnobiticæ emolumenta.* 287.2. *actiuæ exercitia comprehenduntur in Regula Benedictina.* 183.c.1

Vitæ Patrum *ad Collationem legendæ.* 874.c.1. *quàm vtiles,* ibid..a.2. *commendatæ à magnis viris.* ibid.d. *Sanctorum vita vnde* Legendæ *dicantur.* 693.c.1

Vites *ordine ponendæ.* 1082.d.1. *continuo labore exercendæ* ibid. c.

VOLATILIA

an Benedictinis permiſſa. 929. *Aſſerunt quidam.* ibid.b.1. *quibus argumentis.* ibid.d. *& rationibus.* 930.c.2. *alij ſola volatilia ægris concedunt.* 931.a.1. *variè probatur.* ibid. *verius eſt, ſaniſsea non tribuenda.* 932.a.1. *ſoluuntur argumenta quæ promiſcuum eorum eſum videntur adſtruere.* 933.934.935

VOLVNTAS

in obedientia abneganda. 579.2. *propria non implenda.* 632.a.2. *Quænam illa.* 634.c.2. *opera bona inquinat & meritò priuat.* ibid. *quomodo mortificanda.* 240.c.1

VOTA

quàm antiqua. 37.c.2. *contra hæreticos oſtenditur.* 484.a.2. *Benedictinorum quinque vota.* 220.1. *eorum obligatio ad bonum ſtimulat.* 259.c.2. *quibus nominibus expreſſa.* 405.d.2. *explicantur.* 413. *& ſeq.* Votorum renouatio *quàm vetus.* 445.c.1. *qui eam quotannis inſtituant.* 444.c.2. *& quotidie.* 445.c.1. *tres eius res congruentiæ.* ibid.a.2. *quatuor vtilitates.* 446.a.1. *quæ eius praxis.* ibid.d.2. 447. *pia circa vota exercitatio.* 448.a.2

Vrbanitati *etiam locus apud Monachos.* 251.1

Vrbes *in Septemtrione vnde ædificatæ.* 147.c.2. *plures ex Benedictinis Monaſterijs coaluerunt.* 148.a.1

Vtilitas *trahit homines.* 144.a.1. *quanta Regulæ Benedictinæ.* ibid.c

Vulnera *clauſa cruciant.* 644.a.1

Vulpes *duodecim quæ vineam Benedictinam demoliuntur.* 1084.c.1

W.

WIlhelmus *Hirſaugienſis Conuerſorum vſum renouat.* 278.c.1

Wlmarus *Fratrum calceos purgat.* 469.b.2

S.Wolfgangus *Regulæ obſeruatores Angelis comparat.* 195.c.1.

Wolphus *Stylita.* 49.c.2

Wolſtanus *agninas pelles lepidè defendit.* 545.d.1

X.

XEnodochia *Benedictini olim curarunt.* 284.b.1

Z.

ZAchariæ *Papæ priuilegium pro Caſinenſibus.* 105.c.2. *Approbatio Regulæ S.Benedicti.* 157.a.2

Zacharias *pater Ioannis Baptiſtæ cur mutus factus.* 612.b.2

Zelus *propagandi Ordinem non ſemper bonus.* 371.b.1

ZONA

Monachorum. 490.a.1. *quadruplex.* ibid.2. *quænam materia Zonæ Benedictinæ.* 491.d.1. *quæ forma & latitudo.* ibid.c.1. *diſtincta à Baſiliana.* 492.b.1. *num aliquando vetitum Monachis Zonam geſtare.* ibid.c. *per eam intellectum marſupium.* ibid.c.2. *Zona eſt ſymbolum caſtitatis.* 553.c.2. *Mortificationis.* 554.a.1. *Fortitudinis.* ibid.b. *Fidelitatis.* ibid.d. *Iuſtitiæ & fidei.* ibid.a.2

F I N I S.

E R R A T A,

quæ vel Auctoris abſentiâ, vel operarum incuriâ irrepſerere, ſic corrigantur.

PAg. viij. lin. 4 ſuadente, reſcribe *ſuadentem*. p. xj. l. 11. diutini, *durius*. ibid. l. 27. qui, *quia* p. xv. l. 33. oris, *auris*. p. xviij. l. 35. ſit contentus, dele *ſit*. p. xix. col. 2. l. 9. *ακν*, *νκν*. p. xxxiij. l. 9 à fine, debilibuſque, *debilibus*. p. xlv. l. 2 accipiant, *acci-piunt*. p. xlvij. l. 21. vel excuſate, *vel ſuſcipere*.

Pag. 22. col. 2. lin. 7. modulam, *modum*. p. 25. c. 1. l. 1. quod, *quid* p. 26. l. 20 familiaribus, *familiarius*. p. 27. c. 2. l. 36. ipſo, *ipſe*. p. 28. c. 1. l. 15. aut, *ait* p. 29. c. 1. l. 38 auctoritate, *auctori vita*. ibid. c. 2. l. 30. eſt, et. p. 30. c. 2. l. 7. modum, *admodum*. p. 31. c. 1. l. 23. nunc Paphnutius, *nunc & Paphnutius*. p. 38. c. 2. l. 11. qui, *quia*. p. 41. c. 1. l. 28. Monachorum, *Monacharum*. p. 44. c. 1. l. 1 Aurelians, *Aurely*. p. 46. c. 2. l. vlt. Antonini, *Antoninus*. p. 47. c. 2. l. 18. S. Hieronymus Platus, dele S. p. 50 c. 1. l. 5. fin. Acœmerarum, ſcribe hic & deinceps vbi occurrit, *Acœmetorum*. p. 51. c. 2. l. 27. Die, *Dei* pag. 55. c. 2. l. 7. ſumeret, *ſumerent* p. 58. c. 1. l. 22. adſeramus, *adſiremus*. p. 65. c. 1. l. 19. Meurſius, *Murſij* p. 68. c. 1. l. 53. Yepez, adde: *ſcribit*. p. 80. c. 2. l. 7. fin. quantitatis, *quantitas*. p. 86. c. 2. l. 41. quarum, *quam*. p. 92. c. 1. l. 34. Vrbanus V. lege VI. p. 107 c. 2. l. 24 memoriale, *memorabile*. p. 116. c. 1. l. 35. diuiniſque, *diuinis*. p. 118. c. 2. l. 1. Prina, *Pius*. p. 122. c. 2. l. 23. auferatur, *antiferatur*. p. 125. c. 2. l. 50 cella, *ſolla*. p. 127. c. 2 l. 22. legia, *legibus*. ibid. l. 30 Petro, *Petri*. p. 132. c. 2. l. 17. prohibet, *perhibet*. p. 136 c. 2. l. 3. Piminus, *Pirminus*. ibid. l. 39. fit, *fiunt* p. 139 c. 1. l. 14 eminentes, *iminentis*. p. 142. c. 2 l. 29. nobilia, *nobiles*. p. 152 c. 2. l. 6. ſic, *hic*. p. 155. c. 2 l. 44. te, *de* p. 168. c. 1. l. 15. ei, *&* p. 174. c. 1. l. 4. vita, *vota*. p. 175 l. 15. hoc, *hos*. pag. 178. c. 1. l. 16. abſtinentia, *abſtinentiam*. p. 175. c. 1. l. 31. non, *nos*. p. 181. c. 1. l. 62. decertantes, *decretantis*. p. 182. c. 2. l. 31. ſolnia, *ſola* p. 195 c. 1. l. 30. Monacho, adde *Epiſcopus*. p. 199. c. 2. l. 23. receptatiſſima, *receptiſſima*. p. 203 c. 2. l. 32. tectiandum, *recitanda*. p. 204. c. 1. l. 44. quacirca, *quocirca*. p. 205. c. 2. l. 11. illa, *illae*. p. 214. l. 10 virtute, *virtuti*. p. 218. c. 2. l. 23. ei tempore, *ei omni tempore*. p. 219. c. 1. l. 54. quo, *quod*, p. 222. c. 1. l. 38. tantâ, *tacita*. p. 223. c. 2. l. 1. aut, *cui*. ibid. l. 45. autem ſæpius, *autem Regulam ſæpius*. p. 224. c. 2. l. 34. prælectionis, *prælectionis*. p. 126 c. 1. l. 55. inſinuant, *inſinuat*. p. 226. c. 2. l. 34. exercere, *exerceri*. p. 227. c. 1. l. 50. (potius) (*potus*) p. 230. c. 1. l. 14. vitæ *vitta*. p. 233. c. 2. l. 31. oſtendi, *offendi* p. 235. c. 2. l. 22. ſapientes ſapientibus, *à Sapientibus*. p. 238. c. 1. l. 26 eſt, *et*. ibid. c. 2. l. 26. ſolemus, *ſolemnis*. p. 240. c. 1. l. 32. actuum, *actuum*. p. 242. c. 2. l. 36 ſperabit, *ſuperabit*. p. 243 c. 2 l. 13. io, *de* p. 249. c. 1. l. 24 hominis, *hominis*. p. 251 c. 1. l. 1. conuerſationis, *conuerſantis* p. 237. c. 1. l. 26. conuerte, *conuertere*. ibid. c. 2. l. 60. dele *diſtum*. p. 263. l. 10. quibuſdam, *quibus*. pag. 265. c. 2. l. 46. proceſſus, *proceſſu*. p. 266. c. 1. l. 8. ſed, *ſeu* p. 268 c. 1. l. 21 nomine, *nomen* p. 272. c. 1. l. 17 Chryſoſtomus, *Chryſoſtomo*. p. 276. c. 2. l. 34. hoc, *hos*. p. 277. c. 2. l. 11. ſimiles, *ſimules*. p. 278. c. 1. l. 21 vel quibuſdam, *vel ut quibuſdam*. ibid. l. 41. Conſtitutionem, *conſtitutionum*. p. 279. c. 1. l. 4 ſeruitio, *ſeruitia*. ibid. c. 2. l. 18 promiſſione, *profeſſione*. ibid. l. 21. familiarum, *familiarium* p. 291 c. 1. l. 40. ædificijs, *in ædificijs*. p. 293. c. 1. l. 43 Conuentum *conuentuum*. ibid. c. 2 l. 13. imitatores, *initiatores*. p. 295. c. 2. l. 36 miniſtris, *miniſtros*. p. 296. c. 2. l. 48. ei, *eis*. p. 302. c. 1. l. 49. quodam, *quidam* ibid. c. 2. l. 1. &, *eſt*. p. 319. c. 2. l. 13. audiunt, *audiant*. pag. 330. c. 1. l. 21. illa, *alia*. p. 338. c. 2. l. 27. diſcernent, *decernent*. p. 333. c. 2. l. 1. Decanus, *Decanu*. p. 334. c. 1. l. 21. putes, *putat*. p. 335. c. 1. l. 27. tribus, *tribubus*. p. 336. c. 2. l. 2. ſingulis, *ſingulari*. p. 338. c. 1. l. 36 eo ipſo ceteris, *quo ceteris*. p. 343. c. 2. l. 40 Monachi, *Monachus*. p. 344. c. 1. l. 31. cito dat, *qui cito dat*. p. 349. l. 2. verbis, *his verbis*. p. 353. c. 2. l. 34. ſubſequebatur, *ſubſequatur* p. 356. c. 2. l. 9. fin. *ura* deleatur p. 358. c. 2. l. 61. indicium, *iudicium*. p. 381. c. 1. l. 2. videre, *videtur*. p. 392. c. 2. l. 6. atque de, inſere, *hoc*. pag. 394. c. 1. l. 27. neget, *abneget*. p. 396. c. 1. l. 50 diſſimilandum, *diſſimulandum*. ibid. c. 2. l. 13. oſtenderent, *oſtenderet*. p. 407. c. 2. l. 54. ſpopondeat, *ſpoponderit*. p. 422. c. 2. l. 16 fructua, *fructus*. p. 428. c. 1. l. 6. veniat, *veniam*. p. 430. c. 2. l. 58. *τὸ*, *τῶν*. p. 435. c. 1. l. 4. facit, *fecit*. p. 446. c. 2. l. 13. pietatis, *pietati*. p. 464. c. 2. l. 23 babeantque, *habeantque*. p. 4 l. 2. quæreris, *quæreris* p. 471. c. 1 l. 9. ignitum, *ignitam*. p. 473. c. 2. l. 24. ille, *illa* p. 476. c. 1. l. 40 ſcateas, *ſcorteas*. p. 481. c. 1. l. 9. conſpectu, *conſpecto*. p. 491. c. 1. l. 28. exemplariorum, *exemplarium*. ibid. l. 15. idque rationes, *idq; potiori ratione*. ibid. l. 60 quia, *qua*. p. 494. c. 1 l. 1. forma, *formata*. p. 493. c. 1. l. 55. *ϛαϱαχυ*, *ἄϱαχύ* p. 497. c. 2. l. 41. amor, *amator*. p. 498. c. 1. l. 11. falſum, *falſam*. p. 499. c. 1. l. 5. menſorum, *merſorium*. ibid. l. 11 Cominus, *Dominus*. p. 501. c. 1. l. 18 notis, *nobis*. p. 507. c. 1. l. 14 ſeorum, *ſuarum*. ibid. c. 2 l. 16 expreſſima, *expreſſiſſima*. p. 521. c. 2. l. 12. vllo, adde, *ſcrupulo excommunicationis in tali ſcapulari ſtricto* lab. p. 523. c. 2. l. 52. veſtis, *viſtes* p. 526. c. 1. l. 5. apponens, *exponens*. ibid. 2. l. 23. Dubitanti, *dubitantio*. p. 527. c. 1. l. 26. aſtutiam, *aſtutam*. p. 530 c. 1. l. 21 barbarorum, *barbarum*. ibid. l. 38. quorſum, *quorum*. p. 534 c. 1 l. 27. Pomponius, *Petronius*. p. 536 c. 1. l. 24. hominibus, *humilibus*. p. 539 c. 1 l. 5. quo, *qui*. p. 545. c. 2. l. 6. peccat, *peccata* p. 547. c. 1. l. 22. prætteritorum, *præterita eum*. p. 554. c. 1. l. 5. enim, *eum*. ibid. c. 2 l. 13. cinctorum, *rinctorum* p. 556. c. 2. l. 19. ſimilat, *ſimulat*. p. 587 c. 1. l. vlt. purigo, *prurigo*, 600 c. 2. l. 16. Sabbo, *Sabbato*. p. 601. c. 1 l. fin. 15. potius, *potus*. p. 603. c. 2 l. fin. 9. faucibus, *faucibus*. p. 617. c. 2. l. 1. deleat, *doleat*. p. 618. c. 1. l. 16 mea, *ſua*. p. 625. c. 1 l. 11. inordinatæ, *inordinatè*. p. 634 c. 2. l. 19 capit, *cupit*. p. 636. c. 2. l. 22. aliorum, *aliarum*. p. 637. c. 2 l. 26. aut, *vt*. p. 639 c. 2. l. 3 auferendi, *auferenti*. ibid. l. 36 præerant, *præeant*. p. 647. c. 1. l. 5. offendentis, *offendentes* p. 649 c. 2. l. 48 atterat, *attereret* p. 651 c. 1 l. 36. reſpondens, *reſpondiſſe*. p. 653. c. 1. l. 32. virumque, *vicumque*. p. 654. c. 1 l. 4. numerum, *muntrum*. p. 659. c. 1. l. 12. quod, *quid*. ibid. c. 2. l. 4. fin. 14. cum, *cur*. p. 664. c. 2. l. 42. vniuerſæ, *vniuerſa*. p. 665. c. 2 l. 42. relectos, *rectos*. p. 666. c. 1 l. 39. ſtultiloquio, *ſtultiloquo*. ibid. c. 2. l. 10. quod attollimur, *quod non attollimus*. ibid. l. 33. reſpuit ſecreta, reſpuit *propalare ſecreta* p. 669 c. 2. l. 2. aſcendat, *deſcendat*. p. 672 c. 2. l. 10. Signa, *Si qua* p. 673. c. 1. l. 6. habeant, *habeat*. p. 679. c. 2. l. 41. Domus Dei, *domus oratorius*. p. 682. c. 1. l. 33. Martyrium, *Martyrum*. p. 686. c. 2. l. 22 ſterquilio, *ſterquilinio*. p. 690. c. 1. l. 2. fin diſant, *dicat*. p. 691. c. 1. l. 14. canum & curſum, *iantuum & ſurſum*. p. 694. c. 1. l. 24. tempore, *tempora*. ibid. l. 38. Antonin, *Antonino*. p. 696 c. 2. l. 16. à horâ, *horâ à*. p. 697. c. 2. l. 4. videt, *videat*. p. 701. c. 1. l. 31 Sinaxis, *Synaxim*. ibid c. 2. l. fin. 7. &, *vt*. p. 702. c. 2. l. 32. lan e, *lanei*. p. 706. c. 1. l. 37. expletam, *explitum*. p. 714 c. 2. l. 41. interdictum, *indirectum*. p. 719. c. 2. l. 24 tremundus, *tremebundus*. p. 720 c. 1. l. 18. vnais, *vanus*. p. 721. c. 1. l. 48 etaim, *etiam*. p. 723. c. 2. l. 9. petetibus, *protibus*. ibid. l. 16. feriam, *forſam*. ibid. l. 19. ſandes, *laudes*. ibid. l. 30. inſtrux, *inſtituta*. ibid. l. 45 cirumiri, *serenmiri*. p. 729. c. 2. l. 56. diſpiecte, *diſpliceta* ibid. c. 2. l. 2 beati, *beatus*. p. 738. c. 1. l. 17. fin. propriæ, *propriè*. p. 742. c. 2. l. fin. 12. immediatè, *immediatè*. p. 752. c. 1. l. 46. qui, *qui* p. 761. c. 2. l. 2. fin præmittatur, *prætermittatur*. p. 765. c. 2. l. 27. conſocians, *conſociant*. p. 766. c. 2. l. 26. eos, *eis* p. 767. c. 1. l. 7. fin. orationes, *orationes*. p. 772 c. 1. l. 58. ionitat, *innitat* p. 773. c. 1. l. 18. facile, *facito*. p. 781 c. 2. l. 34 labori, *laboris*. p. 781. c. 2. l. 22. nonem, *nonam*. p. 787. c. 1. l. 31. congregatur, *congregantur*. p. 790. c. 2. l. 15. mortem, *mortis*. p. 793. c. 2. l. 3 Mocharum, *Monacharum* p. 794. c. 2. l. 69 qui, *eus* p. 797. l. 16. peragatur, *peraguntur*. p. 798 c. 2. l. 38. permittunturque, *permittuntq;*. p. 799 c. 2. l. 22. diſtincti, *diſtincti*. p. 802. c. 1. l. 56. principalem, *principalem*. p. 810. c. 1. l. 27. laborem, *mærorem*. p. 818. c. 2. l. vlt. eaeundum, *extuntium*. p. 845. c. 1. l. 7 expeditus, *expiditius*. p. 852. c. 2. l. 2. curare, *curante*. p. 873 c. 2. l. 40. iudicari, *iudicari*. pag. 884. c. 1. l. 40. conſumentur, *conſummentur*. p. 885. c. 1. l. 3. obſeruari poteſt, inſere, *non*. p. 908 l. 20 quem, *quam*. p. 928. c. 2. l. 44 culti, *cultus*. p. 931. c. 2. l. 60. nullis, *nullae*. p. 938. c. 1 l. 24. ſeraut, *ſeruat*. p. 940. c. 2. l. 32. regulæ, *gula*. p. 958. c. 1. l. 18 hoc, *hos*. ibid. l. 54. carne, *carnis*. p. 963. c. 2. l. 3. porro, *portæ*. p. 985. c. 1. l. 42. menſuram, *menſarum*. d. 987. c. 2. l. 13. hoſpitum, *hoſpitium*. ibid. l. 49. fiet, *fiet*. pag. 988. c. 1. l. 39. renouetur, *renuatur*. p. 994 c. 1. l. 27. hoſpiti, *hoſpito*. p. 997. c. 1. l. 14. ergo, *erga* p. 990. c. 1. l. 29. Ægyptum, *in Ægyptum*. p. 1009. c. 2. l. 7 menſuram, *menſam*. p. 1010. c. 1. l. 13. æmulantis, *æmulatus* p. 1013. c. 1. l. 47. nulli, *nullis*. p. 1017. c. 2. l. 18. relationis, *relaxationis*. p. 1025. c. 2. l. 47. in infirmis, dele *τὸ in* ibid. l. 48. quoties, adde *expedit*. p. 1029. c. 1. l. 21. ſuſtinebant, *ſuſtinebat*. p. 1234 c. 1. l. 34. piſtino, *piſtrino*. p. 1040. c. 1. l. 57. cilicino, *cilicina*. p. 1042. c. 1. l. 13. in quo, *in qua* p. 1044 c. 2. l. 5 quidem, *quidam* p. 1049. c. 2. l. 19. quale, *quare*. p. 1050. l. 6. maiorum, *maiorem*. p. 1052 c. 1. l. 7. videtur, *videtur*. ibid. c. 2. l. 39. cohabitores, *cohabitatores* ibid. l. 31. cellas, *cellis* p. 1057. c. 2. l. 5. neceſſitate, *neceſſitatis*. p. 1058 c. 2. l. 18 patriam, *ad patriam* p. 1059 c. 1. l. 17 interdictis, *interdictus*. ibid. l. 59. redire, *ridere* p. 1060. l. 8. fin. vſque, *vſquam*. p. 1070. c. 2. l. 2. fin. habeat, *habet*. p. 1074 c. 2. l. 1. communem, *communem*. p. 1078. c. 2. l. 52 accidens, *accedens*. p. 1080. c. 1. l. 20. à fin. promeretur, *promerentur*. p. 1085. c. 2. l. 54. Fredericu, *Fredericus*. p. 1086. c. 2 l. 42 eligitur, *elicitur*. p. 1088. c. 2. l. 18 correctionem, *correctorem*. p. 1087. c. 2. l. 26. ſed ad, *ſed quòd ad*. p. 1091. c. 1 l. 59. reſtaurandi, *reſtauranda* p. 1095. c. 1. l. 12. camiſas, *camiſias*. p. 1096. c. l. 45 lectioni, *lectori* p. 1097 c. 2. l. 29. refectorio, *refectio*.

Pluſcula hic ibi occurrent, quæ vel oculos noſtros fugerint, vel peritus Lector facilè animaduertet. Verùm

Quis liber erratis liber? ſua ſponte notanti
Ignoſce, hic qui te poſſe carere negas.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA BELLERIANA
PETRI BELLERI.
M. DC. XLIV.

Digitized by Google